This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD OCTO ET CENTUM VOLUMINA UNA CUM INDICIBUS PERVENIET. POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA SEPTEM ET QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XCIX.

S. THEODORUS STUDITA.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

Digitized by Google

Digitized by Google

SÆCULUM IX, ANNUS 826.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΘΕΟΔΩΡΟΥ

ΤΟΥ ΣΤΟΥΔΙΤΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S. P. N. THEODORI

STUDITÆ

OPERA OMNIA.

JUXTA EDITIONEM R. P. JACOBI SIRMONDI, CUM AMPLISSIMIS ACCESSIONIBUS QUAS PUBLICI JURIS FECIT CARDINALIS ANGELO MAI.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 12 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

Digitized by Google

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XCIX CONTINENTUR.

S. THEODORUS STUDITA.

PROLEGOMENA. — 1. Notitia ex Bibliotheca Græca Fabricii, cum Indice sermonum catechetico-rum S. Theodori Studitæ. — 2. Notitia altera, ex Leonis Allatii Diatriba de Theodoris. — 3. Præfatio posthumæ Sirmondianæ editioni præmissa. — 4. Angelo Mai Præfatio. — 5. Veterum testimonia. — 6. Vita S. Theodori a Sirmondo edita. — 7. Ejusdem Vitæ editio altera ex codice Vaticano ab Angelo Maio excerpta. *col.* 9-233

S. THEODORI STUDITÆ OPERA.

Antirrhetici tres adversus Iconomachos, ex editione Jacobi Sirmondi. 327-351
Refutatio carminum Joannis, Ignatii, Sergii et Stephani, Iconomachorum, ex ejusdem editione. 435
Quæstiones Iconomachis propositæ, ex eodem. 477
Adversus Iconomachos capitula septem, ex eodem. 485
Oratio pro sacris imaginibus (*legitur in Vita S. Theodori, inter Prolegomena hujus voluminis, col.* 175).
Epistola ad Theophilum imp. de sacris imaginibus (*exstat inter opera S. Joannis Damasceni, hujus Patrologiæ tom. XCV, col.* 345).
Epistola ad Platonem archimandritam de cultu sacrarum imaginum, ex Sirmondo. 499
Sermones catechetici, Latine, ex editione Joannis Livinæii 505

Orationes.

I. In die Dominica SS Patrum. De abstinentia. Edidit Joan. Alb. Fabricius in *Bibl. Gr.* 687
II. In adorationem sanctæ crucis. ex editione Gretseri. 691
III. In vigiliam Luminum, ex *Bibliotheca* Ang. Mai. 699
IV. In diem Paschæ, ex eodem. 709
V. In dormitionem sanctæ dominæ nostræ Deiparæ, ex eodem. 719
VI. In cœlestium ordinum cœtum, ex eodem. 729
VII. In nativitatem S. Joannis Baptistæ, ex eodem. 747
VIII. In decollationem S. Joannis Baptistæ, ex eodem. 757
IX. Laudatio S. Joannis apostoli et evangelistæ, ex eodem. 771
X. Laudatio S. Bartholomæi apostoli, ex eodem. 791
XI. Laudatio S. Platonis archimandritæ, ex Aprili Bollandiano. 803
XII. Laudatio S. Arsenii anachoretæ, ex Julio Bollandiano. 849
XIII. Laudatio funebris in matrem suam, ex *Bibliotheca* card. Mai. 883

Epistolarum libri duo ex edit. Jacobi Sirmondi. 903
Capitula quatuor ex Petri Possini *Thesauro ascetico*. 1682
Scholion in S. Basilii ascetica. 1684
Explicatio Liturgiæ Præsanctificatorum, ex edit. card. Ang. Mai. 1687
Catechesis chronica, ex eodem. 1693
Constitutiones Studitanæ, ex eodem. 1703
De confessione et pro peccatis satisfactione Canones, ex eodem. 1721
De quibusdam quæstionibus canones alii, ex eodem. 1729
Pœnæ monasteriales, ex eodem. 1733
Canon in adorationem crucis, ex Gretseri libro *De cruce*. 1757
Canon epinicius in erectione SS. imaginum, ex *Annalibus* Baronii. 1767
Iambi de variis argumentis, ex editione Sirmondi. 1769
Appendix ad sermones catecheticos. — Sermo 68 (*de quo adi Livinæi Præfationem, col.* 507). 1811
S. Theodori Testamentum, ex Sirmond. 1813
Appendix ad Opera S. Theodori Studitæ. — Naucratii confessoris Encyclica de obitu S. Theodori. 1824
Incerti narratio de schismate Studitarum. 1849

Parisiis. — Ex Typis MIGNE.

Digitized by Google

NOTITIA.

(Fabric. *Biblioth. Græca* edit. Harless, t. X, p. 434.)

—

Theodorus Studites, Studii, sive monasterii a Studio (*a*) quodam Romano CPoli conditi abbas, natus in eadem urbe est a. C. 759, et in avunculi sui Platonis adhuc superstitis (*b*) locum archimandrita primum Saccudiensis monasterii in suburbano patrio factus a. 794. Hinc, Tarasio patriarcha non auso imperatori Constantino VI resistere, cum, repudiata conjuge sua Maria, Theodoten ille duxisset, Theodorus et Constantinum et Tarasium communione Christianorum indignos esse palam pronuntiavit, atque inde Thessalonicam exsul abire jussus a. 796, sed mox anno proximo post Constantini mortem magno cum honore revocatus ab Irene, et abbas Studio præfectus fuit (*c*). Post id tempus gravissime ferens, Nicephorum e laico patriarcha CPol. a. 806 factum, et Josephum œconomum restitutum, novam a patriarcha secessionem fecit : unde synodo adversus ipsum coacta a. 809 (*d*) iterato exsilio afficitur, restitutus post biennium a Michaele Rancabe a. 811. Denique Leonis Armeni edicto adversus imaginum cultum publicato a. 814, ad certamen pro imaginibus accingitur, quod maxima animi contentione acerrime gessit, omnem ingenii et doctrinæ vim in hoc profundens, nec dubitans pro hac causa novas exsilii varii ac longioris, carcerisque durissimi ærumnas per plures annos tolerare, donec a Michaele Balbo restitutus est a. 821. Hinc cum Thomæ rebelli adversus Michaelem favere visus esset, urbe iterum excessit a. 823, et in vicina Acritæ promontorio peninsula Sancti Tryphonis obiit a. 826 (*e*), 11 Novembr., quo die Græci memoriam ejus celebrant. Successorem habuit in abbatia Studii Naucratium, cujus Epistola encyclica de Theodori obitu Græce et Latine (*f*) edita est a Combefisio tom. I Auctarii novi Bibl. Patrum, p. 855–882, additis etiam notis (*g*). Græcis νέος ὁμολογητής, Labbeo præter rem martyr : a Creyghtono (*h*) male etiam cum Theodoro Grapto confunditur. Ex Vita ejus a Joanne vel alio quodam Græce scripta locum affert Allatius De interstitiis ordinum apud Græcos, p. 181, et De libris eccles. Græcor., p. 138, atque alibi. Incertum vocat p. 226, De consensu. Ea ipsa porro est, quam Latine versam a Jac. Sirmondo habuit Baronius, ac pleraque ex eadem adduxit tomo nono *Annalium* ab a. 795-826 : integram vero Græce et Latine ex codice bibl. collegii Jesuitarum Paris. sub Michaelis monachi nomine edidit Jacobus *de la Baune* S. J. in tomo quinto operum Sirmondi Paris. 1696, fol., pag. 1-88, testatus, in alio codice (*i*) Theodoro Daphnopatæ tribui. Idem vir doctissimus monet de Theodori rebus præterea in san-

(*a*) Vide Michaelem monachum in Theodori Studitæ Vita p. 22 seq.

(*b*) Plato Theoctistæ, Theodori matris, frater, diem obiit a. 812 ætatis 97.

(*c*) Conf. Baron. a. C. 798, n. 1, 2; et Acta SS. tom. I, Febr. p. 538. Duorum imperialium insignium cœnobiorum, Studii scilicet et Saccudiorum, constitutum eum esse abbatem, tradit Anastasius, Præfat. ad Theodori encom. in S. Bartholom. tom. II Spicilegii Dacher. ed. nov. f. 123. — Jo. Imman. Mulleri Diss. de Studio cœnobio CPolitano, ex Monumentis Byzantinis eruto et illustrato, clarisque Studitis, Lipsiæ 1721, 4. Historiam monasterii Studitarum a. 1719 parabat Witteberg. M. Just. Christian. Torschmidius.

(*d*) Vide Chronicam Synopsin S. Theodori Studitæ actorum, scriptis illius tomo V Operum Sirmondi præmissam a Jacobo de la Baune S. J.

(*e*) Vide Pagium ad a. 826, n. 17; et tom. V Opp. Sirmondi p. 88. Nic. Comnenum, *Prænott. mystag.* p. 361.

(*f*) Latine exstat etiam in *Bibliotheca Patrum*, edit. Lugd. tom. XIV, p. 905.

(*g*) Frater ejus Josephus, archiepiscopus Thessalon., cujus oratio in exaltationem sanctæ crucis exstat Lat. tom. XIV *Bibl. PP.* ed. Lugd. p. 901; et tom. IX, Colon. atque in Combefisii *Bibl. concionat.*; Gr. et Lat. ap. Gretserum tom. II *De cruce* p. 116, 1200, incipit : Σταυροῦ πρόκειται σήμερον ἑορτή. Epistola ad Simeonem monachum apud Baron. ad a. 808, n. 18, Latine, et inter Theodori Studitæ epp. I, 23, Gr. et Lat. incipit : Οὐδὲν ὧν δεδήλωκας. *Iambi in Iconomachos*, quorum Theod. II, 31 meminit, ni fallor, interierunt. Ejus in *B. Lazarum* et in *Festum Palmarum* habuit Allatius.

(*h*) Vide Allatium adversus Creyghtonum pag. 707.

(*i*) Sic in Vossiano [*V.*Cat. bibl. Leidens. p. 598, n. 62]. Sub Theodori Daphnopatæ nomine edituram se promisit Magnus Crusius. Fabr. — sub Theod. Daphnop. nomine etiam in cod. August. Vindel. *V.* Reiser. Indic. mss. Aug. p. 13. Naucratii epistola encyclica ad fratres patresque spirituales, ab Iconomachis persecutionem sustinentes, de obitu Theodori abbatis, subjuncto ejusdem *Testamento* Vindobon. in cod. Cæs. XXV, n. 3. *V.* Lambec. VIII, p. 629 seq. (ubi quoque p. 628, de Vita Theod. Studitæ, a Michaele, monacho æquali conscripta, agitur). — In cod. Matrit. 4, sub fin. *V.*

Digitized by Google

ctorum Actis consulendam Vitam sancti Platonis 4 April., sancti Nicolai Studitæ 4 Febr., sancti Nicephori patriarchæ CPol. 13 Mart., Nicetæ Hegumeni Mediciensis, auctore Theostericto ejus discipulo, 3 April., sancti Tarasii patriarchæ 25 Febr. et sancti Theophanis Sygriensis abbatis 12 Mart. Idem de scriptis Theodori editis atque ineditis non indiligenter egit, cujus observationibus meas adjunxi. Fabr. Conf. de hoc homine, more suo, pio quidem et constanti, at etiam pertinaci imaginum ac reliquiarum sanctorum cultore et patrono, G. Cave, *Hist. lit. SS. eccl.* tom. II, pag. 8 seqq.; Oudin. *Comment de SS. eccl.* tom. II, pag. 32 seqq.; R. Ceillier, *Hist. gén. des aut. ecclés.* tom. XVIII, pag. 489 seqq.; Hamberger. *Zuverlässige Nachrichten*, tom. III, pag. 559; Laur. Moshem. *Institt. H. E. sæc.* IX, part. II, cap. 2, § 13; Saxii, *Onomast.* part. II, p. 93; Schroeckh *Christliche Kirchengeschichte*, part. 25, p. 105-112.; Arnold. *Kirchenund Ketzer.-Histor.* vol. I, p. 327, ed. Schafhausen, 1740, fol.; Walchii *Histor. hæresium*, etc., tom. X, p. 659 seqq.; XI, p. 332 seqq. 283 seq.; et si vis, quæ scripsi in *Introduct. in Hist. L. Gr.* II, 2, p. 301; et Supplem. ad illam, part. II, p. 253. Harl.

Scripta Theodori Studitæ edita (j).

In eodem tomo quinto Operum Sirmondi, luculentis typis atque emendate excusa, atque locuplete instructa indice exhibentur Græce et Latine hæc Theodori Studitæ scripta:

1. *Oratio pro sacris imaginibus*, habita coram Leone Armeno, quam auctor Vitæ Theodori integram exhibet pag. 32-37 cum versione Sirmondi. Fabr. Inter adversaria Langbæni secund. Cat. mss. Angliæ, etc. I, p. 268, n. 7, Photii patriarchæ et Theodori Studitæ testimonia de imaginum cultu. — In Cat. bibl. Barberinæ, tom. II, pag. 453, citatur Theod. Studitæ *Orat. de sacris imaginibus;* ead. Theod. Studitæ or. Latine, Paris. 1555, 4. Conf. paulo post, n. 10. Harl.

2. Διαθήκη, *Testamentum*, p. 63-69, cum versione ejusdem Sirmondi, quam ediderat Baronius ad a. 826, n. 51 seq. Exstat etiam ex versione Joannis Livineii (qui Sirleti cardin. codice usus fuerat), una cum Theodori sermonibus catecheticis Latine versis, Antwerp. 1602, 8, et in *Bibliotheca Patrum*, edit. Lugd. 1677, tom. XIV, p. 895. Edidit præterea Latine Christ. Woldenbergius una cum libro suo de testamentis veterum, Rostoch. 1651, 4. Græce etiam Jacobus Tollius in Insignibus itineris Italici, Trajecti ad Rhen. 1696, 4, ex codice Lipsiensis bibl. Paulinæ, quam præfectus ejus dignissimus Joachimus Fellerus cum ipso communicaverat. Sed Latinam versionem, quam addidit p. 179, male tribuit Sirmondo: nihil illa putidius esse, nihil puerilius pag. 191 professus: nam Livineii esse, non Sirmondi, qui conferet, reperiet (*k*). Fabr. *Testamentum* (h. e. fidei confessio, a Theodoro paulo ante mortem suam scripta, de doctrina et veritate SS. Trinitatis, de honore atque adoratione sancti. imaginum ac reliquiarum, de canone librorum divinorum, de præstantia vitæ monasticæ, additis severæ vivendi rationis præceptis, ab monachis, in primis ab abbate, ipsius successore, servandis), exstat mss. Monacii in cod. Bavar. 217, v. cl. Hardt in *Aretini Beyträgen*, etc. 1805, part. IV, p. 365 seq. — In cod. Vindobon. 25, 3. V. Lambec. VIII, p. 629 seq. Kollar. — Florent. in cod. Laurent. 4, 13, plut. 4. *V.* Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 520 seq. — Venet. in cod. Marciano 141. *V.* Cat. codd. Gr. Marc. p. 84. — In cod. Naniano 62, n. 125, et 68, n. 131. *V.* Cat. codd. Gr. Nan. p. 100, ac 132. — In cod. Sfortiano, teste Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* I, pag. 701 C, et tom. II, pag. 1332 D, de cod. monasterii S. Trinitat. prope CPolin, etc. Testamentum et alia. — In cod. Matrit. IV. *V.* Iriart. Cat. codd. Gr. Matrit. p. 19. — In cod. 37 Coislin. in Niconis Collectione locorum sacræ Scripturæ, scriptorum ecclesiasticor., etc. *V.* Montfauc. *Bibl. Coislin.* pag. 111. — Paris. in quatuor codd. bibl. publ. Harl.

3. Βίβλος δογματική, ἐν ᾗ στερρολ λόγοι γ' καὶ ἀντιρρητικοί. *Liber dogmaticus, continens disputationes tres refutatorias adversus Iconomachos, pro cultu imaginum.* pag. 71-134. Memorat auctor Vitæ p. 22. Primum et secundum vertit Sirmondus, tertium Jacobus de la Baune. Fabr. Paris. in cod. 5594 sunt antirrhetici tres contra Iconomachos et quæ a Fabricio, n. 4-7, commemorantur. — Vindobon. in cod. Cæs. 77, n. 80, Excerpt. adversus Iconomachos ex Nicephoro, Photio et Theodoro Studita. in Euthymii Zigabeni Panoplia dogmatica. *V.* Lambec. III, p. 422, Kollar. Ibid. in cod. 157, n. 5, Photii et Theod. Stud. testimonia duo de sacris imaginibus et de differentia inter sacras imagines atque idola. *V.* Lambec.

Iriart. Cat. codd. Gr. Matrit. p. 19. — In cod. Escorial. (teste Pluero in *Itinerar. per Hispan.* p. 192) plura exstant, scil.: Sermo de adoratione sanctæ crucis, cum Chrysostomi cateches. ad discipulos suos; et ejusdem Testamentum; Iambica carmina in varia argumenta; et Descriptio habitationis Studii cum Vita ejusd. Theodori. — Florent. in cod. Laurent. 414, plut. 4. *V.* Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 521. — In cod. Naniano 62 fin. et 68. *V.* cat. codd. Gr. Nan. p. 100, seq. et 132. — Venet. in cod. Marciano 141 Vita Theodori per Naucratium monachum, quam subsequuntur carmina 12, et alia ad Theodorum eumdem spectantia. *V.* Cat. codd. Gr. Marc. p. 80. — Paris. in cod. bibl. publ. 5594, n. 10, cum multis aliis Theod. Stud. opp. — Ibid. in cod. 5255, 19, Vita, auctore Michaele monacho; inc. Πολλοὶ μὲν τῶν ἁγίων. — Vita in cod. Ottobon. Romæ, et Sfortiano. *V.* Montfaucon. *Bibl. biblioth. mss.* I, pag. 185 A, et 701 E. Add. supra in Elogiis SS. Theodori Studitæ. Harl.

(*j*) Plura opuscula, Romæ in monasterio S. Salvatoris, in codd. 72 et 73. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* I, pag. 189. A. Mediolani in bibl. Ambrosiana, *V.* Montfauc. l. c. pag. 505 B. — Vindobon. ibid. pag. 540 C. 542 E. Harl.

(*k*) Reprehenditur eo nomine Tollius in Mem. Trevolt. a. 1703, p. 1228; Bælii Lexic. Supplem. in *Livineius.*

Digitized by Google

IV, p. 335. — Taurini in cod. 212, varia Theod. Studitæ opuscula contra Iconomachos, nec non epistolæ et iambici aliquot versus adversus Iconomachos, quos frustra quæres inter iambos a Sirmondo editos, ideoque confector Cat. cod. Gr. Taurin. pag. 305 seqq. Græce cum versione Lat. evulgavit. — Ibid. pag. 380, in cod. 276 mutilo ejusd. epistolæ et alia opuscula adversus Iconomachos. — Mosquæ in cod. 297 Theodori Stud. 12 capita. Inc. Εἴ τις τοίνυν οὐχ ὁμολογεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν. Hic (ut ait Matthæi in Not. m. Græc. Mosq. synod. pag. 193, in 8) cap. 12 multa disputantur contra Iconomachos. HARL.

4. Ἔλεγχος καὶ ἀνατροπὴ τῶν ἀσεβῶν ποιημάτων. *Refutatio et subversio carminum acrostichon iambicorum compositorum ab Iconomachis Joanne, Ignatio, Sergio et Stephano*, quæ ipsa præmittuntur partim, partim subjiciuntur pag. 135-159. Vertit Jacobus de la Baune.

5. Προβλήματά τινα πρὸς εἰκονομάχους. *Problemata quædam adversus Iconomachos* p. 160-164. Vertit idem Baunius.

6. Κατὰ εἰκονομάχων κεφάλαια ἑπτά. *Capita septem contra Iconomachos*, pag. 165-173. Eodem Baunio interprete.

7. Ἐπιστολὴ πρὸς Πλάτωνα περὶ τῆς προσκυνήσεως τῶν σεπτῶν εἰκόνων. *Epistola ad Platonem archimandritam de cultu sacrarum imaginum*, p. 173-176. Interprete eodem Baunio.

8. *Epistolarum libri duo*, quorum prior 57, posterior 219 (*l*) complectitur. p. 177-294-596. Ex his sparsim quasdam exhibuerat Baronius a Sirmondo Latine versas, libri prioris quidem 38 et 53 ad a. 787, n. 58,59; — 4 et 5. ad a. 795; — 1, 2, 3, ad a. 796; — 7, ad 801; — 16, 26, 30, ad 806; — 21, 22, 23, 24, 25, 26, 28, 31, ad a. 808; — 32, usque ad 36, nec non 38, 39, 43, 48, 51, 53, ad a. 809; — et 56 ad a. 811. Libri posterioris vero 127 ad a. 787, n. 63; — 1, 2, 8, 18, ad a. 814; — 9, 10, ad a. 815; — 4, 11, 21, 22, 23, 25, 26, 31, 32, 34, 40, 41, 45, 50, 55, 59, 70, 87, 181, ad a. 816; — 12, 14, 15, 16, 17, ad a. 817; — 13, 30, 35, 37, 44, 55, 58, 61, 66, 68, 94, 100, ad a. 818; — 38, 62, 63, ad a. 819; — 71, ad a. 820; — 73, 74, 79, 80, 86, 90, 92, 106, 121, ad a. 821; — 127, 129, 199, 201, ad a. 823; — 116, 138, 167, ad a. 825. Quas non ex Sirmondi versione apud Baronium reperit, illarum interpretationem ipsemet adjunxit editor Jacobus de la Baune. Libri secundi epistolam 215 responsiones ad 17 interrogata complexam ad Methodium monachum, sub Nicephori CPol. nomine vulgavit Græce et Latine Cotelerius tom. II Monument. Ecclesiæ Græcæ pag. 453. Sed Theodoro etiam tribuitur in codice bibl. Coislinianæ, de quo Montfauconus p. 325. FABR. Noster Fabric. in vol. XIII, ubi Montfauc. bibl. Coislin. recensuit, ea, quæ sequuntur, et quæ huc retraham, p. 843, adnotavit: « Epistolæ sancti Theodori Studitæ magno numero habentur in duobus codd. (Coislin.), nempe 94 et 269, ambobus optimæ notæ. Jure autem hunc Catalogum inter Anecdota repono, licet nonnisi titulos et initia afferat; quia in primo codice sunt epistolæ quingentæ quadraginta octo, quarum vix dimidiam partem edidit Jac. Sirmondus, ex iisque, quas publicavit, multæ laceræ ex utroque codice sarciri possunt. In codice autem 269 antiquissimo noni sæculi non paucæ reperiuntur, quæ nec in edito Sirmondi, nec in priore Coisliniano codice exstant. Prioris codicis num. 94 catalogus exstat pag. 144; alterius vero num. 269, p. 312. » Add. nostrum quoque Fabr. infra in vol. XI, pag. 517 ed. vet. de concilio CPolitano, a. 806, in quod invehitur Theod. Studita epistolis ad Nicephorum CPolit. et Leonem III apud Baron. ad an. 806, n. 13 seq. et tom. V Opp. Sirmondi, ubi Theodori Studitæ epistolæ Gr. et Lat. a Jac. de la Baune S. J. editæ leguntur, pag. 281 et 300, atque de concil. CPolit. a. 814, pag. 519 de Theod. Studitæ epistola ad synodum iconomachicam CPolit. Lat. ex Baronio ad an. 814, Gr. et Lat. in Sirmondi Opp. tom. V, p. 370, libr. II Epistolarum Theodori, epist. 2. — Theodori autem epistolæ inter ejus Opp. principatum quasi tenent. Namque non solum ad ejus vitam animique notationem penitius cognoscendam, sed etiam ad controversiarum in Ecclesia Græca, præsertim de cultu imaginum sanctorum eo tempore acriter agitatarum historiam illustrandam cum primis faciunt. — Mss. exstant Paris. in cod. bibl. publ. 894, Epistolæ, scil. n. 6, dogmaticæ tertii exsilii, quinquaginta sex; n. 7, primi et secundi exsilii, quinquaginta sex; n. 8, tertii exsilii, centum octoginta quatuor: — In codd. 896, 1, Epistolæ cum indice illorum omnium, ad quos singulæ epistolæ datæ sunt. — in codd. 364 et 1321, 5, atque apud Montfauc. in Bibl. biblioth. mss. II, p. 1320 B, inter codd. Mazarin. epistola ad Naucratium: ad eumdem de Digamis in cod. Vindobon. 18, 16 (in Sirmondi Opp. tom. V, p. 552). *V.* Lambec. VI, part. I, p. 134, ibique Kollar. — Mosquæ in cod. synod. 52, epistola ad Stephanum lectorem. *V.* Matthæi Notit. codd. Gr. Mosq. p. 47, n. 93, ed. in 8; aut pag. 54, n. 47 ed. in fol. Add. ad n. 3. HARL.

9. Ἴαμβοι εἰς διαφόρους ὑποθέσεις. Carmina brevia et epigrammata iambica varii argumenti 123, Sirmondo magnam partem interprete. Horum prima 29 videntur in Vita Theodori Studitæ pag. 25, signari παραγγελίαι ἔγγραφοι διὰ στίχων ἰάμβων. Ultimo loco alterius, nescio cujus, auctoris in Theo-

(*l*) Multa in his epistolis emendari et lacunas suppleri posse e codice ms. bibl. Seguierianæ sive Coislinianæ 272, insuper ineditas exhibente, notat Montfauconus, p. 144. Quanquam vero titulus illius codicis tantum promittit epistolas a Theodoro scriptas tempore primi et secundi exsilii, τῆς πρώτης καὶ δευτέρας ἐξορίας: tamen in eo reperiuntur etiam, quæ in alio codice inscribuntur ἐξορίας τρίτης *tertii exsilii*, apud eumdem Montfaucon. p. 314 seqq.

Digitized by Google

dorum epigramma Græcum subjicitur versibus hexametris (*n*), in quo inter alia laudatur, quod Studitas monachos docuit sacros hymnos concinere, ὑμνοπόλων θεότευκτον ἀγήνορα ὥρσεν ἀοιδήν. Ex carmine 115 constat, Theodoro, antequam monachus fieri eligeret, uxorem fuisse Annam, quæ cum marito deinde in voluntarium cœlibatum consensit, et liberos ex illo susceptos monasticæ vitæ mancipavit. Fabr. Ms. in cod. Paris. 896, n. 2, et in cod. Taurin. ad n. 3, laudato, atque Venet. in cod. Marciano 141, in quo etiam sunt iambi 6, in Theodorum. *V.* Catal. codd. Gr. Taurin. pag. 80. Harl.

Scripta edita Theodori Studitæ, quæ cum operibus Sirmondi non prodiere.

10. Δογματικὴ περὶ τιμῆς καὶ προσκυνήσεως τῶν ἁγίων εἰκόνων. *Oratio dogmatica de honore atque adoratione sanctarum imaginum.* Græce cum Jo. Damasceni Orationibus de imaginibus Rom. 1553, 8, et Latine Godfrido Tilmanno interprete, Antwerp. 1556, 12. Atque utraque lingua inter Damasceni opera Basil. 1575, fol. p. 674. Et Latine iterum in Bibliotheca Patrum Paris. 1589 et 1644, 1654, tomo III, altero interprete, ibique notatur, illius orationis locum citari a Gennadio, qui ante Georgius Scholarius, in Expositione quinque capitum synodi Florentinæ contra Græcos cap. 5, sect. 12. Fabr. Jo. Damasceni sermones tres pro imaginibus. Theodorus Studita De honore et adoratione illis attribuenda. Vita Jo. Damasceni, per Joan. patriarcham Hierosolymitanum, Græce, Romæ 1553, 8.

11. Ἐπιτάφιος εἰς Πλάτωνα τὸν ἑαυτοῦ πνευματικὸν πατέρα. *Oratio funebris in S. Platonem, patrem suum spiritualem.* Hanc a Guil. Sirleto, postea cardinale, redditam Latine vulgarunt Aloysius Lipomannus, tom. VII de Vitis sanctorum Patrum p. 275, et ex Lipomanno Laur. Surius ad 16 Decembr. nec non alter Laurentius, de la Barre in *Historia Christiana Patrum*, p. 118, Paris. 1583 fol. Denique Græce ex Bibl. regis Christianissimi et Vaticana dedere Henschenius et Papebrochius ad calcem *Act. SS.* tom. I April. pag. XLVI, et Latine ex nova interpretatione pag. 366. Cum Lausiac. Palladii et Theodoreti Religiosa Historia a Gentiano Herveto Lat. versa prodiit Paris. 1570, 4, p. 455-497. Fabr. Paris, in cod. 1197, n. 1, bibl. publ. Harl.

12. Λόγος εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἐν τῇ μεσονηστίμῳ. *Oratio in adorationem pretiosæ et vivificæ crucis in media quadragesima.* Prodiit Græce cum Jacobi Gretseri versione, in hujus opere *De cruce* tom. II, p. 287; Ingolstad. 1600, 4 (edit. in fol. p. 1405). Incipit: Ἀγαλλιάσεως καὶ εὐφροσύνης ἡμέρα. Latine tom. XIV *Bibl. Patrum* edit. Lugd. p. 900. Fabr. *V.* supra in h. vol. pag. 246, infra; in vol. XIII, p. 806 ed. vet. — Mosquæ in cod. synod. 5 et 351, n. 39, teste Matthæi in Notit. codd. Gr. Mosq. p. 19, n. 8, et p. 228, ed. in 8. — Paris, in cod. 755, 23, bibl. publ. — 767, 21; et 773, 32. — Venetiis in cod. Naniano. 71. *V.* Cat. codd. Gr. Nan. pag. 137, n. 7. — In Catal. mss. Angliæ, etc. tom. I, pag. 38, n. 274; in cod. Gr. Nan. 28, Thomæ Roe. ibid. p. 56, n. 726, duo sermones Theod. Stud. et encom. Jo. Baptistæ. In cod. 84, Guil. Laudi, et pag. 269, n. 8, sermones, inter Ger. Langbæni Adversaria. — Sec. Montfauc. *Bibl. bibliothecar. mss.* I, pag. 134, A. Theod. Studitæ Sermones, in bibl. Vaticana. Harl.

13. Κανὼν εἰς τὴν σταυροπροσκύνησιν. *Canon* sive *Hymnus in adorationem crucis*, sub Theodori Studitæ nomine editus Græce et Latine ab eodem Gretsero, tom. III, p. 321.

14. Κανὼν ψαλλόμενος εἰς τὴν ἀναστήλησιν τῶν ἁγίων εἰκόνων, ποίημα τοῦ ἁγίου πατρὸς Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου. *Canon* sive *Hymnus*, odis octo constans, *qui canitur in erectione sanctarum imaginum, opus S. P. Theodori Studitæ.* Exstat Græce et Latine, Federico Metio interprete, apud Baronium ad a. 842; et Latine in *Bibliotheca Patrum*, edit. Lugd. tom. XIV, p. 898. Sed monet doctissimus cardinalis, Theodori nostri non esse hymnum hunc, utpote quem non ante restitutas imagines sacras ac redditam Ecclesiæ pacem, proindeque pluribus post Theodori mortem annis scriptum fuisse appareat. Itaque Combefisius putat, junioris esse Theodori, qui post Naucratium Studio præfuit. Fabr. Conf. vol. X, p. 138, ed. vet. Harl.

15. Ἡ μικρὰ λεγομένη Κατήχησις. *Catechesis quæ dicitur parva*, 134 sermonibus brevibus et extemporalibus distincta. Memoratur in Theodori Studitæ Vita p. 21, et Græce ms. exstat in variis bibliothecis, Cæsarea, Lambec. 8, p. 295 (*o*); Bodleiana Oxoniensi, Claromontana, Paris. Seguieriana sive Coisli

NOTÆ.

n) Etiam in cod. Paris. 894, 11. Harl.

(*o*) Sive pag. 625 seqq. ed. Kollar. de cod. Cæsar. 25, n. 2. — Monac. in cod. Bavar. 217, in quo numerantur 135 catecheses, ad quarum calcem sex iambi leguntur, quos cel. Hardt. in Aretini Beyträgen, etc. 1805, part. IV, p. 365, ex hoc codice exscripsit. — In cod. Barocc. 150, in quo sunt 128 sermones catechetici, quorum primus incipit: Ὅτι χρὴ ἡμᾶς, et ultimus ἐκλεκτικὸς ἅμα καί· Ib. in cod. 197, sub fin. Proœmium in orat. catecheticam Jo. Chrysostomi de Paschate. Princip. Τί τοῦτο πατέρες. — In bibl. Bodlei. Catl. mss. Angliæ, etc. 1, n. 280, in cod. Cromwell. 103 Theod. Studitæ Catecheses parvæ, n. 748; s. in cod. 106 Laudi sermones 134, quorum decem priores desiderantur. Ibid. n. 153, s. in cod. Laudi 111 sermones catechetici, et inter eos homilia in sancti Platonis memoriam. — Venetiis in cod. Marciano 141, Catechesis parva; adjiciuntur iambi sex in Theodorum. *V.* Cat. codd. Gr. Marc. pag. 80. — Ibid. in codd. Nanianis 62 et 68, catech. 134. Sed in hoc desunt quatuor priores, et initium quintæ. Duo hos codd. diligenter recensuit, et singulas catecheses 135, secundum ordinem in binis codd

Digitized by Google

niana et Lipsiensi Paulina. Fuit etiam apud Raphaelem Trichetum du Fresne. Latine prodiit ex Joannis Livineii, canonici Antwerpiensis, versione, Antwerp. 1602, 8, et in bibliothecis Patrum edit. Colon. tomo IX, et Paris. 1644, 1654, tomo II, atque Lugd. tom. XIV, p. 830. Hujus κατηχήσεως lectio monachis commendatur in Triodio et Menæis Græcorum et in typico Irenes Augustæ in Analectis Græcis monachor. Benedictin, pag. 210. Catechesis ad omnes fratres citatur ab Allatio de consensu, etc., p. 463, ἡ λύρα τῶν δογμάτων in cod. Cæsar. sermo 15, sub Jo. Damasceni nomine de adorandis imaginibus, Gr. Lat. in ed. Damasceni Basil. 1579, pag. 501. — Eas catecheticas orat. publice ab ecclesiarchastantibus et auscultantibus fratribus, prælectas fuisse, notavit Allatius, *De Dominicis Græcorum*, § IX.

16. Ἐγκώμιον περὶ τοῦ ἁγίου Βαρθολομαίου, *Encomium S. Bartholomæi apostoli*, quod Græce exstat ms. in codice Colbertino 340, Latine ex veteri Anastasii versione edidit Lucas Dacherius tomo tertio Spicilegii, pag. 13, Paris. 1659, 4; tom. II, ed. nov. fol. p. 124; et Franciscus Combefisius in *Bibliotheca concionatoria*, tom. VII, p. 755, Paris. 1662, fol. Fabr. *V.* supra in h. vol. pag. 204. — Paris. in cod. 1470, n. 44 bibl. publ. — Taurini in cod. 135, fol. 129. *V.* Cat. codd. Gr. Taur. p. 232. Harl.

18. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην τὸν θεολόγον. *Encomium sancti apostoli et evangelistæ Joannis theologi*. Latine a se versum vulgavit idem Combefisius in jam laudata Bibliotheca. Fabr. Vide supra in h. vol. p. 258. — Romæ in *Bibl. Patrum* S. Basilii, teste Montfauc. *Bibl. bibliothecar. mss.*, I, p. 197 B. — In nativitatem Jo. Baptistæ, in cod. Sfortiano. *V.* Montfauc. l. c. p. 709 E, et in *Diario ital.* p. 220 et pag. 435. Theod. Stud. διδασκαλία, Venet. in Bibl. Justiniani. — Paris. in cod. 1197, in S. Joann. evangelistam; et in duobus codd. in natalem Joann. Baptistæ. — In cod. Barocc. 174, in natal, Jo. Bapt.; ib. in cod. 238, Encomium Jo. Baptistæ; idem in cod. Laudi 84, sive Cat. mss. Angliæ, etc., I, n. 726. — In natalem Jo. Bapt. Taurini in cod. 70. *V.* Cat. codd. Gr. Taur. p. 166, add. n. 24. Harl.

19. *Sermo brevis in Dominicam quartam Quadragesimæ* sive *Jejunii*, Latine ex Joannis Livineii versione prodiit sæpius cum Theodori Studitæ catechesi, de qua jam dixi. Incipit: *Fratres Patresque, S. Spiritus nos benignitas*. Livineius in codice ms. hunc sermonem reperit notatum numero octavum et sexagesimum. Fabr. Venetiis in cod. Naniano 154, περὶ νηστείας καὶ ἀπαθείας. Inc. Ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ὁ τῆς τεσσαρακοστῆς καιρός. Sequuntur undecim aliæ breves homiliæ Theod. Studitæ. *V.* Cat. codd. Gr. Nan. pag. 349, n. 31. Harl.

20. *Capitula quatuor de vita ascetica*, quæ Græce et Latine vulgata sunt a Petro Possino S. J. in *Thesauro ascetico*, Paris. 1684, 4. Capita quinque mss. in bibl. Cæsarea memorat Lambecius IV, p. 146, Fabr. Sive pag. 331, n. 19. ed. Koll. Ibid. in vol. III, pag. 479, seq. cod. 89, n. 6, est Theod. Stud. Admonitio ad æmulandum SS. Patrum vitas; et n. 7, Admonitio ad pœnitentiam. Harl.

21. Ἐγκώμιον εἰς τὴν τρίτην εὕρεσιν τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ ἁγίου προδρόμου. *Encomium in tertiam inventionem venerandi capitis* (*q*) *sancti Præcursoris Joannis Baptistæ*. Cum versione Francisci Combefisii edidit Carolus du Fresne, sive Cangius, in libro cui titulus: *Traité historique du chef de saint Baptiste*, Paris, 1666. 4. Fabr. *V.* supra, in hoc vol. pag. 260, not. *p.* — Vindobon. in cod. Cæsar. 35, multo pleniore quam editum est a du Fresne et in *Actis SS.* Jun. ad d. 24, tom. IV, p. 736; adnotante Kollario in Supplem. Lambec. Commentar. tom. I, p. 253 seq. — In cod. Coislin. 307. *V.* Montfauc. Cat. codd. Coislin. pag. 424, d. 24 Febr. — Paris, in quinque codd. bibl. publ. secund. Cat. mss. etc., vol. II. Harl.

22. Τροπάρια, κανόνες, etc. *Troparia, Canones* sive *hymni*, etc. Complura generis hujus, Studitæ inscripta nomine, in Octoëcho, Menæis et aliis Græcorum libris Græce edita sunt. Itaque nostrum intellige, Theodorum monachum, cujus Canon catanycticus sive hymnus de nocte decantandus ad Christum

NOTÆ.

servatum, una cum initiis singularum late enumeravit, discrimen nonnullarum significavit aliasque adjecit observationes, Mingarell. in Catal. codd. Gr. Nan. p. 88-100, atque p. 126-131. Ex prioris codicis catechesi 29, publicavit, p. 91, locum de Thaddæo martyre. Ibid. in cod. 81, catecheses 130, quarum initia, omissis tamen titulis, reposuit Mingarell. ibid. p. 162 seqq. Primum adnotavit, illas a Livineio editas esse; at alio ordine dispositas et Latine, sed alicubi ita obscure, ut vix intelligatur, conversas. Tum pag. 164, seqq. tres catecheses, n. 37, quæ est apud Livineium 41, εἰς τοὺς βίους τῶν πατέρων; tum 110, apud Livineium 114; Περὶ τῆς μοναδικῆς πολιτείας καὶ ἀντιπαρατάξεως, etc.; atque 121, ap. Livineium 135. Περὶ ὑπακοῆς, etc.; speciminis loco Græce publicavit. — Ibid. in cod. 82, eædem Catecheses, de quibus vide Mingarellum, l. c. pag. 169. — Ibid. in cod. 228, n. 9, titul. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου, διδασκαλία χρονικὴ τῆς μονῆς τῶν Στουδίου· πολλαὶ γὰρ κατηχήσεις εἰσὶ τοῦ Στουδίτου· ἀλλ' αὕτη λέγεται χρονικὴ κατήχησις· init. ἀδελφοὶ καὶ πατέρες· νῦν ἐπιχειρῶ πᾶσαν ὑμῖν. V. Cat. cit. pag. 420. — Florentiæ in cod. Laurent, V, n. 1, plut. 55, Catechesis parva, capitibus 124, comprehensa. *V.* Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. tom. II, p. 239.— Eadem 134 sermonibus constans, Paris. in cod. 893, n. 1, bibl. publ. et n. 4. Theodori carmina brevia atque epigrammata varii argumenti. — 131 Catecheses, ibid. in cod. 1018, n. 2; ad calcem vero occurrunt versus iambici nonnulli in auctoris laudem. De codd. Neapolit. *V.* supra, in vol. V, p. 791, n. 243; et p. 798, n. 51. Add. paulo infra, ad n. 23. Harl.

(*p*) Livineii versionem reprehendit Gretserus, *Rerum variar.* lib. I, cap. 2, p. 10.

(*q*) De inventione capitis S. Joannis Baptistæ confer Cangii *Constantinopolin Christianam*, lib. IV, p. 101. Éliæ du Pin *Bibl. scriptor. Eccles.* tom. XVIII, pag. 142 edit. Amst., et Memorias Trevultianas a, 1708, p. 418 seq.

Digitized by Google

Servatorem memoratur ms. apud Lambecium V, p. 268, (*r*). Ποιητὰς τῶν κανόνων Theodorum Studitam et Josephum (episcopum Thessalonicensem), ejus fratrem, laudat Codinus, *Origg. CPol.* c. 104, p. 50. Nicephorus Callistus in Synaxario: Πρῶτος δὲ πάντων, etc. *Primus autem omnium illud, tres odas, inquam, in typum, ut arbitror, sanctæ et vivificæ Trinitatis excogitavit magnus poeta Cosmas in magna sanctæque passionis Domini et Dei Servatoris nostri Jesu Christi hebdomade, — ex quo et reliqui Patres et inter eos præcipue* Theodorus *et Josephus Studitæ eum æmulati, in aliis sanctæ magnæ Quadragesimæ hebdomadibus componentes, proprio Studiorum monasterio tradiderunt, odas istas magis ac magis producentes ac concinnantes.* Clari etiam apud Græcos hymnorum et cantionum auctores Theodorus Ducas Lascaris imperator, cujus κανὼν παρακλητικὸς εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον describitur in Paracletico, p. 181. Theodorus item Cœtonita, Theodorus Santaberenus, etc., ne dicam de Theodoro Prodomo, qui hymnos Cosmæ et Damasceni commentario illustravit. Sed de Theodori Studitæ scriptis dicere pergamus, cui nonnulli viri docti tribuunt etiam vitam Theophanis confessoris (*s*), quam Latine ediderunt Lipomannus, Surius, Henschenius ad 12 Martii, et Combefisius e Barberino codice descriptam Græce cum Latina versione præmisit Chronico Theophanis edito Paris. 1655, fol. Tribuitur illi etiam in codicibus quibusdam (*t*) *Oratio in natalem S. Deiparæ*, quæ incipit: Λαμπρῶς πανηγυρίζει ἡ κτίσις σήμερον. Sed plurium codicum auctoritate asseritur Joanni Damasceno, inter cujus opera prodiit Græce et Latine cum versione Allatii tom. II edit. novæ, p. 849 (*u*).

Scripta Theodori Studitæ inedita, quæ a Jacobo Baunio in Elencho operum ejus commemorantur (*v*).

25. Ἡ μεγάλη καλουμένη κατηχητική, etc. *Magna catechesis* (*x*), *tribus membris seu partibus comprehensa:* quarum una κατήχησις, continens sermones 44; altera μηνολόγιον, sermonibus 33; tertia διδασκαλία, sermonibus 137 absolvitur: *Liber complectens* (præter 134 catecheseos parvæ sermones, de quibus supra n. 15), *catecheses collectas ex omnibus catechesibus sancti Patris nostri confessoris Theodori Studitæ, quæ et recitari debent diebus Dominicis, quarta et sexta feria, et in majoribus festis totius anni, sicut et compositæ sunt.* Meminit auctor Vitæ pag. 21. Exstat hæc in regio Græco codice Paris. 2340. In cod. autem Paris. et in Paulino Lips., post illas Catecheses ita legitur: Θεοῦ τὸ δῶρον, ἡ γραφὴ δὲ Ἀρσενίου, ἐτελειώθη μηνὶ Ἰουνίῳ, δωδεκάτῃ, Ἰνδικτ. ιδ' ἔτους ϛχμδ' βασιλεύοντος Ἰωάννου τοῦ Πορφυρογεννήτου. *Donum Dei istud: scripsit Arsenii manus, absolutum mense Junio, die duodecima, indictione XIV anni VI.M.DCXXXXIV, regnante Joanne Porphyrogenneta:* qui annus incidit, ex supputatione Græcorum, in annum Christi 1136, quo Calo-Joannes Alexii Comneni f. Isaaci N. decimum nonum imperii annum agebat. Fabr. Catecheseon 29 titulos *V.* in Barvœtii Catal. mss. Scorial. [quem recudendum curavit Phil. Labbeus, atque velut Supplementum III, adjecit Novæ bibliothecæ mss. librorum, p. 175 sqq. Græcorum, Latinorum et Gallicorum, seu Specimini antiquarum lectionum Græcarum, Latinarum et Gallicarum, Paris. 1653, 4; ubi p. 188, de *magnis catechesibus Theodori Studitæ*], et apud Oudinum, tom. II *De scriptor. eccles.* p. 36. Fabr. Hujus Theodori Stud. Sermones catecheticos in festos totius anni dies mss. recensuerat Fabricius infra in vol. XII, p. 275, sqq. Atque, quoniam animadverti, plures doctos ad illum Fabricii indicem provocare, haud incommodum nec ingratum fore arbitrabar, si illum integrum hic suo loco, quasi postliminii jure, restituerem. Antea tamen juvat, codicibus et a Fabricio h. l. et a me supra, n. 15, memoratis, aliorum, in quibus præcipue magna catechesis continetur, adhuc notitiam subjungere. — Exstant igitur Paris. in cod. 5391, bibl. publ. catecheses selectæ 170, recitandæ in diebus Dominicis, in quarta et sexta feria, tamen et in magnis festis totius anni. Catechesi, ut ait

NOTÆ.

(*r*) Sive p. 563. Koll. de cod. 299, n. 6, ubi quidem Lambec. canonem illum ascripsit Theodorito. — Hymni anastasimi sive ἀνάβαθμοι LXX, cum Expositione anonymi, aut Nicephori forte Callisti, in cod. 4, Thom. Roe, s. n. 249, Cat. mss. Angliæ, etc. I. — Triodium, opus Josephi et Theodori Studitarum, fratrum, Romæ in Bibl. Vaticana. *V.* Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* I, p. 9 C. — Canones, Paris, in cod. 1318, 6, Bibl. publ. — Mosquæ in cod. synod. II. Troparium. *V.* Matthæi Notit. mss. Mosq. p. 12, ed. in 8. Harl.

(*s*) *V.* supra, vol. VII, pag. 460, cum nota *z*. Harl.

(*t*) Ita in Paris. 1181, II, bibl. publ. in Appendice ad Cat. mss. Paris. vol. II, pag. 618. Harl.

(*u*) Vide hujusce *Patrologiæ* t. XCVI, col. 680.

(*v*) Pleraque Theodori Studitæ inedita latent in præstantissimo codice bibliothecæ Paulinæ Lipsiensis, cujus notitiam in publicato programmate dare cœpit Jo. Imman. Mullerus, Rosvino — Misnicus, Lips. 1719. De cod. Lipsiensi, qui præter ea alios octoginta, nondum editos, sermones continet, conf. Felleri Præfat. ad catal. mss. bibl. Paulinæ et in catalogo ipso, p. 120; Jac. Tollium Epp. itinerar. pag. 78. Ex illo cod. unum sermonem in Dominicam cæci περὶ ἀπροσπαθείας καὶ ἐγκρατείας edidit Gr. Jo. Imman. Muller, Diss. de Studio CPolitano, pag. 33-36. Incipit: Ἀδελφοί μου καὶ πατέρες. Fabr. Add. Schroeckh, l. c. p. 110 seq. et Oudin. l. c. p. 34 seq. Harl.

(*x*) Fuit etiam in bibl. Scorialensi, in Mediceam autem venit ex Gerasini Blachi apparatu librario, de quo Combefisius in *Bibl. concionatoria: Rev. abbas Gerasinus Blachus duplo fere plures* (quam ediderat Livineius) *sermones Theodori catecheticos exstare ad me scribebat, in quibus majores illos fuisse nullus dubito. At spretum nostris tantum ἔρμαιον, hoc solum arente munificentia Gallica, sic alias effusa: Magno interim Duce totam viri Græcorum supellectilem sibi addicente.* In bibl. Coisliniana sive *Seguieriana* Sermones catechetici, qui Theodoro Studitæ tribuuntur, exstant ad 170. Vide Montfauconi Catalogum illius bibl. p. 376, 386 seq.

Digitized by Google

confector Cat. codd. Paris. regg. vol. II, p. 172, cuique præfixum est argumentum, iambo monosticho comprehensum. Is cod. a. Chr. 1136 exaratus est manu Arsenii monachi, ut ipse versibus iambicis trimetris, a Cangio Constant. Christ. lib. IV, pag. 152, editis, testatum reliquit. — Ibid. in codd. 1104, et 892, præfixa Theodori Vita. — In codd. Nanianis (præter catecheticos sermones ex catalogo supra ad n. 15. jam citatos), 61 qui continet primo viginti duas catecheses Theod., tum alias ducentas triginta sancti abbatis continebat, quarum aliquæ nunc desunt (singulas curate recenset Mingarell. in Catal. codd. Gr. Nan. pag. 68-87); et 85 in quo 28 catecheses in Græcum vernaculum sermonem conversæ sunt. — In cod. Taurin. 327, et auctor Catal. codd. Gr. Taur. p. 405-410, singularum et titulos et initia reposuit, atque observavit multas in hoc indice occurrere, quarum nullam fecit Fabricius mentionem, et quas procul dubio ineditas esse putat auctor : idemque indicavit, quænam in edit. Latina jam lucem publicam aspexerunt. — Mosquæ in cod. synod. 361, catecheses 126. — In cod. 362, in quo quædam exciderunt ; aliæ autem, quæ in superiore desiderantur, accesserunt; et in cod. 363, in quo sunt 74 priores, quæ in cod. 361 leguntur ; inest quoque catechesis 28, qua cod. 361 caret, et post catechesin 69 inserta est alia, quæ incipit : Ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἤδη πρὸς αὐτὴν ἐσμεν. *V.* Matthæi Notit. p. 259, seq. ed. in 8. — Matriti in cod. regio 4, de quo Iriarte in catal. codd. Gr. Matrit. p. 5-19, fuse diligenterque exposuit. Continentur vero inprimis Theod. Studitæ catecheses 163, in libros II distributæ, quarum titulos et initia cum earum titulis et initiis contulit, quas in bibl. Coislinian. codd. 271 et 272 refert Montfaucon., titulos vero tantum cum titulis sermonum, quorum indicem exhibet amplissimum Fabricius. Præterea adnotat, quæ singulæ, quæ multæ sunt, desiderentur in codd. Coislin., et pag. 8 animadvertit, omnes primi libri catecheses abesse ab indice Fabriciano, nec ullam earum, neque Græce, neque Latine, typis ad hunc diem prodiisse; p. autem 18, ait, libri secundi sermones 134, dici catechesin parvam.—Ad has catecheses pertinent, ni fallor, orat. quæ sunt in codd. Paris. bibl. publ. in cod. 755, n. 21, Oratio habita in vigilia sanctorum luminum : Τῶν φώτων τὰ προαύλια ; n. 20, Or. habita in vigilia natalis Christi (*y*) : Τοῦ παμφαοῦς φωστῆρος· Orat. in adorationem Soteros nostri, habita feria quarta quadragesimæ : Ἀγαλλιάσεως καὶ σωφροσύνης ἡμέρας ; in cod. 815, n. 7, Catechesis de imitandis Christi passionibus : et n. 8, De Christianis in Bulgaria interfectis ; — in cod. 887, n. 2, de Trinitate ; — in cod. 1181, in Appendice, in natalem B. Virginis Mariæ. — In cod. 1491, n. 12, est ejus oratio funebris in matrem suam. — Subjiciam igitur ea quæ Fabric. quondam in vol. XII dederat. HARL.

Nactus sum, ait Fabricius, codicem, qui olim fuit Rudolphi Capelli nostri τοῦ μακαρίτου, in quo Catecheses Theodori, laudati Capelli manu descriptæ, et Græce hactenus ineditæ, occurrunt una et quinquaginta. Præmittitur autem Index sermonum 217, quibus magna, quæ vocatur, catechesis absolvebatur, qualis manu exarata etiam exstat in bibliotheca regis Christianissimi, nec non in codice bibliothecæ Paulinæ Lipsiensis. Illos titulos hoc loco describere juvat, simulque apponere numeros sermonum qui ex illis jam editi exstant, sed Latine tantum ex Jo. Livineii versione (*z*), duobus codicibus Romanis usi.

Index Sermonum catecheticorum Theodori Studitæ, in totius anni festa. Numeri majores Latinis Livineii respondent, minores Arabici uncis inclusi ms. Græco codici.

I [1]. Περὶ τοῦ ἐναγωνίως διανύειν τὸν ὅλον ἡμῶν βίον. α'. *Τῇ β' τῆς διακαινισίμου.*

A 1. De vita omni nostra sollicite exigenda. *Die secunda hebdomadis renovationis, sive, quæ diem Paschæ subsequitur.*

II [2]. Ὅτι χρὴ ἀποθνήσκειν ἡμᾶς τὸν προαιρετικὸν θάνατον, καὶ περὶ εὐταξίας, β'. *Τῇ Κυριακῇ τοῦ Θωμᾶ.*

2. In memoriam B. Domitiani (*a*) : oportere nos assidua morte voluntaria defungi, deque modestia (*b*). *In Dominica S. Thomæ, sive prima post Pascha.*

III [3]. Ὅτι δεῖ περιπατεῖν ἡμᾶς ἀξίως τοῦ μονῳδικοῦ ἐπαγγέλματος, καὶ τοῦ διωγμοῦ οὗ δεδιώγμεθα, διὰ Κύριον, γ'. *Τῇ Κυριακῇ τῶν μυροφόρων.*

3. Vitam obeundam nobis esse dignam monastica professione et persecutione, quam pro Domino sustinuimus. *Dominica unguentiferarum, sive secunda post Pascha.*

IV [4]. Περὶ τοῦ προσέχειν ἑαυτοῖς τοὺς ὀλεθρίους τόπους καὶ τρόπους τῆς ἁμαρτίας. δ'. *Τῇ Κυριακῇ τοῦ παραλύτου.*

4. Circumspectionem adhibendam, noxiaque fugienda peccati loca et modos. *Dominica paralytici, seu tertia post Pascha.*

NOTÆ.

(*y*) Est quoque in cod. Tauriniensi 70, cum titulo : *Sermo in SS. Patres*, et confector Cat. codd. Gr. Taurin. p. 174, frustra hunc sermonem quæri in Biblioth. Oudini et Fabricii, observat. HARL.

(*z*) Versionem Livineii reprehendit Jac. Gretserus Rerum variarum lib. I, cap. 2.

(*a*) Hujus S. Domitiani mentio in illa catechesi his verbis : Τοιοῦτος ὁ μακάριος Δομετιανὸς ὃν ὑμνήσαμεν. Καὶ οὗτος μνημόσυνον μετὰ ἁγίων ἠλίκην

B πραγματείαν ἐπραγματεύσατο, ἡλίκην πολιτείαν ἐξήνυσε, πόνοις ὀλίγοις καὶ ἀγῶσι κληρωσάμενος γέρας αἰώνιον, ἄνθρωπος εὐτελὴς κατὰ σάρκα, ἀλλ' ἐπειδὴ εἵλετο ἀρετὴν καὶ ἠγάπησε Θεὸν, ὕψωσεν αὐτὸν ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι Τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω, καὶ ἐξουθενῶν με ἀτιμασθήσεται. (I Sam. II, 30.)

(*b*) Male in *Bibl. Patrum* Lugd. editum, *de molestia.*

Digitized by Google

5. Quod oportet nos fragrantes comparere studio virtutis. *Die quarta hebdomadæ ante mediam Pentecosten.*

6. De horrendo tribunali, deque præsentis vitæ nostræ diebus circumspecte transigendis. *Dominica Samaritidis, sive quarta post Pascha.*

7. De moderatione in affectibus et temperantia (*c*). *Dominica cæci, sive quinta post Pascha.*

8. De Ascensione Servatoris nostri Jesu Christi, vitaque inter nos ex Dei voluntate agenda. *Die quarta ante hebdomadem Ascensionis.*

9. Oportere sacrorum pura conscientia fieri participem. *Habita die festo Ascensionis.*

10. Oportere de variis nobis cavere cibis, et de temperantia. *Dominica SS. Patrum Nicænorum, sive post Ascensionem.*

11. De descensu S. Spiritus, et de humilis Euprepiani (*d*) morte. *Dominica Pentecostes.*

12. Martyres esse non solos, qui sanguinem profundunt, sed etiam, qui vitam obeunt divinam. *Dominica omnium sanctorum, seu prima post Pentecosten.*

13. De renuntiatione, quæ fit mundo rebusque quæ in mundo sunt, atque doctrina de suscipiendis alacriter proprietatibus accuratæ vitæ monasticæ. *Die quarta ante Dominicam Carnisprivii, sive Sexagesimæ.*

14. De abstinentia ac confessione quæ a nobis requiritur. *In Parasceve Dominicæ Carnisprivii.*

15. De magno illo et illustri Domini nostri Jesu Christi die. *Dicta in Dominica Carnisprivii.*

16. Quod confidenti et forti animo esse oporteat in præsenti persecutione. *Die quarta ante Dominicam Tyrophagiorum, qua casei et ovorum usus omittitur.*

17. De continentia et precatione. *In Parasceve ante Dominicam Tyrophagiorum, sive Quinquagesimæ.*

18. Quod oportet cogitatione recurrere et inspicere vitas Patrum nostrorum, similibusque moribus operam dare in vita. *Sabbato ante Tyrophagiorum Dominicam.*

19. De jejunio et quemadmodum veri et morigeri

V [5]. Ὅτι δεῖ εὐωδιάζειν ἑαυτοὺς διὰ τῆς τῶν ἀρετῶν ἀναλήψεως, ε'. *Τῇ δ' τῆς μεσοπεντηκοστῆς.*

VI [6]. Περὶ τοῦ φοβεροῦ κριτηρίου, καὶ περὶ τοῦ ἀσφαλῶς διαμείβειν τὰς ἡμέρας τῆς παρούσης ζωῆς, ς'. *Τῇ Κυριακῇ τῆς Σαμαρειτιδος.*

VII [7]. Περὶ ἀπροσπαθείας καὶ ἐγκρατείας, ζ'. *Τῇ Κυριακῇ τοῦ τυφλοῦ.*

VII [8]. Περὶ τῆς Ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ θεαρέστως ἀναστρέφεσθαι ἐν ἑαυτοῖς, η'. *Τῇ δ' πρὸ τῆς Ἀναληψίμου.*

VIII [9]. Ὅτι δεῖ μετὰ καθαροῦ συνειδότος μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων. *Ῥηθεῖσα ἐν τῇ Ἀναληψίμῳ, θ'.*

[10] Ὅτι χρὴ ἡμᾶς προσέχειν ἐν τοῖς διαφόροις βρώμασι, καὶ περὶ ἐγκρατείας, ι'. *Τῇ Κυριακῇ τῶν ἁγίων Πατέρων.*

IX [11]. Περὶ τῆς καθόδου τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τοῦ θανάτου τοῦ ταπεινοῦ Εὐπρεπιανοῦ, ια'. *Τῇ Κυριακῇ τῆς Πεντηκοστῆς.*

X [12]. Ὅτι οὐχ οἱ δι' αἵματος μόνον μάρτυρες, ἀλλὰ καὶ οἱ διὰ βίου ἐνθέου πολιτευσάμενοι, ιβ'. *Τῇ Κυριακῇ τῶν Ἁγίων Πάντων.*

26. Ἐπιτίμια κοινὰ τῆς ὅλης ἀδελφότητος. *Pœnitentiæ communes universæ fraternitatis :* meminit auctor Vitæ pag. 25 C. Exstant autem in Vaticano Græco codice 430, tum in apographis Sirmondi et Arcudii : [et in cod. Coislin. 212. V. Montfauc. Cat. codd. Coisl. p. 272. HARL.]

27. Σχόλιον εἰς τὰ μερικὰ ἀσκητικὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου. *Scholium in particularia ascetica magni Basilii.* Græce descriptum habemus manu Sirmondi. Descripsit etiam Arcudius ex Vaticano Græco codice 431. FABR. V. Lambec. 3, p. 315, n. 4 edit. Kollar. et p. 317 de cod. Cæs. 65. — *Paris.* in bibl. publ. codd. 476, 896, n. 3, accedit etiam Latina interpretatio, 1202, n. 5. — Mosquæ in codd. 241, 242 et 243, cum Basilii M. asceticis. V. Matthæi Notit. mss. Mosquens. synod. p. 156 et 157, ed. in-8. HARL.

28. Ἐκ τοῦ ὄρου (*r*) περὶ τῆς ἑβδομάδος τῆς Τυροφάγου. *Ex regula de hebdomade Tyrophagii.* Græce descripsit Sirmondus ex Canonario bibliothecæ cardinalis Columnæ.

29. Σύντομος διδασκαλία τοῦ Στουδίτου Θεοδώρου, *Brevis institutio Theodori Studitæ.* Exstat in Græco libro ms. 32 collegii Jesuitarum Parisiensis, cui titulus : Διδασκαλία πάνυ ὠφέλιμος ἐκτεθεῖσα παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων, *Institutio valde utilis exposita a SS. Patribus.* FABR. In cod. Mosquensi synod. V. Titulus : Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου σωτηρίας σύντομος διδασκαλία· inc. Χριστιανὸς, μᾶλλον δὲ μοναχὸς ἐὰν ὀμνύει. V. Matthæi l. c. pag. 17. HARL.

30. Ὑποτύπωσις τῆς καταστάσεως τῆς μονῆς τῶν Στουδίτων. *Constitutiones monasterii Studitarum.* Græcum viri docti apographum habemus. Fabr. Adnotante Iriart. in catal. codd. Gr. Matrit. p. 19, sunt in fin. cod. 4 quatuor folia, quibus contineri videntur monasticorum præceptorum fragmenta ex constitutionibus monasterii Studitarum, I) mutilum sine titulo et initio; II.) de sancta Quadragesima, inc. Ψάλλομεν· III,) de quantitate in cibis et potionibus et recto in mensis ordine (observante Iriart. in Nesseliano bibl. Vindobon. catal. part. v, pag. 139, n. 3, memoratur Theodori Studitæ de quantitate ciborum asceticus; at is longe aliter incipit, ac caput in cod. Matrit.) : IV,) de proportione in monasteriis, et alia duo capita, quorum vero tituli et contextus, partim lacerati, partim vetustate detriti, legi non possunt. Ad illas constitutiones pertinere videtur *De præfectis monasteriorum, non irascendum* in cod. Mazarin. V. Montfaucon. *Bibl. biblioth. mss. II*, p. 1316. A. HARL.

31. Πραγματεία περὶ τῆς καθόλου οἰκονομίας. *Opus de dispensatione in universum.* Contra Mœchianos (*s*) haud dubie. Meminit ipse Theodorus lib. I, epist. 49, p. 349.

32. Τετράδες sive Σύνταγμα, μηδὲν ἐξ ἑαυτοῦ etc. *Quaterniones* sive *Syntagma* (adversus Mœchianos,) in quo nullam prorsus sententiam propriam, sed duntaxat divinorum Patrum documenta et præcepta profert contexitque Theodorus, sicut ipse ait lib. I, epist. 43, pag. 333.

33. Τετράδια etc. *Quaterniones, in quibus impia iconomachorum dogmata exponuntur confutanturque;* missi a Theodoro ad patriarchas Alexandrinum, Antiochenum et Hierosolymitanum, atque ad varia monasteria : sicut liquet ex Theodori lib. II, epist. 14, pag. 401 d, 404 c, 407 d, 411 b.

34. Στηλιτευτικὸς etc. *Invectiva adversus iconomachos.* Meminit hujus operis sui Theodorus ipse initio Antirrhetici primi, pag. 89 b.

35. Βιβλιδάριον καὶ τετράδες δεκατέσσαρες, ἐφ' οἷς εἰσι λόγοι καὶ βίοι τῶν ἀδελφῶν, ἐμμέτροις στίχοις. *Libellus et quaterniones quatuordecim, quibus continentur sermones et vitæ fratrum, versibus metricis.* Memorat Theodorus, lib. II, epist. 61, pag. 484 d.

36. Τριῴδια τῇ ἁγίᾳ Τεσσαρακοστῇ, etc. *Triodia in sanctam Quadragesimam.* Mentio fit in vita, pag. 69 a.

37. Βίβλος διὰ στίχων ἰάμβων, τήν τε πλάσιν τοῦ γενάρχου etc. *Liber versibus iambicis, de primi hominis creatione et lapsu, deque Caino, Enocho, Noemo,* etc., *et de universa Iconomachorum hæresi.* Auctor Vitæ, pag. 28 a.

38. Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου, περὶ τῆς τῶν ἐν βρώμασι ποσότητος καὶ ποιότητος, *S. Patris nostri Theodori Studitæ de quantitate et qualitate ciborum.* In cod. 46, n. 3, Græc. Hist. eccl. mss. bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis. Vide Lambecium lib. VIII, p. 456. [p. 957. Kollar. Add. ad n. 30. ex Iriart. cat. ascripta. HARL.]

NOTÆ.

(*q*) *V. supra*, n. 21. HARL.

(*r*) Apud Lambecium, VIII, p. 451. [s. p. 947. ed. Kollar. Ἐκ τῶν ὅρων τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου καὶ Ὁμολογητοῦ, τοῦ Στουδίτου, περὶ τῆς ἑβδομάδος τῆς Τυροφάγου ὅτι ἐν ταύτῃ οἱ μὴ μετέχοντες τυροῦ, ἀναθέματι καθυποβάλλονται. FABR. Lambec. laudat Leon. Allatium in Diss. de Dominicis et hebdomadibus recentiorum Græcorum, § 11, col. 1422. et Jo. Meursii Glossarium Græco-Barbarum, sub titulo, Τυροφάγος. HARL.

(*s*) Mœchianos appellat Theodorus eos, qui adulterio copulatas Constantini VI imperatoris nuptias dispensatione factas legitimas affirmabant.

Digitized by Google

39. *Hymnus de vita et solitudine S. Joannis Baptistæ.* Meminit Michael in Theodori vita p. 28 A.

40. *Pericopæ quædam breviores :* una, *De pœnis quibus parentes multandi sunt, si infans intra septimum, aut si iatra quadragesimum diem, mortuus sit absque baptismo.* In canonario collegii Jesuitarum Parisiensis. Aliæ duæ, in veteri collectione Græci cujusdam *De processione Spiritus sancti contra Latinos*, quæ in cod. Reg. inscribitur *Confessio de Trinitate.* Hæc duo fragmenta Græce Sirmondus descripsit ex codice Vallicellano.

His addi potest doctiss. Baunio præterita.

41. *Oratio de vita et laudibus magni Arsenii*, ex qua locum affert Allatius libro de Purgatorio, p. 735. Vita S. Arsenii anachoretæ, in monte Scethi Libyæ circa a. C. 455. Incipit : Ἀστὴρ ἀειφανὴς ἡμῖν, cum versione Jo. Pinii S. I. tom. IV, *Act. SS.* Julii 19, p. 617-631. Plura de hoc Arsenio ibid. p. 605; ms. in bibl. Bodlei. *V.* Cat. mss. p. 418; *V. E.* Lœscheri *Edle-Fruchte*, III, p. 459. Fabr. In cod. Coislin. 303 fin. *V.* Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 418. Harl.

[In catal. mss. Angliæ, etc., tom. I, n. 280, in cod. Cromwell. 103. Theod. Studitæ *Testimonium.* inc. ἀκούων τοῦ θείου Δαβὶδ, λέγοντος. — In cod. Barocc. 91, et cod. Th. Roe 18. s. n. 264 catalogi, *Quæstiones et responsa :* περὶ τῶν χειροτονηθέντων πρεσβυτέρων. — In cod. Laudi 36, s. n. 688 catal. Excerpta ex Studita. — In Montfauc. *Bibl. Coislin.* p. 113, cod. 39 ad Naucratium *De polygamia :* ib. Fragmenta s. Excerpta, p. 191, 198 bis, et 412. — Fragmentum in codd. Paris. bibl. pub. 1754, ubi de Artziburio disseritur; et 3100. — Florentiæ in codd. Laurent. 36, 5, plut. 5; et 12, 3, plut. 9, fragm. de Spiritu S. *V.* Baudin. cat. codd. gr. Laur. I, p. 61 (ubi is adnotat, fragmenta exhiberi a Leone Allatio adversus Hottinger. c. 19, p. 421, et de consensu lib. II, cap. 13, § 4) ac p. 407. — cod. VI, 8, plut. 86. Fragmm. de prædeterminatione et præscientia Dei ἐκ τοῦ εἰς τοὺς ἀπ' αἰώνων κεκειμημένους τροπαρίου. V. Baudin. l. c. III, p. 295. Idem tom. I, p. 99, 348 et 434, adnotat, Theodorum citari in Expositione sacror. præceptorum; tum a Jo. Cantacuzeno contra Palamam, et in *Thes. orthod. fidei.* Add. supra, in h. vol. p. 280. Harl.]

NOTITIA ALTERA,

Ex Leonis Allatii *Diatriba de Theodoris* apud Ang. Mai, *Biblioth. Nov. t. VI, p.* 158.

Theodorus, a Studio monasterio, cui ipse præfuit, Studita dictus, auctor magni nominis. Multa ipse tulit pro defensione sacrarum imaginum, et institutorum ecclesiasticorum, adeo ut universa ejus vita diis, ut vulgo aiunt, iratis genioque sinistro transacta fuerit. Illius nimias miserias, carceres, exsilia, atque oppressiones, fuse docteque prosecuti sunt Michael monachus, et alius incertus, qui ejus vitam conscripserunt. Michaelis monachi incipit : Πολλοὶ μὲν τῶν ἁγίων κατὰ διαφόρους χώρας. Incerti, qui penes me manuscriptus asservatur : Καὶ πᾶσι μὲν ἡδὺς καὶ τοῦ παντὸς ἄξιος ὁ μέγας Πατὴρ ἡμῶν καὶ ὁμολογητὴς Θεόδωρος (1). Eam Joannis esse, conjectura non levi diceret nescio quis, cum in fine vitæ legatur, Θεοῦ τὸ δῶρον, καὶ πόνος Ἰωάννου, *Dei donum, et labor Joannis* (2). Nisi labor ille non de compositione, sed de scriptione etiam intelligi posset. Verum cum in dicto codice alia quoque eodem charactere, et similis scriptionis nota descripta sint, nec uspiam dictum laborem memoraverit, nisi post Theodori vitam, fortasse non inconsiderate de compositione intelligendus est. Sed id alii judicent. Habeturque præterea de illius obitu epistola prolixa Naucratii monachi, tanti patris discipuli, ad fratres spirituales et patres (3).

Neque enim illius tantum discipuli, sed alii quoque plerique in eo laudando, et in ejus rebus gestis enarrandis ingenium calamumque exercuerunt, ut indicavit Michael monachus in ejus Vita.

Nullus finis esset, si quæ in illius laudes alii dictarunt, hoc in loco colligere conaremur. Apponam tantummodo troparia quædam ex meo manuscripto, quibus quantus fuerit hic vir in Ecclesia Dei aperte dignosces. Primum est : Ὁ ἀσκητικὸς βίος σου, ταῖς τῶν ἀρετῶν πράξεσι, σοφὲ, ὡς ἥλιος ἀναλάμψας φρυκτωρεῖ, καὶ συγκαλεῖ πάντας εὐσεβῶς πρὸς σωτηρίας τὴν τρίβον, Θεόδωρε μακάριε· τοὺς ἐν ἀγνοίᾳ γὰρ ἀγνωσίας καὶ παθῶν, καὶ πολλῶν ἐγκλημάτων καθοδηγεῖ πρὸς θείαν γνῶσιν ταῖς διδαχαῖς τῶν ἔργων σου καλῶς· ἀλλὰ καὶ νῦν μὴ παύσῃ ὑπὲρ τῆς ποίμνης σου τῷ Χριστῷ πρεσβεύων. II. Ὁ πρὸς τὸν Θεὸν ζῆλός σου τὴν τοῦ Βαπτιστοῦ χάριν σοι σαφῶς προσμαρτυρεῖ, θεοφόρε· τοὺς γὰρ πράξει μοιχικῇ φθείροντας

NOTÆ.

(1) Hoc initio exstat in editione Sirmondi vita Studitæ, gerens nomen auctoris Michaelis monachi, quod secus erat in codicibus Allatianis. At illa incipiens πολλοὶ, tribuitur eidem Michaeli in duobus codicibus Vat. De hac re diligentius nos dicemus, cum alteram hanc Studitæ vitam typis trademus. A. M.

(2) Ergone edita vita a Sirmondo, dicenda est habere auctorem Joannem? Inedita autem Michaelem monachum, cui reapse inscribitur in codd. Vaticanis? A. M.

(3) Edidit hoc Naucratii scriptum Combefisius, t. II, Auctarii Bibl. PP. p. 855. A. M. — Vide infra inter testimonia veterum. Edit.

Digitized by Google

σαφῶς τῆς ἐκκλησίας τὸ κάλλος, Θεόδωρε, διήλεγξας· ἐν παῤῥησίᾳ γὰρ ἐμφανῶς καὶ δυνατῶς θάρσει θεϊκῷ, καὶ ὡς βέλεσι τοῖς λόγοις ἀπέφραξας τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου γράφειν. III. Σὺ ὡς γεωργὸς ἄριστος νέαν τῷ Θεῷ ἄμπελον, σοφὲ, φυτεύσας ἐν εὐσεβείᾳ, καὶ ποτίσας δαψιλῶς λόγῳ διδαχῆς τῶν μοναζόντων τὰ πλήθη, Θεόδωρε πανόλβιε· τὴν βασιλίδα γὰρ ὥσπερ πόλιν τοῦ Θεοῦ ἀνέδειξας ἐν ταύτῃ, ἐν ᾗ αὐξήσασα εἰς κάλλος ἐξέτεινε τὰ κλήματα αὐτῆς, ὀρθοδοξίας πίστιν καρποφορήσασα ὁμολογίας. IV. Ὡς διφυᾶ σε πηγὴν ἀένναα βρύουσαν νάματα ἐν κόσμῳ πιστῶς καὶ ὁσίως προστρέχομεν· ἐκεῖθεν δὲ λόγον διδαγμάτων σου ὃν ἐκ χειλέων μελισταγῶν πλουσίως ἐκχέεις ἡμῖν· ἀλλ', ὦ ἱερόμυστε πάτερ, μὴ ἐπιλάθῃ τῆς ποίμνης σου ἡμῶν ἐκ πάσης ἀνάγκης, καὶ φθορᾶς, καὶ παθῶν λυτρωθῆναι, ἡγιασμένε Πάτερ Θεόδωρε. V. Ἡ τῆς πίστεως ἐπανθοῦσα ἀρετὴ, καὶ τὸ καρτερικὸν ἐν τῇ ἀσκήσει σου, πάντας ἕλκει πρὸς ὑμνῳδίαν τῶν κατορθωμάτων σου, Θεόδωρε πανόλβιε· ὅθεν τοῖς θείοις σου μέλισμασι, τὴν τῶν ἀνθῶν ποικιλίαν τρανῶς ἐπαφῆκας ἡμῖν· διὸ συγκροτοῦσι χοροὶ τῶν ἀσωμάτων, καὶ πανηγυρίζει ἡ Ἐκκλησία τὴν μνήμην σου μυστικῶς ἐγκαυχωμένη· Χριστὸν τὸν Θεὸν μὴ ἐλλίποις πρεσβεύειν τοῦ σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Sed de ejus scriptis agamus. Possevinus refert duo fragmenta eum reliquisse, alterum epistolæ ad Naucratium filium, in qua agit de hæresibus et schismate; alterum autem fragmentum in quo agit de honore sanctis imaginibus deferendo, exstareque in tomo tertio *Bibliothecæ sanctorum Patrum Bigmæi*, editionis secundæ. Opusculum vero antea prodiisse Antuerpiæ apud Joannem Stelsium anno 1556, adjunctum tribus libris Joannis Damasceni adversus traducentes et criminantes sanctorum imagines. Epistolam item catecheticam scripsisse ad eos, qui causa sacrarum imaginum cultus in carcere essent, quos perstare in fide catholica hortatur, quam legimus in nono tomo Annalium cardinalis Baronii sub anno 914; quemadmodum alteram ejusdem Studitæ catecheticam ad fratres sub anno 818; et aliam ejusdem argumenti, aliam quoque de Eustratio lapsum occultante, quæ est 16, in codice Columnensi, ex quo Baronius ipsam desumpsit. Disputationem quoque ipsius Studitæ adversus Constantinum Copronymum imperatorem anno 795. Sed hæc minutiora sunt, et longe illustrium scriptionum τεμάχια. Quare majora illius scripta numeranda sunt; a quo nos labore facile liberasset Sirmondus, si hunc patrem, quem a tanto tempore parturit, emisisset in lucem aliquando: sed quando id huc usque non egit (4), eorumdem operum catalogum, ut colligere potuimus, contexamus.

Scripsit alias atque alias orationes de laudibus variorum sanctorum, et de ecclesiæ solemnitatibus. Et librum hunc, in quo hujusmodi orationes continebantur, vocavit πανηγυρικόν.

Ex his unam *in adorationem pretiosæ et vivificæ crucis*, quæ incipit, ἀγαλλιάσεως καὶ εὐφροσύνης ἡμέρα, edidit Græce et Latine Gretserus tomo II (p. 231), de cruce. Alia ejusdem in sanctum Platonem, cui ipse in eodem monasterio successit, et incipit, ῥήτορσι μὲν καὶ σοφισταῖς ἡ πᾶσα σπουδὴ. Latine edita est apud Surium tomo VI, exstatque Græce in bibliothecis Vaticana, Barberina, et aliis (5). Meminit quoque illius Michael monachus in ejus vita: Καὶ ὁ τῆς προκατονομασθείσης ἀοιδίμου Θεοκτίστης ὁμαίμων Πλάτων ὁ σεβασμιώτατος· περὶ οὗ καὶ λαμπρῶς ἐσπουδάσθη τῷ μεγάλῳ Θεοδώρῳ ἔπαινος τὴν αὐτοῦ ἐκτιθεμένῳ ἀξιοπρεπῶς πολιτείαν. *Et antea laudatæ celebris Theoctistes frater Plato quam maxime reverendus, de quo præclara laudatio concinnata est a magno Theodoro, illius vitæ institutum pro dignitate exponente* (Scilicet in vita inedita vero Michaeli inscripta cod. p. 137).

Ineditæ sunt, quod ipse sciam. Ἐγκώμιον εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ἁγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. *Laudatio in dormitionem sanctæ Dominæ nostræ Deiparæ.* P. Φωνὴν σάλπιγγος κερατίνης βοῆς ἀλαλάζουσα γεγωνότερον (6).

Ἐγκώμιον εἰς τὸ γενέσιον Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου. *Laudatio in diem natalem Joannis Præcursoris.* P. Ἀηδόνι τινὶ πολυφώνῳ (7).

Ἐγκώμιον εἰς τὴν ἀποτομὴν τῆς κεφαλῆς τοῦ Προδρόμου. *Encomium in decollationem sancti Joannis Præcursoris.* P. Φασινὴ καὶ θεοχαρὴς ἡ συναγείρουσα ἡμᾶς πρὸς ἑορταμόν (8). Epitomatores Gesneriani: *Theodori Studitæ sermo de inventione capitis sancti Joannis Baptistæ; encomium in sanctum patrem Epiphanium. Ni mendum sit in primo, et pro inventione capitis, abscissione legendum* (9). Alteram *in sanctum Epiphanium* nondum videre contigit (10).

Gerardus Vossius in notis ad Thaumaturgum (ed. p. 109) tradit in manuscripto cardinalis Sirleti sub num. ιγ' haberi Theodori Studitæ sermonem *in Annuntiationem beatæ Mariæ Virginis* (11).

NOTÆ.

(4) Posthumus denique exiit Theodori Studitæ operum tomus Sirmondianus, in quo supra nominata ab Allatio scripta videre licet. A. M.

(5) Edita postea Gr. et Lat. apud Bollandianos t. I April. append. p. 46. A. M.

(6) Edidimus nos in tomo V *Bibliothecæ novæ Patrum*, part. II, p. 54. A. M.

(7) Apud nos tom. cit. p. 33. A. M.

(8) Item apud nos tom. cit. p. 43. A. M.

(9) Et *De decollatione*, et *De inventione* capitis sancti Præcursoris exstant orationes Studitæ, ut diximus in adn. tom. cit. p. 77. A. M.

(10) Ne nobis quidem hæc *in Epiphanium* oratio occurrit. Fortasse epitomatores Gesneriani scripserunt mendose *in Epiphanium* pro *Epitaphium*. Etenim tres epitaphicas Studitæ orationes nos memoravimus tom. cit. p. 77. A. M.

(11) Quærenda est hæc quoque oratio. A. M.

Digitized by Google

Penes me est oratio ipsius catechetica in Dominicam resurrectionis. P. Τί τοῦτο ἀδελφοὶ ἀγαπητοὶ καὶ φιλέορτοι (12).

Relatum est mihi doctissimum Sirmondum edendi hujusce Patris laborem intermisisse, quod plerasque illius orationes in varios sanctos, quæ nuntiabantur ipsi Scoriaci delitescere, nondum impetrare potuerat. Vereor ne fucus illi factus sit a seiolo quopiam (13), qui cum ejus catecheses percurrens vidisset, varias ibi præponi solemnitates, et sanctorum nomina (veluti εἰς τὸ Πάσχα. Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν. Εἰς τὴν μνήμην Μιχαὴλ τοῦ ἁγιωτάτου μητροπολίτου Συναδῶν. Εἰς τὴν μνήμην Ἰωάννου μητροπολίτου Χαλκηδόνος. Εἰς τὴν παραμονὴν τῆς κοιμήσεως τῆς Θεοτόκου. Εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ἰνδίκτου. Εἰς τὴν μνήμην τοῦ μάρτυρος Θαδδαίου. Εἰς τὸν ἅγιον Παῦλον τὸν ὁμολογητήν. Εἰς τὴν μνήμην τοῦ ἁγίου Βασιλείου, καὶ τοῦ Χρυσοστόμου καὶ τοῦ ἁγίου Ἐφραίμ. Εἰς τὸν εὐαγγελισμόν. *In Pascha. In transfigurationem. In memoriam Michaelis sanctissimi metropolitæ Synadorum. In memoriam Joannis metropolitæ Chalcedonensis. In vigiliam Deiparæ dormitionis. In principium indictionis In memoriam martyris Thaddæi. In sanctum Paulum homologetam. In memoriam sancti Basilii, Chrysostomi, et sancti Ephræm. In annuntiationem*, et similia), opinatus est, eas diversas esse orationes de variis sanctis, ac solemnitatibus ab eodem dictas, et distinctas a catechesibus ibidem conservari; quod accidit quoque Possevino, qui post memoratas centum triginta quinque catecheses e Græco conversas, editasque Antuerpiæ opera Andreæ Scotti, mentionem inducit sermonum centum triginta quatuor in anni totius festa a Joanne Bellero ibidem emissorum anno 1603, interprete Joanne Livineio, quas tamen Theodori esse catecheses, testatur Gesnerus : *Prodierunt ante aliquot annos catecheses ejusdem Theodori, interprete ex Græco Joanne Livineio.*

Catecheses ipsius Latine edidere, ut diximus, Antuerpienses opera Andreæ Scotti, et Græce passim in Italia reperiuntur in Vaticana, Altempsiana, Barberina, apud Germanos in Bavarica. Sciendum porro est Theodorum duos catecheseon libros composuisse, quorum alterum *Parvam catechesim* nuncupavit, centum triginta et quatuor sermones continentem, quos proprio ore discipulis suis dictavit: alterum *Magnam catechesim*, in qua prolixiore sermone instituta monachorum explicat et doctrinam, qua absolutam illius vitæ rationem consequerentur. Fusius tradit auctor illius vitæ (cap. 35).

Quæ vero modo catecheses præ manibus sunt, cum numerum parvæ catecheseos exæquent, et brevioribus colloquiis constent, *Parvam catechesim* esse manifeste apparet. De magna an alicubi lateat indagandum curiosius est (14).

Scripsit item librum dogmaticum, in quo oppugnatores imaginum validissimis rationibus refellit, et principum mala facta animose sugillat.

Inter has orationes accenseri debent quæ adhuc supersunt in Barberina, et regia Parisiis cod. 7091 (15). Ἀντιῤῥητικὸς πρῶτος κατὰ Εἰκονομάχων. *Antirrheticus primus contra Iconomachos.* P. Καιρὸς τοῦ λαλεῖν, ἀλλ' οὐ τοῦ σιγᾶν ἐστι τῷ ὀπωσοῦν δυναμένῳ. Ἀντιῤῥητικὸς δεύτερος κατὰ τῶν αὐτῶν. *Antirrheticus secundus contra eosdem.* P. Ὁ μὲν τῆς ἀληθείας λόγος μονοειδής τις ὤν. Ἀντιῤῥητικὸς τρίτος κατὰ τῶν αὐτῶν. *Antirrheticus tertius contra eosdem.* P. Δαυὶδ μὲν ὁ ψαλμογράφος μία βολίδι λίθου. Et hic quidem in quatuor capita dividitur.

Ejusdem. Ἔλεγχος καὶ ἀνατροπὴ τῶν ἀσεβῶν ποιημάτων Ἰωάννου, Ἰγνατίου, Σεργίου, καὶ Στεφάνου τῶν νέων χριστομάχων. *Criminatio et refutatio impiorum poematum Joannis, Ignatii, Sergii, et Stephani novorum Christi oppugnatorum.* P. Προβλήματά τινα πρὸς εἰκονομάχους λέγοντας τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστοῦν μὴ ἐγγράφεσθαι κατὰ τὸν σωματικὸν χαρακτῆρα. *Problemata quædam ad Iconomachos, asserentes Dominum nostrum Jesum Christum non effigiari secundum corpoream formam, capitibus quindecim.* P. Εἰ ἐκ δύο φύσεων, καὶ ἐν δυσὶ φύσεσι. Ejusdem. Κατὰ Εἰκονομάχων κεφάλαια ζ'. *Adversus oppugnatores imaginum capita septem.* P. Θεοποιεῖν ἔστιν, ἵνα ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ ῥήματος συνθέσεως. Ejusdem. Ἐπιστολὴ πρὸς Πλάτωνα τὸν ἑαυτοῦ πατέρα περὶ προσκυνήσεως τῶν σεπτῶν εἰκόνων. *Epistola ad patrem suum Platonem de adoratione venerandarum imaginum.* P. Ἑαυτοὺς παραμυθούμεθα προσλαλοῦντες τῇ ἱερᾷ κεφαλῇ ἡμῶν (16).

Epistolarum libros V, in quibus fortem ac constantem animum, neque miseriis, neque cruciatibus, neque minis principum obnoxium cernere est. Plures numero exstant in primo, et secundo, et tertio exsilio scriptæ in bibliothecis Vaticana, Barberina, Vallicelliana Romæ, ex quibus quæ historiam conti-

NOTÆ.

(12) Apud nos tom. cit. p. 24. A. M.

(13) Fucus Sirmondo non est factus; constat enim ex Baunii præfatione ad tomum Sirmondianum, nonnullas orationes ab Arcudio illi in Galliam missas, idque confirmat Holstenii epistola 77, ut diximus tom. cit. p. 1. A. M.

(14) Magna catechesis non exstat in codicibus Vaticanis, sed non deest in Parisiensibus aliisque, ut diligenter adnotat Harlesius in Fabricii *Bibliotheca gr.* ed. nov. t. X, p. 449 seq., qui et unam ex his homiliis Græce edidit (tres autem ex minore coll. Mingarellius). Imo ibidem sigillatim recensentur catecheses CCXVII, quæ illam majorem collectionem constituunt. A. M.

(15) Qui sequuntur tres antirrhetici, imo et alia contra Iconomachos minora Theodori scripta, videntur mihi constituere illum ipsum librum dogmaticum, de quo supra. Cæterum et hi tres antirrhetici, et alia minora, quæ mox appellantur, scripta contra Iconomachos, leguntur in Sirmondiana editione. A. M.

(16) Leguntur hæc omnia in editione Sirmondi. A. M.

Digitized by Google

nebant a Sirmondo jam olim in Latinum versæ sunt, puto modo et reliquæ quæ justum volumen efficerent.

De his omnibus Theodori scriptis clare admodum pertractat Michael quoque monachus in ejus vita.

Capita ascetica, κεφάλαια ἀσκητικά. P. Οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἡ ἀσκετικὴ ζωή. In bibliotheca Barberina num. 250.

Varios *Canones et Troparia* (17), quæ ad hunc diem in Ecclesiis Græcorum concinnuntur. Canonum potissimam partem ipse cum Josepho fratre composuit, in templo sancti Romani, cum Leonis Iconomachi minas subterfugiens, ibi lateret. Origines Constantinopolitanæ nondum editæ (conf. *Imper. Orient.* t. I, ed. Paris. p. 55, cum diversitate.) Τὸν ἅγιον Ῥωμανὸν ἡ ἁγία Ἑλένη ἔκτισεν, καὶ πλησίον αὐτοῦ τὴν ἁγίαν σορὸν, καὶ τὸ λείψανον κατέθετο Δανιὴλ, καὶ τοῦ μεγαλομάρτυρος Νικήτα (ed. Ῥωμανοῦ) καὶ ἑτέρων πολλῶν προφητῶν λείψανα, ἅπερ ἠγάγετο ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἀπελθοῦσα εἰς ψηλάφησιν τοῦ τιμίου σταυροῦ· λέγεται δὲ ὅτι οἱ ποιηταὶ τῶν κανόνων Θεόδωρος καὶ Ἰωσὴφ οἱ Στουδῖται ἐκεῖσε διὰ τὸν φόβον φυγόντες τοῦ συρογενοῦς Λέοντος τοῦ εἰκονοκλάστου ἐκάθηντο, καὶ ἐποίουν τοὺς κανόνας· πεντακόσια δὲ ἔτη διῆλθον, ἀφ' οὗ ἐκτίσθη ὁ ναὸς μέχρι τῆς τῶν ῥηθέντων ποιητῶν κατοικία.. *Sancti Romani templum ædificavit sancta Helena, et prope ipsum sanctam thecam, et corpus deposuit Danielis, et magni martyris Nicetæ, et aliorum multorum prophetarum, quæ Hierosolymis advexit, cum illuc ad venerandam pretiosam crucem accessit. Fama est canonum compositores Theodorum et Josephum Studitas, ob metum Leonis Iconoclastæ in Syria nati, illuc confugisse, ibique morantes, canones composuisse. Quingenti vero anni præterierant, ex quo templum ædificatum fuerat, ad dictorum poetarum habitationem.*

Cum vero hujusmodi cantica in Triodio (liber est Græcorum ecclesiasticus, de quo nos alibi) multa abundarent, vel etiam potiorem illius partem occuparent, quemadmodum et alia Josephi, factum est ut ille liber Theodori atque Josephi nuncuparetur. In Regia bibliotheca Parisiis cod. 1351. Τριῴδιον σὺν Θεῷ, ἀρχόμενον ἀπὸ Τελώνου καὶ Φαρισαίου μέχρι Λαζάρου τοῦ δικαίου· ποίημα Ἰωσὴφ, καὶ Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου. *Triodion cum Deo, incipiens a Publicano et Pharisæo, finiens in justum Lazarum, opus Josephi et Theodori Studitæ.* Id vero, ut jam dixi, asseritur, non quod totus liber Theodori ac Josephi sit, sunt enim etiam aliorum troparia et canones, sed quod major illius pars ad hos duos referatur (18).

Scripsit præterea *hypotyposim monasterii Studii.* Ἡ ὑποτύπωσις σὺν Θεῷ τῆς καταστάσεως τῆς μόνης τῶν Στουδίων. *Hypotyposis Dei gratia vivendi rationis monasterii Studii.* P. Πολλῶν ὄντων καὶ διαφόρων τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς μοναστηρίοις (19).

Item Typicon περιέχων τὴν ἅπασαν ἀκολουθίαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως. In quo ordo recitandi officii ecclesiastici singulis diebus exponitur. Est manuscriptum in bibliotheca Barberina (20). De Typicis quemadmodum de Triodio nos plura diximus in dissertatione de libris ecclesiasticis Græcorum.

Item epitimia, quibus pœnæ statuuntur illis, qui in suo munere deerraverint, vel deliquerint (21). P. Ὁ μὴ φύρισκόμενος εἰς τὴν εἴσοδον τοῦ Δόξα ἐν ὑψίστοις.

Testamentum quoque condidit antequam moreretur. P. Ἀκούων τοῦ Θεοῦ Δαβὶδ λέγοντος· Ἡτοιμάσθην (22).

Carmine vero iambico prosecutus est primi parentis ortus et prævaricationem, Caini invidentiam, Enochi, Noe, et aliorum patriarcharum res gestas, nec non Iconomachorum hæresim.

Eodem metri genere administris monasterii sua cuique munia exposuit, ab ipso omnium præfecto, usque ad postremum et infimum. Ex quibus reliqui sunt, qui habentur in bibliotheca Vaticana, Barberina, Altempsiana Romæ, et sancti Joannis in Carbonaria Neapoli (23). Tractavit quoque alia varii argumenti (24).

In Theodori Studitæ troparion quod dicit: Βάθει τῶν κριμάτων σου, Χριστὲ, πανσόφως προώρισας ἑκάστου τέλος ζωῆς τὸν τόπον, καὶ τὸν τρόπον. Διὸ οὓς ἐκάλυψε τάφος πάσῃ χώρᾳ ἐν τῇ κρίσει σῶσον πανοικτίρμων. *Altitudine judiciorum tuorum, Christe, sapientissime prædeterminasti uniuscujusque vitæ finis*

NOTÆ.

(17) De Theodori tropariis diximus nos in præfatione ad eumdem. Et sane codicem nobilem præmanibus habemus, ex quo ipso S. Sophronii troparia jam edidimus in Spicilegii Rom. tomo IV, A. M.

(18) Triodium ms. Vat. quod retro citavimus, septem alii melodi cum Theodoro componunt. A. M.

(19) Exstat apud nos tom. cit. p. 111 seqq. A. M.

(20) Item in codice Vat., ut diximus tom. cit. p. 102. A. M.

(21) Exstant item apud nos tom. cit. p. 78 et 138. A. M.

(22) Exstat in editione Sirmondi. A. M.

(23) Exstant hi iambi nunc in calce editionis Sirmondi A. M.

(24) Hic Allatius complura Studitæ in scripto suo carmina subtexebat, quæ cum omnia in citata editione nunc legantur, nos omittenda putavimus. A. M.

Digitized by Google

locum et modum ; propterea quos sepulcrum texit in omni regione, in tuo judicio salva, misericordiosissime; Exstat apud me satis docta expositio Michaelis Glycæ inter ejus epistolas manuscriptas.

Exstare etiam Studitæ nostri librum *De futura restitutione* (Possevinus interpretatur *resurrectione*, Græce est κατάστασις) scribit Gesnerus, sed locum non indicat, neque apud quem inveniatur (25).

NOTÆ.

(25) Præter hactenus recensita ab Allatio scripta, habentur in nostra editione tom. cit hæc. 1. *Judicium de compendio regularum S. Basilii.* 2. *Explicatio liturgiæ præsanctificatorum.* 3. *Supplementa brevia epistolarum.* 4. *Catechesis chronica.* 5. *De confessione et satisfactione.* 6. *Quæstiones aliquot.* Insuper Allatius nonnullarum ex orationibus mentionem omisit, quas habes in nostro libro vel impressas vel commemoratas. A. M.

PRÆFATIO

POSTHUMÆ SIRMONDIANÆ EDITIONI PRÆMISSA.

Quis quantusque vir fuerit Theodorus Studites, sive sanctitas vitæ et facta ejus præclara; sive doctrina, eloquentia et ingenii monumenta spectentur : quantaque viri auctoritas et existimatio in Ecclesia Orientali exstiterit; abunde docent, tum Vita a Michaele monacho, qui cum ipso vixit, accurate conscripta, quam in fronte ipsius Theodori operum apposuimus : tum etiam quæ collegimus veterum de eo testimonia : ac demum elogia sane luculenta, a nobis sublecta ex Baronii Annalibus : in quibus maximus cardinalis, vir acerrimi summique candoris, tam crebro tamque impense Theodorum Studitam ejusque scripta commendat, ac si opinionem de illo conceptam assequi verbis, sibique ipsi in eo laudando satisfacere non possit.

Et vero, *Quis non hujusmodi virum quantis valet præconiis prosequatur, cujus eloquentia inspirata divinitus, et Ecclesias docuit, et sæculum confutavit?* liceat enim hic usurpare quæ a Maximo Taurinensi dicta sunt de Cypriano (in hom. 2, *in Natali D. Cypriani*) cui, si episcopatus apicem et martyrii titulos exceperis, multis certe nominibus conferri potest Theodorus, omnino *fuit* (*Ibid.*), in Theodoro perinde ac *in Cypriano, et contra errores diaboli spiritualis sapientiæ plenitudo, et adversum persecutiones mundi Christiani pectoris indefatigata constantia. Vere hic mirabilis, atque omnium ubique studiis celebrandus : quem sanctitas sacerdotem, peritia doctorem, fides* tantum non *martyrem consecravit :* exsulem certe pro Christo vinctumque sæpius ac flagellis dirissime cæsum : martyrio interim paratissimum, capitisque supplicium quotidie sic exspectantem, *ut corona singulis diebus posset ascribi* (Pontius in *Vita S. Cypriani*). Sed, qui difficillimis temporibus ad fidei pietatisque tutamen divinitus datus fuerat, revera Theodorus, diutius *servatus est : quia debebat esse, qui, dum Dei populum vastabat persecutionis infeste insolens atque acerba grassatio ; posset saucios homines, et varia expungentis inimici arte jaculatos, adhibita medicinæ cœlestis medela pro qualitate vulneris, vel secare interim, vel fovere : qui* innumerabiles monachos ac *virgines ad congruentem pudicitiæ disciplinam, et ad habitum sanctimonia dignum velut frenis quibusdam coerceret : qui doceret pœnitentiam lapsos, veritatem hæreticos, schismaticos unitatem, filios Dei pacem et evangelicam legem : per quem,* si non *gentiles,* at hæretici *blasphemi vincerentur : a quo Christiani mollioris affectus circa suorum amissionem consolarentur spe futurorum : qui martyres exhortatione divini sermonis erigeret : qui confessores ad exemplum martyrii superstites reservatos incentivo tubæ cœlestis animaret* (Ibid.). Quæ quidem omnia magni Cypriani propria sic fuerunt, ut prorsus eadem in Theodorum Studitam mirifice conveniant.

Atque ut de magnitudine animi, quæ et in Cypriano enituit potissimum, aliquid dicamus : quis, ea legens quæ adversus nefarias Constantini adulteri nuptias gessit scripsitque Theodorus, cum pro domo Dei et evangelica lege prope unus maximi imperatoris potestati se opposuit; ecquis, inquam, hæc legens, ibi quoque non suspiciat constantiam illam, illud pectoris apostolici robur, quo Cyprianus de viris potentibus Fortunato et Felicissimo Ecclesia pulsis scribebat ad Cornelium Papam (epist. 3 lib. 1) : *Si qui sunt qui putant se ad Ecclesiam aditum sibi terroribus facere : pro certo habeant, contra tales clausam stare Ecclesiam Domini, nec castra Christi invicta et fortia, et Domino tuente munita, minis cedere. Sacerdos Dei, Evangelium tenens, et Christi præcepta custodiens, occidi potest, non potest vinci.*

Neque virtutibus tantum ac rebus gestis, sed et scriptis non parum similes exstitere. Ac primum, ut in libris quos Cyprianus pro vero Deo adversus idolorum cultores, pro Christo adversus Judæos, pro Ecclesiæ unitate adversus Novatianos conscripsit, non modo *Historiarum omnium scientiam, ac verborum et sensuum splendorem* miramur cum Hieronymo (*epist.* 84 *Ad Magnum*), verum et Scripturarum fideique dogmatum intelligentiam suspicimus : sic in Theodori Antirrheticis, aliis-

Digitized by Google

que contra Iconomachorum hæresim lucubrationibus, præter dictionis copiam et nitorem, acumenque dialecticum et subtilitatem, qua sic premit adversarios, sic eorum technas retegit, cavillationes confutat, firmamenta omnia diruit, ut sanæ mentis cujusque consensum extorqueat; præter hæc, inquam, insignis Litterarum divinarum peritia, atque in argumentis ex intima theologia eruendis solertia elucet. Cumque adversus eamdem hæresim tam multi postea præstantes doctrina viri pugnaverint; eos fere armis iisdem videmus, iisdem rationum momentis, tanquam certissimis, pugnavisse.

Sed Cyprianum pariter ac Theodorum commendant imprimis epistolæ, quas in causa haud valde dispari scripsere : alter quidem ut suos Africanos in fide adversus tyrannorum ac Christiani nominis hostium furorem; alter ut Orientalem Ecclesiam in doctrinæ orthodoxæ professione adversus imperatores hæreticos confirmaret. Quinetiam in epistolis utriusque spirat sane idem fidei, pietatis ac divinæ charitatis ardor, rerum divinarum par studium, humanarum contemptio : utrobique vis ad persuadendum et suavis et efficax, altius penetrans in animos, in iisque dulces quosdam aculeos relinquens, et veri rectique amore vehementer succendens. Nec Theodoro defuit, quod Cypriano tribuit Lactantius (lib. v, cap. 1), *ingenium facile, copiosum, suave, et, quæ sermonis maxima est laus, apertum.* Cyprianus tamen pressior et astrictior, ut fere Africani scriptores, ac sententiis densior : Theodori autem oratio pro Græcorum ingenio, copiosior ac diffusior. Demum ut in Cypriani epistolis cernere est expressam antiquioris Ecclesiæ ac disciplinæ speciem et imaginem : sic Ecclesiæ Græcæ, imo et universæ, octavo ac nono sæculo statum, fidem, doctrinam, ritus sacros, ac mores ex uno maxime Theodoro licet cognoscere.

Porro autem quod Cypriano contingit, ut ingenti hæresis cujuscunque et schismatis odio, ac ecclesiasticæ unitatis studio abreptus, aliquando a recto paulisper deerraverit : ita, dum ævi sui hæreticos Theodorus acerrime insectatur, dum exsecratur ipsorum communionem, ab eaque alios absterrere, alios revocare omnibus modis studet; aliqua subinde scripsit, quæ excusatione aut interpretatione saltem benigna egeant : præcipue quod rem sacramentorum attinet.

Baptismum quidem ipse non adimit, uti Cyprianus, hæreticis : nisi qui *in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* minime baptizarent. Atque hoc modo intelligi vult (epist. 40, lib. I) Apost. canonem LXVIII, quo sancitum erat, *eos qui ab hæreticis ordinati, aut baptizati essent, nec clericos esse posse nec fideles :* id, inquam, restringit Theodorus ad eas sectas quæ Trinitatis invocatione baptisma non consecrarent. At alia Iconomachis sacramenta, Eucharistiam præsertim, videtur abstulisse. Quippe in epistola quadam (epist. 187, lib. II) eos qui hæreticorum in communione decesserint, corporis et sanguinis Domini participes in exitu fuisse prorsus negat : *Hæreticum enim panem illum, non autem corpus Christi esse.* Apertius etiam et expressius alio in loco (epist. 24, lib. II), *communionem cum hæreticis*, non *panem* Christianis *communem, sed venenum esse* ait : *quantumvis illi orthodoxorum precibus* (quo nomine mysticas sacramentorum formulas sæpe antiqui vocitant) *in re divina utantur. Quippe illas preces perperam apud ipsos intelligi, neque id quod verba significant, credi. Quocirca, licet ritum adhibeant orthodoxum, incassum ipsos loqui, vel potius ludos agere, et contumelia liturgiam afficere. Quemadmodum præstigiatores inter dæmoniorum sacra divinis canticis abutuntur*

Collegit quidem Algerus (lib. III *De sacrament. Euchar.* cap. 1) similia aliquot Patrum dicta : in quibus est illud Pelagii papæ in quadam epistola (*Ad Viatorem*, sive *Victorem, et Pancratium*) : *A schismaticorum sacrificiis, potius autem sacrilegiis, abstinere debetis... Non est corpus Christi quod schismaticus conficit.* Alia omittimus quæ legere est apud Algerum : cujus responsio est (cap. 12), Pelagii quidem verba non sic accipienda esse, *quasi corpus Christi essentialiter verum in sacramento non conficiat schismaticus;* sed de corpore mystico intelligi debere : ut sensus sit, corpus Christi quod Ecclesia est, a schismaticis confici sive componi non posse; ac Pelagius ipse mentem suam prorsus ad illum modum explicat apud Gratianum (can. XXXIV, 24, q. 1), ubi epistolæ illius pontificiæ locus idem, sed aliquanto longior, recitatur. Ad alia autem Patrum dicta respondet Algerus (*Ibid.*) non aliud eos significasse, nisi hæreticorum sacramenta *ipsis hæreticis vel eorum complicibus noxia esse et letifera*, hoc est, sine exitiabili scelere nec administrari nec suscipi.

At Theodori locus, posterior saltem, simili responsione mitigari posse non videtur, sed satis aperte affirmare, vim et efficientiam illius sacramenti ex administrantium fide pendere.

Sacras quoque ordinationes, quæ ab episcopis hæreticis vel ob crimen depositis peractæ essent, videtur irritas ac nullas putavisse. Sic, ad Naucratium scribens (lib. I, epist. 40), *in veris Dei ministris censeri non posse* ait, quos episcopus hæreticus ordinaverit. Ac in epistola (lib. II, epist. 215) ad Methodium monachum (quam nos Theodoro vindicavimus, licet ipsam V. Cl. Joannes Cotelerius ediderit (*Monum. Eccl. Gr.* t. III) sub Nicephori patriarchæ nomine) de presbytero quodam per episcopum criminis causa depositum ordinato interrogatus, *Cum*, inquit, *manifesta sit absurditas, ne percontari quidem de hoc crimine debuistis; dixit quippe Christus :* Non potest arbor mala fructus bonos facere (*Matth.* VII, 18). *Quamobrem, etsi a proprio præposito, aut etiam a quopiam sancto pœnitentium acceperit, non tamen solutus est ut rem sacram facere possit.*

Verum in his videtur habuisse quem, more suo,

Digitized by Google

sequeretur magnum Basilium, qui de episcopo A per hæreticos consecrato ait (epist. 192) : *Non agnosco episcopum, nec Christi illum sacerdotibus adnumerarim, qui a profanis est manibus ad fidei destructionem præsul electus. Hæc mea est de illo sententia.* Moxque admonet, *ne, si manus illius impositionem quisquam acceperit; post, reddita pace, sacerdotuli ordini sese accensere contendat.* Atque hunc Basilii locum profert Theodorus (epist. 11, lib. II). Cum autem eumdem locum monachi objecissent in VII synodi actione 1, in qua episcopi tres ex hæresi revertentes sedibus restituti sunt; Tarasius patriarcha respondit : *Et ego exsecror eos qui ob hujusmodi causam et fidei destructionem sunt ordinati : et maxime si episcopi orthodoxi præsentes* B *fuerunt, a quibus poterant consecrari. Sic enim est paternus sensus;* at mox ait, nequaquam Basilium statuere, ut ab hæreticis ordinati, nunquam recipi possint in clerum : interdum enim in ea re dispensatum fuisse a Patribus : quibus contrarius credi Basilius non deberet. Ipsum igitur solummodo voluisse, ut id nonnisi ægre admodum fieret. Pariterque Theodori locos sic explicari posse existimamus, ut duntaxat voluerit, tum episcopis hæreticis vel depositis, tum iis qui ordinationem ab ipsis scientes accepissent, sacris functionibus interdictum esse. In quo nihil est quod abhorreat a regula catholica, aut porro ab scholæ placitis : cum sit communis et constans theologorum sententia, Ecclesiæ ritu ordinatos ab episcopo hæretico vel deposito, sacramentum quidem recepisse : at, quia per nefas accesserint, aut ipsi quoque in hæresi versentur, tunc neque Spiritus sancti gratiam; siquidem hanc hæresis et quæcunque gravis noxa excludit; neque jus officii sacri legitime exercendi recepisse : cum ipse ordinator eo jure per hæresim vel exauctorationem exciderit, proindeque illud tradere alteri minime potuerit.

Cæterum hæreticos, aut depositos excommunicatosve, consecrando eucharistiam vel ordinando, nihil agere, neque Christi corpus, ordinationisve sacramentum conficere; potestatemque et characterem quem habuerant, ecclesiastica depositione abolitum, non posse nisi nova ordinatione restitui, censuerunt olim catholici doctores D aliqui : quorum testimonia collegit vir eruditissimus Joannes Morinus in Commentario de sacris Ecclesiæ ordinationibus (part. III, exerc. 5). Unum nunc audiemus Gratianum, qui ea de re disputans 1, q. 1, post canonem 45, sic concludit : non de omnibus generaliter sacramentis, sed de baptismo intelligi debere id quod Augustinus ait, sacramenta Christi per hæreticos ministrata, suo effectu non carere. Ac post canonem 74 : *Patet*, inquit, *quod sacramenta ecclesiastica præter baptisma, ut supra dictum, ab hæreticis ministrari non possunt.* Nam de baptismo, quanquam aliquando certatum est acerrime, tamen multo citius dijudicata, et plenariæ, sicut Augustinus ait, synodi oraculo dirempta lis fuit. De reliquis sacramentis diutius dubitatum. Etsi de his quoque prorsus idem ac de baptismo statui debere, plurium semper potiorumque sententia auctorum fuit : sed nondum id ratum apud omnes et confessum erat, sicut postea fuit.

Erga eos qui in hæresim Iconomachicam lapsi, ad Ecclesiam postea redirent, severior videtur fuisse Theodorus, quam ferret illius temporis usus, et Ecclesiæ instituta. Nam clericos quidem hac tantum lege vult recipi, ut, peracta etiam pœnitentia, careant honore omni ecclesiastico (epist. 191, lib. II), *lector a lectione, diaconus a ministerio, presbyter a sacrificio arceatur* (epist. 6, lib. II), *neque restitui possit ab ullo antistite* (epist. 119, lib. II) : *episcopus demum cedat episcopatu;* (epist. 20, lib. II); *donec conveniat synodus orthodoxa, quæ integram absolutionem impertiat* (epist. 11 et 96, lib. II). *Laici autem ac monachi sanctis mysteriis, præterquam in morte, non participent.* Sane, viguit aliquot sæculis ea disciplina, ut clerici, qui ad hæreticos defecissent, ad Ecclesiam reversi, nunquam ad sacra munia, nec nisi ad laicam communionem admitterentur. Erat quippe *constitutum in Ecclesia*, ait Augustinus (epist. 50), *ne quisquam, post alicujus criminis pœnitentiam, clericatum acciperet, vel ad clericatum rediret, vel in clericatu remaneret.* Sed paulatim relaxata hæc severitas. Novatianos cum suis honoribus synodus C Nicæna I restituit, atque haud paulo ante Cornelius papa scribens ad Cyprianum (epist. 46), *Maximum*, inquit, *presbyterum* (a Novato revertentem) *locum suum agnoscere jussimus.* Præsertim quod Maximus, et qui cum ipso recepti, circumventos se a Novato, paucis diebus ipsi adhæsisse, ac *sincera mente semper in Ecclesia fuisse* profiterentur. In Alexandrina autem synodo, anno Christi 362 coacta, cum instituta esset quæstio de iis episcopis ac presbyteris qui apud Ariminum perfidiæ Arianæ subscripserant; *multi* quidem *confessores fidei calore ferventes*, ut scribit Rufinus (*Hist.* lib. I, cap. 28), *censebant nullum debere ultra in sacerdotium recipi, qui se utcunque hæreticæ communionis contagione maculasset.* Tamen *communi decreto placuit*, ait Athanasius (*Ad Rufinianum*), qui synodo præfuit, *ut hic et ubique gentium, quicunque lapsi fuissent proprio arbitrio, et antesignani fuissent impietatis, si resipiscerent, ignoscendum quidem illis, non restituendos in cleri numerum. Qui vero non auctores, sed necessitate et violentia compulsi fuissent, visum est quidem illis ignoscendum, et in cleri locum restituendos : maxime cum probabilem defensionem et excusationem dederint.* Velut ii episcopi qui fucum in Ariminensi synodo passi erant. Postea demum mitius actum est cum omnibus in hæresim lapsis, etiam clericis, qui damnato errore, veniam postularent. Cujus rei exempla congessit Joannes Morinus (*loc. jam cit.*).

Digitized by Google

Excipit adversus ista Theodorus (epist. 2, lib. II), primo quidem transfugas haud ita recipi debere, ac qui antea in Ecclesia nunquam fuissent. Deinde (*ibid.*) inter hanc aut illam hæresim discrimen esse non leve: quin (lib I, epist. 40), hæreticos proprie esse duntaxat eos qui religionis Christianæ caput ipsum peterent, hoc est, Trinitatis fidem oppugnarent: cæteros vero, velut Meletianos, etc., potius schismaticos censeri debere. Iconomachorum autem hæresim esse omnium deterrimam, ex Marcionis, Manichæi, Arii, Photini erroribus conflatam, imo Judæis ac gentilibus impietate similem atque geminam, demum, qui ab ea redirent, sic accipi debere ut qui Domini nomen ejuravissent. At, quia in septima synodo, cujus recens tunc memoria, episcopi plures ab illa hæresi venientes, post editam catholicæ fidei confessionem recepti salvis honoribus fuerant: videri forte possit Theodorus concilii generalis placita haud satis veneratus. Et vero ex ipsius epistolis apparet, accusatum aliquando fuisse, quod synodum illam pro œcumenica non agnosceret, qua de re postea dicturi sumus. Nunc, quod lapsorum redintegrationem attinet, certe nusquam ille affirmavit, non posse illos rite in pristinum statum restitui; sed tantum rem voluit remitti ad synodum opportuno tempore cogendam, quæ pro suo jure, sicut Nicæna fecerat, sententiam ferret. Et vero Nicæni Patres non scripserant canonem sive legem, quæ in posterum, quid esset similibus in causis faciendum, definiret atque præscriberet.

Notanda demum ad ejus defensionem quæ scribit (lib. I, epist. 38), de monachis, qui in VII synodo institerant, ut ex Iconomachorum hæresi conversi, ad sacerdotia non admitterentur; quique de ordinationibus apud hæreticos peractis quæstionem moverant. *Ili* (Sabbas et Theoctistus) *ne ab Iconomachorum*, inquit, *hæresi redeuntes episcopi in pristinos gradus restituerentur, non quidem omnes, sed præcipui et principes hæreseos, juxta sancti Athanasii verba, restiterunt, quod sane absurdum non erat. Sed postquam synodus tunc congregata recipiendos omnes judicavit, exemplum secuta quartæ sanctæ synodi; assenserunt et ipsi, nam in eo nulla erat rei necessariæ transgressio.* Notanda item quæ de Tarasio scribit (lib. I, epist. 53), qui in eadem synodo præ cæteris auctor fuerat lapsos redintegrandi: *Quænam causa fuit cur a Tarasio dissenserimus? Fides? atqui palam orthodoxus erat, sacras synodos sequebatur... Eorumne qui ab hæresi revertebantur susceptio? at non ab illo hæc primum instituta: cum a sanctis Patribus triplici modo susceptl fuerint.*

Quod in epistola ad Gregorium (lib. II, epist. 155), sex tantum sacramenta numerantur, atque in his *quintum de monachica perfectione, sextum de sancte dormientibus:* nimirum ea sacramenta vel potius mysteria intelligit Theodorus, de quibus sanctus Dionysius, quem et citat, in libro *De hierarchia ecclesiastica* disputavit, qui quidem Dionysii liber in septem capita tribuitur: quorum primum, velut proœmium est totius operis: sex autem alia agunt singula de singulis mysteriis, quæ in Theodori epistola, prorsus eadem ac eodem ordine, recensentur.

Quæ autem ex Dionysii libro nasci potest, de sacramentorum apud veteres Græcos numero, difficultas: hanc erudite tractavit explicavitque Leo Allatius cap. 16 libri III *De Ecclesiæ Occidentalis atque Orientalis perpetua consensione.* Quo loco alios etiam laudat auctores, qui professionem monasticam sacramentis annumeravere: idque quo sensu intelligi debeat, pluribus verbis exponit. Speciatim autem de Theodori Studitæ loco ait, ibi non spectari sacramenta quatenus gratiam efficiendi vim habent, sed quatenus perficiunt Ecclesiæ hierarchiam, vel modo aliquo singulari fideles ab infidelibus distinguunt, atque utroque isto sensu professionem monachorum, rite sacramentum appellari, monachos quippe, ob sanctioris vitæ studium, ad hierarchiam ornandam, atque ad ordines sacros, imprimis idoneos esse, deinde monasticis maxime institutis Christianos ab aliis omnibus distingui. Quemadmodum et unctio eorum qui pie obierunt insigne est Christianorum. Atque hoc est quod Theodorus ait, si unum ex illis sex tollatur, similes ethnicis Christianos fore. Monet insuper Allatius, mysteriorum nomen apud scriptores Græcos latius patere, quam quæ apud Latinos sacramenta proprie nominantur. Notat denique Theodorum id præcipue agere, ut, Dionysii potissimum auctoritate, probet statum monachorum prorsus institutum esse ab eo, qui et aliorum auctor sacramentorum fuit: adeo ut qui de illius status institutione divina dubitat, non minus de sacramenti cujusque institutione possit dubitare: quod si ita se res habeat, tum Christianos fore similes ethnicis, qui omnibus Ecclesiæ Christianæ sacramentis carent. Plura legi possunt apud ipsum Allatium.

Sacrosanctum et indissolubile matrimonii relaxare vinculum videtur in epistola ad Albenecam (lib. II, epist. 51); ubi feminæ nobilissimæ, monasticam vitam relicto marito inire meditanti, primum quidem enitendum modis omnibus esse ait, ut hanc a viro veniam eblandiatur, at si is negare persistat; *Tunc*, inquit Theodorus, *si te tantus Dei amor incendit, id quod placet, etiam non volente marito facies.*

Omittimus quod de Theona viro sanctissimo proditum est (*Cassian. Collat.* 21), ipsum post quinque conjugii annos, dimissa uxore, quamvis invita et reclamante, ad monasterium se recepisse: cum viriliter, ut aiebat, apprehenderet Christi sententiam: *Qui non odit patrem... et uxorem*, etc. (*Luc.* XIV, 26), cujus factum Cassianus, qui narrat, uti approbare non audet, sic neque damnare: propterea quod, non modo Patres, qui Theonam

Digitized by Google

deinde præ aliis sanctis viris diaconi gradu ornaverant, sed et Deus ipse visus erat approbare, qui eumdem miraculis edendis insignem reddiderat. Cum igitur Theonas instinctu peculiari Dei, vinculum, cujus ipse auctor est, tunc dissolventis, id consilii cepisse merito credatur : fortasse Theodorus quidpiam simile de illustri femina suspicatus fuit. Id enim innuere aliquo modo videntur hæc epistolæ verba : *Magnum utique est quod expetiisti, et arduum, non modo ob cœlestis vitæ illius sublimitatem, sed etiam quod sis viro alligata, a quo divelli magnum negotium est : propterea quod ambos conjunxit Deus, quis ergo disjunget ? ipse nimirum qui conjunxit : qui ad præstantius vitæ institutum progredi cogit.*

Sed Theodori epistolæ valde similis est Basilii locus in Regulis fusius disputatis (interrog. 12) : ubi traditur quo ritu ad religiosam vitam admitti debeant qui matrimonio juncti sunt. *Percontandi sunt*, inquit, *num consentiente altera parte hoc faciant, ex præcepto Apostoli.* Vir enim, *inquit ille*, sui corporis potestatem non habet (*I Cor.* VII, 4). *Et si hoc ita ab ipsis fieri compertum sit ; tum multis adhibitis testibus admitti debet qui accedit, siquidem nihil est quod Dei jussis potius haberi debeat. Si vero dissidens sit altera pars, quod videlicet minus sollicita sit quomodo placeat Deo, hic ea convenit meminisse quæ dicta sunt ab Apostolo :* In pace autem vocavit nos Deus (*ibid.* 15). *Et sic parendum præcepto Domini, qui dixit :* Si quis venit ad me et non odit patrem... et uxorem (*Luc.* XIV, 26), etc. *Neque enim est quod antiquius haberi debeat, quam ut Dei jussis pareatur. Cæterum nos plerosque novimus qui ex intenta oratione, assiduoque jejunio, ad finem quem optabant pervenerunt : quippe cum Dominus eos qui usquequaque sunt obstinati, sæpenumero etiam per corporalem necessitatem adigat sensim, ut recto alterius partis judicio consentiant.* Basilium fortasse de matrimonio rato, sed nondum consummato loqui ait Bellarminus (*De monachis*, lib. II, cap. 38). Si autem de consummato loquatur (quod certe multo verisimilius), tria ibi ab ipso præcipi, primo, ut qui sic accedit, interrogetur num de uxoris consensu faciat. Deinde, si repugnet uxor, parendum tamen esse Christi præcepto : *Qui non odit*, etc. Cum autem duo hæc pugnent inter se ; statim adjicit Basilius, aliquos precibus impetravisse a Deo, ut conjux morbo correpta consensum præbere cogeretur. Hoc itaque vult sanctus episcopus, ut nempe conjugatus, si monachus fieri cupit, primo consensum uxoris obtinere conetur : si non potest, Deum oret, ut uxori eamdem mentem injiciat, ac tum demum ipse voti compos fiat : simulque et Apostolo pareat, dum non relinquit invitam conjugem ; et Christo, dum ipsius amorem amori uxoris anteponit. Atqui Theodorus in epistola qua de agitur, Basilii, quem et citat, vestigiis insistere videtur. Primum enim feminam illam monet, *ut a marito* impetrare discedendi licentiam studeat, *quantum* in ipsa erit : sic enim virum quoque fortasse ad vitam monasticam adjecturum esse animum ; quod si ille non consenserit, tunc, si eam vehementior quidam Dei amor incendat, facturam quod placuerit. Mox autem ait, quo dictum velut corrigat : *Sed res ea multum habet difficultatis... Tene igitur optimum vitæ institutum in quo versaris ; tua enim facta illustria audio, et quomodo, abdicata principum familiaritate, tibi uni ac bonis rebus vaces. Nam et in isto vitæ genere salutem consequi potes, etiam cum viro. Postmodum, uti Dominus fortunaverit, sic ages, nec virum contristans, sed potius divina conversatione inflectens* (*Epist.* lib. I, epist. 27 ; lib. II, epist. 72).

De synodo post sextam, sicut ipse nominat (quæ et πενθέκτη, *quinisexta*, quasi quintæ et sextæ appendix sive supplementum ; et Trullana dicitur a loco ubi coacta fuit) ubique perhonorifice loquitur : ejus canones laudat (*Ant.* II, n. 38), tanquam sacros, divinos, ac Deo dignos, divinorumque Patrum voces : eorum auctoritate passim honorem sacrarum imaginum vindicat (*Refut. poem. Iconom.*, n. 35) ; a quinque patriarchis receptos fuisse ait : denique synodum illam vocat (*Antir.* II, n. 38) *sanctam œcumenicam*, sicut ipsa se nuncupaverat.

Ab iis vero elogiis valde discrepant quæ de eo cœtu prodiderunt auctores optimi ; Beda (*De sex æt. in Justiniano*), et Marianus Scotus (in *Chronico*), qui synodum *erraticam ;* Paulus Diaconus, qui *erroris synodum* appellat (*De rebus Langobard.* lib. VI, cap. 11) : Anastasius Bibliothecarius (in Præf. ad synodum VII), qui conditas ibi regulas, non modo diu incognitas in Ecclesia Latina, minimeque interpretatas fuisse, sed neque in aliarum sedium patriarchalium, etiam quæ Græco sermone utuntur, archivis reperiri ait : ideo nimirum quod *nulla earum sedium tunc, cum* canones *illi ederentur, aut promulgans aut consentiens, aut saltem præsens inventa erat.* Sergium autem papam (Anastasius in *Vita Sergii*) nec precibus nec minis adduci potuisse, ut illos reciperet, deinde, cum ad Joannem VII (Id. in *Vita Joan. VII*) natione Græcum missi fuissent, ut saltem emendaret ; ab eo pontifice remissos esse quales acceperat. Alia omittimus similia istis testimonia veterum quæ exstant : adversus Theodorum Balsamonem, aliosque Græcos posteriores, qui synodum illam prorsus æquant œcumenicis : antiquiores enim Græcorum annalium scriptores, Theophanem, Cedrenum, Zonaram, Constantinum Manassem, Glycam, conventus illius mentionem nullam habere, tanquam silentio sepultum ipsi voluerint, Baronius notavit (ad an. 692, num. 14). Typos quidem sive canones, qui sexti concilii dicebantur, memorat Theophanes, et quonam tempore promulgati fuerint disquirit : at de synodo ad id collecta ne verbum quidem. Denique *in Spiritu sancto legitime congregatam nemo prudens dixerit*, ut Baronius ait (*ibid.*, num. 5), *in qua, exulosa veneranda antiquitate, omnia sibi improba*

Digitized by Google

novitas arrogavit, ac nonnulla doctrinæ orthodoxæ decretis aperte contraria sancivit.

Habuit tamen Theodorus Studites sui de synodo illa judicii auctores sane gravissimos. Nam primo sanctus Tarasius patriarcha, Ecclesiæ Romanæ perquam addictus, in litteris ad tres patriarchas, quæ in VII synodo œcumenica (act. 3) lectæ fuerunt, ait: *Sanctæ sextæ synodi... etiam depromptos canones recipio, in quibus refertur: In quibusdam venerabilium imaginum picturis agnus*, etc.: qui est Trullanus canon 82. Cumque in eadem synodo (act. 4) Elias presbyter canonem eumdem *ex charta, definitiones sanctæ ac universalis sextæ synodi continente* legisset; atque nonnulli, ut apparet, refragarentur; hos vero Tarasius gravi oratione increpuit, chartam hanc ipsam esse affirmans in qua SS. Patres subscripserant: deinde Trullanorum canonum auctoribus fidem asseruit: eosdem nimirum episcopos, qui in sexta synodo errorem Monothelitarum damnaverant, post quatuor vel quinque annos convenisse, ac canones illos edidisse: idque ex ipsorum subscriptionibus constare. Demum, cum in alia synodi ejusdem actione (act. 6) Epiphanius diaconus rursum eumdem de imaginibus canonem, tanquam unam ex regulis quas sextæ synodi Patres sub Justiniano *nutu divino* congregati ediderant, laudavisset: tunc ulli amplius reclamavisse non leguntur. Ac Tarasii successor Nicephorus, in duodecim capitum opusculo adversus Iconomachos (*Biblioth. PP. Lugd.*, tom. XIV): *Quæ recte*, inquit, *et pie a Patribus sanctæ sextæ synodi tradita et decreta erant, hæc respuerunt et conculcaverunt. Sic enim divini Patres nostri, cum in quibusdam venerandarum imaginum picturis agnum*, etc. Et in oratione apologetica contra eosdem hæreticos eidem Nicephoro inscripta (Apud Allatium *De consens.* lib. I, cap. 27), canones illi sanctæ sextæ synodi prolixe commendantur. Nec omittendus est Joannes Damascenus, qui in tertia de imaginibus oratione, sub finem, citat *sancti concilii sexti sub Justiniano celebrati de sancto concilio quinto. In quibusdam sanctarum imaginum picturis agnus exprimitur*, etc.

Quin etiam Romanus pontifex Adrianus I in litteris ad Tarasium patriarcham, quæ pariter in VII synodo (act. 11) lectæ fuerunt, ait: *Omnes sanctas synodos suscipio cum omnibus regulis quæ jure ac divinitus ab ipsis promulgatæ sunt: inter quas continetur: In quibusdam venerabilibus*, etc. moxque hanc regulam *testimonium orthodoxæ fidei* vocat. Idemque pontifex in epistola ad Carolum regem pro synodo Nicæna II (*Coll. Concil.* Labb. tom. VII, pag. 915) quibusdam respondens objicientibus, testimonium sextæ synodi ad imaginum adorationem nihil attinere: *Idcirco*, inquit, *testimonium de sexta sancta synodo protulerunt, ut clarifice ostenderent quod jam, quando sancta sexta synodus acta est, priscis temporibus, sacras imagines et historias pictas venerabantur. Unde ipsa sancta sexta synodus fideliter per canones orthodoxe statuens, ita constituit, dicens: In quibusdam venerabilium imaginum picturis Agnus*, etc.

Ipse porro Anastasius, ex quo pleraque adversus cœtum Trullanum, reprehensionis capita depromuntur, in octavæ synodi præfatione ad Adrianum II, postquam affirmavit Ecclesiam admittere *omnium omnino probabilium Patrum et sanctorum conciliorum regulas et institutiones, illas duntaxat quæ nec rectæ fidei, nec probis moribus obviant, sed nec sedis Romanæ decretis ad modicum quid resultant, quin potius adversarios, id est hæreticos, potenter impugnant*; tum addit: *Ergo regulas, quas Græci a sexta synodo perhibent editas, ita in hac synodo* (octava) *principalis sedes admittit, ut nullatenus ex his illæ recipiantur quæ prioribus canonibus, vel decretis sanctorum hujus sedis pontificum, aut certe bonis moribus inveniuntur adversæ.*

Inde adeo conjiciunt quidem viri docti (Christian. Lupus in Notis ad *Canones Trull.*, pag. 1077), quempiam Romanum antistitem, fortasse Constantinum, Constantinopoli in congressu cum Justiniano Imp. ex omni Trullanorum canonum numero quosdam selegisse atque approbavisse. Et vero Adrianus, annis 58 Constantino posterior, non *omnes* ait recipere se, sed uti vidimus, *eos qui jure ac divinitus promulgati* erant. Pariter itaque Tarasius, Nicephorus, ac Theodorus Studites aliquas quinisextæ synodi regulas laudare tanquam sanctas ac legitimas, earumque auctoritate uti potuerint.

Prætermittimus quod aliqui notaverunt (Franc. Combefis. in *Auctario PP. Gr.* tom. II, pag. 209); cum Justinianus Trullana capitula ad Joannem VII pontificem misisset, enixe rogans ut quæ digna viderentur sanciret, alia excluderet: cumque pontifex, *humana fragilitate timidus*, eadem sicut acceperat remisisset ad principem, quemadmodum Anastasius in Vita Joan. VII testatur: Græcos fortasse rem sic interpretatos, quasi Joannes ea tacite approbaret, vel certe ipsorum conscientiæ permitteret.

Jam vero ut de canone 82 cujus auctoritate sæpius utitur Theodorus, aliquid addamus; scimus graves esse auctores (Baronius, ad an. 692, n. 44; Bart. Caranza), qui a Romana Ecclesia nunquam approbatum fuisse illum contendant: siquidem, inquiunt, vetabat ne Christus agni specie pingeretur: cujusmodi imagines Ecclesia Romana semper in usu et honore habuit. At Bellarminus (*De imag.* lib. II, cap. 8) de eodem canone ait: *Non prohibet istas imagines, sed anteponit tantum istis imagines Christi in forma humana.* Ac Bellarmini sententiam pluribus explicat Gretserus (lib. II *De S. cruce*, cap. 12): formam nimirum humanam aptiorem fuisse ad memoriam conversationis Christi in carne, et cruciatuum ac salutiferæ mortis ipsius, sicut canon ait, excitandam. Postea tamen Petavius (*De incarnat.* lib. XV, cap. 13) contra Bellarminum: *Manifeste*, inquit, *decernitur in illo canone, ut non*

Digitized by Google

amplius Christus in agni figura sed potius hominis exprimatur. Nobis tamen interpretatio Bellarmini et Gretseri verior videtur : præsertim cum veteres, non modo Græci sed et Latini, ipseque Adrianus pontifex, pro sacro imaginum cultu canonem illum laudaverint absque ulla exceptione. Utrum enim putabimus eos labem et vitium, aut non vidisse, aut de eo non admonuisse, ne approbare viderentur ? Deinde, *imagines in quibus agnus exprimitur, venerabiles* sive *sanctas* nominant Trullani Patres; moxque, *veteres figuras atque umbras, ut veritatis notas et signa Ecclesiæ tradita, complexi se aiunt, quantumvis gratiam et veritatem anteponant.* Quod igitur postea decernunt, ut Christus, loco veteris agni, forma deinceps humana exprimatur; necesse non est sic accipi, ut agni formam penitus abrogent; sed tantum ut formam humanam deinceps præferri velint.

Sed Theodoro invidiam conflavit imprimis epistola ad Arsenium monachum (lib. I, epist. 38), parum digna, ut quidem Baronius ait (ad an. 787, n. 65), homine catholico, nec modo contumeliosa in Tarasium patriarcham, sed adversus synodum quoque Nicænam II, temeraria quædam et aperte falsa continens. Tarasium quidem quod attinet. Sabbas aliique monachi, homines severi, ac fidei et disciplinæ ecclesiasticæ studio incensi, ægre tulerant in synodo VI, sicut jam dictum, ex Iconomachorum hæresi conversos, favente et annitente præ cæteris Tarasio, in communionem et gradum receptos fuisse. Cumque post peractam synodum, idem patriarcha lapsos ac pœnitentes quoscunque singulari benignitate exciperet; eam ob rem monachi, atque in his Theodorus, alieniores a Tarasio fuere. Sed gravioris sunt momenti, quæ synodum ipsam attingunt. Postquam igitur nimiam illam erga lapsos facilitatem et indulgentiam notavit epistola ad Arsenium (lib. I, epist. 38), tum, *Roma vero,* inquit, *minime hæc probavit; absit : sed neque synodum ipsam habuit pro œcumenica, sed pro locali, et quæ proprium illorum locorum errorem emendasset. Neque enim aliorum patriarcharum vicarii erant qui pro iis sedebant : falsum. Siquidem Romani non propter synodum, sed ob aliam causam missi huc venerant. Quare et depositi, ut fertur, post reditum fuerunt ab eo qui miserat : quamvis coactos se fuisse causarentur. Alii autem ex Oriente quidem, sed a nostratibus persuasi et inducti, non autem a patriarchis missi, qui nihil sciverunt, ne postea quidem, propter gentis metum scilicet. Hoc autem idcirco faciebant homines nostri, ut hæresi adhærentem populum facilius ad orthodoxam fidem pertraherent, cum œcumenica synodus coacta foret.*

Epistolam hanc confictam esse, ac Theodoro ab ipsius adversariis suppositam, Baronii et quorumdam aliorum suspicio est. Cæterum, criminationi ansam aliquam præbere potuit, tum viri severitas erga lapsos in hæresim, tum quod non uno in loco synodum illam *sanctam* quidem vocat, et *pro veritate stabilienda collectam* ait (in Epitaphio Platonis) : at œcumenicæ titulum non adjicit. Ac in *subscriptione orthodoxi,* postquam (pag. 155) *sanctas sex synodos œcumenicas, aliasque variarum regionum œcumenicis consentientes, et eam quæ post sextam* laudavit, sic pergit : *Nec non synodum Nicænam secundam,* etc., quasi hanc ab œcumenicis dividens.

Verum aliis in locis diserte nominat *œcumenicam* (*Epist.* lib. II, epist. 172 et 176) : atque *a quinque,* id est omnibus, *patriarchis receptam* affirmat (*Epist.* lib. II, epist. 127). Ac demum in congressu cum Nicephoro patriarcha, purgavit sese, ac de illa synodo, simulque de Tarasio quid sentiret, palam professus est, sicut ipse narrat in epistola ad Petrum Nicænum : ubi inter cætera, ait (*Epist.* lib. II, epist. 127) : *Quinetiam, cum mentio fieret de domino beato Tarasio (nam et ab eo dixerant nos descivisse et secundam in Nicæa sanctam synodum, localem appellare), nos vero et illum in sanctis Patribus habere, et synodum verbis scriptisque œcumenicam confiteri probavimus.* Addit tamen : *Licet alicubi aliquando, et aliquo modo, et quibusdam aliter responderimus. Quæ quidem non oportet, sicut nec ea quæ tunc aliter acta sunt, inquirere nunc et refricare. Id enim tumultus causam præbet,* etc. Quibus verbis fateri videtur errorem; quanquam, postrema hæc verba fortasse ad solam dissensionem a Tarasio pertinent.

Quod si et Nicænæ synodo aliquandiu cunctatus sit tribuere quantum par erat; fuerunt et alii, qui, citra hæresis aut schismatis notam, illius synodi auctoritatem agnoscere initio detrectaverint. *Constat enim,* uti Sirmondus notavit (*in Admonitione de can. 2 Francford.* tom. II *Conc. Gall.* pag. 131), *sic in quæstione imaginum versatos esse, tum synodi Francofordiensis, tum Carolini voluminis auctores, ut sibi non cum œcumenico concilio, sed cum peculiari Græcorum, ut appellabant, synodo, rem esse contenderent. Ita enim passim in libris illis profitentur* (lib. *Car. Mag.* cap. 18; ibid. lib. III, cap. 11) : *queruntur que propterea, illam sibi aut universalis, aut septimæ synodi nomen arrogare : cum œcumenicam dici posse negarent, ad quam soli Græci convenissent, reliquarumque provinciarum Ecclesiæ convocatæ, aut sententiam per epistolas more ecclesiastico rogatæ non fuissent. Et quidem, si rem suis momentis expendamus, satis omnino causæ videbatur, ut synodum, cui tot adhuc provinciarum ac totius pene Occidentis suffragia deessent, pro œcumenica nondum haberent. Nec Adrianus ipse aliter se sentire ostendebat; qui allatam e Græcia synodum, ut Hincmarus docet* (*ad Laudunensem,* cap. 20), *in Galliam misit, conciliumque ejus causa convocari a Carolo jussit : et libris Carolinis, quibus oppugnata est, ita respondit, ut œcumenicæ synodi nomen illis auctoritatemque nusquam objiciat. Quare habebant, ut dixi, hac in parte Galli quo se defenderent.* Ac Petavius (lib. XV *De incarnat.* cap. 11), cum ipse

Digitized by Google

synodum VII, ab Adriano inter œcumenicas receptam fuisse, affirmet, addit nihilominus, Occidentalis Ecclesiæ Catholicos initio reclamavisse *absque ullo tamen detrimento communionis et pacis;* tum synodum illam post annos octoginta eoque amplius, a quibusdam Gallis adhuc receptam non fuisse, Anastasii Bibliothecarii testimonio docet. Nec nisi *paulatim*, ut deinde ait, *Ecclesia Gallicana, una cum sacrarum imaginum veneratione, septimam est amplexa synodum œcumenicam.*

Deinde, tunc cum Theodorus de Nicæna synodo ea scripsit, quæ offensionem movere possent; fortasse nondum ullæ in Orientem venerant pontificiæ litteræ, quibus Romana sedes rata habere se synodi decreta testaretur. Adrianus quidem certe in epistola jam superius laudata ad Carolum regem Francorum, qua eos confutabat qui Nicænam synodum impugnaverant (quam epistolam post concilium Francofordiense, proindeque post annos septem a Nicæno scriptam fuisse, censet Labbeus, quod utique admodum verisimile), ait quidem : *Ipsam suscepimus synodum :* at paulo post adjicit : *Nos vero adhuc pro ea synodo nullum responsum hactenus eidem imperatori* (Græcorum) *reddidimus : metuentes ne*, etc. Ac fortasse nec postea reddidit : quippe qui proximo post Francofordiense concilium anno diem obiit. Atqui (*Epist.* lib. II, epist. 129 in fine) *certitudinem fidei repetendam esse a Romana sede : illius* (epist. 86) *sedis judicium ab universa Ecclesia exquiri et suscipi debere :* (epist. 74) *per illam fideles inter se et cum reliquis patriarchis uniri : huic* (epist. 79) *deferri summam œcumenicæ synodi potestatem : nationales quoque synodos approbari ab ea debere*, passim prædicat.

Postremo Romanam Ecclesiam non omnia illius synodi suscepisse, et quidem in canonibus inesse quosdam nævos, notaverunt viri docti (*Vide* Christ. Lupum in Notis ad concil. VII, pag. 1241). Ipseque Anastasius Bibliothecarius in præfatione ad illam synodum : *Sane notandum est*, inquit, *quædam in hac synodo ex apostolorum, et sextæ universalis synodi canonibus et sententiis* (Trullanis nempe) *inveniri, quæ penes nos interpretata nec habentur, nec admittuntur.* Demum graves etiam viri censent (*Ibid.*), nec singulas synodi actiones, nec universas quæ ibi exstant episcoporum interlocutiones ac sententias, sed commune duntaxat fidei decretum, a Romana Ecclesia confirmatum fuisse. Decreti porro illius vindex acerrimus semper fuit Theodorus (*Epist.* lib. II, epist. 72) : *a quinque patriarchis*, igitur a Romana etiam Ecclesia, *facile receptum fuisse* affirmat : proindeque tanquam synodi œcumenicæ decretum amplexus est.

Quam in epistola ad Lucianum monachum (*Epist.* lib. II, epist. 50), pœnitenti absolutionem impertitur, non fuisse sacramenti propriam, sive a peccatis, adnotavimus ad oram libri. Sed altera quædam fuit, a pœnis nimirum, absolutio : cujus et alia exempla, tum ex Joannis Jejunatoris libello Pœnitentiali, tum ex quodam Euchologio manuscripto deprompta profert in suo *De Pœnitentiæ disciplina* Commentario (lib. VII, cap. 25) Joannes Morinus : atque hanc in rem primum notat, in more apud Græcos fuisse, ut absolutio illa non ante pœnitentiam daretur, nisi raro admodum, ac per œconomiam et indulgentiam; deinde, generalem peccatorum absolutionem interdum in illa inseri; denique hanc fuisse Græcorum sententiam, posteriori absolutione illa priorem perfici et quodammodo compleri. Quocirca in quibusdam ejus formulis, sacerdos Deum orat, ut pœnitenti perfectam et integram veniam concedat : omnem maledictionem et excommunicationem irritam efficiat : id est, non culpas modo, sed et pœnas condonet. Ex illo igitur Theodori loco, nullum penitus pro epistolari, ut vocant, absolutione sacramentali colligi potest argumentum. Et vero sacramentum pœnitentiæ, sive in Græca sive in Latina Ecclesia, nunquam nisi præsentibus ministratum fuisse, fidem facere potest vel hoc unum, ut cætera nunc omittamus, quod passim in vetustis monumentis, in canonibus conciliorum, in scriptis Patrum, absolutio sacramentalis, manuum impositionis vocabulo designatur : non potest autem nisi præsens præsenti manum imponere.

Baptismum Christianum nisi aqua perfici non posse constans est catholicorum sententia. Theodorus vero videtur secus existimavisse (*Epist.* lib. II, epist. 157). *Ex necessitate*, inquit, *legis mutatio; et quidem priscis temporibus talia facta cernimus : atque hunc arena infusu, in desertis locis, eo quod mors instaret, baptizavisse, et baptizatum esse; et alium alitor.* Tum subjicit id quod de pueris ab Athanasio puero baptizatis, deque Alexandro episcopo baptismum illum approbante, veteres quidam scripserunt.

Dubium non videtur quin respexerit ad historiam quæ in *Prato spirituali* (cap. 176) narratur : juvenem Hebræum, cum per deserta et arida loca iter haberet, repente gravi morbo correptum, ac morti, ut putabat, proximum, postulavisse a sociis, qui Christiani erant, ne mori absque baptismo sinerent. Cumque hi responderent, neque aquam ibi, neque sacerdotem adesse, cum tamen utrumque requiri baptismi legibus dicerent : nihilominus, quia id enixe precabatur æger, quemdam, nomine Industrium, arenam in ejus caput ter effudisse, cum his verbis : *Baptizatur Theodorus in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*, juvenemque extemplo convaluisse. Sed Dionysium episcopum, ad quem res est delata, hæsitavisse quidem aliquantum, ob redditæ sanitatis miraculum : tamen, de consensu cleri, jussisse, ut Judæus ille aqua baptizaretur. Simile prorsus exemplum, vel potius idem, postea libris suis inseruit Nicephorus Callisti (lib. III, cap. ult.) : atque illic quoque Dionysius episcopus, quisquis fuit, mandavisse perhibetur, ut Judæus ille aquæ baptismum susciperet. Quod si

Digitized by Google

aliter de baptismo illo arenario Theodorus judicavit (nam imprimis verba hæc, *baptizasse et baptizatum esse*, idem videntur esse ac si dicat non frustra fuisse baptismum illum, sed vere baptizatum hominem fuisse, etsi hanc ejus mentem esse non omnino liquet), sed si ita sensit, fatendum est omnino erravisse.

Erunt fortasse quibus haud adeo probentur et ea, quæ de ambiguarum vocum, ac mentis, ut vocant, restrictionum usu tradit (*Epist.* lib. II, epist. 39). Quæsierat ex ipso Athanasius monachus, num liceret, ubi de amici capite ageretur, mentiri. Respondet ex magni Basilii sententia (*Regul. brev.* interrog. 76), mendacium a Christo damnari absque ullo prorsus discrimine. At statim subjicit, id, quod Athanasius mendacium vocaverat, mendacium non esse. Tum his exemplis mentem suam declarat. *Venit ad me puella quam stuprator insequitur : orat illa : Ne stupratori me prodas. Huic igitur percontanti : Num venit huc puella ? si negem, non mentior ; non quod non esse domi puellam cogitem, sed quod per reticentiam negem scelus apud me admissum iri. Iterum aliud : Gladium mihi commisit aliquis : mox reposcit quo se interimat. Si dixero : Nec novi, nec accepi, non mentior ; nosse enimvero me nego aut accepisse, ut gladium tibi ad necem porrigam.*

Non deerunt, ut diximus, qui hanc viri alioqui sanctissimi, ac severitatis evangelicæ strenui ubique assertoris sententiam (quam ille nonnisi cunctanter et timide, ut in re perdifficili ac lubrica, proposuit) quadam recti et boni specie patrocinari mendacio et fraudi existiment. Ac multas opponent gravissimas auctoritates : Augustini præcipue, quem contendent, in iisdem exemplis, hoc est, ubi vita etiam alicujus aut pudicitia summo in discrimine versetur, prorsus Theodoro contraria statuere (*De mendacio*, cap. 6 et 7).

Hujus loci non est, difficillimæ ac latebrosissimæ, ut ipse Augustinus (*Enchir.*, cap. 8) vocat, quæstionis accuratior tractatio. Tantum, pro re præsenti, atque ad mentem Theodori exponendam, breviter perstringemus, quæ insignes theologi, atque in iis Joannes Malderus Antuerpiensis episcopus singulari tractatu (*De restrictionum mentalium abusu*) explicavit : quorum hæc fere summa est : Mendacium nullum posse unquam justum esse, sicut Augustinus ait (*De mendacio*, cap. 15). Deinde, non mendacium modo in Litteris divinis, sed fallaciam omnem, atque imprimis os bilingue damnari (*Prov.* VIII, 13 ; *I Tim.* III, 8), candorem simplicitatemque commendari. Non quo tamen non liceat interdum, imo et necesse sit, veritatem celare ac tegere : *Sacramentum regis abscondere bonum est* (*Tob.* XII, 7). *Qui fidelis est animi, celat amici commissum* (*Prov.* XI, 13). Jam vero verba ambigua et tacite restricta, tunc mendacio carere aiunt, cum circumstantiæ rerum, personarum, aliave signa externa, sunt ejusmodi, ut, tanquam voces quædam, indicare aliquo modo ac supplere possint id quod sermoni deest, et quod loquentis mente retinetur : vel certe cum ex illis circumstantiis intelligere potest vir prudens, satis justas causas adesse, cur tu rem quantumlibet tibi notam efferre nolis. Quam in rem scitum est illud sancti Hilarii (lib. IV *De Trin.*) : *Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi.* Hoc est, non ex verbis solis, sed simul ex variis rebus adjunctis desumenda est. Sic in iis quæ per ludum et jocum dicuntur, loquentis vultus aut gestus facit, ut verba accipiamus sæpe in contrarium sensum, utque jocum merum esse, non fallaciam et mendacium, intelligamus. Pariter, quo legitimæ sint locutiones restrictæ, doctores illi requirunt ut alicunde affulgere possit aliquid lucis, utque vir solers odorari queat, non sola verba tunc attendi debere. Etsi autem obscura forte sit significatio illa externa et verbis adjecta ; nihilominus posse ipsius ope mendacium vitari. Certe enim aliud est, rem obscure loqui vel significare ; aliud, falsum dicere ac mentiri.

Quod si reticentiam ac restrictionem animo loquentis conceptam, prorsus nulla res ullo modo aliis indicare possit, ac ne suspicionem quidem injicere, aliquas esse graves et justas causas, cur verum aperte effari non debeas ; tunc, sive mens verba restringat, sive non restringat, nihil interesse aiunt. Quippe restrictio tacita et occulta penitus, neque res ipsas, neque significationem vocum mutat : proindeque nihil jam erit quod impediat quominus verba, si aperte falsa sint, vel acutissimos decipiant, atque adeo in mendacii culpam incurrant.

Monent autem auctores illi, quamvis mendacii vitio vacet mentis restrictio ad eum, quem requirunt, modum comparata ; adhuc tamen videndum, ut nemini ea res fraudi sit, neque ulli fiat injuria. Addunt ne sic quoque debere illud artificium, nisi parce admodum, usurpari : tum quia nonnihil committitur contra simplicitatem candoremque sermonis : tum etiam quia non levia inde incommoda possunt exsistere. Nam crebriori ejusmodi restrictionum usu non parum minuetur loquentis auctoritas, quam tamen quisque conservare ac tueri debet. Deinde, nihil est, sicut Chrysostomus notavit (Hom. 14, *in Ephes.*), quod odia et inimicitias æque pariat, ac falli et deludi.

Monent etiam, cum tu loqueris ultro minimeque interrogatus, tunc vix fieri unquam posse ut hæc veri involucra non sint culpæ alicui affinia. Sed si urgeat importuna interrogatio, tuque nihilominus jus habeas celandi veritatem (quod quidem jus nemo non habet aliquibus in rebus), imo, si rem prodere nequeas, quin inde aut tibi, aut alteri, grave malum immineat : tum vero licere aiunt, ubi aliud non suppetit quo scitantem eludas, sermonem ambiguum, suspensum, ac tacite restrictum adhibere : modo accedant, velut restrictionis præsidium, circumstantiæ quales paulo ante descripsimus. Tunc enim periculum nullum esse ne mendacium com-

Digitized by Google

mittas : simplicitatis autem leges longe graviori ac strictiori, puta charitatis, justitiæ, fidelitatis, præcepto facile cedere. Illud, inquam, tibi plane licere statuunt, etiamsi judices eum cui loqueris, alio, quam qui verus est, sensu verba esse accepturum : 'ed si ille fallitur, id vel ipsius imprudentiæ, vel conditioni rerum, non tibi, debere imputari.

Ut eodem ac Theodorus exemplo utamur; gladium poscenti ad flagitium, respondes : *Gladium non habeo :* mente retines, *quem tibi nunc porrigere velim aut debeam ;* quod mutila responsio reticet, id res ipsæ seu circumstantiæ loquuntur, vel potius clamitant. De arcano fidei tuæ commisso, ais : *Nequaquam scio :* nempe, quod subintelligis, *ut prodam, aut possim proderé :* non mentiris. Quin, responsio, etiam dimidiata, non modo rebus ipsis, sed et menti tuæ (nam ex verbis et indiciis illis fit significatio plane consona menti loquentis), imo etiam interrogantis menti satis accommodata est. Respondisti enim ad id quod percontator voluit, aut certe velle potuit, ex te scire. Non enim censendus est voluisse, nec jure potuit velle, aperiri sibi ea, quæ oportuit justissimas ob causas occulta esse : atque hoc quilibet vir cordatus satis intelligit.

Permulta sunt hanc in rem, non testimonia modo atque auctoritates, sed et sanctorum hominum exempla, etiam divina. Unicum proferimus. Quod Christus dixit : *De die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in cœlo, neque Filius, nisi Pater* (*Marc.* XIII, 34), S. Augustinus in hunc modum exponit (conc. 1 *in psal.* XXXVI) : *Utiliter Deus latere voluit illum diem, ut semper sit paratum cor... Quia vero Christus magister nobis missus est ; etiam Filium hominis dixit nescire illum diem, quia in magisterio ejus non erat, ut per eum sciretur a nobis.* Idemque alio in loco (*In psal.* IX) : *Potest et ipse dies adventus Domini recte numerari inter occulta Filii. De illo enim die dictum est, quod nemo eum sciret, neque Filius hominis. Quid ergo tam occultum, quam id quod etiam ipsi judici occultum esse dictum est? Non ad cognoscendum, sed ad prodendum.* Pariter Hilarius ait (lib. IX *De Trin.*), quia scientia abscondenda est interdum, idcirco et nescientiam confitendam esse. Dein sic pergit : *Negat ergo* Christus *se scire, ut scientia possit esse abscondita : ne scientiæ securitas negligentiam fidei dissimulatæ excitaret.* Chrysostomus (hom. 2 *in Act.*) ait Christum metu quodam tenebras apostolis offudisse, cum dixit se nescire : tum, *Quomodo*, inquit, *si puer poscat aliquid quo non egeat, aut etiam quod possit nocere, id occultantes, ostendimus illi manus vacuas, dicentes : Ecce non habemus ; itidem et ille fecit apostolis. Illi quærebant accipere, hic negavit se habere. Quid igitur ? Nescis ea quæ sunt Patris? an ipsum quidem nosti, cæterum, quæ facit, ignoras? absit ! sed ita se gerit quasi nesciat. Nam hoc doctoris est, docere, non quæ vult discipulus, sed quæ discere expedit.* Similia in illum Evangelii locum scribunt Basilius (lib. II *Contra Eunomium*), Ambrosius (lib. V *De fide*, cap. 8), Hieronymus (in cap. XXIV *Matth.*), Isidorus Pelusiota (lib. II, epist. 117), aliique : ac verba Christi sic explicant, atque ita intelligunt, ut si dixisset : Diem illum Filius non novit, ut vobis aperiat ; sive, quia hominum magister est, celare homines debet id quod eorum interest ignorare. In quo reticentiam, sive mentis restrictionem utique agnoscunt, atque hanc satis esse ut a divinis verbis procul absit quæcunque mendacii suspicio.

Ex iis porro jam satis liquet mendacii vitio vacare pariter exempla quæ ex Theodori epistola proferuntur. Quas enim ibi responsiones tacite restrictas suggerit, certe nemo est vir prudens, qui non possit facile, tali rerum statu, sic intelligere, quemadmodum Theodorus ipse exponit. Neque repugnat Augustinus, aut alii Patres, vel theologi, saltem longe plurimi ac præstantissimi. Et vero id unum illi omnes contendunt, mentiri nunquam licere : quod Theodorus ipsis omnino assentitur. Ac Augustinus quidem (*in psal.* V), *Illud vere*, inquit, *quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum est. Tanquam, verbi gratia, si cui gladius commendatur, et promittat se redditurum, cum ille qui commendavit, poposcerit : si forte gladium suum repetat furens, manifestum est tunc non esse reddendum, ne vel se occidat, vel alios, donec ei sanitas restituatur. Hic ideo non habet duplex cor ; quia, cum promittebat se redditurum poscenti, non cogitabat furentem posse repetere.* Et alio in loco (*De mendacio*, cap. 2), *Culpa mentientis*, inquit, *est in enuntiando animo suo fallendi cupiditas.* Atqui, si scelus prohibere ille idem homo aliter non possit, quam hac responsione : *Nec novi, nec accepi*, nempe, *ut tibi*, quod tacitus cogitat, *ad mortem porrigam ;* an tunc potior causa erit cur cor duplex habere censeatur ? num fallendi, ac non magis servandi hominis cupiditate sic respondisse, merito credetur ?

Demum, quæ de restrictione tacita, qualem vindicavimus, Theodori epistola adjicit : *Nefas utique hoc fieri mea causa, ne moriar : tunc enim mendacium est; nec jurandum omnino, neque pro sua ipsius, neque pro alterius salute, manifesta est enim legis violatio.* Hæc utique doctrina laxior non dicetur : imo, si Malderum aliosque gravissimos auctores rursum audiamus, præter modum etiam severa est. Sed fortasse, monachus Theodorus ad monachum scribens, ibi legem intellexit a Marciano Augusto promulgatam, qua cautum erat ne clerici adigerentur ad jurandum : *Quia*, inquit imperator, *ecclesiasticis regulis et canone a beatissimis episcopis antiquitus instituto, clerici jurare prohibentur* (*Cod. Th.* lib. I, tit. 3, leg. 25). Quod quidem Marciani edictum ad Constantinopolitanos potissimum clericos pertinuisse innuit Henricus II in diplomate (Goldast. *Consuet. imp.* pag. 77), quo ipse *divi Marciani constitutionem* ita intelligi debere statuit

Digitized by Google

ut ad omnium Ecclesiarum clericos generaliter pertinere judicetur. Et quidem Græcos præ aliis ab omni juramenti genere abhorruisse, satis constat: adeo ut pontifex Honorius III (*Extrav. de verb. sign.* cap. 51. Vide Lud. Tomassini *Tract. de juram.* cap. 2), cum de Græcis quibusdam monachis rebellibus Ecclesiæ reconciliandis ageretur, nec possent ii *ullatenus induci ad præstandum juxta formam Ecclesiæ juramentum*; ipsos *hac vice cum sola promissione manuali recipi, et severitati aliquid detrahi* mandaverit.

Sed in istis diutius fortasse versati sumus quam ferant præfationis leges; alia si occurrent, quæ obscurius vel durius a Theodoro dicta videantur, ea viris doctis recognoscenda et dijudicanda relinquimus. Ipsum quidem satis liquet zelo fidei orthodoxæ acerrimo flagravisse, antiquæ disciplinæ perquam studiosum, ac Ecclesiæ Romanæ, tanquam aliarum parentis et magistræ, observantissimum fuisse. Demum in ejus scriptis plurima sunt, non modo saluberrima, sed præclara sane et eximia: multa ad illustrandam confirmandamque doctrinam catholicam, atque ad confutandas temporum nostrorum hæreses maxime opportuna. Enimvero, ut nunc unum e multis locum notemus, quem non afficiant, quæ de orationis quotidianæ forma tradit (lib. I, epist. 42), tanquam a Patribus præscripta? atque hæc imprimis: *Iis actis, invoca sanctam Deiparam, ut tui misereatur; sanctos angelos, et quem vitæ tuæ custodem habes angelum, ut te custodiat et protegat: Præcursorem, apostolos, sanctos omnes, ac eos præcipue quos invocare consuevisti, et illum cujus memoria eo die agitur*, etc.: ibi, inquam, Græcorum cum Latinis, superiorum ætatum cum posterioribus, miram fidei pietatisque consensionem quis non agnoscat.

Sirmondus, *paulo ante mortem, editioni parabat pleraque* præstantis hujus scriptoris *Opera Græce et Latine quæ hactenus lucem non viderunt* (ut Philippus Labbeus testatur in *Dissertatione de scriptoribus ecclesiasticis*, tom. II, pag. 405), *ac potissimum epistolas, quarum plerasque olim in gratiam cardinalis Baronii Latinitate donaverat; quæ insertæ leguntur Annalibus ecclesiasticis*, etc. Ac quæcunque longo temporis spatio conquirere et colligere potuerat, sua manu vir indefessus, quædam etiam bis terque, descripserat. Nos vero typis nunc committenda, aliisque Sirmondi operibus adjungenda censuimus ea saltem, quorum Latinam interpretationem confectam ab illo, vel saltem inchoatam reperimus. Vitam quidem Theodori prorsus integram, ejusque epistolas omnes a Sirmondo Latine redditas, ac Baronio traditas fuisse, minime dubium videtur. Num vero earum exemplar servaverit ac penes se habuerit, ignoramus. Nullum certe in ejus scriniis repertum; quare ad Baronii Annales recurrendum fuit. At ibi Vita Theodori manca est et mutila, et ne tertia quidem pars epistolarum, ac multarum segmenta duntaxat. Nonnihil præterea opis attulerunt chartæ quædam, viri non indocti, ut videtur, manu exaratæ, quas vir clarissimus Stephanus Baluzius Roma ad se ab eminentissimo cardinali Casanata, egregio litterarum ac litteratorum fautore, transmissas, nobiscum pro sua singulari humanitate communicavit: in quibus erant Theodori epistolæ aliquot sermone Latino expressæ, quas Sirmondiani laboris partem esse facile credimus, atque inde sex septemve epistolarum interpretationem desumpsimus.

Græci textus exemplaria optimæ notæ præsto fuerunt ad hanc editionem: præcipue Regius codex amplissimus et accuratissimus, quem nobis utendum concessit abbas illustrissimus, Camillus Tellerius, Regiæ bibliothecæ, omnium quotquot nunc sunt multo locupletissimæ præpositus, eo dignior hac præfectura, quod cum ipse præstantia ingenii, et præclara eruditione, bonis artibus doctrinisque magno jam ornamento sit, tum egregia quadam voluntate, aliorum studiis ac laboribus faveat impense, ac libentissime commodet. Habuimus etiam viri Græce et Latine doctissimi Petri Arcudii manu ex Vaticanis exemplaribus transcripta aliquot apographa: quæ Franciscus cardinalis Barberinus, sacri Collegii tunc decanus, vir ob egregia erga Ecclesiam et litteras præsertim sacras merita, immortali laude celebrandus, ante annos compluscules huc miserat: cum pergratum ipsi futurum esset, Theodori Studitæ libros ad publicam utilitatem vulgari, simulque in lucem exire hoc postremum opus Sirmondi, quem vir optimus charum habuerat imprimis, semperque maximi fecerat; sicut epistolæ quas variis temporibus ad illum scripsit, nunc primum inter ipsius Sirmondi epistolas a nobis editæ, testantur. Sed secuti maxime sumus apographa quæ Sirmondus, vir diligentissimus, ex probatissimis libris descripserat, ac per otium recensuerat. Si quid autem variæ lectionis reperimus in aliis codicibus, quod posset momenti alicujus esse, ad oram libri adnotavimus. In Regio quidem libro Theodori epistolarum ordo perturbatior visus est. Quocirca ordinem retinuimus, quo Sirmondus digesserat, historiæ ac temporum rationi accommodatiorem. Geminam singulis epistolis numeri notam apposuimus, ut in Sirmondi apographis ac Regio codice. Numerus autem posterior aliquam haud dubie multoque ampliorem, ad mille circiter. Theodori epistolarum collectionem denotat.

Demum, ut Sirmondus ad Anastasii Bibliothecarii Collectanea chronicam triginta annorum Synopsim, ea quæ in opusculis illis continentur, digerentem atque illustrantem; itemque alteram, annorum octo, initio operum Facundi Hermianensis apposuit; similem a nobis exposcere operam visus est Theodorus Studita. Itaque ipsius res gestas et scripta, in chronica pariter Synopsi per annos distinximus.

Digitized by Google

CHRONICA SYNOPSIS, S. THEODORI STUDITÆ ACTA, SCRIPTA, EPISTOLAS PRÆSERTIM, ORDINE ANNORUM DIGERENS, EX EJUSDEM THEODORI VITA, IPSISQUE EPISTOLIS.

Anno Christi 759, *Constantini Copronymi* 18. — Nascitur Theodorus Constantinopoli, nobilibus ac piis parentibus Photino et Theoctista, qui monasticam et ipsi postea vitam amplexi sunt. Ac Photinus quidem regiorum vectigalium quæsturam, magistratum amplissimum, gerebat; Theoctista Platonis archimandritæ eo tempore clarissimi soror fuit (*Vita*, pag. 2, 3).

Anno 781. — Sæculo renuntiat Theodorus, et cum fratribus Euthymio et Josepho (quorum Josephus postea Thessalonicensis archiepiscopus fuit) cumque universa familia in Saccudionis cœnobio, cui Plato præerat, monasticam vitam init (*Vita*, pag. 5).

Anno 784. — Sacerdotio initiatur Constantinopoli a Tarasio patriarcha (*Ibid.* p. 10).

Anno 794. — Gravi morbo correptus Plato, ac mortem instare credens, Saccudionensis monasterii præfecturam transfert in Theodorum, invitum quamvis ac reluctantem (*Ibid.* pag. 12).

Anno 795. — Constantinus imperator, Leonis IV et Irenes filius, Mariam uxorem, quam a matre coactus acceperat, repudiat, tanquam vitæ ipsius insidiata esset; ac mense Augusto Theodoten cubiculariam ducit, connubium jungente, non patriarcha CP., ut mos erat in imperatorum nuptiis, sed Josepho Ecclesiæ ejusdem œconomo. Patriarcha porro Tarasius, cum se nefario conjugio pro viribus opposuisset, cumque nuptias celebrare, ac pellicem coronare plane renuisset, tum, re confecta, graviter reprehendit imperatorem : communione tamen ipsum privare noluit, ne exasperaret juvenem libidine ardentem, minitantemque se majorum suorum exemplo hostem imaginum fore. Theodorus vero Constantinum pro excommunicato habendum esse palam denuntiat : ipseque ac Plato communioni Tarasii, velut remissius in eo negotio agentis, renuntiant (*Ibid.* pag. 13).

Inde ingentes in Ecclesia Orientali turbæ : multis hoc Theodori factum improbantibus : quos inter cum Stephanus a secretis, in congressu cum Theodoro, solam hæresim abrumpendæ communionis causam esse legitimam pertendisset, neque ulli licere extra fidei causam episcopum reprehendere ; Stephanum Theodorus epistola (lib. I, 5), ad ipsum scripta refellit : ac imperatoris scelus quam grave fuerit demonstrat in epistola (I, 4) ad Nicephorum præpositum, suumque consobrinum.

Misit etiam, inquit Michael in Theodori *Vita*, p. 16, *ad Romanæ urbis antistitem epistolas et tabellarios, ei quæ gesta fuerant indicans, et quæ ab impp. pertulerat, cum illorum refrenare vellet intemperantiam ; a quo responsa vicissim accepit, quibus ipsius prudentiam et constantem animum Pontifex divinis laudibus efferebat.* Sed Theodori epistola tunc quidem scripta ad Romanum pontificem, non exstat.

Interim imperator, iram dissimulans, Theodorum tentat flectere, quem in magna apud omnes opinione sanctitatis esse norat. Ac primum Theodoten novam Augustam, quæ Theodoro sanguine conjuncta erat, ad eum mittit cum muneribus : tum ipse cujusdam negotii specie venit ad ejus monasterium ; at imperatoris aspectum ipsum monachi omnes declinant. Quocirca furore percitus, Theodorum una cum undecim monachis primum concidi verberibus, tum Thessalonicam deportari jubet (qui tamen nonnisi anno sequenti abierunt in exsilium), Platonem vero Constantinopoli intra palatium in Sancti Sergii monasterio et æde Sancti Michaelis includi (*Vita*, p. 14). Per id tempus Theodorus ad Theoctistam parentem suam gravissime ægrotantem litteras dedit (I, 6) cum adhuc in monasterio suo versaretur, sicut ex ipsa epistola intelligere est.

Anno 796. — Theodorus Thessalonicam, exsilii locum, pervenit die festo Annuntiationis B. Virginis. Inde tres haud longo intervallo epistolas (I, 1, 2, 3) ad Platonem dedit, quibus ipsum aliosque monachos vehementer hortatur, ut in suscepta veritatis pietatisque defensione persistant : tum etiam totius itineris sui modum et ordinem, sicut Plato petierat, exponit.

Anno 797. — Constantinus imperator jussu Irenes matris comprehenditur, oculis orbatur, paucisque post diebus moritur. Imperio potita Irene, statim ad pacem Ecclesiæ reddendam adjicit animum. Josephus œconomus, qui adulterinas nuptias junxerat, deponitur ; educitur e custodia Plato ; exsules revocantur ; ac Theodoro Constantinopolim redeunti tota prope civitas, ipsaque Augusta cum patriarcha it obviam. Ille honorum ac publici fugiens, impetrat ab Irene, ut liceat sibi ad suum monasterium redire (*Vita*, pag. 16).

Anno 798. — Ibi strenuam disciplinæ monasticæ instaurandæ dabat operam, cum ob Saracenorum Arabumque incursiones se cum suis intra urbem recipere cogitur. His Studii monasterium in urbe nobilissimum attribuit Augusta, quod a Constantino Copronymo vastatum fuerat. Illuc plurimi confluunt ad Theodorum, hominis celebritate illecti, seque ipsi monasticis institutis excolendos tradunt (*Vita*, pag. 17).

Atque hoc loco, Theodori Vitæ auctor Michael, et post ipsum Baronius, commemorant Theodori scripta ; nimirum, Institutiones monasticas iambicis versibus conscriptas ; — Catechesim parvam constantem centum triginta quatuor sermonibus, quos ipse coram fratribus pronuntiaverat : — Catechi-

Digitized by Google

sticum magnum tribus partibus comprehensum, quibus præclara cœnobitarum instituta sigillatim explicabantur; — Panegyricum volumen, quo præclaræ in dies festos Domini, Deiparæ, sancti Joannis Baptistæ orationes continebantur; — Librum item versibus iambicis de primi parentis ortu et peccato, etc., deque universa Iconomachorum hæresi; et quædam alia (*Vita*, pag. 19, 21).

Anno 801. — Irene Augusta Byzantiis remittit tributa civilia: atque hanc ipsius munificentiam celebrat Theodorus epistola (I, 6) ad ipsam scripta.

Anno 802. — Nicephorus Logotheta generalis, ejecta Irene, imperium occupat die 31 Octobris.

Anno 806. — Tarasius patriarcha CP. moritur die 25 Februarii. Nicephorus imp. de novo patriarcha deligendo consulit Platonem ac Theodorum. Theodorus per epistolam (I, 16) auctor est ut non alius assumatur, quam qui per gradus ab inferioribus ad superiora ordine ascenderit. At Nicephorus homo adhuc laicus, alioqui pietate insignis, patriarchali sedi multum quidem repugnans imponitur, ac die 12 Aprilis, ipsa sancti Paschæ Dominica, consecratur.

Paulo post Nicephorus imp. aliquot episcoporum synodum cogit: a quibus Josephus œconomus restituitur in pristinum gradum, utcunque consentiente novo patriarcha, qui, ut ecclesiasticæ disciplinæ imperitus erat, facilius ad aliorum sententiam pertractus est: cum præterea timeret ne imperator quidpiam atrocius adversus Ecclesiam moliretur (*Vita*, pag. 22, 23).

Postridie quam synodus habita est, Theodorus epistolam (I, 30) scripsit ad patriarcham, obtestans ne reciperet œconomum: se quidem ad sacra accedere non posse, quibus Josephus intersit. Patriarcham nihil rescripsisse conqueritur in epistola (I, 26) ad Simeonem monachum.

Anno 808. — Biennium erat quod Plato, Theodorus, Josephus Thessalonicensis archiepiscopus Theodori fráter, ab Nicephori patriarchæ communione, ob receptum ab eo Josephum œconomum, abstinebant, clam tamen. Rem in apertum deduxit Logotheta Dromi. Quapropter Theodorus imminentem prævidens tempestatem, Saccudionensibus monachis per epistolam (I, 31) exponit, quam justis de causis a patriarcha se subtraxerit; cumque factum œconomi excusarent aliqui, ac secundas Constantini nuptias per dispensationem rite fieri potuisse dicerent, Theodorus epistola (I, 24) ad Theoctistum magistrum scripta, de legitima dispensatione disputat adversus destructionem canonum, atque adversariorum exceptiones diluit. Eadem de re epistolas duas, nomine Platonis, quo plus haberent auctoritatis, ad Simeonem monachum scripsit Nicephori imp. consanguineum, quarum altera (I, 21), ipsum orat ut animum leniat imperatoris, et impendentem procellam avertat. Altera (I, 22) adversus œconomum eversorem canonum fuse disserit, ac rursus obtestatur Simeonem ut sequestrum se præbeat apud principem, qui audire ipsos recusabat. Eamdem ob causam scripsi et nomine Josephi Thessalonicensis archiepiscopi epistolam (I, 23) ad eumdem Simeonem, qua Josephus, et imperatoris aditu prohiberi se queritur, et quam rite ipse factus fuerit archiepiscopus adversus quorumdam calumnias ostendit. Hunc porro Simeonem haud prorsus sincere in eo negotio se gessisse conqueritur Theodorus in epistola (I, 26) iisdem diebus ad Simeonem præpositum scripta.

Demum cum videret Theodorus se suosque majore in dies apud patriarcham in odio esse, quasi schismaticos ac perduelles, apologeticam ad ipsum scribit epistolam (I, 25). Ad Basilium quoque, abbatem monasterii Sancti Sabæ, tunc Romæ agentem, veterem amicum, qui tamen significaverat se communionem ipsi velut schismatico renuntiare, epistolam (I, 28) rescripsit aliquanto in ipsum, necnon in Leonem papam, de quo falsa audierat, commotior: tanquam ii pro justitia et pietate certanti haud satis æquos se præberent

Anno 809. — Suam a patriarcha secessionem defendit, seque adversus hominum sermones purgat epistola (I, 32) ad Nicolaum Chartularium scripta: protestaturque se neque alienum a patriarcha gerere animum, et Ecclesiæ pacem quam maxime optare.

Interim synodus Constantinopoli contra ipsum cogitur mense Januario; ad quam Plato per vim manu militari trahitur. Ibi decretum fuit, Constantini cum Theodote conjugium, ex dispensatione legitimum dici debere; reges non teneri divinis legibus; eos qui tunc pro sacris canonibus certaverant usque ad sanguinem, dici non debere Præcursoris vel Chrysostomi exemplo fecisse; episcopos potestatem habere in canones. Demum anathemati subjecti fuere quicunque his non consentirent: ac Theodorus, Plato, Josephus, Theodori frater, in insulam haud procul Byzantio relegati sunt, ibique seorsum suo singuli carcere inclusi. Tum imperator Theodori discipulos magistro suo orbatos omnibus modis tentat: cumque ipsos flectere non potuisset, in arctam custodiam tradit. Hæc memorat Theodorus pluribus in epistolis, præcipue autem in ea quam ad Leonem papam per Epiphanium misit, quæ non exstat, ab auctore suppressa, ne veniret in hostium manus. Sed postea Eustathium misit ad eumdem pontificem cum epistola (I, 33) qua, postquam ea quæ gesta erant in duabus mœchosynodis, ut ipse appellat, exposuit, sedis apostolicæ opem implorat.

Leo ad priores litteras per Epiphanium acceptas, epistolam rescripsit paterni amoris plenam, quæ intercidit; sed cujusmodi fuerit, docet tertia Theodori ad Leonem epistola (I, 34) quæ Platonis simul et Theodori nomine inscripta est, quanquam carcere disjuncti tunc essent. In ea porro, contra adversariorum nova dogmata rursus accrrime dispu-

Digitized by Google

tat, eosque pro hæreticis haberi debere contendit: denique sparsum de se ac Platone rumorem, quod quibusdam hæreticis astipularentur, plane confutat. Ad Basilium quoque Sancti Sabæ abbatem rursus epistolam (I, 35) dedit, pariter nomine Platonis et suo, qua petit imprimis legitimam adversus Mœchianos synodum convocari.

Per idem tempus, epistolam (I, 30) dedit ad Euprepianum, cohortans ad constantiam in fide, simul Mœchianorum errores coarguens : tum in epistola (I, 38) ad Arsenium eos refellit, qui scelera dispensatione excusari posse affirmarent; necnon ad Theophilum præpositum scribit (I, 39) eodem argumento : simul respondens iis qui mirabantur, hæreticos a Theodoro vocari eos, quibuscum antea ipse communicaverat. Ac Mœchianorum errorem in hæresim transiisse pugnat epistola (I, 48) ad Athanasium.

Et quoniam adversarii abutebantur exemplis apostolorum et antiquiorum Patrum, qui aliquando dispensatione usi essent; Theodorus, hortatu maxime Josephi fratris, librum *De dispensatione*, non ex proprio, ut ait (I, 49) ingenio, sed ex Patrum sententiis conscripsit.

Confessores egregios qui in ea persecutione obierant, celebrat binis ad Naucratium (I, 40, 50) litteris. Atque ad Josephum archiepiscopum rescribens (I, 43) graviter mœrentem solatur.

Anno 811. — Nicephoro imp. in expeditione adversus Bulgaros perempto die 22 Julii, sicut ei Theodorus prædixerat, ac Stauracio ejus filio ex vulneribus, quæ eodem bello acceperat, haud multo post exstincto, imperium adeptus die 2 Octobris Michael Curopalates, ut dissidia tolleret, ac pacem Ecclesiæ Constantinopol. redderet; confessoribus exsulibus et carcere detentis libertatem spondet ea lege, ut Nicephorus quidem patriarcha, quæ perperam gesta erant, abrogaret, tum autem cuncti ad ejus communionem redirent. Conditione accepta, Plato et Theodorus monasteriis suis restituti sunt, atque, ut alii pariter consentirent, sequestres ipsos fuisse, docet Theodori epistola (I, 56) ad Antonium, seu Antoninum abbatem qui et ipse cum suis fratribus vinctus tenebatur.

Anno 812. — Sanctus Plato senio ac laboribus confectus moritur die 19 Martii, ætatis suæ anno 97 ejusque funus a Nicephoro patriarcha peragitur cum incredibili hominum concursu. Funebrem ipsius laudationem conscripsit Theodorus : quam a Guillelmo Sirleto, postea cardinali, Latine redditam Aloysius Lipomanus vulgavit, tom VII *De Vitis sanctorum Patrum*, pag. 275, et ex Lipomano Laurentius Surius ad 16 Decembris. Hanc autem postea Græce Henschenius et Papebrochius, cum nova interpretatione Latina, ediderunt inter Acta sanctorum Aprilis, tom. I.

Anno 814. — Leo Armenus, qui Michaeli Balbo imperium abdicanti successerat die 11 Junii anno superiori; bellum adversus sacras imagines hoc anno instaurat. Ac primo episcopos, et monasteriorum præpositos, una cum patriarcha convocat in palatium : cumque et alii complures adessent, in iisque non pauci labe iconomachica infecti, liberam de imaginibus disputationem institui jubet. Renuunt episcopi plerique et archimandritæ, inter cæteros Theodorus longa oratione habita imperatoris prava consilia retegit, ac ipsum deinde admonet res quidem civiles atque bellicas ejus arbitrio et potestati commissas esse : at judicium de rebus ecclesiasticis ad solos sacerdotes et doctores pertinere (*Vita*, pag. 30).

Graviter commotus Leo omnes a conspectu suo ejicit; cumque domum rediissent, statim ad singulos affertur imperatoris edictum, quo vetantur ullum de fide sermonem habere, seu docendi, seu disputandi aut etiam colloquendi gratia. Non pauci abbates id quod petebatur, scripto etiam promittunt. Contra Theodorus nefas esse affirmat in fidei causa silere : atque hanc in rem epistolam (lib. II, 2) velut encyclicam scribit ad omnes monachos. Tum patriarcham nutantem erigit corroboratque : ac postea eidem, cum ob præclaram confessionem sua sede et urbe pulsus esset, per epistolam (II, 18) gratulatur; cumque adversarii, pulso patriarcha et presbyteris orthodoxis, passim imagines sacras dejicerent, frangerent, comburerent, omni contumeliarum genere afficerent; Theodorus, die festo Palmarum, ut suorum Studia flammet, eos in solemni supplicatione, circa monasterii Studiani ambitum imaginem Christi circumferre jubet (*Vita*, pag. 38).

Intruso in patriarchæ sedem Theodoto homine hæretico, rursus vocantur in patriarchium episcopi et archimandritæ : qui cum impiorum concilium vitare omnino cuperent; eos in proposito confirmat Theodorus, ac præpositorum nomine ad pseudosynodum scribit epistolam (II, 1) cujus summa erat, cum Nicephoro patriarcha tanquam capite suo colligatos, non posse ipso absente ad synodum accedere.

Ea propter Theodorus in exsilium ab imperatore mittitur, carcerique mancipatur (*Vita*, pag. 39). Complures ex vinculis epistolas scribit : primum dogmaticam (II, 8) seu catecheticam, ad eos omnes qui pariter in exsilium missi, aut etiam vinculis constricti erant, vel qui procellæ vitandæ causa, alio se receperant. Deinde, cum Bardas in Studianam domum irruens, Thaddæum monachum verberibus ad necem usque affecisset, martyrem novum Theodorum scripta ad Naucratium epistola (II, 3) celebravit.

Anno 815. — Imperator cum cerneret monachos exsules quotidie majores ad fidei defensionem animos sumere; mutato consilio, ipsos revocat. Verum post dies aliquot, Joanni cuidam homini nefario cruciandos tradit : cumque profiterentur vitam se abjecturos potius quam fidem, persuadere ipsis conantur adversarii, non aliud exigere impe-

Digitized by Google

ratorem, quam ut semel cum Theodoto patriarcha communicent : liberum ipsis postea fore ad monasteria sua reverti, ac prout voluerint sententiam retinere. Hac fraude adducti sunt multi ad communionem cum pseudopatriarcha : præsertim cum ille palam anathemati subjiceret eos omnes qui imaginem Christi non adorarent. Theodorus, qui exsilio revocatus non fuerat, ne alios præsentia sua et sermonibus in fide confirmaret ; postquam complurium fratrum naufragium audiit, vehementer commotus, scriptis ad Josephum fratrem (II, 9) tum ad Naucratium (II, 10) litteris cladem eorum qui ceciderant graviter deplorat.

Id cum venisset ad aures imperatoris, Nicetam quemdam misit, qui Theodorum quam crudelissime cæderet, ac in longinquius exsilium deportaret. At Nicetas, Theodori aspectu mitigatus, imperatoris jussa de infligendis verberibus, pia fraude usus, eludit (*Vita*, pag. 40).

Anno 816. — Cum in ipso carcere clericum quemdam ab hæresi ad fidem catholicam revocasset Theodorus ; ejus rei fama ad urbem delata, Leonis jussu dirissime cæditur una cum Nicolao discipulo, atque in arctiorem ambo custodiam traduntur, sæva ibi fame necandi. Sed cibum ipsis clam submittit sancta quædam virgo, cujus beneficium scripta ad ipsam epistola (II, 941) prædicat Theodorus.

Interim cum multi ex iis quos hæretici abduxerant, scelus admissum detestati, redirent ad suos, ab iisque recipi postularent ; admonitus ea de re a Naucratio Theodorus, complures scribit præcipue de lapsis recipiendis epistolas (II, 6, 19, 20, 32, 40, 45, 50, 68, 95, 101, 119, 134, 154, 202, 211). Tum etiam Thalelæo discipulo scribens (II, 59) ad varia de rebus disciplinam ecclesiasticam spectantibus interrogata respondet. Item epistolam (II, 59) scribit ad triginta moniales, quæ pro Christo carcerem et verbera pertulerant ; easque ad perseverantiam adhortatur. Mariam quoque reginam, olim a Constantino Irenes filio abdicatam, et in monasterium detrusam, plurimum laudat per epistolam (II, 182), quod pro fide exsilium passa esset. Cumque Mariæ filia tunc Augusta, matrem ad se in aulam vocaret : id vehementer dissuadet ipse, ne in palatio cum hæreticis aliquo pacto communicet.

Ut Christi confessorum ardorem retardarent hæretici, palam dictitarunt martyrii palmam frustra a catholicis sperari pro iis suppliciis, quæ Imaginum causa pertulissent : aliud esse pro Christo, aliud pro ipsius imagine sanguinem profundere. Hos igitur Theodorus ut refelleret, pluribus epistolis ostendit eumdem esse imaginis ac prototypi honorem : proinde qui abnegarent imaginem Christi, ab iis Christum abnegari : qui pro imagine Christi paterentur, pro Christo ipso pati (II, 21, 23).

Hoc etiam anno, ærumnis prope confectus, cum se haud diu superstitem fore putaret, epistolam (II, 22) vice testamenti scripsit fratribus, veniam petens si quos offendisset, ac vicissim ignoscens omnibus : eos vero qui lapsi essent, ad pœnitentiam vehementer excitans.

Sub idem tempus ad Theophylactum episcopum Nicomediensem scripsit epistolas duas (II, 4, 26), quibus et fortitudinem ipsius in defensione fidei catholicæ prædicat, et miserabilem Ecclesiæ statum deplorat. Totidemque scripsit (II, 41, 70) ad Theophilum præsulem Ephesiorum, qui graves etiam cruciatus pro fide pertulerat. Josephum item archiepiscopum Thessalonicensem, inclytum pariter catholicæ fidei pugilem, celebrat scripta ad ipsum epistola (II, 31) in qua deflet quorumdam casum et apostasiam a fide : præcipue Leontii olim monachi, qui et antea Mœchianis adhæserat, et tunc velut signifer erat Iconomachorum, ac Saccudionis et Studii monasteria invaserat. Patrum etiam Nicænum Antistitem, qui cum defecisset ad breve tempus, post lapsum erectus, catholicorum causam strenue defenderat, ob eamque rem episcopatu erat ejectus, epistola (II, 25) collaudat.

Item ad episcopos exsules communem omnibus epistolam (II, 37) scripsit, exhortans ut auctoritate sua et exemplo cæteros confirmarent. Demum *credi vix potest quot hoc tempore litteras scripserit, hortatorias ad martyrium, catecheticas ad institutionem, dogmaticas adversus hæreticorum objectiones, consolatorias ad concaptivos, luctuosas ad lapsos, canonicas ad resipiscentes... Numerum excedit ducentarum epistolarum summa, quas Theodorus persecutionis tempore exsul et in carcere constitutus conscripsit* (Baron. an. 816, n. 25).

Anno 817. — Hoc anno scripsit ad quatuor patriarchas : videlicet ad Romanorum pontificem qui tunc erat Paschalis I (II, 12), ad Hierosolymorum antistitem (II, 15), ad patriarchas Antiochenum et Alexandrinum epistolam duobus communem (II, 14), quibus litteris commemorabat *quemadmodum imago Christi contumeliose a persecutoribus tractata esset, orthodoxi autem omnes in carcerem et exsilium missi. Tum singulos excitabat ad opem ferendam periclitanti fidei ac veritati.* (*Vita*, pag. 42). Scripsit etiam isto argumento ad abbates duos, unum lauræ Sancti Sabæ (II, 16), alterum lauræ Sancti Charitonis (II, 17). Epistolis autem ad patriarchas Alexandrinum, Antiochenum, et Hierosolymorum, subjunxit confectum a se opus adversus Iconomachorum hæresim. His porro litteris quid profecerit, explicat in alia ad patriarcham Hierosolymitanum epistola, cujus mentio erit anno 821.

Anno 818. — Cum litteras a Paschale papa Theodorus adhuc vinctus accepisset, rursus ad eumdem pontificem scribit (II, 13) per Epiphanium, quem hujus rei causa Romam proficisci jubet (II, 35), cumque intelligeret Studitas suos aliosque, monasteriis ob persecutionem extorres vagari, catecheticam ad fratres ubique dispersos epistolam scribit (II, 37), qua et hortatur ad patientiam, et in

Digitized by Google

primis admonet ne se hominum consuetudine et voluptatum illecebris a monasticæ vitæ institutis et sanctitate sinant abduci.

Venerunt hoc anno Constantinopolim legati a Paschale Romano pontifice, cum litteris quibus Iconomachorum hæresis coarguebatur. Hujus legationis mentionem habet Theodori catechetica ad suos epistola (II 66) adversus eosdem Iconomachos.

Hac legatione, orthodoxorum animi ad fidei catholicæ professionem et hæresis detestationem exarsere : atque ex his qui abducti erant, multi in viam reducti sunt. Inde acrior persecutio. Quocirca Theodorus plures ex carcere suo epistolas misit quibus suos solaretur roboraretque. Tunc ad Simeonem aliosque novem delitescentes scripsit de his qui se ipsi sponte martyrio offerrent (II, 44), tunc etiam scripta videtur epistola ad Leonem patricium et sacellarium (II, 56), qua persecutionis acerbitatem exponit. Item illa ad Irenen patriciam (II, 68) qua feminæ nobili, quæ, lapsa primum, deinde fidem catholicam confessa, etiam flagella pertulerat, addit animos : necnon illa ad Gregoram laicum (II, 55) qui primus ex aula in stadium catholicæ defensionis descenderat. Tunc etiam litteris consolatus est fratres Studianos (II, 58), cum in ipsos ille ex monacho persecutor Leontius crudelissime sæviret. Scripsit etiam Simeoni monacho epistolam (II, 30) in qua significat novum jam martyrii genus adhiberi ab hæreticis, dum nempe orthodoxos per longa et aspera itinera defatigare ac frangere conantur. Eodem tempore scribens ad Naucratium (II, 61) libellum misit seu quaterniones duodecim, in quibus *Patrum Sermones et Vitas* metro incluserat. Tunc et Jacobum monachum, egregium Christi confessorem, mortuum celebravit litteris (II,100) ad Hypatum datis.

Anno 819. — Cum Theodori epistola quædam incidisset in manus imperatoris, præfectus Orientis ad sanctum abbatem mittitur, epistolam illam ostendit, hominemque dirissime ad extremum usque spiritum cædi jubet, mense Februario. Inde post menses tres Smyrnam Theodorus transfertur, sicut ipse narrat in epistola (II, 38) quam e Smyrnensi carcere mox ad fratres dispersos dedit. In hac nova et arctiore custodia ter verberatur, centenis per singulas vices ictibus. Qua de re rursus catecheticam ad fratres dispersos epistolam (II, 62) conscripsit. Postea custodiæ præfectus virum interritum et nullis cruciatibus fractum, blanditiis et omni officiorum genere tentat flectere, sicut narratur in epistola (II, 63) ad Naucratium.

Anno 820. — Cum quotidie ab hæreticis mortem exspectaret sanctus confessor, gaudii sui testem epistolam dedit ad Naucratium (II, 71) atque hanc sub Leonis principatu postremam scripsit.

Bardas catholicorum acerrimus persecutor, Smyrnæ morbo gravissimo decumbens, Theodori precibus sanatur, cum se ex ipsius præscripto vitam deinceps acturum spopondisset. At cum brevi post ad ingenium hæresimque rediisset, rursus morbo correptus, ibidem moritur (*Vita Theod.*, pag. 47).

Anno 821. — Leone Armeno sub anni proximi superioris exitum, ipsa Dominici Natalis die, inter sacra occiso, Michael Balbus imperio potitus, mox catholicos vinculis et exsilio solvit. Theodorus de his rebus a Naucratio, qui Constantinopoli versabatur, certior factus per litteras, ad Michaelem novum imperatorem scribit (II, 74) eumque mirifice laudat, orthodoxum ratus. Item ad Naucratium scribit (II, 73) de Leonis Armeni morte, vindictam divinam prædicans. Ad Joannem quoque logothetam litteras dat (II, 80) eodem penitus argumento. Mox ipse, post annum septimum quam ejectus fuerat, Constantinopolim revocatus, dat se in viam : maxima omnium gratulatione ubique excipitur, ac plura edit in itinere miracula (*Vita Theod.* pag 49, 50).

Cum de via Nicephorum patriarcham inviseret, venit illuc Agapetus monachus, ab episcopis in Chersone exsulibus missus, cui mandatum etiam erat, ut Theodorum salutaret. Atque hac occasione Theodorus epistolam (II, 92) ad episcopos illos scripsit. Inde Constantinopolim proficiscitur ; manente patriarcha cum aliquot episcopis, quod adhuc Theodotus hæreticus sedem obtineret.

Binas sub idem tempus litteras, quæ non exstant, ad quemdam Theoctistum eremitam scripsit, ut hominem prava et hæretica dogmata propugnantem emendaret : sicut ipse testatur in alia epistola (II, 138) post tres annos ad eumdem scripta, cujus et suo loco mentio erit

Interim jubet imperator ut episcopi tum orthodoxi, tum Iconomachi una conveniant de sacris dogmatibus acturi. Recusant rursum orthodoxi . leges quippe ecclesiasticas vetare, ne ad concilium cum hæreticis accedant. Postulant nihilominus audiri se ab imperatore : atque in hanc sententiam exstat conscripta a Theodoro, uti creditur, nomine omnium episcoporum ac præpositorum epistola (II, 86). Igitur ad imperatorem admissi, petunt suas sibi Ecclesias, ejectis qui eas occupaverant hæreticis, restitui. Ac multa pro sacris imaginibus adversus Iconomachicam hæresim disputant. Respondet Michael præclara esse quæ ab ipsis dicuntur ; quocirca maneant, si lubet, in sententia : at cum ipse nullam unquam imaginem coluisset, pariter in priori sententia manere velle : non tamen vetare quin imagines ubique, excepta urbe regia, erigantur. Theodorus ad Crescentis loca se recipit, et quæ modo acta erant, scribit ad Nicephorum patriarcham. Cumque Nicephorus scripsisset, vehementer dolere se, quod Leonis morte pax Ecclesiæ nondum reddita esset, hunc solatur Theodorus ac meliora sperare jubet (II, 79). Interim Thomas quidam imperium ad se transferre molitur. Dum ergo imperator totus est in rebus bellicis, Theodo-

Digitized by Google

rus Constantinopoli magna quiete fruens, ea occasione utitur ut tum sermonibus, tum scriptis, omnibus denique modis fidem catholicam pietatemque restituat. Cujus rei gratia scripsit eodem tempore epistolam catecheticam (II, 90) ad suos monachos adhuc variis in locis dispersos. Cumque Eustratius unus ex præpositis qui hæreticis dederant manus, scelus dissimularet, seque pro innoxio gereret, ad ipsum Theodorus scripsit epistolam (II, 106), qua hominem amanter ad confessionem delicti atque ad pœnitentiam invitat. Haud multo post denuo urbe ejicitur cum aliis pluribus, sicut ipse testatur in epistola (II, 121) quam rescripsit ad Thomam Hierosolymorum patriarcham, qui de ipsius reditu paulo ante per litteras fuerat gratulatus.

Anno 822. — Thomas tyrannus Constantinopolim obsidet mense Decembri. Ea re Theodorus in urbem confugere cogitur (*Vita*, pag. 57).

Anno 823. — Michael imp. metuens ne tyranni partibus adjungerent se orthodoxi, ipsos cum hæreticis conciliare nititur : atque hujus rei gratia omnes ad mutuum congressum convocat. Renuunt more suo catholici : sed, quid facto sit opus ad componendam Ecclesiæ pacem, Theodorus nomine omnium, scripta ad Leonem sacellarium epistola (II, 129) exponit. Tum, ne causæ diffidentia congressum subterfugere, aut errorem vel discordiam fovere videantur, rursus omnium nomine apologeticam ad Impp. Michaelem ejusque filium Theophilum epistolam (II, 199) mittit. Postea Thoma tyranno in Michaelis potestatem redacto, rursus urbe excedit Theodorus, et in Acritorum insula sedem figit : indeque ad Nicephorum patriarcham sæpius ventitat. Cum autem magna inter utrumque consuetudo intercederet, fuere nihilominus ex Theodori hostibus, qui eum Nicephori communionem vitare dictitarent. Hanc igitur calumniam confutat epistola (II, 127) ad Petrum Nicænum episcopum.

Interea Basilius Leonis Armeni filius, qui Michaelis jussu exsectus, eo vulnere usum vocis amiserat, ad statuam sancti Gregorii Nazianzeni divinitus vocem recipit, seque catholicis ad sacrarum imaginum defensionem adjungit una cum matre Theodora seu Theodosia, quæ in monasterium detrusa fuerat. Hæc Curopalates, atque ex ipso Cedrenus. Theodoræ et Basilio publice professis mortem se pro fide catholica non defugere; gratulatur Theodorus per epistolam (II, 204) ad ipsos scriptam, ac in proposito confirmat.

Annis 824, 825. — *Cum* in Gallias *ad Ludovicum Pium* regem *venissent Michaelis et Theophili Græcorum imperatorum legati, atque inter cætera discidium exposuissent, quod in Ecclesia Orientali propter imagines versabatur, quas alii adorandas, alii non adorandas esse contenderent; seque hac de causa Romam etiam ad pontificem ituros significassent : Ludovicus, pacis componendæ studio, episcopos, pontificis permissu, Parisiis palatio convenire, sanctorumque Patrum de imaginibus sententias colligere jussit, quæ pontifici Romano ad rem definiendam adjumento, ut aiebat, futuræ viderentur. Hanc illorum Collectionem... cum accepisset Ludovicus... mox Romam misit ad Eugenium*, etc. Ita Sirmondus tom. II *Conciliorum Galliæ*, p. 459. Porro episcopi illi *in ista sua Collectione*, pergit Sirmondus, *sanctorum Patrum sententias eo detorquere conantur, ut imagines indebito, ut videri volebant, cultu adorandas non esse statuant.*

Utrum autem Ludovici legati profecti sint ad Michaelem imp. ad eumque Parisiensis Collationis acta detulerint, *ignoratur*, inquit Baronius. *Tamen longe procul abfuit, ut orthodoxi Orientales eam Gallorum reciperent de sacris imaginibus transactionem quam diximus. Id enim disces ex Theodori Studitæ epistola* (II, 171) *ad Nicetam monachum data, a quo librum acceperat ejusmodi doctrinam continentem* (*Annal. eccl.* an. 825, n. 54).

Item anno 825, Theodorus ad Joannicium anachoretam celeberrimum, quem ante annum inviserat, dedit epistolam (II, 116) quæ licet ad Joannem eremitam inscripta sit, *ne putes*, ait Baronius, *hunc alium fuisse a Joannicio : nam in fine epistolæ* (II, 166) *ad Theoctistum datæ, eumdem ipsum Joannicium vocat. Joannes enim proprium erat nomen ejus : Joannicius autem diminutive a pueritia dictus fuit.* Hunc autem rogabat Theodorus, ut Theoctistum eremitam, qui antea hæreticis opinionibus quibusdam implicitus jam resipiscebat, ad se vocaret, et catholica sanaque doctrina imbueret. Ad ipsum autem Theoctistum epistolam (II, 138) scripserat, qua ipsius arguebat errores, et ad bonam mentem revocare conabatur. Denique cum Theoctistus pœnitentiæ ac rectæ fidei testem libellum misisset, scribit ad eum epistolam (II, 166) in qua eremitæ illius errores recensentur, tum fidei catholicæ formula præscribitur, quam coram Joannicio Theoctistus obsignare debeat.

Anno 826. — Theodorus ærumnis, laboribus ac morbo confectus, tradito suis testamento, migrat ex hac vita, Dominica die 11 mensis Novembris. Sacrum ipsius corpus ad principem insulam translatum (*Vita*, pag. 61).

Distincte autem præ cæteris auctor Vitæ sancti Nicolai Studitæ (exstat in tomo II *Auctarii Biblioth. Patrum Græc.*), monachus et ipse Studites ac Nicolai ejusdem discipulus, extrema Theodori vitæ tempora ipsumque obitum descripsit in hunc modum : *Cum Cæsar Michael... venerandarum imaginum cultores intra urbem sedere vetuisset, SS. PP. nostri Theodorus et Nicolaus... ad locum superius designatum Prusæ sinui conjunctum abeuntes, illic morabantur. Cum autem populi seductor Thomas in orbem Romanum rabiem exerceret, imperatoris jussu iterum vel inviti redeunt in regiam urbem : ac brevi post inde abeuntes, vicinam Acritæ promontorio peninsulam de nomine magni martyris Tryphonis dictam petierunt : ubi demum multis certaminibus gloriosus pater ac beatissimus Theodorus vivendi finem*

Digitized by Google

fecit. *Migravit autem cum maxima nominis celebritate die* 11 *Novembris. Ejus vero beatum tabernaculum inde translatum ad insulam nomine Principem, gloriosæ ac sanctæ sepulturæ mandatur. Verum de hoc scripserunt sacri quidam Ecclesiæ doctores... ejusque res præclare gestas ad perpetuam memoriam litteris mandaverunt :* videlicet Naucratius Theodori discipulus et laborum comes, ac Michael monachus, item Theodori discipulus. Naucratius quippe (*Auctar. ibid.*) epistolam de obitu sancti Theodori scripsit *ad Patres Fratresque spirituales ubique dispersos, ac persecutionem propter Dominum sustinentes;* in qua sanctissimi archimandritæ mortem fuse describit. Michael vero Vitam Theodori conscripsit, quæ nunc prodit Græce et Latine.

Anno 844. — Sancti Theodori corpus post decem et octo annos ab obitu sanum ac integrum et suavissimo fragrans odore Constantinopolim translatum fuit ingenti pompa, et in monasterio Studiano sepultum (*Vita Theod.*, pag. 62). Idemque in Vita sancti Nicolai memoratur.

In hac porro chronica synopsi eas tantum epistolas recensuimus, quæ aliquam nimirum certi temporis notam gerunt : pariterque ab aliis Theodori scriptis, ea tantum, quorum tempus vel in Theodori Vita, vel in epistolis notatum fuit. Cæterum de reliquis seu epistolis, seu libris, ordinem temporis scire, nec multum interest ad historiam, nec alia causa apparet cur de eo sit laborandum. Hoc tamen de epistolis quidem credimus, aut eo ipso prorsus quo missæ sunt, aut utique parum diverso ordine esse dispositas. Quocirca cum liber primus eas contineat quas Theodorus adversus Mœchianam hæresim, ut ipse vocat, Constantini V, Irenes, Nicephori, Michaelis Curopalatæ principatu scripsit : tum verisimile est alias etiam quæ istis admistæ sunt, ad eadem tempora pertinere. Cumque secundo libro contineantur quæ a primo Leonis Armeni anno, quo recruduit Iconomachica persecutio, usque ad Theodori obitum pro fidei ac pietatis defensione adversus nefariam illam hæresim conscriptæ fuere, satis probabile videtur alias quoque alterius argumenti, quas idem liber complectitur, ad eadem et ipsas tempora esse referendas.

ANG. MAI PRÆFATIO.

(*Biblioth. nov.* t. V, 1.)

1. Quod magnus cardinalis Baronius valde optavit, ut sancti Theodori Studitæ scripta diligenter collecta typis ederentur (1), id vir doctissimus Jac. Sirmondus S. J. sub longævæ vitæ suæ exitum præstare cœpit, cum jam antea multas Studitæ ejusdem epistolas, Latinas e Græcis a se factas, Baronio in Annalibus suis pro re nata vulgandas tradidisset. Verumtamen Sirmondo ad superos translato, tomus operum ipsius quintus, jam prelo fere paratus, prodiit posthumus, præcipua Studitæ scripta continens, id est Antirrheticos contra Iconomachos, epistolarum libros duos, et iambicorum versuum libellum. Atqui alium adhuc justum tomum edendorum Studitæ scriptorum exspectandum esse, satis apparet : nam si vulgatis a nobis nunc supplementis, conjungentur epistolæ plurimæ ineditæ, quæ Parisiis conservantur, ut infra diximus, p. 99, nec non catecheseon major collectio de qua item nos p. 77, denique etiam troparia in codicibus adhuc latentia ; Sirmondianus ille tomus, hac nova scriptorum mole prorsus exæquabitur. Reapse Sirmondum ad cumulanda Studitæ scripta incubuisse, patet primo ex Præfatione editoris, ubi multa ex his nominantur : deinde etiam ex Holstenii epistola 77, ed. Paris. p. 365, ad Sirmondum his verbis : « Mitto troparia sancti Theodori Studitæ, quæ sola describenda supererant in collectione ejus operum : sermones enim panegyricos jam ad te pervenisse spero. »

II. His itaque consideratis constitui ego Studitæ prosequi editionem. Et quia nunc sanctum Nicephorum contemporaneum ejus ac familiarem typis tradideram, huic illum aptissimum socium in eodem volumine copulandum judicavi. Revera enim quantam famam inter patriarchas Nicephorus, tantam inter sanctos archimandritas Theodorus nactus est : uterque vero eadem in patria, unaque ætate, Byzantii natus, uterque scriptis plurimis, mutuo epistolarum commercio, confessione orthodoxa adversus Iconomachos, fortitudine ecclesiastica, vitæ sanctimonia, præcipuo quoque erga Romanam sedem obsequio clarissimus (2). Igitur

NOTÆ.

(1) Baronii verba ad Christi annum 798, n. 8, hæc sunt. *Utinam inveniatur aliquis vir doctus, qui cuncta sanctissimi viri egregia monumenta e bibliothecarum diversarum latebris aliquando in lucem vindicet, eademque Latinitati, beneficio omnium, donet!*

(2) Nicephori testimonium de Romanæ sedis suprema auctoritate habemus in hoc volumine p. Gr. 30, Lat. 174. At Theodori mira et plurima sunt testimonia in volumine Sirmondiano : quare a lectoribus hanc veniam peto, ut in tanta hodiernorum hostium insectatione et calumnia liceat mihi in hoc brevi scholio eo commemorare. Sic ergo Studita in indice Sirmondiano. *Romana Ecclesia vertex ecclesiarum. Universæ sub cœlo Ecclesiæ firmamentum. Ecclesiarum Dei suprema. Prima sedes apostolica. Ejus prærogativæ. Ejus judicium ab universa Ecclesia exquiri et suscipi debere, vetus*

Digitized by Google

perlustratis bibliothecæ Vaticanæ codicibus, primo quidem octo mihi compertæ sunt panegyricæ orationes (nam de editis nunc sileo, cum dixerim in adn. p. 77,) Græce, inquam, omnes ineditæ, tres tamen Latine vulgatæ, id est de nat. S. Joan. Bapt., et de apostolis Joanne, ac Bartholomæo, quam postremam serius inveni, ideoque in calce tantum voluminis potui collocare. Has ego æque omnes Latinas feci, omissa etiam prædictarum trium Latinitate Anastasii et Combefisii interpretum: etsi enim Latinitatem meam nulli præfero, attamen nec aliena sæpe placebat, vel quia durior et obscurior, vel quia multis male intellectæ Græcitatis sphalmatibus scatens. Itaque ut unus esset octo orationum color, nova potius interpretatio a nobis curanda fuit, aut certe in tribus illis passim interpolanda.

III. Porro has panegyricas orationes a Theodoro nondum hegumeno, sed adhuc juvene, et hegumenis (Platoni puta, cujus postea funus oratione decoravit) subdito, dictas apparet, tum diserte ex IV, p. 34 et 42; V, p. 52, 62, nec non ex VIII, p. 151, tum quia elocutio tumidior et plus debito amplifica, insolitis etiam vocabulis audaci compositione connexis, redundat et floret, nec placidam senii lenitatem, aut hegumeni gravitatem præ se fert, nec maturæ critices canones satis sequitur. Rogabit autem fortasse aliquis quid ego de his panegyricis sentiam. Equidem primam orationem haud parvi facio, quia plenam tradit ex Vetere ac Novo Testamento doctrinam de angelis, prout eam Orientis Ecclesia simulque Occidentis retinet. Profuisset igitur hæc oratio theologis scriptoribus de re angelica, si eam cognovissent. Utique sunt in ipsa opiniones non solum certæ ac dogmaticæ, verum et aliæ multæ piæ ac probabiles, ac sanctorum placitis consonæ. Ut unum saltem exemplum proferam, ubi dicit Theodorus p. 3 et 4, commissam a Deo angelis singulorum locorum vel rerum tutelam, ecce consonus adest sanctus Augustinus in quæstione 79, (3) his verbis: *Unaquæque res visibilis in hoc mundo habet potestatem angelicam sibi propositam, sicut aliquot locis divina Scriptura testatur.* Secunda quoque oratio de Christi nostroque baptismo, dogmatica fere est. Tertiam de Paschate, nec non duas de sancti Joannis B., non spernebat certe Arcadius, qui eas olim ad Sirmondum in Galliam misit, quanquam hic morte occupatus intactas deseruit. Et quidem in oratione paschali fragmentum illud Chrysostomi insertum occurrit, quod nulli in posterum critici genuinum non reputabunt; præsertim quia legitur etiam cum Chrysostomi nomine in codice Naniano 70, apud Miltarellium, et quidem cum Studita nostro conjunctum. In sexta oratione de Deiparæ obitu seu metastasi pium suum erga Divam animum effundit Theodorus. De septima et octava quid dicam? Etsi hæ mihi minus placerent, placuit certe octava ante mille annos Anastasio Bibliothecario, qui eam interpretatione sua laudibusque condecoravit: placuit item Allatio qui eam Græce in Symmictis se editurum receperat. Placuit septima Combefisio item interpreti, qui non dubitavit elegantissimam appellare. Sed et aliæ sex priores placuerunt certe Sirmondo qui prelo eas destinaverat. Ex olim vero editis, placuit De cruce Gretsero, De nativitate Deiparæ Lequinio, De inventione capitis sancti Præcursoris Cangio, De magno Arsenio et de Platone magistro Bollandianis. Nam quæcunque a magnis doctrina et sanctitate viris scripta prodeunt, ea demum carere omni utilitate aut merito nequeunt.

IV. Postquam harum orationum satis operosam, cum interpretatione mea scholiisque, editionem curaveram, mentem protinus aliis Theodori scriptis conquirendis intendi. Ergo in primis sum nactus Epitimia 110, quæ monasticæ apud Græcos severitatis imaginem sistunt. Deinde pretiosum Scholion, quod Studita editioni suæ minorum sancti Basilii Asceticorum, præposuerat, ut de illorum auctore dubitantibus scrupulum evelleret. Postea se mihi obtulit Studitæ brevis explanatio missæ Præsanctificatorum; quæ mihi etiam ansam præbuit, pervenustas quasdam missæ Græcorum picturas describendi, nec non notitiam prope inauditam vulgandi liturgiæ sancti Epiphanii Cypriorum episcopi. Enimvero apprime optabam epistolarum Theodori editarum numerum augere; sed ea spes prope me fefellit, ut dixi, p. 99: itaque brevi admodum incremento contentus fui.

NOTÆ

traditio est. Sedes est Petri, Inde accipienda fidei certitudo. Per illam fideles cum aliis patriarchis et inter se uniuntur. Universæ Ecclesiæ portus adversus omnium hæresum procellas. Romanus episcopus omnium princeps. Summus Pater Patrum. Primum apostolicum caput Ecclesiæ universæ. Primæ sedis antistes. Patriarcharum coryphæus. Princeps pastorum Ecclesiæ quæ sub cælo est. Principatus ejus divinus. Ad ipsum referri necesse est, si quid novi fiat in Ecclesia. Id ab initio servatum fuit. A Christo claves per intermedium sanctum Petrum accipit. Synodum orthodoxam absque Romani Pontificis cognitione celebrari non posse, antiqua traditio est. Huic defertur potestas summa synodi œcumenicæ. Ab eo approbari debent synodi nationales. Ad ipsum recurritur ob componendas Ecclesiæ Constantinopolitanæ turbas. Vides, lector ingenue, quæ fuerit duorum maximorum sæculo nono Græcæ Ecclesiæ virorum, de Rom. sedis primatu et auctoritate judicium, Theodori scilicet et Nicephori. Vidimus etiam (in *Spicil Rom.* t. X, p. 293) patriarcham sanctissimum Nicolaum in epistola ad Rom. Ecclesiam concedere illi προνόμιον ἐκκλησιαστικῆς ὑπεροχῆς: quem primatum, ante inimicitias susceptas fatebatur etiam Photius in epistola ad Nicolaum papam, quam a schismaticis postea male truncatam restituimus integram nos in hac nostra *PP. Bibliotheca*, t. IV, p. 51. Cur ergo furentibus postea adversus Rom. sedem, eique obedientiam negantibus, Photio ac Cerulario, aurem præbeamus?

(3) Edit. Maurin. T. VI, p. 50 D.

Digitized by Google

Profecto non uno in codice Vat. continetur catecheseon Studitæ collectio minor, sermonibus constans 134, quos Latine tantum edidit Livineius : deest vero major sermonum 217, de qua Fabricius loquitur, ut dixi p. 77. Neutram tamen hoc volumine satis jam pleno complecti potuissem : quare Græca tot Catecheseon editio vel me vel alium futuro tempore curatorem exspectat. Illud tamen mihi insperatum gratumque accidit, quod inauditam prorsus philologis, ut reor, Studitæ aliam Catechesim reperi, inscriptam *Chronicam* seu Annalem, quia nempe in hac describitur totius anni jejuniorum regula : quare hanc statim Catechesim cupide arreptam in volumen meum sevocavi. Posthinc alterum legi in pervetusto codice monumentum asceticæ disciplinæ, qua Studii monasterium, cui Theodorus præfuit, regebatur. Etsi vero id scriptum alius auctor exaravit, tota tamen doctrina et legislatio Theodori est, atque ab eo prope ad verbum dictata et constituta, dum illic hegumeni munere fungeretur. Est hæc igitur ordinatio exacta divini officii, et jejuniorum in quadragesimis, atque abstinentiarum totius anni accurata descriptio; unde veteris Græcæ Ecclesiæ religiosa pietas et mira severitas nobis elucet. Huic autem, comparationis gratia, excerptum addidi ex constitutionibus famigerati in Occidente monasterii Salmuriensis, de Gallicano codice sumptum. Jam vestigando adhuc indulgens, libellum Theodori nostri comperi De confessione et satisfactione, quem nemo credo memoraverat, capitulis 28 constans, qui vel canonum pœnitentialium Collectionibus, vel Morini ejus tituli operi mantissam bonam adjiciet. Etsi autem latum Epitimiorum elenchum Studita jam scripserat, attamen et minorem alterum quotidianarum ferme pœnarum dictare non recusavit, quem item cum fructu legemus. Accessit mihi ex Vaticanis codicibus aliud quoque Studitæ nonnullarum quæstionum breve scriptum. Denique cum, p. 77, dixissem, desiderare me Græcum textum sermonis quo Theodorus sanctum Bartholomæum ap. laudaverat, illum demum insperato conspexi in extremis bibliothecæ Vaticanæ pluteis, eoque præconio volumen conclusi. Quanquam vero in pontificiis codicibus troparia etiam Studitæ leguntur, quorum minima tantum pars in triodio edito apparet; nihilominus pios hos Studitæ hymnos, prosa oratione scriptos, sed melliflua pietate refertos, nonnisi alio volumine ac tempore, vita comite, vulgare licebit.

V. Theodori Studitæ vita prolixe accurateque a Michaele monacho edita, in Sirmondiano volumine exstat. Et quidem pars ejus notabilis fuit tragœdia illa Constantini Irenes filii, qui suis adulterinis nuptiis Ecclesiam conturbavit : cui flagitio obsistens apprime Theodorus, tot mala perpessus est, exsilia scilicet, verbera, famem, et hujusmodi ærumnas alias. Res hæc in codicibus etiam Vat. non semel narratur; nosque ipsi sive in *Script. vet.* t. III, cum Methodii monachi scripto, sive in *Spicilegii Rom.* t. VI, præf. p. 22 et seqq. cum Methodii patriarchæ aliorumque auctoritatibus, rem declaravimus.

VETERUM TESTIMONIA.

Theophanes ad Nicephori imperatoris annum IV, pag. 407.

Mensis vero Aprilis die duodecima, magna Paschatis Dominica, Nicephorus sanctissimus patriarcha, prius a secretis, populi totius et sacerdotum, atque impp. etiam suffragio electus est. Plato autem et Theodorus monasterii Studitarum præpositi, Nicephori ordinationi non assenserunt, quinimo dissidium a cæteris meditati firmiter obstiterunt, probabili videlicet argumento ducti : non oportere aliquem ab imo laicorum statu ad supremum episcopatus fastigium proxime evolare. Quos cum imp. Nicephorus urbe ejicere vellet, contraria nonnullorum sententia cohibitus est, qui odiosam fore patriarchæ ordinationem exposuerunt, si monachi ad septingentos usque sub Theodoro militantes, ejusque monasterium adeo celebre, dissiparentur.

Καὶ τῇ ιβ' τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς, τῇ μεγάλῃ Κυριακῇ τοῦ Πάσχα, ἐχειροτονήθη Νικηφόρος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης ἀπὸ ἀσηκρητῶν, ψήφῳ παντὸς τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἱερέων, πρὸς δὲ καὶ τῶν βασιλέων. Πλάτων δὲ καὶ Θεόδωρος ἡγούμενοι τῆς μονῆς τῶν Στουδίων οὐ συνευδόκησαν τῇ χειροτονίᾳ Νικηφόρου· ἀλλὰ λίαν ἀντετάχθησαν σχίσμα μελετήσαντες, αἰτίαν δῆθεν εὔλογον ἔχοντες· τοῦ μὴ δεῖν ἀπὸ λαϊκῶν ἀθρόως εἰς ἐπισκοπὴν ἀνατρέχειν. Οὓς ὁ βασιλεὺς Νικηφόρος τῆς πόλεως ἀπελάσαι βουληθεὶς ἀνετράπη· συμβουλευόντων τινῶν οὐκ ἐπαινετὴν ἔσεσθαι τοῦ πατριάρχου χειροτονίαν, ἐπὶ καταλύσει τηλικαύτης μονῆς ἑπτακοσίων που μοναστῶν ὑπὸ Θεοδώρου τεταγμένων.

Idem ad Nicephori imperatoris annum VII, *pag.* 409.

Theodorus autem Studii præpositus, et ejus fra-

Θεόδωρος δὲ ὁ ἡγούμενος τῶν Στουδίων, καὶ Ἰω-

Digitized by Google

σὴφ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἀρχιεπίσκοπος Θεσσαλονίκης, ἅμα Πλάτωνι ἐγκλείστῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς αὐτῶν μοναχοῖς, τῆς κοινωνίας Νικηφόρου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου ἀπέστησαν, διὰ Ἰωσὴφ τὸν οἰκονόμον, ὡς παρανόμως στεφανώσαντα Κωνσταντῖνον καὶ Θεοδότην. A

ter Josephus Thessalonicensis archiepiscopus, una cum Platone incluso, et reliquis monachis, a Nicephori sanctissimi patriarchæ communione, ob Josephum œconomum, qui Constantinum et Theodoten præter fas coronaverat, seipsos segregarunt.

Ex Naucratii confessoris encyclica, de obitu S. Theodori Studitæ edita in Auctario Combefisiano Bibliothecæ Patrum Græc. tom. II, pag. 855.

Κεκοίμηται ὁ κοινὸς Πατὴρ ἡμῶν, ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀληθῶς μαθητὴς καὶ μιμητής, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὸ στόμα τῆς Ἐκκλησίας, τὸ κλέος τῶν ἱερέων, B τὸ τῆς πίστεως ἔρεισμα, ὁ τῶν μοναζόντων κανὼν, ὁ εὐαγγελικὸς ποιμὴν, ἡ ἀποστολικὴ καρδία, τῶν ὁμολογητῶν ὁ ἐξαίρετος, ὁ προαιρετικὸς μάρτυς, ὁ τῆς ὀρθοδοξίας ἥλιος, ὁ οἰκουμενικὸς διδάσκαλος. Καὶ ὢ τοῦ ἀκούσματος! κεκοίμηται ὁ κοινὸς Πατὴρ ἡμῶν, ὁ μεγαλοφωνότατος τῆς ἀληθείας κήρυξ, ὁ ἀέναος τῆς διδασκαλίας βρυτὴρ, ὁ μυριόνους τῇ θεοσκόπῳ κυβερνήσει, ὁ θαυμαστὸς βουληφόρος, ὁ πιστὸς οἰκονόμος τῶν τοῦ Θεοῦ μυστηρίων, ὁ τῆς ἐπουρανίου Ἱερουσαλὴμ πολίτης, ὁ κεκαθαρμένος νοῦς, ἡ χρυσοειδὴς ψυχὴ, ἡ τῆς μετανοίας θύρα, ἡ τῶν δογμάτων πηγὴ, ἡ εὔηχος τοῦ Πνεύματος λύρα, τὸ ἐνδιαίτημα τῆς μακαρίας καὶ ἀρχικῆς Τριάδος... Κεκοίμηται ὁ κοινὸς Πατὴρ ἡμῶν, ὁ ἐπίγειος ἄγγελος, καὶ οὐράνιος ἄνθρωπος, ὁ τῆς παρθενίας ναὸς C καθαρώτατος, ὁ πολλοστὸς καὶ πολυειδὴς τῇ ποικιλοστρόφῳ σοφίᾳ τοῦ Πνεύματος, ὁ ἐπιτεταμένος (1) στοχαστὴς, ὁ γνήσιος Χριστοῦ ὑπηρέτης, ὁ καλλιέλεος, ὁ φαεινὸς ὀφθαλμὸς τοῦ Χριστοῦ σώματος, ὁ τῆς ὑπομονῆς ἀθλητὴς, καὶ τῆς εἰκονομαχικῆς αἱρέσεως νικητὴς, τὸ τῆς δικαιοσύνης ὅπλον, ἡ τῆς ἐλεημοσύνης κρηνὴ, ὁ ἀκριβὴς τοῦ Κυρίου νομοφύλαξ, τὸ θησαυροφυλάκιον τῶν ἀρετῶν, ὁ τῶν λόγων ἡδὺς, καὶ τὴν προσηγορίαν εὐπρόσιτος... Δέδεται γλῶσσα χρυσορρήμων, θείων δογμάτων ἐξηγητής· εἵρκται χεὶρ ὡραιογράφος, ἐπιστολαῖς τὸν κόσμον καταπλουτίσασα, καὶ πολλοὺς εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐπαναστρέψασα· ἔστησαν πόδες ὡραῖοι παννύχοις στάσεσι διηρκηκότες, καὶ πολλοῖς εὐαγγελισάμενοι εἰρήνην καὶ τὰ ἀγαθά· ἠρέμησε νοῦς διορατικώτατος, D τὰ τοῦ Πνεύματος βάθη διερευνήσας, καὶ τὰ πόρρωθεν προβλέψας, καὶ προῖδὼν ἄριστα· κέκρυπται ὑπὸ γῆν σῶμα ἀσκητικοῖς πόνοις ἐγγυμνασθὲν, καὶ πολλαῖς ἐξορίαις, καὶ φυλακαῖς, πληγαῖς τε καὶ ἀπαγωγαῖς ἐξαρκέσαν. Τοιοῦτος γὰρ, ὦ μακαριώτατοι, ὁ ἡμέτερος Πατήρ· ταυτὸν δὲ εἰπεῖν, πολλῶν πατὴρ καὶ διδάσκαλος· ὁ δεύτερος Ἀβραὰμ, οὗ ἡ παρὰ Θεοῦ εὐλογία ἐξαίρετος, καὶ οὗ τὸ σπέρμα ὑπὲρ ἀριθμὸν, ὁ τοῦ Προδρόμου μιμητὴς, ὁ τοῦ Ἠλιοὺ ζηλωτὴς, ὁ τῆς χάριτος Φινεὲς, ὁ νέος Σαμουὴλ, ὁ *ἐκλελεγμένος ἀπὸ μυριάδων*· οὗ τὴν ἀρετὴν ᾄδουσι πολλαὶ πόλεις χῶραί τε καὶ νῆσοι, καὶ οὗ τὸν βίον καὶ τοὺς ἀγῶνας εἰκότως θρυλλεῖ τὰ πέρατα. Τίς

Dormitionem accepit communis Pater noster, ille prorsus discipulus Christi et imitator, vas electionis, os Ecclesiæ, sacerdotum decus, fidei columen, regula monachorum, evangelicus pastor, pectus apostolicum, eximius confessor, martyr propositus, sol fidei orthodoxæ, orbis doctor. Atque, proh verbum! accepit dormitionem communis Pater noster, vocalissimus ille veritatis præco, jugis doctrinæ scaturigo, cui infinita quædam ad spiritualem gubernationem mens. Erat admirabilis ille consiliarius, fidelis dispensator sacramentorum Dei, civis cœlestis Jerusalem, mens purgata, aureus animus, pœnitentiæ janua, fons dogmatum, bene modulata Spiritus lyra, beatæ ac principis Trinitatis domicilium..... Accepit dormitionem communis Pater noster; terrestris ille angelus, et homo cœlestis, mundissimum illud virginitatis templum, multiplex ille ac multiformis volubili sapientia Spiritus, intentissimus conjector, verus Christi famulus, corporis Christi pulchro supercilio oculus, patientiæ pugil, hæresisque Iconomachorum victor, justitiæ armatura, eleemosynæ fons, diligens Domini legum custos, thesauri virtutum penu, dulcis sermone, et ad salutandum facilis..... Vincta est lingua auro fluens, enarratrix illa divinorum dogmatum. Vincta est ac impedita manus pulchre scribens, quæ epistolis mundum ditavit, ac multos ad agnitionem veritatis convertit. Constiterunt speciosi pedes, qui noctes totas steterunt, multisque evangelizarunt pacem et bona. Requievit mens perspicacissima, quæ Spiritus profunda scrutata est, ac longius posita prospexit. Sub terra abditum est corpus illud asceticis laboribus exercitatum, quodque exsilia multa, carceresque, et plagas, et abductiones sustinuit. Talis siquidem erat, beatissimi, Pater ille noster: perinde vero fuerit, ac multorum dicere patrem atque magistrum: illo alter Abraham, cujus a Deo benedictio eximia, et semen innumerabile: imitator ille Præcursoris, ille Eliæ æmulator, Phinees gratiæ, novus Samuel, *electus ex millibus* [1]: cujus virtutem multæ decantant urbes, regionesque et insulæ; cujus vitam et certamina, orbis fines merito concelebrant. Quis enim quantum ille, aut virtutem dilexit, aut odio vitium habuit? (Quis tantopere Deum dilexit et ab illo amatus est? Quis ita zelans zelavit Domino,

[1] Cant. v, 10.

NOTÆ.

(1) Cod. Reg. ἐπιτετευγμένος, *felicissimus.*

Digitized by Google

ejus charitati usque ad mortem nihil anteponens? Quis ita sanctorum vitas ac vestigia secutus est, sanctosque ipsos inexplebili ardore est æmulatus? Quis ita *mortificavit*, ut verbis Apostoli utar, *membra quæ sunt super terram*[1], sequa ipsum emundans, Dei viventis templum effecit? Quis ita ducem egit, atque adversum hostes aciem instruxit, congressusque tam felici successu, nobilissima parta victoria prostravit? Quis illo acutior futurum prævidit? Quis ita robustis solidisque moribus, qui fulgere pernicius res agere possit?

A γὰρ οὕτως ἢ ἀρετὴν ἠγάπησεν, ἢ κακίαν ἐμίσησε; (Τίς οὕτως ἐπεπόθησε Θεὸν καὶ ἠγαπήθη ὑπ' αὐτοῦ; Τίς ζηλῶν ἐζήλωκε τῷ Κυρίῳ (2), μὴ προκρίνας τι τῆς αὐτοῦ ἀγάπης μέχρι θανάτου; Τίς ἰχνηλάτησε τοὺς τῶν ἁγίων βίους, καὶ ἀκορέστως τούτοις συνημιλλήθη;) Τίς οὕτως *ἐνέκρωσεν*, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, *τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς*, καὶ καθῆρεν ἑαυτὸν καὶ ναὸν Θεοῦ ζῶντος ἀπειργάσατο; τίς ἐστρατήγησε καὶ παρετάξατο πρὸς τοὺς ὑπεναντίους, καὶ προσβαλὼν εὐστόχως κατέβαλε νενικηκὼς ἄριστα; τίς ὀξύτερος ἐκείνου προϊδέσθαι τὸ μέλλον; τίς οὕτω σταθερῷ καὶ παγίῳ τῆς ψυχῆς ἤθει, ἀστραπῆς τάB χιον τοῖς πράγμασιν ἐπελθεῖν ἱκανός·

—

Paulus Diaconus, lib. XXIV *Historiæ Miscellæ.*

Theodorus autem hegumenus Studii, et Joseph frater ejus archiepiscopus Thessalonicensis, una cum Platone incluso, et cæteris monachis suis, a communione recesserunt Tarasii sanctissimi patriarchæ, propter Joseph vicedominum, qui prævaricatorie Constantinum et Theodoten coronaverat. Tunc Nicephorus imp. occasione percepta, cum episcopos et hegumenos congregasset, synodum adversum illos celebrari præcepit, per quam a monasterio et urbe dejecti, exsilio sunt destinati, mense Januario, indictione secunda.

—

Anastasius Bibliothecarius in Præfatione ad S. Theodori Studitæ sermonem de S. Bartholomæo apostolo. Spicilegii Dacheriani tom. III, pag. 13.

Theodorus videlicet quidam sacerdos apud Constantinopolitanam urbem temporibus fuit Adriani et Leonis Romanorum pontificum, vir valde mirabilis, qui non solum fidei constantia, verum etiam scientiæ gratia, et signorum polleret virtutibus. Duorum imperialium, insigniumque cœnobiorum, C Studii scilicet et Saccudiorum, constitutus est abbas. Qui semper in apostolicæ sedis communione persistens, hæreticorum nænias, et imperatorum vesaniam fidei constantia, etiam tormentis affectus, mentis virtute repressit, necnon et sancti Spiritus gratia plenus opuscula nonnulla composuit.

—

Ex Menæis Græcorum.

Mense Novembris XI, *memoria sancti Patris nostri Theodori Studitarum hegumeni.*

Theodore ter beate, magna præmia
Tibi, vita sancte exacta, post obitum dabit.

Natus ille est sub imperio Constantini Copronymi, piis parentibus Photino et Theoctista. Virtuti autem a puero deditus, litterarum studiis excolitur, atque ad summum doctrinæ gradum pervenit. Monasticam deinde vitam amplexus, cum excelleret omni virtutum genere, sacerdotii chrismate ab Tarasio magno initiatur; cumque sanctus Plato, qui tunc monasterio Studiano [*f. leg.* Saccudionis] præerat, præfecturam transtulisset in hunc beatum virum; is sibi commissi gregis præclarus rector et ad salutaria pascua ductor exstitit. Porro et magnus hic Theodorus, et sanctus Tarasius, posterior quidem Ecclesia sua pellitur, alter vero flagellis cæsus Thessalonicam relegatur a Constantino Irenes reginæ filio, quod ille, abdicata uxore legitima, duxisset alteram, graviterque a sanctis

Μηνὶ Νοεμβρίῳ ια', μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου ἡγουμένου τῶν Στουδίου.

Πολλὰς ἀμοιβὰς, Θεόδωρε τρισμάκαρ,
Βίου μεταστὰς ὡς βιοὺς εὖ προσδόκα.

Οὗτος ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Κοπρωνύμου, γονέων εὐσεβῶν Φωτεινοῦ καὶ Θεοκτίστης. Ἐκπαιδόθεν δὲ τὸν ἀνάρετον βίον ἐλόμενος, γράμμασιν ἐκπαιδεύεται· καὶ εἰς τὸ ἀκρότατον ὕψος τῆς γνώσεως ἀνήχθη. Τὸν μονήρη βίον ὑπελθών, καὶ πᾶσαν ἰδέαν ἀρετῆς κατορθώσας, χρίσματι τῆς ἱερωσύνης παρὰ τοῦ μεγάλου Ταρασίου ἀξιοῦται· καὶ τοῦ ὁσίου Πλάτωνος τηνικαῦτα ἡγουμένου τῆς μονῆς τῶν Στουδίου [Σακκουδίωνος] τυγχάνοντος καὶ παραιτησαμένου, ὁ μακάριος οὗτος τὴν ἡγεμονίαν D ἀναδέχεται, καλῶς τὸ πιστευθὲν αὐτῷ ποίμνιον ὁδηγῶν, καὶ ἐπὶ νομὰς σωτηρίους ποιμάνας. Καὶ οὗτος οὖν ὁ μέγας Θεόδωρος, καὶ Ταράσιος ὁ ἐν ἁγίοις· ὁ μὲν ἀπωθεῖται τῆς Ἐκκλησίας, ὁ δὲ μαστιχθεὶς ἐν τῇ Θεσσαλονίκῃ περιορίζεται παρὰ Κωνσταντίνου υἱοῦ Εἰρήνης τῆς βασιλίσσης, διὰ τὸ τὴν μὲν νο-

[1] Coloss. v, 3.

NOTÆ.

(2) Ita cod. Reg.; nam quæ hic ansulis inclusa, ea non leguntur apud Combefisium.

Digitized by Google

μιμως αὐτῷ συναφθεῖσαν γυναῖκα ἀποβαλεῖν, ἀγαγέσθαι δὲ ἑτέραν, καὶ διελεγχθῆναι παρ' αὐτῶν. Ἐπεὶ δὲ Κωνσταντῖνος τυφλωθεὶς τῆς βασιλείας ἀπερρύγη, ἀνακαλεῖται τῆς ἐξορίας Θεόδωρος· ἀλλὰ καὶ αὖθις ἐξορίζεται πάλιν ὁ μέγας Θεόδωρος ἐν τῇ τῆς Ἀπολλονιάδος λίμνῃ· ἐκεῖθέν τε πάλιν παραπέμπεται ἐν τῷ τῶν Ἀνατολικῶν θέματι, ἐν ᾧ περὶ τὰς ἑκατὸν μάστιγας περὶ τὸν νῶτον δεξάμενος γενναίως ἐνεκαρτέρει· καὶ αὖθις παρὰ τοῦ στρατοπεδάρχου σφοδραῖς μάστιξιν αἰκίζεται. Κἀκεῖθεν ἐν τῇ Σμύρνῃ παραπεμφθεὶς, εἱρκτῇ δυσωδεστάτῃ ἐγκλείεται· καὶ τῷ βασανιστηρίῳ ξύλῳ ἐμβάλλεται. Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς τῆς βασιλείας ἀπερράγη, καὶ Μιχαὴλ τὰ σκῆπτρα ἐδέξατο, ἀνακαλεῖται τῶν δεσμῶν καὶ τῆς ἐξορίας ὁ μέγας Θεόδωρος· καὶ μικρὸν ἀνεθεὶς, τοῖς φίλοις συνῆν· καὶ μετὰ χρηστῆς ἐλπίδος ἀνεπαύσατο ἐν Κυρίῳ. Ἦν δὲ τὴν ἡλικίαν κατάξηρος, ὠχρὸς τὴν ὄψιν, μιξαιπόλιος τὴν τρίχα, καὶ ἐπιφάλακρος.

A illis viris ob id reprehenderetur. At postquam Constantinus excæcatus fuit ac regno spoliatus, ab exsilio Theodorus revocatur. Sed et postea ad paludem Apolloniadis rursum pellitur magnus Theodorus, indeque denuo in partes Orientales : ubi centum plagas tergo inflictas forti animo excipit : iterumque ab castrorum præfecto dire verberatur. Inde Smyrnam ductus, ac teterrimo carcere inclusus, lignis ad tormenta comparatis imponitur. Postmodum vero, cum imperator regno moriens cessisset, ac Michael sceptra suscepisset, magnus Theodorus ex carcere exsilioque revocatur, ac nonnihil quietis nactus, cum amicis versatus est : donec cum optima spe obdormivit in Domino. Fuit autem corporis habitu macilentus, vultu pallido, B crine canescente, et calvus.

—

Ex collegii nostri Parisiensis codice ms. cui titulus :

Συναξάριον ἐν ἐπιτομῇ τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ. Μηνὸς Νοεμβρίου ια'. Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Θεοδώρου τῶν Στουδίου.

Breve Synaxarium totius anni. Mense Novembris XI. *Sancti Patris nostri et confessoris Theodori Studitæ.*

Ὀρθοδοξίας ὁδηγὲ, εὐσεβείας διδάσκαλε καὶ σεμνότητος, τῆς οἰκουμένης ὁ φωστὴρ, τῶν μοναζόντων θεόπνευστον ἐγκαλλώπισμα, Θεόδωρε σοφὲ, ταῖς διδαχαῖς σου πάντας ἐφώτισας· λύρα τοῦ Πνεύματος, πρέσβευε Χριστῷ τῷ Θεῷ σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν

Dux rectæ fidei, pietatis magister et sanctimoniæ, lux mundi, divinum decus monachorum, sapiens Theodore, omnes doctrinis tuis illuminasti; lyra Spiritus, pro nostrarum animarum salute apud Christum Deum deprecare.

C

—

Ex Synaxario collegii nostri Parisiensis Societatis Jesu, 11 Novembris.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Θεοδώρου ἡγουμένου τῶν Στουδίου. Οὗτος ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Καβαλίνου ἐν Κωνσταντινουπόλει γεννηθεὶς, πᾶσαν δὲ γνῶσιν τῶν μαθημάτων ἐκμαθὼν, ἐπὶ τῆς βασιλείας Εἰρήνης τῆς εὐσεβεστάτης, εἴκοσι δύο ἐτῶν ὑπάρχων, ἀπελθὼν ἐν τῇ Σακουδίωνος μονῇ, ὑπὸ τοῦ θείου αὐτοῦ Πλάτωνος γέγονε μοναχὸς, καὶ παρὰ Ταρασίου πατριάρχου χειροτονεῖται πρεσβύτερος. Εἶ [F. εἶτα] τριακονταέτης ὢν γίνεται καθηγούμενος τῆς ὑπ' αὐτῶν μονῆς. Ἐξωρίσθη δὲ εἰς Θεσσαλονίκην, διὰ τὸ μὴ συνθέσθαι τῇ μοιχίᾳ τοῦ βασιλέως. Ἀλλ' ἀνεκλήθη πάλιν παρὰ τῆς βασιλίσσης Εἰρήνης, καὶ διὰ τὴν τῶν Σαρακηνῶν ἔφοδον τὴν βασιλεύουσαν... καταλαμβάνει. Καὶ πάλιν ἐξορίζεται παρὰ Νικηφόρου βασιλέως τοῦ σφαγέντος ἐν Βουλγαρίᾳ, ἐπὶ τῇ ὁμοίᾳ ὑποθέσει. Εἶτα ἐξορίζεται διὰ τὰς ἁγίας εἰκόνας ἐπὶ Λέοντος τοῦ Εἰκονομάχου, καὶ ὑπὲρ εὐσέβειαν πολλὰ τιμωρηθεὶς καὶ ἀγωνισάμενος, καὶ ὕμνους εἰς Θεὸν συγγραψάμενος, ἐν βαθυτάτῳ γήρᾳ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. Ἦν δὲ τὴν μὲν ἡλικίαν μακρὸς, κατάξηρος καὶ ὠχρὸς τὴν ὄψιν, μιξαιπόλιος τὴν τρίχα, καὶ ἐπιφάλακρος.

Eodem die memoria sancti Patris nostri et confessoris Theodori Studitarum præpositi. Ille regnante Constantino Caballino natus est Constantinopoli. Omnem scientiarum cognitionem adeptus, imperante sanctissima Irene, duos supra viginti annos natus, in Saccudionis monasterium se recepit, ab avunculo suo Platone monachus factus : et a Tarasio patriarcha presbyter ordinatus est. Tricesimum agebat ætatis annum cum ab eodem Platone monasterio præficitur. Thessalonicam vero relegatus est, quod imperatoris adulterio non consentiret. Verum ab Irene Augusta revocatus, atque a Saracenorum regina viatico recreatus, *Studiensis monasterii moderamen* suscipit : sed iterum D similem ob causam in exsilium pellitur a Nicephoro imperatore, qui in Bulgaria cæsus est. Postea ob sanctas imagines a Leone Iconomacho in exsilium mittitur : multaque pro religione perpessus; et plurimis functus certaminibus, hymnisque in Dei laudem conscriptis, in summa senectute migravit ad Dominum. Erat autem procerus statura, exsucco vultu et pallido, crine partim cano, partim nigro, et capite calvo.

—

Digitized by Google

XV Julii.

Eodem die memoria agitur sancti Patris nostri Joseph confessoris, archiepiscopi Thessalonicæ.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήνη τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωσὴφ τοῦ ὁμολογητοῦ, ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης.

Relatio Constantinopolim reliquiarum SS. Theodori et Josephi. Ex ms. bibliothecæ Ambrosianæ lit. O, 14 δ, 25 Januarii.

Translationem celebramus sanctorum Patrum nostrorum et confessorum, Theodori præpositi Studii, et Josephi ejus fratris, qui Thessalonicæ archiepiscopus fuit. Illi ex Photino et Theoctiste nati, sub imperio Theophili vixere. Ob venerandarum sanctarumque imaginum adorationem sanctus quidem Theodorus diversa perpessus exsilia, et plagas, et flagella, tanquam egregius Christi confessor; regnante Michaele Amorrhæo solvitur vinculis, et ab exsilio revocatur; exiguaque ærumnarum intermissione potitus, cum bona spe requievit in Domino: cujus corpus in insula principis depositum est. Josephus vero archiepiscopus germanus ipsius frater diversis carceribus; et cæteris ærumnis conflictatus, die Julii decimo quarto ad æternam requiem appulit. Horum sacrosancta corpora post annos decem et octo in regiam urbem pompa solemni asportata sunt (tunc enim cessavit Ecclesiarum bellum, quod invisus Theophilus excitarat) quam translationem præcipue peregit sanctissimus patriarcha: is erat Methodius. Ac universus clerus et monachi, sæculariumque ex urbe multitudo affluens cum lampadibus et thuris suffitu, sana corpora et miro adhuc odore fragrantia reperientes, sublatis manibus exceperunt, et in sancti Platonis thecam reposuere. Cui et alacriter, ut æquum erat, parentarunt.

Τὴν ἀνακομιδὴν ἐπιτελοῦμεν τῶν ὁσίων Πατέρων ἡμῶν καὶ ὁμολογητῶν Θεοδώρου ἡγουμένου τῶν Στουδίου, καὶ Ἰωσὴφ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἀρχιεπισκόπου γενομένου Θεσσαλονίκης. Οὗτοι ὑπῆρχον ὑπὸ τῆς βασιλείας Θεοφίλου καὶ υἱοὶ Φωτεινοῦ καὶ Θεοκτίστης. Διὰ τὴν προσκύνησιν τῶν σεβασμίων καὶ ἁγίων εἰκόνων ὁ μὲν ἅγιος Θεόδωρος διαφόροις ἐξορίαις προσταλαιπωρήσας καὶ πληγὰς καὶ μάστιγας, οἷα διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν, ἐπὶ τοῦ νώτου δεξάμενος, ἐπὶ τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Ἀμορραίου ἀνακαλεῖται τῶν δεσμῶν καὶ τῆς ἐξορίας, καὶ μικρὸν ἀνεθεὶς μετὰ χρηστῆς τῆς ἐλπίδος ἀνεπαύσατο ἐν Κυρίῳ, καὶ ἀναθεῖται τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ τοῦ Πριγκίπου νήσῳ. Ὁ δέ γε αὐτάδελφος αὐτοῦ ἀρχιεπίσκοπος Ἰωσὴφ καὶ αὐτὸς διαφόροις φυλακαῖς προσομιλήσας, καὶ τῇ λοιπῇ κακοπαθείᾳ πυκτεύσας ἀπαίρει πρὸς τὴν αἰώνιον λῆξιν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ Ἰουλίου. Τούτων τὰ ἱερὰ καὶ ἅγια σώματα λαμπρῶς τῇ βασιλίδι μετὰ χρόνους ἀνακομίζονται ὀκτωκαίδεκα. Τηνικαῦτα γὰρ ὁ τῶν Ἐκκλησιῶν πέπαυται πόλεμος, ὃν στυγητὸς Θεόφιλος ἀνερρίπισεν. Ὧν καὶ τὴν ἀνακομιδὴν μάλιστα ὁ θειότατος πατριάρχης, Μεθόδιος δὲ ἦν οὗτος, καὶ κλῆρος ἅπας καὶ μοναστῶν πλήθη καὶ μιγάδων μετὰ λαμπάδων καὶ θυμιαμάτων προχυθέντες τῆς πόλεως καὶ ταῦτα χερσὶν ὑπτίαις δεξάμενοι καὶ σῶα εὑρόντες καὶ ἄρτι ἀῤῥήτου εὐωδίας πληρούμενα τῇ θήκῃ γε τοῦ ἱεροῦ κατατιθέασι Πλάτωνος, καὶ ἐνθύμως αὐτῷ ὡς ἀληθῶς κηδεύουσι τίμια.

Ex Synaxario collegii nostri Parisiensis 4 Februarii.

Eodem die memoria agitur sancti Patris nostri Nicolai confessoris Studiensis. Ille quidem sanctus ex Creta insula oriundus erat. Cognatum autem suum Theophanem videre desiderans, Constantinopolim adiit: eumque inter fratres Studitas ascriptum cum invenisset, ipse quoque monasticam vitam amplectitur. Ibi omni eruditione excultus, et monasticæ vitæ rationem apprime edoctus, presbyter ordinatur; ad altissimum enim virtutis culmen evaserat. Postea autem quid? cum Theodoro monasterii præposito divinus Nicolaus exsilio damnatur. Unde revocati a Leone, qui merito feræ cognomine dictus, et Christi hostis fuit, bubulis nervis verberantur, quod divinarum imaginum essent adoratores. Deinde in custodiam detruduntur, et rursus interrogati cæduntur, ac vincti in carcerem conjiciuntur: cumque ibi per tres annos famem, sitim, nuditatem pertulissent, Smyrnam ablegantur: ubi flagellis cæsi, et in carcerem conjecti, ligneis compedibus vinciuntur. Elapsis autem mensibus viginti, moritur Leo, et ad divinum judicium rapitur. Tunc dimissi beati confessores

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Νικολάου τοῦ ὁμολογητοῦ καὶ Στουδίτου. Οὗτος ὁ ὅσιος ἦφυ μὲν ἐκ τῆς τῶν Κρητῶν νήσου. Τὸν συγγενέα δὲ αὐτοῦ Θεοφάνην βουλόμενος θεάσασθαι, τὴν Κωνσταντινούπολιν καταλαμβάνει· καὶ τοῦτον συγκατηλεγμένον τῇ ἀδελφότητι τῶν Στουδίου εὑρὼν, καὶ αὐτὸς τὸν μονήρη βίον ὑποδύεται. Διὰ πάσης δὲ παιδεύσεως διελθὼν, καὶ τῆς μοναχικῆς ἀγωγῆς τὰ σύμβολα ἀκριβέστατα διδαχθεὶς, χειροτονεῖται πρεσβύτερος· εἰς γὰρ τὸ ἀκρότατον τῆς ἀρετῆς ἔφθασεν. Τί τὸ ἐντεῦθεν; Ἐξορίαν σὺν Θεοδώρῳ τῷ τῆς μονῆς προεστῶτι ὁ θεῖος Νικόλαος κατακρίνεται· κἀκεῖθεν ἀναχλιθέντες βουνεύροις τύπτονται παρὰ Λέοντος τοῦ θηριωνύμου καὶ μισοχρίστου, ὅτι προσκυνηταὶ τῶν θείων εἰκόνων τυγχάνουσι· εἶτα φρουροῦνται, καὶ αὖθις ἐρωτηθέντες μαστίζονται, καὶ τῇ εἱρκτῇ δεσμευθέντες ἐναπορρίπτονται· τρισὶ δὲ ἔτεσι τῇ φρουρᾷ προσκαρτερήσαντες, καὶ λιμῷ καὶ δίψῃ καὶ γυμνότητι προσπαλαίσαντες ἐν τῇ Σμυρναίων ἐκπέμπονται· κἀκεῖσε μαστιχθέντες, καὶ τῇ φρουρᾷ ἐμβληθέντες, ξύλῳ τοὺς πόδας ἐμβάλλονται. Εἴκοσι δὲ μηνῶν παρψηχηκότων, τελευτᾷ τὸν βίον, καὶ πρὸς τὰ ἐκεῖθεν

Digitized by Google

δικαιωτήρια παραπέμπεται. Τότε οι μακάριοι τοῦ Χριστοῦ ὁμολογηταὶ ἀνεθέντες τὴν Χαλκηδόνα καταλαμβάνουσι, καὶ τὸν τρισόλβιον Νικηφόρον πατριάρχην κατασπασάμενοι, διῆγον ἄμφω. Καὶ μετὰ μικρὸν ἐν τῇ Προύσῃ περιορίζονται, Μιχαὴλ τοῦ Καίσαρος τοῦτο προστάξαντος· εἶτα ἐν τῷ Ἀκρίτα, ἐν ᾧ καὶ ὁ πολύαθλος Θεόδωρος πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. Ἀλλὰ Μιχαὴλ τοῦ ἄνακτος ἀπολιπόντος, καὶ Θεοφίλου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τῆς βασιλείας ὀρεξαμένου, πάλιν κατὰ τῶν εὐσεβῶν βαρὺς ἀνερρίπιζετο πόλεμος· καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Θεοφίλου τὸν βίον καταστρέψαντος, καὶ Θεοδώρας τῆς εὐσεβεστάτης καὶ Μιχαὴλ τοῦ ταύτης υἱοῦ τῆς βασιλείας ἐπειλημμένων, καὶ εἰρήνης σταθηρᾶς γενομένης, ἐπεὶ Βασίλειος ὁ ἐκ Μακεδονίας τὴν βασιλείαν διεδέξατο, τὸν ὅσιον τοῦτον καὶ πολύαθλον Νικόλαον πολλαῖς παρακλήσεσι πείσας, ἡγούμενον τῶν Στουδίου καθιστᾷσι. Τοσούτους οὖν καὶ τηλικούτους ἀγῶνας ὁ τρισόσιος διανύσας καὶ ὑπὸ τῆς πολλῆς κακουχίας τρυχωθεὶς ἑβδομήκοντα καὶ πέραν χρόνους, τελέσας ἐν εἰρήνῃ ἀνεπαύσατο.

A Christi Chalcedonem perveniunt, ac ter beatum patriarcham Nicephorum cum salutassent, ambo istic degunt. Paulo post Prusam relegantur, jussu Michaelis imperatoris : deinde in Acritam, ubi vir multorum certaminum Theodorus ad Dominum migravit. Sed Michaele imp. mortuo, cum ejus filius Theophilus imperium iniisset, grave contra religionis cultores bellum rursus exarsit. Verum ipso etiam Theophilo e vivis sublato, sanctissima Theodora ejusque filio Michaele imperium administrantibus pace stabilita, postea Basilius Macedo imperii regimen accepit : qui sanctum illum et multis nobilem certaminibus Nicolaum precibus adduxit, ut Studii monasterium regendum susciperet. Igitur vir sanctissimus tantis talibusque B functus certaminibus, et plurimis ærumnis confectus, septuagenario major in pace requievit.

Ex ms. Regio n. 709 (3).

Ἐπίγραμμα εἰς τὸν ὅσιον Πατέρα ἡμῶν καὶ ὁμολογητὴν Θεόδωρον ἡγούμενον τῶν Στουδίου.

Ἐτελειώθη ἐν Κυρίῳ ὁ ὅσιος καὶ μέγας Πατὴρ ἡμῶν, ὁ Χριστοῦ θεράπων καὶ ὁμολογητὴς Θεόδωρος, ὁ πολυθρύλλητος ἡγούμενος τῶν Στουδίου· ὁ καὶ τὴν ἱερὰν ταύτην καὶ ψυχωφελῆ συγγραψάμενος βίβλον ἐν τῷ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς ὑπὲρ ἀληθείας Χριστοῦ τρίτης αὐτοῦ ἐξορίας ἐν τῇ νήσῳ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Τρύφωνος· πλησίον τοῦ ἐμπορίου τοῦ ἐπονομαζομένου Ἀκρίτα τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, μηνὶ Νοεμβρίῳ, ἐνδεκάτῃ, ἡμέρᾳ πρώτῃ, ὥρᾳ ἕκτῃ, ἰνδικτιῶνος πέμπτης, ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἑξακισχιλιοστοῦ τριακοσιοστοῦ τριακοστοῦ πέμπτου· Οὕτω δὲ ὡς ἐν ἐπιτομῇ τὰ κατὰ τὸν θεσπέσιον Πατέρα ἡμῶν διεπράχθη. Ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας τέλειος τῷ φρονήματι ἀναδειχθείς, καὶ θείας χάριτος καταξιωθείς, τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ τῆς ἑαυτοῦ ἡλικίας χρόνῳ τὸν τοῦ Κυρίου ἀράμενος σταυρὸν, ὑπὸ τὸν αὐτοῦ ζυγὸν τὸν ἑαυτοῦ καθυπέταξεν αὐχένα, εὐαγγελικῶς ἀποταξάμενος. Ὁσίως καὶ πατρικῶς πολιτευσάμενος, τρισκαίδεκα ἔτη ὑποταγεὶς ἄριστα, καὶ τὸν τῆς ἀθλητικῆς ὑποταγῆς διηνυκὼς γενναίως δρόμον· ἐκλογῇ θεοκρίτῳ τὴν ἡγουμενικὴν προστασίαν διαδεξάμενος, κἀν ταύτῃ τριάκοντα καὶ δύο διαπρέψας χρόνους· ἀσκητικοῖς τε πόνοις καὶ ἐπιμόνῳ ἐγκρατείᾳ *νεκρώσας ἀποστολικῶς τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς*· πᾶσάν τε ἀρετὴν κατορθωκὼς ὡς ἕτερος μίαν· θλίψεσί τε πλείοσι καὶ πειρασμοῖς ποικίλοις ἐκ τῆς ἀκριβοῦς φυλακῆς τῶν τοῦ Κυρίου ἐντολῶν, καὶ τῆς τῶν θείων Γραφῶν ἐρεύνης περιελθών· πλεῖστά τε μοναστήρια συστησάμενος καὶ

Epigramma in sanctum Patrem nostrum et confessorem Theodorum Studii præpositum.

Obdormivit in Domino sanctus et magnus Pater noster, Christi famulus et confessor Theodorus, celeberrimus Studii præpositus (qui sacrum hunc librum et animabus utilem duodecimo tertii sui pro Christi veritate exsilii anno conscripsit) in insula sancti et magni martyris Tryphonis, prope locum qui dicitur Acrita in provincia Bithyniæ, mense C Novembri, die undecima, quæ fuit Dominica, hora sexta, indictione quinta, anno a creatione mundi sexties millesimo trecentesimo tricesimo quinto. Ut autem uno verbo complectar præclara sancti Patris nostri facta : juvenilibus annis sensu perfectus, et gratia ditatus, in monasterium susceptus est : et crucem Domini a vicesimo secundo ætatis suæ anno tollens, cervicem illius jugo submisit, nuntium remittens mundo juxta Evangelii præceptum. Cumque Patrum vestigiis sancte institisset, per annos tredecim rite obedientiæ subjectus, in eoque curriculo strenue certavisset, divina electione munus præfecturæ suscepit, in eaque annis triginta duobus egregie versatus est, asceticis laboD ribus diuturnaque abstinentia *membra quæ sunt super terram* cum Apostolo *mortificans*.[a] Virtutibus omnibus addictus, quemadmodum alius uni cuilibet singillatim : ærumnas complures, variasque tentationes, tum ob exactam mandatorum custodiam, tum ob divinarum Scripturarum indagationem ac studium sustinuit. Plurima exstruxit monasteria, plures ad veritatis agnitionem deduxit,

[a] Coloss. v, 5.

NOTÆ.

(3) In fine illius codicis, post Theodori scripta pro sacris imaginibus, et Epistolarum librum.

Digitized by Google

multorum pater et magister nuncupatus : quos ad Deum adduxit, et ad perfectionis apicem provexit. Igitur a gratia vocatus, et antequam nasceretur præcognitus ac prædestinatus, ad summum confessionis gradum conscendit : in quo divino æstuans amore, zeloque legis decertans, multis antecelluit : cum et liberius quam quivis alius veritatem auderet profiteri, eamque, tum voce, tum scriptis prædicaret, sicut ab illo scripta monumenta testantur. Quapropter in illum persecutores dirum in modum desævientes, multis eum plagis, exsiliis, carceribus vexavere. In his sancte perseverans absque ulla offensione, et, ut ita dicam, repubescens, multis laboribus defunctus fortissimus Pater, sexagesimo septimo vitæ præsentis anno solutus corpore migravit ad Dominum : additus sanctis et beatis patribus suis, et cum illis fruens sempiternis bonis, grandævus et plenus dierum. Hæc quasi obscura in imagine adumbravi; velut ex pelago guttam hauriens, et unum ex millibus attexens, ista præcipue ter beati Patris, et diuturnis certaminibus exerciti facinora, et res præclare gestas spontanei martyris, illiusque virtutum radios commemorans. Cujus intercessionibus luce scientiæ collustrati, postquam Domino placentes servierimus, peccatorumque remissionem obtinuerimus, utinam et regnum cœlorum humiles consequamur. Amen.

πολλοὺς ὁδηγήσας πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν πολλῶν τε πατὴρ καὶ διδάσκαλος χρηματίσας, καὶ Θεῷ τούτους προσαγαγὼν, καὶ εἰς ἄκρον πολιτείας ἐληλακώς. Οὕτως ὑπὸ τῆς χάριτος προκληθεὶς ὁ πρὸ γενέσεως καὶ προγνωσθεὶς καὶ προορισθεὶς, ἐπὶ τὸν τῆς ὁμολογίας ἄνεισι βαθμόν· κἀν τούτῳ ἔρωτι θείῳ πυρπολούμενος, ζήλῳ θεσμιτικῷ συναμιλλώμενος· τοὺς πολλοὺς ὑπεράκοντίσας· διὰ τὸ ὑπὲρ πάντας καὶ παῤῥησιάζεσθαι τὴν ἀλήθειαν· καὶ κηρύξαι καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως, καθὼς καὶ αὐτὰ μαρτυρεῖ τὰ παρ' αὐτοῦ συγγράμματα, ὡς κἀντεῦθεν σφοδρότερον κατ' αὐτοῦ μανῆναι τοὺς διώκτας· καὶ πολλαῖς αὐτὸν πληγαῖς, ἐξορίαις τε καὶ φυλακαῖς καταδικάσαι. Ἐν τούτοις διατελῶν καὶ διεξερχόμενος ἀνολιγώρως, καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις, ἀκμάζων τὴν ἡλικίαν ὁ πολύαθλος καὶ πολυκαρτερώτατος Πατὴρ, ἐν τῷ ἑξηκοστῷ ἑβδόμῳ τῆς παρούσης ζωῆς χρόνῳ ἐκδημήσας ἐκ τοῦ σώματος ἐνεδήμησε πρὸς Κύριον, προστεθεὶς τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ καὶ μακαρίοις πατράσι καὶ σὺν αὐτοῖς τῶν αἰωνίων ἀπολαύων ἀγαθῶν, πρεσβύτης καὶ πλήρης ἡμερῶν. Οὕτως ὡς ἐν ἀμυδρᾷ φέρε εἰπεῖν εἰκόνι· ἐκ πελάγους ῥανίδα ὡς καὶ ἐκ μυριάδος μονάδα τῶν πολυχρονίων ἀγώνων τοῦ τρισολβίου Πατρὸς τὰ ἐξαίρετα καὶ ταῦτα τοῦ προαιρετικοῦ μάρτυρος τὰ ἀριστεύματα, καὶ τοῦ τῶν ἀρετῶν ἡλίου τὰ ἀπαυγάσματα. Οὗ ταῖς πρεσβείαις ἐλλαμφθέντες τὸ φῶς τῆς ἐπιγνώσεως καὶ εὐαρέστως λελατρευκότες Κυρίῳ, ἄφεσίν τε ἁμαρτιῶν εὑρηκότες, τύχοιμεν οἱ ταπεινοὶ βασιλείας οὐρανῶν. Ἀμήν.

Ex Græcorum Menologio Sirleti cardinalis. Canisii tom. II, p. 908.

Die 11 Novembris commemoratio sancti Patris nostri Theodori cognomento Studitæ. Hic fuit sub imp. Constantino Copronymo divinis litteris eruditus, et vitæ sanctitate insignis, post venerabilem Platonem abbas monasterii Studitarum, sæpe in exsilium missus, sub Michaele imperatore revocatus, paulo post requievit in Domino.

Ex Menologio Basilii imperatoris. Cod. Vatic. n. 1613.

Eadem die memoria agitur sancti Patris nostri Theodori, sanctissimi monasterii Studitarum præpositi.

Hic regnante Constantino Callinico natus est Constantinopoli. Omnium scientiarum cognitionem adeptus, regnante Irene in Saecudionis monasterium se recepit. A Platone ipsius avunculo factus est monachus, et a Tarasio patriarcha presbyter ordinatus. Triginta deinde annos natus præficitur monasterio. Thessalonicam relegatus ideo fuit, quod imperatoris adulterio non consentiret. Verum ab Irene Augusta revocatus est, atque a Saracenorum regina viatico recreatus, regendum accipit Studiense monasterium : sed iterum similem ob causam pellitur in exsilium a Nicephoro imperatore, qui in Bulgaria cæsus est. Postea ob sanctas imagines a Leone Iconomacho relegatur; multaque pro religione perpessus, et plurimis fun-

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου ἡγουμένου τῆς εὐαγεστάτης μονῆς τῶν Στουδίου.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Καλλινίκου ἦν οὗτος ἐν Κωνσταντινουπόλει γεννηθείς. Πᾶσαν δὲ γνῶσιν τῶν μαθημάτων ἐκμαθὼν, ἐπὶ τῆς βασιλείας Εἰρήνης ἀπελθὼν ἐν τῇ τοῦ Σακκουδίωνος μονῇ, ὑπὸ τοῦ θείου αὐτοῦ Πλάτωνος γέγονε μοναχὸς, καὶ παρὰ Ταρασίου πατριάρχου χειροτονεῖται πρεσβύτερος. Εἶτα τριακονταέτης ὢν γίνεται καὶ ἡγούμενος τῆς ὑπ' αὐτὸν μονῆς. Ἐξωρίσθη δὲ εἰς Θεσσαλονίκην, διὰ τὸ μὴ συνθέσθαι τῇ μοιχείᾳ τοῦ βασιλέως. Ἀλλ' ἐκλήθη πάλιν διὰ τῆς βασιλίσσης Εἰρήνης. Καὶ διὰ τὴν Σαρακηνῶν ἔφοδον τὴν βασιλεύουσαν καταλαμβάνει, καὶ τὴν μονὴν τοῦ Στουδίου παραλαμβάνει. Καὶ πάλιν ἐξορίζεται παρὰ Νικηφόρου βασιλέως τοῦ σφαγέντος ἐν Βουλγαρίᾳ, ἐπὶ τῇ ὁμοίᾳ ὑποθέσει. Εἶτα ἐξορίζεται διὰ τὰς ἁγίας εἰκόνας ἐπὶ Λέοντος τοῦ

Digitized by Google

Εἰκονομάχου· καὶ πολλὰ τιμωρηθεὶς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας, καὶ ἀγωνισάμενος, καὶ ὕμνους εἰς Θεὸν συγγραψάμενος, ἐν βαθυτάτῳ γήρᾳ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

A ctus certaminibus, conscriptis in Dei laudem hymnis quibusdam, ad summam provectus senectutem migravit ad Dominum.

Card. Baronii testimonia tum de Theodoro, tum de interpretatione Sirmondiana.

Ad an. 798, *n.* 7.

Hactenus de scriptis Theodori Studitæ Michael ejus discipulus : quæ quidem magna ex parte desiderari videntur. Quas autem ex Columnensi bibliotheca nacti sumus epistolas ad Annales spectantes, eas una cum vita ipsius a dicto Michaele conscripta Sirmondus Parisiensis theologus Soc. B Jesu professor, me rogante Latinitati tradidit : quo nomine non ego solum, sed universa ei plurimum debeat Christiana religio. Nos eas suis locis pro temporis ratione reddemus. Utinam inveniatur aliquis vir doctus qui majori otio cuncta sanctissimi atque doctissimi viri egregia monumenta e bibliothecarum diversarum latebris aliquando in lucem vindicet, eademque Latinitati, beneficio omnium donet.

Ad an. 814, *n.* 25.

Exstant ipsæ quidem (Theodori Epistolæ); magno namque Dei beneficio factum est, ut ipsæ aliæque eodem argumento, hac urgente persecutione conscriptæ, ad nostra tempora integræ servatæ sint. C Habet eas idem qui supra sæpe citatus est vetus codex bibliothecæ Columnensis, quæ cardinalis Sirleti doctissimi viri cum esset, ab Ascanio Columna diacono cardinali, de antiquitatibus ecclesiasticis adeo bene merente, ut Romæ consisteret, nec alio transferretur, empta ab ejus hæredibus fuit.

Ad an. 814, *n.* 43.

Hæc ipse de scriptis ab eo multiplicibus in carcere litteris, quæ ferme omnes quod integræ ad hæc tempora fuerint divinitus custoditæ, et in his et aliis Orientalis Ecclesiæ naufragiis fuerint illæsæ servatæ, Deo ipsi optimo maximo iterum atque iterum plurimas agimus gratias. D

Ut autem hisce, lector, et tu ipse divitiis potiaris, ex eis aliquas hic tibi pro temporis ratione describere operæ pretium judicavimus; utpote quæ tanquam monilibus quibusdam auro gemmisque progrediantur decoratæ, nempe catenis, plagis, vibicibus, sacrisque Christi stigmatibus gloriosæ : quæ et apostolico spiritu scriptæ repræsentent etiam apostolicam dictionem.

Ad an. 816, *n.* 24.

Vides ex his, lector, orthodoxos omnes in unum Theodorum, ad consulendum eum, respexisse, et de rebus dubiis habuisse confugium : relictum ipsum in ecclesia illa, cui incubabat hæreticus patriarcha, tanquam divinum oracullum vocale omnibus eum interrogantibus, jam et voce sanguinis vehementius clamans, ut plane vel in Theodoro apostolica sententia appareat experimento probata, qua Paulus apostolus de scipso dicit : *Pro Evangelio laboro usque ad vincula, quasi male operans : sed verbum Dei non est alligatum*[a]. Etenim neque carcere, neque vinculis, neque custodibus valuit impediri vel præpedirl, neque comminationibus vel pœnis potuit prohiberi, terroribusque vetari, neque verberibus iteratis contineri, vel inedia arctari atque constringi, vel quid minimum detineri, quominus liber animo perseveraret, et libere curreret, longe lateque per universum Orientalem orbem excurreret Spiritus pennis verbum Dei, instar columbæ deargentatæ[b] quocunque velit pro voluntate volantis.

Credi vix potest, quot hoc tempore litteras scripserit : hortatorias ad martyrium, catecheticas ad instructionem, dogmaticas adversus hæreticorum objectiones, consolatorias ad concaptivos, luctuosas ad lapsos, canonicas ad resipiscentes, remedia ex præscripto canonum continentes : ut plane in summo otio et maxima libertate eum constitutum fuisse quis dixerit, qui cuncta ab eo hoc tempore scripta consideret : et plures illi inservisse notarios, famulos astitisse tabulas ex confertis armariis ministrantes, et ad scriptionem ceram parantes : tabellariosque crediderit etiam plurimos singulis diebus ad iter accinctos, expeditos, in diversas orbis partes mittendos, pro foribus semper astitisse paratos..... Numerum excedit ducentarum epistolarum summa, quas Theodorus persecutionis tempore exsul et in carcere constitutus conscripsit. Exstant ipsæ singulæ, ex quibus paucas, quæ magis ad contextum historiæ spectare noscuntur, hic tibi annis singulis quibus sunt scriptæ curavimus describendas, apostolici quidem spiritus odore fragrantes, eorumdemque gloriosa stigmata referentes, dum quot apices, tot vibices gloriosæ confessionis legentibus repræsentent, et in charta versus fluentes ex ejus corpore rivos sanguinis manifestent.

Ad an. 825, *n.* 72.

Cæterum quanti faciendæ sint epistolæ ejusdem sanctissimi viri, Deus ipse insigni miraculo com-

[a] II Tim. II, 8. [b] Psal. LXVII, 14.

Digitized by Google

probavit, quod inter alia Michael Studita ejus discipulus, scriptor fidelis ita describit (*Vide* Theod. Vitam, col. 214). Ex his tu, lector, intelligas quot Theodori historicis epistolis Annales intexti sunt, tot eosdem pretiosissimis velut contextam coronam micare gemmis. Sed et si earum vim consideres, totidem esse fulmina cœlitus missa dices, quibus omnes hagiomachi, et Iconomachi, stolidi novatores, fæces hæreticorum percussi valide penitus conterantur. Nam vel unum hunc ostendere catholici dogmatis defensorem, virum Dei amicum, sapientia et scientia affatim præditum, iteratis crebro confessionibus celebrem, sanguine sæpe fuso decorum, vitaque ab adolescentia optimis moribus instituta fulgentem, ingentibusque miraculis illustratum, ad victoriam satis : cum ab illorum parte nonnisi scelestissimos omnium homines habeant, quos ostendant.

Ad an. 826, *n.* 50.

Sed jam ultimum S. Patris elogium proferamus, nempe illud quod suis a se scriptum tunc tradidit Testamentum, spiritualium divitiarum depositum, Latinisque hactenus incognitum, ex eodem depromptum codice Columnensi, quod et Græce pariter scriptum exstare novimus in Sfortiana bibliotheca, ab eodem Sirmondo Parisiensi Soc. Jesu professore in nostrum sermonem conversum, in medium afferamus :

« Qui igitur, ut nuper audisti, nihil remisit studii quo suis vivens prodesse posset, ut post mortem iisdem profuturus esset, testatam suam publico monumento voluntatem voluit reliquisse. Cum enim gravissima illa, ut audisti, infirmitate detentus, nec loqui præ angustia afflicti spiritus præsentibus cuncta quæ vellet, neque longius ipsi, etiam si vellet, alloquendi facultas esset : divina illa ardens charitate magis quam febre, accepto absque arbitro calamo, conscripsit istiusmodi testamentum, » etc.

De Theodoro, deque rebus ad ipsum pertinentibus videri præterea possunt :

Naucratii confessoris encyclica de obitu sancti Theodori Studitæ, tom. II Auctarii ad *Bibliothecam PP. Græc.*, pag. 855

Vita sancti Platonis, auctore ejus nepote et discipulo sancto Theodoro Studita, apud Henschenium ad 4 Aprilis : Latine pag. 364; Græce vero ad calcem ejusdem tomi pag. XLVI ;

Vita sancti Nicolai Studitæ archimandritæ, tom. II Auctarii ad *Biblioth. PP. Græc.*, pag. 890; necnon apud Bollandum ad 4 Februarii, pag. 538;

Vita sancti Nicephori patriarchæ CP. apud Henschenium 13 Martii : Latine quidem pag. 293; Græce vero pag. 704;

Vita sancti Nicetæ Hegumeni Mediciensis, auctore Theostericto ejus discipulo, apud Henschenium 3 Aprilis : Latine quidem, pag. 253 · Græce vero ad calcem ejusdem tomi pag. XXII ;

Vita sancti Tarasii patriarchæ CP. auctore Ignatio ejus discipulo qui præsens morienti adfuit ; ibid. ad diem 25 Februarii, pag. 572;

Vita sancti Theophanis Sygriensis abbatis, ibidem ad 12 Martii, Latine pag. 213; Græce vero pag. 700.

Digitized by Google

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ

ΤΟΥ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΤΩΝ ΣΤΟΥΔΙΩΝ ΗΓΟΥΜΕΝΟΥ,

ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΣ ΠΡΟΣ ΜΙΧΑΗΛΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ (1).

VITA ET CONVERSATIO

SANCTI PATRIS NOSTRI ET CONFESSORIS

THEODORI PRÆPOSITI STUDITARUM,

CONSCRIPTA A MICHAELE MONACHO.

Καὶ πᾶσι μὲν ἡδὺς καὶ τοῦ παντὸς ἄξιος, ὁ μέγας Πατὴρ ἡμῶν καὶ ὁμολογητὴς Θεόδωρος. ἀσκήσει τε βίου καὶ πάθεσι τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ διαλάμψας ἐπιφανῶς (1) καὶ τῷ ἐν ἑκατέροις ὑπερβαλεῖν, ὑπερβάλλουσαν τὴν ἀρετὴν καὶ ἀπαράμιλλον ἐσχηκώς, πολλῷ δὲ μᾶλλον οὗτος ἡδίων καὶ λυσιτελὴς τοῖς τὸν μοναδικὸν μετιοῦσι βίον, καὶ ἀγωγὴν ὑπελθοῦσι τὴν κρείττονα. Οὗτοι γὰρ καὶ πάντων οὐχ ἥκιστα καὶ τιμῶσιν ἐκεῖνον, καὶ στέργουσι· καὶ ὥς τινα νόμον ἅλυτον τὰ τούτου κατέχουσι παραγγέλματα, γλώσσης τρυφὴν διαπαντὸς τὸν ἄνδρα ποιούμενοι, καὶ πόθοις ἀῤῥήτοις τούτῳ συνδούμενοι. Ἐπεὶ γὰρ οὗτος τὸν Χριστὸν ἀντὶ πάντων ἐπόθησε, πάντας ἔσχε τοῦτον ἀντιποθοῦντας, καὶ τιμῆς ἀξιοῦντας τῆς μείζονος. Ἀμέλει καὶ τοῖς βουλομένοις ἐπιγνῶναι ἡλίκης κάνταῦθα τῆς δόξης ἐπείληπται ὁ θαυμάσιος· ἵνα μὴ τὴν ἐκεῖθεν λέγω, ἧς ἡ ἀπόλαυσις ἄῤῥητος· ἔξεστι μοναστὰς ἅπαντας καὶ μιγάδας ἰδεῖν τούτου καὶ πρὸς ἔπαινον κινουμένους, καὶ στοργῇ τῇ πάσῃ προσφυομένους, καὶ λαμπρὰν τὴν εὐφημίαν τῷ λαμπρῷ τὴν ἀρετὴν ἀναφέροντας. Ἐῶ γὰρ λέγειν τὴν περιώνυμον τοῦ Στουδίου μονήν, ἧς αὐτὸς ἀλείπτης καὶ παιδοτρίβης· πῶς οὐδέποτε λήγουσιν οὗτοι τιμαῖς ἐκεῖνον ταῖς φιλοτίμοις τιμῶντες, καὶ διὰ θαύματος ἄγοντες τὸν θεόληπτον· οἵγε δὲ καὶ τῷ παρ' ἐκείνου οὕτω πεπαιδεῦσθαι, καὶ ἐπὶ μέγα πολιτείας προῆχθαι, ὑπόδειγμα καὶ αὐτοὶ εὐσεβείας, καὶ ἀρετῆς ἀρχέτυπον τοῖς πολλοῖς καθεστήκασι. Πάντα γὰρ οἱ καλοὶ οὗτοι τὰ κάλλιστά τε ἅμα καὶ λυσιτελέστατα, ὥσπερ ἐν κοινῷ ταμιείῳ, τῇ ἑαυτῶν ψυχῇ συνελέ-

Est quidem acceptus omnibus, atque omni æstimatione dignus, eximius Pater noster et confessor Theodorus, quippe qui tum exercitatione vitæ, tum obitis pro Christo laboribus conspicuus emicuerit, et utraque laude excellens, insigni fuerit supra cæteros, nec cuiquam conferenda virtute ornatus: multo autem acceptior idem utiliorque iis qui monasticum vivendi genus ingressi sunt, ac sanctiori se disciplinæ subdiderunt. Hi enimvero eum illum præ cæteris studiosius colunt et amant, tum ejusdem præcepta instar perpetuæ legis amplectuntur, virum hunc unum semper in ore ac sermone habent, huic inexplicabili quodam desiderio copulantur. Nam postquam ille Christum propter omnes dilexit, omnes eum vicissim studio et honore majori prosecuti sunt. Utique si qui nosse velint, quantam sit in hoc sæculo vir admirabilis gloriam adeptus; ut illam alterius ævi omittam, cujus explicari suavitas nequit; licet omnes monachos ac sæculares intueri in illius laudem effusos, eidem omni charitate addictos, et, quod eximiæ commendationis instar habet, virtutem eximio illi viro referentes acceptam. Tacitus enim prætermitto percelebre Studii monasterium, cujus ipse magister et institutor fuit: quomodo nullum ii finem faciant illum honoribus certatim afficiendi, divino afflatum numine virum instar prodigii habentes. Qui quidem sic ab illo instituti et ad excellentem vitæ rationem informati, pietatis et ipsi exemplar, ac virtutis forma plurimis effecti sunt. Nam viri illi egregii quidquid est

NOTÆ.

(1) *Πρὸς Μιχαήλου Μοναχοῦ.* Ita in Columnensi et in Vaticano codice. In alio autem, ut monuit Sirmondus, auctor dicitur Theodorus magister Daphnopates. Theodorus quidem ὁ Δαφνοπάτης *historiam sui temporis emisit in lucem* (inquit Vossius lib. III *De hist. Gr.*), *ut constat ex Cedreno, in proœmio: item ex Joan. Curopalate, itidem in præfat.; sed apud hunc Theodotus appellatur.*

Digitized by Google

eximium ideoque utile, tanquam in communi penu, ad profectum animi compararunt : vitam eximiam, mores utiles, jucundam consuetudinem, concinnam psalmodiam, et quidquid est aliud piorum hominum æstimatione ac prosecutione dignum. Sed enim quia horum omnium causa profecto et auctor exstitit Pater, qui fundamenta jecit, talesque effecit monachos : consentaneum omnino est et eorum meminisse quæ gessit, et illius labores et certamina dicendo persequi, et quæ alia pertulit propter Christum : cujus et stigmata scilicet in carne portavit, ut Apostolus loquitur [a]. Proinde istud optandum mihi est, ut ne rerum omnium magnitudine obruar, quod accidisse his intelligo qui ipsius res gestas prosecuti sunt : sed ut possim vel pauca ex iis quæ gessit afferre in medium : ut, si quidem aliud nihil efficiam, tamen id quod propositum animo fuit, exhibeam. Quin, nihil est quod reformidem, cum audendi fiduciam afferat noster in illum amor, qui et orationem suggeret, et tam præclara enarrandi vim ac facultatem. Quare mihi et pro viribus quæ divinum virum spectant sic dicenda sunt, ut neque omnia percenseam, quod fieri omnino non potest, neque præcipua quæ fuerint negligam, quod utique damnosum foret.

ξαντο, βίον ὑπερφυῆ, τρόπον ἐπωφελῆ, ἐπιτερπῆ πολιτείαν, ἐμμελῆ ψαλμῳδίαν, καὶ ὅσα ἄλλα τίμια τοῖς ἐναρέτοις καὶ περισπούδαστα. Ἀλλὰ γὰρ ἐπεὶ τούτων ἁπάντων αἴτιος ἄρα καὶ προβολεὺς ὁ τὴν κρηπῖδα καταβαλόμενος Πατὴρ, καὶ μοναστὰς τηλικούτους καταστησάμενος· εἰκὸς πάντως καὶ τῶν πεπραγμένων τούτῳ μνησθῆναι, καὶ ἀγῶνας τοῦδε καὶ ἆθλους διεξιέναι, ἄλλα τε ὅσα διὰ τὸν Χριστὸν καθυπέστη εἰπεῖν· οὗ καὶ τὰ στίγματα δηλαδὴ ἐν τῇ σαρκὶ ἐβάστασε, κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Οὐκοῦν καὶ εὐχῆς ἔργον ἐμοὶ, μὴ πάντων τῶν πραγμάτων ἀπολειφθῆναι· ὅπερ καὶ παθεῖν οἶδα τοὺς τὰ ἐκείνου διεξιόντας· ἀλλὰ δυνηθῆναι κἂν μικρὰ τῶν ἐκείνου ἐρεῖν· ὡς ἂν εἰ μή τι ἄλλο, τὴν γοῦν πρόθεσιν παραστήσαιμι. Οὐκοῦν οὐκ ἀποκνητέον ἐμοὶ τὴν ἐγχείρησιν πόθῳ τῷ πρὸς ἐκεῖνον θαῤῥήσαντι· δι' ὃν μοι καὶ ὁ λόγος μάλιστα, καὶ ἡ τῶν τηλικούτων διήγησις. Ὅθεν μοι καὶ ὡς οἷόν τε τὰ κατὰ τὸν θεῖον ἄνδρα λεκτέον· μήθ' ἅπαντα διεξιόντι, ὅτι καὶ ἀδύνατον πάντως· μήτε τὰ καίρια παρορῶντι, ὅτι καὶ ἀσύμφορον δήπου.

A

B

C

D

I. *Theodori patria et genus.* — Huic igitur eximio Patri patria magni nominis civitas Constantinopolis fuit, quæ et nova Roma potissimum appellata est. Parentes tum generosa stirpe insignes, tum innumeris opibus abundantes : qui una cum splendore generis nobilitatem morum secuti, cum Deo ut plurimum versabantur, suspensamque ex illius præceptis vitam agebant. Parentum alteri nomen Photinus fuit, alteri Theoctista : congruas quidem moribus suis appellationes, si ulli alii, uterque sortitus : ille, quod plurimis facem ad divina contemplanda prætulit : ista, quod nova quædam Dei creatura exstitit, et spiritum rectum, ut loquitur David, in visceribus suis excepit [b]. Horum enimvero pietatem imprimis tempus aliquando prodidit, cum quidvis perpeti maluere, quam fidem abjicere, in qua educati fuerant. Quantumvis enim alios cernerent suam Iconomachis sententiam ultro addicere : ipsi tamen minime iis cessere, aut eorum ullatenus excepere sermones. Quinetiam ut majus erga Deum studium præ se ferrent, idque reipsa viderentur esse, quod ipso antea nomine præferebant, gloriam, et opes, et aulæ dignitates, ceu pedum pulverem non multo post excutiunt, Deum instar omnium amplectuntur, quo frui, quem complecti, rem quovis emendam pretio putabant. Et si enim Photinus non vulgari magistratu apud imperatorem fungeretur (nam quæsturam is gerebat), cum nihil tamen iis

Α'. Τούτῳ τοίνυν τῷ μεγάλῳ Πατρὶ πατρὶς μὲν ἡ μεγαλώνυμος αὕτη Κωνσταντινούπολις, ἣ καὶ νέα μάλιστα προσωνόμασται Ῥώμη. Πατέρες δὲ λαμπροὶ τὸ γένος, καὶ πλούτῳ μυρίῳ κομῶντες· οἳ σὺν ἅμα τῷ γένει καὶ τὸν τρόπον ἐξευγενήσαντες, θεῷ τῷ πλείστῳ μέρει συνέζων, καὶ τούτου τῶν ἐντολῶν ἥρτηντο. Ὄνομα τῷ μὲν τῶν γονέων Φωτεινὸς, τῇ δὲ, Θεοκτίστη (2)· τὰς κλήσεις, εἰ καί τινες ἄλλοι, πρὸς τοῦ τρόπου λαβόντες· τῷ τὸν μὲν, πολλοὺς φωτίσαι πρὸς τὰ θειότερα· τὴν δὲ, καινήν τινα κτίσιν γενέσθαι Θεοῦ, καὶ τὸ εὐθὲς, κατὰ τὸν Δαβὶδ, πνεῦμα ἐν τοῖς ἐγκάτοις εἰσδέξασθαι. Τούτων γὰρ τὴν εὐσέβειαν μάλιστα τηνικαῦτα καιρὸς ἔδειξεν, ὅτι πάντα παθεῖν εἵλοντο μᾶλλον, ἢ τὴν πίστιν προέσθαι, μεθ' ἧς συνετράφησαν. Εἰ γὰρ καὶ τοὺς ἄλλους ἑώρων τοῖς Εἰκονομάχοις τὴν οἰκείαν προπίνοντας δόξαν· ἀλλ' αὐτοὶ οὐμενοῦν τούτοις ὑποκλινόμενοι ἦσαν, ἢ λόγους τοὺς ἐκείνων συνόλως παραδεχόμενοι. Οἵ γε ἵνα καὶ μειζόνως τὸν πρὸς Θεὸν ἔρωτα δείξαιεν, καὶ φανεῖεν ἀληθῶς ὅπερ ἤδη καὶ προεκλήθησαν, δόξαν μὲν καὶ χρήματα καὶ τὴν ἐν βασιλείοις τιμὴν, ὡς κόνιν ποδὸς μετ' οὐ πολὺ ἀποτίθενται, Θεὸν δ' ἀντὶ πάντων λαμβάνουσιν, ὃν κατασχεῖν καὶ λαβεῖν τοῦ παντὸς ἐνόμιζον ἄξιον. Εἰ γὰρ καὶ ὁ Φωτεινὸς τὴν οὐ πολλοστὴν ἀπὸ βασιλέως διεῖπεν ἀρχὴν, καὶ αὐτῷ τὰ χρήματα ἐταμίευσεν, ἀλλ' οὐδὲν τούτων οὔτ' αὐτὸς, οὔθ' ἡ ὁμόφρων σύζυγος ὑπειδόμενοι, πάντα λιπόντες, μόνου τοῦ σκοποῦ γίνονται, καὶ τὸν ἀναχωρητικὸν εἶτ' οὖν μοναδικὸν βίον ἀσπάζονται, Θεῷ συνόντες, Θεοῦ

[a] Galat. VI, 18. [b] Psal. L, 12.

NOTÆ.

(2) Θεοκτίστη. Ejus laudes oratione funebri sive ἐπιταφίῳ λόγῳ prosecutus est ipse Theodorus, et supremo morbo decumbenti epistolam scripserat pietatis et amoris tenerrimi plenam, quæ in codice ms. Columnensi sexta est libri primi Epistolarum ipsius.

Digitized by Google

μόνου τῇ συνουσίᾳ ἡδόμενοι. Τοῦτο δ' οὐ μόνον ἡ καλὴ αὕτη συζυγία δεδράκασιν· ἀλλὰ καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν φύντες, καὶ οἱ ἄλλως ὄντες πρὸς γένος, πρᾶξαι ἤδη προήχθησαν, Θεοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς οὐδὲν θέμενοι προτιμότερον. Ὧν σαφέστατα καὶ τὴν ἀγωγὴν, τούς τε χρόνους καθ' οὓς τὴν ἀποταξίαν ἀνείλοντο, ἐν τῷ περὶ τὴν μητέρα ἐπιταφίῳ ὁ μεγαλοφυὴς ἀνεῖπε Θεόδωρος, δηλώσει δὲ καὶ ὁ παρὼν λόγος μικρὰ ἤδη περὶ αὐτῶν.

A rebus aut ipse aut uxor ejusdem consilii socia afficeretur, relictis omnibus, voti compotes ambo fiunt, ac solitariam sive monasticam vitam amplectuntur, cum Deo agentes, Dei unius consuetudine gaudentes. Atque id non solum conjugum par illud nobile præstitit : sed et qui ex iis prognati, et qui genere affines, id efficere jam aggressi erant, Deo et virtute nihil esse præstabilius arbitrati [e]. Quorum vitæ institutum perspicue, tempusque quo mundo

nuntium remiserunt, in matris epitaphio egregius vir Theodorus edisserit : declarabitque nonnulla de ipsis et præsens oratio.

Β'. Ἐκ τοιούτων οὖν πατέρων ὁ θαυμαστὸς οὗτος γεννᾶται ἀνὴρ, Κωνσταντίνου τοῦ Κοπρωνύμου τὴν βασιλείαν κατέχοντος, καὶ Χριστιανοὺς πάντας ἐξάρνους τῶν ἱερῶν εἰκόνων γενέσθαι καταναγκάζοντος· ὃς τῇ ὑπερβολῇ τῆς κακίας καὶ αὐτὸν τὸν φύσαντα (Λέων δ' οὗτος ἦν ὁ Ἴσαυρος, ὁ καὶ πρῶτος τολμήσας τὰ θεῖα καθελεῖν ἐκτυπώματα) πολλῷ τῷ μέτρῳ νικῆσαι ἐφιλονείκησε, δύσνους τὰ μάλιστα τοῖς Χριστιανοῖς ὤν, καὶ τὴν ὠμότητα, οὐδ' ὅσον εἰπεῖν, βαρύτερος ἐκείνου καὶ χαλεπώτερος. Τούτου οὖν, ὡς οὐκ ὤφελε, κακῇ μοίρᾳ τῆς ἀρχῆς ἐπειλημμένου, εἰς φῶς, ὡς ἔφαμεν, πρόσεισιν ὁ Θεόδωρος, κοινὸν οἷα δῶρον ἐσόμενος τῇ πατρίδι, καὶ ζόφου τοῦ ἐπιπροσθοῦντος διαυγία. Ὃς γε καὶ ἐπὶ νέῳ τῷ σώματι τοῦ θείου βαπτίσματος καταξιωθείς, καλῶς τε τὰ πρῶτα τῆς ἡλικίας παρὰ τῶν τεκόντων διαπλασθείς, καὶ γραμματιστῇ ἐφ' ᾧ τὴν προπαίδειαν ἐκμαθεῖν παραδίδοται, ᾧ καὶ ἐπιχαρίτως μάλα συνῆν, οὐ τωθασμοῖς χαίρων, οὐ θεάμασι προσανέχων, οὐ παιδιαῖς καὶ ταῖς ἄλλαις ἀνέσεσιν, οἷα δὴ νέος καὶ τοσούτου οἰκεῖος, τὴν ψυχὴν ἐφηδύνων· ἀλλὰ μόνῃ σχολάζων, ὡς εἰκὸς, τῇ ἀναλήψει τῶν μαθημάτων, τούτοις καὶ τὴν διάνοιαν ἔτερπε, καὶ τὴν ἐξ αὐτῶν ἐπιεικῶς ἐτρύγα ὠφέλειαν. Ὡς δὲ καὶ ὁ χρόνος αὐτῷ καὶ τὸ φρόνημα ἐπεδίδου· συνανιόντα τε ἀλλήλοις καὶ συναυξόμενα· καὶ παιδείας τῆς θύραθεν ἥπτετο ὃς καὶ σπουδῇ χρώμενος ἐναμίλλῳ τῇ εὐφυΐᾳ, γραμματικὴν ἣ γλῶσσαν οἷδεν ἐξελληνίζειν, καὶ ποιήμασι προσανέχειν τάχιστα παραλαμβάνει. Ὃ οὐ τὸ μυθῶδες, ἀλλὰ τὸ ὠφέλιμον κατασχὼν, τὸ περιττὸν διεῖδε καὶ κατεφώρασεν. Εἶθ' ἑξῆς καὶ ῥητορικὴν μετιὼν οὐ κατὰ ῥήτορας δεῖν ᾠήθη ἔχειν τὸ ἦθος. Οὐκοῦν οὐδὲ τοῖς τούτων ψεύδεσι συνεχρῆτο, ἢ ταῖς ἄλλαις τῶν λόγων κενολογίαις καὶ ἀντιῤῥήσεσιν· ἀλλ' ὅσα πρὸς τὸ χρήσιμον φέρει μόνον, καὶ συνθήκην λόγου καὶ ἁρμονίαν ἀπολαβὼν, τὰ ἄλλα παρῆκε τοῖς ἄλλοις, οἷς καὶ ἡ ματαιότης τῶν λογισμῶν, καὶ ἡ τῶν ῥημάτων κομψεία ἐπιτεχνάζεται.

B II. *Ortus et pueritia.* — Ex talibus itaque parentibus vir admirandus ortum habuit, Constantino Copronymo imperium administrante, eodemque Christianos omnes adigente ut sacras imagines abnegarent : qui et improbitatis exsuperantia genitorem suum (fuerat is Leo Isaurus, qui primus omnium ausus est divinas effigies dejicere) multis partibus vincere studuit, Christianis in primis infensus, et crudelitate, ut levissime dicam, gravior illo atque acerbior. Cum ille igitur, quod utinam nunquam evenisset! pessimo fato rempublicam capessivisset : in lucem, ut diximus, prodiit Theodorus, futurus utique novum patriæ munus, et incumbenti caligini discutiendæ fulgor. Qui quidem in recenti corpore divina ablutus unda, et prima C ætate egregie a parentibus informatus et a magistro cujus in disciplinam traditus fuerat, ut primas artes edisceret, quicum et suavissime versabatur : nec dicteria solitus est in quemquam jacere, nec spectaculis affici, nec ludis, cæterisque avocationibus, quibus id ætatis ac generis adolescentes oblectare animum solent : sed uni, ut par erat, litterarum cognitioni deditus, et mentem his oblectabat, et ex iisdem miram admodum utilitatem capiebat. Postquam vero judicii vim perfecit ætas, ut sunt ea inter se connexa unaque crescunt, externas quoque disciplinas attigit : ad quas cum studium et diligentiam afferret non minorem ingenio, linguæ Græcæ facultatem et copiam adeptus est, et ad rem D poeticam confestim animum adjecit : quo in genere, non quod fabulosum, sed quod est utile arripiens, quod erat optimum perspexit et intellexit. Rhetoricam mox deinde ingressus, minime arbitratus est, ex præceptis rhetorum fingendos esse mores. Itaque nec falsis horum commentis utebatur, nec inanibus orationum argumentis et controversiis, sed ad ea modo appellens animum, quæ ad utilitatem conferrent, et ad concinnam orationis ac verborum structuram, cætera reliquit ac permisit aliis, quibus ars una est argutiarum inanitas, ac festivitas vocum.

Γ'. Ἐπεὶ δ' οὗτος καὶ φιλοσόφοις συγγινόμενος ἦν, συλλέγων κατὰ τὸ τῆς μελίσσης φιλόπονον ἐκ πάντων τὰ κάλλιστα, οὐ κατὰ πάρεργον ἤδη τούτοις ἐτύγχανεν ὁμιλῶν· ἀλλὰ σπουδῇ πάσῃ πᾶσαν ἐπῄει φιλοσοφίαν, ὅσον τε ἠθικὸν ταύτης, καὶ ὅσον δογματικὸν, καὶ

III. *Philosophiæ studet.* — Ubi vero cum philosophis consuetudinem habuit, sedulitatem apum imitatus, atque ex omnibus optima colligens, non jam remisse et oscitanter cum his versatus est : sed omni studio ad omnem philosophiæ partem incu-

[e] Vide infra n. 5.

Digitized by Google

buit, et ad eam quæ mores spectat, et quæ dogmata tradit, et quæ in disserendi arte posita est ac demonstrationibus. Cum vero plurimos ille interim intelligeret versutiis orationum et adulterinis quæstionibus perturbare fidem ac pervertere : omnem adhibuit operam, ne cum his societatem iniret, aut sermonis consortium. Quamobrem sedulo cavit ac prospexit, ne vel leviter horum argutiis caperetur, sed ut excellenti vi doctrinæ hostes feriret ac propelleret, eorumdemque sermonum fallacias confutaret. Verumenimvero, cum tantam ille comparasset vim eruditionis, dos illius propria et peculiaris fuit modestia, morum gravitas, affectuum diligens cura : qui et cogitationem ad altiora confestim adjiciens, disciplinas aliaque omnia posteriore loco habet, omne autem studium ad virtutes adipiscendas convertit, curam et laborem omnibus horis adhibens, qua ratione temperantiæ ac fortitudinis compos fieret, qua arte prudentiam ac justitiam, qua mansuetudinem et abstinentiam compararet, cæterasque quæ sub his virtutum generibus continentur. His Theodorus incumbens, divinas Scripturas strenue versabat, earumque sensum mire colligebat, ita ut non id modo quod est in his vulgare et in promptu positum, sed et quod intime abditum latet, penitus introspiceret. Sacras ædes idem plurimum frequentabat, nocturnis pervigilationibus carnem macerans, et dum noctem agit insomnem, animo stans erecto. Qui etiam consulto ac dedita opera, ne somno premeretur, cibis utebatur levissimis, quidquid stomachum oneraret, veluti gravem molestamque sarcinam devitans. Volebat is enimvero jam ante accuratiorem vitam acrioribus se ipse laboribus assuefacere : ut hos in tempore facillimos offenderet, ac sine ægritudine incurrentes.

IV. *Mors Copronymi. — Synodus apud Nicæam.* — Postquam autem qui Christianos vastabat imperator, et Christi, heu! imaginem contumelia affecerat, turpissimo leti genere animam exhalavit, hujus filius Leo administrandum suscepit imperium, cui nomen a matre Chazarus fuit, paternis omnino et ipse moribus, nihilo remissius agens parente. Citius autem ille cum imperio vitam amisit. Irene vero hujus uxor, una cum puero Constantino, rerum potitus est. Quæ ut rebus ipsis nomini suo fidem faceret, perturbationem Ecclesiarum omnem luctumque sedavit : quippe jamdudum exosa pravis opinionibus infectos, ac revocata palam securitate et pace, pristinum iisdem cultum, et detractam coronam restituit. Itaque rem urgens acriter (erat enim impense pia) confestim ad se Patres omnes evocat, cum ipsis quid facto esset opus deliberatura, et cum eo qui Ecclesiæ præerat. Is Tarasius fuit : qui haud ita pridem sedi impositus, synodum ad Nicæam in Bithynia cogit, et pro recta fide decertans, sacras ut prius imagines coli et honorari præcipit. Adfuere convocati Patres ad trecentos et quinquaginta inter quos et sanctissimus ille Plato interfuit, Theodori avunculus, qui

A ὅσον ἐκείνην ἐν διαλέξει καὶ ἀποδείξεσιν. Ἐπεὶ γὰρ ἐώρα πολλοὺς τηνικαῦτα ταῖς τῶν λόγων στροφαῖς καὶ τοῖς νόθοις προβλήμασι τὴν πίστιν διακυκῶντας καὶ παρατρέποντας· ἔμελλε δ' αὐτὸς ὅσον οὔπω καὶ συμπλέκεσθαι τούτοις, καὶ εἰς λόγους ἰέναι. Τούτου ἕνεκα καὶ ἀσφαλῶς ἑαυτὸν ἔφραττεν, ὡς ἂν μηδ' ἐπ' ὀλίγον ἐκείνοις ἁλίσκοιτο· ἀλλὰ πολλῷ τῷ περιόντι βάλλοι τοὺς ἀντιτεταγμένους καὶ διωθοίη, καὶ λόγους αὐτῶν σοφισματώδεις ἐλέγχοι. Ἀλλὰ γὰρ ἐκείνῳ καὶ τοσαύτην συλλέξαντι παίδευσιν, μετριότης τὸ ἐπίσημον ἦν, καὶ τρόπος σεμνός, καὶ ἠθῶν ἐπιμέλεια· ᾧ καὶ θᾶττον ὁ λογισμὸς τοῖς ὑψηλοτέροις προσχὼν, λόγους μὲν καὶ τ' ἄλλα πάντα δευτέρου ποιεῖται τοῦ λόγου· τὴν δ' ἅπασαν τρέπει σχολὴν περὶ τὴν κτῆσιν τῶν ἀρετῶν· μεριμνῶν ὅσαι ὥραι καὶ διαπονούμενος,
B πῶς ἄρα κατορθωθείη αὐτῷ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία· πῶς ἡ φρόνησις καὶ ἡ δικαιοσύνη· πῶς τε ἡ πραότης καὶ ἡ ἐγκράτεια, καὶ ὅσαι ἄλλαι ταῖς γενικαῖς ὑποδιῄρηνται ἀρεταῖς. Τούτοις ἔχων ὁ Θεόδωρος καὶ Γραφαῖς φιλοπόνως ὡμίλει ταῖς θεοπνεύστοις, καὶ τὸν ἐν ταύταις νοῦν θαυμασίως ἀνέλεγεν· ὡς ἂν μὴ τὸ πρόχειρον τούτων, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐς βάθος κείμενον διορᾷν ἔχοι. Ἦν δὲ αὐτῷ διὰ πολλοῦ καὶ τὸ πρὸς τοὺς ἱερούς οἴκους φοιτᾷν, ἀγρυπνίᾳ ὑποσπῶντι τὰς σάρκας, καὶ στάσει παννύχῳ τῆς ψυχῆς ἀναστηλοῦντι τὸ ὄρθιον. Ὅς καὶ κατ' ἐπιτήδευσιν, ὡς ἂν
C μὴ τῷ ὕπνῳ ἁλίσκοιτο, καὶ τροφῇ ἐχρῆτο τῇ λεπτοτάτῃ, πᾶν τὸ βαρύνον γαστέρα, ὥς τι ἄχθος καὶ παρενόχλημα ἐκτρεπόμενος. Ἐβούλετο γὰρ καὶ πρὸ τοῦ ἀκριβεστέρου βίου πόνοις ἑαυτὸν τοῖς τελειοτέροις ἐθίζειν· ἵν' ἔχοι τούτους ἐπὶ καιροῦ μάλα ῥᾳδίους αὐτῷ, καὶ ἀλυπότερον συνεισπίπτοντας.

Δ'. Ἐπεὶ δὲ ὁ πολλὰ Χριστιανοὺς λυμηνάμενος βασιλεὺς, καὶ τὴν εἰκόνα Χριστοῦ, φεῦ! καθυβρίσας, καὶ αἰσχίστῳ θανάτῳ τὴν ψυχὴν ἐναπέῤῥηξε· διεδέξατο δὲ τὴν ἀρχὴν Λέων ὁ τούτου υἱὸς, ὁ καὶ προσονομασθεὶς ἀπὸ τῆς γεννησαμένης Χάζαρος, τὰ πάντα καὶ οὗτος πατρώζων, καὶ μηδὲν καθυφεὶς τοῦ γεννήτορος· θᾶττον δὲ καὶ αὐτὸς σὺν τῇ βασιλείᾳ καὶ τὴν ζωὴν προσαφῄρητο. Εἰρήνη ἡ τούτου ὁμόζυγος μεθ' ἅμα καὶ τοῦ παιδὸς Κωνσταντίνου ἐπὶ τῶν σκήπτρων
D καθίσταται· ἣ καὶ τὴν ὁμωνυμίαν τοῖς πράγμασι πιστουμένη, ταραχὴν μὲν πᾶσαν καὶ ἀθυμίαν τῶν Ἐκκλησιῶν ἀπελαύνει· οἷα καὶ πάλαι τοὺς κακοδόξους μυσαττομένη, εἰρήνην δὲ ταύταις καὶ εὐθυμίαν ἐπιβραβεύει, τὴν παλαιὰν ἀναδοῦσα εὐπρέπειαν, καὶ ὃν ἀφῄρηντο στέφανον. Ἡ γὰρ θεοφιλὴς αὕτη, μηδὲ βραχὺ μεθιεῖσα, σάχει πολλῷ πρὸς ἑαυτὴν Πατέρας πάντας μετακαλεῖται, μεθ' ὧν καὶ ὅ τι δέοι πράττειν βουλευσαμένη, σὺν ἅμα καὶ τῷ τῆς Ἐκκλησίας προέδρῳ, Ταράσιος δ' οὗτος ἦν, ὁ καὶ πρὸ μικροῦ τὸν θρόνον ἐγχειρισθείς, σύνοδον ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν Βιθυνίᾳ κροτεῖ· καὶ τῆς ὀρθῆς ὑπεραγωνίζεται πίστεως, τὰς θείας ὡς τὸ πρὶν εἰκόνας σέβεσθαι καὶ τιμᾶσθαι θεσπίσασα. Ἦσαν δὲ οἱ συνειλεγμένοι Πατέρες ἄχρι καὶ εἰς τριακοσίους ἀριθμούμενοι καὶ

Digitized by Google

πεντήκοντα. Ἐπεὶ δ' εἷς τῶν συνελθυθότων καὶ Πλάτων ἐτύγχανεν ὁ ἱερώτατος, ὁ καὶ πρὸς μητρὸς θεῖος τῷ Θεοδώρῳ ὃς καὶ τὸν Ὄλυμπον ἐκ νέου οἰκῶν, τηνικαῦτα παρῆν τῆς συνόδου μεθέξων.

Ε'. Τότε μὲν πολλοὺς καὶ ἄλλους ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ πρὸς φιλοσοφίαν ἐθήρασε (καὶ γὰρ ἦν, εἴ καί τις ἄλλος, τοῖς ἐντυγχάνουσι χαριέστατος), πρὸ πολλῶν δὲ καὶ ἀντὶ πολλῶν τὸν καλὸν τουτονὶ Θεόδωρον, ἐξ ἀδελφῆς ὄντα ἀνεψιόν, καὶ πάλαι ἤδη, ὡς ὁ λόγος, φιλοσοφεῖν καὶ παρ' ἑαυτοῦ ἐλόμενον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πατέρας τοῦ Θεοδώρου καὶ ἀδελφοὺς, Ἰωσὴφ καὶ Εὐθύμιον, σὺν ἅμα καὶ μικρᾷ ἀδελφῇ. Πρὸς [ἐπὶ] τούτοις ὁ Πλάτων καὶ ἀδελφοὺς τοὺς οἰκείους αἱρεῖ τρεῖς κἀκείνους τυγχάνοντας. Τούτους οὖν ἅπαντας ὥσπερ ἐξ ἑνὸς συνθήματος, τοῦ κοινωνικοῦ βίου τὸν ἄζυγα προτιμήσαντας, πρὸς ἑαυτὸν οὗτος λαμβάνει, καὶ ἀγωγὴν ὑφηγεῖται τὴν κρείττονα. Οἳ θᾶττον καὶ οὐσίαν καὶ ὕπαρξιν καὶ χρήματα ἄλλα κόλποις πενήτων ἐναποθέμενοι, πρὸς δὲ καὶ οἰκέτας, οὐδ' ἀριθμῷ λῃστοὺς, ἐλευθερίᾳ τιμήσαντες, τῆς Βυζαντίδος ἐξίασι, Θεῷ καὶ τῷ ἄγοντι Πατρὶ ἑφεπόμενοι.

Ϛ'. Ἐπεὶ δ' ἀγρόν τινα ὁ Θεόδωρος τῶν οἰκείων ὃ τὸ Βοσκύτιον οὕτω διωνομάζετο, πρὸς ἱερὸν ἀπέταξεν διαίτημα· ᾧ καὶ τόπος ἐτύγχανε προσεχὴς τοῦ Σακκουδίωνος οὕτω καλούμενος· ἐκεῖσε ἤδη κοινῇ πάντες φοιτήσαντες, Θεῷ τὰ ὑπεσχημένα πληροῦν ἔσπευδον. Οὐδὲν δὲ οἷον βραχέα καὶ περὶ τοῦ τόπου ἐρεῖν, οὐκ ἄχαρί γε μὴν ὂν, οὐδὲ περιττὸν τὸ διήγημα. Τούτῳ τοιγαροῦν ἄνωθεν μὲν καὶ κατὰ κορυφὴν δένδρα ποικίλα καὶ παντοδαπὰ ἵστανται, τὰ μὲν τέχνῃ εἰργασμένα, τὰ δ' αὐτομάτως φύσαντα· ἃ καὶ κύκλῳ συνηρεφοῦντα, καὶ πανταχόθεν εἰς ἄλληλα συστοιχοῦντα μηνοειδῆ τὸν τόπον ἀποτελοῦσιν, ἀμφόδῳ μόνῃ μιᾷ τοῖς εἰσιοῦσιν ἀνιέντα τὸ βάσιμον. Ἁπλοῦται δ' ἐν αὐτῷ κάτωθεν καὶ πεδίον ἥδιστον ἅμα καὶ εὔχαρι, ἀνέμοις πραέσι καταπνευόμενον· καταῤῥεῖ δ' ἐν ἐκείνῳ καὶ ὕδωρ διειδές τε καὶ πότιμον, οὐ ῥαγδαίως καταφερόμενον, ἀλλ' ἀψόφως χεόμενον. Καὶ ἵνα τἆλλα τὰ τοῦ τόπου παρῶ· μέγιστον θεαμάτων ἁπάντων, τὴν ἡσυχίαν τοῖς οἰκοῦσι παρέχει Θεῷ καταμόνας συγγινομένοις καὶ ἠρεμίαν ἄγουσιν ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων. Τί γὰρ ἂν καὶ φαίην περὶ τοῦ ἐκεῖσε ἱδρυμένου ναοῦ; ὃν εἰπεῖν καὶ δηλῶσαι, ἔργον ἐμοὶ καὶ λόγου οὐκ ἐλαχίστου.

Ζ'. Τούτῳ οὖν τῷ τοῦ Βοσκυτίου χώρῳ σὺν τῇ καλλίστῃ ἐκείνῃ συνοδίᾳ ὁ γενναῖος Θεόδωρος ἀφικόμενος, πρὸς πόνους ἀσκητικοὺς παρετάττετο, ὧν οὐδὲ πάλαι ἀμελέτητος ἦν· οὐ γὰρ μαλακόν τι οὐδ' ὑφειμένον, ἀλλ' ἀῤῥενωπὸν καὶ ἀνδρῶδες βλέψας τῆς ψυχῆς τε ἐκ πρώτης ἐνέφαινε τὸ παράστημα, καὶ τοῦ ἑξῆς βίου ἀῤῥαγεῖς τοὺς θεμελίους ἐβάλλετο, ὧν τὸ κράτιστον ὑπακοὴν ἐγίνωσκε καὶ ταπείνωσιν. Ἐπεὶ δὲ μετὰ βραχὺ καὶ τρίχας ἐκείρατο πρὸς τοῦ Πλάτωνος, καὶ ἐσθῆτα τὴν μοναδικὴν περιεβάλετο, τότε καὶ μᾶλλον στερῤῥοτέρων ἅπτεται τῶν ἀγώνων, τήκων τε τὴν σάρκα τῇ ἀσιτίᾳ, καὶ πόνοις αὐτὴν ἐκπιέζων βιαιοτέροις. Οἷς οὐκ ἀρκούμενος, πάντα καὶ τὰ δοκοῦντα τῶν διακονιῶν φαυλότατα, περιουσίᾳ ταπεινώσεως ἑαυτῷ δήπου προσεπετίθει. Χεῖρας γὰρ

A Olympum a puero incolens indidem, ut synodo interesset, profectus est.

V. — Tunc quidem et multos alios divinus ille vir ad philosophiam pellexit (erat enim in consuetudine familiari gratus ut qui maxime), ac præ cæteris illum, qui multorum unus instar erat, clarissimum Theodorum, suum e sorore nepotem, qui et ipse olim sua sponte animum ad philosophiam appulerat; imo et Theodori parentes et fratres Josephum et Euthymium, una cum sorore parvula. Quibus et suos ipsius fratres, qui tres quoque erant, Plato adjunxit. Hos igitur omnes tanquam ex composito cælibem vitam conjugio B anteponentes apud se accipit, iisque viam excellentiorem commonstrat. Illi statim suis omnibus fortunis in sinum pauperum depositis, necnon servis, nulla numeri habita ratione, libertate donatis, Byzantinis migrarunt finibus, Deum et Patrem ducem secuti.

VI. *Boscytii descriptio.* — Subinde Theodorus unum e suis agris, Boscytium nomine, ubi sanctiorem quam meditabantur vitam instituerent, assignavit, non procul ab eo loco cui Saccudionis nomen est. Eo postquam omnes convenere, quæ Deo voverant implere studebant. Nihil porro vetat quominus pauca de loco illo disseramus, nec erit opinor injucunda, neque supervacanea narratio. C Illius itaque vertex variis arboribus consitus est, partim sponte natis, partim arte: quæ in orbem opacum digestæ, ac certis ordinibus inter se dispositæ, lunæ crescentis speciem referunt, aditumque uno duntaxat bivio patentem præbent. In summo apice peramœnus campus ventis leniter spirantibus aperitur: neque abest aqua pellucida, et ad potum idonea, non præceps torrentis instar, sed placide profluens: atque, ut cætera loci hujus omittam, illud maxime omnium spectandum est, quod incolis tranquillitatem præstat, per quam a sensibus abducti et feriati, versari cum Deo seorsum soli possint. Quid autem dicam de templo ibidem excitato? de quo si narrare vellem, utique longiori sermone opus foret.

D VII. *Vita in Boscytio.* — In hunc igitur Boscytii locum Theodorus adveniens cum suis illis præclaris comitibus, ad exercitationes pias se contulit, in quibus jampridem erat versatus. Non enim molle aliquid aut remissum, sed masculum et virile meditans, animi robur ab ipso initio demonstravit, ac solida insequentis vitæ fundamenta jaciebat, in quibus non ignorabat eminere obedientiam et humilitatem. Cumque non ita multo post comam sibi auctore Platone attondisset, habitumque monasticum induisset, multo asperiora certamina capessit, carnem inedia macerans, ac duriore labore subigens. Quibus minime contentus, quæcunque in ministeriis abjectissima videbantur incredibili humilitate sibi omnia imponebat. Gravioribus

Digitized by Google

enim laboribus teneras antea manus adhibebat : illis non tantum secans ligna, aut aquam comportans, sed humum etiam versans, maxime quæ inarata foret, aut in hortum præparanda : multo cum sudore glebas exportans, aliaque omnia maxime laboriosa exercens. Videres illum sæpe mulorum stercora ferentem humeris, idque noctu, ut lateret, vel etiam de medio die. Quo tempore cum agnosceretur, movebat ea res omnibus qui hominem norant, admirationem, cum apud se reputarent talem virum, isto genere natum, rem tam nulli imitabilem simpliciter ac humiliter præstare, eamque gloriam vel maximam ducere, si vitam ingloriam viveret. Atque hæc ille cum faceret, nihil facere quidquam tamen sibi videbatur. Quamobrem suam his finibus alacritatem non continebat, sed iis qui cum ipso versabantur, fratribus operam navabat, illis præsertim quos videbat valetudine aut alio incommodo teneri ne imperata facerent. Illis sese dabat ultro citroque cursitans, ubique subserviens, et omnes labores levans, adeo ut omnes ipsi fausta precarentur, et hunc fructum ac mercedem tantorum laborum egregiam referret.

A ἐκείνας τὰς πρὸ τοῦ μαλακὰς τοῖς ἁδροτέροις ἐδίδου τῶν ἔργων, οὐ ξύλα κλῶν μόνα, οὐδ' ὕδωρ ταύταις μετακομίζων', ἀλλὰ καὶ γῆν ἀμῶν, ὅση τε ἀνέργαστος, καὶ ὅση κηπεύσιμος· καὶ βώλους ἐκεῖθεν σὺν ἱδρῶτι ἀνέλκων· καὶ πᾶν ἄλλο δρῶν, καὶ τὸ κομιδῇ ἐργωδέστατον. Ὅς γε πολλάκις καὶ κόπρον τῶν ἡμιόνων ἐπὶ τῶν ὤμων φέρων ὁρᾶτο, νυκτὸς ὥστε λαθεῖν, ἢ καὶ ἡμέρας μεσούσης πράττων τοῦτο. Ὃ καὶ τῷ χρόνῳ πρὸς γνῶσιν ἐλθόν', θαῦμα ἐνεποίει τοῖς ἐπιγνοῦσιν ὅτι τηλικόσδε ἀνὴρ καὶ τοσούτου οἴκου, πρᾶγμα οὕτως οὐδενὶ μιμητὸν εὐτελῶς ἄγαν ὑπῆλθε καὶ ταπεινῶς, δόξαν καὶ τὴν μεγίστην τὸ ζῆν ἀδόξως ἡγούμενος. Πλὴν καὶ οὕτω πράττων, οὐδὲν οὐδαμῶς πράττειν ἐδόκει· ὅθεν οὐδ' ἴστη τούτοις τὴν προθυμίαν· ἀλλὰ καὶ τοῖς συνδιάγουσιν ἀδελφοῖς ἐπικουρῶν B ἦν· καὶ μάλισθ' οὓς ἑώρα μὴ ἐπικαίρως τὰ ἐπιταχθέντα πληροῦντας, τῷ ἀδυνάτως, ἢ καὶ ἄλλως ἀνωμάλως ἔχειν κατὰ τὸ σῶμα. Οἷς καὶ ἑαυτὸν ἐδίδου, ἄνω καὶ κάτω θέων, καὶ πανταχοῦ ἐπιὼν, καὶ πάντας τῶν πόνων κουφίζων· ὡς ἂν ἔχοι τὴν παρὰ πάντων εὐλογίαν καρποῦσθαι, καὶ μισθὸν οὕπως ὑπερφυῆ πόνων τοσούτων κομίζεσθαι.

VIII. — Illud autem imprimis ipsi curæ erat, ut quidquid ageret, vel mente versaret, Patri suo aperiret, satis gnarus humilitatis opus esse vel maximum arcana animi detegere. Ob eas dotes cum esset omnibus omnino acceptissimus, tum vero illum sanctissimus Plato præcipua quadam charitate complectebatur, et in ejus congressu familiari suavissime acquiescebat. Suspiciebat enim in illo admirabilem prudentiam, modestiam singularem, animi robur præcellens : eoque, utpote tanta virtute prædito, præ cæteris utebatur, et in rebus gerendis solertem adjutorem adhibebat.

Η'. Ἦν δὲ καὶ τοῦτο διὰ σπουδῆς ὅτι μάλιστα τῷ γενναίῳ, πρᾶξιν πᾶσαν καὶ λογισμῶν κίνησιν τῷ ἑαυτοῦ ἀνακαλύπτειν Πατρὶ, μέγα εἰδότι τὴν φανέρωσιν τῶν κρυφίων καὶ ταπεινώσεως ἔργον τὸ μέγιστον. Ὅς γε διὰ πάντα καὶ πᾶσι μὲν ἐπέραστος ἦν, πλεῖον δ' ἀπάντων τῷ ἱερῷ Πλάτωνι· ὃς καὶ στοργῇ τῇ C πάσῃ τούτῳ προσεπεφύκει, καὶ ψυχῆς παράκλησιν τὴν τοῦδε συνομιλίαν ἐκέκτητο. Ἑώρα γὰρ τὸν θαυμαστὸν συνέσει μὲν κατὰ πολὺ διαφέροντα, μετριοφροσύνῃ δὲ μειζόνως τῶν ἄλλων κοσμούμενον, ψυχῆς δ' εὐανδρίᾳ καὶ μᾶλλον ἀπείρως ἐξέχοντα· ᾧ καὶ οἷα τοσούτῳ τὴν ἀρετὴν, ἐν πᾶσι τε οὓς εἶχεν ἐχρῆτο, καὶ δεξιὸν ἐποιεῖτο τῶν πρακτέων συλλήπτορα.

IX. *Saccudionis descriptio.* — Quis enim alius præclarissima quæque sicut vir ille admirabilis, sectatus est? cujus in animo, velut in multisona et apte composita lyra, virtutum omnium consentiens harmonia concinebat. Quis dicat ejus in sapientia modum, morum simplicitatem, industriam, strenuitatem, perspicaciam? quis solertiam? quis mansuetudinem? quis in charitate fervorem? Hæc enim omnia licet inter se diversa et dissimilia, tamen in illo conspirantia, et in unum concurrentia, unam quamdam virtutis formam in summa varietate simplicissimam effingebant. Cum autem is charitate præstaret, tum nihilo remissior erat in studio humilitatis. Neque in eam adeo incubuisse sine certa quadam et insigni ratione mihi videtur, sed divinius aliquid pro summa sua prudentia sapientiaque vidisse. Secum enim reputabat Dominum ac Deum nostrum ad servi formam se abjecisse per humilitatem, seque ipsum abjecta illa sua inaccessa gloria exinanivisse, nobisque similem factum esse. Ipsum etiam ignominiam, et opprobria, et convicia propter nos, ac mortem ex-

Θ'. Τίνι γὰρ τῶν ἁπάντων, ὡς τῷ θαυμασίῳ τούτῳ πάντα ὡς ἓν ἐσπουδάσθη τὰ κάλλιστα, καὶ εἰς μίαν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὥσπερ ἐν ποικίλῃ λύρᾳ καὶ εὐαρμόστῳ, πᾶσα ἁρμονία συνεισῄει τῶν ἀρετῶν; Τί γὰρ ἂν εἴποι τις τὸ ἐν φρονήματι μέτριον, τὸ ἁπλοῦν τοῦ ἤθους, τὸ συνετὸν, τὸ δραστήριον, ἀλλὰ τὸ ἀγχίνουν, ἀλλὰ τὸ πρᾶον, ἀλλὰ τὸ ἐν ἀγάπῃ θερμότατον; Πάντα D γὰρ ταῦτα εἰ καὶ διάφορα γοῦν πρὸς ἑαυτὰ καὶ πολυειδῆ μάλιστα, ἀλλ' οὖν ἐπ' ἐκείνῳ εἰς ἓν ὁμοῦ καὶ κατὰ ταὐτὸν συνελθόντα, ἓν καὶ ἀρετῆς εἶδος ποικιλώτατον ἅμα καὶ μονοειδέστατον ἀπετέλεσαν. Πλὴν ἀλλὰ γὰρ εἰ καὶ τὰ τὴν ἀγάπην οὕτως ἐξέχων ἐφαίνετο, μεθ' ἅμα καὶ τῆς καλῆς ταπεινώσεως, ἀλλ' οὔ μοι δοκεῖ, δίχα κρείττονος λόγου πρὸς τοῦτο συνεῦσαι· ἀλλὰ σκοπῷ θειοτέρῳ, καὶ τῆς ἐκείνου ἀξίῳ καὶ φρενὸς καὶ συνέσεως. Ἐλογίζετο γὰρ ἐν ἑαυτῷ ὅτι καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς τὴν τοῦ δούλου διὰ ταπείνωσιν ὑπέδυ μορφὴν, δόξης τῆς ἀπροσίτου κενώσας ἑαυτὸν, καὶ ἡμῖν γενόμενος ὅμοιος. Ὅς καὶ ἀτιμίαν, καὶ ὀνείδη καὶ σκώμματα δι' ἡμᾶς ὑποστὰς, καὶ τελευταῖον θάνατον τὸν ἐπάρατον, οὐδ' οὕτως τῆς πρὸς ἡμᾶς ὑφεὶς ἀγάπης, ταπεινούμενός τε ἐπὶ

Digitized by Google

πλέον καὶ συγκαταβαίνων ἡμῖν, καὶ τὸν αὐτοῦ εἰστέτι δαψιλευόμενος ἔλεον. Ταῦτα ὁ Θεόδωρος στρέφων ἐν νῷ, καὶ εὐγνωμόν τι πρὸς τὸν Δεσπότην ποιῶν, τήν τε πρὸς ἐκεῖνον θερμῶς ἀνεζωπύρει ἀγάπην, κόλποις ψυχῆς ἀναθάλπων. Καὶ τῆς περὶ τὸν πλησίον δὲ οὐδὲν ἔλαττον ἐπεμέλετο διαθέσεως, πᾶσί τε ὑποκατακλινόμενος εὐγνωμόνως καὶ ἀγαπητῶς ἔχων πρὸς ἅπαντας. Ὥγε διὰ τὴν σύντηξιν τῆς ψυχῆς καὶ τὸ ἔνδον καὶ ἐν καρδίᾳ πένθος οὐμενοῦν οὐκ ἔληγεν οὐδαμῶς, οὗ καὶ μήνυμα δηλαδὴ, τὸ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν κατιὸν δάκρυον, οὕτως ἀστακτὶ ῥέον, καὶ ὕδατι ἴσα λοῦον τὸ πρόσωπον. Καὶ γὰρ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τῷ τῆς κατανύξεως ἐπλεονέκτει χαρίσματι· ὃ ἡ πλουτοδότις αὐτῷ παρεῖχε ταπείνωσις. Καὶ ὃ μάλιστα καὶ εὐφροσύνην εἶχε τῆς ψυχῆς καὶ παράκλησιν, καὶ φῶς τοῦ νοῦ καὶ διαύγειαν.

Γ. Ἐπεὶδὲ, ὡς ἔφαμεν, ἐν πᾶσιν οἷς εἶχεν ὁ Πλάτων, συνεργῷ τῷ ὁσίῳ ἐχρῆτο πάντα ἐγχειρίζων αὐτῷ διὰ μέγεθος φύσεως· ἐγχειρίζει καὶ τὸν τηνικαῦτα ἐν τῷ Σακκουδίωνι κατασκευαζόμενον ἱερὸν οἶκον. Καὶ γὰρ εἶχεν ἔρως αὐτὸν, ναὸν ἐξ αὐτῶν κρηπίδων τῷ ἐπιστηθίῳ ἀνεγεῖραι Θεολόγῳ, δῶρον ὄντα τοῦτον χαριστήριον αὐτῷ καὶ ἱκέσιον. Οὐκοῦν καὶ ὁ Θεόδωρος πίστει θαῤῥήσας τοῦ ἐπιτάξαντος, λαμπρῶς ἅμα καὶ ἐπιχαρίτως τὴν τοῦ ναοῦ ποιεῖται οἰκοδομήν. Οὗ καὶ τ' ἄλλα μὲν πάντα φαιδρὰ, καὶ ὀφθαλμοῖς ἐτύγχανεν ἥδιστα, ὅσα τε ἐν ὀροφῇ, καὶ ὅσα ἐν στοαῖς καὶ γωνίαις ἄλλαις ταῖς ἰσοπλεύροις. Μείζων δὲ ἡ χάρις καὶ ἡδονὴ ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας ὠρᾶτο ἐδάφει, χρώμασί τε ποικίλοις καὶ ψηφῖσι πολυειδέσιν ἐξεργασθέντι, καὶ λαμπρὰν οἷαν τὴν αἴγλην τοῖς πᾶσιν ἐναφιέντι. Ἡ γὰρ ἐνοικοῦσα τῷ θεολήπτῳ χάρις καὶ τὰ ὑπερφυῆ πράττειν ἐδίδου, καὶ τὰ δυσχερῆ ῥᾴω τούτῳ καθίστα, καὶ ἀνύσιμα τὰ κομιδῇ ἐργωδέστατα.

ΙΑ'. Ἀλλ' ἆρα μὴ ταῦτα μὲν πράττων, ἅπαντας ὑπερβάλλων ὠρᾶτο, μηδένα συγχωρῶν τούτου ἐγγὺς καὶ κατὰ μικρὸν γενέσθαι, τῶν δ' ἐν ἐκκλησίᾳ συνάξεων ἢ ἀμελῶς εἶχεν, ἢ δεύτερος τῶν ἄλλων ταύταις ἐφαίνετο ἀπάντων; Οὐμενοῦν. Ἀλλ' ἐνταῦθα καὶ μᾶλλον τὰ τῆς προθυμίας ἐπέτεινε, πάντας τε προφθάνων ἐν ὀρθριναῖς δοξολογίαις, καὶ ἡμεριναῖς, ὥσπερ οὐκ ἐπ' ἄλλῳ τῳ τὴν διάνοιαν ἀσχολῶν, καὶ μετὰ πάντας τελευταῖος ἐκεῖθεν ἀναχωρῶν, ἀκλινὴς καὶ τῷ σχήματι καὶ τῷ βλέμματι ἐν τῇ παραστάσει μένων τῆς προσευχῆς, καὶ τὸν νοῦν ὅλον ἰσχυρῶς ταύτῃ ἀνηρτημένος. Ἵνα δ' ἔχοι καὶ κρύφιόν τι προσάγειν Θεῷ καὶ τοὺς συνόντας λανθάνειν, ἀπέταττε καὶ μέρος ἑκάστης ἡμέρας αὐτῷ, καὶ μόνος, τῷ μόνῳ ὁμιλεῖ, νοῦν ἀθόλωτον τῷ Θεῷ παριστῶν, καὶ ἀμιγῆ τῶν κάτω περιπλανήσεων. Ἐπεὶ δ' οὐκ ἔδει τὴν ἀρετὴν κρύπτεσθαι, ὥσπερ οὐδ' ἀνίσχοντα ἥλιον, πολλοὶ καὶ συνῆκαν τοῦτο, καὶ εἰς πολλοὺς ἐξεδόησαν, καὶ τὸ καταῤῥανθὲν τοῖς χεύμασι τῶν δακρύων ἔδαφος, μηνυτὴν ἀψευδέστατον τοῦ ἀδήλου ἐτόπασαν.

secrandam tolerasse, nec de sua erga nos charitate quidquam remisisse, dum sese magis magisque demittit, ad nosque descendit, suam nobis misericordiam impertiens. Hæc in animo versans Theodorus, remque Domino gratissimam faciens, suum amorem in illum intimo pectore accensum fovebat. Neque minus charitati erga homines studebat, omnibus benigne se submittens, et omnes benevolentia complectens. Ipse interim pio mœrore intimis animis assidue colliquescebat. Testes illæ quæ ex oculis manabant ubertim lacrymæ, et vultum quasi rivis perfundebant. Quippe inter cæteras dotes compunctione largiter donatus erat, quæ ex humilitate, certissimo cœlestium opum fonte profluebat. Hinc illa mentis hilaritas, illa consolatio, lumen illud animi ac splendor.

X. — Cum igitur Plato, uti diximus, inter cæteros suæ disciplinæ alumnos, Theodoro ad res gerendas plurimum uteretur, omniaque ipsi propter insignem ejus ingenii præstantiam demandaret: eidem quam in Saccudione construere parabat sacram domum committit. Avebat enim templum ab ipsis fundamentis Joanni [d] Theologo excitare, quod grati animi monimentum esset, ac orationis locus. Igitur Theodorus mandantis fide fretus, magna omnium approbatione splendidam ædificationem molitur. Erant ibi jucunda ad aspectum et amœna omnia, in tecto, in porticibus, in murorum flexibus et angulis æquali inter se spatio constantibus. Sed visu gratum imprimis ecclesiæ pavimentum erat, vario colore et multiformi calculo elaboratum, unde lux effulgens oculos demulcebat. Nempe in viro divino residens gratia vim dabat efficiendi ingentia, et quæ difficilia erant facilia reddebat, quæ laboriosissima, prona et expedita.

XI. *Vita in Saccudione.* — Cum autem in his tantum operæ, quantum nemo certe alius posset, ponere cerneretur, nunquid ad sacros in Ecclesia cœtus negligentior, aut secundus ulli videbatur? Nequaquam. Sed in eo maxime alacritatem suam intendebat, omnes in matutinis ac diurnis Dei laudibus antevertens, quasi aliud nihil haberet occupationis et negotii; et post cæteros ultimus indidem decedens: immoto corpore simul et ore, in oratione persistens, et toto animo in ea vehementer deflexus. Atque ut haberet secretum aliquod ubi agere cum Deo, aliosque latere posset, seponebat uniuscujusque diei partem aliquam sibi, per quam solus cum solo versaretur, mentemque purum et ab terrenis aberrationibus expeditam Deo sisteret. Sed quoniam virtutem celari non oportebat, haud magis quam orientem solem, id plerique cognoverunt, et famam late sparserunt: ipsisque indicium non mendax, unde possent quid ibi clam gereretur conjicere, fecit conspersum lacrymis solum.

[d] Qui supra pectus Jesu. ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ, in cœna recubuit. Joan. XIII, 25.

Digitized by Google

XII. *Socii.* — Jam vero temperantiam vir admirabilis crebro sermone celebrabat, utpote qui cum ea adolevisset, magnoque illam haberet in pretio, cæterarum virtutum effectricem ac ducem esse ratus. De iis quæ ad ipsam pertinent dici non potest quanta sapientia constituerit, neque abstinentiam a cibis immodicam consectans, neque ventrem inedia intempestiva affligens, quorum altero franguntur vires corporis, quibus ad agendum et ad virtutem exercendam opus est; alterum autem mentem ad cupiditates inclinat, et voluptatem ac mollitiem introducit. Itaque corpori necessaria quidem non negabat, sed quibus sustentaretur duntaxat: totus autem in eo erat, ut mentem corpori consertam a materia abstraheret, utque pars deterior meliori subesset. Idem tamen, inanis gloriæ fugitans, obsonlis omnibus appositis interdum vescebatur, ut ne cibis illis abstinere solitus videretur convivis, ac præstantior cæteris haberetur. At qui cum eo erant, ejus mores instar legum habentes, eumdem, qua fas, æmulari atque imitari nitebantur. In iis eminebat Josephus, ejus et natura et institutis frater, qui propter eximiam virtutem Thessalonicensi Ecclesiæ præpositus, idque pietatis præmium adeptus fuerat. Eum sequebantur Athanasius et Naucratius, et inclytus Euthymius, Timotheus, et alii complures versabantur in eadem disciplina pietatis: qui omnes ipsum ab initio ducem instituti sanctioris ac moderatorem sectati, et suam quisque vitam composuerunt, et conspicui maximis virtutibus exstiterunt.

XIII. — Cum iis autem Theodorus, Platonis administer et cultor, in illud incumbebat sedulo, ut omnem Scripturam sacram tum veterem tum novam evolveret, Patrumque omnium sermones scrutaretur: et quæ quisque monumenta reliquerat, cunctaque a sanctis Patribus, ut par est, exposita diligenter, Spiritu monstrante perlustrabat, et in capacem mentis sinum demittebat. Basilii vero Magni scripta deosculabatur, iisque sermonem omnem condiebat: quem nimirum intelligebat præclarissime de rebus divinis philosophatum esse, et omnibus eloquentia præstitisse. Etsi autem singulos ejus libros assidue auscultabat, ex iisque admirabilem quamdam capiebat voluptatem: tamen librum quem ille scripsit ad solitarios, dici non potest quantum amplecteretur ac leperiret: adeo t tus in toto erat. vitamque omnem suam ad illum, tanquam ad regulam, exigebat. Quinetiam præ hujus amore ac studio, eos qui parum illo caperentur, neque in veris censebat monachis, neque ad sacram professionem admittendos putabat. Erant enim illic nonnulli qui plurimas istius libri præceptiones depravarent, vitamque inopem ac simplicem contemnerent, ad rem augendam nihilo, quam qui in sæculo essent, segniores. Quibus non

ΙΒ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐγκρατείας λόγος τῷ θαυμασίῳ πολὺς, ἅτε ταύτῃ συνηκμακότι, καὶ οἷα συνεργὸν καὶ τῶν ἀρετῶν ὁδηγὸν διαφερόντως τετιμηκότι· συνετῶς ἄγαν, καὶ ὡς οὐκ ἄν τις εἴποι, καὶ τὰ κατ' αὐτὴν διετίθει, μήτ' ἀποχὴν ἄκραν τῶν σιτίων ἐπιτηδεύων, μήτε γαστέρα ἀκαίρῳ πιέζων ἐνδείᾳ· ὧν τὸ μὲν πάρεσιν ἐν σώματι ἐμποιεῖ, δι' οὗ αἱ πρὸς ἀρετὴν κινήσεις καὶ πράξεις· θάτερον δὲ τὸν νοῦν ἐπικλίνει τοῖς πάθεσι, καὶ τὸ λεῖον ἐπεισάγει τῶν ἡδονῶν. Ὅθεν σαρκὶ μὲν τὰ ἀναγκαῖα ἐδίδου, καὶ ὅσα πρὸς τὸ συνίστασθαι μόνον· τὴν δὲ σπουδὴν εἶχε πᾶσαν περὶ τὴν συγκραθεῖσαν ἐκείνῃ ψυχὴν, πῶς ἄρα γένοιτο ταύτῃ τῆς ὕλης ἐκδῆναι· καὶ πῶς ὑποτάξει τὸ χεῖρον τῷ κρείττονι. Πλήν γε οὗτος ἐνίοτε διὰ τὸ μὴ δόξῃ τῇ κάτω ἀλίσκεσθαι, καὶ πᾶσιν ἔστιν ὅτε τοῖς παρατιθεμένοις τῶν βρωμάτων ἐχρῆτο· ὡς ἂν μὴ καὶ δόξῃ τοῖς συνεστιωμένοις ἀπόσιτος τῶν τοιῶνδε φαίνεσθαι, καὶ ὡς ἂν μὴ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς δοκῇ φαίνεσθαι. Διὰ ταῦτά τοι καὶ ὡς νόμῳ τῷ ἐκείνου τρόπῳ χρώμενοι οἱ συνόντες, καὶ ζηλοῦν αὐτὸν ἔσπευδον καὶ μιμεῖσθαι ὡς δυνατόν. Ὧν ἐτύγχανε πρῶτος Ἰωσὴφ ὁ καλὸς, ὁ καὶ φύσιν καὶ τὴν προαίρεσιν ἀδελφὸς, ὃς διὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τῆς ἐν Θεσσαλονίκῃ Ἐκκλησίας προέστη, ἄθλον εὐσεβείας τὸν θρόνον εὑράμενος. Εἶθ' ἑξῆς Ἀθανάσιος καὶ Ναυκράτιος, Εὐθύμιός [1] τε ὁ κλεινὸς καὶ Τιμόθεος, καὶ ἄλλοι τῶν συνασκουμένων συχνοί. Οἵ γε καὶ ἀπὸ μιᾶς τοῦτον πάντες καὶ ὁδηγὸν καὶ καθηγητὴν τῶν κρειττόνων ἑλόμενοι, βίον τε τὸν οἰκεῖον ἐκόσμησαν, καὶ ἀρεταῖς ταῖς μεγίσταις διέλαμψαν.

ΙΓ'. Ἀλλὰ γὰρ ὁ τοῦ θείου θεραπευτὴς Θεόδωρος ἐπεὶ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο εἶχεν ἔργον ἐπιμελὲς, πᾶσαν ἐπιέναι Γραφὴν, παλαιάν τε καὶ νέαν, Πατέρων τε αὖ πάντων τοὺς λόγους ἀνερευνᾷν τίνα τε τούτων ἕκαστος καταλέλοιπεν ὑπομνήματα, καὶ πάντα μὲν ὡς εἰκὸς καὶ τοῖς θείοις Πατράσι φιλοπόνως ἐκτεθειμένα, σὺν ὁδηγίᾳ ἐπῆει τοῦ Πνεύματος, τῷ πολυχώρῳ τῆς διανοίας ἐναποτιθέμενος ἕκαστα. Βασιλείου δὲ τοῦ μεγάλου τοὺς λόγους καὶ μειζόνως ἠσπάζετο, καὶ γλώσσης εἶχεν ἐντρύφημα, οἷα τὸν ἄνδρα εἰδὼς καὶ φιλοσοφώτατον τὰ θεῖα, καὶ τὸν πώποτε λογιώτατον· οὗ καὶ τῶν ἄλλων μὲν βιβλίων θαυμασίως ἐπηκροᾶτο καὶ πολλὴν οἵαν ἐξ ἑκάστης αὐτῶν ἐτρύγα τὴν ἡδονήν· τὴν δέ γε πρὸς μονάζοντας ἐκείνῳ πεπονημένην, οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν ὅπως καὶ περιεῖπε καὶ ἔστεργεν, ὅλος ὅλῃ συγχρώμενος, καὶ βίον ὅλον ταύτῃ ἐξακριβούμενος, ὅς γε τῷ περὶ αὐτὴν πόθῳ, καὶ τοὺς μικρὰ παρασπῶντας ἐκείνης, οὐδ' ἐν ἀληθινοῖς ἔταττε μοναστὰς, οὐδ' ἐπειλῆφθαι τοῦ ἐπαγγέλματος τούτους ᾤετο δεῖν. Ἦσαν γὰρ ἔνιοι τηνικαῦτα πολλὰ τῶν τῆς βίβλου παρατρέποντες διατάξεων, ἀκτησίας τε καὶ βίου τοῦ ἀπερίττου ὑπερφρονοῦντες, καὶ ἴσα τοῖς κατὰ κόσμον χρηματιζόμενοι. Οἷς οὐκ ἀπῆχρῶν ἦν, εἰ μὴ καὶ δοῦλοι ἐπάγοιντο καὶ ἡμίονοι, καὶ ἄλλα δή

VARIÆ LECTIONES.

[1] In cod. Vaticano Ἀντώνιος.

Digitized by Google

τινα τῶν κομιδῇ ἀχρήστων καὶ περιττῶν. Οἷς καὶ ὁ γενναῖος περιαλγήσας καὶ τῷ ἀδοκήτῳ πλήγεις, οὐκ ἀναβολαῖς οὐδὲ χρόνοις τὴν διόρθωσιν ἐπιτρέπει· ἀλλ' ὡς εἶχεν ὁρμῆς τῷ Πλάτωνι προσιὼν, καὶ ὅπως ἔχει τὰ κατ' αὐτοὺς διαγγείλας, προτρέπεταί τε παρ' αὐτοῦ, καὶ πρὸς ἄμυναν τῶν δρωμένων διαγωνίζεται. Ὡς καὶ ἐν θερμοτέρῳ πνεύματι κτῆσίν τε ἐκείνων τὴν περιττὴν, καὶ ἀνδράποδα πάντα σὺν οὐδενὶ τῷ κωλύοντι ἐκφορεῖ, ἄλλα τε ὅσα τῶν ἀχρήστων προσῆν, τῶν καταγωγίων ἐξάγει, μάλισθ' ὁρῶν τοῦτι τὸ δεινὸν κἀν τῷ ἑαυτοῦ σεμνείῳ λάθρα ὑφέρπον, καὶ τὰ καίρια διαλυμαινόμενον. Ὅθεν καὶ μιᾷ πράξει τούς τε οἰκείους ἅμα καὶ τοὺς πόρρω διορθωσάμενος, αἰδοῖ τοῦ ἀνδρὸς ἑκατέρους δήπουθεν ἡττωμένους, καὶ μηδ' ἀντειπεῖν τοῖς παρ' αὐτοῦ ἔχοντας. Ἔργον τε πολλοῦ ἄξιον εἰργάσατο ὁ θαυμάσιος, καὶ δὴ πῶς ἄρα τοῦ λοιποῦ βιώσοιντο, ἀριδήλως τούτοις ὑπέδειξε· τὸ εὐπάρεδρον δηλαδὴ πρὸ τῶν ἄλλων, καὶ τὸ ἀπέριττον στέργουσιν· ὡς ἂν ἐξῇ τούτοις καὶ ἀπρόσκοπτον τὴν πρὸς τὰ ἄνω ποιεῖσθαι πορείαν. Ἀμέλει καὶ οὗτοι βελτίους τὸ ἀπό τοῦδε γενόμενοι, θεῖόν τι καὶ οὐκ ἀνθρώπινον τὸ παρ' ἐκείνου καὶ ἔκριναν καὶ ἡγήσαντο. Πλὴν ὀλίγοι κομιδῇ περιττόν πως καὶ ἄκαιρον τὸ πραττόμενον ἔφασαν· οἷς τοῦτο μόνον εὐδιάστροφος ἡ διάνοια· οἵγε οὐδὲ τοῦ λοιδορεῖν ἐκεῖνον ἀπέσχοντο, οὐ μὴν φανερῶς, ἀλλ' ἐν γωνίᾳ, καὶ παραβύστῳ φθόνῳ, πάθει ὀλεθρίῳ, ὑποκνιζόμενοι, καὶ ψυχῆς ἀθεραπεύτου πρᾶγμα ποιούμενοι. Ὧν οὐδὲ μικρὰ φροντίσας ὁ δίκαιος, τὸ ἑαυτοῦ ἐποίει, μὴ τοῦτο σκοπῶν τί ἐκείνῳ οὗτοι ἐροῦσιν· ἀλλὰ τί αὐτὸς ἔσται πράττων, καὶ πῶς ἐφ' οἷς πράττοι, θεῷ εὐαρεστῶν φαίνοιτο.

A erat satis si et servi, et muli adessent, et alia id genus, sane perquam inutilia et supervacanea. Eorum vicem dolens vir generosus, et insolentia rei perculsus, non diu cunctatus est quin eos corrigeret : sed, pro suo ardore, Platonem adit, et quemadmodum isti se gererent admonet : a quo etiam excitatus, continuo ad ulciscendum commissa accingitur. Ac primo quidem spiritus fervore succensus, supervacaneam illorum supellectilem et mancipia omnia, reluctante nullo, amandat. Deinde ex eorum conclavibus quæcunque ibi erant inutilia amovet, præcipue quod hanc pestem in ipsam quoque sacram suam domum clam serpere, et intima corrumpere cerneret. Ita hoc uno facto et domesticos et externos correxit, utrosque viri reverentia B victos, nec quidquam habentes quod iis quæ ab ipso statuebantur opponerent. Eximium sane omnique laude dignum viri admirabilis facinus, quo illis aperte, quemadmodum deinceps vitam instituerent, ostendit : videlicet quibuslibet aliis rebus antetponendo assiduitatem, simplicitatem ante omnia sectando, et omnem supervacui cupiditatem amputando, ut ipsis eo pacto liceret inoffenso cursu ad cœlestia contendere. Ex illo igitur tempore ad meliorem frugem traducti, in iis quæ ab ipso fierent divinum quid et humano majus esse judicabant. Nonnulli tamen istud ipsius factum intempestivum esse minimeque necessarium dictitarunt, quibus videlicet perversa mens erat, quique eidem C conviciari minime desistebant, non quidem palam, sed in angulis, et cæca invidia, exitiali et insanabili animi morbo, stimulati. Quæ quidem minime curans vir justus, res suas agebat : non quid isti dicerent, sed quid ipse faceret, et quomodo Deo in suis factis placeret, considerans.

ΙΔ'. Οὕτως οὖν τοῦ θαυμασίου ἔχοντος, καὶ τοιαύταις ἀρεταῖς διαλάμποντος, βουλεύεται ὁ Πλάτων καὶ ἱερωσύνῃ τιμῆσαι τὸν τηλικοῦτον, καὶ θεῷ παραστῆσαι [προστήσασθαι·] ᾧ καὶ τὰ τῆς βουλῆς ἀνειπὼν, πρῶτα μὲν εἶχεν ἀντίξουν καὶ ἀντιτείνοντα, εὐλαβούμενον τάχα τὸ ὑπερβάλλον τοῦ ἀξιώματος. Ὡς δὲ μόλις καὶ σὺν χρόνῳ καταπειθῆ ἔλαβε, γνόντα πάντως καὶ αὐτὸν μὴ ἀθεεὶ τὸν Πλάτωνα πρὸς τοῦτο ὁρμῆσθαι· ἀμφότεροι ἤδη τὴν Βυζαντίδα καταλαβόντες, καὶ τῷ πατριάρχῃ τὰ τοῦ σκοποῦ ἀνατιθέντες· Ταράσιος δ' οὗτος ἦν· αὐτῷ καὶ μυσταγωγῷ τῆς ἱερωσύνης καὶ τελειωτῇ χρῶνται, καὶ τοῦ χρίσματος αὐτουργῷ, ἡσθέντι μάλα καὶ αὐτῷ ἐπὶ τῷ εὐλόγῳ τοῦ πράγματος. Παρ' οὗ δὴ καὶ ὡς εἰκὸς τὴν χειροθεσίαν λαβὼν ὁ Θεόδωρος, πλείονός τε τοῦ D ἀπὸ τοῦδε τῆς χάριτος μετασχὼν, οὐδ' ἐν ἑαυτῷ μένειν ἠνείχετο, εἰ μὴ αὐτὸς ἑαυτὸν φαίνοιτο ὑπερβάλλων, καὶ τῇ καθάρσει κάθαρσιν προστιθείη. Ἑώρα γὰρ ἐν ἑαυτῷ, τί μὲν ἄνθρωπος φύσις ὑποδεδηκυῖα καὶ ταπεινὴ, πηλίκης δὲ οὗτος ἀξίας καὶ χάριτος δεκτικός· καὶ πῶς τὸ τῆς ἱερωσύνης χρῆμα οὐχ ὅπως γῆϊνῃ φύσει, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ δήπου τῇ οὐρανίᾳ καὶ ἦν νοῦς μόνος, ἄληπτον τάχα καὶ ἀπερίληπτον. Διὰ ταῦτα γοῦν καὶ συνεστήκετο τὴν ψυχὴν, καὶ τὸν νοῦν ὅλον συνέστελλεν ἀπὸ τῶν αἰσθή-

XIV. *Fit sacerdos a Tarasio.* — Cum hæc Theodorus ageret, iisque virtutibus eluceret, tantum virum Plato honorare sacerdotio cogitat, ac divinis ministeriis admovere. Cui eum suam aperuisset mentem, principio renitentem et reluctantem habuit, opinor tantæ dignitatis fastigium reformidantem : mox ubi vix ac longa die victum et obsequentem est nactus, quinetiam planę intelligentem non sine numine id consilii Platonem cepisse; ambo Byzantium pergunt, et consilium suæ profectionis exponunt patriarchæ (is Tarasius erat), ipsoque chrismatis et consecrationis administro et confectore utuntur, cum ille gratam Deo rem esse sentiret. Theodorus accepta ab ipso, ut par erat, manuum impositione, eoque ampliore donatus gratia, quod eam per talem virum accepisset, statuit non conquiescere donec seipsum superaret, ac mentem magis magisque purgaret. Contemplabatur enim in seipso hinc quidem humanæ tenuitatem naturæ et vilitatem, inde vero quantam dignitatem et gratiam esset adeptus, et quemadmodum sacerdotium non terrenæ tantum, sed cœlestis etiam sola mente constantis naturæ captum et intelligentiam excederet. Idcirco animum contendere, et a sensibus quam longissime avocare

Digitized by Google

institit, eique rei totum quod supererat corporis virium impendere : si qua ratione posset dignum se accepto munere præbere, Deumque sibi, purum puro cultum adhibens, conciliare. Ergo mente sola vivere certabat, ex materia quoad ejus fieri posset emersus : quod purgatæ mentis præclaras dotes plurimas esse judicaret. Hinc ipsi contemplatio et sublimitas animi : hinc ascensus ad excellentiora, et quanta potest esse consuetudo cum Deo, cui conjunctissimus erat, nullum finem faciens ejus laudandi, cumque illo versandi, hymnosque mente in eum semper intenta revolvendi. Divinus quippe amor et ad cœlestia perpetuo erectus animus eum ad corporis curam ne obiter quidem sinebat respectare, sed necessariarum etiam rerum contemptum viro generoso persuadebat. Itaque somni fere nihil, aut parum admodum, quasi per simulationem, degustabat : victu autem quam tenuissimo et brevissimo, ut ne corpori nihil daret, utebatur : infirma hæc despiciens, quod ad vitam alteram quasi transcriptus jam foret, jamque terram deseruisset, quamvis adhuc in terra manens, ac tabernaculo corporis implicatus.

XV. — Hunc igitur Plato cum videret adeo humana supergressum, ac in ejus vita quiddam plane eximium esse intelligeret; tum demirabatur hominem ut par erat, tum de illo quotidie coram aliis pluribus mira prædicabat, quæ ille deinde in vita facturus esset iis qui aderant præcinens. Quocirca ut suo loco præesse fratribus vellet precabatur, idque et cohortando, et admonendo persuadere contendebat : se jam senio et longa exercitatione defessum : præterea crescere in dies numerum discipulorum, quibus proinde valentiori ductore opus esset. At ille humilitatis in omnibus retinentissimus, nec de modestia quidquam remittere volens, tam grave onus, ita enim censebat, suis apud avunculum precibus deprecabatur, eaque in re morem ipsi gerere detrectabat, cum esset in cæteris obsequentissimus. Sentiebat quippe vir maxime prudens, multo utilius ac melius esse in alterius potestate vivere, sicut ipse hactenus vixerat, quam præesse aliis, præsertim novam vitæ rationem ad virtutis leges exactam instituentibus : quos regere nemo possit, nisi apprime in rebus istis expertus, idemque diligentissimus, et usu majori, altiorique mente præditus. Nam licet eos qui vitam solitariam apud nos amplectuntur, sedulo ad capessendam virtutem videamus incumbere, nihilominus ipsos principio esse operosius excolendos exploratum est : siquidem non tantum facta dictaque ipsorum expendere convenit, sed affectus etiam omnes, et motus animi tacitasque cogitationes examinare, ac sensus reconditos, arcanosque recessus mentis in lucem proferre : quorum si quid neglectum fuerit quantumvis leve, optima etiam corrumpit, et præterea malum intus relinquit. His de causis Theodorus sibi vacare uni, et oblatum regimen aliorum plane repudiare constituit. Non quod illi non sup-

σεων, προσδαπανῶν ἤδη καὶ τὸ λειπόμενον τῶν σαρκῶν· εἴ πως ἑαυτὸν ἄξιον οὗ μετείληφε θεῖτο, Θεοῦ τυχὼν ἵλεω, καὶ καθαρὰν τῷ καθαρῷ τὴν λατρίαν προσφέροιτο. Ὅς γε καὶ καθ' ὅσον οἷόν τε τῆς ὕλης ἐκβάς, μόνῃ διημιλλᾶτο ζῇν τῇ ψυχῇ· ὅτι καὶ μόνης αὐτῆς καὶ ταῦτα καθηραμένης πολλὰ, τὴν τοσαύτην ὤρετο χάριν, ἐντεῦθεν αὐτῷ καὶ ἐκ τοῦ νοῦ θεωρία καὶ ὕψωσις. Ἐντεῦθεν ἡ πρὸς τὰ κρείττω ἐκείνου ἀνάβασις, καὶ Θεοῦ ὡς ἐφικτὸν πρόσψαυσις· ᾧ καὶ ἀμέσως ἐτύγχανεν ὁμιλῶν, μηδέποτε λήγων τῶν πρὸς αὐτὸν ὕμνων, μηδὲ τοῦ συνεῖναι ἐκείνῳ, καὶ τὰ μακρὰ μελῳδεῖν ἐν διανοίᾳ καὶ ἄπαυστα. Ὁ γὰρ περὶ Θεὸν ἔρως, καὶ ἡ πρὸς τὰ ἄνω ἐπίνευσις, οὐδὲ πρὸς ὀλίγον ἐπεστράφθαι πρὸς τὸ σῶμα ἐποίει. Ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν ἀναγκαίων περιφρονεῖν τὸν γενναῖον ἀνέπειθεν, ὕπνου μὲν, ἢ οὐδὲν τάχα, ἢ ἀδρανοῦς τούτου καὶ οἷον κατεψευσμένου παραγευόμενον· τροφῆς δ' αὖ μόλις καὶ τῆς βραχείας καὶ ἐλαχίστης διὰ τὴν σύγκρασιν προσαπτόμενον. Ὧν ἁπάντων ὑπερορῶν ἦν, τῷ πρὸς ἑτέραν ἤδη μετατετάχθαι ζωὴν, καὶ καταλελοιπέναι τὴν γῆν ἔτι ὑπὲρ γῆς μένων, καὶ τῷ σκήνει συνυφιστάμενος

ΙΕ'. Ἀλλὰ γὰρ τοῦτον ὁ Πλάτων οὕτως ὑπεραναβεβηκότα ὁρῶν, καὶ ὑπερφυές τι χρῆμα. τὴν τοῦδε πολιτείαν κατανοῶν, ἐθαύμαζέ τε ὡς εἰκὸς, καὶ εὔφημον ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν τούτῳ ἠφίει φωνὴν, πολλοῖς καὶ ἄλλοις ἐκφανῆ τὰ κατ' αὐτὸν καὶ δῆλα ποιῶν, καὶ τοῖς παροῦσι τὰ ἐξῆς τοῦ βίου προμαρτυρῶν. Ὃν δήπου καὶ ἀντ' αὐτοῦ καθηγεῖσθαι ἐξελιπάρει τῶν ἀδελφῶν, λόγοις τε καὶ σοφαῖς εἰσηγήσεσι πρὸς τοῦτο ἐνάγων· τῷ αὐτὸν ἤδη καὶ χρόνῳ καὶ ἀσκήσει ἀπειρηκέναι· καὶ τῷ ὁρᾷν εἰς πλῆθος ἐπιδιδόντας τοὺς φοιτητὰς, καὶ δεομένους διὰ τοῦτο γενναιοτέρου μάλιστα καὶ τοῦ προστατεύοντος. Ἀλλ' ὁ θαυμάσιος ἐν πᾶσιν ἐπιτηδεύων τὸ ταπεινὸν, καὶ μὴ θέλων ποτὲ τοῦ μετρίου μεθέσθαι, τήν τε ἀρχὴν ἐξ ἑαυτοῦ διωθεῖτο, οἷόν τι βάρους νομίζων ἐφόλκιον, καὶ τὸν θεῖον ἱκετείαις ἐξέκλινε, μηδὲ συνόλως ἐν τούτῳ πειθόμενος, καί τοι πρὸς τ' ἄλλα παρέχων ἑαυτὸν εὐπειθέστατον. Ἥδει γὰρ ὁ εὐσύνετος, ὅτι λυσιτελὲς τοῦτο καὶ βέλτιον ὑπ' ἄλλῳ μᾶλλον τετάχθαι, καθὰ καὶ ἐξαρχῆς ἔθετο, ἢ αὐτὸν ἄγειν ἑτέρους, καὶ ταῦτα, ἄνδρας καὶ βίῳ ἀνῳκισμένους ἐν ἀρετῇ· ὧν τὸ ἄρχειν πολλῆς μὲν συναισθήσεως, πολλῆς δὲ τῆς ἀκριβείας, μείζονος δὲ τῆς πείρας καὶ φιλοσοφωτάτου δεῖται τοῦ νοῦ. Τοὺς γὰρ καθ' ἡμᾶς μοναστὰς εἰ καὶ περὶ τὴν ἄσκησιν ἐσπουδακότας ὁρῶμεν, ἀλλ' ἐργωδεστέραν αὐτῶν καὶ τὴν ἀρχὴν ἴσμεν· εἴπερ οὐ μόνον πράξεις αὐτῶν καὶ λόγους, ἀλλὰ καὶ κινήσεις καὶ λογισμοὺς καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἐνδοτέρω εἰκὸς ἀνετάζειν, καὶ πάντα ὑπ' ὄψιν τιθέναι καὶ τὰ λανθάνοντα· ὧν καὶ τὸ φαυλότατον παρεθὲν τὰ μέγιστά τε ἔβλαψε, καὶ τὸ κακὸν ἐνδομυχοῦν καταλέλοιπε. Ταῦτ' ἐποίει ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεόδωρον συνεστάλθαι, καὶ τὴν διδομένην ἀπωθεῖσθαι ἀρχήν. Οὐχ ὅτι μὴ καὶ πρὸς ταύτην ἱκανῶς εἶχε καὶ περιττῶς· τίς γὰρ ἐκείνου μείζων περὶ τὸ πρᾶγμα ; ἀλλὰ τῷ μὴ προσίεσθαι τὴν τιμὴν, καὶ

Digitized by Google

τῷ ἐθέλειν ἐν ἐσχάτῳ τετάχθαι· ὃ τοσούτου ἐτιμᾶτο, ὅσου τὸ διαφαίνεσθαι οἱ φιλόπρωτοι. Ἀλλ' ἡ θεία χάρις ἄλλως τὰ κατ' αὐτὸν διεξάγουσα τούτῳ καὶ μὴ βουλομένῳ τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίζει. Τὸ δ' ὅπως τοῦτο ᾠκονομήθη, ὁ λόγος διὰ βραχέων ἐρεῖ.

A peterent affatim omnia quæ ad id muneris opus forent : quis enim eo ad res gerendas aptior? sed quod honoris minime esset appetens, ac infimum etiam ambiret locum, latere quærens non minori studio, quam conspici amant ambitiosi. Cæterum divina gratia quæ ipsius vitæ cursum regebat, principem illi etiam nolenti destinabat locum. Quod quemadmodum peractum fuerit breviter exponam.

ΙϚ'. Ὡς γοῦν ὁ Πλάτων πάντα καὶ ποιῶν καὶ λέγων οὐκ ἔπειθε, σοφίζεταί τι περὶ τὸ πρᾶγμα τῆς ἐκείνου καὶ διανοίας καὶ χάριτός ἄξιον. Νόσῳ γὰρ οὗτος ἀθρόον συσχεθείς, καὶ τὰ τελευταῖα ἔχειν σκηψάμενος, πάντας τε ἄλλους μοναχοὺς μετακαλεῖται πρὸς ἑαυτὸν, καὶ δὴ καὶ τὸν θεῖον ἄνδρα τοῦτον· οἷς καὶ πᾶσι βαρεῖαν εἶναι προσαγγείλας τὴν νόσον, καὶ οὐδὲ φευκτὴν ὅλως· ἑαυτῷ τε τὰ τῆς ἐκδημίας διατιθέμενος ἦν, καὶ ὅπως δὴ κἀκεῖνοι τούτου ἀπιόντος βιώσαιντο ἐγγυώμενος, οἷς καὶ περὶ προστασίας ἐπέσκηπτε· τίς ἆρα καὶ μετ' αὐτὸν ὁ τούτοις ἐπιστατῶν ἔσται· καὶ τίνα δὲ οὗτοι ἐκ κοινῆς τῆς ψήφου αἱρήσοιντο· καὶ ὅτι, φησὶν, ὃς παρ' ἐκείνοις ἄξιος εἶναι δόξει, οὗτος καὶ παρ' ἑαυτῷ τοιοῦτος εἶναι συνδόξει. Ἤδει γὰρ ὁ σοφώτατος πρὸς τίνα οὗτοι τὴν ψῆφον ἐνέγκοιεν. Ὡς δ' ἅπαντες μιᾷ καὶ φωνῇ καὶ γνώμῃ τὸν Θεόδωρον ἔφασαν κρείττονα πρὸς ἐπιστασίαν τῶν πάντων τυγχάνειν, καὶ ἄγειν ψυχὰς δοκιμώτατον, ἅτε καὶ βίῳ καὶ λόγῳ ἐξέχοντα· τοῦθ' ἑρμαιον ὁ Πλάτων νομίσας, καὶ ἐπικαιρότατον τῷ σκοπῷ, μηδὲν προσθέμενος τοῦ λοιποῦ, ἐγχειρίζει καὶ παρὰ γνώμην ἐκείνῳ τὴν οἰκείαν ἀρχὴν, ἔχων δηλαδὴ καὶ πάντας τοὺς φοιτητὰς πρὸς τοῦτο συναιρομένους, καὶ τὰ ἴσα ἐκείνῳ συνεπινεύοντας. Οἷς καὶ ἅπασι μὴ ἔχων ὁ θεόληπτος ἀντειπεῖν, μηδὲ πρὸς τοσαύτην ἀντιφέρεσθαι σύμπνοιαν, δέχεται μόλις καὶ σὺν βάρει καρδίας τὸ ἐπιὸν, πέμπτον μὲν καὶ τριακοστὸν ἄγων τῆς ἡλικίας χρόνον· ἀφ' οὗ δὲ ἐν μοναστηρίοις κατελέγη, τρισκαίδεκα τοὺς ὅλους ἔχων ἐνιαυτούς.

XVI. *Præficitur monasterio.* — Cum animadverteret Plato se nihil iis quæ dixerat fecerative ad flectendum Theodorum profecisse, solertius quiddam pro sua prudentia et pietate comminiscitur. Graviore correptus morbo ac supremam sibi horam B instare existimans, monachos ad se omnes, in iisque virum hunc divinum vocat, morbi gravitatem denuntiat, cujus vim declinare nulla jam ope possit. Sibi quidem ad emigrandum omnia provisa esse, nec dubitare se quin post excessum suum tenerent eumdem vitæ virtutisque cursum : de rectore sibi subrogando deliberandum illis esse, hunc communi suffragio eligant, sibi quoque probatum iri eum quem ipsi judicaverint eo munere dignum. Norat quippe vir sapientissimus, in quem sua essent suffragia collaturi. Postquam autem cuncti una voce ac mente Theodorum qui cæteris omnibus præficeretur aptiorem, et ad animos regendos maxime idoneum esse affirmaverunt, utpote vita et sermone præstantem, tunc Plato operæ pretium se fecisse C ratus, seque voti compotem videns, nihil præterea quidquam addit, sed Theodoro suum præfecti munus licet reluctanti tradit, discipulorum omnium suffragio consensuque fretus. Quibus universis cum nihil posset Theodorus opponere, neque votis omnium conspirantibus obniti, onus impositum ægre subit, annos quinque ac triginta natus, tertio ac decimo anno quam inter monachos ascriptus fuerat.

IZ'. Τῆς οὖν ἀρχῆς ὁ θαυμάσιος ἐπειλημμένος, μείζονος τότε καὶ μᾶλλον τῆς ἀγωνίας πληροῦται, πᾶσί τε κοινῇ καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ ὑποτιθεὶς τὰ συνοίσοντα, καὶ πρὸς μείζω καὶ τελειοτέραν ἐνάγων τὴν ἀρετήν. Πολὺς γὰρ ἦν τούτοις ἐπιδεικνὺς, πῶς ἄρα κονίσονται κατὰ τοῦ ἐχθροῦ, καὶ μετὰ ποταποῦ τῆς ψυχῆς παραστήματος· ἐπιφωνῶν πᾶσι καὶ τὸ τοῦ Ἀποστόλου, ὅτι *Ἡμῖν ἡ πάλη, ἀδελφοὶ, οὐ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου.* Καὶ χρὴ διαπαντὸς νηφαλίους εἶναι καὶ προσεκτικοὺς καὶ παρεσκευασμένους τὸ πᾶν· ἵν' οὕτω καὶ τοῦ ἀντιτεταγμένου περιγενοίμεθα, καὶ τὴν ὅλην αὐτοῦ καταβάλοιμεν δύναμιν· ἀμεριμνεῖν δέ γε, μηδ' οὕτως, ἀλλὰ μειζόνως καὶ μᾶλλον συντείνειν αὐτοὺς καὶ ὠξυωπεστέρους ποιεῖν· ἐπεὶ μηδ' ἅπαξ ἡττηθεὶς δραπετεύει ὁ πονηρὸς, ἀλλ' ἐπισκοπεῖ αὖθις ποῦ ἆρα διαδύσεται λαθὼν, καὶ τίσιν ἡμᾶς μετελεύσεται. Ὅθεν καὶ μᾶλλον ἑστάναι δεῖ κατ' αὐτοῦ, μὴ τὴν τοῦ κακοῦ ποιουμένους ἔκκλισιν, ἀλλὰ καὶ D

XVII. — Ubi præfecturam inivit, tanto ipsi gravior fuit cura et sollicitudo, ut et universis in commune, et singulis privatim quæ prodessent suggereret, et ad majorem virtutis perfectionem omnes incitaret. Multus enim in eo erat, ut quo pacto et quanta contentione animorum adversus hostem depugnandum foret, ipsis ostenderet, omnibus occinens illud Apostoli : *Non est nobis colluctatio, fratres, adversus carnem et sanguinem, sed adversus potestates, adversus mundi rectores tenebrarum hujus sæculi* [e]. Nos igitur perpetuo sobrios et vigiles oportet esse, omnique ex parte succinctos, ut adversarium eo modo superemus, et illius omnes conatus perfringamus. Ac ne sic quidem omni cura solutos esse par est, sed magis etiam contendere, et attentius excubare. Neque enim ille semel victus fugit, sed rursum circumspectat improbus qua parte clam nos invadat, et quibus armis expugnet. Quocirca nobis incumbendum est ut eidem acrius resistamus, nec ad

[e] Ephes. v 12.

Digitized by Google

ullam nequitiam declinemus, sed boni accessionem faciamus. Neque id tantummodo agendum omni studio, ut actiones nostræ puræ sint, sed multo magis ut mentem ipsam expurgemus : siquidem ipsa rerum illarum quæ in corpore fiunt radix et propugnaculum est. Has præceptiones optimus Pater auribus discipulorum quotidie instillans, quasi athletas ungebat ad certamen, et audacibus ipsos animis implebat. Illi autem ab eo uno pendebant omnes, ac in ejus sinu suum singuli deponentes animum, referebant ad illum quæcunque agerent, neque quidquam sive majoris sive minoris rei nisi ex ejus arbitrio faciebant. Primum illis et maximum studium, suas ei cogitationes minutatim aperire, et hominem interiorem perpurgare. At vicissim vir consultissimus summa in istis rebus dijudicandis prudentia excipiens quæ quisque ad ipsum referret, appositam unicuique curationem adhibebat, austeritatem suavitate, et acerbitatem lenitate temperans : satis gnarus videlicet perpetuam facilitatem ac indulgentiam, aut porro severitatem meram, non modo non prodesse, sed etiam nocere. Itaque hæc inter se conjungens, et cujusque indolem naturamque considerans, magna singulos arte tractabat, et si quid hac via non succederet, alia tentabat, in maxime simplici et sincera gubernandi ratione diversus ac multiplex. Ad Patris verba accedebat vita tanquam muta cohortatio, ita ut ejus disciplina, hinc sermonibus, inde moribus fidem astruentibus, utrinque absoluta esset. Erudiebat autem illos orationibus admodum suavibus et plerumque tempestivis, captans opportunitatem incidentium rerum, et occasiones quas unaquæque dies offerret : aliud ex alio explanans, et colloquia instituens plena suavitatis, quæ vel saxea pectora possent pervincere : ita utile dulci, consolationem increpationi admiscebat.

A τὴν τοῦ ἀγαθοῦ πρόθεσιν. Ἢ μᾶλλον μὴ τὴν κατ' ἐνέργειαν μόνον πρᾶξιν σπεύδειν ἀποδιαπομπεῖν· ἀλλὰ πολλῷ πλέον καὶ τὴν κατὰ διάνοιαν, ἐπεὶ καὶ μᾶλλον τὴν διάνοιαν καθαρεύειν εἰκός· ὅτι καὶ ῥίζα αὕτη καὶ προβολὴ τῶν ἐν σώματι πραττομένων ἡμῖν. Τούτοις ὁ Πατὴρ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν κατεπᾴδων τοὺς φοιτητάς, πρός τε ἀγῶνας ἐπεῖληφε, καὶ ἀδρειοτέρου ἐνεπίμπλα φρονήματος· οἵ γε καὶ ἀφ' ἑνὸς πάντες, ὅλοι δι' ὅλων τούτου ἐξηρτημένοι τὰς ψυχὰς αὐτῷ ἀνετίθεσαν, καὶ πρᾶξιν πᾶσαν ἀνέφερον, οὐδὲν τὸ παράπαν, οὐ μικρὸν οὐ μέγα, ποιοῦντες, ὅ τι μὴ ἐδόκει αὐτῷ. Ὧν τὸ πρῶτον καὶ σπουδαιότατον τοὺς λογισμοὺς ἐπὶ λεπτῷ φανεροῦν, καὶ τὸν ἔσω καθαίρειν ἄνθρωπον. Ἀμέλει καὶ ὁ σοφώτατος κατὰ πολλὴν τῶν τοιούτων ἐπίκρισιν τὰ ἑκάστου δεχόμε- B νος, ἀναλογοῦσαν ἑκάστῳ καὶ τὴν θεραπείαν ἐπῆγε, τὸ στύφον τῷ ἁπαλῷ κεραννὺς, καὶ τὸ ἐπιεικὲς τῷ τραχεῖ· ὅτι καὶ τὸ ἐπὶ πλέον ἐκλύειν, καὶ τὸ μόνον τραχύνειν, πρὸς τῷ ἀνωφελεῖ καὶ βλαβερώτατον διηπίστατο. Ὅθεν τοῦτο ἐκείνῳ μιγνὺς, καὶ δύῃν ἑκάστου καὶ ἦθος καὶ κατάστασιν ἀναθεωρῶν, ἐπιστημόνως τοῖς πᾶσιν ἐπῆει, καὶ ὡς οὐκ ἄλλως; ἐξῆν, πολυειδὴς ἐν τούτῳ καὶ ἁπλοῦς γινόμενος τὴν κυβέρνησιν. Εἶχε δὲ μετὰ τῶν λόγων ὁ Πατὴρ καὶ τὸν βίον σιωπῶσαν παραίνεσιν, ὡς μᾶλλον μὲν διὰ τὸν τρόπον, μᾶλλον δὲ διὰ τὸν λόγον τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν πιστουμένην, καὶ ἀμφοτέρωθεν τυγχάνουσαν ἄρτιον. Κατήχει δὲ αὐτοὺς καὶ συχνῶς λόγοις ἡδυτάτοις καὶ τὸ πλέον ἐπικαιροτάτοις, ἐκ τοῦ παριστα- C μένου λαμβάνων τὰς ἀφορμὰς, καὶ ὧν ἑκάστη ἐδίδου ἡμέρα· ἐξαπλῶν καὶ ἐς ἄλλα τοὺς λόγους, καὶ πλήρη χάριτος τὰ ὠμιλημένα ποιῶν, ἃ καὶ τῆς λιθίνης ἐφίκοιτο ἂν καρδίας· οὕτω μὲν ὠφελείας, οὕτω δὲ παρακλήσεως ἔχοντα, οὕτω δὲ πολλῆς ὄντα τῆς κατανύξεως.

XVIII. *Constantinus pulsa uxore ducit Theodori consanguineam.* — Sed [f] jam tempus admonet, ut ad strenui athletæ certamina transeamus, quo ejus animi robur, et in adversis patientia magis eluceat. Per id ergo tempus Constantinus, piæ Irenes filius, audacium et projectorum hominum collecta manu, et quem juvenilis ætatis impetus agebant, et matrem regno pellens, ejus imperium occupavit, et summa vitæ licentia, indomiti et effrenati equi more, totum se dedidit voluptati. Hic ad cætera quæ perpetravit, nihil flagitii intentatum relinquens, legitima conjuge ejecta, et ad monachalem habitum vi compulsa, alteram duxit, Theodoten nomine, et genere, ut ferunt, patri propinquam, quam in Augustæ torum induxit, fornicationem

ΙΗ'. Ἀλλ' ἡμῖν γε τοῦ καιροῦ καλοῦντος, ἐπὶ τοὺς ἄθλουςτοῦ γενναίου ἰτέον ἵνα καὶ μᾶλλον αὐτοῦ τὸ καρτερικὸν ἐν τοῖς πάθεσι παραστήσωμεν. Κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Κωνσταντῖνος ὁ τῆς φιλοχρίστου Εἰρήνης υἱὸς ἀνδρῶν ἀναιδῶν συμμορίαν προστησάμενος [g], ἅτε νεωτερικοῖς βρίθων σκιρτήμασι, καὶ τὴν μητέρα τῆς D βασιλείας ἀπωσάμενος, τὴν ἀρχὴν πρὸς ἑαυτὸν μετεστήστατο· ὃς καὶ διὰ τὸ ἀνάγωγον τοῦ βίου καὶ ἐκμελὲς, ἔκδοτος ἦν ταῖς ἡδοναῖς, καὶ οἷα πῶλος ἀζυγὴς, ταῖς ὁρμαῖς ἀχάλινος. Οὗτος πρὸς τοῖς ἄλλοις οἷς ἔδρασεν, οὐμενοῦν οὐδὲ μίαν ἀπολειπόμενος κακοῦ ὑπερβολὴν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ὁμόζυγον ἐκβαλὼν, καὶ ἄκουσαν σχῆμα περιβαλὼν τὸ μοναδικὸν, ἑτέραν ἠγάγετο. Θεοδότη ὄνομα τῇ μοιχαλίδι· συγγενίδα, ὥς φασι, τυγχάνουσαν τοῦ Πατρός· ἥτις καὶ ἀφηγεῖτο

[f] Hic incipit interpretatio Sirmondi.

VARIÆ LECTIONES.

[g] al. συστησάμενος.

Digitized by Google

τοῦ τῆς βασιλίσσης κοιτῶνος· μοιχείαν ἀντικρυς ὁ πανώλης πεποιηκὼς, καὶ μοιχείαν χαλεπωτάτην καὶ δυσαλγῆ.

Ὁ οὖν πατριάρχης Ταράσιος οὔτε τὴν χειροθεσίαν ἀνετείλει, οὔθ' ὅλως συνευδόκει τῷ γινομένῳ. Πῶς γὰρ, ἀνοσίαν εἰδὼς τὴν σύναψιν, καὶ τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἀπώμοτον. Πρεσβύτερος δέ τις ᾧ Ἰωσὴφ ὄνομα, ὃς καὶ οἰκονόμος τῆς Ἐκκλησίας ἐτύγχανε, μεῖζον ἑαυτοῦ φρονήσας, καὶ τῶν θείων ὑπερφρονήσας, γίνεται, ὡς μὴ ὤφελε, τοῦ ἀθέσμου γάμου καὶ προσαγωγὸς καὶ τελειωτὴς, καὶ τῆς συζυγίας συναρμοστὴς, τὰ πάντα τῷ βασιλεῖ δουλωθεὶς, ὁ καὶ τὴν πίστιν δοῦλος καὶ τὴν προαίρεσιν, εἰ καὶ τάχα οὐκ εἰς μαχρὰν τῆς ἑαυτοῦ ἀδουλίας ἐπῆσθετο, τῶν ἱερῶν ἀπωθεὶς περιβόλων, δι' ἃ παραβολώτερον ἔδρασεν. Ἦν οὖν ἐξ ἐκείνου οὐ μόνον ἐν τῇ βασιλευούσῃ, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσι, καὶ ταῖς πορρωτέρω δὲ χώραις, ὁδὸς πρὸς τὰ χείρονα τὸ πραχθέν· οὕτως ὁ Βοσπόρου (3), οὕτως ὁ Γότθος, οὕτως οἱ λοιποὶ τῶν ἐπαρχιῶν ἡγεμόνες, καὶ οἱ ἄλλως ταῖς πόλεσιν ἐφεστῶτες, ἀδεῶς τὸ ἀνόσιον ἔπραττον, τὰς μὲν τῶν ἀμοζύγων ἐκβάλλοντες, τὰς δὲ ἀντεισάγοντες, καὶ συνηγορίαν τῶν οἰκείων παθῶν τὸν πρώτως δράσαντα προβαλλόμενοι.

partim ejectis, partim novis inductis, impurasque et patrocinio defendebant.

Ταῦτα ὁ μέγας διαμαθὼν Θεόδωρος, καὶ περιαλγὴς τὴν ψυχὴν γεγονὼς, ἔστενε βαρέα καὶ ἠνιᾶτο, καὶ τοὺς πράττοντας κατῳκτίζετο, κακῷ τοσούτῳ καὶ τοσούτους περιπαρέντας· δεδιὼς μάλιστα καὶ περὶ τῶν λοιπῶν μὴ καὶ ἐς πάντας ἀφίκηται τὸ δεινὸν, καὶ νόμος ἄντικρυς τὸ ἄθεσμον γένηται, τῷ κράτει δήπουθεν βοηθούμενον. Ὅθεν καὶ πάντα λογισμὸν κινήσας, καὶ ὡς ἐνῆν περὶ τὴν ἐποχὴν τοῦ κακοῦ διασκοπήσας, πρᾶγμα ποιεῖ τῆς ἑαυτοῦ εὐγενείας ἐπάξιον. Ἀποκηρύττει (4) τὸν παρανομήσαντα βασιλέα, πάντων ὁρώντων, καὶ στηλιτεύει αὐτόν τε καὶ πρᾶξιν αὐτοῦ, πᾶσιν αὐτὸν τοῖς μονάζουσι θέμενος ἔκπτωτον. Οὗ καὶ φημισθέντος πρὸς πάντας, κατήκοος τοῦ γενομένου καὶ αὐτὸς γίνεται βασιλεύς· ὃς καίτοι τῷ θυμῷ χαλεπήνας, ὅμως γοῦν ἐπιεικείας τι πλάσμα ἐν ἑαυτῷ ὑποκρίνεται, καθυφέσθαι πως δόξας ἐπὶ βραχύ. Ἄλλως τε καὶ τὸν ὅσιον ὁρμωδήσας τὸ πρωτεῖον κατὰ πάντων ἔχοντα, οὐκ ἤθελεν ἅμα τὴν ὅλην ἐκφῆναι θρασύτητα· κολακικῶς δὲ μᾶλλον αὐτὸν μετελεύσεσθαι, εἴ πως ἑαυτῷ λάβοι ἐπικλινῆ· ῥᾳδίως γὰρ ἂν οὕτω καὶ τοὺς λοιποὺς ἕλοιτο, εἰ μόνον τούτου κρατήσειε· κακοήθως τοῦτο ὑποτοπήσας, καὶ λίαν περιττῶς.

Διὰ ταῦτα τοι καὶ μυρία ἐν ἑαυτῷ ἐτεχνάζετο, στρο-

ausus infelix, et fornicationem pessimam ac penitus detestandam.

XIX. *Tarasius Josephum œconom. excommunicat.* — Quæ cernens patriarcha Tarasius, nec manus illis imponere voluit, nec ulla prorsus ratione factum approbavit. Qui enim? cum nefariam esse hanc conjunctionem, et sacris legibus vetitam sciret. At repertus est presbyter quidam, Joseph nomine, gradu vero œconomus Ecclesiæ, qui majora audens quam ei liceret, divinaque omnia contemnens, illicitarum nuptiarum, quod minime debuit, lenonem se præstitit, initiatoremque, et conciliatorem conjugii, obsequentem se per omnia imperatori præbens, vir fide servus æque ac voluntate. Quanquam ille haud multo post temeritatis suæ pœnam sensit, sacris templi septis, ob ea quæ confidentius egerat, exturbatus. Fuit autem ea res pessimi exempli, viamque multis ad gravia quæque aperuit, non solum in regia, aliisque civitatibus, verum etiam in remotis regionibus: sic Bosphori, sic Gotthiæ, sic reliqui provinciarum duces, quique aliqua cum potestate præerant civitatibus, impune flagitia committebant, uxoribus animi libidines, ejus qui viam ostenderat exemplo

XX. *Theodorus excommunicat imperatorem.*—Quibus cognitis, magnus Theodorus incredibili dolore tactus, angebatur animo, graviter ingemiscens, et talium hominum sortem miserans, qui tanto scelere tam multi se obstrinxissent: id reformidans vehementer, ne ad omnes tandem permanaret malum, et in legem abiret flagitium, auctoris sui viribus et potentia subnixum. Quare omnes animo cogitationes versans, omnesque coercendi mali rationes circumspiciens, rem suscepit dignissimam suæ virtutis. Imperatorem qui peccarat, in omnium oculis excommunicat, in ipsum ejusque factum invehitur, ipsumque omnibus monachis lapsum denuntiat. Cujus rei fama evulgata ipsius quoque imperatoris aures attigit; qui tametsi acerrima ira exarserat, serenitatis tamen speciem induendam sibi existimavit, ut remisisse animum, placatusque videretur. Cum enim sanctum virum timeret, ut qui primas in animis omnium teneret, suam statim acerbitatem prodere non placuit; sed ipsum potius blande aggredi, si qua forsitan ratione demereri queat; sic enim facile cæteris potiturum, si hunc unicum devinceret: stulte id ille prorsus et valde absurde conjectans.

XXI. *Frustra tentatur Theodorus.* — Attamen

NOTÆ.

(3) *Οὕτως ὁ Βοσπόρου.* In Vatic. cod. ὁ τῆς Λογγιβαρδίας Ῥῆξ, ὁ τῆς Γοτθίας, ὁ τῆς Βοσπόρου τοπάρχης. *Rex Longobardiæ, rex Gotthiæ, toparcha Bospori.*

(4) *Ἀποκηρύττει.* Non quod episcoporum jura usurparet Theodorus, sed quod suis denuntiaret, imperatorem ob tantum flagitium esse a Deo sejunctum, et ab ecclesiastica communicatione separatum, ne quis cum eo ut publice peccante aliqua communione ecclesiastica jungeretur, ait Baronius, ad an. 795, n. 57.

Digitized by Google

omnia secum agitabat, atque omnes machinas frustra parans, et vitium animi ubique patefaciens. Quin et conjugem ipsam ad captandum sanctum virum submisit, quæ viri consiliis parens, multo illum auro muneribusque tentare adorsa est; et, quod precum omnium vim haberet, generis propinquitatem opposuit. Postquam vero irrita hæc omnia animadvertit, manente nihilominus firmo ac stabili, aliud mox promptus mali artifex consilium excogitat. Proficiscitur ipsemet ad ea loca in quibus sanctus habitabat, specie quidem utendi calidis, quæ ibi erant, balneis; re autem vera, ut in congressum Patris veniret, eumque sibi adjungeret, quocum alios quoque habiturus erat cum ipso jam animo factisque conjunctos.

A φαῖς ἀνηνύτοις στρεφόμενος, καὶ τὸ δύσνουν ἐν πᾶσι παραδεικνύμενος. Ὃς γε καὶ αὐτὴν τὴν ὁμόζυγον θηράσαι τὸν ὅσιον καθυπέβαλεν· ἣ καὶ ταῖς ἐκείνου συμβουλίαις προσθεῖσα, πεῖραν καθῆκεν αὐτῷ, δῶρά τε στείλασα καὶ χρυσίου ἀδρότητα, προβαλλομένη ἀνθ' ἱκετηρίας καὶ τὴν συγγένειαν. Ἀλλὰ ἐπεὶ πάντα μάτην ἐφάνη ὁ παράφρων διακυκῶν, οὐδὲν ἧττον ἀκλινοῦς τοῦ γενναίου μένοντος· εὑρίσκει καὶ ἄλλην ὁ ταχὺς εἰς κακίαν ἐπίνοιαν. Αὐτὸς ἐκεῖνος τοῖς ἐκεῖ τόποις ἵνα ὁ ὅσιος ἦν, δεῖν ἔγνω φοιτῆσαι· πρόφασιν μὲν κατά τινα χρείαν τῶν ἐκεῖσε θερμῶν· τὸ δ' ἀληθὲς, ἵνα κἂν οὕτω συνόμιλος γένοιτο τῷ Πατρὶ, καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ τάχα ποιήσῃ, μεθ' οὗ ἄρα καὶ τοὺς ἄλλους ἕξει τὰ ἴσα ἤδη σημπράττοντας.

XXII. *Flagellatur, et in exsilium mittitur.* — Verum ubi nec Pater ipse nec alius quispiam ex sociis repertus est qui ad imperatorem propius accederet, vel cum eo colloqueretur, vel usitatam salutationem impertiret: tunc ille ira incensus ardentiore, celeriter rediit ad palatium, accitoque uno ex domesticis, qui scholarum ordines regebat, flagellis cædi sanctum jussit, et simul e monachis eos quos constantiores norat, firmioresque in sententia persistere. Ille autem qui gratificari et placere cuperet imperanti, nulla sanctorum nec reverentia nec misericordia motus, atrociter eos flagellavit, ut carnes passim dissecarentur, et sanguinis rivi diffluerent. Sic porro vexatos, verberibusque concisos Thessalonicam extemplo relegat, et addicit carceri, prout fuerat imperatum. Undecim numero erant cum Patre vincti, qui cum eo certaminis societatem coeuntes, dura omnia sereno et alacri animo perferebant.

B Ὡς δ' οὔτε ὁ Πατὴρ, οὔτε ἄλλος τις τῶν σὺν τούτῳ πλησιάσας ἐφάνη τῷ βασιλεῖ, ἢ λόγου ἐκείνῳ μεταδιδοὺς, ἢ κἂν τῆς ὀφειλομένης προσρήσεως· αὐτὸς μὲν τότε καὶ πλέον τὸν θυμὸν ἀνακαύσας σπουδῇ πρὸς τὰ βασίλεια εἰσελαύνει· ἕνα δὲ τῶν ὑπ' αὐτῷ προστάσσει· ᾧ καὶ τὴν τῶν σχολῶν τάξιν ἐμπεπιστευκὼς ἦν· μάστιξιν αἰκίσαι τὸν ὅσιον σὺν ἅμα καὶ ἑτέροις τῶν μοναστῶν, οἷς καὶ μᾶλλον ἐγίνωσκε τὴν παῤῥησίαν ἔχοντας καὶ τὸ φρόνημα ἄτρεπτον. Ἀμέλει καὶ οὗτος τῷ ἐπιτάξαντι χαριζόμενος, μὴ αἰδῶ, μὴ οἶκτον τῶν ἁγίων ὁ μιαρὸς λαβὼν, οὕτω μαστίζει σφοδρῶς, ὡς καὶ σάρκας ὅλας τεμεῖν, καὶ αἱμάτων κατενεγκεῖν ῥύακας. Οὓς καὶ μετὰ μάστιγας καὶ πληγὰς, ἐν Θεσσαλονίκῃ παραχρῆμα περιορίζει, καὶ C ταῖς ἐκεῖσε δίδωσι φυλακαῖς, καθὰ καὶ ἦν τούτῳ προστεταγμένον, ἑνδεκα ὄντας τοὺς κατειρχθέντας μεθ' ἅμα καὶ τοῦ Πατρός· ᾧ καὶ συμπάσχοντες οἱ καλοὶ οὗτοι ἦσαν, καὶ μεθ' οὗ πᾶν ἀλγεινὸν σὺν εὐθυμίᾳ ψυχῆς ἔφερον.

XXIII. *Plures alii Theodorum imitantur.* — Cæterum quid boni attulerit hæc sanctorum concertatio, perspicuum multis postmodum evasit. Etenim Chersonesi ac Bospori sacerdotes ac monachi, et quotquot per vicinas circum oras atque insulas populos regebant, ea quæ sanctis acciderant audientes, et quemadmodum magnus Theodorus intrepido animo nefariæ libidini se opposuisset, æmulantur et ipsi beatum virum; ejusque exemplum sequentes, imperatorem excommunicatum pronuntiant, et a sorte sua alienum, nullis D illius vel minis cedentes, vel muneribus animum emollientes. Utriusque siquidem eorum constantiam impius exploravit, et cum flecti posse diffideret, patriis tandem finibus exsulare jussit, hoc nimirum spectans, ut bonis omnibus remotis, nequitiam suam latius nullo reclamante propagaret. Quid ergo inde consecutum est? Fiduciam sumpserunt plurimi, et pro veritate adeo fortiter loqui cœperunt, ut terrorem injicerent iis qui talia facere audebant, vel ausi jam fuerant; atque ita paulatim minui ac reprimi malum cœpit, damnata palam ejus turpitudine, multisque jam agnoscentibus quæ incaute commiserant.

Ἀλλὰ γὰρ οἷον κατόρθωμα ἡ τῶν γενναίων ἄθλησις ἐνειργάσατο, δῆλον μετὰ βραχὺ κατέστη πολλοῖς. Οἱ γὰρ κατὰ Χερσῶνα καὶ Βόσπορον ἱερεῖς καὶ μονάζοντες, καὶ ὅσοι ἄλλοι τῶν πέριξ τόπων καὶ νήσων τοῦ λαοῦ προτεταγμένοι, τὰ τοῖς ἁγίοις συμβάντα πυθόμενοι· καὶ ὅπως ὁ μέγας Θεόδωρος φρονήματι ἀπτοήτῳ πρὸς τὸ τοῦ μύσους ἀντικατέστη ἀκόλαστον· ζηλοῦσι καὶ οὗτοι τὸν ἄνδρα καὶ τὰ ὁμοια διαπράττουσιν, ἐκκήρυκτον θέμενοι τὸν παρανομήσαντα βασιλέα, καὶ τῆς αὐτῶν μερίδος ἀλλότριον· μήτ' ἀπειλὰς τὰς αὐτοῦ δείσαντες, μήτε δώροις τὰς ψυχὰς ὑποκλίναντες. Ἐπεὶ καὶ δι' ἀμφοτέρων πεῖραν καθῆκε καὶ τούτοις ὁ δυσσεβὴς, ὧν καὶ τὴν μεταβολὴν ἀπελπίσας, ἀναστάτους τῶν πατρίδων τὸ τελευταῖον ποιεῖ, τὰ ἴσα κἂν τούτοις δράσας, ὡς ἂν ἔχοι καὶ μᾶλλον ἐπὶ τὰ μείζω τὴν κακίαν προάγειν καὶ τὸ τοῦ τρόπου κακοηθέστατον. Τί οὖν ἐντεῦθεν; Πολλοὶ παῤῥησιάζονται τὴν ἀλήθειαν· ὡς καὶ εἰς ἀγωνίαν καὶ δέος ἐμβαλεῖν τοὺς ἐκεῖνα πράττειν ἐπιχειροῦντας, ἢ καὶ πράξαντας ἤδη· καὶ οὕτως ἐπέχεται τὸ κακὸν καὶ ἀνακόπτεται, καταφανῶς ἐληλεγμένης τῆς ἀτοπίας, καὶ πολλῶν εἰς συναίσθησιν ἐλθόντων ὧν ἀνοήτως δεδράκασι.

XXIV. *Theodorus scribit ad Rom. Pont.* — Quo

Διὰ ταῦτά τοι καὶ ἐπιδοξότερος τοῖς πᾶσιν ὁ θεῖος

Digitized by Google

Πατρὶ γίνεται· ὃς γε οὐδὲ μετὰ τὸ παθεῖν τῆς καλῆς ὑφίει ἐνστάσεως, ἄλλους τε πολλοὺς πρὸς ἐκδικίαν τῶν δρωμένων διανιστῶν, καὶ δὴ καὶ γράμμασι τοὺς ἐν ὑπερορίαις ἀλείφων, ὡς ἂν μὴ μαλακίζοιντο πρὸς τοὺς πόνους, ἀλλὰ μειζόνως μᾶλλον ἀνδρίζοιντο. Ἔπεμψε δὲ καὶ τῷ τῆς Ῥώμης προέδρῳ ἐπιστολάς τε καὶ τοὺς ταύτας κομίζοντας, διδάσκων κἀκεῖνον ἕκαστα τῶν πραχθέντων, καὶ ὅσα ὑπέστη πρὸς τῶν κρατούντων, ἀνθ' οὗ τούτους ἐπισχεῖν ἐβουλήθη ἀκολασταίνοντας. Παρ' οὗ καὶ τὰς ἀποκρίσεις εἰλήφει, τὴν μετὰ συνέσεως αὐτοῦ ἐκθειάζοντος ἔνστασιν, καὶ τὸ τῆς γνώμης ἀνάλωτον.

illustrior apud omnes et clarior divini Patris fama facta est; qui ne tot quidem ærumnis afflictus, egregium conatum remisit, tum alios plures ad sceleris ultionem exsuscitans, tum exsules litteris suis confirmans, ne laboribus succumberent, sed viriles potius animos demonstrarent. Misit etiam ad Romanæ urbis antistitem epistolas et tabellarios, ei quæ gesta fuerant, indicans, et quæ ab imperatoribus pertulerat, cum illorum refrenare vellet intemperantiam. A quo responsa vicissim accepit, quibus ipsius prudentiam et constantem atque invictum animum divinis laudibus efferebat.

Ἀλλ' ἐπειδὴ βασιλεὺς θρασὺς ἐμπεσεῖται εἰς κακά, ᾗ φησιν ὁ προφήτης, καὶ αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ σκοτειναί· τοῦτο καὶ ὁ ἀνσιδὴς Κωνσταντῖνος ὑπέστη, δίκην ὧν παρηνόμησεν ἐνδικώτατα εἰσπραχθείς, τὴν βασιλείαν τε θᾶττον ἀφαιρεθείς, καὶ πρὸς ταύτῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἵν' οὓς ἔχων ὠμῶς κακῶς, τούτους ἔχοι μὴ βλέποντας. Οὗ καὶ τῶν βασιλείων ἀπελαθέντος, γίνεται πάλιν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἡ θεοφιλὴς μήτηρ αὐτοῦ, ἥ καὶ τῆς εἰρήνης ἀντιποιουμένη, καθὰ καὶ τὴν κλῆσιν προείληφεν, οὐδὲν ἧττον ἢ πρόσθεν ταύτης ἐφρόντισε. Διὸ καὶ παραυτίκα λύει τοῖς Πατράσιν ὑπερορίαν, οὐ τοῖς μὲν, τοῖς δ' οὔ· πᾶσι δ' οὖν· καὶ πρό γε πάντων τῷ πρὸ πάντων τὴν ἀρετὴν, ᾧ ἡμετέρῳ, λέγω, ποιμένι καὶ διδασκάλῳ· ὃς καὶ ἀπὸ Θεσσαλονίκης ἐπανιὼν, περιφανοῦς τε, ὡς εἰκὸς, παρὰ πάντων τυχὼν καὶ τῆς ὑπαντῆς, περιφανεστέρας καὶ μᾶλλον πρός τε τοῦ προέδρου καὶ τῆς βασιλίσσης αὐτῆς τῆς εἰσοδίου τυγχάνει τιμῆς. Ὅθεν καὶ τῶν ἄλλων ὁ συναίτιος τῆς διαστάσεως, Ἰωσὴφ ἐκεῖνος ὁ πρεσβύτερος, ὁ καὶ τολμηρᾷ γνώμῃ τὰ ἀτόλμητα ἐράσας, τῶν θείων ἐξωθεῖται περιβόλων, καὶ τοῦ καταλόγου τῶν ἱερέων ἐκβάλλεται· ὡσὰν τῇ τούτου διατομῇ καὶ ἐκπτώσει τὰ λοιπὰ μέλη συνέλθοι καὶ τὴν ἕνωσιν δέξοιτο. Τοῦτο γὰρ καὶ τῇ Αὐγούστῃ πρῶτον γίνεται σπούδασμα· τὸ ἓν ἑλέσθαι, καὶ συμφρονῆσαι ἅπαντας, καὶ μὴ παρακεκομμένους τυγχάνειν καὶ διισταμένους τοῖς σχίσμασιν. Ὅπερ οὖν καὶ καλῶς ποιοῦν θᾶττον συνέδραμε, πάντων ἐν ταυτῷ γενομένων, καὶ ἑνώσει συναφθέντων τῇ κρείττονι.

XXV. *Constantinus regno et oculis privatur. — Irene iterum regnat. — Theodorus ab exilio revocatur. — Josephus œconomus deponitur. — Pax redditur.* — Sed quoniam rex ferus incidit in mala, sicut ait propheta, et viæ ejus tenebrosæ[6]: hoc ipsum sensit imprudens Constantinus, et pœnas iniquitatis suæ æquissimas persolvit, imperio brevi orbatus, atque ante imperium oculis, ut quibus vivens improbe usus erat, eorum lumine privaretur. Eo autem regia pulso, imperium iterum ejus pia mater obtinuit, quæ pacem statim complexa nomini suo congruentem, nihilo illam quam antea segnius conservare studuit. Itaque exsilium Patribus subito relaxat; non his modo vel illis, sed omnibus in universum; atque ante omnes ei qui virtute omnes anteibat, pastori, inquam, nostro ac magistro. Quem Thessalonica redeuntem, frequens, ut par erat, omnium hominum occursus excepit. At longe clarissimus honor fuit, quo ingredientem patriarcha,, et regina ipsa eum honestarunt. Eam ob rem qui ante alios dissensionis socius et particeps fuit, Josephus ille presbyter, qui præfracta temeritate inaudita peregerat, sacris septis ejectus, ex sacerdotum albo expungitur; ut unius amputatione atque casu, reliqua membra coalescant, et conjuncta cohæreant. Hoc enim Augustæ summum studium erat, unum tollere, ut omnes consentirent, nec dissidio ullo vel schismate dissiderent. Quod ei sane feliciter cessit ex animi sententia: brevi enim omnes animis conjuncti ad pacem concordiamque redierunt.

Οὐδὲ γὰρ οὐδ' αὐτὸς ὁ πατριάρχης τό γε ἐφ' ἑαυτῷ ᾔ τῷ γενομένῳ συνῄνεσεν, ἢ μὴ φαῦλον τοῦτο καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἔκρινεν ἔκφυλον, ἢ τοῖς Πατράσιν οὐ συνέπασχε πάσχουσιν· ἀλλὰ σοφόν τι ἐν ἑαυτῷ οἰκονομῶν, καὶ ὃ βαθείας ἦν καὶ τῆς τούτου φρενὸς, οὐκ εἶχε τέως τοὺς δεδρακότας ἀμύνασθαι, τοῦ καιροῦ μὴ διδόντος αὐτῷ πρᾶξαι κατὰ βούλησιν. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὴ ἡ βασίλισσα, τὸ εὐσύνετον ἑκατέρων ἀποδεξαμένη, καὶ ἐν πολλῷ θεῖσα ἐπαίνῳ, πολλὴν ἑκατέροις ἐμαρτύρει καὶ τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν τοῦ λυσιτελοῦντος διάγνωσιν. Ἀνθ' οὗ ὁ μὲν πατριάρχης μικρὸν τῆς ἀκριβείας καθυφεὶς τοῦ μείζονος ἐντεῦθεν κακοῦ, τὸν ἀπονενοημένον ἐπέσχε βασιλέα, διαπει-

XXVI. — Neque enim vel patriarcha ipse, quantum in eo erat, aut factum id approbabat, aut non absurdum illud et alienum ab Ecclesia judicabat, aut Patrum ærumnis non compatiebatur: sed sapiens quoddam consilium, et alta mente, qualis ejus fuit, dignum agitans, non habuit tunc facultatem ulciscendi auctores, temporis injuria, quæ vellet agere, non permittente. Quamobrem regina ipsa utriusque prudentiam amplectens, et magnopere collaudans, summam utriusque virtutem, et in utili dijudicando intelligentiam boni consulebat: quod patriarcha quidem de summo jure nonnihil remittens, vesanum imperatorem a graviori malo

[6] Prov. IV, 19.

Digitized by Google

hac ratione revocasset; minantem jam se, majorum exemplo, sacrarum imaginum hostem fore, nisi quod animo concupierat, peragere sineretur: Pater autem, flagitium propalam arguendo, et acri reprehensione atque objurgatione longius progredi prohibendo, tum eos qui peccarant, tum cæteros omnes qui simile aliquid meditabantur, affectibus suis non intemperanter uti edocuisset. Prorsus autem et relaxare interdum aliquid de judicio, bonum est; et exactum jus non præterire, utilissimum; unum in finem utrumque spectans, ut quod melius est, id pro re nata præstetur. Quod nimirum divini ambo ratiocinantes, altiore quam captus noster ferat consilio, præsentia administrabant, ita ut charitatis vinculum nulla ratione solveretur, quod conjuncti semper fuerant, et divino inter se spiritu colligati. Quod nos certe persuadere nobis debemus, et opportune de his quæ opportune gesta sunt, judicare: ut propositum utrique finem laudemus et amplectamur, et eos qui aliter sentiunt vel affecti sunt, de sententia dimoveamus.

A λοῦντα ἤδη ἔξαρνον καὶ αὐτὸν κατὰ τοὺς προλαβόντας τῶν θείων γενέσθαι εἰκόνων, εἰ μὴ τὸ ἐφατὸν κατεπράξοιτο· ὁ δέ γε Πατὴρ περιφανῶς τὸ ἀνόσιον στηλιτεύσας, καὶ τῇ πολλῇ ἐνστάσει καὶ τῷ ἐλεγμῷ τῆς πρόσω φορᾶς εἴρξας, οὐ μόνον τοὺς δράσαντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς τοιοῦτόν τι δρᾷν ὑπηγμένους, μὴ τῶν παθῶν ἀκρατῶς ἔχειν ἐδίδαξε. Πάντως δὲ καὶ τὸ οἰκονομῆσαί τι ἐν κρίσει καλὸν, καὶ τὸ μὴ λιπεῖν τὴν ἀκρίβειαν, ὠφελιμώτατον· ἀμφότερα πρὸς τὸ χρήσιμον νεύοντα, καὶ πρὸς τὴν φυλακὴν τοῦ βελτίονος. Ὅ δὴ μάλιστα καὶ οἱ παρ' ἡμῖν θεοφόροι συνεγνωκότες, λογισμῷ ἢ καθ' ἡμᾶς κρείττονι διετίθουν τὰ ἐπιόντα, πρὸς τῷ μηδὲ τὴν ἀγάπην λιπεῖν, ἣν ἀπαρχῆς εἵλοντο, καὶ ᾗ ἀλλήλους θείῳ συνήρμοσαν πνεύματι. Τοῦτο δὲ πάντως καὶ ἡμῖν στερκτέον, καὶ μετὰ τοῦ B καιροῦ τὰ τοῦ καιροῦ λογιστέον· ὡς ἂν καὶ τὸν ἀμφοτέρων σκοπὸν ἐπαινεσώμεθά τε καὶ ἀποδεξώμεθα, καὶ τοὺς ἄλλο τι ὑπειλημμένους ἢ ἔχοντας, μὴ οὕτως ἔχειν διδάξοιμεν.

XXVII. *Theodorus relicta regia urbe in Saccudionem redit.* — His ergo in hunc modum transactis, Theodorus regia urbe relicta, in monasterium revertitur, optimique pastoris instar segregatas oves convocat, quas se absente prædones animarum abegerant, et in omnes circum montes disperserant. Accurrit insuper innumerabilis aliorum tam monachorum quam sæcularium multitudo, et magni Patris reditui gratulatur, divulgante illum ubique fama, C Theodorumque celebrante, et Saccudionem. Respondebat autem exitus opinioni, et famam res ipsa confirmabat. Quicunque enim accedebant, meliores ab eo fiebant, et præstantiorem inde vitam auspicabantur. Plurimi ex eo tempore Byzantio profecti, ad sanctum protinus advolarunt, ejus tanquam Sirenum minime fallacium vocibus repente capti, redeundi curam penitus abjecerunt. obtestantes, accidentes, omnia supplicum more facientes, ut sibi cum illo esse et vivere liceret, melius longe atque utilius id existimantes quam in sæculo versari. Quos ille cunctos excipiens, eorumque fidem amplectens, Deo offerebat, et in virtutis disciplina exercebat.

Ὁ τοίνυν Πατὴρ ἡμῶν Θεόδωρος τὴν βασιλίδα πόλιν μετὰ ταῦτα ἀπολιπὼν ἔξεισι πρὸς τὸ ἑαυτοῦ μοναστήριον, καὶ συνάγει αὐτῷ οἷά τις ποιμὴν ἄριστος τὰ ἀποφοιτήσαντα πρόβατα, ἃ καὶ οἱ τῶν ψυχῶν ἅρπαγες τῇ αὐτοῦ ἀπουσίᾳ ἐξωσάν τε καὶ ἐπὶ πᾶν ὄρος διέσπειραν. Συντρέχει δὲ καὶ πλῆθος μοναστῶν τε ἄλλων καὶ μιγάδων ἀριθμοῦ κρεῖττον, καὶ τῇ τοῦ μεγάλου παρουσίᾳ συνήδεται, τῆς φήμης πανταχοῦ διαβοωμένης, καὶ Θεόδωρον κηρυττούσης, καὶ Σακκουδίωνα. Ἐδείκνυ δὲ ἡ πεῖρα τοὺς λόγους, καὶ τὴν φήμην τὰ πράγματα. Οἱ γὰρ παραγενόμενοι, βελτίους τὰς ψυχὰς γινόμενοι, πρὸς βίον ἤδη τὸν κρείττονα μετετάττοντο. Ἐκ δὴ τούτου πολλοὶ καὶ τῶν ἀπὸ τῆς Βυζαντίδος ἐξῆεσαν, καὶ ᾗ τάχος τῷ ἁγίῳ προσῄεσαν· οὗ καὶ τῶν λόγων οἷα σειρήνων ἀψευδῶν εὐθὺς ἁλισκόμενοι, ὑποστροφῆς οὐδ' ὅλως ἐμέμνηντο· ἀλλ' ἠντιβόλουν, προσέπιπτον, πάντ' ἐποίουν ἃ τοὺς δεομένους εἰκός· ἵν' αὐτῷ μόνῳ συνῶσιν, αὐτῷ καὶ συμβιοτεύοιεν, κρεῖττον πολλῷ καὶ λυσιτελέστερον τοῦ ἀνεστράφθαι κόσμῳ τὸ συμπεριπολεῖν τούτῳ κρίνοντες. Καὶ μέντοι καὶ δεχόμενος πάντας, καὶ τῆς πολλῆς ἀποδεχόμενος πίστεως, Θεῷ τε προσῆγε καὶ ἀρετὴν ἐξεπαίδευεν.

XXVIII. *Arabum incursio.* — *Constantinopolim venit Theodorus.* — *Studii monasterio præficitur.* — Verum impiis Arabibus Romanum imperium per id tempus infestantibus, cum sedes passim servitutis metu verterent, non solum propinqui, verum etiam remoti ac procul dissiti, necessario faciendum Patri visum est ut tempori cederet, nec manifesto periculo se sociosque (quod amentis erat) objiceret. Quare in regiam urbem se recipit, patriarchæ optabilis, et Augustæ, quibus adventu suo lætitiam incredibilem attulit. Qui mox summis ab eo precibus contendebant, ut Studii moderator cœnobii, quod in urbe erat, esse vellet; et in eo monasticæ exercitationis scholam collocare, ut hac ratione a tanto viro civitatum princeps ornaretur.

D Ἀλλὰ τῶν ἀθεωτάτων Ἀράβων τὴν Ῥωμαίων τηνικαῦτα κατατρεχόντων, καὶ ἀναστάτους διὰ φόβον ἀλώσεως τούς τε πόῤῥω ποιούντων καὶ τοὺς ἐγγὺς, ἀναγκαῖον ἐφάνη καὶ τῷ Πατρὶ δρᾶσαι τὰ τοῦ καιροῦ, καὶ μὴ προφανεῖ κινδύνῳ, ὅπερ εὔηθες κομιδῇ, ἑαυτόν τε καὶ τοὺς συνόντας ῥίπτειν· ὅθεν καὶ τὴν βασιλεύουσαν καταλαβὼν, ἀποδεκτέος τὰ μάλιστα τῷ τε πατριάρχῃ γίνεται καὶ τῇ Αὐγούστῃ, ἡδονὴν αὐτοῖς ὅτι πλείστην τῇ παρουσίᾳ ἐνθέμενος. Οἵγε καὶ λιπαροῦσιν αὐτὸν, ἐγκρατῆ τῆς τοῦ Στουδίου γενέσθαι μονῆς, ἣ κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα τυγχάνει· κἀν ταύτῃ τὸ τῆς ἀσκήσεως πήξασθαι διδασκαλεῖον, ὡς ἂν ἐπὶ τοσούτῳ ἀνδρὶ ἡ πρώτη κοσμοῖτο τῶν πόλεων. Ὑπερφερὴς δὲ πάντως ἐν τῇ μονῇ ναὸς, καὶ τῷ τε κάλλει καὶ τῷ μεγέθει, ὀλίγων μά-

Digitized by Google

λιστα δεύτερος. Οὐκ ἄκαιρον δὲ ἴσως καὶ ὅθεν συνέστη δηλῶσαι τὸ καταρχάς.

species, paucis concedens. Non erit autem abs re fortasse, unde illud initium sumpserit, a principio declarare.

Ἀνήρ τις τῶν εὐγενῶν, καὶ τὰ μεγάλα δυναμένων ἀπὸ Ῥώμης ἐπανήκων, Στούδιος τῷ ἀνδρὶ ὄνομα· Εὐπρέπειον δὲ τοῦτον ἡ καθ' ἡμᾶς γλῶσσα οἶδε καλεῖν· ὃς καὶ τῷ τοῦ πατρικίου καὶ ὑπάτου τετίμητο ἀξιώματι. Οὗτος τοίνυν ἐνταυθοῖ κατεσκηνωκὼς, καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ διὰ μέγεθος ἀρετῆς τῷ Θεῷ ἀνατεθεικὼς, καὶ τὸν περιφανῆ τοῦτον σηκὸν τῷ μεγάλῳ Προδρόμῳ καὶ Βαπτιστῇ ἀνιστᾷ, μοναστῶν καταγώγιον ἀποτάξας αὐτόν. Ἐν ᾧ δὴ καὶ, ὡς εἰκὸς, ἄλλοτε ἄλλοι τῶν ἀποτασσομένων συνειλεγμένοι κατὰ καιροὺς καὶ ἀρετῆς ἔργα ὅτι μάλιστα ἐπιδεδειγμένοι, οὐ διελίμπανον ἀλλήλοις συνόντες· ἕως ὁ θεομισὴς Κοπρώνυμος Κωνσταντῖνος πάντας τε ἄλλους μονάζοντας τῆς Βυζαντίδος ἀπήλασε, καὶ δὴ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τούτους. Ἐπεὶ δ' αὖθις ταῖς Ἐκκλησίαις ἐπανῆλθε τὰ πράγματα, καὶ ὁ διωγμὸς τοῦ σχίσματος[3] πέπαυτο, ὀλίγοι μὲν, πλὴν καὶ αὖθις μοναχοὶ, τὸν τόπον κατῴκησαν, δώδεκα, ὡς φασι, καὶ οὐ πλείους τυγχάνοντες.

XXIX. *Studii origo.* — Venerat ab urbe Roma vir genere et opibus præstans, Studius nomine (Euprepium lingua nostra vocare solet), qui et patricii et consulis honorem fuerat adeptus. Hic, cum in hac urbe domicilium collocasset, et omnia sua bona ingenti excelsitate animi Deo consecrasset, præclarum hoc templum magno Præcursori Baptistæ posuit, monachorum deputans habitationi. Et quidem nullo unquam tempore defuerunt, qui communem in eo vitam agentes, præclara virtutis ac religionis suæ argumenta darent : quoad Deo invisus Constantinus Copronymus, indicto monachis bello, cum cæteris omnibus hos pariter Byzantio ejecit. Postquam vero in pristinum statum res Ecclesiæ redierunt, cessavitque monastici habitus persecutio, eumdem locum monachi iterum, sed perpauci, nec plures, ut ferunt, numero, quam duodecim, inhabitarunt.

Τὸν οὖν τόπον ὁ Πατὴρ σὺν τῷ περιφανεῖ ναῷ μοναζόντων ἐνδιαίτημα εὐπρεπέστατον ἀνευρὼν, καθὰ δὴ καὶ τῷ πολίσαντι ἔδοξε, τοῦτον εὐθὺς παραλαμβάνει, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ κατασκηνοῖ φοιτητάς. Ἔδει γὰρ ὡς ἀληθῶς τὸν μείζονα πάντων ἐν γεννητοῖς, τῷ μείζονι πάντων κατ' ἀρετὴν τὸν ἴδιον παραθέσθαι ναὸν, καὶ τούτῳ χρήσασθαι καὶ οἰκήτορι καὶ ποιμένι, καὶ ποιμένων ὅτι μάλιστα τῷ κρατίστῳ, οὗ τὰ πρόβατα τῇ τε ἀρετῇ ἐπισημότατα, καὶ τῷ ἀριθμῷ πολυπληθέστατα. Ὧ γὰρ πᾶσα καὶ ἡ μεγίστη σπουδὴ ὅσαι ὧραι τοὺς ὑπ' αὐτῷ βελτιοῦν, καὶ πᾶν εἴ τι κάλλιστον καὶ ὑποτιθέναι καὶ διδάσκειν, καὶ ἑαυτοῦ σωτηρίαν τὸ ἐκείνους σεσῶσθαι νομίζειν, τούτους εἰκὸς καὶ ἐπιδιδόναι καὶ ηὐξῆσθαι, καὶ βίου ἐπειλῆφθαι τοῦ κρείττονος. Ἐξ ὧν καὶ ἡ παρ' αὐτοῖς μονὴ ὀνόματος λαμπροτάτου τετύχηκε, καὶ τοῖς ὅλοις περισημοτάτη γεγένηται. Ἀμέλει καὶ πολλοὺς εἶχεν, ἐφ' οὕτω δόξης προβᾶσα, τοὺς ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν [εἰς] ταύτην συῤῥέοντας, τοῦτο μὲν, λαϊκοὺς, τοῦτο δὲ καὶ μονάζοντας· ἔτι μὴν, καὶ τοὺς ὅσοι βίου τοῦ ἀβροτέρου ἦσαν καὶ ἡδονικοῦ, καὶ οἷς οὐδεὶς που περὶ ἀρετῆς λόγος ἐμέλησεν. Οὓς δὴ καὶ πάντας φιλοφρόνως δεξιούμενος ὁ Πατὴρ, λόγοις τε τοῖς ἀπὸ τῶν θείων κατήχει Γραφῶν, καὶ παρεδίδου τὰ κρείττονα, μηδενὸς ἄλλου ἢ ἀρετῆς μόνης πείθων ἐξέχεσθαι, κτήματος ἀθανάτου καὶ διαμένοντος. Τὰ γὰρ τοῦ κόσμου, φησὶν, ἴσα καὶ εἰρινοῖς[4] ἄνθεσι διαῤῥεῖ παίζοντα ἡμᾶς ταῖς ἀγχιστρόφοις μεταβολαῖς, καὶ πρὶν ὀφθῆναι ἱπτάμενα. Καὶ ὅτι δεῖ τοὺς ἀποτασσομένους, ἀπερίττους εἶναι καὶ κατὰ τὸ ἐνὸν εὐσταλεῖς· ἵν' ἐξῇ τούτοις καὶ ῥᾴον εὐθυπορεῖν πρὸς τὰ ἄνω, καὶ πᾶν διαλύειν τὸ προσιστάμενον. Ὅς γε καὶ τ[οι]οῦ-

XXX. *Theodori vita in Studio.* — Hoc ergo cœnobium Pater cum insigni templo aptissimum et ornatissimum nactus, ex conditoris mente sciscet, adiit, discipulosque suos in eo constituit; sic enim revera conveniebat, eum qui major est inter natos mulierum, ei qui cæteris omnibus major erat virtute, suum ipsius templum apponere, et eumdem ejus incolam ac pastorem esse, ac pastorem longe præstantissimum, cujus oves et numero plurimæ et virtute perinsignes essent. Cui enim et cura omnis et studium erat fidei suæ creditos, meliores in horas reddere, et quidquid pulchrum ac honestum esset, eis proponere atque inserere, eorumque salutem suam salutem ducere; hos par erat augeri maximis incrementis, et vitæ perfectioris apicem capessere. Quorum sane monasterium propterea clarissimum nomen obtinuit, omniumque aliorum celeberrimum evasit. At enim cum multi, crescente ejus fama, quotidie confluerent, partim laici, partim monachi, nonnulli etiam delicatæ vitæ dediti, et voluptuariæ, quibus adeo nulla virtutis cura fuisset, benigne omnes pariter excipiebat, et divinæ Scripturæ documentis instruebat, atque ad meliora ducebat, nullius rei præterquam virtutis studio capi docens, boni immortalis ac perpetui. Res enim mundanæ, inquit, perinde ac flores verni dilabuntur, ac celeri conversione nobis illudentes, prius avolant quam conspici potuerint. Oportet autem eos qui mundo renuntiarunt, omni negotio vacuos esse, et quantum fieri potest expeditos, ut ipsis promptum sit recta tendere ad cœlestia, et obvia quæque perrumpere. Is igitur amorem virtutis tan-

VARIÆ LECTIONES.

[3] σχήματος. [4] *f.* ἐαρινοῖς.

Digitized by Google

tum in ipsis excitavit, ut absque mora ulla et cunctatione, prout animi impetus ferebat, abjectis rebus omnibus totos se Deo dederent, quoddam animæ repagulum esse rati vel respicere ad divitias. Qui et vitam vita permutantes, mollem asperioris humilitatis et fortitudinis temperationem didicerunt, animum ad nullam rerum inferiorum deprimentes. Neque hoc solum, sed monachos etiam, quotquot ad illum ventitarent, cum eoque manere, et ipso duce et magistro uti cuperent, excipiebat animo paterno, omnemque ipsis curam impendebat, non aliter ac proprios filios excolens et amans, et quæcunque velle ipsos sentiret, abunde præstans : neque anteponens eos qui apud ipsum comam deposuerunt, nec secundo loco alios habens, quo affectu homines vani et ambitiosi duci solent : sed unam eamdemque esse vitæ formam intelligens, quocunque tempore illam quis amplectatur : quemadmodum baptismatis vestis una in omnibus nec dispar est : unicuique pro ratione virtutis, proque eo quod in singulis erat boni studio, quæ necessaria forent impendebat, et honoris modum statuebat. Ita ut hoc uno nomine quæ quisque vellet, seu plus seu minus, auferret : quo magis illos hac ratione incitaret ad virtutem, ipsamque præcipue dignam esse honore ostenderet.

XXXI. *Ratio gubernandi.* — Adeo erat videbaturque sublimis hæc vita, ut cuncti præclare secum agi putarent, si vel modicam illius instituti partem in se exprimerent, indeque ad virtutem formarentur dirigerenturque. Sed præter incrementum virtutis, augescente etiam ipsorum multitudine, adeo ut prope ad decem centuriarum numerum pervenisset, facile non erat Theodoro, sed prope impossibile, singulos viritim recensere et cognoscere, eorumque sermones et cogitationes explorare. Quonam enim modo unus tam multos ad minima usque perspectos haberet? Rem excogitavit quæ utilior nobis, ac ejus magnitudine animi digna, maximeque tum ipsi tum monachis foret opportuna. Fratrum præstantissimos elegit et quos major virtus commendabat, eosque cæteris præfecit, ut inspicerent si quid non recte ab aliis fieret, et ad communem magistrum referrent : neque latere posset quod tam multi cernerent et expenderent. Hos propriis et idoneis nominibus appellavit, epistemonarchas, taxiarchas, observatores, excitatores. Tum ex istis eos qui magis progressi erant ac sublimiorem vitam sequebantur, alia nuncupatione donavit, hunc quidem a præposito secundum appellans, alium œconomum, alium subœconomum. Alius aliud cognomen pro ministerii ratione, et operis tractatione sortiebatur.

τον αὐτοῖς ἔρωτα ἐνετίθει τῆς ἀρετῆς, ὡς μὴ ὅπως πρὸς ἀναβολὰς καὶ μελλήσεις, ἀλλ' ὡς εἶχον ὁρμῆς, πάντα ἀποδομένους, Θεῷ προσχωρεῖν, ψυχῆς ὥσπερ ἐμπόδιον καὶ τὸ μόνον προσβλέψαι τὸν πλοῦτον νομίζοντας. Οἱ καὶ βίου βίον ἀμείψαντες, τοῦ ἁπαλοῦ τὸν τραχύτερον, ταπεινώσεως μέτρα καὶ ἀρετῆς ἔμαθον, μηδενὶ τῶν κάτω τὴν ψυχὴν ὑποκλίναντες. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσοι τῶν εἰσφοιτώντων μοναχῶν παρ' αὐτῷ μένειν ἐβούλοντο, καὶ αὐτῷ χρῆσθαι ὁδηγῷ καὶ καθηγεμόνι, καὶ τούτους σπλάγχνοις ἐδέχετο πατρικοῖς, καὶ προνοίας ἠξίου τῆς πάσης, ἴσα τοῖς ἰδίοις τέκνοις καὶ περιέπων καὶ στέργων, καὶ πάνθ' ὅσα βουλομένους ἑώρα ἀποπληρῶν· οὐ προτιμῶν μὲν τοὺς παρ' αὐτῷ τρίχα[a] ἀποκειραμένους, ἐκείνους δὲ τοῖς δευτέροις ἐναριθμῶν, ὅπερ ἂν τις πάθοι τῶν φιλοτίμων καὶ περιττῶν, ἀλλ' εἰδὼς ὡς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ σχῆμα, κἂν ὁποι τις αὐτὸ περιβάλοιτο, καθάπερ δὴ καὶ ἡ περιβολὴ τοῦ βαπτίσματος ὁμοία ἐν πᾶσι, καὶ οὐ διαλλάττουσα, κατὰ τὴν ἀρετὴν μόνον καὶ τὴν τοῦ καλοῦ πρόθεσιν, ἑκάστῳ τὸ δέον ἀπένεμε, καὶ τῆς τιμῆς τὸ μέτρον προσένεμεν. Ὡς ἐντεῦθεν καὶ μόνον πλεῖον ἔχειν ἢ ἔλαττον τὸν βουλόμενον, ἵνα καὶ μᾶλλον σπουδαστὰς ποιοῖτο τῆς ἀρετῆς, καὶ αὐτῆς μόνης εἶναι δεικνύοι τὸ τιμιώτερον.

Ἦν καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ὤφθη ὁ βίος ἀνῳκισμένος, ὡς ἀγαπᾷν πάντας, εἰ μικρὰ τῆς ἐκείνων πολιτείας ἐναπομάττοιντο, κἀντεῦθεν εἴη αὐτοῖς τὸ τυποῦσθαι πρὸς ἀρετὴν καὶ εὐθύνεσθαι. Ἀλλὰ τούτων πρὸς τῇ ἐπιδόσει, καὶ εἰς πλῆθος κεχωρηκότων πολυάριθμον, ὡς εἰς δέκα ἑκατοντάδας ὑπερταθῆναι μικροῦ δέοντος· ἦν δ' οὐκ εὐχερὲς τῷ Πατρὶ, ἀλλ' οὐδὲ σχεδὸν δυνατὸν, κατ' ἄνδρα ἕκαστον καὶ ἐξετάζειν καὶ ἐρευνᾷν, καὶ λόγους αὐτῶν καὶ λογισμοὺς ἀκριβοῦν. Πῶς γὰρ ἂν καὶ μόνῳ οἱ τοσοίδε[b] ἄχρι καὶ μικροτάτου καταθεῷντο; Ὅ τῶν ἡμετέρων τὸ κρεῖττόν ἐστιν, ἐννοεῖ τι, τῆς αὐτοῦ μεγαλονοίας ἄξιον· καὶ ὃ μᾶλλον αὐτῷ τε κἀκείνοις λυσιτελεῖν ἔμελλε, τοὺς ἐξέχοντας ἐπιλεξάμενος τῶν ἀδελφῶν· καὶ οὓς ὁ βίος μείζω τῶν ἄλλων ἐμαρτύρει τὴν ἀρετὴν, τούτους εἰς ἐπισκοπὴν προὐστήσατο τῶν λοιπῶν· ἵν' εἴ τι καὶ πραττόμενον οὐ καλῶς τοῖς ἄλλοις ἐστὶν, αὐτοὶ καὶ ὁρᾷν ἔχοιεν, καὶ εἰς τὸν κοινὸν ἀναφέρειν διδάσκαλον· καὶ μὴ ἄν τι δύναιτο λαθεῖν ἐν τοσούτοις ὄμμασιν ἔνδηλον ὄν, καὶ ὑπὸ τοσούτων σταθμώμενον. Οὓς δὴ καὶ κλήσεσιν οἰκείαις καὶ προσφυέσιν ὠνόμασεν· ἐπιστημονάρχας, ταξιάρχας, ἐπιτηρητὰς, καὶ διυπνιστὰς τούτους καλέσας. Τούτων δέ γε πάλιν αὐτῶν τοὺς διαβεβηκότας, καὶ τὸν βίον ὑψηλοτέρους, ἄλλης ἠξίωσε κλήσεως· τὸν μὲν, δευτερεύειν μετὰ τὸν καθηγούμενον φάμενος· τὸν δ' οἰκονόμου τὴν κλῆσιν φέρειν· τὸν δὲ παρ' οἰκονόμου[c]· τὸν δ' ἑτέρας μεταλαχεῖν, κατὰ τὴν ἑκάστῳ ἀποταχθεῖσαν καὶ διακονίαν καὶ ἔργου ἐγχείρησιν.

VARIÆ LECTIONES.

[a] al. τρίχας. [b] al. τοσοῦτοι. [c] al. παροικονόμου.

Digitized by Google

Ἐξέθετο μέντοι καὶ Παραγγελίας ἐγγράφους, διὰ στίχων ἰάμβων, πῶς ἑκάστῳ μέλλον ἐστὶ τὰ ἐπιτεταγμένα πληροῦν. Μᾶλλον δὲ τῶν στίχων ὑπηγορία[7] ἀπ' αὐτοῦ ἤρκται τοῦ ἡγουμένου, καὶ καθεξῆς ἅπαντας διοῦσα, μέχρι καὶ τοῦ πάντων ὑστάτου. Διωρίσατο δὲ καὶ τίσιν ἐπιτιμίοις ἢ ἀφορισμοῖς ἢ γονυκλισίαις τοσαῖσδε, ὁ τῶν θείων ὕμνων καθυστερῶν ὑπαχθήσεται, ἢ ὁ σκεῦος συντρίβων, ἢ εἰκαίως ῥίπτων καὶ παραμελῶν· ἢ ὁ τὸν ἀδελφὸν ἔν τινι διαπληκτίσας, ἢ ὁ λόγον περιττὸν περιττῶς ὁμιλῶν, καὶ μὴ γλώσσης εἰδείη κρατεῖν. Τούτοις πᾶσιν ἀναλόγως τοῖς πραττομένοις, καὶ τὰς ἐπιτιμίας προσέθηκεν· ὥστ' ἔχειν τοὺς παρὰ τοῦ Πατρὸς καταστάντας ἀρχηγοὺς ἔργον ὅτι μάλιστα τοῦτο καὶ σπούδασμα, πάντα διασκοπεῖν τὰ τῶν ἀδελφῶν, πάντα ἀνερευνᾶν, πᾶσι δεόντως προσφέρεσθαι· συνεφάπτεσθαι δὲ καὶ τὸν μέγαν τοῦ κόπου αὐτοῖς, ἅτε καὶ μᾶλλον αὐτὸν τὰ πάντων ἐπηχθισμένον· καὶ εἶναι οἷόν τινα κυβερνήτην ὑψοῦ καθήμενον, καὶ τῶν ἀνέμων ἐπιτηροῦντα τὰ πνεύματα· ἢ στρατηγὸν ἄριστον ἀπάντων ὑπερπονοῦντα καὶ κινδυνεύοντα, καὶ δοκιμὴν ἀπάντων λαμβάνοντα· ὡς πληροῦσθαι ἐπ' αὐτῷ καὶ τὸ τοῦ θείου Ἱερεμίου, ὅτι *Δοκιμαστὴν δέδωκά σε τοῦ λαοῦ μου, καὶ γνώσῃ ἐν τῷ δοκιμάζειν σε τὴν ὁδὸν αὐτῶν.*

Θαυμάζεται παρὰ πάντας Μωσῆς, ἐπεὶ καὶ θεοφανείας ἠξίωται, ὅτι δεῆσαν αὐτῷ τὸν ὑπὸ χεῖρα εὖ διαθεῖναι λαὸν, ἑκατοντάρχους τούτοις, καὶ πεντηκοντάρχους, καὶ δεκάρχους ἐπέστησεν, ἵν' ἔχοιεν ἐκεῖνοι τὰ τοῦ πλήθους ἐπανορθοῦν. καὶ πᾶν εἴ τι τούτοις ἐστὶ διαλύειν ἀμφισβητούμενον. Ἀλλὰ Μωσῆς μὲν οὐ παρ' ἑαυτοῦ, οὐδὲ μόνος τοῦτο ἐφεῦρεν, ἀλλὰ τῆς ἑτέρων ἐδεήθη συμβουλίας, ἐξ ὧν ὑπῆχθη πρὸς τὸ λυσιτελοῦν τῷ λαῷ. Καὶ Μωσῇ μὲν οἱ καταστάντες ἀρχηγοὶ, μικρῶν καὶ περὶ τῶν σωματικωτέρων καὶ ὧν μικροπρεπὴς ἡ διάταξις, τὰ τῆς ἀρχῆς διετίθουν· ὁ δὲ παρ' ἡμῖν ὑποφήτης, καὶ μόνος καὶ παρ' ἑαυτοῦ, καὶ περὶ τῆς πάντων κρείττονος ἐπιστασίας· εἴπερ κρεῖττον ἁπάντων ψυχὴν καθαίρειν, καὶ τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον· τὰ βεβουλευμένα οὖν δράσας, οὐμενοῦν οὐδ' ὅσον εἰπεῖν, μείζονος ἄξιος καὶ τοῦ θαύματος, καὶ διαφορωτέρας τῆς ἀναῤῥήσεως.

Ἐπεὶ δ' οὐδὲν οὕτως πρὸς ἕνωσιν ἄριστον ὡς ἰσότης καὶ κοινωνία ἐν ἅπασιν (ἀπεῖη γὰρ ἐν τοῖς κατὰ Θεὸν πολιτευομένοις, τὸ ἐμὸν λέγεσθαι καὶ τὸ σὸν, καὶ τὸ μεῖζον καὶ ἧττον, τὰ φαῦλα ταῦτα καὶ τῆς ὁμοφροσύνης διαστατικὰ), κοινὰ τὰ πάντα ἔχειν καὶ τὰ ἐνδύματα διετάξατο· ὡς ἂν ἕκαστος τοῦ χρῄζοντος γίνοιτο, καὶ μὴ ἀποκεκληρωμένος τοῦ ἰδιάζοντος. Ἀποτάξας πᾶσι καὶ οἴκημα ἕν, ἵν' ὁ βουλόμενος, ἐκεῖ τὸ ἱμάτιον τιθεῖτο[8], εἶτ' ἀπορῥιφθῆναι δέον, εἶθ' ὑφανθῆναι· καὶ ἀναλαμβάνειν παρὰ τοῦ ταῦτα ἐπιτεταγμένου καινὸν ἄλλο καὶ ἄῤῥυπον. Ὧν γὰρ ὁ βίος κοινὸς καὶ δίαιτα καὶ τοάπεζα, καὶ πάνθ'

A

B

C

D

XXXII. *Iambici ad monachos.* — Edidit præterea Institutiones iambicis versibus conscriptas, quemadmodum unumquemque imperata facere oporteret. Quorum versuum contextus initium a præposito ipso duceret; tum deinde cæteros omnes ad infimum usque percurrens, definit ac statuit, quibus pœnis, quibusque separationibus aut genuflexionibus affici debeat, qui ad divinas laudes tardius venerit, qui vas confregerit, aut temere projecerit, ac negligentius tractarit; qui fratrem in re quapiam offenderit, qui in loquendo modum excesserit, et linguæ frenum non injecerit. Quibus omnibus congruentes pro delicti modo pœnas imposuit. Ita ut qui sub Patre ipso præfecti erant, iis præcipua cura esset et labor prospicere fratrum rebus, vestigare omnia, universis prout res poscebat opitulari. Ipse autem illorum laborem sublevabat pater, utpote qui omnium molestias maxime sentiret: ac navarcho similis erat in specula sedenti, et flatum ventorum observanti: vel duci eximio majorem laboris ac periculi partem in se suscipienti, ac suorum experimentum facienti: ita ut in ipso impleretur illud divini Jeremiæ: *Probatorem dedi te populi mei, et scies, et probabis viam eorum* [h].

XXXIII. *Confertur cum Moyse.* — Magna est Moysis apud omnes admiratio, quod postquam Dei aspectu dignatus esset, quia gubernari ab ipso populum oportebat, præfecit ipsi centuriones et quinquagenarios et decuriones, qui multitudinem rite moderarentur, et controversias quæcunque orirentur dirimerent. At istud Moyses haud per se neque solus invenit, sed opus habuit aliorum consilio, a quibus ad id quod populo conducibile erat, adductus fuit. Et quidem qui sub Moyse præerant, minoribus prospiciebant rebus atque ad corpora pertinentibus, et quarum administratio levioris momenti erat. Noster vero antistes hoc et solus, et ex seipso præstitit, ac sapientia quadam excellenti: siquidem mentes et interiorem hominem procurare res est omnium præstantissima. Cum igitur animi sui consulta perfecerit, admiratione supra quam dici possit ac singulari præconio dignus est.

XXXIV. *Studium communis vitæ et æqualitatis.* — Quoniam autem nulla res magis ad concordiam facit, quam rerum omnium communio et æqualitas (nam in ea quæ secundum Deum est vivendi ratione dici non debet meum et tuum, aut majus et minus, quæ prava sunt et concordiæ inimica), constituit ut communia essent omnia, etiam vestes: quo unusquisque sortiretur quidem ea quibus indigeret, proprium autem nihil sibi vindicaret. Unum voluit et locum esse ubi singuli possent vestem, sive illam prorsus abjici, sive sarciri oporteret, deponere, et novam ab eo cui id negotii commissum

[h] Jerem. VI, 27.

VARIÆ LECTIONES.

[7] al. ἐπηγορία. [8] Al. τιθοῖτο.

Digitized by Google

erat, accipere. Quorum enim vita et institutum et mensa una est, et omnia in commune posita, vel, ut aliquid sublimius dicam, quorum animæ ipsæ et ad Deum exaltatio et ascensio communis erat, illos decebat omnia, etiam minima quæque, tanquam communia accipere, ut apud ipsos communitas rerum omnium et æqualitas servaretur, juxta id quod ab Apostolo dictum est, quia *Multitudo credentium erat cor unum et anima una : nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia* [1]. Quare neque ipse Pater penes se quidquam habebat proprium aut non de medio sumptum : sed in eodem ac cæteri vestiario tunicam deponens, illam sumebat quæ prima occurreret, et quam videret asperrimam, ut hac etiam in re cunctis esset humilitatis exemplar.

XXXV. *Laboris studium.* — Memor autem beati Pauli dicentis : *Neque gratis panem manducavi; sed manus istæ mihi, et iis qui mecum erant, ministraverunt* [2] ; laborare et ipse constituit, manus continuo versans in codicibus, operamque suam ad eos adjungens ex discipulis, qui opus manu faciebant. Exstant apud nos ad hunc diem ejus manu scripta pulcherrima. Composuit et libros alios, quos propria lingua dictavit, quorum sensus manifestam quamdam divinæ gratiæ vim ostendunt.

XXXVI. *Theodori scripta Catechesis Parva.* — In his primum locum tenet, qui Parva dicitur Cachesis, quatuor et triginta supra centum distincta sermonibus, quos quidem fratribus ipse pronuntiavit, congruentes cuique diei singulos, lectissimis sententiis, verbisque ornatissimis, scite admodum pertractans, nunc de animi fortitudine adversorumque contemptu, de monasticæ observationis perseverantia, et membrorum mortificatione ; nunc de constantia in quotidianis certaminibus, et præstanti adversus casus omnes animi contentione. Ex hoc libro tres sermonum particulæ prima quaque die hebdomadis apud nos in Ecclesia recitari consueverunt, quæ nobis rerum agendarum memoriam refricant, et ad vitam deinceps instituendam conducunt.

XXXVII. *Catechesis Magna.* — Alterum deinde librum elaboravit, Magnum Catechisticum, tribus membris seu partibus comprehensum ; qui egregia cœnobii instituta singillatim declarat, disciplinam tradens supra quam dici queat, utilissimam. Quantum vero utrique insit gratiæ, cœlestisque philosophiæ, cuivis notum, qui eorum lectionem vel leviter attigerit. Etenim multi sane libros multos, eosque utiles elucubrarunt, elegantia et sermonis ornatu excellentes : mihi tamen sic persuadeo, nullo ex alio tantum lucis, tantumque compunctionis haurire animam, quantum ex Patris Catechesibus, quæ singularem cum suavitate persuadendi vim habent, et conjunctam cum utili gratiam præ se ferunt.

XXXVIII. *Panegyrici.* — Scripsit præterea vir

[1] Act. IV, 32. [2] II Thessal. III, 8.

A ὁμοῦ, ἤ, ἵνα τὸ ὑψηλότερον φῶ, ὧν αἱ ψυχαὶ κοιναί, καὶ ἡ πρὸς Θεὸν ὕψωσις καὶ ἀνάβασις· τούτους τι ἄλλο, καὶ οὐχὶ μέχρι τοῦ μικροτάτου πάντ' ἐχρῆν ἐλέσθαι κοινά ; ἵνα διὰ πάντων αὐτοῖς καὶ τὰ τῆς κοινωνίας σώζοιτο καὶ ἰσότητος, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου, ὅτι *Τοῦ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία, καὶ οὐδὲ εἷς τις τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ ἔλεγεν ἴδιον εἶναι, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά.* Τούτου ἕνεκα καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ, οὔτε τι ἰδιάζον εἶχε παρ' ἑαυτῷ, οὔτ' ἄλλως ὑπεξῃρημένον· ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ ἱματοφυλακίῳ τὸν χιτῶνα ἴσα τοῖς ἄλλοις ἀποτιθέμενος, τὸ προστυχὸν καὶ οἷον μᾶλλον ἐώρα τῶν ἐνδυμάτων τραχύτερον ἀνελάμβανεν· ὡς ἂν εἴη κἂν τούτῳ τύπος τοῖς ὑπ' αὐτὸν ταπεινώσεως.

B

Μνημονεύων δὲ ἀεὶ τοῦ μακαρίου Παύλου εἰρηκότος, ὅτι *Δωρεὰν ἄρτον οὐκ ἐφαγον· ἀλλ' αἱ χεῖρες αὗται ἐμοὶ καὶ τοῖς σὺν ἐμοὶ διηκόνησαν·* ἐργάζεσθαι καὶ αὐτὸς ἤθελε πάντοτε τὰς χεῖρας ταῖς ἕλκτοις κινῶν, καὶ τὸν ἴδιον κόπον τοῖς ἐργοχείροις συνεισφέρων τῶν μαθητῶν. Ἐξ ὧν καί τινα τῶν βιβλίων ἔτι μένουσι παρ' ἡμῖν τῆς αὐτοχείρου γραφῆς κάλλιστα ὄντα πονήματα. Συνέταξε δὲ καὶ βίβλους ἑτέρας, ἃς οἰκείᾳ γλώσσῃ ὑπηγόρευσε· καὶ τὸν ἐν αὐταῖς νοῦν θείας εἶναι τὸ πλέον ἔδειξε χάριτος.

Καὶ πρώτη μὲν βίβλος αὐτῷ, ἡ Μικρὰ λεγομένη Κατήχησις, τεσσάρων οὖσα καὶ τριάκοντα λόγων πρὸς τοῖς ἑκατόν· ἡ τοῖς ἀδελφοῖς ἐπὶ στόματος ὡμιλήθη, καὶ τὰ πρόσφορα ἑκάστῃ ἡμέρᾳ, ἐννοίαις ὑπερφυέσι καὶ ῥήμασι θειοτέροις, εὐσκόπως ἐν αὐτῇ ἐνεσημάνθη, τοῦτο μὲν, ἀνδρεία ψυχῆς καὶ τῶν δεινῶν ὑπερφρόνησις· τοῦτο δὲ, καρτερία περὶ τὴν ἄσκησιν καὶ τῶν μελῶν νέκρωσις· τοῦτο δ' ἐν τοῖς καθ' ἡμέραν ἀγωνίσμασι, στερρότης νοῦ, καὶ τῶν ἐπιόντων ἀντίστασις. Ταύτης τῆς βίβλου τρεῖς λόγων περικοπαὶ κατὰ μίαν τῶν ἑβδομάδων παρ' ἡμῖν ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινώσκονται· ὑπόμνησίν τε ἡμῖν δηλαδὴ τῶν πρακτέων, καὶ τοῦ ἐξῆς βίου εἰσηγούμεναι τὴν ὠφέλειαν.

C

Δευτέρα δὲ μετ' ἐκείνην, ἐπονήθη βίβλος αὐτῷ, ἡ Μεγάλη καλουμένη Κατηχητικὴ, ἐν τρισὶ τμήμασι διαπλουμένη· ἡ καὶ ἀνὰ μέρος τὰ καλὰ τοῦ κοινοβίου διεμφαίνει παραγγέλματα, τὴν διδασκαλίαν ὡς οὐκ ἄν τις εἴπῃ διεξιοῦσα εἰς τὸ ὠφελιμώτατον. Ὅσης δὲ ἀμφότεραι χάριτος καὶ φιλοσοφίας τῆς ἀνωτάτω, παντὶ γνώριμον, τῷ καὶ μικρὸν ἐπιστήσαντι. Καὶ γὰρ πολλοῖς μὲν ἄλλοις βίβλοι πολλαί τε καὶ ὠφέλιμοι ἐξειργάσθησαν, κάλλει τε καὶ φράσει ὑπερφερεῖς· ἀλλὰ πείθομαι μὴ τοσοῦτον ἀπ' ἄλλης φωτισμοῦ οὕτω πληροῦσθαι καὶ κατανύξεως τὴν ψυχὴν, ὅσον ἀπὸ τῶν τοῦ Πατρὸς Κατηχήσεων, πολὺ τὸ ἐπαγωγὸν μετὰ τοῦ ἡδέος ἐμφαινουσῶν, καὶ μετὰ τοῦ ὠφελίμου τὸ χαριέστατον.

D

Καὶ Πανηγυρικὴν δὲ βίβλον συνέταξεν ὁ θεόληπτος,

Digitized by Google

ἔνθα τὰς περιφανεῖς τοῦ Δεσπότου διέξεισιν ἑορτὰς, καὶ λόγοις εὐγενέσι κοσμεῖ· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τῆς Θεομήτορος καὶ τοῦ Προδρόμου ὡσαύτως καὶ Βαπτιστοῦ· οὗ καὶ τὸ τῆς πολιτείας ἀνῳκισμένον ἐπιχαρίτως ἐξύμνησε.

Συνετέθη δ' αὐτῷ καὶ βίβλος διὰ στίχων ἰάμβων· τήν τε πλάσιν τοῦ γενάρχου διαλαμβάνουσα καὶ παράβασιν, καὶ φθόνον τοῦ Κάϊν, καὶ χεῖρα, φεῦ, κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἐπανατεινομένην, καὶ φόνον ἐργαζομένην τὸν ἀδικώτατον. Καὶ μέντοι πάλιν καὶ τοῦ Ἐνὼχ εὐαρέστησιν, καὶ τοῦ Νῶε καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ δὲ φύντων γέννησιν, βίον, διαγωγήν. Ἀπηριθμήσατο δὲ ἐν αὐτῇ καὶ πᾶσαν τὴν τῶν Εἰκονομάχων αἵρεσιν, οὓς καὶ ὡς κακῶν σπουδάρχας, τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλεν.

Αἱ δὲ τῶν Ἐπιστολῶν αὐτοῦ βίβλοι πέντε, αἱ παρ' ἡμῖν οὖσαι τέως· ἐν αἷς καὶ τὸ πεπαῤῥησιασμένον τοῦ Πατρὸς δείκνυται, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς μεμερισμένον καὶ σπουδαιότατον· καὶ ὅπως κἂν τοῖς πάθεσιν ἀνάλωτος ἔμεινε καὶ ἀήττητος, μηδὲν τῶν δεινῶν τρέσας, μηδὲ καθυφεὶς τοῦ φρονήματος ἐν τοσαύταις ἐπαγωγαῖς τῶν καιρῶν καὶ ἐπαναστάσεσι.

Πρὸς πᾶσαις δὲ καὶ βίβλος Δογματικὴ τῷ φιλολόγῳ ἐξείργασται· ἐν ᾗ στερρολ λόγοι καὶ ἀντιῤῥητικοὶ θαυμασίως τούτων ἐξησκημένοι, καὶ τὰ τῶν Εἰκονομάχων σοφίσματα διαλύοντες· ἄγχοντες αὐτοὺς, καὶ οὐδ' ἀναπνεῖν συνόλως ἐῶντες, ἀλλὰ ταῖς ἀληθιναῖς τῶν δογμάτων προτάσεσι τὸ ψεῦδος αὐτῶν καταβάλλοντες. Ἔνθα καὶ κατὰ τῶν δυσσεβῶς βεβασιλευκότων πολὺς πνεῖ, στίζων κἀκείνους λόγοις τοῖς πρέπουσι· καὶ οἷς ἂν διαπαντὸς ὁ βίος αὐτῶν στηλιτεύοιτο.

Αὗται αἱ βίβλοι, ἃς ὁ θεοφόρος Πατὴρ ὑπηγόρευσε, καὶ γλώσσῃ σοφωτάτῃ ἐτράνωσεν. Εἶχε γὰρ ἀεὶ ἐν αὐτῷ τὴν ἀληθινὴν σοφίαν καὶ πρώτην ὑπηχοῦσαν αὐτῷ καὶ τὸ φῶς τῆς γνώσεως ἐπιλάμπουσαν· μικρὰ ἢ οὐδὲν τῆς κάτω δεόμενος σοφίας, καὶ ἧς ἦν πάλαι ὑπεριδὼν, ἀφ' οὗ πρὸς τὴν ἄνω διέκυψεν· ὅθεν καὶ τῇ χάριτι πλεονάζων, πολλὴν κατὰ πᾶσαν ἡμέραν τὴν ἐργασίαν ἐπῆγε, γράφων αὐτὸς, ἄλλοις ὑπαγορεύων, τὰ πρακτέα ὑποτιθεὶς, τοῖς θείοις πείθων ἐμμελετᾶν· ἑνὶ λόγῳ πάντας ὠφελῶν, πᾶσι παραδιδοὺς τὰ σωτήρια.

Ἀλλ' οὐκ ἔμελλεν οἴσειν ὁ πονηρὸς, οὐδὲ ἀνέξεσθαι, εἰ μὴ πάλιν τῷ δικαίῳ ἐπίθοιτο, οἷα βασκαίνων αὐτῷ πάντοτε, καὶ ποιοῦντι καλῶς ἐγκοτῶν. Τὸν γὰρ τῶν σκήπτρων τηνικαῦτα ἐπειλημμένον ἀτεχνῶς ὑπελθὼν, Νικηφόρον φημὶ τὸν δύστροπον, τὸν καὶ τὴν θεοφιλῆ Εἰρήνην τῆς βασιλείας ἐξώσαντα, καὶ ἑαυτῷ ταύτην ἐπὶ κακῷ περιθέμενον τῷ σφετέρῳ, δι' ἐκείνου κακώσειν τὸν ὅσιον, ἔργον ὁ ἀναιδὴς τίθεται. Ὅτῳ δὲ τρόπῳ, ὁ λόγος ἤδη ἐρεῖ. Οὗτος τοιγαροῦν ὁ Νικηφόρος, τῷ[a] μὲν δοκεῖν Χριστιανὸς τυγχάνων, καὶ ἡμῖν κοινωνῶν τοῦ ὀνόματος,

A divinus Panegyricum volumen, in quo insignes Domini dies festos enarrat, et præclaris orationibus exornat; nec Domini solum, verum etiam Deiparæ, et Præcursoris item Joannis Baptistæ; cujus etiam solitudinem, vitamque ab hominum congressu semotam, eleganti hymno celebravit.

XXXIX. *Iambici.* — Scripsit et librum iambicis versibus, in quo et primi parentis ortum lapsumque descripsit, Cainique invidiam, ac manum, quæ fratri, heu! injecta, cædem patravit iniquissimam. Enochi deinde gratam innocentiam, ac Noe, ejusque filiorum exortum, vitam, conversationem. Recensuit insuper eodem opere universam Iconomachorum hæresim, quos ut malorum fautores atque auctores anathematis nota perstrinxit.

B XL. *Epistol. libri quinque.* — Epistolarum autem ejus libri quinque sunt numero, qui apud nos hactenus asservantur: in his et singularem Patris libertatem videre est, et sollicitudinem ac sedulam industriam; et quemadmodum inter calamitates erectus semper manserit, et invictus, nullis ærumnis fractus, nihil remittens de mentis proposito, in tantis incursibus et temporum injuriis.

XLI. *Dogmaticus liber.* — Præter hos omnes, Dogmaticum etiam librum composuit, in quo validæ insunt disputationes refutatoriæ mirabiliter contextæ ad dissolvenda Iconomachorum sophismata, quibus illi sic urgentur et anguntur, ut nec spirare eos sinat, verisque dogmatum argumentis illorum C mendacia expugnet ac dejiciat. Contra impios autem imperatores multis invehitur, illos pariter congruenti oratione contingens, quæ illorum vitæ moribusque perpetuam notam inussit.

XLII. — Atque hi sunt libri quos deifer Pater ore suo edidit, ac disertissima lingua explanavit. Semper enim præsentem habuit secum veram sapientiam primam omnium intus insonantem, et mentis aciem illustrantem; parum aut nihil penitus egens humana sapientia, quam contemnebat jamdudum, ex quo ad sublimiorem illam oculos converterat. Quo fiebat, ut abundantis gratiæ ope nixus, multa quotidie indefessus præstaret, scribens ipse, aliis dictans, facienda præcipiens, divinis rebus incumbere persuadens, atque, ut uno D verbo dicam, omnibus commodans, omnes aptis ad salutem rebus instituens.

XLIII. — *Imperator restitui jubet Josephum.* — Sed ferre non poterat inimicus, nec tenere se, quin Theodorum iterum aggrederetur, tanquam invidens ipsi perpetuo, ejusque recte factis succensens. Eum enim qui sceptris per id tempus potiebatur, Nicephorum dico improbum illum, qui piam Irenen imperio spoliavit, et imperium ipse per vim atque injuriam invasit; hunc, inquam, ad oppugnandum sanctum virum Theodorum impudens excitavit. Quonam autem pacto, deinceps exponam. Hic ergo Nicephorus, specie quidem Christianus, eamdemque

VARIÆ LECTIONES.

[a] al. τό.

Digitized by Google

nobiscum communionem habens nominis, revera autem, factisque ipsis, Christi hostis (quod omnium pessimum erat) conquiescere nequibat, tanquam ad malum natus, nisi omnia miscere conaretur, et quidquid in animum venisset, nihil intentatum relinqueret. Cui inter cætera nulla cura, nulla sollicitudo fuit, res Ecclesiæ perturbare, ut ad majora, et qualia ipsum decebant, ejus malitia progrederetur. Hac enim pace, quam paulo ante adepta vix fuerat, frui non ferens, multis nuper agitatam tumultibus, alia rursum ratione conatus est in novos motus seditionesque conjicere. Josephum siquidem illum, communi Ecclesiæ calculo a Tarasio, ut dictum est, jure olim ejectum ob manifestum ab eo commissum crimen, quod nemini obscurum est, non dubitavit iterum tyrannice et contra canones, heu! in Ecclesiam revocare, atque ademptum illi sacerdotium restituere. Quid novus hic dogmatum auctor non erat dicens? quid non agens? quod denique sceleris genus prætermittens, ut cogitata et inchoata perficeret? adeo ut, quod omnium absurdissimum erat, hæc jam dicere non puderet: Nihil novi, inquit, aut temerarii alioqui fecerimus, si ab alio pulsum ipsi recipiamus. Quinimo charitatis legem observabimus; in quo quidem et obsequentes universos habebimus, et suffragatores atque socios. Et legem hoc loco charitatis, (o legum æquitas, et sacri sermones!) impudens commemorabat, cui nec quid lex, quid charitas sit, exploratum unquam fuit! Quem si nihil aliud, hoc certe cogitare oportebat, quamvis amens et vecors in cæteris esset: tametsi hunc patriarcha Tarasius deposuerit, qui a nobis nunc abiit, et ad superas sedes emigravit; tametsi suis aliis eum sententiis damnaverint: at nobis non solum quæ ab illis statuta sunt transilire nefas est, sed eadem confirmare vel maxime convenit, cum eadem nobis atque illis sit gratia: ne Patrum nostrorum leges mutare videamur, et studio impii esse.

XLIV. *Patriarcha restituit Josephum.* — Quorum ille nihil prorsus recogitans, patriarcham vi aggreditur: Nicephorus is erat Tarasii successor: omnibus eum machinis oppugnans, ut vel invitus voluntati ejus obsequeretur, et sacerdotium redderet Josepho. Quod ille sane vi tandem ægre adductus præstitit, veritus, opinor, vir Dei, ne atrocius quippiam insanus ille moliretur, Ecclesiamque vehementius exagitaret, si quod tantopere concupierat, non obtineret.

XLV. *Theodorus ideo se subtrahit a patriarcha.* — Verum hæc audacia denuo scidit Ecclesiam, eosque qui antea concordes erant, rursus divisit. Etenim Pater noster Theodorus indigne ferens quæ gesta fuerant, statim ipse cum omnibus monachis abscessit: cum eorum, qui facinus illud patraverant, sententiæ aut consilio, neque ser-

A τῇ δὲ ἀληθείᾳ καὶ οἷς εἶχε πράττειν, μισόχριστος, καὶ πολλῷ τούτου χεῖρον, οὐμενοῦν οὐδ' ἐν ἑαυτῷ μένειν ἐδόκει, οἷα τῷ πονηρῷ πραθείς, εἰ μὴ πάντα διαπράττειν ἐπιχειροίη, εἰ καὶ μηδενὸς τῶν κατὰ γνώμην ἀπέχοιτο. Ὅς γε πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν διαθεῖναι κακῶς, οὐδὲ μικρᾶς ἔθετο τῆς φροντίδος· ἵνα ἔχοι καὶ μᾶλλον ἐπὶ τὰ μείζω τὴν κακίαν ὁδεύουσαν, καὶ ἐφ' ἃ τούτῳ πρέπον ἐστίν. Οὐκ ἐνεγκὼν γὰρ ταύτην μένουσαν ἐπὶ τῆς εἰρήνης ὁρᾷν, ἣν μόλις ἀπέλαβεν ἐναγχος, πολλαῖς πρότερον κλονηθεῖσαν ταῖς ταραχαῖς, πειρᾶται καὶ τρόπον ἄλλον ὁ βάσκανος, στάσιν αὐτῷ καὶ ταραχὴν ἐμβαλεῖν. Τὸν γὰρ Ἰωσὴφ ἐκεῖνον, τὸν πάλαι ψήφῳ κοινῇ τῆς Ἐκκλησίας ἐνδίκως, καθὰ καὶ εἴρηται, πρὸς τοῦ ἐν ἁγίοις ἀπωσθέντα Ταρασίου, ἐφ' ᾧ τὸ περιφανὲς B ἐκεῖνο εἰργάσατο τόλμημα, ὃ τῶν πάντων οὐδεὶς ἀγνοεῖ, τοῦτον τολμᾷ πάλιν τυραννικῶς, φεῦ! καὶ ἀκανονίστως τῇ Ἐκκλησίᾳ εἰσαγαγεῖν, καὶ τὴν ἀφαιρεθεῖσαν δοῦναι ἱερωσύνην· τί μὲν ὁ καινὸς οὐ λέγων δογματιστής; τί δ' οὐ πράττων; ποῖον δὲ πονηρίας εἶδος μεθεὶς, ὥστε εἰς ἔργον αὐτῷ χωρῆσαι τὸ σπουδαζόμενον; ἔνθα καὶ τὸ πάντων εἰρηκέναι καταγελαστότατον, ὡς Οὐδὲν, φησὶ, καινὸν, ἢ ἄλλως παρακεκινδυνευμένον δράσοιμεν, εἰ τὸν ὑπ' ἄλλου ἐξωσθέντα, αὐτοὶ προσλαβοίμεθα. Μᾶλλον μὲν οὖν καὶ νόμον ἀγάπης τιμήσαιμεν· ἐφ' ᾧ δὴ καὶ πειθομένους ἕξομεν ἅπαντας, καὶ ταῦτα ἡμῖν συμφρονοῦντας καὶ πράττοντας. Καὶ νόμου ἐνταῦθα καὶ ἀγάπης, ὧ νόμων εὐθύτης καὶ ἱεροὶ λόγοι, ὁ ἀναιδὴς C μέμνηται, ὁ μηδὲ ὅ τί ποτέ ἐστι νόμος ἢ ἀγάπη πώποτε εἰδώς. Ὅς εἰ μή τι ἄλλο, τοῦτο γοῦν ὅμως ἐχρῆν συνιδεῖν, τἄλλα καίπερ ἀσυνετῶν, ὅτι κἂν ὁ πατριάρχης Ταράσιος τοῦτόν ἐστι καθελὼν, ὃς νῦν ἡμᾶς ἀπέλιπε, καὶ πρὸς τὰ ἄνω διέβη, κἂν ἄλλοι τούτῳ τὴν καταδικάζουσαν ἤνεγκαν, ἀλλ' ἡμᾶς γε, οὐχ ὅπως τὰ ὑπ' ἐκείνων παραβαίνειν, ἀλλὰ καὶ βεβαιοῦν ἐς ὅ τι μάλιστα χρὴ, μιᾶς οὔσης ἡμῖν τε κἀκείνοις τῆς χάριτος· ὡς ἂν μὴ δόξωμεν Πατέρων νόμους μετακινεῖν, καὶ ἀσεβεῖν ἐξεπίτηδες.

Ὧν οὐδὲν ἐκεῖνος ἐννοεῖν ἔχων, ἐπιτίθεται βιαίως τῷ πατριάρχῃ. Νικηφόρος δ' ἦν οὗτος ὁ τοῦ Ταρασίου διάδοχος· ἀνάγκην οὐδὲ φορητὴν τούτῳ ἐπάγων, ὡς ἂν πράξοι καὶ μὴ βουλόμενος, τὸ ἐκείνῳ δοκοῦν, καὶ τὴν ἱερωσύνην ἀποδοίη τῷ Ἰωσήφ. Καὶ δὴ D πράττει τοῦτο βίᾳ καὶ μόλις· δείσας, οἶμαι, ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, μή τι ἄλλο χεῖρον νεωτερίσῃ ὁ παραπλὴξ, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν βλάψῃ μειζόνως, ἀποτυχὼν οὗ νῦν ἐφετῶς ἔχει.

Ἀλλὰ τοῦτο τὸ λῆμμα[10] καὶ τὴν Ἐκκλησίαν πάλιν διέτεμε πρὸς ἑαυτὴν, καὶ τοὺς πρὶν ἡνωμένους ἀπ' ἀλλήλων διέστησεν. Ὁ γὰρ Πατὴρ ἡμῶν Θεόδωρος, οὐδ' ἀνεκτῶς ἔχων ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις, ἀφιστᾷ ἑαυτὸν παραχρῆμα, σύναμα πᾶσι τοῖς μονασταῖς, τῆς τῶν δρασάντων καὶ γνώμης καὶ βουλῆς μηδὲν τὸ παράπαν κοινωνήσας αὐτοῖς, μὴ λόγοῳ, μὴ

VARIÆ LECTIONES.

[10] f. τόλμημα.

Digitized by Google

ἔργου, μὴ ἄλλου τῶν πάντων μηδενός. Συναφίσταται αὐτῷ καὶ τοῦ λαοῦ οὐκ ἐλάχιστον· καὶ τούτων αὐτῶν μάλιστα, ὅσοι τῶν πάντων ἔκκριτοι, καὶ τὴν πολιτείαν ἐξειλεγμένοι. Οὐ γὰρ ἡμέτερον, φησὶν ὁ γεννάδας καὶ ἀληθὴς τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων ὑπέρμαχος, Πατέρων οὕτω μεθιστᾶν ὅρια, καὶ τὰ καλῶς δεδογμένα τούτοις λύειν· καὶ ἐπὶ βλάβῃ τῇ σφῶν, περιττά τινα καὶ τῆς Ἐκκλησίας οἰκονομεῖν ἐκφυλα. Μὴ γὰρ οὕτω ποτὲ καὶ φρενῶν σχοίημεν, ἵν' ἐπηρεαστὰς ἑαυτοὺς ποιησαίμεθα πράγματος, καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων τοῦ Θεοῦ προτιμήσαιμεν, τὰ δοκοῦντα τῷ δεῖνι, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς καινοτομεῖν ἐθέλουσιν, αὐτοὶ πράττοντες· καὶ ταῦτα πρὸ ὀμμάτων ἔχοντες κακὰ ἐπενεχθέντα ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ δείματα, ἡνίκα βασιλεὺς ἐν ταυτῷ καὶ λαὸς παρηνόμει, καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ τούτου συνωμότης ἱερεὺς, μικρᾶς δόξης χάριν, τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας ἐξωρχεῖτο μυστήριον. Ἔτι γὰρ τούτοις σαλευομένην ἔχοντες τὴν διάνοιαν, δέος ἡμῖν μὴ καὶ πάλιν τῆς τοῦ Θεοῦ ὀργῆς πειρασώμεθα, ἐκ τοῦ πάλιν τοῖς αὐτοῖς περιπίπτειν, καὶ ἐκεῖνα συνιστάνειν ἐπιχειρεῖν, ὧν ὡς βλαβερῶν ἀποστῆναι ἐσπεύσαμεν.

Τούτοις ὁ Πατὴρ καὶ γνώμης ὅπως εἶχε καὶ λογισμοῦ διαῤῥήδην ἐμφήνας, ἀποδίσταται, ὡς ἔφημεν, συνόλως αὐτῶν, μηδενὸς τὸ παράπαν πεφροντικὼς, μὴ βασιλέως τὰ δεινὰ ποιήσειν αὐτὸν ἀπειλοῦντος, μὴ τῶν ἐκείνου συμφρόνων, μυρίαν αὐτῷ τὴν βίαν ἐπαγόντων, μὴ τῶν ἄλλων τῇ ἀρχῇ συμπραττόντων, ἱερέων τε καὶ λοιπῶν τῶν ἐν τέλει. Μόνου γε μὴν τοῦ πατριάρχου ἀπευκτὴν ὅλως καὶ οὐδὲ φορητὴν τὸ παράπαν ἐνόμιζε τὴν διάζευξιν· οἱονεὶ διχοτομίας ἑαυτοῦ ἐπαισθόμενος, καὶ ὀδύναις ἀῤῥήτοις διὰ ταύτην βαλλόμενος. Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἦν ἄλλως αὐτῷ τὸ συνοῖσον ἑλέσθαι, ἔμενε φέρων τὰ λυπηρὰ, πάντα μᾶλλον αἱρούμενος, ἤ τι πρᾶξαι τῶν μὴ δοκούντων Θεῷ, καὶ φανῆναι ἀντικρυς, ἄλλο τι πρὸ ἐκείνου τιμῶν.

Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις· Πότερος τούτων τετήρηκε τὸ καλὸν, καὶ τὸν καιρὸν εὖ διατέθεικεν; ὁ ἐκεῖνα οἰκονομήσας, καὶ τοῦ πρέποντος καθυφείς, ἢ ὁ ἐν πᾶσι μείνας ἀπρόσκλιτος, καὶ μηδὲν μηδαμοῦ τῆς ἀκριβείας ὑπεκστάς; Ἀλλ' εἰποιμεν ἂν πρὸς αὐτὸν, ὅτι Μικρὰ, ὦ οὗτος, πᾶσα ἀνθρωπίνη διάνοια πρὸς τὴν τῶν τηλικούτων κατάληψιν. Θεὸς δὲ μόνος, ᾧ καὶ πάντα περιληπτὰ, ὁ καὶ τὸν [11] βέλτιον ἰδεῖν ἱκανὸς καὶ κρῖναι τοῖς πράγμασι τὸ ἀληθὲς δυνατός. Ἐμοὶ δὲ τοσοῦτον εἰπεῖν, ὅτι ᾔδει καὶ ὁ πατριάρχης μὴ καλῶς ἔχον τὸ πρᾶγμα, μηδὲ τοῖς ἱεροῖς κανόσι στοιχοῦν. Πῶς γὰρ οὔ, ὁ τὰ θεῖα ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλως [12], μεμαθηκὼς ἄνωθεν; Οὐκ εἶχε δὲ ὅπως μὴ τῷ βασιλεῖ γένοιτο καταπειθὴς, τὸ τούτου δύσνουν ἐκ μακροῦ ἐπιστάμενος, καὶ τὸ τῆς γνώμης κακὸν ἐπικαιρότατον, ᾧ καὶ κακουργῆσαι πάντα καὶ συγχέαι, ἴσον ἐδόκει καὶ τὸ πρᾶξαι μηδέν. Ὁ δὲ Θεόδωρος τούτων μὲν ἐφρόντιζεν οὐδαμως· μόνου δὲ τοῦ Θεοῦ ἐχόμενος ἐν παντὶ, οὔτε τοῖς καιροῖς μεταβάλλεσθαι,

A mone neque facto, neque alia ulla re communicavisset. Abscessit una cum ipso pars populi non parva, atque ii maxime qui præcipui omnium et stratu aliquo insignes erant. Non enim nostrum est, inquiebat strenuus ille et verus legum Dei defensor, transgredi terminos quos posuerunt Patres nostri, et præclara eorum instituta abrogare, aut non sine proprio damno quædam supervacanea et Ecclesiæ ignota instituere. Nunquam enim sic animis affecti erimus, ut hujusmodi negotii vindices velimus esse, et humana divinis anteponamus, ea facientes quæ homini nescio cui, et universim omnibus nova molientibus placent : cumque hæc ante oculos versentur, nec non pavor cœlitus nobis tunc injectus, cum imperator una cum populo
B errabat, et ille ipse, qui cum imperatore conspirabat, sacerdos, tenuis gloriæ studio magnum pietatis mysterium prætendit. Animum quippe rebus istis adhuc perturbatum occupavit timor, ne iram Dei rursus experiamur in eadem prolapsi, eaque approbare aggressi a quibus tanquam perniciosis abscedere studuimus.

XLVI. — Itaque cum Theodorus, quis esset ipsius super ea re sensus et cogitatio, plane aperuisset, ab istis, sicut jam diximus, prorsus abscedit, minime curans imperatorem quantumvis gravia comminantem, nec eos qui cum imperatore consentiebant, cæterosve imperii administros, vel sacerdotes, vel alios magistratus. Sed præcipue
C patriarchæ detestandum neque tolerabile discidium esse censebat, tanquam si ipse scinderetur sentiens, indeque incredibili dolore affectus. Sed quoniam aliter id quod utile erat tenere non poterat, has molestias ferebat patienter, nihil non eligens potius, quam aliquid committeret contra Deum, aut ullam rem pluris quam ipsum facere videretur.

XLVII. *Uter egerit rectius, Theodorus, an patriarcha?* — Sed dicet fortasse quispiam : Uter honestum servavit et opportunitate recte usus est? isne qui ut se accommodaret rebus, aliquid officii sui prætermisit, an qui inexorabilis in omnibus permansit, neque de exacta justitia quidquam remisit? Huic autem ita respondebimus : Angustior est humana
D mens, o bone vir, quam ut res tantas possit comprehendere. Solus vero Deus est qui omnia comprehendat, atque id quod melius est cognoscat, et quid verum sit in rebus discernat. Mihi autem satis sit dicere, patriarcham, quam injusta et abhorrens a sacris canonibus res esset, non ignoravisse. Quid enim aliter? cum cœlitus divina sic didicisset ut nemo alius. Non debuit autem imperatori morem gerere, cum jampridem cognosceret pravam ejus mentem et varium pro tempore ingenium, cui pro nihilo erat pervertere omnia et confundere. At Theodorus Deo uni addictus, cætera

VARIÆ LECTIONES.

[11] f. τό. [12] al. ἄλλος.

Digitized by Google

non curabat ullatenus, ac prorsus alienum a se existimabat servire tempori, aut potentiorum gratiæ quidquam concedere : sed *Testimonia Dei loquebatur in conspectu regum*[k], non reformidans diem hominis, ut divinus Jeremias ait[l], neque se potestatibus submittens, aut aliud quidpiam earum rerum quæ videntur suspiciens. Cujus excelsitatem animi laudabant omnes ac mirabantur. Patriarcha autem multo etiam magis reverebatur libertatem loquendi cum sapientia conjunctam, ac propterea nec remittere quidquam voluit de sua erga eum propensione, ipso etiam discidii tempore, neque omnino sententiam mutare, nec observantiam singularem qua eum prosequebatur imminuit, aut de illa vel minimum remisit. Neque ullum porro ex communi Ecclesiæ discidio fructum cepit is qui scandali causa fuerat, et zizaniorum sator : sed postquam ipsius defensor obiit, ipseque amisso sacerdotio sacris septis ejectus fuit, in fœdiorem etiam quam antea calamitatem incidit : ut ipsa re disceret non licere iniqua patrantibus pœnam declinare, etiamsi ea non statim ingruat. Sed ad illa quæ dicere instituimus oratio nostra revertatur.

XLVIII. *Theodorus pellitur in insulam prope Byzantium.* — Ut enim vidit impius imperator, nulla in re Theodorum virum sanctum flecti, nec cedere sibi, nec factis suis assentiri, monasterio illum suo atque urbe pariter extrudit, relegatque in insulam quamdam ex iis quæ proximæ sunt Byzantio : eadem pœna in Josephum fratrem, Platonemque sapientem decreta; haudquaquam una utrosque custodia includens, sed singulos seorsum, ita ut mutuus eis conspectus negaretur, quod unicum est in carcere solatium.

XLIX. *Imperator Studitas frustra tentat.* — Reliquam vero discipulorum turbam, ut Patre suo orbatam vidit, importunis minis aggressus, obscuros etiam in carceres conjecit, addita militum custodia, qui eos custodirent, quoad ipse de illis quæstionem exerceret. Statuta igitur die', adduci omnes, et coram sisti jubet : tum ipse prior gravi supercilio considens, oculisque ac vultu, totoque corporis habitu, latentem animi asperitatem ostentans, separari ante omnes illos jubet, atque in duas partes distribui, majores et judicio præstantes a reliquis secernens, quo faciliorem sibi concertationem efficiat. Atque hos quidem prius aggreditur : ita enim expedire sibi existimabat, quoniam cæteros, ut mentis acie inferiores, secuturos esse non dubitabat. Hos igitur omnibus machinis adoritur, partim rationibus, minisque interjectis, partim blanditiis ad durissimum quemque emolliendum idoneis, partim suppliciis cruciati-

Ἀλλ' ὁ ἐμπιπλῶν πᾶν ζῶον τῆς αὐτοῦ εὐδοκίας, οὐδὲ τὸν αὐτοῦ θεράποντα ἢ παρεῖδεν, ἢ τῷ ἀφορήτῳ ἐκείνῳ ἐπιπλέον παρακατέσχε λιμῷ· ἀλλὰ καὶ προνοίας ἠξίωσε, καὶ τροφὴν ἀπροσδόκητον ἐχορήγησε. Κατὰ γὰρ τὴν λεωφόρον ἐκείνην τῶν περιφανῶν τις καὶ τὰ πρῶτα βασιλεῖ δυναμένων, διιὼν τηνικαῦτα, καὶ μαθὼν τὰ περὶ τὸν ὅσιον ἕκαστα, ἐν οἷς τέ ἐστι, καὶ ὅπως λιμῷ τοσούτῳ καὶ ἄλλοις δεινοτέροις συνείληπται, ἔλεον τούτου λαβὼν, τοῦ Θεοῦ πάντως αὐτὸν πρὸς οἶκτον κινήσαντος, προσέταξεν, ἅτε παρὰ τῆς ἐξουσίας ἔχων τὸ θαῤῥεῖν, τροφὴν αὐτάρκη τούτῳ σὺν τῷ μαθητῇ δίδοσθαι, καὶ τῆς ἄλλης θεραπείας τυγχάνειν, καὶ μὴ τοῦ λοιποῦ παρορᾶσθαι ἀτημέλητον. Καὶ οὕτως εὐδοκίᾳ Θεοῦ, τὸν οἰκτιστον μόρον ἐκεῖνον διέδρασε, στηριχθεὶς μικρὸν τὸ σωμάτιον.

Ἐν ἄλοις δὲ τρισὶ τοσαυτοῦδε ἔτεσι καθειργμένος ἐκεῖσε τυγχάνων, πολλαῖς τε, ὡς εἰκὸς, προσπαλαίων ἀνάγκαις, διὰ καὶ τὸ τὸν στόμαχον αὐτῷ διοιδεῖν καὶ

recessus pulvere ac sordibus obsitus parturiebat et alebat? Quis (ut quod acerbissimum omnium erat, quodque omnibus miserationem moveat, commemorem) plagarum inflammationes, omniumque membrorum intumescentium dolores et cruciatus explicet, et pro rei gravitate repræsentet? Mitto custodum ludibria et subsannationes, famemque ab illis irrogatam; omnia denique acerba adhibita, quibus naturam penitus prosternerent. Sic enim illum siti atque fame cruciarunt, ut vix frustulum panis, non quotidie, sed alternis diebus injicerent per angustum foramen, quod unicum apertum reliquerant.

XCI. *Sola Eucharistia vescitur.* — Quo tempore fama est, Patrem summa illa inedia pressum, discipulo hæc dixisse: Conantur, ut video, fili, homines isti ad cæteras acerbitates, quas in nos exercent, etiam fame nos exstinguere, quam omnium miserrimam mortem esse norunt. Sed collocemus etiamnum spem nostram in Deo, qui non in solo pane alere potest, sed alio longe præstantiore cibo, quandoquidem spiritus omnis ejus solius nutu sustentatur. Et quoniam mihi præ cæteris Dominici corporis participatio, corporis simul et animæ alimentum esse solet (habebat enim ubique Pater secum partes aliquas vivifici corporis, peragebatque divina mysteria quandocunque celebrandi facultas erat), hunc ego solum cibum capiam, alium penitus nullum degustans; tibi vero uni ad victum C cedant, quæ duobus præberi solent; quanquam id ægre tibi suffecturum sit, utpote perexiguum. Sed sic fortasse corpusculum sustentabis hoc levi solatio, et vitam produces, excessumque meum œconomo et fratribus nuntiabis, si quidem ita statuet Dominus.

XCII. *Sublevat utriusque egestatem in carcere vir pius.* — Verum qui implet omne animal benedictione, haudquaquam famulum suum despexit, aut intolerabili fame illum diutius exercuit: sed providentia sua illum dignatus est, victumque præter exspectationem transmisit. Ex illustribus enim, primasque apud imperatorem obtinentibus, quidam via illa iter faciens, cum de sancto cognovisset, D quem in statum redactus esset, quemadmodum fame aliisque gravioribus torqueretur, ejus vicem dolens, Deo scilicet ad misericordiam illum commoveute, fiduciam præbente potentia, victum affatim illi ac discipulis præberi jussit, aliaque omnia subministrari, nec contemptos in posterum neglectosque sine cura destitui. Atque ita Dei benignitate, viribus confirmatis, mortem illam effugit.

XCIII. *Iterum cum Nicolao flagellatur.*—Triennio autem integro post id tempus, in eo carcere perseverans, permultis incommodis conflictatus est, præ-

VARIÆ LECTIONES.

[88] *f.* στεύδ.

Digitized by Google

cipue ob stomachi intumescentis dolores, qui ei morbus assuetus, ac velut collactaneus erat. Necdum vero ab his malis respirabat, cum acrioribus rursum aliis, o Dei judicia ! exsucco ac solis ossibus hærente corpusculo exercetur. Inciderant in manus imperatoris, nescio unde, litteræ, quas sanctus dictarat, et immanem illum immenso furore accenderant, ut quæ illius amentiæ, stuporisque notam, indiciumque continerent. Has ergo mittit e vestigio ad eum quem diximus magistrum militum Orientis; addito mandato, ut ad sanctum ipsemet proficiscatur, litteras ostendat, eumque ad extremum usque spiritum acerrime diverberet, ut tandem, inquit, desistat a contumacia. Qui simul ac advenit, primum illud interrogat, ejusne litteræ vel alterius essent quas manibus gerebat. Patre autem suas esse nec alterius affirmante, nullum aliud verbum addens, Nicolaum, prius ejus discipulum, tanquam epistolæ notarium, in oculis magistri nudum extendi, cædique imperat. Deindeque sanctum ipsum exuens, centum illi verberum plagas imponit, omnia propemodum membra dissecans, ossiumque ipsorum nexus et colligationes destruens, quæ solæ illi supererant. Transit inde rursus ad Nicolaum, ratus illum propter verbera molliorem factum, verbisque asperrimis ad sacrarum imaginum, magistrique ejurationem instigat. Ut vero fortiorem illum quam antea esse sensit, cum loris intextis, viminibusque recens excisis, manus ac pedes reliquumque corpus dilanians, iteratis plagis exulcerans, sub dio sic affectum reliquit, duplici tormento vexandum frigoris ac verberum doloris; tum enim Februarius mensis agebatur.

XCVI. *Mulier energumena Theodori procul dissiti res aperit.* — Quo autem tempore hæc sanctus illic cum discipulo patiebatur, mulier in Bithynia, quam dæmon obsederat, vehementius ab infesto spiritu agitari cœpit, oculos indecore torquens, spumasque ore despuens, atque hujusmodi verba intercisa voce proferens: Leo meus verbera iterum misit ad Theodorum, ejusque carnes laceravit. Sed ite, inquit, et afferte mihi responsum. Verumtamen nolite ad eum propius accedere, ne vos flamma exurat, quam ore gerit. Deinde interposito brevi silentio, iterum vociferabatur: Quid hoc rei est? nihil eorum factum est, quæ volebamus. Sciebam illum propter plagas minime flectendum: ut qui auxilio habet præsentem, humerisque suis insidentem virtutem. Et hæc quidem mulier energumena, procul licet posita, longeque ab illo distans, enuntiabat; indicans, opinor, eximiam quæ sancto inerat, virtutem atque gratiam, eumque in omnibus tormentis insuperabilem fore; ipso adeo infestos spiritus frustra infremientes, cladem suam cognoscere, et ministros suos adversus invictum athletam armare.

προσπάσχειν· οἷα σύντροφον τὸ περὶ αὐτὸν ἔχων πάθος. Μήπου δὲ μικρὸν ἀνενεγκών, ἢ ῥαΐσας, ἑτέρων αὖθις χειρόνων, ὦ Θεοῦ κριμάτων! ἐν οὕτω σαρκίῳ ἐκτετηγμένῳ, καὶ μόνοις ὀστέοις διηρτισμένῳ πεπείραται. Εἰς χεῖρας γὰρ τοῦ λυμεῶνος γράμματα, οὐκ οἶδ' ὅθεν, τοῦ ὁσίου ἐμπεσόντα, καὶ τὸν ἄγριον ἐκεῖνον ἐσχάτως ἐκμήναντα, οἷα στήλη καὶ ἔλεγχος τῆς αὐτοῦ παραπληξίας ὑπάρχοντα. Πέμπει παρ' εὐθὺ ταῦτα, τῷ μνημονευθέντι στρατηγῷ τῆς Ἑῴας, αὐτὸν ἐκεῖνον ἰκέσθαι πρὸς τὸν ἅγιον παρακελευσάμενος· καὶ τά τε γράμματα ἐπιδεῖξαι, καὶ πνοῆς ἄχρι καὶ τῆς ἐσχάτης, σφοδροτάτως τοῦτον μαστίξαι, ἵνα μηκέτι, φησὶ, ἐπὶ πλέον ἀπανθαδίζοιτο. Ὅς καὶ θᾶττον παραγενόμενος, πρῶτα μὲν πυνθάνεται, εἰ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἄλλου του, ἡ ἐπὶ χεῖρας τυγχάνει ἐπιστολή. Τοῦ δὲ Πατρὸς, αὐτοῦ καὶ οὐχ ἑτέρου εἶναι φάντος, οὐδὲ λόγου ἀξιώσας ἑτέρου [39], προστάττει παραυτίκα τὸν μαθητὴν Νικόλαον πρότερον, οἷα ταύτης γραφέα, ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ διδασκάλου γυμνὸν διαταθέντα τύπτεσθαι. Εἶτα καὶ τὸν ἅγιον ἀποδύσας, ἑκατὸν μαστίγων καταφορὰς δίδωσιν, ὅλα μικροῦ τὰ μέλη κατατεμών, καὶ τῶν ὀστῶν αὐτῶν περιθραύσας τὰς ἁρμονίας, αἳ μόναι αὐτῷ ὑπελείφθησαν. Εἶτ' αὖθις πρὸς τὸν Νικόλαον μεταβαίνει· οἰόμενος τούτῳ μαλακωτέρῳ, διὰ τὰς ἐπιτεθείσας πληγὰς ἐντεύξεσθαι, καὶ καταναγκάζει λόγοις τραχυτέροις τῶν τε ἱερῶν εἰκόνων καὶ τοῦ διδασκάλου γενέσθαι ἔξαρνον. Ὡς δ' εὗρε τοῦτον νῦν ἢ πρόσθεν στερρότερον, ἱμᾶσι πλεκτοῖς καὶ λύγοις νεοτμήτοις χεῖρας καὶ πόδας αὐτοῦ καὶ λοιπὸν καταξάνας σῶμα, καὶ δευτέραις πληγαῖς κατατραυματίσας, αἴθριον μένειν ἐπὶ σχήματος εἴασε, διπλῇ τιμωρεῖσθαι τῷ τε ψύχει καὶ τῇ τῶν μαστίγων ὀδύνῃ· ἦν γὰρ τότε τῶν μηνῶν Φευρουάριος [40].

Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα μετὰ τοῦ μαθητοῦ ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ ὁ ὅσιος ἔπασχε, καὶ γυνή τις ἐν τῇ Βιθυνῶν στρεφομένη, δαιμονίῳ τε οὖσα κάτοχος πνεύματι, ἠρξατο τηνικαῦτα ὑπὸ τοῦ ἐνεργοῦντος σπαράττεσθαι· ὄψεις τε ἀσέμνως στρέφουσα, καὶ ἀφρὸν τοῦ στόματος ἀποπτύουσα, καὶ τοιαῦτα ἄττα παρακεκομμένα ἐκφέρουσα. Ὁ ἐμὸς Λέων πάλιν ἀπέστειλε πρὸς τὸν Θεόδωρον μάστιγας, καὶ τὰς σάρκας τούτου κατέξανεν. Ἀλλ' ἀπέλθετε, φησὶ, καὶ φέρετέ μοι ἀπόκρισιν. Πλὴν ἐκείνῳ μὴ πλησιάσητε, ἵνα μὴ κατακαύσῃ ὑμᾶς φλόγα κατέχων τῷ στόματι. Εἶτα σιωπήσασα μετὰ μικρὸν, ἑβόα πάλιν, Τί τοῦτο; οὐδὲν ὧν ἐβουλόμεθα γέγονεν· ἤδειν ὡς οὐδὲν ὑπὸ τῶν πληγῶν πείσεται, ἔχων παρεστηκυῖαν αὐτῷ τὴν βοηθοῦσαν, ἐγκαθεζομένην δύναμιν. Καὶ ταῦτα μὲν τὸ ἐνεργούμενον γύναιον, καίτοι πόρρω που ὄν, καὶ μακρὰν ἐκείνου ἀπέχον, ἐξέφερέ τε καὶ ἀπεφθέγγετο, δηλοῦν, οἶμαι, ὅτι μεγάλη ἡ ἐνοῦσα τῷ ἁγίῳ χάρις καὶ δύναμις, καὶ ὅτι ἀκαταγώνιστος μένοι ἐν πᾶσιν οἷς ἔταθε· καὶ ὅτι καὶ αὐτὰ τὰ πονηρὰ πνεύματα, τὴν οἰκείαν ἔγνωσαν ἥτταν, μάτην φρυαξάμενα, καὶ τοὺς ἑαυτῶν θεράποντας κατὰ τοῦ ἀναλώτου ὁπλίσαντα.

VARIÆ LECTIONES.

[39] f. δευτέρου. [40] *Vatican. codex*, τρίτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ Φεβρουαρίου μηνός.

Digitized by Google

Ἀλλ' ὁ θεῖος Πατὴρ ὀδύνας οἶμαι δυσκαρτερήτους ἐκ τῶν χαλεπῶν ἐκείνων πληγῶν μετὰ ταῦτα παθὼν, ἔκειτο ἐπ' ἐδάφους, νεκρὸς ὅλος, καὶ μηδὲ μικρὰ πνέειν δυνάμενος· εἰ μὴ ὅσον μόνον τῶν πόνων αἰσθάνεσθαι· οὐ τροφῆς, οὐ πόματος, οὐχ ὕπνου καὶ τοῦ βραχυτάτου μετασχεῖν οἷός τε ὢν, οὐκ ἄλλου τινὸς τῶν καὶ τοῖς ἐκλείψειν μέλλουσι διδομένων. Ὃ καὶ οὕτως ἔχοντι ὁ μαθητὴς ἐνορῶν, τὸ κατ' αὐτὸν ἀφεὶς, καίπερ ὢν οὕτως κατειργασμένος, τῆς ἐκείνου γίνεται θεραπείας. Καὶ δὴ πτισσάνης αἰτήσας χυλὸν, καὶ τούτῳ τὴν κατεξηραμένην γλῶσσαν τοῦ Πατρὸς διαβρέχων, βραχεῖάν τε τοῦ στόματος ἐνιεὶς πόσιν, ἀνέψυχέ τε κατὰ μικρὸν, καὶ τὸν [61] τούτου ἀνεζωπύρει νεκρόν. Ὡς δὲ ἑώρα κατ' ὀλίγον τὴν ζωτικὴν αὐτῷ δύναμιν ἐπανιοῦσαν, καὶ τῶν κατασαπέντων ἤδη μελῶν ποιεῖται τὴν ἐπιμέλειαν· πολλὰ γὰρ τούτων τῆς σαρκὸς αὐτῷ εἰς ἄκρον ἐξωδηκυίας, μελανίαν ὑπέστη καὶ σῆψιν· ἃ καὶ ἐκκρεμῆ τῶν λοιπῶν ὡρᾶτο, καὶ ἀχρηστότατα, ὅθεν καὶ μαχαιρίῳ μικρῷ τέμνει τε ταῦτα καὶ τῶν ὑγιεινοτέρων ἀποσπᾷ, εἴπως κἂν τὰ περιλειφθέντα πρὸς συνούλωσιν ἔλθοι καὶ πρόσφυσιν.

Ἐπὶ ἐννενήκοντα οὖν ὅλαις ἡμέραις τῇ δυσοίστῳ ταύτῃ περιωδυνίᾳ τοῦ Πατρὸς βαλλομένου, καὶ μηδὲ μικρὰν ἀνακωχὴν δεξαμένου, ἐν μέσοις ἤδη τοῖς πόνοις, πόνους ἑτέρους καὶ βιαιοτέρας καθείρξεις καὶ μακροτέρας ἄλλας ὁδοιπορίας, ὁ καὶ τὸν οὐδὸν τῆς φλιᾶς μόλις δυνάμενος ὑπερβῆναι, ἐφεύρισκεν, οὕτω τοῦ τυραννικωτάτου βασιλέως τὰς συμφορὰς αὐτῷ ἐπιδαψιλεύοντος. Ἧκε γὰρ τάχει πολλῷ παρ' ἐκείνου ἀνθρώπειόν τι βάρβαρον καὶ δυσπρόσιτον, δοῦλον ὂν χρημάτων, καὶ ταῦτα χρυσὸν φανταζόμενον. Τοιούτους γὰρ ἔδει εἶναι τοὺς τῷ παρανόμῳ ὑπηρετοῦντας. Ὃς καὶ πρὶν ἤδη ἐπιστῆναι, πρῶτον ἔργον ποιεῖται, τοῦ ὀπὰς πάσας ἐρευνῆσαι τῆς φυλακῆς, καὶ τοίχους ὀρύξαι καὶ χώματος ἄψασθαι· εἴπου εὕροι χρυσὸν ταῖς χερσὶν ἐπαφώμενος. Ἦετο γὰρ τὸ κάθαρμα, χρυσίῳ τοὺς ἀφικνουμένους τὴν διδασκαλίαν ὠνεῖσθαι, καὶ πολὺν ἔχειν τοῦτον ἀπόθετον τὸν Πατέρα, καὶ τὸ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἄπληστον κἀν τοῖς ἄλλοις ὑπολελημμένος. Ὡς δ' ἐφάνη ἀνηνύτοις ἐπιχειρῶν, καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ μόνον παραπληκτῶν (ποῦ γὰρ ἐκεῖ σκιὰ, ὃ δὴ λέγεται, χρυσίου;), τότε τὴν κακίαν ἐν ἄλλοις πληροῖ. Μεθ' ὕβρεων γὰρ καὶ πληγῶν τῆς εἱρκτῆς τὸν ὅσιον μετὰ τοῦ μαθητοῦ ἐκβαλὼν, τοῖς ἑφεπομένοις αὐτῷ παραδίδωσιν ὑπηρέταις, ἄγειν ἀμφοτέρους, καὶ μετὰ πολλῆς καὶ οὐδ' ὅσης εἰπεῖν τῆς ἐπείξεως, τὴν ἐπὶ Σμύρναν ὁδόν· ἐκεῖσε γὰρ τούτους ἀπενεγκεῖν προσετέτακτο.

Ἀλλ' ὁ θεῖος Πατὴρ ἐκλείπουσαν ἤδη παντελῶς ἔχων τὴν δύναμιν, ὅμως γοῦν τῷ νεκροῖς πνοὴν διδόντι θαῤῥήσας, τοῖς ἀνημέροις ἐκείνοις παρείπετο, ἐν ἡμέρᾳ μὲν τοῦτον ἀπανθρώπως ἐλαύνουσιν, ἐν νυκτὶ δὲ ὡσεί τινα δραπέτην τῷ ξύλῳ δεσμεύουσιν. Ὡς δὲ σὺν πόνῳ καὶ μόλις τὴν Σμύρναν κατέλαβε, παραδίδοται συνάμα τῷ μαθητῇ, τῷ ταύτης προέδρῳ

A XCV. *Plagis confectum discipulus curat.*—At divinus ille Pater intolerabiles dolores ex acerbissimis illis verberibus sustinens, humi jacebat exanimis prorsus, omnisque sensus expers, nisi quatenus dolores ipsos sentiebat; non cibum, non potum, nec brevissimum somnum accipere poterat, nec aliud demum ex iis quæ moribundis ac deficientibus dari solent. Quem sic affectum cernens discipulus, sui ipsius curam omittens, quanquam et ipse pessime habebat, totus in illius curam convertitur: ac ptisanæ aliquantulum deposcens, rigare arentem Patris linguam cœpit, modicoque in os infuso potu, nonnihil eum refocillavit, ac veluti mortuum vitæ restituit. Ut vero vitalem ei vim rediisse sensit, ad marcida jam membra medicanda se convertit; pleraque enim carne penitus corrupta, et graveolente tabo ac sanie confecta, putruerant; et cernere erat partes alias ab aliis pendentes, omnes ad usum jam factas inutiles; quam ob causam cultello eas detruncat, et a sanioribus avellit, si hoc forte pacto reliqua cohærere possint cicatricemque obducere.

XCVI. *Smyrnam transfertur cum discipulo.* — Nonaginta totos dies intolerabili dolore perfunctus Pater, nulla prorsus vel temporis puncto percepta requie, in mediis adhuc laboribus labores alios, et duriores carceres, et longiora itinera ipse, qui ostii limen egredi vix poterat, nanciscitur; sævissimo tyranno novos ei cruciatus affatim suppeditante. Mox enim ab illo citatis itineribus adfuit barbarus homuncio, ferox atque intractabilis, pecuniæ mancipium, pecuniamque animo et voto sibi præsagiens. Tales enim esse oportebat, qui impii jussa exsequerentur. Qui simul ac ad locum pervenit, hoc sibi primum proposuit, rimas et angulos omnes carceris perscrutari, parietes effodere, terram egerere, sicubi aurum reperiret, manibus explorans. Existimabat enim scelestus adventantes doctrinam pecunia redimere, Patremque magnam auri vim repositam habere, animoque insatiabili esse, quamvis cæteris rebus indigeret [61*]. Ut vero sensit se frustra laborare, ac stulte sibi persuasisse (ubi enim illic auri, quod dicitur, umbra?), tum malam mentem in aliis explet. Injuriis enim plagisque affectum cum discipulo sanctum e carcere ejiciens, ambos assectantibus famulis tradidit, Smyrnam (illuc enim destinarat) omni festinatione ducendos.

XCVII. *Carcere uterque includitur ab episcopo Smyrnensi.* — Divinus ergo Pater, cui vires jam penitus exhaustæ, illo nihilominus fretus, qui spiritum dat mortuis, immites illos sequebatur, qui eum interdiu quidem inhumaniter impellebant, noctu vero tanquam fugitivum cippo alligabant. Postquam vero maximis cum laboribus vix tandem Smyrnam

VARIÆ LECTIONES.

[61] f. τό. [61*] Verte, *et cum ipse* (barbarus) *animo esset insatiabili, alios eodem morbo laborare putabat.* DIT.

Digitized by Google

attigit, ejus urbis antistiti una cum discipulo tra- A ditur, viro inter hæresis patronos principi, impietatisque magistro. A quo in obscurum sub terra carcerem retrusus, in eo mansit, uni omnium inspectori Domino intendens; quem unum in ærumnis consolatorem habebat, et custodem; quando et propter ipsum solum tot suppliciis affectus fuerat.

XCVIII. *Uterque virgis ibidem tertio cæditur* [v]. — Brevi post hæc tempore supervenit iterum ipse Anastasius ira fervens, martyrisque sanguinis sitibundus; qui verbera prioribus acriora sancto inflixit, lætusque rediit ad imperatorem, cum jam tertio Theodorum cecidisset, ita ut centenos per vices ictus pertulerit; discipulo ejus pari pœna decertante. Gratiasque pro his omnibus etiam agens B vir patientissimus, Apostoli verba læto animo secum occinebat: *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis* [x]. Et: *Si compatimur, et conglorificabimur* procul dubio. Et, patientia nobis necessaria est, quam nobis non licet amittere, propter eam quam speramus beatitudinem, cujus adeptio exsuperat omnem sermonem et sensum.

XCIX. *Bardam Smyrnæ ægrotantem ad pœnitentiam hortatur.* — Eodem tempore Bardas ille imperatoris propinquus, quem et militaribus illic copiis præfecerat, gravi morbo correptus, Smyrnæ in lectulo decumbebat, exiguum spiritum ducens, animamque, ut videbatur, brevi exhalaturus. Is cum remedia undique tentasset, quod in tanto C periculo fieri par erat; quidam ex ejus familia, qui orthodoxorum partium erat, mentionem intulit Theodori, quantamque a Deo gratiam consecutus sit, exposuit. Et vis, inquit, ad eum confugere, eumque advocare, ut tibi opem ferat in extremis laboranti? Quo mox annuente (flexibiles enim sunt quos urget necessitas) festinanter abiit ad sanctum, oratque ut ægro salutem dare velit. At ille de infirmo ut cognovit quis et qualis esset, curationem quidem tunc differt, graves dudum et atroces viri mores haud ignorans, eique utiliorem adhuc morbum esse. Cæterum ea illi denuntiat, quæ, si vel minimum sapiat, plurimum illi ad vitæ emendationem profutura sint. Vide, inquit, in die obitus quid responsurus sis, vita sic transacta, tot malis in orthodoxos irrogatis. Tu enim ille es, qui inter cætera monachos meos nefandis modis divexans, suppliciisque mactans, magnum et admirabili virtute Thaddæum [y] sustulisti; quem duplex et vitæ et confessionis corona exornavit. At beatus nunc Thaddæus cum sanctis, æternis gaudiis fruitur. Te vero instantibus pœnis quis eripiet, cum tot tantisque scelerum notis hinc abeuntem?

ἀνδρὶ, προστάτῃ τοῦ κακοῦ, καὶ τῆς ἀσεβείας ὑφηγητῇ. Παρ' οὗ καὶ εἴς τι δωμάτιον κατώτατον καὶ ζοφῶδες ἐγκαθειρχθείς, ἔμενε μόνῳ τῷ πάντα ἐφορῶντι ἐνατενίζων Δεσπότῃ· ὃν καὶ μόνον ἐν τοῖς δεινοῖς καὶ παραμύθιον εἶχε καὶ φύλακα, ἐπεὶ καὶ δι' αὐτὸν τοσούτοις παθήμασιν ἐξεδίδοτο.

Βραχὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ὁ προλεχθεὶς Ἀναστάσιος πάλιν ἀφῖκτο, θυμοῦ πνέων, καὶ τοῦ μαρτυρικοῦ διψῶν αἵματος· ὃς καὶ πληγὰς τῶν προλαβουσῶν χείρους ἐπιθεὶς τῷ ἁγίῳ, ἐπανῆκεν ἡδόμενος πρὸς τὸν ἀποστείλαντα, τρίτον ἤδη τὸν ἅγιον τετυφὼς, ταῖς καθ' ἑκάστην ἑκατὸν μαστίγων καταφοραῖς, συναθλοῦντος τούτῳ τοῦ μαθητοῦ. Μετ' εὐχαριστίας οὖν καὶ τὰ παρόντα ὁ πολύαθλος ὑπομείνας, τὰ τοῦ Ἀποστόλου ἑαυτῷ ψυχῇ εὐθύμῳ ἐπῇδεν, *Ὡς οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν ἡμῖν φανεροῦσθαι δόξαν*. Καὶ, ὅτι *Εἰ συμπάσχομεν, καὶ συνδοξασθησόμεθα* πάντως. Καὶ, ὅτι ὑπομονῆς χρείαν ἔχομεν, ἣν οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν ἀποβαλεῖν, διὰ τὴν ἐν ἐλπίσι μακαριότητα, ἧς ἐπιτυχία ὑπὲρ λόγον καὶ ἔννοιαν.

Τότε τοίνυν Βάρδας ἐκεῖνος ὁ τοῦ βασιλέως συγγενὴς, ὃς καὶ στρατηγεῖν ἐπετέτραπτο τῶν ἐκεῖ, νόσῳ βαρείᾳ περιπεσὼν, κλινοπετὴς ἔκειτο τῇ Σμύρνῃ, μικρὰ πνέων, καὶ τὴν ψυχὴν ὅσον οὔπω μέλλων ἀποβαλεῖν. Ἐπεὶ δ' ἐξήτει πανταχόθεν ἐπικουρίαν, οἷα ἐν πάθει τοσούτῳ κάτοχος ὤν, εἷς [42] τις τῶν ὑπηρετούντων αὐτῷ, μοίρας τῆς τῶν ὀρθοδόξων ὑπάρχων, μνήμην πρὸς αὐτὸν τὸν ὅσιον ποιεῖται· καὶ ὅπως ὑπάρχει οὗτος, πολλὴν ἔχων τὴν χάριν παρὰ Θεοῦ. Καὶ εἴ γε βούλει, φησὶ, τούτῳ προσαπελθεῖν, καὶ παρακαλέσαι τὸν ἄνδρα, βοηθῆσαί σοι ἐν ἐσχάτοις ἤδη σαλεύοντι; Ὃν καὶ ἅμα τῷ λόγῳ λαβὼν ἐπινεύοντα (ἐπικλινὲς γὰρ ἅπαν τὸ πιεζόμενον), ἀφικνεῖται σπουδῇ πρὸς τὸν ἅγιον, δεόμενός τε αὐτοῦ, καὶ τὴν ὑγείαν τῷ κάμνοντι ἐξαιτούμενος. Ὡς δὲ ἔγνω περὶ τοῦ ἀῤῥωστοῦντος ὁ ὅσιος, καὶ ὅστις οὗτός ἐστι, τὴν μὲν θεραπείαν τέως δοῦναι αὐτῷ ἀναβάλλεται, τὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐκ πολλοῦ εἰδὼς δύστροπον, καὶ ὡς λυσιτελοῦσαν μᾶλλον τῷ τοιούτῳ τὴν νόσον. Ἐκεῖνα δὲ τούτῳ δηλοῖ, ἃ καὶ ποσῶς ἐπὶ φρενῶν ὄντι πολλὴν ἔμελλε παρέξειν αὐτῷ καὶ τὴν ἐπὶ βίου διόρθωσιν. Ὅρα, φησὶ, τί ἐν ἡ ἐρᾷ ἐξόδου ἀπολογήσῃ οὕτω βιώσας, καὶ τοσαῦτα τοῖς ὀρθοδόξοις κακὰ διαπράξας. Σὺ γὰρ εἶ ὁ πρὸς πολλοῖς ἄλλοις, καὶ τοὺς ὑπ' ἐμὲ μοναχοὺς συμφοραῖς ἀνηκέστοις περιβαλὼν, ἀνελών τε αἰκίαις, καὶ τὸν μέγαν καὶ θαυμαστὸν ἐν ἀρετῇ Θαδδαῖον, ὃν ὁ βίος καὶ ἡ ὁμολογία διπλῶς ἐταινίωσε τῷ στεφάνῳ. Ἀλλ' ὁ μακαρίτης Θαδδαῖος τοῖς ἀπ' αἰῶνος νῦν ἁγίοις συνήδεται. Σὲ δὲ τίς ὁ ἐξαιρησόμενος τῶν κολάσεων ἔσται, μετὰ τοιούτων στιγμάτων ἀπαίροντα;

[v] Utriusque agones fuse describuntur et in Vita Nicolai, quam edidit Combefisius in *hist. Monothel.* pag. 889. [x] Rom. VIII, 18. [y] De illo epist. 5, 21 et 57, libri II.

VARIÆ LECTIONES.

[42] Vatican cod. Διογένης.

Digitized by Google

Ἐπίγνωθι νῦν κἂν ἐν τῷ τέλει σαυτὸν, καὶ ἀπολόγησαι Θεῷ, ᾧ μέλλεις τὰς εὐθύνας ὑφέξειν τῶν πράξεων.

Ταῦτα τοῦ ἁγίου τῷ ἀῤῥωστοῦντι δεδηλωκότος, φόβῳ τε αὐτοῦ τὴν διάνοιαν κατασείει, καὶ ἐπιγνώμονα ὧν παρὰ τὸν βίον ἔσφαλε ποιεῖ. Ὁ γὰρ στύφων ἐν καιρῷ λόγος, τοῦ ἁπαλωτέρου κατὰ πολὺ βελτίων. Ὅθεν καὶ παραυτίκα οὗτος πέμπει τὸν ὅσιον λιπαρῶν συγχωρῆσαί τε αὐτῷ οὕτω πεπραχότι κακῶς, καὶ κινδύνου τοῦ ἐν ὀφθαλμοῖς ἀπαλλάξαι. Ἕξεις γάρ με, φησὶ, τοῦ λοιποῦ κατ' ἐντολὰς βιοῦντα τὰς σάς· μόνον αὐτός μοι τὴν χάριν ἐπίνευσον. Ὁ οὖν συμπαθέστατος ἔλεον τοῦ αἰτοῦντος λαβὼν, τήν τε νόσον αὐτῷ θεραπεύει, δεήσει τῇ περὶ τὸ Θεῖον συχνῇ, καὶ πρὸς τῷ σώματι ῥᾷον καὶ τὴν ψυχὴν καθιστᾷ· πέμψας αὐτῷ εἰκόνα τῆς Θεομήτορος, καὶ ταύτην ἔχειν τοῦ βίου παντὸς παρεγγυησάμενος φύλακα. Ταύτην γὰρ, φησὶ, περιέπων, καὶ αὐτὸς ἕσῃ δεξιῶς πράττων ἐν πᾶσι· διωθῶν δὲ, τὰ ἀνήκεστα ἕσῃ πάθη [49], καὶ ἃ τις παθεῖν ἀπεύξαιτο.

Ἀλλ' ὁ ἄφρων ἐκεῖνος καὶ ἰσχυρῶς ἀνόητος, ὥσπερ οὐδενὸς περὶ αὐτὸν καινοῦ γεγονότος, μεταβάλλεται αὖθις, καὶ τῆς προτέρας γίνεται δόξης· κακῷ συμβούλῳ τῷ κατὰ τὴν Σμύρναν χρησάμενος ἐπισκόπῳ· παρ' οὗ καὶ ἔλαιον εἴς τι ἄγγος εἰληφὼς, εὐλογίας δῆθεν χάριν καὶ ἀναῤῥώσεως κρείττονος· ἅμα τε ἐκεῖνο αὐτῷ ἐπιχρίει, καὶ ἅμα καὶ αὐτῷ ἡ νόσος ἐπικλινὴς γίνεται, καὶ ἐπιστρέφει πάλιν ἐπὶ τὴν μιαρὰν αὐτοῦ κεφαλήν. Ὃ καὶ παραυτίκα τὸν θάνατον ὑπεδήλωσεν ὁ Πατὴρ, καὶ τὸ ἐξ ἀπιστίας πρόκριμα. Οὐ γὰρ ἀζήμιον, φησὶ, χρῆμα, τὸ κολλᾶσθαι τοῖς πονηροῖς. Ὅθεν καὶ τὴν ψυχὴν ὁ ἄθλιος τάχιστα ἀποῤῥήξας, καὶ κάκιστον τέλος κακίστης συμβουλίας ἐφεύρατο. Καὶ αὐτῷ μὲν τοιοῦτον τὸ ἐξ ἀβουλίας ἐπίτευγμα· ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ θεράπων ἐπὶ χρόνῳ ἑνὶ καὶ ἡμίσει τῇ ἐν Σμύρνῃ κατεσχημένος φρουρᾷ, εὐχαρίστως ἔφερε πάντα, τὸ τῆς ψυχῆς γενναῖον μηδενὶ ὑποκατακλίνων τῶν λυπηρῶν. Τότε καὶ τῶν μαθητῶν ἔνιοι χρόνιοι ἀφικνοῦνται αὐτῷ, ὧν ἦν ὁ ἐκ παιδὸς ἀσκήσας τὴν ἀρετὴν, θαυμαστὸς Δωρόθεος, Βεσσαρίων τε καὶ Ἰάκωβος, Δομετιανὸς, καὶ Τιθόης, καὶ ἄλλοι συχνοὶ, ὧν ἁπάντων καὶ ἡ πολιτεία διάσημος, καὶ ἡ περὶ τὸν Πατέρα πίστις ἀπροσκλινής.

Ἐπεὶ δὲ ὁ τοὺς ὑπεναντίους ἐξαίρων Θεὸς, ᾗ φησιν ὁ Προφήτης, ἐμνήσθη τοῦ στεναγμοῦ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, καὶ τὸν ἀποστάτην καὶ ἀλαζόνα καὶ ὑπερήφανον, ἐν αὐτοῖς οἷς ἐφαύλισε τόποις τὴν τοῦ Δεσπότου εἰκόνα, τὴν τιμωρίαν εἰσέπραξεν ἐνδίκως τοῦ ἀδικωτάτου, κατὰ τῶν σπλάγχνων τὴν πληγὴν δεξάμενος· τότε τὴν μὲν βασιλείαν ὁ τοῦτον διαχειρίσας Μιχαὴλ, ἑαυτῷ λαμβάνει εὐθύς. Λύονται δὲ ἤδη καὶ τοῖς Πατράσι παραυτίκα αἱ συμφοραί· πάντως ἀκωλύτως προστάξει τοῦ κρατοῦντος, πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐπανιόντων. Εἰ γὰρ καὶ μοίρας τῶν κακοδόξων καὶ

A Agnosce nunc tandem ultimo in fine teipsum, Deoque responde cui anteactorum tuorum pœnas daturus es.

C. *Pœnitentem sanat.* — Hæc ægroto sanctus cum significasset, hominis mentem terrore perculit, permovitque, ut præteritæ vitæ culpas agnosceret. Stringens enim in tempore sermo multo melior est sermone molli. Itaque ad sanctum mittit e vestigio, veniam petens tantorum facinorum, oransque ut se præsenti periculo eripiat. Habebis me, inquit, deinceps obsequentem tibi, atque ex legibus tuis vitam moderantem: tantum hoc mihi beneficium impende. Orantis commiseratione tactus Theodorus, et morbum sanavit, crebris precibus Deum exorans, et cum corpore ut animæ simul melius
B esset, effecit, missa ad eum Deiparæ imagine, quam totius vitæ custodem haberet. Hanc enim, inquit, si amplectare colasque, recte ac feliciter ages in omnibus; sin rejeceris, gravissima senties et cuivis abominanda mala.

CI. *Bardas ad hæresim reversus moritur.* — Verum amens ille, ac supra modum stupidus, quasi nihil novi accidisset, repente animum mutat, reditque ad pristinam hæresim et errorem, pessimo consiliario usus, Smyrnensium episcopo, a quo olei vasculo donatus, eulogiæ nimirum nomine et valetudinis confirmandæ; simul ac illo se unxit, morbus illico invasit, nefandumque caput lecto iterum affixit. Cui mortem statim prædixit Pater,
C ac perfidiæ præjudicium: Neque enim impune, ait, ferunt, qui malis consociantur. Unde animam infelix subito ejiciens, pessimi consilii pessimum finem invenit. Atque ille quidem hunc temeritatis suæ quæstum cepit. Christi vero famulus annum integrum ac dimidium Smyrnæ degens in carcere, alacriter omnia cum gratiarum actione perferebat, generosum animum nullis molestiis frangi sinens. Quo tempore ad eum venerunt nonnulli ex antiquis discipulis, in quibus erat, virtutem a puero complexus, admirabilis Dorotheus, Bessarion item, et Jacobus [x], Domitianus, ac Tithoes [a], aliique plerique, vita insignes singuli, fideque erga Patrem inconcussa.

D CII. *Michaele Balbo imperante redit Theodorus.* — Postquam vero qui adversarios aufert Deus, sicut ait Propheta, recordatus est gemitus servorum suorum, et a superbo et arroganti apostata pœnas exegit; impio iisdem in locis in quibus imaginem Domini despexerat, in visceribus percusso; tum imperium quidem qui eum necaverat, Michael statim corripuit: Patrum vero calamitates finem illico acceperunt, imperatoris edicto reditum omnibus indulgente. Etsi enim hæreticarum partium is erat; haudquaquam tamen im-

[x] De illius Jacobi Martyrio epist. 100, lib. II. [a] De Tithoe epist. 10, lib. II.

VARIÆ LECTIONES.

[49] f. παθών.

Digitized by Google

pudentia similis priori ; nec molestus ulli erat, quod ei obsequi nollent ; quæ vellet agere sinens unumquemque. Cum igitur solutus exsilio cum cæteris divinus Pater fuisset, post septimum annum quam ejectus fuerat, age, qualis ejus reditus, quales omnium, quam illustres, quacunque transibat, occursus honoris et gratulationis ergo fuerint, intueamur. Per familias etenim sodalitatesque distributi, certatim omnes contendebant, quis prius eum tecto exciperet, quis ei prius lautia præpararet ; probrum ducentes, idque maximum, in hoc officio posteriorem videri. Ut vero ad lacus locum pervenit, cui Metata nomen est, ibi multo celeberrimus atque honorificentissimus occursus fuit ; Leone illo admirabili, ac finitimis Xerolophi accolis sua propemodum omnia ad ejus adventum profundentibus. Nihil enim antiquius illis erat, quam Patrem magnifice honorare, illiusque preces obtinere, quibus pretiosius nihil ducebant. Postquam vero ibi exceptus, habitusque pro dignitate fuit, profectus inde est ad Pteleas, quo in loco dies non paucos egit, tum propter loci situm elegantem, tum quod multorum adventantium capax esset. Ibi cum alios ex discipulis confluentes excepit, tum germanum fratrem suum Josephum Thessalonicæ archiepiscopum ; quorum omnium aspectu non mediocriter recreatus, diuturnamque absentiam præsenti congressu compensans, eximio lætitiæ sensu perfundebatur.

A οὗτος ἐτύγχανεν· ἀλλ' οὐκ ἦν ἀναιδὴς κατὰ τὸν πρότερον· οὔτε δὲ λυπεῖν ὅλως τοὺς αὐτῷ μὴ πειθομένους ἐβούλετο· ἕκαστον διαφεὶς πράττειν ἃ πράττειν εἶχε καθ' ἑαυτόν. Ἐπεὶ δὲ μετὰ πάντων καὶ ὁ θεῖος Πατὴρ τῆς ὑπερορίας ἀφείθη, ἐν ἑπτὰ ὅλοις ἔτεσι τότε κατάσχετος γεγονὼς, ἴδωμεν κάνταῦθα, οἵας τυγχάνει τῆς ἐπανόδου, καὶ πῶς αὐτῷ πάντες διιόντι λαμπρὰν ἐποιοῦντο τὴν ὑπαντὴν, οἷα τοσοῦτον ἄνδρα τιμῶντές τε καὶ χαριζόμενοι. Κατὰ γὰρ συγγενείας διαιρεθέντες καὶ ἑταιρίας, ἕκαστοι πρὸς ἑαυτοὺς ἡμιλλῶντο ποῖος ἄρα φθάσας, τοῦτον εἰσδέξηται τῆς οἰκίας· καὶ τίς πρῶτος αὐτῷ ἑτοιμάσει τὰ πρὸς δεξίωσιν· ζημίαν ὥσπερ καὶ τὴν ἐσχάτην νομίζοντες, τὸ πρὸς ὑπάντησιν ἐλθεῖν δεύτεροι. Ὡς δὲ καὶ παρὰ τὸν τόπον φθάσοι ὁ γεννάδας τοῦ λάκκου, B Μιτάτα καλεῖν αὐτὸν σύνηθες, ἐκεῖ καὶ μᾶλλον φιλοτιμώτερον, τὰ τῆς ὑπαντῆς αὐτῷ γέγονε· τοῦ θαυμαστοῦ ἐκείνου Λέοντος καὶ τῶν συνομορούντων αὐτῷ Ξηρολόφων τὰ ἑαυτῶν μικροῦ πάντα τῇ εἰσόδῳ τούτου προϊεμένων. Οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς τοιοῦτον ἐδόκει, οἷον τιμήσαντας μεγαλοπρεπῶς τὸν Πατέρα, καὶ εὐχὴν πορισαμένους τὴν παρ' αὐτοῦ, ἧς οὐδὲν ᾖοντο τιμιώτερον. Ἐπεὶ δ' ἱκανῶς αὐτῷ τὰ τῆς ἐκεῖ δεξιώσεως εἶχεν, ἀφικνεῖται ἤδη καὶ τῷ ἐν Πτελέαις τόπῳ, ἐν ᾧ καὶ ἡμέρας οὐκ ὀλίγας διαγαγὼν, τῷ τε θέσεως εὖ ἔχειν τὸν τόπον, καὶ τῷ εἰς πολλῶν συνέλευσιν εὐχώρητον εἶναι, ἐκεῖ καὶ ἄλλους μὲν τῶν μαθητῶν δέχεται συνιόντας, πρὸς δὲ τοῖς ἄλλοις, καὶ τὸν ἴδιον ἀδελφὸν, Ἰωσὴφ φημι, τὸν τῆς Θεσσαλονίκης ἀνειλημμένον τοὺς οἴακας· οἷς δὴ καὶ πᾶσιν οὐχ ἥκιστα συνησθεὶς, καὶ τὸν ἐκ μακροῦ χωρισμὸν τῇ νῦν παραμυθησάμενος συνελεύσει, εὐθυμίας τοῦ λοιποῦ τὴν ψυχὴν ἐπληροῦτο.

CIII. *Miracula a Leone, qui postea monachus, recitata.* — Sed quando huc progressa est oratio, libet quædam ex miraculis a Theodoro patratis exponere. Multam enim in ea etiam re gratiam vir magnus accepit a Deo, qui eum nempe omni honore cumulare voluit. Mihi vero simplex erit et compendiarius de his sermo : siquidem quod per se et rebus ipsis illustre est, peregrinis ornamentis et longa verborum circuitione non eget. Leo enim ille de quo mentionem paulo antea feci, qui monasticam vitam postea amplexus, eodem ac Theodorus nomine insignitus fuit, sanctum virum omni studio coluit superstitem, idque satis demonstravit, etiam progressus obviam redeunti : nec minus bene affectum se erga defunctum ostendit, ejus tumulum assidue invisens, ac lapidem superpositum D deosculans, quando ipsum ejus corpus complecti minime poterat. Cum igitur ad sacram thecam aliquando pro more venisset, ibique et alii adessent, ac de sancto Theodoro sermonem haberent, disserentes, qualem inter ipsos vitæ rationem tenuisset, et quantos labores in corpore adeo debili et exsucco tolerasset ; tum ipse, quasi sagitta cor ipsius confixisset statim atque Theodori nomen audierat, Quandoquidem, astantibus ait, Theodori magni memoriam injecistis, de ipsius rebus apertius disseram, et quæ ipse vidi, quæ sum expertus, exponam. Sic enim licebit et ad eam quam de ipso concepistis existimationem aliquid adjicere.

C Ἀλλ' ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος, βούλομαί τινα τῶν θαυματουργηθέντων τῷ Πατρὶ διεξελθεῖν. Πολλὴν γὰρ κάνταῦθα τὴν χάριν ὁ μέγας ἐπλούτησε παρὰ Θεοῦ, οἷα τοῦ Θεοῦ τοῦτον τετιμηκότος ἐν ἅπασιν. Ἁπλοῦς δέ μοι ὁ περὶ τούτων λόγος ἔστω καὶ σύντομος· ὅτι μηδὲ τῆς ἔξωθεν οὗτος χρῄζει περιεργίας, ἢ μακρᾶς περιόδου ἄλλης, ἔχων τὸ περιφανὲς ἐν τοῖς πράγμασιν. Ὁ γὰρ πρὸ μικροῦ μνημονευθεὶς Λέων, ὃς καὶ τὸν μονάδα βίον μετελθὼν ἐν ὑστέρῳ, καὶ ὁμωνύμως τῷ Πατρὶ ἐπικληθεὶς, οὗτος καὶ περιόντα μὲν στοργῇ πάσῃ ἐτίμα τὸν ἅγιον· καὶ τοῦτο ἔδειξε, κἂν τῇ περὶ τὴν ἐπάνοδον ὑπαντῇ οὐδὲν ἧττον, καὶ μεταστάντι τὴν ἴσην τούτῳ ἐδείκνυ διάθεσιν· τῷ τάφῳ τε ἀδιαλείπτως φοιτῶν, καὶ τὸν ἐπικείμενον τούτῳ περιψῶν λίθον, ἐπεὶ μὴ οἷός τε ἦν γυμνοῦ ἐφάψασθαι τοῦ σώματος. Τούτῳ οὖν, καθὸ εἰθισμένον, τῇ θήκῃ ποτὲ ἀφιγμένῳ, ἐπειδὴ εἰ καὶ ἄλλοι ἐκεῖ συμπαρῆσαν, τοῦ λόγου ὑπόθεσιν ποιοῦντες τὸν ἅγιον, ὅπως τε ἐβίου ἐν αὐτοῖς διεξιόντες, καὶ οἵους ἀνέτλη πόνους ἐν οὕτω ἀραχνώδει σαρκίῳ, αὐτὸς οἱονεὶ βέλει τὴν καρδίαν τρωθεὶς, ὡς μόνον τὸ ἐκείνου ἀκούσοι ὄνομα, Ἐγὼ, φησὶν, ὑμῖν, πρὸς τοὺς παρόντας, ἐπεὶ μνήμην τοῦ μεγάλου ἔθεσθε, σαφέστερον τὰ κατ' αὐτὸν παραστήσω· ἃ τε εἶδον, καὶ ὧν πεπείραμαι τῷ λόγῳ διεξιών. Οὕτω γὰρ ἐξέσται τοῦ λοιποῦ καὶ ὑμῖν μείζω τῆς ἐναποκειμένης περὶ αὐτοῦ ταῖς ψυχαῖς ἀποθέσθαι δόξαν.

Digitized by Google

Ἐπανήκοντι, φησὶ, τῆς ὑπερορίας τηνικαῦτα τῷ ἁγίῳ, συνέβη παραχρῆμα καὶ αὐτῷ μοι, ἅμα τῷ ἐκείνου τῆς ἐμῆς προεξελθεῖν οἰκίας, κόρην τῶν ἐγγειτόνων τῷ ἐμῷ συνάψαι υἱῷ [a], γάμου ἤδη ἔχοντι ὥραν· ἦν καὶ ἀπό τινος περιπετείας λαῦρος κατασχὼν πυρετὸς, ἔτι καὶ τοῦ γάμου συνεστῶτος, καὶ τῶν ἐπ' αὐτῷ ᾀδομένων ὕμνων, τά τε ἔνδον ἅπαντα ἐνεπίμπρα τῆς κόρης, θάνατον ταύτῃ διηπείλει τὸν οἰκτιστον. Ὡς δὲ ἐπὶ τῷ ἀπευκτῷ τούτῳ διπλῇ ὠδυνώμεθα, τῷ τε τὴν γαμήλιον συγχεχεῖσθαι εὐφροσύνην, καὶ τῷ κόρην ἀπαλὴν οὕτω καὶ νέαν πρὸ ὥρας οἴχεσθαι νομίσαι· ἐγὼ γοῦν, ὡς εἶχον, ἐπεί μοι τοῦ πάθους οὐδὲν ὑπελείπετο παραμύθιον, ἀποστέλλω σπουδῇ πρὸς τὸν ὅσιον, οὐ μακρὰν τοῦ ἐμοῦ ἀπέχοντος οἰκιδίου, βοηθῆσαι λιπαρῶν τῇ παιδὶ, καὶ πρό γε ἐκείνης ἐμοὶ τῷ βαρύτερα πάσχοντι. Ὃς καὶ παραυτίκα ἔλαιον ἀποστείλας εὐλογηθὲν παρ' ἐκείνου, καὶ χρίσαι τούτῳ τὴν κειμένην προστάξας. Αὐτὸς μὲν εὐθὺς τὸ κελευσθὲν ἐποιούμην, σῶμα τῆς κόρης ἐπαλείφων τῷ ἐλαίῳ. Ἡ δέ γε παῖς ἅμα τῇ ἀλοιφῇ ῥᾴων τε γίνεται, καὶ τοῦ ὑποτύφοντος ἐκείνου πυρετοῦ ἀπαλλάσσεται, μηδ' ἐπ' ὀλίγον τούτῳ ἐνοχλουμένη, ὃ τοῦ ὑγιασθῆναι θαυμασιώτερον.

Ἄλλοτε δὲ ἐν κώμῃ τῇ ἀπωτάτῳ μοι μόνῳ βαδίζοντι, χρείας οὕτω δεησάσης, πάρδαλίς ποθεν ἡκουσα, σὺν τάχει ἔστη μοι κατὰ πρόσωπον· ἣ καὶ βλοσυρῷ ὄμματι ἐνιδοῦσά με, ἐποίει μονονοὺ καὶ λαβέσθαι μου, καὶ θοίνην ἑαυτῆς τὰ ἐμὰ, φεῦ! κρέα ποιήσασθαι. Ἐγὼ δ' ὡς ἐν ἀφύκτοις κακοῖς οὐκ ἔχων ὅ τι καὶ δράσω, ἐπὶ τὸν μέγαν ἐτραπόμην Θεόδωρον, αὐτῷ μόνῳ τὰς ἐλπίδας ἀνάψας τῆς σωτηρίας· ᾧ καὶ ἀνενδοιάστως θαῤῥήσας, λέγω ἀπτοήτῳ φωνῇ τῇ παρδάλει· Ἄπιθι, ὦ θηρίον, ἀπ' ἐμοῦ, καὶ μὴ τολμήσῃς ὅλως προσψαῦσαί μου· πρὸς γὰρ τὸν θεράποντα τοῦ Χριστοῦ Θεόδωρον ἄπειμι, οὗ δοῦλος ἐγὼ, καὶ ὃς διὰ παντὸς φύλαξ ἐμοῦ. Τὸ δὲ θηρίον, ὡς μόνον τὴν κλῆσιν τοῦ ἁγίου ἀκούσοι, πτῆξαν εὐθὺς καὶ εἰς γῆν νεῦσαν, νῶτά μοι δίδωσι καὶ παραχωρεῖ τῆς ὁδοῦ, λοιγικῷ ἴσα ἐκκλίναν, καὶ πόῤῥω γενόμενον.

Κώμη τίς ἐστιν Ἀχειραὼ καλουμένη. Ἐν ταύτῃ κατῴκει Λέων ἐκεῖνος ὁ δυστυχὴς γυναικὶ συναφθεὶς πνεῦμα ἐχούσῃ ἀκάθαρτον. Ἧ τοσαύτην βίαν ὁ δαίμων ἐπῆγεν, ὡς καὶ τὰς ἰδίας ἔστιν ὅτε σάρκας ποιεῖν διασπᾷν καὶ ταύτας ἐσθίειν· μήτ' αἴσθησιν τοῦ πάθους λαμβάνουσαν, μήθ' ὅλως ἀλγοῦσαν. Ταύτην ποτὲ λαβὼν ὁ ἀνὴρ, συναντᾷ τῷ ἁγίῳ ἐπὶ ὄνου ἤδη καθημένῳ, καὶ τὴν ἐκεῖσε φέρουσαν διιόντι· τοιοῦτῳ γὰρ καὶ εἰθίστο ἐν ταῖς μακροτέραις ὁδοῖς ἐπιβαίνειν σχήματι· οὗ καὶ ἐδεῖτο, κατηφιῶν ὅλος καὶ δεδακρυμένος, βοηθῆσαι κατὰ τὸ ἐνὸν τῇ πασχούσῃ, καὶ δαίμονος οὕτως ἀπαλλάξαι βιαιοτάτου. Ὁ οὖν ὅσιος ἐπικλασθεὶς τῷ γυναίῳ, καὶ ταύτην κατοικτείρας τῆς συμφορᾶς, τὴν χεῖρα, ὡς εἶχε, τῇ ταύτης ἐπιτίθησι κορυφῇ· ἐπισφραγίζων τε τοῦ σταυροῦ τῷ σημείῳ, καὶ εὐχὴν τὴν κατὰ τῶν πο-

CIV. *Leonis filia sanatur.* — Redeunti, inquit, ab exsilio, cum iter hac esset Theodoro, contigit ut paulo postquam domo mea aberat, puellam quamdam e vicinis filio meo, quippe jam maturo, et nuptiis apto, desponderem : quam in nuptiarum celebritate, canticis hymnisque perstrepentibus, vehemens repente febris invasit, luctuque omnia complevit, mortem illi ostentans miserrimam. Mœrentibus ergo nobis ob duplicem calamitatem : tum quod nuptialem hilaritatem turbari videbamus, tum propter teneræ atque immaturæ virginis obitum, quem timebamus, ego, cum aliud solatium nullum esset, ad sanctum misi festinanter, nondum enim procul admodum ab ædibus nostris processerat : opem implorans puellæ, mihique imprimis, qui multo gravius divexabar. At ille confestim oleum ab se benedictum remittit, eoque jacentem ungi jubet. Quod simul ac peregi, puella meliuscule habuit, febrisque ardore liberata est ; ita ut, quod curatione ipsa mirabilius est, nunquam amplius illam vel minimum infestarit.

CV. *Leo servatur a pardali.* — Alias vero cum solus, re ita poscente, remotum ad vicum proficiscerer, repente obviam, nescio unde advolans, facta est pardalis, quæ terribili aspectu in me conversa, tantum non irruebat, et membra mea misere despascebatur. Ego vero qui in tanto tamque certo discrimine quid agerem non habebam, animum refero ad magnum Theodorum, in illo uno spem omnem collocans salutis, cui minime dubia fide nixus, intrepida voce pardalim compello : Abscede a me, fera bellua, nec me propius attingere aude ; quoniam ad Christi famulum Theodorum pergo, cujus ego servus, qui tutor ac custos meus est in omnibus. Mirum dictu, nomine audito, bellua extemplo conterrita, terramque contuens, terga dedit, et viam quasi studio declinans, longissime ab ea recessit.

CVI. *Puella obsessa liberatur.* — Vicus est, Achirao nomine, in quo habitabat Leo ille, infelici conjugio feminæ copulatus, quam immundus spiritus obsederat. Hanc dæmon tam atrociter agitabat, ut suas ipsa carnes laniaret ac devoraret, nullum interim sensum doloris capiens, nec miseræ conditionis. Cum ergo per eas oras transiret sanctus, asello insidens (hoc enim in longioribus itineribus vehi solebat), obviam cum uxore Leo occurrit lacrymis profusus, vultu dejecto ac mœrore prostrato, precibus imis obtestans, ut afflictæ succurreret, atque violentum adeo infestumque dæmonem profligaret. Cujus misericordia tactus, gravique ærumnæ compatiens sanctus, manum illico vertici mulieris imponit, crucis signum imprimens, et notas adversus pravos spiritus preces ad-

VARIÆ LECTIONES.

[a] Vatic. cod. Διονυσίῳ.

Digitized by Google

dens; quibus peractis, finem simul cepit feminæ calamitas, infesto dæmone fuga penitus elapso, illamque sanam ac sui compotem relinquente. Huic porro miraculo aliud insuper accessit conjunctum. In ipso enim impuri spiritus excessu, avulsi utrique tum manuum tum pedum mulieris ungues prolapsi sunt, magno spectantium stupore, atque incredibilium obsidentis virium indicio.

CVII. *Alia miracula.* — Mihi vero satis erat, etiamsi aliud nihil adjicerem iis quæ jam dixi, ostendisse, quali ornatus gratia Theodorus fuerit ad patranda miracula: quorum in aliis quidem celeritatem, in aliis vero magnitudinem admireris, tum etiam utroque magis benignitatem humanitatemque omni sermone et admiratione majorem: adeo variis modis benefacere consueverat. Et quoniam cætera, quantumvis nota sint multis, haud tamen convenit non explicari, ad ea quoque oratio nostra convertatur.

CVIII. *Fluvius reprimitur.* — Fluvius est Pteleorum agrum percurrens, qui agresti vocabulo dicitur Onopnictes; ob eam, opinor, causam nomen id sortitus, quod multa ejus generis jumenta, nempe asinorum, suis undis absorbeat ac præfocet. Is non raro intumescens, exundantesque fluctus alveo effundens, non solum armenta aliaque animantia rapit, sed totum fere Pteleensium agrum cum incolis nonnunquam obruit, ac penitus devastat. Cum igitur eo adventantem aliquando sanctum incolæ vidissent, pari omnes studio preces obtulerunt, uti calamitatem hanc eximere vellet: quam perniciem ruinamque suam appellabant; quaque perseverante, injucundam sibi, nec vitam fore, vitam ipsam affirmabant. Quorum vota nullo momento differens, festinat ad fluvium Theodorus: vespertinos hymnos Deo persolvit; crucem ligno efformatam in ripa quæ exundare solebat, defigit: quam ex eo tempore contuens fluminis cursus, nunquam effluens, suos alveo fluctus compescuit, nec damnum amplius ullum intulit eluvione.

CIX. *Miracula a Sophronio relata.* — Jam vero, his omissis quæ apud Pteleas facta sunt miraculis, quorum singula non obscure enarrata, tum ab illo admirabili Leone, tum ab aliis pluribus fuerunt, sicut jam dictum est; nunc a me commemorari oportet quæ aliis in locis facta sunt: atque illa in primis quæ nobis diserte retulit divinus plane vir Sophronius [b], qui et diutissime vixit, et huic cœnobio præfuit. Sic autem ea se habent:

CX. *Ægroto facilem vitæ exitum impetrat.* — Dum Theodorus, inquit, in monasterio degeret, cura ipsi et studium erat nosocomium crebro adire, tum ut inviseret ægrotos, tum ut alia curaret. Quadam die cum eo venisset, hominem conspexit gravi morbo jactatum, qui ob magnitudinem dolorum

[b] De eo multa in Vita Nicolai Studitæ.

νηρῶν ἐπῴδων πνευμάτων· ᾧ καὶ τέλος τῆς εὐχῆς λαβούσης, τέλος ἤδη τῆς συμφορᾶς καὶ ἡ ἄνθρωπος εὕρατο· τοῦ πονηροῦ παραυτίκα δραπετεύσαντος δαίμονος, καὶ λιπόντος τὴν ἄνθρωπον σωφρονοῦσαν. Καὶ θαῦμά τι κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν τῷ θαύματι ἐπιγέγονε. Τῇ γὰρ ἐκβολῇ τοῦ ἀκαθάρτου συναπεβλήθησαν ἄμφω καὶ τῶν χειρῶν καὶ ποδῶν ὄνυχες τῆς πασχούσης, καὶ εἰς γῆν ἔπεσον, ἔκπληξιν ἐνθέμενοι τοῖς ὁρῶσι, καὶ δύναμιν παραδοξοτάτην τοῦ ἐνεργοῦντος.

Ἐμοὶ δὲ ἤρκει, καὶ μηδὲν ἄλλο εἰπόντα δεῖξαι ἐκ τῶν εἰρημένων, ὁποίαν κάν τοῖς θαύμασιν ὁ Πατὴρ τὴν χάριν ἐπλούτησεν· ὡς μᾶλλον μὲν τὸ ἐν ἐκείνοις θαυμάζειν τάχος· μᾶλλον δὲ τὸ ἐν ἐκείνοις θαυμάζειν μέγεθος· μᾶλλον δ' ἀμφοτέρων τὸ τοῦ διδόντος συμπαθὲς καὶ φιλανθρωπότατον, ὃ κρεῖττον λόγου καὶ ταραχῆς· ἵνα καὶ εὐεργετεῖν ἔχοι τὸ διαφορώτατον. Ἐπεὶ δ' οὐκ ἀπόχρη διὰ τοὺς εἰδότας μὴ δηλῶσαι καὶ τὰ λοιπά, ἡμῖν καὶ ταῦτα διεξιέτω ὁ λόγος.

Ποταμός τις τῶν ἐν Πτελέαις τόπῳ παράκειται ἀγροικικῶς οὕτω καλούμενος Ὀνοπνίκτης· τῷ πολλά, οἶμαι, τῶν ἀχθοφόρων ἐναποπνίγειν, ταύτην κληθεὶς τὴν προσηγορίαν. Οὗτος πολλάκις οἰδαίνων καὶ τὸ πολὺ τοῦ ῥεύματος ἀποπτύων, οὐ μόνον ζῶα καὶ ἄλλα τῶν ὑπὸ ζυγὸν συναρπάζει, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν Πτελέαις μικροῦ πάντα χῶρον, αὐτοῖς οἰκήτορσι λωβᾶται καὶ ἐπικλύζει. Ὡς οὖν ἐκεῖσε τὸν ἅγιον ἐπιδεδημηκότα ἐν τῷ τόπῳ κατεῖδον οἱ κάτοικοι, κοινὴν πάντες ἀπὸ μιᾶς δέησιν τούτῳ ἀνέθεσαν, στῆσαι τούτοις ἐκλιπαροῦντες τὴν συμφοράν, ἣν λύμην αὐτῶν καὶ καταφθορὰν ἔφασκον· καὶ ἧς ἐπικρατούσης, ἄπας αὐτοῖς ὁ βίος ἀβίωτος· ὃς καὶ μηδ' ὥρας ὑπερθέμενος τὸ βραχύ, σπουδῇ καταλαμβάνει τὸν ποταμόν. Ἐφ' ᾧ καὶ τοὺς ἑσπερίους ὕμνους ἀποδοὺς τῷ Θεῷ, σταυρὸν ἐν ξύλῳ συναρμοσθέντα, ταῖς αὐτοῦ πήγνυσι διεξόδοις. Ἀμέλει καὶ ἡ τῶν ὑδάτων φορὰ τοῦτον θεωμένη τὸν τύπον, ἀπρόσχυτος τῇ ἕξῳ μένει περιδινήσει, μὴ περαιτέρω τοῦ λοιποῦ προϊοῦσα, μήθ' ὡς τὸ πρὶν βλάπτουσα τῇ προσχύσει.

Ἐμοὶ δὲ τὸ νῦν ἔχον, τῶν ἐν Πτελέαις ἀφεμένῳ θαυμάτων, ὧν καὶ ἡ διήγησις οὐκ ἀνέγγυος, τοῦ θαυμαστοῦ Λέοντος ἐκείνου καὶ ἄλλων συχνῶν, ὡς ὁ λόγος εἰρήκει, ἕκαστα παραστησαμένων, καὶ τῶν ἐν ἑτέροις ἤδη γεγενημένων μνησθῆναι. Καὶ πρό γε ἄλλων, ὧν ὁ θεῖος Σωφρόνιος (ἀνὴρ δὲ οὗτος πολὺς τὸν βίον), καὶ κοινοβίου τοῦδε καθηγησάμενος, σαφῶς ἡμῖν διήγγειλεν. Ἔχει δὲ οὑτωσὶ τὰ περὶ αὐτῶν·

Τοῦ Πατρὸς, φησὶν, ἐν τῷ μοναστηρίῳ διάγοντος, ἦν ἔργον τούτῳ καὶ σπούδασμα, ἐν τῷ νοσοκομείῳ ἀνιέναι συχνὰ, ἐπισκέψεώς τε χάριν τῶν ἀῤῥωστούντων, καὶ θεραπείας τῆς ἄλλης. Ἐφ' ᾧ καὶ ἐν μιᾷ ἀνελθὼν, εἶδεν ἕνα τούτων ἀῤῥωστίᾳ συνειλημμένον δεινῇ, καὶ τὸν θάνατον ἑαυτῷ διὰ τὸ πολὺ τῶν

Digitized by Google

ἀλγεινῶν ἐπευχόμενον· ὃν καὶ ὁ τὴν διακονίαν πεπιστευμένος, εἰ ἐφετὸν αὐτῷ τῆς παρούσης ὑπεξελθεῖν βιοτῆς διηρώτα. Τοῦ δὲ καὶ ἡδονὴν ψυχῆς καὶ εὐθυμίας τὸ ἀκρότατον τὴν ἀπὸ τοῦ σκήνους φάντος μετάστασιν, οὕτω πονηρῶς αὐτῷ καὶ λυπηρῶς τοῦ σαρκίου ἔχοντος· αὐτὸς ὡς εἶχε διαπορθμεύει τῷ ὁσίῳ τὸν λόγον, καὶ φράζει ὧν δέοιτο ὁ νοσῶν· ᾧ καὶ παραυτίκα ἡ ψυχὴ συγχυθεῖσα, καὶ τὸν πάσχοντα κατοικτείρασα, εἰς ἱκεσίαν τε ἔστη σπουδῇ, καὶ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ μετάθεσιν διεζήτει, διανοίας κινήσει καὶ λεπτῷ θρήνῳ τὰ πλεῖστα φθεγγόμενος τῆς εὐχῆς. Ἦν καὶ συμπεράνας, Ἀπελθε, φησὶ τῷ εἰρηκότι ὁ ὅσιος, ἑτοιμάσων τὰ πρὸς κηδείαν τοῦ ἀδελφοῦ· κεκοίμηται γὰρ, καθὰ ᾔτησεν. Ὃν καὶ ἀπιὼν εὗρεν ἤδη ἐκπνεύσαντα, καὶ τὴν ψυχὴν παραδόντα.

Καὶ τοῦτο δὲ περὶ ἑαυτοῦ ὁ θεῖος διηγεῖτο Σωφρόνιος. Χρεία μοι, φησὶ, ποτὲ γέγονεν ἐν τῇ τῶν Παφλαγόνων φοιτῆσαι, συνάμα τῷ μαθητῇ Νικολάῳ, καὶ ὀπαδῷ τοῦ Πατρὸς, καὶ συναέθλῳ. Οἳ καὶ ἄμφω ἐπί τι πεδίον ἐσπέριοι κατελύσαμεν, ἐν ᾧ χόρτου τι χρῆμα ἀμύθητον ἔκειτο. Ἦν δὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ καὶ στρατὸς τηνικαῦτα συνελθὼν ὁπλοφόρος· οἳ καὶ πυρὰς ἅψαντες, τὰ δεῖπνα ηὐτρέπιζον. Τοῦ οὖν πυρὸς οὐκ οἶδ' ὅπως δραξαμένου, καὶ οἷα εὐπρήστου ὕλης τὰ σὺν αὐτῷ πάντα διαγενομένου, θροῦς εἰθὺς καὶ κίνησις ἀτάκτως παρὰ τοῦ στρατοῦ διεγείρεται· ἀτάκτως ἡμῖν ἁπάντων ἐπιδραμόντων, καὶ διαχειρίσασθαι μονονοὺ ἐφορμώντων, μὴ λόγου τινὸς, μὴ ἐρωτήσεως, μὴ ἄλλης μεταδόντων ὁμιλίας· ἀλλ' ἢ μόνον σωπῇ τὴν αἰτίαν πᾶσαν τοῦ ὑποκαιομένου πυρὸς ἐπιγραψάντων ἡμῖν. Ἐφ' ᾧ καὶ, ὡς εἰκὸς, τὴν καθ' ἡμῶν ἐπιβουλὴν δείσαντες, πάντων ἀπογνόντες, τὸν μέγαν ἐπικαλούμεθα Θεόδωρον· ὡς ἂν αὐτὸς καὶ τοῦ ἀπροόπτου κινδύνου ἡμᾶς ὑπεξέλῃ, καὶ πόρον σωτηρίας παράσχοι. Σοῦ γὰρ μόνου, ἐλέγομεν, ἱερώτατε Πάτερ, τὸ παῦσαι τοὺς ἀδίκως ἡμῖν ἐφεδρεύοντας, καὶ φόνον καθ' ἡμῶν μέλλοντας δράσειν τὸν ἀδικώτατον. Καὶ, ὦ τοῦ τάχους τῆς εὐποιΐας! ἔτι γὰρ ἐπὶ γλώσσης στρεφόντων τὴν δέησιν, καὶ ὑετὸς ἄφνω βαγδαῖος καταῤῥαγεὶς, τό τε ἐπιπολάσαν ἐκεῖνο ἄπερ κατέσβεσε πῦρ, καὶ εἰς θαῦμα μεταβαλεῖν τοὺς στρατιώτας ἐποίησε· τοὺς πρὶν φόνιον ἡμῖν ἐνορῶντας, ταπεινοὺς καὶ κάτω νεύοντας ἐργασάμενος.

Καὶ γυνή δέ τις τῶν εὐπατρίδων, τὸ περὶ αὐτὴν γεγονὸς θαῦμα τῷ θείῳ Σωφρονίῳ ἀπήγγειλεν, οὕτως! τοῦτο διεξιοῦσα. Ἐμπρησμὸς, φησὶ, κατὰ τὴν ἐμήν ποτε ἐγεγόνει οἰκίαν, τὴν ἐν τῇ Ῥάβδῳ· ἣν καὶ τὸ πῦρ ἐκύκλωσε ἅπασαν περισχόν· ἐκινδύνευον μικροῦ πάντα μοι τὰ προσόντα τῆς φλογὸς ἰδεῖν παρανάλωμα, μήτ' ἐπιῤῥοίας ὑδάτων, μήτε τινὸς σβεστηρίου ὀργάνου καταστορέσαι δυναμένων τὸ πῦρ, οὕτω ῥοιζηδὸν τὰ πάντα διαλαβόν. Ἐν τοσούτῳ οὖν λογισμός μέ τις ὑποδραμὼν, τὸ ἐπὶ μάλης [68] ἐπι-

A vehementer mortem exoptabat. Cumque ex ipso quæreret is qui ministrabat, num ipsi gratum foret ex præsenti vita migrare, iste autem respondisset, commutationem tabernaculi summam sibi voluptatem animi et jucunditatem fore, adeo graviter et acerbe laborabat corpore : alter hunc ejus sermonem Theodoro refert, et quibus rebus ægrotus indigeret, renuntiat. Qui confestim graviter commotus animo, et dolores ægroti miseratus, ad precandum se convertit, ac fratris migrationem flagitavit, cum ingenti motu animi multoque luctu preces fundens. Quibus peractis, I modo, ait homini qui rem nuntiaverat, et quæ ad fratris sepulturam necessaria sunt comparato. Jam enim obdormiscit sicut ipsi fuit in votis. Reversus itaque hominem jam expirasse reperit.

CXI. *Incendium restinctum.* — Ac de se ipso divinus Sophronius istud narrabat. Opus mihi, inquiebat, aliquando fuit in Paphlagoniam proficisci una cum Nicolao, Theodori discipulo et viæ ac laborum socio. Vesperi autem ambo quievimus in campo ubi magna erat feni copia. Eodem in loco erat exercitus, qui illuc cum armis se contulerat : atque hi cœnam igni accenso parabant. Cum igitur nescio quomodo ignis grassatus esset, ac tanquam in materia inflammatu facili omnia comprehendisset, confestim rumor et tumultus ingens in exercitu exortus est : cum omnes in nos confusi incurrerent, nosque tantum non apprehendere tentarent, neque verbum ullum facientes, neque interrogantes, aut alio ullo nos modo alloquentes, sed tantum silentio nobis omne incendium, tanquam ejus auctores essemus, imputantes. Quapropter insidiarum, uti apparebat, metu perculsi, et omnia desperantes, magnum inclamamus Theodorum, ut ille nos improviso periculo liberet, ac viam salutis aperiat. Tuum enim unius est, inquiebamus, sanctissime Pater, injuste in nos ex insidiis irruentes, et injustissimam nobis cædem illaturos, reprimere. Tum vero, o beneficii celeritatem ! cum adhuc precationem hanc lingua versaremus, subito effusus imber copiosus et ignem illum sævientem restinxit, et militibus stuporem injecit, effecitque ut ii qui nos neci dedere parabant, humiles jam prono vultu terram spectarent.

CXII. *Aliud incendium injecta Theodori epistola exstinctum.* — Narrabat præterea divino Sophronio mulier quædam genere nobilis miraculum quod sibi acciderat, in hunc modum. Invaserat, inquit, domum meam, quæ in Rhabdo est, incendium : quam circum totam complexo igni, propius nihil erat, quam ut omnes meas facultates flammis absumi viderem. Nec injecta vis aquæ, nec machinæ ullæ ad restinguendum aptæ, domare flammas poterant : tanto impetu cuncta comprehenderant. In

VARIÆ LECTIONES.

[68] Id est, πήρας.

Digitized by Google

hoc rerum articulo subiit animum, Patris epistolam quam ad me nuper miserat, e pera tollere, atque in ignem injicere, si forte illam reveritus, vehementem illum impetum aliquo modo repelleret. Ut ergo ad rem veni, et venerandas litteras flammæ injeci, hoc simul inclamans : Sancte Theodore, adjuva periclitantem famulam tuam; videre mox fuit atrocem illam vim ignis restinctam subito languere, ac cinerem solum fumumque post se relinquere. Quis nostra aut ulla unquam memoria tantum ex parva epistola miraculum audivit? Nihil est, si cum hoc conferatur, quidquid uspiam miraculorum fingi aut excogitari potest. Quare æquum non est, ut rei magnitudinem deterat tenuitas orationis. Omnem enim dicendi vim atque artem vincit, longeque superat operum dignitas et amplitudo.

CXIII. *Theodori carmina sacra contemnens punitur.* — Sed jam tempus est illud, quod in Sardinia insula in cujusdam indigenæ gratiam editum est, miraculum narrare, atque id piis auribus gratificari. Par enim est rem terribilem certe, et quæ non modo admirationem sed et horrorem injiciat, audire. Erat in insula vir quidam scripta Theodori mirifice amans ac devenerans, præcipue carmina magni faciens, quæ is in sanctam Quadragesimam composuerat, et quæ Triodia nominari consuevere. Iste igitur cum monachos quosdam iter facientes hospitio excepisset, apud ipsum jejuniorum dies transegerunt. Illi discipuli erant Gregorii illius Syracusani. Cumque haud sana mente essent, et arrogantia pleni, poemata Theodori deridere cœperunt, barbara quædam et contra orationis leges constructa denotantes. Quibus et eorum hospes nescio quo modo se adjungens, ac repente mutatus, eorum sententiam amplectitur, non jam magni faciens, ut ante, Theodori poemata, neque illa inter matutinas Dei laudes, uti consueverat, decantans. Qui cum sic animo affectus esset, astitit ipsi per noctem Theodorus procera statura, vultu pallido, vertice capitis calvo. Quem et alii quidam comitabantur, virgas manibus gestantes, spectaculum visu horrendum et prorsus intolerabile : his ille præcepit, continuo quod ipse statueret exsequi, ac virgis cædere hominem adeo inconstantem ac mutari facilem : qui dum ita cæderetur, Theodorus adhuc prope astans clamabat : Homo perfide, quid causæ fuit cur carmina mea negligeres ac nihil faceres, tu qui eadem antea amabas, et in honore habebas? Annon id saltem tibi persuasum fuit, nunquam futurum fuisse ut illa reciperent Ecclesiæ Dei atque aliæ aliis traderent, nisi fructum ex ipsis redundaturum intelligerent? Non enim verborum granditas, neque concinnitas locutionum corda conterere solet, sed sermo humilis atque ad utilitatem compositus, et omnino sanus : qualem ego omni eruditioni antepono, ac longe potiorem censeo eo sermone qui solas aures delectat. Hominem porro sic abunde verberibus cæsum, atque hac suæ in

A στόλιον ἐξαγαγεῖν ὑπέθετο τοῦ Πατρός· ἦν γὰρ πρὸ μικροῦ τοῦτο πρός με ἀπεσταλκώς· ὃ καὶ χερσὶ λαβοῦσα δεῖν ᾠήθην ῥίψαι κατὰ τοῦ πυρός· εἶπως τοῦτο αἰδεσθὲν ἐπίσχῃ τὸ πολὺ τῆς φορᾶς. Ὡς οὖν ἔργου εἰχόμην, καὶ τὸ τίμιον ἐκεῖνο γραμματεῖον, τῆς ἀνωφελοῦς ἐκείνης ἐπερρίπτουν φλογὸς, ἐπιβοῶσα καὶ τὸ, Ἅγιε Θεόδωρε, βοήθησον τῇ κινδυνευούσῃ δούλῃ σου· ἦν ἰδεῖν παραχρῆμα τὴν ἄγριον ἐκείνην δύναμιν τοῦ πυρὸς, ἐσβεσμένην καὶ ἄτονον, εἰς τέφραν μόνην καὶ καπνὸν ὑπολήξασαν. Τίς ἔγνω τῶν νῦν ἢ τῶν πώποτε τοιοῦτον ἐκ μικροῦ γραμματείου τεράστιον; Οὐδὲν πρὸς τοῦτο πᾶσα θαυμάτων περίνοια. Ὥστε ἡμῖν οὐδὲ τὸ ἁπλοῦν τοῦ λόγου

B τὸ μεγαλεῖον τοῦ πράγματος λυμανεῖται. Αὐτὸ γὰρ οἷόν ἐστιν ἐπὶ τῶν ἔργων φαινόμενον, καὶ λόγου δεινότητα, καὶ πᾶσαν ὑπεξαίρει διηγηματικὴν σύμφρασιν.

Ἀλλὰ γὰρ ἡμῖν καιρὸς καὶ τὸ κατὰ τὴν Σαρδὼ νῆσον συμβὰν, ὑφ' ἑνὶ τῶν ἐκεῖ θαῦμα δοῦναι τῷ λόγῳ, καὶ φιλοθέοις χαρίσασθαι ἀκοαῖς. Οἷον γάρ ἐστι, φοβερὸν μὲν ἀκοῦσαι, ἔχον σὺν τῷ παραδόξῳ καὶ τὸ ἔκπληκτον. Ἦν τις ἐν τῇ νήσῳ ἀνὴρ στέργων διαπαντὸς καὶ τιμῶν τὰ τοῦ μεγάλου συγγράμματα ἔχων, πρὸς τοῖς ἄλλοις διὰ πολλοῦ, καὶ τὰ τῇ ἁγίᾳ τούτῳ πεποιημένα Τεσσαρακοστῇ, ἃ Τριῴδια καλεῖν σύνηθες. Τούτῳ οὖν κατὰ πάροδον ἐπιξενωθέντες ποτὲ μοναχοὶ, ἐφ' ᾧ τὰς τῶν νηστειῶν ἡμέρας

C τελέσαι· οἳ καὶ Γρηγορίου ἐκείνου τοῦ Συρακούσης φοιτηταὶ ἦσαν, ἄφρονι οὗτοι χρησάμενοι λογισμῷ, καὶ τύφου τὰς καρδίας ὑποπλησθέντες, ἐπικερτομεῖν τὰ τοῦ ἁγίου ποιήματα ἐπεχείρουν· σόλοικά τινα καὶ οὐ κατὰ λόγον συντεθειμένα ἀποκαλοῦντες. Οἷς δὴ καὶ ὁ ἐπιξενωσάμενος οὐκ οἶδ' ὅπως συναπαχθεὶς μεταβάλλεται θᾶττον, καὶ τῆς ἐκείνων γίνεται γνώμης. μήτε τιμῶν ὡς τὸ πρὶν, μήθ' ὡς αὐτῷ εἰθισμένον, ἐν ὀρθριναῖς ταῦτα ὑπᾴδων δοξολογίαις. ὯΙ καὶ οὕτως ἔχοντι, ἐφίσταται νυκτὸς ὁ Πατὴρ, μακρὸς τὴν ἡλικίαν φανεὶς, οἷός τε ἦν ποτε, τὴν ὄψιν ὠχρὸς, τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τοῦ ἄκρου ἐψιλωμένος. Παρεῖποντο δὲ αὐτῷ καί τινες ἄλλοι ῥάβδους ἐπὶ χειρῶν ἔχοντες· οἳ καὶ μόνον ὁραθῆναι θέαμα φρι-

D κτὸν, καὶ οὐδὲ φορητὸν ὅλως· οἷς καὶ παρεκελεύετο πράττειν ὡς τάχος τὸ ἐκείνῳ δοκοῦν, καὶ παίειν ταῖς ῥάβδοις τὸν εὔκολον οὕτω καὶ τὴν γνώμην εὐόλιστον· ᾧ καὶ παιομένῳ ἔτι παρεστὼς ἐβόα ὁ Πατήρ· Ἵνα τί, ἄπιστε, τὰ ἐμὰ διώσω ποιήματα, καὶ παρ' οὐδὲν ἐλογίσω, καίτοι πρὸ μικροῦ στέργων αὐτὰ καὶ τιμῶν; οὐδ', εἰ μή τι ἄλλο, τοῦτό γε παρ' ἑαυτῷ συνιδεῖν ἔχων, ὅτι οὐκ ἂν αἱ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαι ταῦτα ἐδέξαντο καὶ ἀλλήλαις διέδοσαν, εἰ μὴ τὴν ἀπ' αὐτῶν συνῆκαν ὠφέλειαν. Οὐ γὰρ κόμπος ῥημάτων καὶ λέξεων τορεία καρδίαν οἶδε συντρίβειν, ἀλλὰ ταπεινὸς λόγος, καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ συντεθειμένος, καὶ τὸ πᾶν ὑγιής· ὅς γε καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἐμοὶ δόξας παίδευσιν, ἄξιος λελόγισται τοῦ παντὸς, καὶ τοῦ διηρημένου καὶ μόνην τὴν ἀκοὴν τέρποντος, πολλῷ φαίνεται τιμιώτερος. Ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν ἱκανῶς οὕτω τυφθέντα, καὶ ταύτην δίκην τῆς ἐπὶ τὰ χείρω μεταβολῆς δόντα, καὶ ἡ ἡμέρα ἤδη κατέλαβεν· ὃς

Digitized by Google

καὶ πονηρῶς ἔτι καὶ ἀλγεινῶς ἔχων, τῆς κλίνης ἀνέθορε, φόβῳ τε παλλόμενος τὴν καρδίαν, καὶ τὸ σῶμα ἔχων ἐξωδηκὸς ταῖς πληγαῖς· ἃς καὶ παραυτίκα πᾶσιν ἐδείκνυ· καὶ τὸ συμβὰν ἐπ' αὐτῷ περιπαθῶς διεξῄει, ὕβρεσιν οὔτι μετρίαις τοὺς φθορέας βάλλων ἐκείνους, δι' οὓς ταῦτ' ἐπεπόνθει, καὶ τῆς οἰκίας ἀπελαύνων ὡς τάχιστα. Ὅς γε καὶ εὐμενίσειν βουλόμενος τὸν Πατέρα, πλεῖον ἢ πρόσθεν τοαποτοῦδε τὴν περὶ αὐτοῦ πίστιν ἐκράτυνε· στέργων ἐντίμως τὰ τοῦ μεγάλου ποιήματα· καὶ μεθ' ὅσης ἂν εἴπῃς ἄγων ταῦτα τιμῆς, καὶ ψυχῆς ἀτεχνῶς ποιούμενος θεραπείαν.

Ἐπεὶ δ' ὁρῶ μοι καὶ θαυμάτων ἄλλων τὸν λόγον μνησθῆναι βουλόμενον, συνεσταλμένην ὅτι μάλιστα καὶ βραχεῖαν τὴν περὶ τούτων διήγησιν θήσομαι, ὡς ἂν μὴ ἐπὶ πλεῖον τούτοις ὁ λόγος παρακατέχοιτο. Καὶ πρῶτός γε τῇ μνήμῃ εἰσίτω ὁ δαιμονῶν ἐκεῖνος, καὶ τὴν θεραπείαν θᾶττον λαβών, ὃν [48] ἀπέχρησεν ἡ ἐν τῷ τάφῳ προσέλευσις, καὶ νυκτερινὴ τοῦ Πατρὸς δύῃς, εἰς πάθους τοσούτου ἀπαλλαγήν. Σωφρονῶν γὰρ τοῦ λοιποῦ καὶ ἐφ' ἑαυτῷ μένων οὗτος ἐδείκνυτο. Μετά γε δὲ τοῦτο, ὁ τὸ δηλητηριῶδες ἐκεῖνο ἐμφαγὼν βρῶμα, τῷ λόγῳ δοθήτω, ὃς τὰ ἔνδον ἅπαντα τοῖς πόνοις τετρυχωμένος, καὶ ὅσον οὔπω μέλλων ταῖς ὀδύναις ἀφήσειν, ἔλαιον τὸ ἀπὸ γῆς λάρνακος τρὶς τῷ στόματι ἐγχεάμενος, τόν τε ὀλέθριον ἐκεῖνον ἀπήμεσεν ἰόν, καὶ τὴν σωτηρίαν ἑαυτῷ εὕρατο, μείνας ὅλος ἀδλαβὴς καὶ ἀνέπαφος. Ὁ δὲ τὸν στόμαχον ἐκείνοις τοῖς ἴσοις κατεργασθεὶς πόνοις, ἔκ τινος μοχθηροῦ πάθους ἄρα μὴ βραδεῖαν καὶ οὐκ ἀποχρῶσαν τὴν ἴασιν ἐκομίσατο, οὐμενοῦν ἀλλὰ καὶ ταχυτέραν τῶν ἄλλων, καὶ τῆς ἐλπίδος μείζονα. Μόνῃ γὰρ τῇ εἰκόνι τοῦ Πατρὸς οὗτος ἐμβλέψας, καὶ τὸ αὐτοῦ ἐπικαλεσάμενος ὄνομα, εὐθὺς καὶ τῶν πόνων ἀνείθη, καὶ πρὸς ὑγίειαν ἀνέβλεψεν. Ἐμοὶ δὲ πρὸς τούτοις, οὐδενὸς ἧττον εἰς τάχους θεραπείαν δοκεῖ, καὶ ὁ τὸν ἐπιπροσθοῦντα λίθον τοῖς γεννητικοῖς μορίοις ἐναπορρίψας, πόσει τε τοῦ ἁγίου ἐκείνου ἐλαίου, καὶ ἐπικλήσει τοῦ θείου ὀνόματος. Λοιπὸν δέ μοι τῶν ἄλλων εἰς μνήμην ἐρχέσθω καὶ ὁ τῷ πάθει κατεσχημένος τῆς δειλίας· καὶ πάντα διὰ δέος καταπλήσσων ἀλόγιστον· ὃς τῷ αὐτῷ ἐπιχείρισας ἅπαν τὸ σῶμα ἐλαίῳ, καὶ τῷ τάφῳ μικρὸν προσεδρεύσας, τοῦ τε δεινοῦ ἐκείνου πάθους ἀπῄλλακτο, καὶ τεθαρρηκὼς ὤφθη ἐν ἅπασι. Καὶ τί δεῖ με πάντα καταριθμεῖν; ἐνὸν ἐκ τῶν εἰρημένων, καὶ τὰ παραλειφθέντα σκοπεῖν, καὶ τὴν χάριν ἐννοεῖν τοῦ διδόντος· ὥστε με ταῦτα τοῖς εἰδόσι παρέντα, ἐπεὶ καὶ πολλοὶ τούτων συνίστορες, ἐπὶ τὰ ἄλλα τρέψειν τὸν λόγον, καὶ ὧν αὐτῷ καθ' εἱρμὸν ἡ διήγησις.

Χρόνον οὖν, ὡς ἀνωτέρω μοι εἴρηται, συχνὸν τῷ ἐν Πτελέαις τόπῳ ἀναστραφεὶς ὁ ὅσιος, μεταβὰς ἐκεῖθεν, τὴν Προῦσαν καταλαμβάνει. Οὗ καὶ τὴν ἄφιξιν

A deterius mutationis pœna affectum, dies jam exceperat : cum adhuc male habens, et acerbum dolorem sentiens, lecto exsiliit, metu concussus, et corpore tumefacto ex plagis : quas statim omnibus ostendit, et id omne quod sibi acciderat, vehementi cum affectu narravit, gravia ingerens convicia in corruptores illos propter quos talia perpessus fuerat : eosque domo sua quam primum ejecit. Theodorum vero placare cupiens, suam de ipso fidem exinde corroboravit, magni viri carmina veneratione et amore prosequens, ac supra quam dici potest honore eadem afficiens : atque ita veram animo suo medicinam attulit.

B CXIV. *Variæ ægrotationes ope Theodori depulsæ.* — Sed quoniam et alia mihi commemoranda esse miracula video : ea ego brevi, et quantum fieri poterit contracta narratione complectar, ne in istis rebus oratio diutius immoretur. Ac primum quidem de illo dicamus qui a dæmone vexatus, absque mora sanitatem recepit, cum ad Theodori tumulum preces fudisset, ac Theodorus ipse, tantam ægritudinem depulsurus, noctu videndum se illi præbuisset. Sanus quippe in posterum, et sui compos apparuit. Post istud porro dicamus de eo homine, qui cum venenatum quemdam cibum sumpsisset, et gravissimis intus doloribus torqueretur, ita ut iis liberari posse vix crederes, oleo ex terra prope Theodori feretrum accepto, et sibi in os ter infuso, letale illud virus evomuit, ac valetudinem recuperavit, plane sanatus et omni dolore solutus. Sed
C et alius quidam non minoribus stomachi doloribus pressus, gravi morbo minime tardam neque difficilem medicinam invenit, imo celerrimam omnium et omni spe majorem. Solam enim Patris imaginem intuens, ac ejus nomen invocans, confestim omni ægritudine levatus est, et sanitati restitutus. Sed mihi præter illa miracula videtur et istud curationis celeritate non inferius, quod quidam sacri ejusdem olei haustu, ac nominis divini invocatione, lapidem qui partes genitales occludebat, ejecit. Insuper mihi inter alia redeat in memoriam is, qui pavoris morbo constrictus, et omnia per insanam formidinem extimescens, mox ut corpus omne eodem oleo inunxit, ac sepulcro aliquandiu assedit, gravi illa animi perturbatione liberatus est, firmumque deinde in omni-
D bus rebus animum ostendit. Sed quid opus est a me cuncta enumerari ? cum liceat ex iis quæ dicta sunt ea etiam quæ prætermisimus æstimare ac ejus, qui illa præstitit gratiam perspicere. Hæc igitur relinquens iis qui jam noverunt ; siquidem illa multis cognita sunt ; ad alia convertam orationem, et ad ea quorum narratio ordine rerum connexa est.

CXV. *Iter Theodori Prusam versus.* — Diversatus ergo in Pteleis aliquo temporis spatio Theodorus, iter deinde Prusam versus intendit. Quo simul

VARIÆ LECTIONES.

[48] f. ᾧ.

Digitized by Google

atque eum qui Olympum incolunt venisse cognoverunt, accurrerunt protinus omnes visendi illius cupidi et audiendi; charus enim illis jampridem erat et acceptus. Quos ut congruenti singulos sermone affatus est, multisque charitatis officiis pro viribus impertivit, relicta Prusa, Chalcedonensem viam ingressus est: Theoctistum illum visurus, qui olim magistri dignitate honestatus, nunc vero monasticum institutum, ipso institutore ac pastore complexus est; cujus haud parum aspectu recreatus est, tantum in eo virtutis, tantum cernens rectæ vitæ studium et exemplum.

A οἱ ἐν τῷ Ὀλύμπῳ αἰσθόμενοι μοναχοὶ, πάντες ἅμα συνέθεον· ὄψιν τε τὴν ἐκείνου ποθοῦντες ἰδεῖν, καὶ γλώττης ἅμα καλὸν φθεγξαμένης ἀκοῦσαι. Ἦν γὰρ αὐτοῖς ἐκ πολλοῦ ὁ ἀνὴρ ἐπέραστος τὰ πάντα καὶ χαριέστατος. Οἷς δὴ καὶ πᾶσι τὰ εἰκότα διομιλήσας, καὶ τὸ τῆς ἀγάπης, ὡς ἐνῆν, ἀποδοὺς ὄφλημα, λιπὼν τὴν Προῦσαν, τὴν μέχρι Χαλκηδόνος ἀφικνεῖται ὁδόν· Θεόκτιστον ἐκεῖνον ὀψόμενος, τὸν πάλαι μὲν τῇ τοῦ μαγίστρου τετιμημένον ἀξίᾳ, νῦν δὲ τὸν μονάδα βίον ἀνῃρημένον ὑπ' αὐτῷ καθηγητῇ καὶ ποιμένι· ᾧ καὶ οὐχ ἥκιστα συνησθεὶς, οὕτω μὲν ἀρετῆς ἔχοντι, οὕτω δὲ βίου ὀρθοῦ.

CXVI. *Congreditur cum Nicephoro patriarcha.* — Pergit deinde ad patriarcham, Nicephorum dico, ejus certaminis socium et amicum, in cœnobio suo ad fretum sito commorantem, cujus congressum in B summa deputans voluptate, totus toti inhæresceit: exquisitis verbis suam in illum voluntatem affectumque contestans: pristinæque separationis tædium præsenti nunc conjunctione abstergens. Postquam igitur optatis abunde potitus est, et alios quoque adire virtutis disseminandæ causa suadebat, illo ad breve tempus relicto, Crescentis, uti vocant, loca petiit, in quibus a multis tum monachis, tum sæcularibus officii gratia confluentibus, salutatus, omnibus utilia et salutaria exundanti divinarum rerum ubertate lingua pandebat.

Φοιτᾷ ἤδη καὶ τῷ πατριάρχῃ, Νικηφόρῳ, φημὶ, τῷ συνάθλῳ καὶ φίλῳ, ἐν τῷ ἰδίῳ σεμνείῳ, ὃ ἐχόμενα παράκειται τοῦ στενοῦ ἀναστρεφομένῳ· οὗ καὶ τὴν συντυχίαν ἡδονῆς θέμενος τὸ ἀκρότατον, ὅλος ὅλῳ προσφύεται· λόγοις ἀῤῥήτοις τὴν περὶ αὐτὸν ὑπεμφαίνων διάθεσιν· καὶ τὸν πρὶν χωρισμὸν τῇ νῦν συνάψει παραμυθούμενος. Ὡς δ' ἱκανῶς τοῦ ποθουμένου ἀπήλαυσεν, ἔμελλε δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιδημήσειν, ἵν' ἔχῃ τὴν ἀρετὴν ὑποσπείρειν, ἐκεῖνον πρὸς βραχὺ τέως ἀφεὶς μὴ ἀφιέντα, τοῖς τοῦ Κρίσκεντος[b5] οὕτω λεγομένοις παραβάλλειν τόποις· ἔνθα καὶ πολλοὺς μοναστὰς καὶ μιγάδας αὐτῷ συνιόντας, πολὺς ἦν ἑκάστῳ νέμων τὰ πρὸς ὠφέλειαν, καὶ τὴν τὰ θεῖα πελαγίζουσαν γλῶσσαν τούτοις ἐπαφιείς.

CXVII. *Consilia Petro monacho data.* — Adfuit inter cæteros Petrus ille celeberrimus incomparabili virtute, tum alia plurima cum Patre tractaturus, tum de sinistra fama, quam ipsi conflabant æmuli, ejus vitam et acta reprehendentes. Erant enim nonnulli qui hominem vellicarent, eo quod vitam illum a communi lege remotam agere, et miraculis non exiguis florere cernebant. Quem quidem de singulis accurate interrogans Pater, cum in omnibus recta sentire deprehendisset, ac virtutem, gratiæ ope, consecutum esse excellentem: Novum hoc, inquit, si me audis, ac penitus intactum vitæ genus paululum remitte; malisque similem aliis rationem tenere, quæ prosit simul atque expediat; pane hoc quo cæteri vescuntur, ad victum utens, et vino interdum, cibisque aliis quantum libet: ut et his vesci videare, fastumque ex inedia cibique abstinentia devites, et iis qui tibi D nunc detrahunt, os claudas, nullaque in re carpi possis. Deinde, quoniam tibi inter cætera mos est nudis pedibus ingredi; mea quidem sententia id minime necessarium videtur; quia satius duxerim te integumento aliquo pedes munire, eosque per hiemem illæsos servare. Quæ cum ille in hunc modum suasisset, ejus vicissim accusatores verbis admonuit ne tantum virum temere proscinderent, nec judicium sibi accerserent, contraria illi sentientes; qui laudare potius, admirarique talem virum debeant.

Τότε μετὰ πάντων ἐκείνων, καὶ Πέτρος ὁ περιβόητος, ὁ τὴν ἀρετὴν ἀπαράμιλλος ἐκεῖνος, πρὸς τὸν C μέγαν ἀφίκετο, περί τε ἄλλων ἀναθήσων αὐτῷ πολλῶν, καὶ περὶ ὧν δόξαν αὐτῷ προσέτριδον πονηρὰν, τὸν τούτου βίον ἐπιμωμούμενοι, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ δι' ὀνείδους ποιούμενοι. Ἦσαν γὰρ οἱ τὸν ἄνδρα κακίζοντες, ἀνθ' ὧν τοῦτον ἐώρων βίῳ τε χρώμενον ἀνῳκισμένῳ, καὶ σημεῖα οὐκ ἐλάχιστα ἐπιδεδειγμένον. Ὃν δὴ καὶ ὁ Πατὴρ ἀνὰ μέρος περὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἐρωτήσας, καὶ ἐν πᾶσιν ὀρθῶς ἀνευρὼν φρονοῦντα, τῇ τε ἀρετῇ καὶ μᾶλλον ὑπερανεστηκότα, ἐξ ἧς γε αὐτῷ καὶ ἡ χάρις προσεπεφύκει· Τὸ μὲν ἐξηλαγμένον τοῦτο τοῦ βίου καὶ παντελῶς ἄθικτον, φησὶ πρὸς αὐτὸν, ἐμοὶ πειθόμενος, ὑπάνες μικρόν· ἐλοῦ δὲ μᾶλλον τὴν τοῖς ἄλλοις ὁμοίαν διαγωγὴν, ἧς μετὰ τοῦ ὠφελίμου, καὶ τὸ λυσιτελές· ἄρτῳ δὴ τούτῳ τῷ παρὰ πᾶσι χρώμενος εἰς τροφὴν, καὶ οἴνῳ ἔστιν ὅτε, καὶ ἐδέσμασι δὲ τοῖς ἄλλοις, ὅσον εἰκὸς, ἵνα καὶ μετέχειν δοκῇς, καὶ τὸν ἐπὶ ἀσιτίᾳ τύφον ἐκφεύξῃ καλῶς, καὶ τοὺς τὰ σὰ διαβάλλοντας, πεπαῦσθαι ποιήσῃς, καὶ οὐδενὶ γενήσῃ ὅλως ἀλώσιμος. Πλὴν ἐπεί σοι μετὰ τῶν ἄλλων καὶ γυμνοποδεῖν εἴθισται, ἐμοὶ δοκεῖν, ἥκιστα τὸ πρᾶγμα ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὡς τὸ ὑποδεδέσθαι μᾶλλον καὶ τοὺς πόδας ὑπὸ σκέπην ἔχοντος, καὶ ἀβλαβεῖς ἐν ὥρᾳ φυλάττοντος χειμερίῳ. Καὶ αὐτῷ μὲν οὕτω τὰ λυσιτελῆ παρηγγύησε· τοῖς δ' αὖ ἐγκαλοῦσιν ἐκείνῳ, λόγοις παρῄνεσε τοῖς προσήκουσι, μὴ τοσούτῳ προσκόπτειν ἀνδρὶ, μηδὲ κρῖμα ἑαυτοῖς τηνάλλως ἐπισυνάγειν, τἀναντία τούτῳ ὑπειλημμένοις· ἔχειν δὲ μᾶλλον δι' ἐπαίνου τὰ τούτου καὶ θαύματος τοιαῦτα ὄντα, καὶ πρὸς ἀλήθειαν.

VARIÆ LECTIONES.

[b5] al. Κρήσ.

Digitized by Google

Ὡς δὲ καὶ τοῖς λογάσι τῶν ἐπισκόπων συγγένοιτο, βουλὴν ἐν ἀλλήλοις συνάμα τῷ πατριάρχῃ βουλεύονται, εἰσελθεῖν πρὸς τὸν τὰ σκῆπτρα κρατοῦντα, καὶ αὐτῷ τὰ περὶ ὧν δέοιντο ἀναθέσθαι, ὡς ἂν γένοιτο τούτοις τάς τε ἰδίας ἀπολήψεσθαι ἐκκλησίας, καὶ τοὺς ταύτας κεκτημένους κακοδόξους ἀπώσασθαι. Οἳ καὶ πρὸς λόγον ἕκαστα διομιλησάμενοι τῷ κρατοῦντι, ὅπως τε αὐτοὶ βιαίως πρὸς τοῦ πρὶν βασιλέως ἠλάθησαν, καὶ ὅπως αἱ θεῖαι εἰκόνες, ὧν ἡ τιμὴ ἄνωθεν, αἰσχρῶς πεπαρῴνηνται, ἄλλα τε πρὸς τούτοις ὅσα ἐχρῆν σαφῶς καὶ διαῤῥήδην παραστησάμενοι, ἐλάνθανον ἄρα κωφῷ ὑπηχοῦντες, καὶ ἀσυνέτῳ τοὺς λόγους ὑπέχοντες. Θείου γὰρ λόγου ἐξέτι οὗτος ἀνομίλητος τυγχάνων παντάπασιν, οὔτε συνιέναι οἷος ἦν ἃ εἴρητο πρὸς ἐκείνων, οὔθ' ὅλως τούτοις καὶ μικρὸν προσέξειν τὸν νοῦν· πῶς γὰρ ὁ μηδέπω μηδὲν βέλτιον, μήτε παρ' ἑαυτοῦ συνειδὼς, μήτ' ὑπ' ἄλλου δεδιδαγμένος; Ὅθεν μακρῷ λόγῳ τῶν Πατέρων περὶ πίστεως διεξιόντων, τοῦτο μόνον ἀλογίστως ἔφησε πρὸς αὐτοὺς, ὅτι Εἰ καὶ καλοὶ οἱ παρ' ὑμῶν λόγοι, ἀλλ' οὐχὶ καὶ παραδεκτέοι ἐμοὶ, οὕπω μέχρι τοῦ νῦν εἰκόνα ἢ σεβασθέντι, ἢ προσκυνήσαντι. Ὥστε ἐμὲ μὲν δίκαιον ἔχειν, ὡς ἂν ποτε ἔχω· ὑμᾶς δ' ὡσαύτως τοῖς οἰκείοις ἐμμένειν, καὶ τὴν σφῶν περιέπειν δόξαν· οὐδένα γὰρ ὑμῶν τοῦτο πράττειν κωλύσω. Πλὴν μὴ ἐν τῇ βασιλευούσῃ εἰκόνα τοιαράπαν ἀναστῆλοῦν ὑμᾶς βούλομαι, ἀλλ' ἀπωτάτω καὶ ἔνθα πη βούλοισθε. Ἀμέλει καὶ τὸ εὔηθες τούτου οἱ Πατέρες γνόντες, ἐξῆεσαν παραυτίκα τῆς Βυζαντίδος· τοῦ ὁσίου τοῖς Κρίσκεντος πάλιν φοιτήσαντος τόποις, καὶ ἐκεῖ σὺν τοῖς μαθηταῖς τὸ τῆς ἀσκήσεως στάδιον ὑπερχομένου.

Μικρὸν τὸ ἐν μέσῳ, καὶ Θωμᾶς ἐκεῖνος ἀποστασίαν κατὰ Ῥωμαίων ὠδίνει· λητίζων τὰ πάντα καὶ κατατρέχων, ὡς ἂν ὑφ' ἑαυτὸν τὴν ἀρχὴν μεταγάγοι. Φόβῳ οὖν τοῦ μὴ ἁλῶναι τοῦ ἔξωθεν, πάντες τὴν βασιλίδα εἰσῆεσαν· οἱ μὲν αὐθαίρετοι, οἱ δ' ὑφ' ἑτέρων ἠγμένοι. Τότε μετὰ πάντων καὶ ὁ θεῖος εἰσεληλύθει Πατὴρ, ἐν ταύτῃ διάγων, ἕως ἂν ἡ ἐπικρατοῦσα στάσις λυθῇ καὶ ὁ τῆς ἀρχῆς μερισμός. Ἀλλὰ τοῦ Θωμᾶ τὰς δυνάμεις ἀθρόον περικοπέντος, καὶ ἀλωσίμου τῷ βασιλεῖ γενομένου, ἔξεισι πάλιν τῆς βασιλίδος, οὐκ ἐν τοῖς Κρίσκεντος ἀφικόμενος, ἀλλ' ἐν τῇ κατὰ τὸν Ἀκρίτα χερσονήσῳ, τῇ τοῦ ἁγίου οὔσῃ Τρύφωνος τὴν παροικίαν θέμενος· ἀφ' ἧς καὶ τῷ πατριάρχῃ συχνὰ παρουσιάζων, τά τε προσήκοντα διωμίλει, καὶ τὸν πόθον ἐπὶ τὸ μᾶλλον συνηύξει, οἷα κἀκείνου τοῖς ἴσοις τὴν ἀγάπην ἀμειβομένου, καὶ τὴν ἐν ψυχῇ διάθεσιν ἐν πολλοῖς παρεμφαίνοντος.

Ὅς γε καὶ ἐν μιᾷ τὸ περιὸν τῆς ἀγάπης παραστῆσαι βουλόμενος, ἄλλοις τε ἐπαίνοις εἰς ἐπήκοον πολλῶν ἐπισκόπων περὶ τοῦ ὁσίου ἐχρῆτο, καὶ ἃ ὑπέστη παθήματα, ὑπὲρ ἁπάντας διεξῄει· ἐξορίας τε αὖ τούτου καὶ φυλακὰς ἀριθμῶν· καὶ παντοίας ἄλλας κακώσεις ἐν σώματι. Ὡς δὲ καὶ συνεστιαθῆναι ἀμφοτέρους ἐδέησε, καὶ τραπέζης κοινωνῆσαι

A

B

C

D

CXVIII. *Theodorus aliique Patres ecclesias suas petunt ab imp., sed frustra.*— Cum autem una cum selectis episcopis Theodorus convenisset, omnes inter se cum patriarcha consilium inierunt adeundi imperatorem, eique preces offerendi, ut et ipsi proprias ecclesias reciperent, et qui eas occuparant, hæretici pellerentur. Sic igitur eum convenientes, omnia commemorantes, quemadmodum ipsi violenter ab ejus decessore ejecti fuissent, ac divinæ imagines, quarum cultus e cœlo, turpiter ac contumeliose tractatæ, aliaque id genus, quæ res posceret diserte planeque repræsentantes, non agnoverunt se surdo canere, verba fundere non intelligenti. Divini enim verbi expers ad eam diem, prorsusque rudis, neque intelligere poterat, si quid recti ab eis diceretur, neque animum illis ullo pacto intendere. Qui enim, qui nondum quidquam sacri vel ex seipso viderat, vel ab aliis fuerat edoctus? Quare prolixæ Patrum, quam de fide habuerunt orationem, hoc solum absurde stulteque respondit : Tametsi, inquit, egregia et honesta sunt quæ dixistis ; at mihi nequaquam amplectenda, qui hactenus imaginem nullam colui vel adoravi. Quocirca et me æquum est eum manere, qui fui, et vos pariter pristinum statum retinere, opinionesque vestras sequi. Per me enim licebit, nec cuipiam obsistam. Nisi quod imagines in regia urbe a vobis erigi prorsus nolo, sed extra eam procul, et ubicunque volueritis. Quo audito, statim exierunt Byzantio, Theodoro ad Crescentis loca redeunte, ibique vitæ stadium cum discipulis decurrente.

CXIX. *Theodorus Thomæ tyranni metu Constantinopolim se recipit : ad patriarcham crebro ventitat.* — Haud longum tempus intercessit, cum Thomas ille defectionem a Romanis instituit, et populari circum omnia cœpit, atque infestis armis pervagari, transferre ad se nitens imperium. Tum ne in ejus manus venirent, qui foris habitabant, regiam urbem omnes ingressi sunt, alii quidem sponte, alii ab aliis impulsi. Rediit cum cæteris divinus Pater, in eaque vixit, quoad orta seditio reprimeretur, divisæque imperii partes coalescerent. Thoma vero copiis suis repente destituto, et in potestatem imperatoris redacto, urbem Constantinopolitanam mox iterum reliquit : non tamen amplius ad Crescentis loca profectus est, sed in Acritorum peninsula, sancto Tryphoni sacra, sedem fixit ; ex qua sæpius ad patriarcham ventitabat ; et cum eo pro re nata disserens, desiderium magis magisque incendebat ; patriarcha vicissim amoris officia reddente, animique studium multis argumentis declarante.

CXX. *Patriarchæ veneratio erga Theodorum.* — Qui aliquando abundantem amoris vim patefacere cupiens, audientibus multis episcopis, tum alias sancti laudes commemorabat, tum ærumnas quas pertulit, super omnes extollebat ; exsilia ejus et carceres enumerans, vel alia omnia corporis supplicia. Ut autem convivari simul ambos opor-

Digitized by Google

tuit, unique mensæ accumbere : alios quidem patriarcha infra se sedere jussit, et post illum sedes sortiri ; solum autem sanctum in una eademque cathedra epulari. Reverendus enim, aiebat, mihi, omnique honore colendus admirabilis hic, cui cum omnia feceris, nunquam pro ejus merito feceris ob eminentem ejus virtutem, incomparabilemque humilitatem ; neque, vel si omnes mortalium honores proponas, illum unquam ab animi modestia dimoveas, aut abjectum modicumque de se sensum ponere persuadeas : quo nomine longe a nobis præferendus in honore, longeque in amore præstantior est iis qui me comitantur. Tanta erat Patriarchæ erga magnum Theodorum veneratio, tantus amor, et charitas ; sic illi omnes primas concedebant, præclare secum agi existimantes, si post illum censerentur. Procul absit livor pulchris omnibus succensere solitus, maculasque inurere melioribus ; sileat lingua futiles nugas garriens, et falsa impudenter deblaterans. Quis enim horum intuens divinorum virorum benevolentiam, concordiam, mutuamque conjunctionem, non calumniatores istos irrideat, in rebus adeo notis cavillari volentes, et veritatem solis luce clariorem obscurare atque confundere, quasi non habeant ubi sua celent, aut unde aliter placere possint, nisi cæteris insidientur ? Verum illi suo ingenio utantur ; nos certe veritatis ubique studiosi, in ea nunc vel maxime consistemus, qua videlicet freti, res Patrum, ut fuerunt, exposuimus, et sinceram ac minime fucatam benevolentiam factis ipsis comprobavimus.

CXXI. *Theodori mors.* — Sed jam nos tempus vocat ad beati viri finem. Refugit quidem oratio istuc accedere : accedet tamen, quanquam sit luctuosa narratio. Exoptabat igitur omnibus votis resolutionem, ut qui spes suas omnes in ea positas habebat, neque aliud vivens assidue meditabatur, hoc autem flagrans desiderio, totusque in futurorum cogitatione defixus, nec sic quidem extremis diebus otiari linguam voluit, aut tantillum cessare ab officio : sed iis quidem qui adventabant, verbis suis prodesse conabatur, utilia tradens, supremasque salutationes reddens. Absentibus autem et procul positis, manu et atramento, colloquii vices implebat, Deo illos commendans, animæque salutem precibus exposcens. Curæ enim sancto erat neminem præterire, sed communem et privatam de omnibus sollicitudinem hinc secum efferre. Quod quidem magni ducebat, et huic curæ studioque immori gestiebat.

CXXII. *Ad eum morientem concursus ingens.* — Gliscente vero ejus obitus fama, innumerabilis fuit undique accurrentium multitudo. Quos partim ex regia urbe venientes cerneres, partim ex vicinis

μιᾶς, παρόντος ἤδη καὶ τοῦ Πατρὸς, τοὺς μὲν ἄλλους ὁ Πατριάρχης ὑφέδρους ἑαυτῷ εἶχε, καὶ μετ' αὐτὸν τὰς κλισίας λαχόντας· μόνον δὲ τὸν ὅσιον καὶ ἐπὶ μιᾶς καθέδρας ἐποιεῖτο συνέστιον. Αἰδοῖος γάρ μοι, φησὶ πρὸς αὐτοὺς, ὁ θαυμάσιος οὗτος, καὶ τῆς πάσης τιμῆς ἄξιος, ᾧ πάντα τις ποιῶν, οὐδὲν οὐδέπω, οὐδ' ὅσον εἰκὸς ποιήσει, διά τε τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἀρετῆς, καὶ τὸ ἐν ταπεινώσει ἀσύγκριτον· οὐδὲ γὰρ, οὐδ' εἰ πᾶσάν τις τὴν ἐν ἀνθρώποις προσαγάγοι τιμὴν, ἢ αὐτόν ποτε τοῦ μετρίου μετακινήσει, ἢ πείσῃ ὅλως τοῦ καταδεδλημένου μεθέσθαι φρονήματος· δι' ἃ καὶ μᾶλλον προτιμητέος τῶν παρόντων ἐμοὶ, καὶ τὴν ἀγάπην διαφορώτατος. Οὕτω τιμῆς εἶχε πρὸς τὸν μέγαν ὁ πατριάρχης· οὕτω διαθέσεως καὶ στοργῆς· οὕτως αὐτῷ πάντες τῶν πρωτείων παρεχώρουν, μέγα ἑαυτοῖς καὶ τὸ μετ' ἐκεῖνον τετάχθαι ἡγούμενοι. Ἐρρέτω φθόνος ὁ τοῖς καλοῖς ἀεὶ νεμεσῶν, καὶ μώμους ἀεὶ προστρίδων τοῖς κρείττοσι. Σιγάτω γλῶσσα φληναφοῦσα τὰ μάταια, καὶ ἀναίδην τὰ μὴ ὄντα ἐκφέρουσα. Τίς γὰρ ὁρῶν τῶν θείων τούτων ἀνδρῶν τὸ εὔνουν τε καὶ ὁμόγνωμον, καὶ τὸ ἐν ἀλλήλοις συνδετικὸν, οὐκ ἂν τῶν φιλαιτίων καταγελάσοιτο, πράγμασιν οὕτως ἐκδήλοις ἐπηρεάζειν θελόντων, καὶ ἀλήθειαν ἴσα καὶ ἡλίῳ λάμπουσαν ἀμαυροῦν καὶ συγχέειν ὥσπερ οὐκ ἔχοντες ὅποι τὰ ἑαυτῶν κρύψειν, ἢ ἐξὸν [66] ἄλλως εὐδοκιμήσειν, εἰ μὴ ἑτέροις ἐπίθωνται ; Ἀλλ' οὗτοι μὲν ἐχέτωσαν ὡς ἔχοιεν, ἡμεῖς δὲ πανταχοῦ τὴν ἀλήθειαν προτιμήσαντες, νῦν καὶ μᾶλλον ταύτης περιεξώμεθα· ᾗ καὶ θαῤῥήσαντες, ὡς ἐνῆν, τὰ τῶν Πατέρων παρεστησάμεθα, καὶ τὸ τῆς εὐνοίας καθαρὸν καὶ ἀδόλωτον, αὐτοῖς πράγμασιν ἀπεδείξαμεν.

Ἀλλ' ἡμᾶς γε ὁ καιρὸς ἐπὶ τὸ τέλος τοῦ μακαρίου καλεῖ· ᾧ προσδῆναι μὲν ὁ λόγος ὀκνεῖ· προσδήσεται δ' ὅμως, εἰ καὶ σκυθρωπὸν τὸ διήγημα. Ἐπίθει μὲν οὖν τὴν ἀνάλυσιν, ὁ μηδενὶ ἄλλῳ ἢ ταῖς ἐκεῖθεν ζήσας ; ἐλπίσι, καὶ τοῦτο θέμενος μελέτην διαπαντός. Οὕτω δὲ πόθου ἔχων, καὶ ὅλως [67] ὧν τῶν μελλόντων, οὐδ' ἐν ταῖς τελευταίαις ἐβούλετο ἡμέραις τὴν γλῶσσαν καὶ μικρὸν ἐπισχεῖν, ἢ σχολάζουσαν συνόλως ἰδεῖν· ἀλλὰ τοὺς μὲν αὐτῷ προσιόντας λόγοις ἔσπευδε τοῖς παρ' ἑαυτοῦ ὠφελεῖν, παραδιδοὺς τὰ συνοίσοντα, καὶ τοὺς ἐξιτηρίους ἀποδιδούς· τοῖς δὲ μακρὰν καὶ ἀφεστηκόσι, χειρὶ καὶ μέλανι, τὰ τῆς ὁμιλίας ἐπλήρου, Θεῷ τε παρατιθεὶς τούτους, καὶ σωτηρίαν ψυχῆς ἐπευχόμενος. Ἦν γὰρ σπουδὴ τῷ μεγάλῳ μηδ' ἐκλιπόντα μηδένα καταλιπεῖν· ἀλλὰ ταῖς ἁπάντων μερίμναις συναπελθεῖν. Ὅ καὶ ἐτίθει πολλοῦ, καὶ τῆς πάντων ἐποιεῖτο φροντίδος.

Ὡς δ' ἡ τούτου περιηγγέλη τελευτὴ, ἦν ἰδεῖν πλῆθος οὐδ' ἀριθμῷ ληπτὸν, ἐκείνῳ συνθέοντας. Οὓς μὲν ἐπὶ τῆς βασιλευούσης φοιτῶντας, οὓς δ' ἀπὸ τῶν πέριξ τόπων, ἄλλους ἀλλαχόθεν συνηθροι-

VARIÆ LECTIONES.

[66] f. ἐξ οὗ. [67] al. ὅλος.

Digitized by Google

σμένους. Οὐδ' ἀρχιερέων οἱ πλεῖστοι ἀπελιμπάνοντο τηνικαῦτα· οἵ τε αὖ προεστῶτες τῶν κοινοβίων, καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς ταττόμενοι μοναχοί, πάντες ἅμα σπουδῇ ἔθεον· ὡς ἂν ἢ ὁμιλοῦντος τοῦ Πατρὸς ἀκούσωσιν, ἢ λόγου κατηχητικοῦ ἀπολαύσωσιν· ἢ ἐκδημοῦντα θεάσωνται, ἢ ἵνα τι πάντως ῥᾴους τῇ προσελεύσει γένωνται. Ἐπεὶ καὶ τὸ μόνον τοῦτο γενέσθαι ἐν χρῷ, μέγιστον ἐνόμιζον εἰς ὠφέλειαν. Ἦν γὰρ ὁ θαυμάσιος ἡδὺς τὸν λόγον, ἡδίων τὸν τρόπον, τὴν συνουσίαν ἡδύτερος· τὸ ἦθος κόσμιος, γαληνός, συμπαθής, πρᾶος, ἀόργητος, ταπεινός, καὶ ἄλλα ὅσα ὁ κατὰ Θεὸν πλουτήσει ἄνθρωπος.

Ἑπτὰ τοιγαροῦν καὶ ἑξήκοντα βεβιωκὼς ἐνιαυτούς, [48] νόσῳ βαρείᾳ περὶ τὰς ἀρχὰς τοῦ Νοεμβρίου περιπίπτει μηνός· ἣ τὸ τοῦ στομάχου πάθος σφοδρότερον αὐτῷ κατεπανιστᾷ· καὶ τῇ κλίνῃ ὅλον πεδῆσαν, καὶ ἴσα νεκρῷ σχεδὸν ἔθετο. Ἀλλ' ἐκεῖνος καὶ πόνου οὕτως ἔχων, καὶ ὀδυνῶν ὅλως πεπληρωμένος, τοῖς μαθηταῖς ὅλως ἐπιστρεφὴς ἦν· ὡς ἂν εἴπου καὶ γένοιτο τοῦτο ῥαῖσαν βραχύ· καὶ μόλις ἀνεθέντι μικρὸν, λόγος ἀπὸ χειλέων εὐθὺς, καὶ ἡ συνήθης πάλιν διδασκαλία. Πλὴν ἡ γλῶσσα τούτῳ πονηρῶς εἶχε, τῷ πυρετῷ ἤδη καταφρυγεῖσα· μόλις καὶ μικρόν τι ᾠθεγγομένη καὶ ἄτονον· ἐνὶ τῶν γραφέων τὰ τῆς ὁμιλίας ἐκείνης ὑπαγορεύσας, δι' ἐκείνου τοῖς ἄλλοις τὴν διάλεξιν ὑπῆχει. Ἔχει δὲ αὐτῷ κατ' ἀρχὰς ὁ λόγος οὑτωσί·

Ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες, ἠσθένησα, καὶ πάλιν εὐχαῖς ὑμῶν ἀνακέκλημαι. Ἴστε δὲ ὅπως ὑπὸ τοῦ κλόνου καὶ τοῦ πυρετοῦ κατεσχέθην, καὶ μηδ' ἐπ' ἐμαυτοῦ εἶναι δυνάμενος. Ἀλλ' ἕως πότε μέλλομεν ἐπὶ τὸ πάλιν ἔρχεσθαι τοῦτο; Ἥξει γὰρ πάντως ὁ θάνατος χωρίζων με ἀφ' ὑμῶν, καὶ πρὸς τὰ ἐκεῖθεν ἀπάγων. Τὰ δέ γε λοιπὰ τοῦ λόγου, ἐν ταῖς ἀμφοτέραις τοῦ Πατρὸς κατηχήσεσιν, εἴσεται ὁ βουλόμενος.

Τοίνυν μετὰ τὸ τὴν παροῦσαν ὁμιληθῆναι κατήχησιν, εὐθὺς καὶ ἡ νόσος ἀνῆκεν αὐτῷ [49], ῥᾴω τε γεγονότα ὅλον, καὶ ἐπὶ ποδῶν βαίνοντα, καὶ τὴν θείαν ἐν τῷ Κυριακῷ τελοῦντα μυσταγωγίαν, δι' ἣν καὶ μᾶλλον αὐτῷ τὴν ὑγείαν ἐδωρεῖτο ὁ Θεὸς, ἵν' ἔχοι τοῦτο καὶ τὴν θυσίαν προσαγαγεῖν ἐν καιρῷ.

Ὅθεν καὶ τοῖς συνοῦσι Πατράσι τε καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ εἰκότα συνομιλήσας, κοινωνήσας τε αὐτοῖς καὶ τραπέζης, πάλιν ἀναπίπτει τῷ κλινιδίῳ. Καὶ δὴ προσκαλεῖται τὸν οἰκονόμον (1). Ναυκράτιος δ' ἦν

A circum locis, alios ex aliis finibus congregatos. Nec defuerunt numero episcopi complures, nec cœnobiorum rursus antistites, qui una cum subjectis sibi monachis adesse festinabant; ut vel loquentem Patrem audirent, ejusque documentum aliquod perciperent, vel abeuntem ipsum conspicerent; ut aliquem demum adventus sui fructum referrent. Maximum siquidem emolumentum censebant, vel ad ipsum tantum propius accessisse. Erat enim admirandus Theodorus, sermone dulcis, moribus suavior, congressu jucundior, animi habitu honestus, serenus, misericors, lenis, iræ expers, humilis; et si quid aliud est, quod in perfecto et secundum Deum homine laudari aut suspici debeat.

CXXIII. *Theodori ætas et morbus ultimus.* — B Septem igitur ac sexaginta natus annos, in gravem morbum incidit, Novembri mense ineunte: qui stomachi dolorem vehementius auxit, ipsumque lectulo alligavit, ac mortui similem reddidit. In hoc tamen mali æstu, cum urgerent undique cruciatus, totus in discipulos ferebatur. Cum autem refocillari nonnihil videretur, dolorisque vis paulatim remitti, statim ex labris oratio et consueta rursum doctrina profluere. Sed cum febris ardore adusta lingua officium negaret, ægre submissum quemdam et inconditum edens sonum, accito notario, dictatis quæ volebat, ad alios verba transmisit. Ejus autem sermonis hoc fuit initium:

CXXIV. *Morientis oratio ad suos.* — Fratres, C Patresque; ægrotavi, et precibus vestris convalui. Scitis autem quam violento morbi æstu, quam acri tenerer, ita ut mei pene compos non essem. Sed quousque tandem eo venire differimus? Veniet enim mors omnino, quæ a vobis me separet, et ad loca illa perducat. Cætera vero, si cui nosse est animus, in utrisque Patris catechesibus reperiet.

CXXV. *Morbo remittente sacrum in Ecclesia facit.* — Peracto hoc sermone, morbus continuo remisit. Quare virihus confirmatus, suisque pedibus incedens, Dominicum petiit, et sacram in eo mystagogiam peregit, cujus maxime gratia sanitatem illi dederat Deus ut sacrificium offerre posset D in tempore.

CXXVI. *Iterum lapsus in morbum, Naucratium œconomum advocat.* — Unde post habitam ad Patres, aliosque qui convenerant, congruam orationem, et post communem cum illis mensæ partici-

VARIÆ LECTIONES.

[48] Vat. cod. δώδεκα τῆς ὑπὲρ ἀληθείας Χριστοῦ τρίτης αὐτοῦ ἐξορίας. *Duodecim ipsius pro Christi veritate, exilii tertii.* [49] S. αὐτόν.

NOTÆ.

(1) Vatic. cod. Καὶ δὴ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν προσαγαγὼν τῷ Θεῷ καὶ μεταδοὺς πᾶσι τοῖς παροῦσι τοῦ ζωποιοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἰδίαις χερσὶν, etc. *Cumque incruentam Deo hostiam obtulisset ac omnibus qui aderant vivificum corpus et sanguinem Domini nostri et Servatoris nostri Jesu Christi propriis manibus tradidisset*, etc. Videsis et Naucratii epistolam de obitu S. Theodori, editam a Franc. Combefisio in *Hist. Monothel.*, pag. 871.

Digitized by Google

pationem, lectulo iterum decubuit, atque œconomum advocavit. Naucratius is erat, qui et præfecturam post eum gessit, quem cum de omnibus perdocuisset, multisque qua ratione fratribus rite præesset, optimis documentis informasset; interrogabat denuo de iis quæ audire maxime avebat. Nunquid, Pater, ait, aut Frater, aliquid a nobis prætermissum in officio? Num aliquid remissius aut negligentius quam par erat, actum socordia, aut facilitate nostra? Num si quid fuit, quo meliores effici possent qui nobiscum erant, eorum salutem prodidimus, utilitatis tantæ commoda negligentes? mihi enim æstuat angiturque animus, recogitans omnium sibi subeundum esse judicium: et quænam illi ad tantum tribunal oratio sufficiet, cui sisti tantummodo formidandum est, et penitus intolerabile?

A οὗτος, ὁ καὶ μετ' αὐτὸν τὴν προστασίαν ἐγχειρισθείς, ᾧ καὶ κοινωσάμενος περὶ πάντων, ὅπως τε ἐν πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς γένοιτο δεξιὸς πολλὰ παραινέσας. Πυνθάνεται αὖθις καὶ περὶ ὧν πυθέσθαι τούτῳ ἡ μείζων σπουδή. Μή τι, φησὶν, ὦ Πάτερ καὶ ἀδελφὲ, ἐλέλειπτό τι τῶν ὀφειλόντων ἡμῖν; Μή τι τῶν δεόντων παρεῖται ἢ παρημέληται ἄλλως διὰ ῥᾳθυμίαν ἡμετέραν καὶ χαύνωσιν; Μὴ ἄρα ἐξ ὧν βελτιοῦσθαι οἱ μεθ' ἡμῶν ἔμελλον, τὴν σωτηρίαν αὐτῶν προεδώκαμεν, ὠφελείας ὑπεριδόντες τοσαύτης; ἐμοὶ γὰρ συνέχεται ἡ ψυχὴ καὶ ἀγωνιᾷ ὅλη, ἐννοοῦσα ὅπως μέλλει τὰς ἑκάστου εὐθύνας ὑφέξειν· καὶ τίς αὐτῇ ὁ ἐν τοσούτῳ λογοθεσίῳ ἀρκέσων λόγος, ᾧ καὶ παραστῆσαι μόνον, φρικτὸν καὶ ἀνύποιστον;

B

CXXVII. *Rursum decumbit.* — Hæc ille Naucratio cum dixisset, postero die, qui sextus erat Novembris, Pauli confessoris memoriæ sacer, Ecclesiam rursus petit, tum sacris operaturus, tum verba facturus ad fratres. Vespere autem, cum solitos cum illis hymnos Deo persolvisset, solus cellulam ingreditur, et paucula ore, plura mente, cum solo collocutus, profunda jam nocte ingravescere morbum sensit, acrioresque quam antea dolores augeri; quorum laborem ferre amplius tacitum non valens, eum qui pro cellæ foribus dormiebat, accersit; eique vim et acerbitatem explicat dolorum. Illo autem pro magnitudine mœroris flebiliter exclamante, accurrerunt illico discipuli flentes, ejulantesque, ut qui Patrem jamjam exstinctum iri arbitrabantur. Biduo igitur his doloribus excruciatus, ut sentit instare obitum sibi, perfusus manantium lacrymarum rivulis, excessum suum discipulis annuntiat.

Οὕτω διομιλήσας τῷ Ναυκρατίῳ, τῇ ἑξῆς πάλιν, ἕκτην τοῦ Νοεμβρίου ἔχοντος, καθ' ἣν καὶ ἡ τοῦ ὁμολογητοῦ μνήμη Παύλου ποιεῖται, τῇ Ἐκκλησίᾳ φοιτᾷ, τήν τε θείαν ἐκτελέσων μυσταγωγίαν, καὶ λόγον μεταδώσων τοῖς ἀδελφοῖς. Τῆς δ' ἑσπέρας καταλαβούσης, καὶ ὕμνους συνάμα τούτοις ἀποδοὺς τῷ Θεῷ τοὺς συνήθεις, εἴσεισι μόνος ἐν τῷ κελλίῳ, γλώσσῃ δὲ ὀλίγα, διανοίᾳ δὲ τῷ μόνῳ προσομιλῶν· καὶ δὴ περί που νύκτα βαθεῖαν, τὰ τῆς νόσου αὐτῷ ἐπιτίθεται αὖθις, βαρυτέρας ἢ πρόσθεν αἰσθομένῳ τῆς ἀλγηδόνος· ὅς γε καὶ μὴ οἷός τε ὢν ὑποφέρειν τοὺς πόνους, φωνεῖ τὸν πρὸ τῆς κέλλης καθεύδοντα· καὶ αὐτῷ ἀπαγγέλλει τὰ τῆς ὀδύνης. Οὗ καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῆς λύπης, μέγα τι καὶ περιπαθὲς ἄφνω βοήσαντος, συντρέχει ἅμα τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν, δεδακρυμένοι ἅμα καὶ ἀνοιμώζοντες· ἐκλείψειν γὰρ κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν τὸν Πατέρα ἐτόπασαν. Ἐπὶ δυσὶν οὖν ἡμέραις τῷ πάθει τετρυχωμένος, ἐπεὶ ἔγνω τάχιστα αὐτῷ καὶ τὴν τελευτὴν ἥξειν, συγχυθεὶς ὅλως τῷ χωρισμῷ τῶν συνόντων δακρύων, ὡς εἶχε, καταφοραῖς, τὰ τῆς ἐξόδου ἀπαγγέλλει τοῖς μαθηταῖς·

C

CXXVIII. *Extrema Theodori verba ad suos.* — Patres, inquit, et fratres mei, jam adest, ut videtis, vitæ meæ finis, quem semper exspectavi. Commune enim est omnibus hoc poculum, citius alii licet, tardius alii bibant. Ex quo enim in hanc vitam producti sumus, vitæ finem capiamus necesse est, optimo Domino ita statuente, ut qui vita fruuntur, mortem quoque sustineant. Mihi vero eadem cum aliis ineunda est via, eoque abeundum, quo patres mei antecesserunt, ubi vita sempiterna, imo ubi Deus et Dominus meus, quem dilexit anima mea, quem cor concupivit, cujus famulus dictus fui, quamvis obsequium neglexerim; cui totam vitam meam concredidi. Vos vero, filii, manete in sermonibus nostris, servantes quæ accepistis, vitamque simul et fidem vestram illibatam custodientes. Utrumque enim necessarium vobis est; si in utroque placere et accepti esse vultis. Scitis quomodo nihil subtraxerim vobis, quominus annuntiarem veritatem, sed publice et privatim omnibus congruentia indicarim: quæ utinam mentibus vestris

D

Πατέρες, λέγων, ἐμοὶ καὶ ἀδελφοὶ, ἤδη πάρεστιν, ὡς ὁρᾶτε, τὸ τοῦ βίου μοι τέλος, ὃ καὶ πάντοτε προσδόκιμον εἶχον παρ' ἐμαυτῷ. Κοινὸν γὰρ πάντων τοῦτο τὸ ποτήριον· κἂν οἱ μὲν θᾶττον αὐτὸ, οἱ δὲ βραδύτερον πίνωσιν. Ἐπεὶ γὰρ ἐν τῷ βίῳ παρήχθημεν, πάντως καὶ τοῦ βίου πεῖραν ληψόμεθα· οὕτω τοῦ ἀγαθοῦ οἰκονομήσαντος, ἵν' οἱ ζωῆς μετασχόντες, καὶ θανάτου μετάσχοιεν. Λοιπὸν ἀνάγκη κἀμὲ τὴν αὐτὴν βαδίσαι τοῖς ἄλλοις, καὶ ἀπελθεῖν, ἔνθα οἱ προωδευκότες πατέρες μου· ἔνθα ἡ ζωὴ ἡ ἀΐδιος, μᾶλλον δὲ ἔνθα ὁ ἐμὸς Δεσπότης καὶ Κύριος, ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου, ὃν ἐπόθησεν ἐν καρδίᾳ· οὗ δοῦλος ἐκλήθην, κἂν τὴν δουλείαν ἠθέτησα· ᾧ πᾶσαν τὴν ἐμὴν ζωὴν ἐνεπίστευσα. Ὑμεῖς δὲ, ὦ τέκνα ποθεινὰ, μείνατε ἐν τοῖς ἡμετέροις λόγοις, φυλάττοντες ἃ παρελάβετε, τηροῦντες ἑαυτοῖς τόν τε βίον καὶ τὴν πίστιν ἀνόθευτα. Χρεία γὰρ τῶν ἑκατέρων ὑμῖν, εἴπερ βούλοισθε δι' ἑκατέρων εὐδοκιμεῖν. Οἴδατε γὰρ πάντως, ὅτι οὐδέποτε ὑπεστειλάμην ὑμῖν, τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι τὴν ἀλήθειαν· ἀλλὰ καὶ κοινῇ καὶ καθ' ἕνα τοῖς πᾶσι τὰ ὀφειλόμενα διεμαρτυράμην· ἃ καὶ εὖ-

Digitized by Google

χομαι ταῖς ὑμετέραις διανοίαις μένειν ἀμετακίνητα. Καί γε ὑμῖν διεγγυῶμαι, ὡς εἴπερ τινὰ παῤῥησίαν ἐν τῇ τοῦ Κυρίου ἡμέρᾳ ὁ ταπεινὸς εὕροιμι, αἰτεῖν ὑπὲρ ὑμῶν καὶ δεῖσθαι οὐ παύσομαι· ὡς ἂν ὑμεῖς τε ἐπὶ τὸ βέλτιον ἄγοισθε, καὶ κοινόβιον δὲ τὸ ὑμέτερον μείζω ἀεὶ λαμβάνει τὴν προκοπήν, ἕνα καθ' ἕνα προσλαμβανόμενος ἀφ' ὑμῶν, καὶ προσάγων θεῷ τῷ σώζοντι. Ταῦτα τοῦ Πατρὸς διεξελθόντος τοῖς μαθηταῖς, καὶ τοῦτο τελευταῖόν φησι· Τοὺς ἀπολειφθέντας τῶν Πατέρων προσείπατε παρ' ἡμῶν· τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ ἱερέων τοὺς μὴ παρόντας, τὰ εἰκότα προσφθέγξασθε· τοῖς ἐν παντὶ οὖσιν ἀδελφοῖς, καὶ πᾶσιν ἄλλοις οἳ τὴν ὁμολογίαν ἐτήρησαν, τὴν τελευταίαν ἐξ ἡμῶν ἀπόδοτε πρόσρησιν. Ἐρωτηθεὶς δὲ πρὸς τοῦ θείου Ναυκρατίου περὶ τῶν ἐν ἐπιτιμίοις μοναχῶν τε καὶ λαϊκῶν, ἀπεκρίνατο· Ὁ Θεὸς συγχωρήσει πᾶσι, μηδενὶ λογισθείη τὰ παραπτώματα.

Οὕτως οὖν ἔχων, δύο ἄλλας ἡμέρας διέμεινεν, εὐλογῶν τε τοὺς προσιόντας, καὶ τῷ σημείῳ σφραγίζων τοῦ σταυροῦ. Συχνοὶ γὰρ αὐτῷ ἀνὰ πᾶσαν διέθεον ὥραν· ἄλλοι ἀλλαχόθεν ὡρμημένοι, καὶ τοὺς ἀπιόντας οἱ παραγενόμενοι φθάζοντες. Τῇ δὲ Κυριακῇ καταλαβούσῃ, ἐν ᾗ καὶ ἡ τοῦ μεγαλομάρτυρος Μηνᾶ ἐτελεῖτο μνήμη, ἐνδεκάτην τοῦ μηνὸς ἄγοντος, ᾔσθετο ἑαυτὸν μικρὸν ὅσον οὔπω ἐκλείψειν μέλλοντα. Ὅθεν καὶ προστάσσει τὴν συνήθη γενέσθαι δοξολογίαν· εἶτα καὶ τῶν θείων μεταλαμβάνει μυστηρίων, ἵν' ἔχῃ ἐφόδιον καὶ ψυχῆς ἀγαλλίαμα τὴν μετάληψιν (2). Παραυτίκα δὲ καὶ τοῖς μαθηταῖς παρακελεύεται, φῶτα ὑπανάψαι, καὶ ὕμνων τῶν ἐξοδίων ἀπάρξασθαι. Οἱ καὶ κύκλῳ περιστάντες, καὶ τὸ, *Μακάριοι οἱ ἄμωμοι*, ὑποψάλλοντες, ἅμα τῷ τούτους εἰρηκέναι, *Εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἐπιλάθωμαι τῶν δικαιωμάτων σου, ὅτι ἐν αὐτοῖς ἔζησάς με*· ἅμα καὶ αὐτὸς παρέδωκε τὴν ψυχὴν, ἀφεὶς τὰ ἐνταῦθα, καὶ διαβὰς πρὸς τὴν ἐκεῖθεν μακαριότητα. Καὶ προστίθεται τοῖς ὁσίοις ὁ ὅσιος, τοῖς ἱερεῦσιν ὁ ἱερεύς, ὁ μάρτυς τοῖς μάρτυσιν, τοῖς κήρυξὶν ἡ μεγάλη φωνὴ, καὶ μικροῦ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην περιηχήσασα· τοῖς ὁμολογηταῖς ὁ τὴν ὁμολογίαν λαμπρὸς, καὶ ταύτην ἐξόχως τὴν κλῆσιν λαχών. Οὗ τὸ πανίερον σῶμα μετὰ τιμῆς οὐδ' ὅσης καὶ ῥηθῆναι τῇ νήσῳ κομισθὲν τῆς Πριγκίπου, μόλις τῷ τάφῳ δίδοται· τοῦ συῤῥεύσαντος πλήθους ἐφ' ἱκανὸν κωλύοντος τὴν κατάθεσιν.

Ἀλλὰ σὺ μὲν, ὦ ἱερώτατε Πάτερ, οὕτω καὶ βιοὺς καὶ μεταστὰς, νῦν ἐν οὐρανοῖς κομίζῃ τὰς ἀμοιβὰς, φωτὶ τῷ μεγάλῳ παριστάμενος, καὶ ταῖς αὐγαῖς τῆς μακαρίας καὶ ἀρχικῆς Τριάδος ἐλλαμπόμενος, τρανώτερόν τε καὶ καθαρώτερον, ὅλην ὅλῳ νοῖ τὴν αἴγλην δεχόμενος τῆς θεότητος, καὶ τῇ ἑνώσει ταύτης θεούμενος. Μέμνησο δὲ καὶ τῆς παίμνης σου, ἣν λίαν

fixa et immota hæreant! Spondeo autem vobis, si quam in die Domini fiduciam humilis nanciscar, me pro vobis postulaturum precaturumque incessanter; ut et ipsi ad meliora provehamini, et cœnobium hoc vestrum majora semper incrementa capiat; singulos ex vobis, ordine unumquemque Deo viventi oblaturus assumam. His discipulos affatus Pater, adjecit ad extremum: Absentes Patres verbis meis salutate: episcopos presbyterosque, quo par est alloquio impertite, omnibus ubique fratribus aliisque omnibus, qui in eadem confessione perseverant, supremam ex me allocutionem reddite. Interrogatus deinde a divino Naucratio de monachis et laicis qui pœnitentiam agebant, respondit: Ignoscet omnibus Deus; nemini imputentur errata.

CXXIX. *Viatico munitus obit, in insula Principis sepelitur.* — Duos alios dies in hunc modum exegit, accedentibus benedicens, crucisque signum imprimens; frequentes enim in horas adventabant hinc inde profecti, adeo ut digredientes alii semper intervenientes occuparent. Die autem Dominico, qui undecimus erat mensis, et Menæ martyris memoriæ dicatus, cum sensim deficere se animadverteret, supremumque tempus advenisse; consuetas laudum preces inchoari jubet: deinde mysteriis divinis, ut animæ viaticum et munimen essent, participat. Mox etiam luminaria succendi, et exodios, qui in funeribus cantantur, hymnos cani innuit. Discipulorumque corona circumstante, ac psalmum: *Beati immaculati* [e], decantante, in illis verbis: *In æternum non obliviscar justificationes tuas, quia in ipsis vivificasti me* [f]: animam reddidit, infima hæc deserens, evolansque ad summam illam beatitudinem. Appositusque est ad sanctos sanctus, ad sacerdotes sacerdos, ad martyres martyr, ad divinos præcones vox ingens, totum pene orbem suo sono pervagata; ad confessores confessione illustris, et nomen hoc præcipuo titulo consecutus. Cujus sacrum corpus ad Principis insulam, quanto cum honore dici nequeat translatum, vix tandem tradi potuit sepulturæ; inhibente, quoad poterat, confluentis turbæ multitudine, ac deponi vetante.

CXXX. *Oratio ad sanctum Theodorum.* — At tu, sanctissime Pater, tam laudabilis vitæ mortisque præmia in cœlo nunc percipis, lumini immenso astans, beatæque ac sempiternæ Trinitatis radiis clarius sinceriusque collucens; totum tota mente splendorem excipiens deitatis, atque ipsa ejus conjunctione Deus factus. Memento autem et gregis

[e] Psal. CXVIII, 1. [f] ibid. 93.

(2) Vatic. cod.: Καὶ ἐπαλειψάμενος κατὰ τὸ ἔθος τὰ μέλη αὐτοῦ, etc. *Et inunctus membra pro more.* Sic et Naueratii epistola, Εἶθ' οὕτω μετασχὼν τῶν ἁγιασμάτων τῶν ζωοποιῶν ἐκείνων, καὶ κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐπαλειψάμενος, καὶ κατασφραγισάμενος, etc. *Deinde vivificorum illorum particeps sacramentorum factus, ac pro more inunctus, consignatusque*, etc.

Digitized by Google

quem intime adamasti, pro quo animam posuisti, cui subventurum te, et pro eo intercessurum promisisti. Te ipso enim freti, opem tuam et tutelam deposcimus. Nota nobis est tua in nos cura, Patrum optime, ac filiorum amantissime; ut et in omnibus ad meliora nos ducas, et ad portum tandem tranquillissimum appellas; hancce nobis assidui officii mercedem tribuens, ut vitam inoffenso pede claudamus; teque patrono ac duce in Deum omnium evecti, immensa illa claritate perfruamur.

CXXXI. *Ejus translatio.*— Quoniam vero sacrum ipsum sanctumque corpus præcipuo quodam honore affici par erat; post annos decem et octo, cessante jam adversus Ecclesiam bello, quod postremum Theophilus excitarat; in regiam urbem B clara et celebri pompa devehitur, illustri Methodio, piaque Theodora illud ab insula exportantibus, atque in Studii monasterio collocantibus: in quo et magni Platonis, et beati quoque Josephi dives arca pariter asservatur. Quod cum inferretur, divinus ipse patriarcha, clerusque universus, cum ingenti monachorum ac populi multitudine, cum facibus varioque suffitu extra urbem obviam effusi, supinis manibus illud excipientes, salvum, integrum, sanumque, ac miro fragrans odore repererunt, laudemque Deo omnium Regi referentes, in Patrum torum intulerunt. Illi honor et gloria cum unigenito ipsius Verbo, et vivifico Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

A ἠγάπησας, καὶ ὑπὲρ ἧς τὴν ψυχὴν τέθεικας· ᾗ καὶ ἐπηγγείλω ἐπαμύνειν ἀεὶ καὶ ἀντιλαμβάνεσθαι. Σοὶ γὰρ θαῤῥοῦντες, τὰς σὰς πρεσβείας εἰς βοήθειαν ἐξαιτούμεθα. Οἴδαμεν γὰρ τὴν περὶ ἡμᾶς σου διάθεσιν, ὦ Πατέρων ἄριστε καὶ φιλοτεκνότατε, ὡς ἂν τά τε ἄλλα καὶ ὁδηγοίης ἡμᾶς πρὸς τὰ κρείττονα, καὶ εἰς λιμένα ἐγκαθορμίσας τὸν γαληνότατον, ταύτην διδοὺς ἡμῖν τὴν ἀντιμισθίαν τῆς προεδρίας, τὸ τὴν παροῦσαν ἀπροσκόπως ἀνύσαι ζωήν· καὶ ὑπὸ σοὶ μεσίτῃ καὶ πρεσβευτῇ τῷ τῶν ὅλων παραστῆναι Θεῷ, καὶ τῆς ἐκεῖ μετασχεῖν λαμπρότητος.

Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ πανίερον σῶμα καὶ πανάγιον ἔδει τιμῆς κατευμοιρῆσαι τῆς κρείττονος, ἐτῶν διαγεγονότων δέκα καὶ ὀκτὼ, παυσαμένου ἤδη καὶ τοῦ κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν πολέμου, ὃν τελευταῖος ὁ στυγητὸς Θεόφιλος ἀνερρίπισε, λαμπρῶς τῇ βασιλίδι ἀνακομίζεται, Μεθοδίου τοῦ ἀοιδίμου καὶ τῆς εὐσεβοῦς Θεοδώρας τοῦτο ὑπὸ τῆς νήσου εἰσαγαγόντων, καὶ τῇ τοῦ Στουδίου καταθεμένων μονῇ· ἔνθα ἡ πολύπλουτος σορὸς Πλάτωνος τοῦ μεγάλου καὶ Ἰωσὴφ τοῦ παμμάκαρος. Οὗ καὶ ἐν τῇ εἰσόδῳ αὐτός τε ὁ θειότατος πατριάρχης, καὶ κλῆρος ἅπας, καὶ μοναστῶν πλήθη καὶ μιγάδων, μετὰ λαμπάδων καὶ θυμιαμάτων προ[σ]χυθέντες τῆς πόλεως, καὶ τοῦτο χερσὶν ὑπτίαις δεξάμενοι, καὶ ὅλον σῶον εὑρόντες καὶ ἄρτιον, ἀῤῥήτου εὐωδίας πληρούμενον, τῇ θήκῃ τῶν Πατέρων κατέθεντο, δόξαν τῷ παμβασιλεῖ Θεῷ ἀναπέμποντες. Ὧπερ ἐστὶ τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Λόγῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

DE SEQUENTI S. THEODORI STUDITÆ VITA

MONITUM.

(Ang. Mai *Biblioth. nov.* t. VI, p. 292.)

Quam nos in sequentibus paginis vulgamus sancti Theodori Studitæ Vitam, ea in duobus bibliothecæ Vaticanæ codicibus 608 *et* 1256, *diserte inscribitur Michaeli monacho, ut diximus p.* 158 * *in adnotatione, utque Allatius nos ibidem commode admonuit in cap.* 98 *de Theodoro. Ergo illa quæ in Sirmondi volumine legitur Vita, non Michaelem auctorem habet, sed vel anonymum, vel fortasse quemdam Joannem, prout suspicatur Allatius loc. cit. Causam erroris (cui nos quoque credidimus, cum Studitæ nova scripta ederemus) scrutari curiosius non vacat, quandoquidem testes duo Michaeli vindicant, et Allatius id confirmat. Proœmium quidem totum novum est : elocutio in reliquis semper ab illa edita Vita differt; sed tamen res narratæ vix variant. Nos hanc luculentam Studitæ (quanti viri!) biographiam in codicibus diutius latere non patimur : atque ut ea utilior fiat, Latinam quoque ejusdem interpretationem, quanquam scripti satis prolixi, elaboravimus.*

* Vide supra Notitiam ex Allatii diatriba de *Theodoris*.

Digitized by Google

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΗΓΟΥΜΕΝΟΥ ΜΟΝΗΣ ΤΩΝ ΣΤΟΥΔΙΟΥ

ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΣ [ita uterque codex] ΠΑΡΑ ΜΙΧΑΗΛ ΜΟΝΑΧΟΥ.

VITA ET CONVERSATIO

SANCTI PATRIS NOSTRI ET CONFESSORIS

THEODORI ABBATIS MONASTERII STUDII

A MICHAELE MONACHO CONSCRIPTA.

[Cod. Vat. 608. f. 134 a.] α'. Πολλοὶ μὲν τῶν ἁγίων κατὰ διαφόρους χώρας τε καὶ πατριὰς ἐν τοῖς ἀνόπιν διαλάμψαντες χρόνοις, δίκην ἡλίου ταῖς τῶν οἰκείων ἀρετῶν ἀκτῖσι τοὺς παρατυγχάνοντας κατεφώτισαν, καὶ πρὸς ζῆλον ἐνθέου πολιτείας τοὺς ἐραστὰς τῶν καλῶν, ἢ καὶ τοὺς ἄλλως ἐξ ἀπροσεξίας ἔχοντας, συνήλασάν τε καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον ἠρέθισαν. Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ὁ τοῦ καθ' ἡμᾶς συλλόγου πεφηνὼς ποιμενάρχης, καὶ τῆς Χριστοῦ ὁμολογίας πυρσολαμπὴς στύλος Θεόδωρος, ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀνατειλαχὼς οἷά τις πολύφωτος ἀστὴρ τόποις καὶ χρόνοις, τὴν οἰκουμένην πᾶσαν μικροῦ δεῖν ταῖς ἀσκητικαῖς λάμψεσι, καὶ τοῖς τῆς ἀθλητικῆς ὁμολογίας περιέβαλεν ἀγωνίσμασι· καὶ τοσοῦτός γε ὤφθη τῶν ἐν ἀμφοτέροις διαπρεψάντων καρτερίᾳ τε βίου καὶ ἀρετῆς ἀνδρείᾳ ἐκθυμότατος ζηλωτής, καὶ εἰς ἑαυτὸν τὰ τούτων συλλε[λε]χὼς ἀριστεύματα, ὡς μέχρις ἑῴας καὶ νότου, ἑσπέρας τε καὶ τῶν ἀρκτικῶν διαδραμεῖν τοὺς τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ φθόγγους μερῶν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ὑπὸ Θεοῦ κατευλογηθείσης αὐτοῦ πνευματικῆς τῶν μαθητῶν φυτουργίας περὶ αὐτοὺς ἐκταθῆναι τὰ κλήματα· καὶ παραδείσους ψυχῶν τῷ ὄντι ἀμφιλαφεῖς, καὶ ἀρετῆς ἐντεῦθεν συγκροτηθῆναι παιδευτήρια· καὶ οὐκ ἔστι τὸ παράπαν χῶρος οὗ τὸ ὄνομα τῆς πολιτείας αὐτοῦ καὶ τὸ ἐπώνυμον οὐκ ἀφίκετο· ἀλλ' ὅπως [f. 134 b.] μὲν ὁ ἀοίδιμος ἐκεῖνος καθηγητὴς καὶ Πατὴρ τῆς καθ' ἡμᾶς ἐδίω ζωῆς, καταπόδας τῆς αὐτοῦ κοιμήσεως, ἔνιοι τῶν αὐτοῦ φοιτητῶν ᾠδικῶς ὑπηνίξαντο, κεφαλαιώσαντες τὰ πολυμερῆ τῆς κατὰ πλάτος ὑψηλοτάτης αὐτοῦ πολιτείας ἀνδραγαθήματα ἐν ὀλίγαις ἐπέων λέξεσιν. Μεθ' οὓς καὶ ἕτεροι τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἱερομυστῶν ἐν συγγραφῇ εἴδει καὶ ἐγκωμίων σχηματισμῷ γλαφυρῶς ἄγαν κατ' ἐπεκτάδην συνέταξαν ὑπόμνημα, εἰς γῆρας θησαυρίσαντες λήθης φάρμακον. Καὶ ἦν ἀκόλουθον τοῖς φιλοπόνοις καὶ μὴ λίαν ἀναπεπτωκόσιν ἐξ ἀμαθίας τὸν νοῦν, τοῖς ἤδη πονηθεῖσι κατεντυγχάνειν, κἀκεῖθεν ἐκδιδάσκε-

A 1. Sancti complures viri per diversas regiones ac patrias superioribus splendentes temporibus, solis instar, suarum virtutum radiis obvios quosque illuminarunt, atque ad exquisitæ virtutis studium, tum recti amatores, tum etiam illos qui incuriose se agebant, exstimularunt, et ad melioris vitæ propositum exacuerunt. Enimvero haud secus, nostræ quoque nuperæ congregationis supremus pastor, et Christi confessionis luminosa columna Theodorus, tanquam late relucens stella, exortus ætate ac regione nostra, mundo pene universo asceticæ vitæ splendoribus et athleticæ confessionis certaminibus innotuit : ac tantopere visus est et vitæ constantia et virtutis robore animosissimus priorum æmulator, eorumque in se ipso collecta
B præclara gesta repræsentare, ut usque ad orientem et austrum, occasum et terras arcticas, magisterii ejus vox pervenerit : quin etiam sati ab eo et a Deo benedicti discipulorum viridarii propagines usque illuc proserpserint : ita ut uberrimus vere animarum hortus, et virtutis scholæ conflerent. Prorsus nullus est orbis angulus quo vitæ ipsius fama et instituti denominatio non pervaserit. Sed quomodo inclytus ille dux atque Pater vitam apud nos exegerit, statim post ejus obitum nonnulli ejus discipuli carmine panxerunt, multiplicem sublimium ejusdem virtutum amplitudinem paucis versiculorum dictionibus comprehendentes. Post quos alii Ecclesiæ sacerdotes historico more et
C panegyrica specie lucide admodum et prolixe commentarium composuerunt, senescenti ætati parantes oblivionis remedium. Et sane pronum erat studiosis, vel saltem mentem haud obrutam inscitia gerentibus, scripturas illas perlegere, atque illinc ediscere universam sacratissimi Patris multisque præcellentem vitæ rationem, utilitatemque ex ea percipere, siquidem vellent, altamque ejus sapientiam admirari, et cœnobiticæ vitæ institutum,

Digitized by Google

nec non accuratas ejus traditiones stupendasque leges, quas suis tulit servandasque commisit discipulis, quarum causa tanquam alter Basilius ætate sua celebrabatur. Sed quia fratrum communitas, et multorum mens arcto plerumque spatio constricta, pedestre potius atque simplicius dictionis genus expetere solet, quod experrectam detineat ad dicta attentionem, sitque ipsorum animabus utillus, quam difficiles et sublimi stylo prolati sensus ; agesis vestris obtemperantes mandatis, reverendissimi Patres, de divo hoc patriarcha nostro, ac magistro orbis sapientissimo, nos quoque humiles nullaque æstimatione digni, pro viribus verba faciamus; longo equidem infra rei meritum intervallo, sed quantum nostra infirmitas tulerit, facilitatis atque perspicuitatis rationem habentes.

2. Magni hujus et invicti orthodoxæ fidei herois, et monasticæ familiæ celeberrimi rectoris, Theodori, inquam, patria nutrixque fuit urbs in universo orbe præcellens, in qua tunc imperium tenebat impio patre scelestior filius Constantinus Copronymus, antichristianæ hæreseos renovator ampliatorque, qui ceu illud olim Ægyptii Pharaonis ingenium luto ac lateritio opere, novum Christi Israelem affligebat, dum iconomachicam fabricam per suos acerbos operis hujus præfectos urgeret, quem cernebat evangelicæ in terris adhærere vitæ, et Domini sublimiter instituta sectari. Parentes Theodoro fuerunt pii ac nobiles, qui impositam sibi a genitoribus appellationem actibus suis palam confirmarunt: ex quibus pater quidem, lux vere, secundum loquacium Atheniensium linguam a Deo creatus, Photinus (Lucidus) moribus et nomine exstitit, vitam optimam sectatus, et honestatis splendore egregie exornatus ; sicut etiam posthinc religiosæ ejus erga Deum et res divinas animæ demonstravit affectus. Nam cum non vulgare apud imperatorem munus gereret, erat enim regiorum vectigalium quæstor, hoc et aliud quodlibet mundi oblectamentum flocci faciens, cum tota domo ad universalem regem Deum se contulit, liberamque vitam præ aulica adamavit : imo mundana hæc fumi instar somnique evanida spernens, perpetuo mansura bona, firmumque statum habentia, sibi acquisivit, dum se consecratorum Deo virorum catalogo adjunxit. Et quidem jam quinquennio antea a conjugis consortio ob eximium religionis studium semet fortiter removerat. Ipsa vero mater, spectatissima et illustris femina, egregiis mentis dotibus instructa, suisque liberis et domui præesse gnara, utpote a Deo creata, et parem actibus appellationem sortita : nam cum commune divinæ creationi nomen sibi proprium haberet, propter rectam suam vitæ rationem, Theoctiste et erat et nominabatur, laudem utrimque ob morum sanctimoniam nacta. Sed cujusmodi

σθαι τὴν ἅπασαν τοῦ πανιέρου Πατρὸς ὑπεραγεστηκυῖαν τῶν πολλῶν βιοτὴν, καὶ τὸ ὠφέλιμον δρέπεσθαι, εἴπερ ἐθέλοιεν, θαυμάζειν τε τῆς σοφίας αὐτοῦ τὸ βάθος, καὶ τὸν τρόπον τῆς κοινοβιακῆς ἀναστροφῆς, τάς τε ἀκριβεῖς αὐτοῦ παραδόσεις καὶ θεοπρεπεῖς νομοθεσίας, ἃς ἐκεῖνος τοῖς αὐτοῦ νομοθετήσας καὶ παραδεδωκὼς μαθηταῖς, ἄλλος τις Βασίλειος ἐν τοῖς κατ' αὐτὸν ἐφημίζετο χρόνοις. Ἀλλ' ἐπεὶ τὸ κοινὸν τῆς ἀδελφότητος, καὶ ἡ τῶν πολλῶν διάνοια μικρὰ βλέπουσα ὡς τὰ πολλὰ, τὸ πεζὸν καὶ ἁπλοϊκώτερον τῆς φράσεως προτιμᾷν ἐπίσταται, ὡς ἀνύστακτον συντηροῦν τὸν ἐπόπτην τῶν λεγομένων νοῦν, καὶ ὄνησιν ἐμποιοῦν ταῖς σφῶν αὐτῶν ὑπὲρ τὸ σκληρὸν καὶ βαθύγλωσσον τῶν νοημάτων ψυχαῖς, φέρε ταῖς ὑμετέραις πειθαρχήσαντες ἐντολαῖς, Πατέρων αἰδεσιμώτατοι, τοὺς περὶ τοῦ θείου τούτου προπάτορος ἡμῶν καὶ πανσόφου διδασκάλου τῆς οἰκουμένης λόγους, καὶ ἡμεῖς οἱ τσπεινοὶ καὶ οὐδενὸς λόγου ἄξιοι, ὡς οἷόν τε, καταθώμεθα· πολὺ μὲν κατόπιν τοῦ πρὸς ἀξίαν [f. 135 a.] ἰόντας, ὡς ἐνὸν δὲ τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν πρὸς τὸ εὑληπτόν τε καὶ καταφανὲς μεταποιουμένους.

β'. Ἡ τὸν μέγαν τοῦτον καὶ ἀκαταγώνιστον τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἀριστέα, καὶ τοῦ μοναδικοῦ τάγματος διαβόητον κυβερνήτην ἐνεγκαμένη τε καὶ ἐκθρέψασα Θεόδωρον, ἡ τῶν πανταχοῦ γῆς πόλεων προκαθημένη πέφυκε πόλις, καθ' ἣν ἐκράτει τῆς ἀρχῆς τηνικάδε, ὁ ἐξ ἀσεβοῦς ἀσεβέστερος ἐκραγεὶς γόνος, Κωνσταντῖνος ὁ Κοπρώνυμος, καὶ τῆς Χριστομανικῆς αἱρέσεως δευτερωτὴς ἀναφανεὶς γενικώτατος, ἐκθλίβων τὸν νέον Χριστοῦ Ἰσραὴλ, καθάπερ ποτὲ ὁ Αἰγύπτιος νοῦς Φαραὼ τῷ πηλῷ καὶ τῇ πλινθείᾳ τῆς εἰκονομαχικῆς πυργοποιίας διὰ τῶν πικρῶν τῆς τοιαύτης οἰκοδομίας ἐργοδιωκτῶν, καθ' ὅτι ἔβλεπεν αὐτὸν πρὸς τὴν γῆν ἐπειγόμενον τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας, καὶ ἀνυπερθέτως τοῖς Δεσποτικοῖς ἐξακολουθοῦντα θεσμοθετήμασιν. Γονεῖς δὲ αὐτῷ εὐσεβεῖς τε καὶ εὐπατρίδαι, καὶ τῆς ἀποκληρωθείσης αὐτοῖς πρὸς τῶν φυσάντων προσηγορίας, διὰ πραγμάτων τὰς σημασίας ἐπιδήλους ἔχοντες· ὧν ὁ μὲν πατὴρ, φῶς ἀληθῶς κατὰ τὴν λάλων τῶν Ἀθηναίων γλῶτταν, παρὰ Θεοῦ γεννηθεὶς, φωτεινὸς τοῖς τρόποις καὶ τῇ κλήσει γεγένηται, καλοκαγαθίας μεταποιούμενος, καὶ σωφροσύνης αἴγλῃ ἀξίως κατακοσμούμενος· καθὼς καὶ ὁ μετὰ ταῦτά γε πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὰ θεῖα τῆς θεόφρονος αὐτοῦ ψυχῆς ἔδειξεν ἔρως· τὴν γὰρ οὐ πολλοστὴν ἀπὸ βασιλέως διέπων ἀρχὴν, καθ' ὅτι ταμιείας ἐχρημάτιζε τῶν βασιλικῶν φόρων, ταύτην τε καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν τοῦ βίου παρ' οὐδὲν λογισάμενος τέρψιν πανοικὶ τῷ Θεῷ καὶ παμβασιλεῖ προστρέχει, καὶ τὸν ἄζυγα τῆς ἐν βασιλείοις αὐλῆς ἀπαλλάττει [f. 135 b.] βίον· μᾶλλον δὲ τὰ καπνοῦ τρόπον καὶ ὀνείρου διαλυόμενα παρτδῶν, τῶν ἑστώτων καὶ εἰς ἀεὶ τὸ μόνιμον ἐχόντων ἀγαθῶν τὴν μετουσίαν πορίζεται· καὶ γίνεται τοῦ καταλόγου τῶν τῷ Θεῷ καθωσιωμένων, ὁ καὶ πρὸ πέντε ἐτῶν τὴν τῆς συνεύνου γνῶσιν δι' εὐλαβείας περιουσίαν ἀνδρείως ἠθετηκώς. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ μήτηρ ὡς περιφανὴς καὶ ἐπίδοξος, πυκνότητι πυκαζομένη, καὶ καλῶς εἰδυῖα τῶν τε ἰδίων τέκνων καὶ τοῦ οἴκου πρεῖστασθαι, ἅτε ὑπὸ Θεοῦ κτισθεῖσα, καὶ τὴν ὁμοίαν προσηγορίαν τοῖς ἔργοις σφραγισθεῖσα· τὸ γὰρ κοι-

Digitized by Google

A

νὸν τῆς θεοκτισίας ὄνομα ἰδιάζον αὐτῇ παρυπάρξαν διὰ τῆς κατ' ἀρετὴν εὐζωΐας, Θεοκτίστη καὶ ἦν καὶ ὠνόμαστο, τὸν ἐξ ἀμφοῖν ἔπαινον διὰ τῆς σεμνῆς κερδαίνουσα πολιτείας· ἀλλ' ὁποῖον δὲ τοῦ βίου δρόμον ἡ ἀεισέβαστος αὕτη πεποίηται, αὐτὸς ὁ ἐκεῖνος ὁ θεοδώρητος αὐτῆς καρπὸς, τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἀδελφοῖς ἐν κατηχήσεως εἴδει τηνικαῦτα ὑπηγόρευσεν (1), εὐηγορίας γλῶτταν θεόθεν πεπλουτηκώς· ὅθεν τοὺς βουλομένους τὰ κατ' αὐτὴν εἰδέναι, ἐκεῖσε παραπέμποντες, ἡμεῖς τῶν περὶ τοῦ Πατρὸς ἡμῶν λόγων ὀφειλομένως ἐχόμεθα.

vitæ cursum veneranda hæc semper femina tenuerit, ipsemet ejus a Deo datus fructus, coram subjectis sibi fratribus catechesim perorans jam exposuit, facunda quippe lingua divinitus donatus. Quamobrem Theoctistæ notitiarum cupidos illuc ablegamus : dum nos interim de Patre nostro, prout par est, sermonem prosequemur.

γ'. Τὴν μὲν οὖν πρώτην τῆς ἡλικίας ἑπταετηρίδα ἁρμοζόντως τῆς φύσεως διηνυκὼς, ταῖς εἰσαγωγικαῖς καὶ στοιχειώδεσι τῶν μαθημάτων ἐνασχολεῖσθαι προάγεται τέχναις· αἱ γὰρ ἐκ παίδων μαθήσεις συναύξουσαι τῇ ψυχῇ, ἐνοῦνται αὐτῇ καὶ παράμονοι τῷ κεκτημένῳ γίνονται. Ἐπεὶ δὲ προβὰς καθ' ἡλικίαν καὶ γραμματικῆς ἔμπειρος ἐγεγόνει τέχνης, εἶτα καὶ διαλεκτικῆς, ἣν δὴ φιλοσοφίαν καλεῖν οἱ ταῦτα δεινοὶ γινώσκουσιν· πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ τῆς ἐν ῥήτορσι φράσεως τὸ κάλλος, ὡς [f. 136 a.] οἷός τε ἦν, ἀπηνθίσατο, φύσεως τάχει καὶ γνώμης φιλοπονίᾳ τοῖς πᾶσι περίσκεπτος (2) ὢν ἐγνωρίζετο· οὐ μόνον δὲ διὰ ταῦτα αἰδέσιμος ἦν τοῖς ἥλιξι καὶ τοῖς ἤδη προβεβηκόσιν, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐκ τοῦ τρόπου τῆς ἀγωγῆς μᾶλλον, οὐκ ἀθαύμαστος αὐτοῖς ἐνομίζετο· ἀρετῆς ἅτε ἐρῶν, καὶ τὴν ἁγνείαν σύνοικον ἐπαγόμενος, τῶν τε φαύλων τὰς συνουσίας ἀποδιδράσκων, καὶ τοῖς σώφροσιν ἀεὶ συναρτώμενος· ὡς δὲ καὶ τοῖς οἴκοις τῶν εὐχῶν, οὐχ ἥκιστά γε ἐν ταῖς συνάξεσι μολὼν, καὶ τοῖς βίοις τῶν πρὶν διαλαμψάντων ἁγίων ὡς ἔν τισιν εὐωδεστάτοις λειμῶσι, καθάπερ τις φιλόπονος μέλιττα τῷ λογισμῷ ἐφιζάνων καὶ περιιπτάμενος· καὶ τοῦτό τε κἀκεῖνο, πάντα δὲ μᾶλλον συλλήβδην ἐρανιζόμενος πρὸς ἑνὸς χρήματος κατασκευὴν, λέγω δὴ τῆς ἀειμνήστου καὶ σεβασμίας ἀρετῆς ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον τὰ τῆς ψυχῆς γλυκαινούσης αἰσθητήρια· ἦν γὰρ ἐκ παιδὸς ἀρτίφρων καὶ Χριστομαθὴς ὁ θαυμάσιος, πρὸς τῆς ἐνυποστάτου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς σοφίας τῆς πᾶσαν ἔννοιαν καὶ βουλὴν ἐπικαλεσαμένης, ἤγουν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ὑποστάσης, καθάπερ ἐξαίρετόν τι δῶρον τὴν κυριωτάτην τῶν γενικῶν ἀπειληφὼς ἀρετῶν, ᾗ παρέπεσθαι καὶ τὰς λοιπὰς οἶδεν ὁ λόγος, τοῖς γε μὴ ψιλὴν ἔχουσιν αὐτῆς τὴν ὀνομασίαν, ἀλλ' ἐμπεδοῦσι διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν ὅπερ ὀνομάζονται παρωνύμως. Ὑφ' ἧς ἐντελῶς ὁ θεῖος οὗτος ἰθυνόμενος Θεόδωρος τὴν εὐθεῖαν καὶ βασιλικὴν διώδευσε τρίβον, καὶ μακρὰν ἐγεγόνει τῶν τῆς ἀφροσύνης ποδῶν, ἢ τοὺς χρωμένους αὐτῇ ὑποσκελίζειν πέφυκεν, καὶ εἰς ᾅδην ἀπωλείας καταβιβάζειν· ἀλλὰ γὰρ οὕτω τὰ πρῶτα διαπλάσας ἑαυτὸν [f. 1366] ἄριστα καὶ πανσόφως, μᾶλλον δὲ διαπλασθεὶς ὑπὸ τῆς θείας χάριτος, ἣ χεῖρα βοηθείας ὀρέγει τοῖς ἀγαθὸν αἱρουμένοις, καὶ συνεργεῖ καὶ σθένος δίδωσι πρὸς τὴν τῶν κρειττόνων ἐπιτυχίαν.

3. Primo itaque ætatis septennio indoli suæ convenienter exacto, isagogicis atque elementaribus disciplinarum artibus admovetur : nam pueriles institutiones cum anima auctæ, ipsi cohærent, firmiterque in instituto homine manent. Tum crescentibus annis, grammaticæ regulis imbutus fuit, et mox etiam dialecticæ, quam philosophiam magistri appellant. Præterea rhetoricæ quoque elocutionis venustatem, pro viribus, degustavit, naturæque acumine et voluntario labore cunctis eminentior apparebat : neque ob hæc solum coætaneis imo et provectioribus venerandus erat, sed magis etiam ob morum formam admiratione dignus illis videbatur ; quippe virtutis studiosus, et innocentiam comitèm habens, improborum consortia vitans, et cum probis semper conversans ; sacris item oratoriis ac synaxibus assiduus ; et ad sanctorum ante se virorum lectitandas vitas, apis instar laboriferæ, intellectu incumbens; et modo hoc, modo illud, imo cuncta simul deflorans ad unius conferens operis confectionem, laudatissimam, inquam, et venerandam virtutem, quæ præ melle ac favo animæ sensum dulcissime afficit. Fuit enim hic a pueritia mirabiliter prudens et Christi discipulus, a consubstantiali Dei Patris sapientia, quæ mentem omnem voluntatemque imbuit, et ea quæ non sunt facit subsistere, ab hac inquam ceu eximio dono præcipua omnium virtute donatus, quam reliquæ subsequi solent, in iis certe qui haud nudum habent Christianorum nomen, sed huic consonos actus exserunt. Sic prorsus a religione eximius hic manuductus Theodorus rectam regiamque viam terebat, et procul insipientiæ vestigiis incedebat, quæ sectatores suos subvertere solet, et ad inferorum perditionem deducere. Talem videlicet se ab initio optime ac prudentissime conformavit, vel potius a divina conformatus fuit gratia, quæ auxiliarem manum iis, qui virtutis studium elegerunt, porrigit, cum iisque operatur, ac vires ad majorem consequendum profectum suppeditat.

δ'. Ὁπηνίκα τοῦ πονηροῦ τυράννου καὶ Φαραογνώμονος ἄνακτος καταποντισθέντος οὐ τῷ Ἐρυθραίῳ πόντῳ, τῷ δὲ περὶ τῆς γεέννης, ἧς καὶ τὰ ὑπεκκαύματα ξύλα δηλαδὴ καὶ χόρτον καὶ καλάμην τὰ τῆς

4. Interim scelestus tyrannus, et Pharaonis regis mentem gerens, haud Rubro mari demersus fuit, sed igne gehennæ, cujus ille incendio, ligna nimirum et fenum et calamum, impiæ vitæ fructum,

(1) Exstat hæc inedita in Metaphrastæ codice Parisiaco, ut dixi t. V, part. II, p. 77 in adn.

(2) Cod. 608 περίππυος, cod. 1256 περίπατος, uterque mendose, ut puto. Substituo περίσκεπτος

Digitized by Google

toto ætatis suæ tempore, tanquam sterilis terra ac dumosa, pabulum attulerat. Subinde post hunc Leo Junior filius ejus, naturalis hæres, brevi tempore imperio præfuit, et mox mortem obiit; quandoquidem Davidis illud vaticinium intelligere noluit: nempe ex Davide ortum esse cornu fortissimum, quod cornua contrivit peccatorum ac dæmonum hominumque impiorum. Nimirum pacis princeps Christus, magnus et solus æternusque rex, suscitavit cornu salutis simul ac pacis Ecclesiæ suæ, illam dico nomini suo congruam, magisque operibus quam appellatione, vere Irenem. Tunc autem divus quoque Theodorus omni se vanitate sæculi expedivit, et quasi domitus sponte pullus ad virtutis habenas decurrit, annos tunc natus viginti duos. Cum ergo religiosissima Irene, a Deo ad monarchiæ apicem sublimata, orthodoxiæ qui superfuerant ac monasticæ vitæ igniculos ex longinquis exsiliis aut etiam carceribus revocaret, quos tanquam sal terræ, mundique illuminatores, vitæ doctrinam gerentes, observabat ac venerabatur, ceu qui artus Ecclesiæ diro morbo corruptos salire poterant, insuperque orthodoxæ fidei luce mentium oculos illustrare; tunc in urbem reversus est, derelicto suo ad Olympum nemore, prædictæ inclytæ frater Theoctistæ Plato venerabilis (de cujus laudibus splendidam elaboravit orationem magnus Theodorus, vitam ejus condigne exponens), ut pro sua virili parte opem ferret et allaboraret cum cæteris Patribus, qui ob destruendam funditus hæresim, et sacrarum imaginum cultum restituendum, Nicææ convenerant trecenti et quinquaginta: quorum congregatio merito appellata est septima synodus, quæ requiem prioribus motibus attulit, et orthodoxam fidem nostram postremo obsignavit. Plato siquidem conjunctis viribus cum Tarasio rectæ fidei defensore, et œcumenico luminari, qui convenienter suo nomini totam impietatis procellam exturbavit, et Ecclesiæ pacem Deo favente restituit; huic, inquam, conjunctus Plato consiliarius ad omnia dexterque auxiliator erat; quia reverentia vicissim omnique honore prosequebatur Tarasius sanctissimum virum, propter asceticæ vitæ soliditatem et generis nobilitatem.

μοχθηρᾶς ἐκφόρια ζωῆς παρὰ πάντα τὸν ἑαυτοῦ βίον, ὥσπερ τις γῆ κεχερσωμένη καὶ ὑλομανοῦσα ἐξήνεγκεν. Εἶτα μετ' ἐκεῖνον ἀμέσως τοῦ νεωτέρου Λέοντος καὶ υἱοῦ αὐτοῦ ἐκ προγόνων διαδοχῆς, εἰς ὀλίγον τοῦ καιροῦ τῇ βασιλείᾳ διαρκέσαντος καὶ θανατωθέντος, ἐπεὶ μηδ' ἐβούλετο συνιέναι τὸ διὰ τοῦ Δαυὶδ προφητευόμενον, ἐκ Δαυὶδ ἀνατεταλκέναι ἰφθιμότατον κέρας, ὃ συνέθλασε τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν δαιμόνων τε καὶ ἀνθρώπων ἐναγῶν· ὁ ἄρχων τῆς εἰρήνης Χριστὸς, ὁ μέγας καὶ μόνος ἀΐδιος βασιλεὺς ἐξήγειρε κέρας σωτηρίας ὁμοῦ καὶ εἰρήνης τῇ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ, τὴν φερώνυμον δὲ λέγω καὶ τοῖς ἔργοις μᾶλλον Εἰρήνην ἢ τὴν προσηγορίαν. Τότε δὴ, τότε καὶ ὁ θεῖος Θεόδωρος πάντη διέδρα τὴν κοσμικὴν ματαιοπονίαν, καὶ οἷόν τις αὐτογύμναστος πῶλος πρὸς τὸν τῆς ἀρετῆς ηὐτομόλησε χαλινὸν, ἀπὸ γενέσεως ἄγων εἰκοστὸν καὶ δεύτερον ἔτος· τῆς γὰρ θεοφιλεστάτης Εἰρήνης ὑπὸ Θεοῦ προαχθείσης εἰς τὸ τῆς μονοκρατορίας κῦρος, καὶ τοὺς ὑπολελειμμένους σπινθῆρας τῆς εὐσεβείας τε καὶ μονήρους διαβιώσεως ἐκ τῶν ἐσχατιῶν καὶ ὑπερορίων ἢ καὶ καθείρξεων ἀνακαλεσαμένης, οὓς καὶ ὡς ἄλα τῆς γῆς καὶ ὡς φωστῆρας κόσμου λόγον ζωῆς ἐπέχοντας, περιεῖπε καὶ ἀπεσέμνυνεν, ὡς ἀλίζειν εἰδότας τὰ τῆς Ἐκκλησίας διεφθορότα τῇ πικρᾷ νόσῳ τῆς αἱρέσεως μέλη, πρὸς δὲ καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως [f. 137 a.] τῷ φωτὶ ἐναυγάζειν αὐτῶν τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς, εἰσελήλυθε τηνικαῦτα ἐν τῷ ἄστει, τῆς κατὰ τὸν Ὄλυμπον ἀφορμηθεὶς λόχμης, καὶ ὁ τῆς προκατονομασθείσης ἀοιδίμου Θεοκτίστης ὁμαίμων Πλάτων ὁ σεβασμιώτατος, περὶ οὗ καὶ λαμπρὸς ἐσπουδάσθη τῷ μεγάλῳ Θεοδώρῳ ἔπαινος τὴν αὐτοῦ ἐκτιθεμένῳ ἀξιοπρεπῶς πολιτείαν (3), συναγωνισόμενος, τό γε εἰς αὐτὸν ἦκον, καὶ συμπονήσων τοῖς ἄλλοις Πατράσιν, εἴς τε τὴν κατὰ τῆς αἱρέσεως ἀνατροπὴν καὶ καθαίρεσιν, καὶ εἰς τὴν τῶν θείων εἰκόνων προσκύνησιν, τοῖς συνελθοῦσι τῇ Νικαέων τριακοσίοις καὶ ν'· ὧν ἡ ἄθροισις πρεπόντως ἑβδόμη σύνοδος ὠνόμασται, κατάπαυσις τῶν πρὸ αὐτῆς γενομένη καὶ σφραγὶς καὶ τέλος τῆς ὀρθοδόξου ἡμῶν πίστεως· καὶ δὴ Ταρασίῳ τῷ προμάχῳ τῆς εὐσεβείας καὶ οἰκουμενικῷ πεφηνότι φωστῆρι, τῷ φερωνύμως ἐκταράξαντι πᾶσαν τῆς ἀσεβείας τὴν ἅλμην, καὶ γαλήνην τῇ Ἐκκλησίᾳ σὺν Θεῷ πρυτανεύσαντι, ἑνωθεὶς, σύμβουλος αὐτῷ τὰ πάντα καὶ συλλήπτωρ δεξιὸς καθίσταται· ἐκείνου δι' αἰδοῦς πάσης καὶ τιμῆς ἔχοντος τὸν πανόσιον διά τε τὸ βέλτιστον τῆς ἀσκήσεως, καὶ τὸ τοῦ γένους ὑπερτενές.

5. Hanc igitur ob causam moras admirabilis Plato Constantinopoli trahens, cum alios multos familiares ad præsentium perituraram rerum contemptum incendit, tum præcipue sororem suam, nec non piæ mentis Theodorum nepotem, qui ambo multo jam ante cœlestis vitæ desiderio flagrabant, ad majus monasticæ perfectioris professionis studium concitavit. Qui Theodorus sancti viri monitis fiducia repletus, matre secum conspirante, per hanc salutaria et utilia consilia patri suggerit; atque ita

ε'. Ταύτης οὖν εἵνεκα τῆς προφάσεως τὰς διατριβὰς ὁ θαυμάσιος Πλάτων ἐν Κωνσταντινοπόλει ποιούμενος, καὶ ἄλλους μὲν πολλοὺς τῶν συνήθων πρὸς καταφρόνησιν ἀνεπτέρωσε τῶν παρόντων καὶ φθειρομένων, μάλιστά γε μὴν τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν, καὶ τὸν ὁσιόφρονα ἀδελφιδοῦν Θεόδωρον, πολλῷ πρότερον τῷ πόθῳ τῆς οὐρανίου ζωῆς τὰ ἐντὸς ἔχοντας πυρπολούμενα, πρὸς πλείονα ζῆλον τῆς ἀμείνω διήγειρε τῶν μοναστῶν πολιτείας. Ὅστις Θεόδωρος θάρσους [f. 137 b.] ἐπίμεστος ταῖς ὑποθήκαις τοῦ ὁσίου γε-

(3) Hanc Theodori de Platonis avunculi ac magistri sui laudibus orationem exstare apud Bollandianos, diximus jam in hac collectione t. V, part. II, p. 77 in adn.

Digitized by Google

γονὼς, συμβούλῳ τῇ μητρὶ χρησάμενος, δι' αὐτῆς τὰ σωτήρια καὶ ἀνήκοντα τῷ πατρὶ ἀναφέρει· καὶ ταύτῃ θηρεύει τοῦτον σὺν τρισὶν ἀδελφοῖς πρὸς τὸν ἴσον τῆς ἀρετῆς συνθέσθαι πόθον, ἐφυστερίζοντα τοῖς ἐξ αὐτοῦ· τοὺς γὰρ ἑαυτοῦ δύο συναίμονας μετὰ τῆς μιᾶς ἀδελφῆς αὐτῶν προεζωγρήκει ταῖς χρησταῖς τῆς μητρὸς παρακλήσεσι· καὶ οὕτω συμφωνησάντων πάντων εἰς τὸ ἀποτάξασθαι τοῖς τοῦ κόσμου, καὶ Θεῷ προσοικειωθῆναι διὰ τοῦ ἀποστολικοῦ σχήματος, ἀπεμπολοῦσι σπουδῇ πάντα τὰ τῆς κοσμικῆς ζωῆς, καὶ ἐν βασιλικοῖς ἀξιώμασιν ἐπιτήδεια· ἔτι δὲ καὶ αὐτὴν τὴν οἰκίαν· καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν συγκομισθὲν χρυσίον πένησι διανείμαντες, ἀξιοῦσι τοῖς κατ' οἶκον ἐξυπηρετουμένοις οἰκέταις τῆς ἐλευθερίου ζωῆς, μετὰ τῶν ἐπιβαλλόντων αὐτοῖς λεγάτων· καὶ δὴ τῶν αὐτόθι ὁμοθυμαδὸν ἀναστάντες ἀπαίρουσιν εἰς τὸν προωρισμένον αὐτοῖς τοῦ Σακκουδίωνος χῶρον, οἰκεῖον ὄντα αὐτῶν, καὶ πάνυ ἐπιτήδειον εἰς μοναστῶν περιοχὴν καὶ ἀνάπαυλαν· κάταλσον γάρ ἐστι τὸ κτῆμα, μηνοειδῶς τε περικυκλούμενον, καὶ δι' ἑνὸς ἀμφόδου τὴν εἴσοδον ἔχον· τὸ δὲ μεσαίτατον αὐτοῦ πεδιάσιμον, ἐν ᾧ πεφύκασι δένδρα διάφορα, κάρπιμά τε καὶ ἄκαρπα· καὶ ὁ περικαλλὴς τοῦ Θεολόγου ναὸς, ὕδωρ τε πρὸς αὐτάρκειαν, μηδὲν ἄλλο πρὸς ὡραϊσμὸν τοῦ βλέπειν τοῖς οἰκήτορσιν ἐμπαρέχον, ἢ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν ἀρκτικὴν θάλασσαν· ὅστις ἐξ ἐκείνου καὶ μέχρι σήμερον ἀνθεῖ καὶ βρίθει τῷ πλήθει τῶν εἰς αὐτὸν στρεφομένων ἀδελφῶν· καὶ περιῳδήτός γε ἀρχὴν, καὶ θεμέλιον ἀγγελομιμήτου ζωῆς, θεοφόρων

A hunc capit cum tribus sororibus, ut par virtutis studium sequatur, et postremus ad suorum numerum accedat. Nam jam antea Theodorus fratres duos unamque sororem lucratus fuerat per pias matris adhortationes. Atque ita consentientes omnes ut mundanis rebus valedicerent, Deoque, sumpto apostolico indumento, adhærerent, alacri animo cuncta divendunt mundanæ vitæ ornamenta, regiis muneribus gerendis idonea : insuper et ipsam domum, et confectam inde pecuniam pauperibus elargientes, domesticos quoque famulos libertate donant, adjectis unicuique legatis. Tum vero illinc simul omnes digressi, ad prædestinatam migrant Saccudionis stationem, quod ipsorum prædium erat, et monachorum claustro et quieti prorsus accommodatum. Est enim nemorosus locus, et in lunæ figuram curvatus, atque una tantum ex parte aditum habens : intra vero campestris est, ubi diversi generis arbores fructiferæ pariter et infructuosæ. Ibi quoque pulcherrimum Theologi (Joannis) templum, et aquæ copia sufficiens ; nullusque alius incolis delectabilis aspectus patet, quam cœlum et mare arcticum. Qui locus nunc etiam floret atque abundat multitudine qui illic versantur fratrum ; celebrisque est, propterea quod ibidem primum divinitus instincti et confessores Patres nostri angelicæ vitæ fundamenta jecerunt.

B

καθέστηκεν διὰ τὴν χάριν τῶν βαλλόντων εἰς αὐτὸν καὶ ὁμολογητῶν Πατέρων ἡμῶν.

ς'. Καθ' ὃν δὴ ἐναυλιζόμενος κατ' ἀρχὰς [f. 138 a.] ὁ μέγας Θεόδωρος σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ, καὶ ταῖς τοῦ πανοσίου Πλάτωνος χερσὶν ἑαυτὸν ὅλον ἐκδεδωκὼς, καὶ ὑπ' αὐτοῦ τὴν τοῦ ἁγίου σχήματος ἀναλαβὼν παντευχίαν, οὐκ ἦν τὸ παράπαν ὁ μὴ ταῖς ἐκείνου βουλαῖς ἑπόμενος, ἠθελέν τε καὶ ἔπραττεν· Τῆς γὰρ αὐταρεσκείας τὸν κίνδυνον ὑφορώμενος, μακρὰν τῶν ἰδίων θελημάτων εἶναι ᾧστο δεῖν, τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν εἰς μαρτύριον ἔχων τὴν λέγουσαν· *Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ ὁ Χριστός*. Διὸ οὕτως ὑπετάσσετο τῷ ἀοιδίμῳ Πλάτωνι, συστολὴν ἤθους καὶ φρονήματος, οὐ μόνον εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐφεξῆς μείζονάς τε καὶ ἐλάττονας ἐπιδεικνύμενος, ὡς οὐ θελητός τις ὢν καὶ ἀδούλητος ἄνθρωπος, ἢ ἀνδρὶας ἄψυχος, τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου τὰς σάρκας ἔχων καθηλωμένας, καὶ ἄπρακτος διαμένων πρὸς πᾶν ὃ περιπερία καὶ ζῆλος, καὶ φθόνος καὶ θυμὸς, καὶ ὀργὴ καὶ ἐριθεία, διὰ τῆς τοῦ νοὸς ἀπροσεξίας οἶδεν ἀπογεννᾶν· τὴν δέ γε μεγαλοψυχίαν καὶ σπουδὴν καὶ ἄοκνον ταχύτητα μετὰ τῆς ἐθίμου εὐσχημοσύνης ἐπὶ ταῖς ἐν χερσὶ διακονίαις, οὕτω δι' ἐπιμελείας κατώρθου, ὡς εὐθέως μὲν τὸ προκείμενον αὐτῷ ἔργον εἰς πέρας ἄγειν· διαθέει δὲ ὧδε κἀκεῖσε πρὸς ἕκαστον τῶν ἀδελφῶν, καὶ τοῖς ἢ δι' ἀσθένειαν ἢ καὶ ῥᾳθυμίαν ἠσθενηκόσιν ἐπαμύνειν, καὶ τὰ τούτων ἐλλείμματα τῇ παρ' ἑαυτοῦ ἀναπληροῦν βοηθείᾳ, ὃς οὐδὲ ξυλοφορεῖν, ἢ σκαπάνῃ κεχρῆσθαι, καὶ κηπεύειν, τὴν κατάλληλον τῇ ἀσθενείᾳ τροφὴν ἀπηυδόχησέν πω·

C

6. Ibi scilicet tirocinium agens magnus Theodorus cum sociis suis, et sanctissimi Platonis manibus totum se tradens, susceptaque ab eo sancti schematis armatura, nihil non ad ejusdem nutum volebat aut agebat. Nam proprii libiti periculum metuens, longe a sua voluntate recedendum putabat, apostolici effati testimonio fretus : « *Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Christus* [a]. » Sic igitur Platoni inclyto subjectus erat, morisque sui ac mentis modestiam non erga illum tantummodo, verum etiam erga reliquos omnes majores minoresve ostendebat, ceu homo voluntate omni carens vel inanimis statua, carnes simul habens timore Domini confixas, cavensque semper quidquid arrogantia, æmulatio, et invidia, et odium et ira, atque contentio, in incautis mentibus parere solet. Animi vero alacritatem et sedulitatem, et impigrum studium cum consueta sibi gratia in quotidianis exercitiis expromebat, quæ tanta diligentia obibat, ut propositum sibi opus omni cum celeritate expleret. Discurrebat autem hac illac ad singulos fratres, et infirmos aut segnes adjuvans, defectus illorum ope sua supplebat ; ita ut ne ligna quidem portare, aut ligone uti, et hortum colere, et congruam infirmitati alimoniam exhibere abnueret ; sed sponte hæc et similia faciens, stercora etiam jumentorum, dormientibus fratribus, nocturnis aut meridianis horis,

D

[a] Galat. II, 20.

Digitized by Google

clam sæpe exportare compertus est. Quibus rebus dicitur sodales quoque monachos admiratione perculisse; evidentem scilicet magnamque edens, per ea quæ faciebat, demonstrationem ardentis suæ perfectæque erga Christum charitatis : *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo, sed semet ipsum exinaniens forma servi assumpta, factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis* [b].

εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσεν μορφὴν του, θανάτου δὲ σταυροῦ.

7. Hæc et alia omnia, quæ illo scripta sunt, divina atque humana, vigili secum volvens consideratione, illuminabatur in anima, compungebatur corde, incendebatur in mente, ut omnino Christi placita faceret, eumque imitando quantum licet exprimeret. Ædificavit etiam oratorium sub theologi tonitruique filii Joannis nomine, morem quoque in hoc gerens magno Platoni, cœli formam habens, cum pictura florida; neque solum partem ejus sublimem elaboravit, ita ut esset stantibus in eo gratum ædificium et undique ornatum, verum et pavimentum ipsum variis auratisque calculis stravit, ut pedes quoque calcantium splendoribus lapillorum delectarentur: quo in loco dum preces Deo cum sodalibus faceret, magis tamen divini amoris compunctionisque fulgore radiabat, primus Dei domum ingrediens, postremus recedens; quanquam et nonnulli alii diligentissimi essent, qui illic per Dei gratiam in sancto secessu degebant.

8. Sed præter supradictas, aliis quoque privatim indulgebat precibus, semet clam sodalibus subducens, diebus præsertim quibus officia vacabant, quo tempore lacrymarum rivulis genas inundabat atque pavimentum cui insistebat. Etenim compunctionis donum abundanter a Deo acceperat, a quo nimirum omne donum perfectum datur dignis eique semet comparantibus. Continentiam autem tanto impensius colebat, quanto eam utiliorem comperiebat iis qui Christo pure et immaculate servire volunt. Jam ratiocinium tanquam judicem incorruptum inter spiritum carnemque constituens, sic per illud utriusque officium explebat, ut neque nimio jejunio partem sui visibilem tantopere debilitaret ut Christi famulatui inepta præter fas evaderet; neque item propter nimiam esculentorum ingurgitationem, animæ facultatibus acediæ passio subreperet, ex qua generaliter monachis mors contingit. Profecto in his perseverans beatus vir, archetypi locum in agendis rebus tenebat: quanquam nondum manifeste singularum virtutum nominibus accuratos efficiebat in participantibus characteres. Ad quem spectantes ascetæ condiscipuli, præcipueque mirabilis Josephus, qui et sanguine et vitæ proposito proxime illum attingebat, animam suam illius pulchritudine exornabat, partem alacritatem

[b] Philipp. II, 7.

A ἀλλ' αὐθαίρετος ταῦτά τε καὶ τὰ παρόμοια δρῶν, καὶ κόπρον ἐκκομίζων τῶν βοσκημάτων κρύβδην καθευδόντων τῶν ἀδελφῶν, ἐν νυκτεριναῖς τε καὶ μεσημβριναῖς ὥραις ἐφωράθη πολλάκις· ἐφ' ᾧ λέγεται καὶ τοὺς συνασκουμένους [f. 138 b.] ἐκπλήττειν, ἐναργῆ καὶ μεγάλην διδοὺς τὴν ἀπόδειξιν δι' ὧν ἔδρα, τῆς προσούσης αὐτῷ κατὰ τὸν ἔνδον ἄνθρωπον διαπύρου καὶ τελείας πρὸς Χριστὸν ἀγάπης· *Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ δοῦλον λαβὼν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανά-*

ζ'. Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα θεῖά τε καὶ ἀνθρώπινα, νήφοντι ἀναθεωρῶν λογισμῷ, ἐφωτίζετο τὴν ψυχὴν, κατενύσσετο τὴν καρδίαν, ἐπυρπολεῖτο τὸν νοῦν, διαπαντὸς τῇ B ἐφέσει τῆς πρὸς αὐτὸν εὐαρεστήσεως, καὶ κατὰ τὸ ἐγχωροῦν ἐκμιμήσεως. Ἐξεδωμάτωσε μέντοι καὶ εὐκτήριον ἐπ' ὀνόματι τοῦ Θεολόγου Ἰωάννου καὶ υἱοῦ τῆς βροντῆς, ταῖς τοῦ μεγάλου Πλάτωνος πειθαρχῶν ἐντολαῖς, οὐρανότυπον σχῆμα προβεβλημένον, εὐανθῆ ποικιλοεργίαν, οὐ μόνον κατὰ τὸ μετέωρον αὐτοῦ τεχνησάμενος, καὶ τοῖς οἰκοῦσιν ἐνδιαίτημα ξένον καὶ καλλοπρεπὲς περιποιησάμενος, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τοὔδαφος ταῖς ποικίλαις καὶ διαχρύσοις ἐγκαταστράψας ψηφίσιν, ὡς ἂν καὶ αἱ πόδες αὐτῶν ταῖς αὐγαῖς τῶν λίθων κατατρυφῷεν· ἐν ᾧπερ τὰς ἐντεύξεις τῷ Κυρίῳ μετὰ τῶν συνόντων ἀποδιδοὺς, μᾶλλον φιλοθεΐας καὶ κατανύξεως ἥστραπτεν ἀμαρύγμασιν· πρὸ πάντων εἰσιὼν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὕστατος ἐκεῖθεν ἀπογινόμενος· καίτοι σπουδαιοτάτων ὄντων ἐνίων τῶν Θεοῦ χάριτι αὐτόθι λοιπὸν C ἀποταξαμένων.

η'. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις, καί τινας ἰδικωτέρας ἐποιεῖτο δεήσεις, ἑαυτὸν ἀποδιαστέλλων τῶν ἄλλων κατὰ τὸ λεληθὸς, καὶ μάλιστά γε καθ' ἃς ἡμέρας ἦγον ἀργίαν, ἐν αἷς καὶ λιβάσι δακρύων τὰς παρειὰς κατέκλυζεν καὶ τοὔδαφος ἐν ᾧπερ ἐτύγχανεν ὢν· τὸ γὰρ [f. 139 a.] τῆς κατανύξεως χάρισμα πλουσίως εἰλήφει παρὰ Θεοῦ, παρ' οὗ πᾶν δώρημα τέλειον δίδοται τοῖς ἀξίοις καὶ πρὸς τοῦτο ηὐτρεπισμένοις· ἐγκράτειαι δὲ τοσοῦτο μᾶλλον ἐξήσκησεν, ὅσῳ καὶ πλέον αὐτὴν συμβαλλομένην εὗρεν τοῖς τῷ Χριστῷ καθαρῶς τε καὶ ἀρυπάρως λατρεύειν ἐθέλουσιν· τὸν γὰρ λογισμὸν ἐπιστήσας ὥσπερ δικαστὴν ἀδέκαστον D πνεύματι καὶ σαρκὶ, οὕτω δι' αὐτοῦ ἐποιεῖτο ἑκατέρου τὸ δέον, ὡς μήτε διὰ τῆς ἄγαν ἀσιτίας τὸ ὁρατὸν αὐτοῦ ἐκλύεσθαι, καὶ πρὸς τὰς ἐν Χριστῷ διακονίας ἄπρακτον παρὰ τὸ εἰκὸς καθίστασθαι, μήτ' αὖ διὰ τὸν κόρον τῶν εἰσκριθέντων τὰς ψυχικὰς ἕξεις ἀκηδείας ἐνέχεσθαι πάθεσιν, ἐξ ἧς ὁ περιεκτικὸς τῷ μοναχῷ συνάγεται θάνατος. Ἀμέλει ἐν τούτοις ἐγχρονίσας ὁ μακαρίτης, ἀρχετύπου τάξιν ἐπεῖχεν τοῖς πράγμασιν· εἰ καὶ μηδέπω σαφῶς τοῖς ὀνόμασιν πάσης ἁπλῶς ἀρετῆς· τοὺς ἀκριβεῖς ἐμποιῶν τοῖς μεταλαμβάνουσι χαρακτῆρας· πρὸς ὃν δὴ βλέποντες οἱ συνασκηταὶ, καὶ μάλιστα ὁ θαυμάσιος Ἰωσὴφ, ὁ καὶ τὴν φύσιν αὐτῷ καὶ τὴν προαίρεσιν προσφυῶς οἰκειούμενος, ἐμορφοῦτο τὴν ψυχὴν τῷ

Digitized by Google

ἐκείνου κάλλει, τοιουτοσθενῆ προθυμίαν τῇ τῶν πρα- A ac fortitudinem similitudine morum ostendens:
κτέων ἐνδεικνύμενος ἐξομοιώσει· διὸ καὶ ἄλλος τις quare et alter quidam Theodorus apud monachos
εἶναι Θεόδωρος παρ' αὐτοῖς εἰκάζετο, πολὺς ἀρετῇ videbatur, in eximiam virtutem ac scientiam pro-
καὶ γνώσει γεγονώς· ὃς καὶ θείᾳ ψήφῳ τῆς ἐν Θεσ- vectus: qui divino suffragio sanctæ Dei Ecclesiæ
σαλονίκῃ ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἐν καιρῷ ἰδίῳ Thessalonicensis idoneo tempore gubernaculo præ-
τοὺς οἴακας ἐγχειρισθείς, πλείστας ὑπερορίας καὶ positus, plurima exsilia et custodias pro orthodoxa
φρουρὰς ὑπὲρ τῆς ὀρθοδόξου ἐκαρτέρησε πίστεως· pertulit fide. Cum quo et Antonius, et Timotheus,
μεθ' οὗ καὶ Ἀντώνιος, καὶ Τιμόθεος, Ἀθανάσιός et Athanasius, et Naucratius, et alii deinceps plu-
τε καὶ Ναυκράτιος, καὶ πλεῖστος ἄλλος ὁμιλος ἐφ- rimi qui tunc quidem ascetico vitæ genere, postea
εξῆς, οἳ διὰ τῆς ἀσκητικῆς τηνικάδε [f. 139 b.] ζωῆς vero constantia athletica, membra sua in terris
καὶ τῆς ἀθλητικῆς ὕστερον ἐνστάσεως ἐνέκρωσαν τὰ mortificaverunt, et universam adversarii potentiam
μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τοῦ ἀντιπάλου πᾶσαν τὴν conculcaverunt.
δύναμιν κατεπάτησαν.

θ'. Ὁ γοῦν Πατὴρ ἡμῶν Θεόδωρος πάντων μὲν 9. Igitur parens noster Theodorus sanctorum
τῶν θεοφόρων Πατέρων μετῄει τοὺς βίους καὶ τοὺς omnium Patrum vitas atque sermones contrito in
λόγους ἐν συντετριμμένῃ καρδίᾳ καὶ πνεύματι τα- B corde participabat et in spiritu humilitatis, unicam
πεινώσεως, μίαν ἐπιζητῶν εἰς τὸν προκείμενον αὐτῷ hanc quærens in proposito sibi scopo utilitatem,
σκοπὸν λυσιτέλειαν, τὸ πῶς δεῖ εὐαρεστῆσαι Θεῷ quomodo scilicet placere Deo oporteat illos qui hu-
τοὺς τὴν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ζωὴν ἑλομένους· διαφερόντως jusmodi vitam elegerint. Præcipue tamen amator
δὲ ἐραστὴς καὶ μιμητὴς λέγεται γεγονέναι τοῦ οὐ- fuisse dicitur atque imitator delapsi illius de cœlo
ρανοφάντορος Βασιλείου· τούτου γὰρ ταῖς ἀσκητι- Basilii: cujus asceticas constitutiones, aliasque
καῖς νομοθεσίαις (4), καὶ ταῖς ἄλλαις μάλιστα τῶν theosophorum librorum doctrinas meditans, sa-
θεοσόφων βίβλων ἐμφιλοσοφῶν δογματοθεσίαις, καὶ pientiæque amplitudinem atque prudentiam magno-
τὸ πλάτος τῆς σοφίας τε καὶ φρονήσεως αὐτοῦ με- pere admirans, totum se ad illius magni similitu-
γάλως ἀποθαυμάζων, ὅλον ἑαυτὸν ἐμπαρεῖχεν εἰς dinem conformabat, nullusque jam pigritiæ ad bo-
ἀφομοίωσιν τοῦ μεγάλου, τῆς ἐπ' ἀγαθοῖς ῥᾳθυμίας num locus in eo reliquus fuit. Et cum comperisset
ἐν αὐτῷ λοιπὸν χώραν οὐκ ἐχούσης· παρεωραμένην neglectum per id tempus asceticorum ejus capitu-
γὰρ εὑρὼν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὴν τῶν ἀσκητικῶν lorum præscriptum, ab iis qui in cœnobiis vitam
αὐτοῦ διατύπωσιν ὑπὸ τῶν ἐν κοινοβίοις διαιτᾶσθαι degere elegerant, nempe quia servi, et pecudum
ἀνεχομένων, τῷ δούλους, φημὶ, καὶ βοσκημάτων νο- C greges, ac feminini generis jumenta acquirebantur,
μάδας, καὶ θήλεια περιποιεῖσθαι κτήνη, πλήττεται valde doluit legum harum violationes. Ausus est
μὲν ἱκανῶς τὴν καρδίαν ἐπὶ ταῖς τοιαύταις τῶν νό- igitur ad senem Platonem justo cum consilio ac-
μων ὑπεροψίαις· ἀνδρειοῦται δὲ αὖθις καὶ πρόσεισι cedere, non oportere dicens hunc dissimulare in-
συνετῶς τῷ πρεσβύτῃ Πλάτωνι, μὴ δεῖν φάσκων sanabilem multorum morbum, sed proprio exemplo
παρεᾶσαι τὴν τοιαύτην τῶν πολλῶν ἀθεράπευτον hanc infidelitatis et mundani amoris filiam apud
νόσον, ἀλλὰ τῷ καθ' ἑαυτοὺς ὑποδείγματι τὴν ἐξ multos cohibere novitatem. Nam sanctis indeco-
ἀπιστίας καὶ φιλοκοσμίας συμβαίνουσαν τοῖς πολλοῖς rum esse lucra quærere, quod faciunt mundani, qui
ἀναστεῖλαι καινοτομίαν· καὶ γὰρ ἀκαλλὲς ἁγίοις τὸ non prorsus sanctum vitæ genus susceperunt. Quæ
παρακερδαίνειν ζητεῖν, ἃ τοῖς ἐν κόσμῳ πρέπει, sane res citius verbo peracta fuit, Christo adjuvante,
καὶ πολιτείαν ἐπιτηδεύουσιν τὴν οὐκ εἰς ἅπαν et sanctissimo Platone salutare postulatum ratum
ἡγιασμένην· ὃ δὴ καὶ θᾶττον ἢ λόγος ἐπεραίνετο, habente. Et servorum quidem turbam data missione
Χριστοῦ συνεργοῦντος καὶ τοῦ πανοσίου Πλάτωνος instructamque viatico, arbitratu suo vivere permi-
ἐπικυροῦντος τὸ τῆς ἀξιώσεως [f. 140 a.] σωτηριῶ- serunt: res cæteras egentibus largiti sunt: atque
δες· τὸν μὲν γὰρ ἐσμὸν τῶν οἰκετῶν ἐλευθερίαις ita semet constituerunt manifestiores paternarum
ἐγγράφοις ἐφοδιάσαντες, αὐτεξουσίῳ ποδὶ πολιτεύε- D traditionum observatores, et monastici ordinis bene
σθαι εἴασαν· τὰ δ' ἄλλως ἔχοντα τῶν πραγμάτων compositi sincerius speculum, dum ubique hoc
τοῖς ἐνδέουσιν ἐσκόρπισαν· καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ egregium memorandorum semper virorum facinus
καθιστῶσι σφᾶς αὐτοὺς ἐπιδηλοτέρους ἀκουσμὰς τῶν celebratur: quod recti quidem amatores ad parem
Πατρικῶν παραδόσεων, καὶ μοναχικῆς εὐκοσμίας virtutis zelum excitavit; illos autem qui haud ve-
ἀκαπηλεύτους ζωγράφους, περιηχηθείσης πανταχοῦ ram ascesecos terere viam consueverant, ad Deo
τῆς ἀγαθῆς τοιαύτης τῶν ἀειμνήστων πράξεως· ἣ odibilem invidiam commovit. Verum nostri neque
τοὺς μὲν τῶν καλῶν ἐραστὰς, πρὸς τὸν ὅμοιον τῆς priorum elati laudibus, quasi aliquid magnum fe-
ἀρετῆς διήγειρε ζῆλον· τοὺς δὲ τὴν ἀληθῆ τῆς cissent, ad vanam gloriam delapsi sunt; neque
ἀσκήσεως παραχαράττειν συνεθισθέντας τρίβον, aliorum despectu victi, religiosum præceptum omi-
πρὸς φθόνον ἐρρίπισε τὸν μισόθεον· ἀλλ' οὔτε τοῖς serunt; sed intra recti judicii claustra se continentes,

(4) Idcirco etiam de S. Basilii asceticis minoribus lucubratiunculam edidit Theodorus, genuinum hunc divi Patris fœtum esse defendens; quod nos breve Studitæ scriptum ex codice Vaticano edidimus t. V, part. II, p. 91-93.

Digitized by Google

imminens sibi ab utrisque detrimentum prudenter declinaverunt.

A ἐκείνων ἡδομένοι λόγοις, ὡς μέγα τι κατορθωκότες πρὸς κενοδοξίας ἐξεκυλίσθη ὅλισθον, οὔτε τούτῳ τῷ φαυλισμῷ ἡττηθέντες τῆς θεοφιλοῦς ἔχεσθαι κατολιγώρησαν ἐντολῆς, ἀλλ' ἔσω τῶν τῆς ὀρθῆς κρίσεως ἑαυτοὺς περιφυλάσσοντες κλείθρων, τὴν ἐξ ἑκατέρων βλάβην φρονίμως ἐξέκλιναν.

10. Rebus itaque sic in melius fluentibus, et religiosa familia aucta, quæ instar uberis fertilisque arvi, ab egregiorum agricolarum peritia bene excolebatur, fructumque multiplicem Domino ferebat, recte judicavit sapiens abbas Plato, hominem qui jamdiu divinæ Triadi per omnimodam membrorum mortificationem digne sacrificabat, et sanctitatis purissimum templum erat, sacerdotem simul esse faciendum incruenti ac splendidissimi sacrificii; ideoque pergit cum ipso ad venerabilem patriarcham Tarasium, valde quidem mœrente propter susceptum de se consilium a sancto viro, cedente tamen obedientiæ causa, atque ut ne videretur melius sapere quam Pater suus. Quos divus pontifex tanquam exoptatos thesauros libentissime excipiens, B imposuit Theodoro manum, et sacerdotali consecratione donavit, ab infimo subdiaconatu usque ad ordinem presbyteratus. Cum vero actutum ad proprium monasterium trajecto freto navigassent, haud existimavit divus Theodorus sibi in prioribus tantum exercitiis morandum, quia virtutem incessante motu cieri sciebat; sed veluti pugnacissimus miles, qui multo ante hostes suos jam devicerit, et de illis victoriæ gloriam retulerit, majus deinde robur atque alacritatem postea præ se fert; sic etiam Theodorus, egregius virtutis athleta, sacræ ordinationis gradum, ceu præmium suæ contra inimicas cupiditates victoriæ retulisse reputans, majorumque certaminum argumentum, hunc sibi honorem fore C judicans, non dabat somnum oculis, neque palpebris suis dormitationem, neque requiem temporibus, ut Psalmi verbis utamur, sed carnes suas nocturnis sacrarum Scripturarum meditationibus macerans, ipsam prope naturam vincebat, nec nisi ei summum debitum mirabiliter persolvendum monstrabat, ita ut ne integra quidem hora diu simul noctuque somnum caperet: reliquas vero horas bonis operibus insumeret.

ι'. Ἀμέλει τούτων οὕτω προβάντων, καὶ τῆς κατ' αὐτοὺς ἀδελφότητος αὐξηθείσης, καὶ δίκην λιπαρᾶς καὶ εὐγείου χώρας, τῇ ἐμπειρίᾳ τῶν εὐφυῶν καλλιεργηθείσης φυτοκόμων, καὶ καρπὸν ἀποδιδούσης τῷ Δεσπότῃ πολυπλασίονα, χρῆναι καλῶς ὑπειληφὼς Πλάτων ὁ σοφὸς ποιμνιάρχης, τὸν πολλῷ πρώην ἑαυτὸν τῇ Τριάδι διὰ τῆς παντελοῦς τῶν μελῶν νεκρώσεως ἀξίως ἱερουργήσαντα, καὶ τῆς ἁγνείας καθαρώτατον ὄντα τέμενος, ἀποῆναι καὶ θυηπόλον τῆς ἀναιμάκτου καὶ παμφαοῦς θυσίας, εἰσελαύνει σὺν αὐτῷ πρὸς τὸν θεόληπτον πατριάρχην Ταράσιον· ἀχθομένῳ μὲν ὅτι μάλιστα διὰ τὴν εἰς αὐτὸν γνώμην τοῦ ὁσίου, εἴκοντι δ' ὅλως δι' εὐπείθειαν [f. 140 b.], καὶ τοῦ μὴ δόξαι φρονεῖν τοῦ Πατρὸς βελτίονα· οὓς ὁ θεῖος ἱεροθέτης καθάπερ τινὰς θησαυροὺς ἐπιθυμητοὺς μετὰ πολλῆς προσηκάμενος τῆς θυμηδείας, ἐπιτίθησι τῷ Θεοδώρῳ τὴν χεῖρα, καὶ τελεσιουργεῖ ἐπ' αὐτῷ τὴν τῆς ἱερωσύνης τελείωσιν, ἀπὸ τῆς ἐλάττονος τῶν ὑποδιακόνων ἀρξάμενος, καὶ μέχρι τῆς τοῦ πρεσβυτέρου τάξεως ἐληλυθώς. Ἐπεὶ δὲ ταχέως πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐξέπλευσαν μοναστήριον, οὐκ ᾤετο δεῖν ὁ θεῖος Θεόδωρος τοῖς προτέροις ἐμπεριέχεσθαι ἀγωνίσμασι, τὸ τῆς ἀρετῆς ἀεικίνητον εὖ εἰδώς· ἀλλ' ὃν τρόπον στρατιώτης μαχιμώτατος πρώην πολλῷ τοὺς ἀνταγωνιζομένους αὐτῷ τροπωσάμενος, καὶ τῆς κατ' αὐτῶν νίκης τὸ κλέος ἁράμενος, πλείονα ῥώμην καὶ προθυμίαν εἰς τὸ ἑξῆς ἐπιδείκνυται· οὕτω δὴ καὶ Θεόδωρος ὁ τῆς ἀρετῆς ἀθλητής, τὸν τῆς χειροτονίας βαθμὸν βραβεῖον νίκης τῆς κατὰ τῶν πολεμίων παθῶν ἄρασθαι λογισάμενος, καὶ μειζοτέρων ἀγώνων ὑπόθεσιν τὴν προτίμησιν κρίνας, οὐκ ἐδίδου ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς, οὐδὲ τοῖς βλεφάροις αὐτοῦ νυσταγμὸν, ἢ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις, Ψαλμικῶς εἰπεῖν, ἀλλ' ἐκτήκων ἑαυτοῦ τὰς σάρκας ταῖς πανυχίοις μελέταις τῶν ἱερῶν Γραφῶν, ἐκράτει μικροῦ καὶ τοῦ κατὰ τὴν φύσιν ὀφλήματος, καὶ τὴν ἀναγκαιοτάτην ἔκτισιν τῆς οὐσίας ὑπερφυῶς ἐδείκνυ ἐνδεχομένην, ὡς οὐδ' αὐτῆς ὅλης ὥρας διὰ τοῦ ἡμερονυκτίου μεταλαγχάνων τοῦ ὕπνου· τὰς δὲ λοιπὰς ταῖς ἀγαθοεργίαις καταναλίσκων.

11. Age vero cum adeo virtutibus auctum Theodorum cerneret sanctissimus Plato, molitus est non semel hominem, qui jam egregium et singulare vitæ genus agebat, abbatem declarare tendentis sub ejus regimine ad cœlum familiæ, quæ ad centenarium numerum Christi gratia pervenerat. Sed non persuasit ei, qui cæteroqui mollior cera erat ad obediendum; sed tamen probe sciebat impendens illis judicium qui temere ad hujusmodi prælationes accedunt, quarum difficultates magnus ille theologus descripsit dicens: Cum difficile sit scire pa-

D ια'. Οὕτω τοίνυν μεγεθυνόμενον ταῖς ἀρεταῖς ὁσημέραι τὸν Θεόδωρον βλέπων ὁ τρισόσιος Πλάτων, ἠβουλήθη πολλάκις, ὡς ἤδη τὴν εὐφυᾶ καὶ ἀπόλεκτον ἐξησκηκότα ζωὴν, καθηγούμενον αὐτὸν ἀναδεῖξαι τῆς πρὸς [f. 141 a.] οὐρανὸν τρεχούσης ὑπ' αὐτὸν ἀδελφότητος, εἰς ἁπλῆν ἑκατοντάδα τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐπεκταθείσης χάριτι· ἀλλ' οὐκ ἔπειθε τὸν ἐπὶ πᾶσιν ἄλλοις κηροῦ μαλακώτερον πειθαρχοῦντα· εἰδότα σαφῶς τὸ ἐπηρτημένον κρῖμα τοῖς τῇ τοιαύτῃ ἀρχῇ ῥιψοκινδύνως προσβαίνουσιν· ἧς καὶ τὸ δυσκατόρθωτον ὁ πολὺς ἐν θεολογίᾳ (5) ὑπέγραψε φά-

[c] Psal. cxxxi, 4, 5.

(5) Gregorius Naz. in orat. 2, 10. Consonat autem Gregorius PP. *Reg. past.* I, 1 : « Ars est artium regimen animarum. »

Digitized by Google

σκων· Χαλεποῦ ὄντος τοῦ εἰδέναι ἄρχεσθαι, κινδυνεύει πολλῷ χαλεπώτερον εἶναι τὸ εἰδέναι ἄρχειν ἀνθρώπων. Πλὴν οὐκ ἔδει μέχρι παντὸς κρύπτεσθαι τὸν νοητὸν λύχνον ὑπὸ τὸν τῆς ὑφεδρείας μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν τεθῆναι τῆς ποιμαντικῆς ἀναβάσεως, πρὸς τὸ φαίνειν πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ τῶν φωτοποιῶν αὐτοῦ πράξεων ἐκπρεπεῖ λαμπαδουχίᾳ· νόσῳ γὰρ ληφθεὶς ἐν μιᾷ ὁ ὅσιος Πλάτων, καὶ λάβρῳ πυρετῷ τὰ ἔνδον περικαιόμενος ἐφ' ἱκανὰς ἡμέρας, ὡς καὶ δόξαι πολλοῖς τῶν προσκαίρων ἀφίπτασθαι, ἐπείπερ εἰκὸς ἦν τὸν μετ' ἐκεῖνον προστησόμενον τῆς ποίμνης, ψήφῳ τῆς ἀδελφότητος εἰς τοῦτο τάξεως ἐλθεῖν, σύνοδον ποιεῖται πάντων τῶν ἐν πνεύματι υἱῶν αὐτοῦ, καὶ τούτοις βραχέα ἅττα περὶ τῆς ὁρωμένης αὐτοῦ διεξελθὼν νόσου, ἀξιοῖ διενθυμηθῆναι καὶ εἰπεῖν τίνα αἱροῦνται καταστῆναι αὐτοῖς εἰς ποιμένα· τῶν δὲ ὥσπερ μιᾷ φωνῇ τὸν μέγαν Θεόδωρον ὀνομαστὶ προχειρισαμένων, μεταλαλεῖται αὐτὸν εἰς τὸ μέσον ἐλθεῖν, καὶ δὴ λόγοις τε καὶ σχήμασιν ὡς θανατηφόρος πέλει ἡ νόσος πρὸς αὐτὸν βεβαιωσάμενος, εἶτα καὶ τοῦ πνευματικοῦ συλλόγου τῶν ἐν Χριστῷ ἀδελφῶν τὴν εἰς αὐτὸν ἐξενεχθεῖσαν προσειπὼν ψῆφον, καὶ ὡς θέλημά ἐστι προηγούμενον τὴν αὐτῶν ἀναδέξασθαι φροντίδα, πείθει [f. 141 b.] μόλις ποτὲ εἰς τοῦτο ἐλθεῖν, τρισκαιδέκατον ἀνάγοντα ἔτος τῆς ἀνοθεύτου αὐτοῦ ἐν Κυρίῳ ὑποταγῆς, τῆς δέ γε πάσης ἡλικίας πέμπτον καὶ τριακοστόν· οὕτω τοιγαροῦν ἔρχεται εἰς τὴν τῶν ἀδελφῶν προστασίαν, φόβῳ μὲν καὶ τρόμῳ συνεχόμενος διὰ τὸν παρεπόμενον ἐξ ἀβουλίας ταῖς τῶν ποιμαινομένων ψυχαῖς ὄλεθρον.

ιβ'. Ὅμως οὖν διανίσταται, καὶ τῆς φίλης ἀπραγμοσύνης τὸ περιὸν ἀφειδήσας, ἐναγώνιος γίγνεται, καὶ παρασκευάζεται πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῆς ποίμνης· καὶ δὴ τῷ μόνῳ πανσόφῳ καὶ δυνατῷ Θεῷ τῷ τοὺς ἀσθενεῖς περιζωννύοντι δύναμιν, καὶ αὐτοὺς σοφοῦντι τοὺς τυφλοὺς τεθαρρηκώς, ἀναλαμβάνει τὰ ὅπλα τοῦ φωτός, τὰς Γραφικάς, φημί, εἰσηγήσεις· καὶ καθίσταται ἐν μέσῳ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης συγκλήτου οἷά τις ἐμπειροπόλεμος καὶ κραταιὸς ὑπερτίναξ· καὶ τῆς διδασκαλίας διαχειρισάμενος τὴν διαπρύσιον σάλπιγγα, ὑποφωνεῖ τοῖς συνασπισταῖς τὴν πρὸς τοὺς νοητοὺς δυσμενεῖς ἐπιστημονικὴν παράταξιν, τύξα τούτοις καὶ δόρατα, θυρεούς τε καὶ κράνη καὶ φωνὰς τροπαιοφόρων ἀλαλαγμῶν διεσμιλευμένως ἐναρμοσάμενος· καὶ στερεοῖ οὕτω γε τὰς τούτων ψυχὰς κατὰ τῶν ἀφανῶν Μαδιηνέων, καὶ δείκνυσιν αὐτοῖς τὸ ποῖα ποίοις, καὶ τίνα τίσι, καὶ πῶς καὶ πότε κεχρῆσθαι προσήκει τῶν ἐνθυμημάτων καὶ λογισμῶν καὶ λόγων τε καὶ πράξεων, δι' ὧν σὺν Θεῷ δυνήσονται τῶν νοητῶν ἀλλοφύλων τοὺς λόχους ὑπεκδραμεῖν, καὶ τὰ κατ' αὐτῶν τῆς νίκης σύμβολα περιφανῶς ἀναστήσασθαι.

ιγ'. Εἶχεν μὲν οὖν ὁ ἱερὸς Πατὴρ ἡμῶν καὶ τὸν οἰκεῖον βίον ἀληθῶς σιωπῶσαν παραίνεσιν· καὶ τὸ κατ' ἀμφοῖν δὲ κατάστημα τῶν ἠθῶν [f. 142 a.] ἐξιόπιστον προὐβάλλετο πρέσβυν, δυσωπῆσαι αὐτοὺς δυνάμενον πρὸς ἀνάληψιν τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς πόνων· ἀλλ' ἐπεὶδὴ πρὸς τὸ ἄγαν ἐξασκῆσαι σοφίαν θείαν τε

A rere, tum multo difficilius videtur scire hominibus imperare. Verumtamen haud perpetuo celari oportebat spiritalem hanc lucernam sub humilis sellulæ modio, sed super candelabrum ponenda erat pastoralis apicis, ut luceret omnibus qui domi erant, splendidorum suorum actuum insigni fulgore. Igitur aliquando correptus morbo sanctus Plato, vehementique febre ad plures dies intus exæstuans, ut multis quoque videretur hac temporali vita propediem abiturus; quia opus erat eum, qui post ipsum familiæ præfuturus erat, communi fratrum suffragio ad hujusmodi gradum accedere; concilium convocavit Plato suorum omnium spiritalium filiorum, et cum his breviter de suo præsente morbo locutus, rogavit ut deliberarent ac dicerent, quem-
B nam sibi eligerent constitui pastorem. Illis autem una veluti voce magnum Theodorum nominatim eligentibus, accersivit eum in medium Plato, verbisque et gestibus mortiferum esse morbum suum affirmans, tum et spiritalis fratrum in Christo cœtus decretum de eo editum significans, et quod omnino opus esset eum abbatem constitutum illorum curam gerere, ægre ei persuasit ut rei demum assensum accommodaret, cum jam tertio decimo anno sinceram in Christo obedientiam profiteretur, ætatis autem quintum supra triginta annum ageret. Sic ergo ad fratrum præfecturam accessit, metu sane et tremore perculsus, ob periculum quod subditorum animabus ex rectorum imprudentia solet
C accidere.

12. Nihilominus animum resumpsit, et dilectam quietem deinceps omittens, fit actuosus, et ad gregis sui rectam constitutionem accingitur: solique sapientissimo ac potenti Deo, qui infirmis vires suppeditat, et cæcis ipsis dat sapientiam, confidens, assumit arma lucis, Scripturarum, inquam, doctrinas, consistitque in medio illo sacro cœtu tanquam veteranus ac fortis propugnator: magisteriique arripiens vocalissimam tubam, vocat concertatores suos ad bene compositam adversus intellectuales hostes aciem, arcus illis et lanceas, scuta et galeas, et triumphantium clamores accurate subministrans et aptans. Atque ita horum animos contra invisibiles Madianitas confirmat;
D demonstratque illis, qualia qualibus, quæ quibus, quo modo et quando adhibenda sint, in cogitando sive deliberando vel loquendo vel agendo, ita ut, cum Dei ope, intellectualium Philistæorum insidias effugere possent, et victoriæ contra illos tropæa splendide erigere.

13. Habebat ergo sacer parens noster vitam propriam tacitæ reapse instar adhortationis, suorumque morum exactam conformationem, tanquam fide dignissimum oratorem præ se mittebat, qui illos pudore veluti adigeret ad suscipiendos virtutis ergo labores. Sed quia, præter quam quod in divina

Digitized by Google

humanaque sapientia exercitus, didascalicam etiam facultatem a perennibus Spiritus scatebris hauserat, unde perpetuo rationalem mentis pacem derivabat; fluenta quoque vivificæ doctrinæ effundebat: aliumque ardente cupiditatum flamma jam consumendum rore veluti refrigerabat, et animæ exitiosos voluptatis carbones in cinerem redigebat: alium pravis cogitationibus interne laborantem, atque ab his ad peccati mortem impulsum, ceu quidam cœlestis medicus invisens, et medicinalem salutarium verborum laboranti calicem propinans, ab insidente peste mirabiliter expediebat. Atque ita utrimque, opere inquam et doctrina, utilis fiebat; dum ad se venientibus Theodorus, modo singulis pro confessionis qualitate antidota infirmitatum suppeditaret; modo communiter in Ecclesia, post matutinos hymnos expletos, cunctis simul utilem homiliam diceret; hancque ter in hebdomada spiritalem alimoniam, tanquam benivolus œconomus conservis suis distribueret; cum timore scilicet atque amore erga communem Dominum et Salvatorem omnium Christum.

Α καὶ ἀνθρωπίνην, καὶ τὸ διδασκαλικὸν ἀπειλήφει παρὰ τῶν ἀεννάων ὑδάτων τοῦ Πνεύματος, ὅθεν συνεχῶς τὴν λογικὴν ἀνεστόμου τῆς διανοίας εἰρήνην, καὶ τὰ ῥεῖθρα τῆς ζωηφόρου ἐξέβλυζε διδασκαλίας· καὶ τὸν μὲν καταπιμπρᾶσθαι μέλλοντα τῇ πυριφλέκτῳ τῶν παθῶν καμίνῳ κατεδρόσιζέ τε καὶ ἀπετέφρου τοὺς τῆς ἡδονῆς ψυχοβλαβεῖς ἄνθρακας· τὸν δὲ νοσοῦντα κατὰ τῶν ἔνδον ἐκ πονηρῶν λογισμῶν ἄνθρωπον, καὶ πρὸς τὸν τῆς ἁμαρτίας ὑπὸ τούτων ἐπειγόμενον θάνατον, ὥσπερ τις οὐράνιος ἀκέστωρ ἐπισκεπτόμενος, καὶ τὴν ἀλεξίκακον τῶν σωτηρίων λόγων ἐπιδιδοὺς τῷ κάμνοντι κύλικα, τῆς κατεχούσης λώβης παραδόξως ἀπήλλαττεν· καὶ οὕτως ἀμφοτέρωθεν πράξεως δή, λέγω, καὶ θεωρίας ὠφέλιμος ἦν, ὅτι τοῖς φοιτῶσι Θεόδωρος, πῇ μὲν ἰδίᾳ ἑκάστῳ Β πρὸς τὴν ἐξαγγελτικὴν ποιότητα καὶ τὰς ἀντιδόσεις ποιούμενος τοῖς κακοσίτοις· πῇ δὲ κατὰ κοινοῦ ἐπ' ἐκκλησίας μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν ἑωθινῶν ὕμνων, πᾶσιν ὁμοῦ διαλεγόμενος τὰ συμφέροντα, καὶ τοῦτο τρὶς τῆς ἑβδομάδος τὸ πνευματικὸν τοῦ λόγου σιτηρέσιον ὡς εὐγνώμων ἐπίτροπος τοῖς συνδούλοις οἰκονομούμενος, φόβῳ τε καὶ πόθῳ τῷ πρὸς τὸν κοινὸν Δεσπότην καὶ Σωτῆρα τῶν ὅλων Χριστόν.

14. Sed jam tempus nos vocat ut ad luctæ stadium, in quo magnus hic religionis pugil certavit, accedamus. Regnabat illa ætate, solus in imperio, Constantinus religiosissimæ Irenes filius, qui in luxuriosa et effreni juventa ardentibus carnis moribus victus, priore legitima dimissa conjuge, et per vim tonderi jussa, aliam adulterino modo, ceu olim Herodes, libere duxerat, nomine Theodoten: quo infelici flagitio scandalum non Dei Ecclesiæ tantummodo, verum etiam gentium principibus et toparchis intulerat. Et divus quidem patriarcha Tarasius concubinatum hunc improbans, nuptialem coronam his imponere recusaverat, et illegitimam copulam comprobare: etenim impuris animabus non fit conciliator Christus, ut ait alicubi nescio quis ante nos vir sanctus. Sed Josephus quidam presbyter, et ejusdem sanctissimæ Magnæ Ecclesiæ œconomus, qui adulteris familiaris erat, negotium hoc sibi sumpsit audacter, et prævaricatores illos coronavit, divini humanique juris fines prætergrediens. Contigitque dilatari hujusmodi malum non in regia solum urbe, verum etiam in longinquis valde regionibus. Sic enim Longobardiæ rex, sic ille Gothiæ, sic Bosphori princeps, hujus legis violationi confidentes, adulterinis amoribus et incontinentibus cupiditatibus semet implicuerunt, Romanorum imperatoris facinus speciosæ loco defensionis habentes; quasi sicut ille hoc patraverat, ita etiam patriarcha aliique cum eo episcopi idem flagitium comprobavissent.

ιδ'. Ἀλλ' ἰτέον λοιπὸν, τοῦ καιροῦ καλοῦντος ἡμᾶς, ἐπὶ τὰ τῆς ἀθλήσεως σκάμματα τοῦ μεγάλου τούτου τῆς εὐσεβείας παγκρατιαστοῦ. Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐβασίλευσεν μονοκρατορήσας Κωνσταντῖνος ὁ τῆς φιλοχρίστου [f. 142 b.] Εἰρήνης υἱὸς, ὅστις τὸ τῆς νεότητος ἀνειμένον τε καὶ ἀπαιδαγώγητον ἔχων, καὶ τοῖς τῆς σαρκὸς διαπύροις ἡττηθεὶς C σκιρτήμασιν, ἀθετήσας τὴν πρότερον αὐτῷ κατὰ νόμους γεγαμημένην, καὶ ταύτην ἀποκαρθῆναι βεβιασμένως ποιήσας, ἑτέραν μοιχικῷ τρόπῳ, κατὰ τὸν πάλαι Ἡρῴδην, ἀνυποστόλως ἠγάγετο, ἧς τὸ ὄνομα Θεοδότη, σκάνδαλον παρεισάξας ὁ δείλαιος μέγιστον, οὐ μόνον τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς τῶν ἐθνῶν ἀρχηγοῖς καὶ τοπάρχαις· ὁ μὲν γὰρ θεῖος πατριάρχης Ταράσιος τὸ τοιοῦτον ἀπευδοκῶν συνοικέσιον, τὴν εἰς αὐτοὺς στεφανικὴν ἀποστρέφεται χειροθεσίαν, τῷ παρανόμῳ τῆς μίξεως οὐ συναινῶν ἐνεργήματι· ψυχαῖς γὰρ βεβήλοις ἀσυναφὴς ὁ Χριστὸς, ὡς πού τις ἔφη τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων· Ἰωσὴφ δέ τις πρεσβύτερος καὶ οἰκο- D νόμος τυγχάνων τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης Μεγάλης Ἐκκλησίας, τῶν μοιχωμένων τε συνήθης ὤν, ἀναδέχεται τολμηρῶς τὸ ἐγχείρημα, καὶ στεφανοῖ τοὺς ἀθέσμους, ἔξω θεσμῶν ἀποσκιρτήσας θείων καὶ ἀνθρωπίνων· καὶ γίνεται προβολὴ τοῦ τοιούτου κακοῦ οὐ μόνον ἐπὶ τῆς βασιλευούσης, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ταῖς ἐξωτάτω χώραις· οὕτω γὰρ ὁ τῆς Λογγιβαρδίας ῥὴξ, οὕτως ὁ τῆς Γοτθίας, οὕτως ὁ τῆς Βοσπόρου τοπάρχης, τῇ λύσει ταύτης τῆς ἐντολῆς ἐπερειδόμενοι, μοιχικαῖς ὀρέξεσι καὶ ἀκράτοις ἐπιθυμίαις ἑαυτοὺς περιέπειραν, τὴν τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων πρᾶξιν εὐπροφάσιστον ἔχοντες ἀπολογίαν, ὡς ἐκείνου μὲν τῷ αὐτῷ περιπεσόντος, ἀποδεδεγμένου δὲ παρά τε τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἀρχιερέων.

15. His nequitiis cognitis, vir Christi characteresignatus, et omnimodæ justitiæ semper aperteque

ιε'. Ταῦτα οὖν τὰ παράνομα διαγνοὺς ὁ κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν χαρακτηριζόμενος ἄνθρωπος [f. 143 a.],

Digitized by Google

καὶ πᾶσαν ὡς δυνατὸν ἑκάστοτε δικαιοσύνην προ- A tenax, et homogeneo sibi populo paternis viscerifανῶς ἀποπληρῶν, τοῦ τε ὁμοφύλου γένους πατρικοῖς προμηθούμενος σπλάγχνοις, ἠνιᾶτο, ἐδυσφόρει καθ' ἑαυτὸν, τὴν ἁπάντων ὁμοῦ ἀπωδύρετο ἀπώλειαν τῶν τε νῦν καὶ τῶν μετὰ ταῦτα· ἐδεδίει γὰρ εἰκότως μή πως εἰς νόμον τοῖς ἀνοήτοις ἡ τοῦ κρατοῦντος ἀλογιστία παραδεχθεῖσα, ἀνίατον παραπέμψῃ ταῖς ὕστερον γενεαῖς τὸ πραχτέον· διά τοι τοῦτο οὐ παρασιωπᾷ τοῦ μὴ ἐλέγξαι τὸ πῆμα, ἀλλ' ἀπορρήγνυσιν ἑαυτὸν σὺν τῷ ἰδίῳ πατρὶ τῆς ἐκείνων εὐθὺς κοινωνίας. Ἀκουστὴ δὲ γίνεται ἡ κατὰ Θεὸν αὐτῶν τῆς μοιχείας ἀποστροφὴ εἰς τὰ τοῦ βασιλέως ὦτα· ὁ δὲ πρῶτα μὲν ἐπιεικεύεται οὐκ ἀγαναχτῶν πρὸς τὸ κακόφημον· καὶ δι' ἑτέρων τοῦτο μαθὼν καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς μοιχαλίδος, τρόπον τινὰ κατεπτηχὼς τὴν τῶν μακαρίων διάζευξιν, ὡς τὸ B ἀσύγκριτον ἐχόντων καὶ περίβλεπτον ἐν τῇ τῶν μοναχῶν πολιτείᾳ· ἔπειτα δὲ κινεῖται παντοίως μηχανώμενος τοὺς ἀχειρώτους χειρώσασθαι εἰς τὸ συνθέσθαι τῷ κατ' αὐτὸν μύσει, μάλιστα τοῦτ' ἐλπίσας, διὰ τὸ συγγενίδα αὐτῶν εἶναι τὴν εἰς τὰ βασίλεια προσειλημμένην· ὅτι ἐξαδέλφη ἐτύγχανε τοῦ Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου ἡ συστεφανωθεῖσα τῷ Κωνσταντίνῳ. Ὅθεν καὶ προετρέψατο αὐτὴν χρυσίον αὐτοῖς ἀποστεῖλαι, μετὰ τῆς ἑπομένης ἐξ αὐτῶν προσκυνήσεως· ὡς δὲ ἐψεύσθη τῆς ἐλπίδος, ἀνωτέρους αἰσθηθεὶς τῆς ἑαυτοῦ κολακείας τοὺς θεοφόρους, ἑτεροίως τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπιτηδεύει πάλην· προσποιησάμενος γὰρ τὴν τῶν αὐτομάτως γῆθεν ἀναδιδομένην θερμῶν ἀπόλαυσιν, τὴν εἰς Προῦσαν ποιεῖται ἄφιξιν ἀνακτορικὴν, οἰηθεὶς ὡς πάντως C ἐλεύσονται πρὸς αὐτὸν οἱ ἀοίδιμοι, τὴν ἐξ ἔθους [f. 143 b.] μετὰ τῶν ἄλλων ἀπονεμοῦντες προσκύνησιν· ἐπεὶ δὲ τῶν δοκηθέντων αὐτῷ οὐδὲν εἰς πέρας ἀπέβη, θυμαίνεται μὲν κατὰ φρένα, παλινοστεῖ δὲ τῶν ἀθώων.

bus consulere solitus, angebatur, ægre ferebat, et universalem pariter perniciem deflebat præsentium ac posterorum. Merito enim timebat ne, si legis instar ab insipientibus regnantis insania exciperetur, inemendabilis hæc norma agendi posteris generationibus fieret. Idcirco hoc damnum silentio non dissimulavit, sed se cum patre suo (Platone) ab illorum communione secrevit. Ecce autem istorum secundum Deum adulterii detestatio ad imperatoris aures defertur: qui initio æquanimiter tulit, neque illi oblocutioni succensuit. Verumtamen ab aliis rursus rem intelligens et ab ipsa adultera, territus aliquantum a beatorum virorum secessione, quorum summa et incomparabilis erat in monastica vita laus; cœpit dare sedulam operam ut invictos vinceret, quo suo flagitio consentirent; sperans se id maxime consecuturum, per ipsorum affinem quam in regium fastigium assumpserat: erat quippe ex sorore Theodori Patris nostri nata Theodote hæc quæ nupserat Constantino. Quare eamdem hortatus est, ut monachis aurum mitteret cum utriusque reverenti salutatione. Sed postquam spe sua falsus, excelsiores sensit esse divos illos assentatione sua, aliter pugnam instruit. Simulans enim se ad calidas aquas, quæ sponte de tellure scatent fruendas pergere, Prusam cum regio comitatu venit, fore omnino putans, ut duumviri inclyti cum cæteris ad se salutandum de more venirent. Sed postquam nihil eorum quæ sperabat accidit, iram mente concepit, reversusque quantocius ad regiam sedem, magnopere contra innocentes cædem minasque spirabat.

ὡς τάχιστα εἰς τὰ βασίλεια, μεγάλα φυσῶν κατὰ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ

ΘΕΟΔΩΡΟΥ

ΗΓΟΥΜΕΝΟΥ ΤΩΝ ΣΤΟΥΔΙΟΥ,

ΑΝΤΙΡΡΗΤΙΚΟΣ ΠΡΩΤΟΣ

ΚΑΤΑ ΕΙΚΟΝΟΜΑΧΩΝ.

SANCTI PATRIS NOSTRI ET CONFESSORIS

THEODORI

PRÆPOSITI STUDITARUM,

ANTIRRHETICUS PRIMUS

ADVERSUS ICONOMACHOS.

(Editt. Sirmond., p. 70.)

Tempus est ut loquatur, et non sileat qui loqui quoquomodo potest, cum instet hæresis adversus

Καιρὸς τοῦ λαλεῖν, ἀλλ' οὐ τοῦ σιγᾶν ἐστι τῷ ὁπωσοῦν δυναμένῳ· ἐπειδάν τις αἵρεσις ἐνίσταται

(41) De Dominica et hebdomada orthodoxiæ legatur Allatius, *De Cons.* col. 1432. Fiebat autem festum Orthodoxiæ, ob instauratum sacrarum imaginum cultum contra Iconomachos. De hoc festo plures exstant Græcorum orationes, quas inter vidi ms. etiam Macarii Chrysocephali.

(42) Legesis de hoc pleno orthodoxiæ triumpho Cuperum in *Hist. Chron. Patr. Const.* in Methodio.

Digitized by Google

καθυλακτουσα τῆς ἀληθείας, καὶ πτόησιν ταῖς ἀστηρίκτοις ψυχαῖς ἐνιζάνουσα διὰ τῆς κενοφωνίας. Δύο γὰρ ταῦτα δράσειέ πως ὁ λέγων· τόν τε οἰκεῖον νοῦν ἐρείδοι εὖ μάλα, τὰς συστατικὰς ἀποδείξεις περὶ τῆς προκειμένης ὑποθέσεως ἀνελιττόμενος καὶ συμφορίζων· τοῖς τε ἄλλοις μεταδοίη τῶν πορισμάτων, εἴπερ τινὲς ἄρα τὰς ἀκοὰς ὑποθοῖντο. Τοιγαροῦν κἀγὼ ὁ πενιχρὸς ἀμφοτέρωθεν, ταῖς πατρικαῖς εὐχαῖς τε καὶ παρορμήσεσι θαρρήσας, τὴν ἐμαυτοῦ ὑπόληψιν ὡς οἷόν τέ ἐστιν, ἐπιδείξαι πειράσομαι. Κρεῖσσον γὰρ, φησὶ, τὸ κατὰ δύναμιν εἰσενεγκεῖν, ἢ τὸ πᾶν ἐλλιπεῖν, ἡ θεολόγος γλῶττα· ἄλλως τε καὶ διὰ τὸ μὴ ἀποχρώντως ἐν τῷ πονηθέντι μοι Στηλιτευτικῷ ταύτην ἐπεξιέναι. Ἤδη δὲ προβληθήσεται ὁ λόγος κατὰ ἀντίθεσιν τοῦ τε οἰκείου δόγματος, καὶ τοῦ ἀλλοτρίου· ὡς ἂν διὰ τῆς παραθέσεως καθάπερ ἐπὶ ἐκλογῆς τινος (1), ἀπὸ τοῦ δοκίμου καὶ ἀκιβδήλου τῆς ἀληθείας χαρακτῆρος, ὁ παρακεχαραγμένος καὶ δεδολιευμένος τῆς ἀσεβείας τύπος ἐκρίπτοιτο. Ἀλλὰ *Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ*. Εἴπερ θέμις κἀμοὶ τῷ ἀναξίῳ φράζειν ἀρχομένῳ τοῦ λόγου.

A veritatem latrans, infirmiorumque animos inani loquacitate conturbans. Duo enim hæc loquendo perficiet : et suum ipse animum vehementer confirmabit, idoneas de re proposita demonstrationes animo volvens, proferensque in medium : et aliis inventa sua communicabit, si qui erunt qui præbere aures velint. Quare, et ipse inops licet utraque ex parte, patris tamen precibus et hortatu fretus, meam quoque sententiam pro viribus ostendere conabor : Melius quippe, ut Theologus ait, quod possumus conferre, quam penitus deesse : præsertim cum in Steliteutico, quem edidi, non satis abunde illam exposuerim. Nunc autem per oppositionem nostri dogmatis et contrarii incedet oratio, ut per utriusque contentionem a probo sinceroque veritatis charactere B adulteria et fucata impietatis nota rejiciatur. *Sed Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multa* [1] ; si mihi tamen indiguo dicere incipienti his verbis uti fas est.

Α'. Μία τοίνυν ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν, ὦ οὗτοι, πίστις καὶ λατρεία καὶ προσκύνησις· ἡ εἰς Πατέρα τε, φημὶ, καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα· ὅτι καὶ ἓν τὸ προσκυνούμενον τῇ φύσει τῆς θεότητος, κἂν τρία τὰ νοούμενα ταῖς ὑποστατικαῖς ἰδιότησιν, ὡς κατὰ συνέπειαν (2).

I. Una igitur nobis Christianis, o adversarii, fides, et latria, et adoratio ; in Patrem scilicet, et Filium, et Spiritum sanctum : quia et unum est quod adoratur, natura deitatis, licet tria sint quæ hypostaticis proprietatibus intelliguntur.

Β'. Οὐ μία γοῦν, εἴπερ τὸ σέβας ἡμῶν πολυπροσκύνητον διὰ τῆς εἰκονικῆς ἀναστηλώσεως ἀποδέδεικται, μεταληφθείσης πως κακοτεχνίᾳ δαίμονος ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς παραδόσεως εἰς εἰδωλικὴν προσκύνησιν τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἀπερίληπτον γὰρ C πάντη τὸ Θεῖον καὶ ἀπερίγραπτον, πρὸς ἑκάστου τῶν θεολόγων ὡμολόγηται.

II. HÆR. Non una sane, siquidem cultus nostri multiplicem adorationem arguit imaginum erectio; quæ pessima dæmonis arte ab Ethnico ritu ad idolorum adorationem in Ecclesia catholica traducta est. Incomprehensum namque Deum incircumscriptum prorsus esse, theologi omnes consentiunt.

Ὅτι μὲν ἀπερίληπτον τὸ Θεῖον καὶ ἀπερίγραπτον, προσθήσω δ' ὅτι καὶ ἄπειρον καὶ ἀόριστον καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ὅσα διὰ τῆς ἀφαιρέσεως τῶν ἄπερ οὐκ ἔστι, λέγεται παντί που δῆλον. *Πολλὰ δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος*, κἀνταῦθα ἔστι φράσαι, *ἢ τίς συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελιάλ* ; εἰκόσι τε ἱεραῖς καὶ εἰδώλοις δαιμονίων ; ἦ γὰρ ἂν ἐχρῆν πρὸ τῶν αἰτιατῶν, τὰ αἴτια σέβειν καὶ προσκυνεῖν, τὸ δὴ λεγόμενον, τῇ Ἀστάρτῃ καὶ τῷ Χαμὼς βδελύγματι Σιδονίων. Ἀπόλλωνί τε καὶ Διὶ καὶ Κρόνῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις παντοδαποῖς θεοῖς τῶν Ἑλλήνων· οἱ κατὰ πλάνης δαιμονικῆς ἄγνοιαν τὴν λατρείαν ἀπὸ τοῦ πεD ποιηκότος Θεοῦ ἐπὶ τὰ δημιουργήματα μεταθέμενοι, *Ἐλάτρευσαν*, τὸ δὴ λεγόμενον, *τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα*, εἰς ἓν βάραθρον πολυθεΐας κατολισθήσαντες. Ἡμῖν δὲ εἷς Θεὸς ἐν Τριάδι προσκυνούμενος. Καὶ ὅσον μὲν κατὰ τὸ τῆς θεολογίας δόγμα, οὐχ ὅτι περιγραφῆς ἢ καταλήψεως εἶδος ἐξευρίσκειν, ἄπαγε· τοῦτο γὰρ τῆς Ἑλληνικῆς ἐπινοίας ἐφεύρεμα· ἀλλ' οὐδ' ὅτι ποτὲ ἔστιν ἴσμεν τὸ Θεῖον, ἢ ὅ τί πέρ ἐστιν, ὡς αὐτὸ περὶ ἑαυτοῦ ἐπίσταται μόνον. Ἐπεὶ δὲ δι' ἄκραν ἀγαθότητα εἰς ἀνθρωπείαν φύσιν ἐλήλυθε, γε-

ORTH. Quod incomprehensus sit Deus et incircumscriptus, addam etiam quod interminatus, et infinitus, et figuræ expers, et quæcunque per eorum detractionem, quæ illi non conveniunt, enuntiantur, omnibus est manifestum. At *quæ societas*, ut apposite dicam, *luci ad tenebras ? quæ autem conventio Christi ad Belial* [2] ? sacris imaginibus, et idolis dæmoniorum ? alioquin oportebat causas potius ipsas, quam quæ ex causis orta sunt, colere et adorare : Astarten, inquam, et Chamos, abominationem Sidoniorum ; Apollinem, et Jovem, et Saturnum, et reliquos omnes deos Græcorum, qui per dæmoniaci erroris ignorantiam, cultum a Deo qui fecerat, ad res conditas transferentes, *servierunt*, ut scriptum est, *creaturæ potius quam Creatori* [3], in unum multitudinis deorum commune barathrum præcipitati. Nobis vero Deus unus est, quem in Trinitate adoramus. Et quantum quidem ad theologiæ placita spectat, non modo circumscriptionis aut comprehensionis speciem excogitare non licet, absit ! hoc enim Græcanici sensus est commentum : sed ne quidem

[1] Psal. LXVII, 12. [2] II Cor. VI, 14, 15. [3] Rom. I, 25.

(1) Καθάπερ ἐπὶ ἐκλογῆς τινος, *velut electione quadam facta*, omissum in latina interpretatione.

(2) Ὡς κατὰ συνέπειαν, *tanquam ex consecutione*, deest in Latino.

Digitized by Google

quod Deus sit, sut quid sit, novimus, sicut ipse de seipso scit solus. Postquam vero per summam suam bonitatem ad naturam humanam descendit, similis nobis factus, qui unus est e Trinitate; et facta est immistorum mistio, et intemperatorum temperatio; incircumscripti nimirum cum circumscripto, interminati cum terminato, infiniti cum finito, figuræ expertis cum figuræ saddito, quod paradoxum fuit planeque admirandum; ob id Christus imagine effingitur; et qui invisibilis est cernitur; et naturalem corporis sui circumscriptionem recipit, qui ex propria deitate est incircumscriptus: ut ex quibus constat, utraque reipsa demonstrentur, et non alterum hocce, quod est, juxta opinionem tuam ementiatur.

A νόμενος καθ' ἡμᾶς ὁ εἷς τῆς Τριάδος· καὶ γέγονε τῶν ἀμίκτων μίξις, καὶ τῶν ἀκράτων κρᾶσις, ἤτοι τοῦ ἀπεριγράπτου πρὸς τὸ περιγεγραμμένον· τοῦ ἀπείρου πρὸς τὸ πεπερασμένον· τοῦ ἀορίστου πρὸς τὸ διωρισμένον· τοῦ ἀσχηματίστου πρὸς τὸ εὐσχηματισμένον· ὃ καὶ παράδοξον· διὰ τοῦτο Χριστὸς εἰκονίζεται, καὶ ὁ ἀόρατος ὁρᾶται· καὶ φυσικὴν περιγραφὴν καταδέχεται τοῦ σφετέρου σώματος, ὁ τῇ οἰκείᾳ θεότητι ὑπάρχων ἀπερίγραπτος· ἵν' ὅπερ ἐστὶν ἀμφότερα τοῖς πράγμασιν ἀποδέδεικται· καὶ μὴ θάτερον τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ διαψεύδηται, κατὰ τὰς σὰς ὑπολήψεις.

III. HÆR. Atqui incircumscriptum manere Deum negant, quando Christus corporaliter circumscribitur. Nam cum deitas carni secundum hypostaticam unionem conjuncta fuerit, necesse est in carnis circumscriptione incircumscriptam simul deitatem circumscribi. Non enim licet alterum ab altero dividere; ne detestandæ separationis modus introducatur.

B Γ'. Ἀλλ' οὐκ ἀπερίγραπτόν φασι μένειν τὸ Θεῖον ἐν τῷ τὸν Χριστὸν περιγεγράφθαι σωματικῶς. Τῆς γὰρ θεότητος ἑνωθείσης τῇ σαρκὶ καθ' ὑποστατικὴν ἕνωσιν, ἀνάγκη συμπεριγράφεσθαι ἐν τῇ τῆς σαρκὸς περιγραφῇ τὴν ἀπερίγραπτον θεότητα· οὐ γὰρ ἐνδέχεται θάτερον θατέρου χωρίζεσθαι· ἵνα μὴ ἐν τούτῳ ὁ τῆς ἀπευκτῆς διαιρέσεως ἐπεισαχθείη τρόπος.

ORTH. Si vera sunt, quæ garris, ne incomprehensus quidem manere potest, dum comprehenditur; et tamen fasciis involutus est: nec invisibilis dum cernitur; et tamen conspectus est: nec intactus, dum tangitur; et tamen attrectatus est: nec impassibilis, dum patitur; et tamen crucifixus est: nec immortalis, dum moritur; et tamen morte affectus est. Sic igitur cogita incircumscriptum etiam mansisse dum circumscribitur. Sunt enim hæc simili modo proprietates: nisi quod illæ quidem ad naturam incircumscriptam pertinent, in quibus Deus esse cognoscitur; hæ vero ad circumscriptam, in quibus homo esse non negatur. Nec altera alteram innovavit, aut desiit esse quod erat; nec una in altera immutata est. Sic enim confusio esset quam declinavimus: sed unus est idemque hypostasi, inconfusam propriarum naturarum rationem intra fines suos complectens. Quare aut circumscriptionem admitte: aut si hanc respuis, tolle simul et visionem, et contactum, et comprehensionem, et ejus ordinis universa: atque ita Verbum ipsum carnem factum inficiari videbere, quæ summa est impietas.

Κατὰ τὸ φιλολόγημά σου, οὐδ' ἀπερίληπτον οἷόν τε μένειν ἐν τῷ περιειλῆφθαι· ἀλλὰ μὴν σπαργάνοις ἐνειλήθη· οὐδ' ἀθέατον ἐν τῷ τεθεᾶσθαι· ἀλλὰ μὴν ἐθεάθη· οὐδ' ἀψηλάφητον ἐν τῷ ἐψηλαφῆσθαι· ἀλλὰ μὴν ἐψηλαφήθη· οὐδ' ἀπαθὲς ἐν τῷ πεπονθέναι· ἀλλὰ μὴν ἐσταυρώθη· οὐδ' ἀθάνατον ἐν τῷ νενεκρῶσθαι· ἀλλὰ μὴν ἐθανατώθη. Οὕτω τοίνυν νόει αὐτὸν μεμενηκέναι καὶ ἀπερίγραπτον ἐν τῷ περιγεγράφθαι. Ταῦτα γὰρ καὶ ὁμοίως ἰδιώματα· ἀλλὰ τὰ μὲν τῆς ἀπεριγράπτου φύσεως ἐν οἷς τὸ εἶναι Θεὸς γνωρίζεται· τὰ δὲ τῆς περιγεγραμμένης, ἐν οἷς τὸ εἶναι ἄνθρωπος ὡμολόγηται. Καὶ οὐδ' ἕτερον θάτερον κεκαινοτόμηκεν, οὐδ' ἀπεφοίτησε τοῦθ' ὅπερ ἦν· οὐδὲ μετηλλοίωται ἐν ἑκατέρῳ ἑκάτερον· σύγχυσις γὰρ ἐν τούτῳ ἦν πεφεύγαμεν· ἀλλ' εἷς καὶ ὁ αὐτός ἐστι τῇ ὑποστάσει, τὸ ἀσύγχυτον τῶν ἰδίων φύσεων εἴσω τῶν οἰκείων ὅρων ἔχων. Τοίνυν ἡ δέξαι τὸ περίγραπτον, ἢ, εἰ μὴ τοῦτο, συνάνελε τότε θεατὸν καὶ ἁπτὸν καὶ ληπτὸν, καὶ ὅσα τῆς αὐτῆς συστοιχίας· κἀντεῦθεν ὀφθείης μὴ προσιέμενος ὅλως τὸ σάρκα γενέσθαι τὸν Λόγον, ὃ τῶν ἄγαν ἀσεβημάτων.

IV. HÆR. Nudum, inquiunt, hominem dici Christum, absurdissimum est: atqui nudi est circumscribi: non igitur nudus est; ut qui minime circumscriptus est.

D Δ'. Ψιλὸν ἄνθρωπον, φασὶ, τὸν Χριστὸν λέγεσθαι, τῶν ἀτοπωτάτων· ψιλοῦ δέ ἐστι τὸ περιγεγράφθαι· οὔκουν ψιλὸς ὁ Χριστὸς, ὅτι μηδὲ περιγέγραπται.

ORTH. Nugari mihi videris, tuum hoc incircumscriptum identidem obtrudens; nec sensum sensu refutans, demonstrativo demonstratione carentem; syllogistico, ratiocinatione vacuum. Verum age, et hinc quoque penitus te dejiciam. Nudus sane Christus natus non est: nec enim certum quempiam hominem assumpsisse, ullus dicet e numero piorum: sed universalem, sive totam naturam, in individuo

Ληρεῖν μοι δοκεῖς ἐπιπολὺ τὸ φιλαπερίγραπτόν σου προφέρων· καὶ μὴ νῷ νοῦν διακρουόμενος, τῷ ἀποδεικτικῷ τὸν ἀναπόδεικτον· καὶ τῷ συλλογιστικῷ τὸν ἀσυλλόγιστον· ἀλλὰ δεῦρο κἀντεῦθεν πανσθενῶς ἐκραπίσθητι. Ψιλὸς μὲν οὖν ὁ Χριστὸς οὐ γεγένηται· μηδὲ γὰρ τῶν τινα ἀνθρώπων ἀναλαβεῖν φαίη ἄν τις τῶν εὐσεβούντων· τὸν δὲ καθ' ὅλου (3), ἤτοι τὴν ὅλην φύσιν· ἀλλὰ μὴν τὴν ἐν ἀτόμῳ θεω-

(3) Μηδὲ γὰρ τόν τινα ἄνθρωπον... τὸν δὲ καθ' ὅλου etc. Regius codex οὐδὲ τὸν καθ' ὅλου, ἤ τοι τὴν ὅλην φύσιν, ἀλλὰ μὴν τὴν ἐν ἀτόμῳ θεωρουμένην, etc. Ita, sensus fuerit, *neque universalem, sive totam naturam, sed eamdem in individuo speculatam*, etc.

Digitized by Google

ρουμένην· πῶς γὰρ ἂν καὶ ὤπται; καθ' ἣν ὁρᾶται A tamen spectatam ; quomodo enim aliter visus fuisset ? secundum quam conspicitur et figuratur, tangitur et circumscribitur, edit bibitque, adolescit et crescit, laborat et quiescit, dormit et vigilat, esurit et sitit, flet sudatque, et alia omnia quæ singuli homines agunt aut patiuntur. Proinde circumscriptus est Christus, licet nudus homo non sit : non enim unus e turba multorum, sed Deus homo factus est ; ne qui eum specie tenus ac phantasia venisse dicunt, quorum et ipse vestigia consectaris, repente irruant hæresum dracones. Et rursum incircumscriptus est, licet Deus vir factus sit ; ut qui illum ex Maria initium hausisse nugatus est impius canis repellatur. Hoc siquidem Incarnationis novum est mysterium; quod conventio facta sit divinæ atque B humanæ naturæ in una Verbi hypostasi, utriusque proprietates in unione iuseparabili integras conservante.

τε καὶ σχηματίζεται· ψηλαφᾶταί τε καὶ περιγράφεται· τρέφεταί τε καὶ ποτίζεται· ἀδρύνεταί τε καὶ αὔξεται· κοπιᾷ τε καὶ ἀναπαύεται· ὑπνοῖ τε καὶ γρηγορεῖ· πεινῇ τε καὶ διψῇ· δακρύει τε καὶ ἱδροῖ· καὶ πάντα ὅσα ἐνεργῶν ἐστι καὶ πάσχων ὁ καθ' ἕκαστα ἄνθρωπος. Οὐκοῦν περίγραπτος ὁ Χριστὸς, κἂν οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος· οὐ γὰρ εἷς τῶν πολλῶν, ἀλλὰ Θεὸς ἀνθρωπισθείς· ἵνα μὴ οἱ ἐν δοκήσει καὶ φαντασίᾳ ἐληλυθέναι αὐτὸν λέγοντες, οἷς συνυπάγῃ καὐτὸς, δρομαίως εἰσπηδήσωσι τῶν αἱρέσεων δράκοντες. Καὶ ἀπερίγραπτος αὖθις, εἰ καὶ Θεὸς ἀνδρωθείς ἐστιν· ἵνα ὁ ἀπὸ Μαρίας τὴν ἀρχὴν αὐτὸν εἰληφέναι φληναφήσας ἐκκρουσθείη ἀσεβηκὼς κύων. Τοῦτο γὰρ τὸ καινοπρεπὲς τῆς οἰκονομίας μυστήριον, σύνοδον γενέσθαι θείας καὶ ἀνθρωπίνης φύσεως B ἐν τῇ μιᾷ τοῦ Λόγου ὑποστάσει· τὰς ἰδιότητας ἑκατέρων ἀλωβήτους διατηρούσῃ ἐν τῇ ἀδιαιρέτῳ ἑνώσει.

Ε'. Ἀποφάσκεται, φασὶ, καθ' ὅλου παρὰ τῇ Γραφῇ τὸ ἀναστηλοῦν ὁμοιώματα· φησὶ γάρ ὠδί που· *Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον· οὐδὲ πᾶν ὁμοίωμα ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω· καὶ ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω· καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς· οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς· οὐδ' οὐ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς· ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου.*

V. HÆR. Vetitum est, inquiunt, divinis Litteris, in universum simulacra erigere. Sic enim ait Scriptura : *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper, et quæ in terra deorsum nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neque coles : Ego enim sum Dominus Deus tuus* [4].

Πότε καὶ τίσι ; Πρὸ χάριτος καὶ τοῖς ὑπὸ νόμον φρουρουμένοις, καὶ εἰς ἑνὸς προσώπου μοναρχίαν ἀναγομένοις· ἡνίκα Θεὸς οὔπω σαρκὶ πεφανέρωτο· καὶ τῶν θύραθεν εἰδώλων οἱ πάλαι ἀπετειχίζοντο· C ἔδει γὰρ τοῖς διὰ τοῦ προπάτορος Ἀβραὰμ εἰς ἔθνος ἐκλεκτὸν ἀναφοιτήσασι ταῦτα νενομοθετῆσθαι, φυγοῦσι τῆς πολυθεΐας τὸ βάραθρον. Ὅτι εἷς ἐστι Θεὸς καὶ Κύριος τῶν ἁπάντων· *ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἄνθρωπος, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται*, ὡς ὁ λόγος· οὗ οὐκ ἔστι σημασία, οὐχ ὁμοίωσις, οὐ περιγραφὴ, οὐ περιορισμὸς, οὗ τί πως ἂν τῶν ὅσα ὑπὸ κατάληψιν ἀνθρωπίνῃ διανοίᾳ ἔνεστι. Πρὸς ἃ ἐκεῖνο ἂν ῥηθείη εὖ μάλα τρανώτατα· *Τίνι ὡμοιώσατε Κύριον; καὶ τίνι ὁμοίωματι ὡμοιώσατε αὐτόν;* Παρ[ε]ᾶ λέγειν ὅτι οὐχ ὅπερ ἂν πάντως ἐπὶ Θεοῦ ἀπείρητο, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Ὁ γὰρ ἀποφήσας πρότερον τῷ ἱεροφάντῃ Μωσεῖ, αὐτίκα προστέταχε· *Ποιήσεις γὰρ*, φησὶ, *δύο Χερουβὶμ χρυσᾶ τορευτὰ, ἐπὶ τὰ δύο κλίτη· καὶ ἔσονται οἱ δύο Χερουβὶμ ἐκτείνοντες* D *τὰς πτέρυγας ἐπάνωθεν, συσκιάζοντες ταῖς πτέρυξιν αὐτῶν ἐπὶ τοῦ ἱλαστηρίου· καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν εἰς ἄλληλα, καὶ γνωσθήσομαί σοι ἐκεῖθεν, καὶ λαλήσω σοι.* Καὶ ἐν τῷ Λευϊτικῷ· *Ποίησον σεαυτῷ ὄφιν, καὶ θὲς αὐτὸν ἐπὶ σημείου, καὶ ἔσται ἐὰν δάκῃ ὄφις ἄνθρωπον, πᾶς ὁ δεδηγμένος ἰδὼν αὐτὸν ζήσεται. Καὶ ἐποίησε Μωσῆς ὄφιν χαλκοῦν, καὶ ἔστησεν αὐτὸν ἐπὶ σημείου· καὶ ἐγένετο, ὅταν ἔδακεν ὄφις ἄνθρωπον, καὶ ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὸν ὄφιν τὸν χαλκοῦν, ἔζη.* Ὁρᾷς ὅ τι τὸ Γράμμα· καίπερ τῶν ἀγγέλων μὴ ἐν πάχει τῷ καθ' ἡμᾶς ὄντων· τοῦ τε ὄφεως ἀπεμφαίνοντος τῇ

ORTH. Quando et quibusnam ? Ante gratiam, et iis qui sub lege custodiebantur, et ad unius personæ monarchiam erudiebantur : quando Deus in carne nondum apparuerat, et ab externis idolis veteres arcebantur. Hac enim iis qui per progenitorem Abraham in gentem electam iterum coaluerant, multiplexque deorum barathrum effugerant, promulgari oportebat : Unum esse Deum ac Dominum omnium, *quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest* [5], ut scriptum est ; cujus nulla sit designatio, non similitudo, non circumscriptio, non terminatio, non aliud denique quod sub humanæ mentis comprehensionem cadat, et de quo illud jure dici possit : *Cui assimilastis Dominum ? aut cui imagini similem fecistis eum* [6] ? Taceo, quod in Deo plane vetitum est, non idem in cæteris quoque prohibitum fuisse. Qui enim prius interdixerat hierophantæ Moysi illico præcepit : *Duos quoque Cherubim aureos tornatiles facies, ex utraque parte oraculi. Utrumque latus tegent expandentes alas, et operientes oraculum, respicientque se mutuo versis vultibus. Inde præcipiam, et loquar ad te* [7]. Et in Levitico : *Fac tibi serpentem æneum, et pone eum pro signo ; qui percussus aspexerit eum vivet. Fecit ergo Moyses serpentem æneum, et posuit eum pro signo : quem cum percussi aspicerent, sanabantur* [8]. Vides hæc Scripturæ verba esse, quamvis angeli molem nostram non habeant, quamvis serpens ferina forma longe differat, qui ad Christi figuram ænigmatice assumptus est. Quod si per serpentem significari, ut eos qui percussi fuerant, sanaret, annuebat olim Deus ; quomodo non gratum ipsi, consentaneumque sit,

[4] Exod. xx, 4. [5] 1 Tim. vi, 16. [6] Isa. xl, 18 [7] Exod. xxv, 18, 21. [8] Num. xxi, 8, 9.

Digitized by Google

corporeæ formæ, ex quo homo factus est, imaginem repræsentari ? Deinde si ferini oris figura solo aspectu vulneratos sanabat, quanto magis sacra Christi effigies conspecta, eos qui aspexerint, sanctificabit ?

στηλοῦσθαι ; καὶ εἰ ὁ θηρόμορφος τύπος ὁρώμενος τυπος χαρακτὴρ τοῦ Χριστοῦ βλεπόμενος ἁγιάσειε τοὺς τεθεαμένους;

HÆR. Sibimet ergo contradicit Deus, inter se pugnantia loquens.

ORTH. O amentiam ! negatio enim eo tendebat, ne in ulla re ad instar cujuslibet creaturæ, solis, inquam, lunæ, siderum, aut alterius cujuscunque assimilaretur Deus ; in quo inest idolorum fabricatio ; affirmatio autem, ut per effigies quasdam et simulacra, Israel ad unius Dei, quoad assequi licet, contemplationem cultumque symbolice deduceretur. Annon et ipsum totius tabernaculi exemplar manifesta est spiritualis cultus prolusio, Moysi magno symbolicis speculationibus ab universorum Deo adumbrata?

VII. HÆR. Derogare est, inquiunt, et imminuere, materialibus formis Christum effingere. Maneat enim in mentis contemplatione, ut in nobis potius formetur, Spiritu sancto divinam quamdam similitudinem immittente per sanctificationem et justitiam. Scriptura enim ait : *Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus, conflatile, et imaginem falsam ? quia speravit in figmento fictor ejus* [9]. Et iterum : *Quia lignum est de saltu excisum, opus artificis, et conflatile, de argento et auro* [10].

ORTH. Liber tibi ab eadem cantilena non recedere, vel potius ab eadem cæcitate, dum ex hoc ad illud maligne progrederis. Quod enim affers tanquam indecens et humile, id et Deo congruum et excelsum est, mysterii magnificentia. Annon enim sublimibus gloria est humiliari, sicut contra humilibus dedecus efferri ? Ita et Christo in propria deitatis excellentia permanenti immaterialisque incircumscriptionis gloria decorato, honori est, ipsius ad nos altissimæ condescensionis materialis proprii corporis circumscriptio. Materia enim sive caro factus est, qui omnia condidit ; nec renuit esse et dici, quod assumpsit : materiæ autem peculiare est, materialiter circumscribi. Quod enim sufficere dicitur mentis consideratio, tanquam illo in nobis per Spiritum sanctum efformato, id sane in baptismate locum habeat. Cæterum sermo non est de exprimenda in nobis figura substantiæ Dei et Patris ; sed ut nos ipsi humanæ formæ imaginem materialibus coloribus exprimamus. Si enim satis esset sola mentis speculatio, sufficeret ipsum ad nos eatenus venisse ; unde inanis rursum species ac fucus esset in iis quæ gessit, qui corpus reipsa non induisset, et in iis quæ more nostro sine fraude passus est. Sed abi in malam rem. Caro in carne

[9] Habac. II, 18. [10] Jerem. X, 3.

θηριομορφίᾳ, ὃς εἰς τύπον Χριστοῦ αἰνιγματωδῶς παρελήφθη. Εἰ δὲ δι' ὄφεως, ἠνιγματίσθαι πρὸς τὸ τοὺς δακνομένους ἰᾶσθαι πάλαι συγκατήρχετο ὁ Θεὸς, πῶς οὐχὶ φίλον αὐτῷ καὶ ἐφαρμόζον τῆς σωματικῆς ἰδέας, ἐξ ὅτου ἄνθρωπος ἐγεγόνει, τὴν εἰκόνα ἀναμόνον τοὺς δεδηγμένους ἰᾶτο, πόσον οὐχ ὁ ἱερὸ-

Ζ'. Εἰς ἀντίφασιν ἄρα ἐναντιολογίας ἑαυτῷ Θεὸς περιπίπτει.

Ὦ τῆς μανίας ! πρὸς μὲν γὰρ τὸ ἐν πᾶσι τοῖς οὖσι καθ' ὁτιοῦν τῶν κτισμάτων, ἡλίου λέγω, σελήνης τε καὶ ἀστέρων, ἢ ὅ τι τύχοι τῶν ἄλλων ὁμοιοῦν τὸ Θεῖον, ἐφ' οἷς ἡ τῶν εἰδώλων μορφοποιία, ἡ ἀπόφασις· πρὸς δὲ τὸ δι' ἐκτυπωμάτων καὶ μορφωμάτων τινῶν συμβολικῶς ἀνάγεσθαι τὸν Ἰσραὴλ, ἐπὶ τὴν τοῦ ἑνὸς Θεοῦ, ὡς ἐφικτὸν, θεωρίαν καὶ λατρείαν, ἡ κατάφασις· ἢ οὐχὶ καὶ αὐτὸ τό τε παράδειγμα τῆς ὅλης σκηνῆς προχάραγμον ἐναργές ἐστι τῆς ἐν πνεύματι λατρείας, σκιαγραφούμενόν πως συμβολικαῖς θεωρίαις τῷ μεγάλῳ Μωσεῖ πρὸς τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ ;

Ζ'. Ὑποδιδάζειν οὖν ἐστι, φασὶ, καὶ κατασμικρύνειν ὑλικαῖς ὑποτυπώσεσιν ἐξεικονίζειν τὸν Χριστόν. Μεινάτω γὰρ ἐν τῇ κατὰ νοῦν θεωρίᾳ ὡς ἂν μᾶλλον μορφοῦται ἐν ἡμῖν ἐνιέντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος θείαν τινὰ μόρφωσιν δι' ἁγιασμοῦ καὶ δικαιοσύνης. Φησὶ γὰρ τὸ Γράμμα· *Τί ὠφελεῖ γλυπτὸν· ὅτι ἔγλυψαν αὐτό ; ἔπλασαν αὐτὸ χώνευμα, φαντασίαν ψευδῆ, ὅτι πέποιθεν ὁ πλάστης ἐπὶ τὸ πλάσμα αὐτοῦ.* Καὶ αὖθις, *Ὅτι ξύλον ἐστὶν ἐκ τοῦ δρυμοῦ ἐκκοπτόμενον* [ἐκκεκομμένον] *ἔργον τέκτονος, καὶ χώνευμα, ἀργύρου καὶ χρυσοῦ.*

Φιλεῖς μὴ ἀπέχεσθαι ταυτολογίας, μᾶλλον δὲ τυφλότητος, κακούργως ἐκ τούτου εἰς τοῦτο μεταβαίνων. Ὅπερ εἰσφέρεις ἀπεοικὸς εἶναι καὶ χαμαίζηλον, τοῦτο θεοπρεπὲς καὶ ὑψηλὸν τῇ τοῦ μυστηρίου μεγαλειότητι. Ἡ γὰρ οὐχὶ δόξα τοῖς ὑψηλοῖς ἐστι τὸ ταπεινοῦσθαι, ὡς ἀτιμία τοῖς ταπεινοῖς τὸ ὑψοῦσθαι ; Οὕτω τῷ Χριστῷ μένοντι ἐν τῇ οἰκείᾳ περιωπῇ τῆς θεότητος, δεδοξασμένῳ τῇ ἀΰλῳ ἀνεπιγραφίᾳ, τιμή ἐστιν ἡ τῆς πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ πανυψίστου συγκαταβάσεως ἔνυλος περιγραφία τοῦ οἰκείου σώματος. Ὕλη γὰρ γέγονεν, εἴτ' οὖν σὰρξ, ὁ τὸ πᾶν συστησάμενος. Καὶ οὐκ ἀπαναίνεται δ κατεδέξατο γενέσθαι καὶ λέγεσθαι· ὕλης δὲ ἔργον, τὸ ὑλικῶς περιγράφεσθαι. Τὸ γὰρ ἐπὶ τῇ τοῦ νοῦ θεωρίᾳ ἀρκεῖσθαι, ὡς ἐν ἡμῖν ἀναμορφουμένου δι' ἁγίου Πνεύματος· εἰη ἂν ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος. Καὶ οὐ περὶ τοῦ ἐξεικονίζεσθαι ἐν ἡμῖν τὸν χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐξεικονίζεσθαι ἡμᾶς τὴν ἀνθρωπόμορφον εἰκόνα ἐν ὑλικοῖς χρώμασιν. Εἰ γὰρ ἀρκεῖ ἡ κατὰ νοῦν μόνον θεωρία, ἤρκει ἂν ἐν τοσούτῳ αὐτὸν χωρῆσαι πρὸς ἡμᾶς· καὶ πάλιν ἡ δόκησις πεφενάκικεν ἐν οἷς δέδρακε μὴ εἰς σῶμα ἐληλυθὼς, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς ἀδιαβλήτοις πάθεσιν. Ἀλλ' ἴθι πόρρω. Σὰρξ ἐν σαρκὶ πέπονθε, βέβρωκέ τε καὶ

Digitized by Google

πέπω εν ὡσεύτως· καὶ τἄλλα ὅσα ὁ καθεῖς ἄνθρωπος, πλὴν ἁμαρτίας. Καὶ οὕτω τιμὴ τὸ δοκοῦν κατὰ σὲ εἶναι ἄτιμον τῷ παντίμῳ καὶ ὑπερδοξασμίῳ Λόγῳ. Ἀποίσειν δὲ καθ' ἡμῶν Γραφικὰς φωνὰς ἀμαθῶς παύσειας ἂν ἄρα τὰς κατὰ τῶν Ἑλλήνων ἐπὶ ταῖς εἰδωλικαῖς ἀνατυπώσεσι τῇ τοῦ Χριστοῦ εἰκόνι προσάπτων; Τίς γὰρ ἂν νοῦν ἔχων οὐ συνίει τὴν διαφορὰν εἰδώλου τε καὶ εἰκόνος· ὅτι τὸ μὲν σκότος, τὸ δὲ φῶς· καὶ τὸ μὲν πλάνον, τὸ δὲ ἀπλανές· καὶ τὸ μὲν τῆς πολυθεΐας, τὸ δὲ τῆς οἰκονομίας ἐναργέστατον γνώρισμα;

Η'. Πῶς οὐ γέγραπται, φασὶν, ὡς ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς εἰκόνος; *Ὁ λόγος* γὰρ, φησὶν, *ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις, μωρία ἐστὶ, τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν, δύναμις Θεοῦ ἐστι.* Καὶ, *Ἐμοὶ*, φησὶ, *μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ·* ὅσα τε ἄλλα πρὸς τοῖς λογίοις ὑμνεῖται. Ποῦ δὴ τοιοῦτο καὶ παρὰ τίνων εἰρημένον περὶ εἰκόνος δείξειας;

Εἰπὲ, ὦ πίσυνε, πότερον ἀνύμνησε, καὶ ποτέρῳ ἐγκαυχᾶται; σταυρῷ, ἢ τύπῳ σταυροῦ; δηλονότι τῷ προτέρῳ· καὶ οὐκ ἀπέσχισται τῇ δόξῃ τὸ παράγωγον τοῦ πρωτοτύπου· ὡς οὐδὲ φωτὸς σκιά. Καὶ γὰρ ὅσα κατὰ τοῦ αἰτίου λέγεται, ταῦτα καὶ κατὰ τοῦ αἰτιατοῦ πάντως ῥηθήσεται· ἀλλὰ τὰ μὲν κυρίως, ὅτι καὶ φύσει· τὰ δὲ οὐ κυρίως, ὅτι καὶ ὁμωνύμως. Οὕτω καὶ Χριστοῦ κηρυσσομένου ἀπ' ἀρχῆς, ὁ τῆς εἰκόνος λόγος συνείπετο σχετικῶς· καὶ τοσαύτας ἂν ἔχῃς περὶ εἰκόνος Χριστοῦ τὰς ἀποδείξεις, ὅσαιπερ ἂν περὶ αὐτοῦ Χριστοῦ εἴρηνται. Ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τύπου σταυροῦ, ὅσαιπερ ἂν περὶ αὐτοῦ σταυροῦ πέφανται. Οὐδαμοῦ δὲ περὶ τύπου καὶ εἰκόνος, εἰ καὶ ταὐτὸν ἀμφότερα τῇ σημασίᾳ· ἀσυλλόγιστον γὰρ τὸ ζητεῖν ὡς συνόντων ἅμα δυνάμει ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς τῶν αἰτιατῶν τοῖς αἰτίοις. Ἢ οὐχὶ πᾶσα εἰκὼν σφραγίς τίς ἐστι καὶ ἐκτύπωσις ἐν ἑαυτῇ φέρουσα τὸ κύριον εἶδος τοῦθ' ὅπερ καὶ λέγεται; Σταυρόν τε γὰρ λέγομεν τὸ ἀποσφράγισμα, ὅτι καὶ σταυρός· καὶ οὐ δύο σταυροί· καὶ Χριστὸν τὴν τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα, ὅτι καὶ Χριστὸς καὶ οὐ δύο Χριστοί· ὡς οὐκ ἐγχωροῦντος θάτερον θατέρου κεχωρίσθαι τῇ ὁμωνυμίᾳ, ἀλλὰ τῇ φύσει· καθά φησιν ὁ θεῖος Βασίλειος, ὅτι βασιλεὺς λέγεται καὶ ἡ τοῦ βασιλέως εἰκὼν, καὶ οὐ δύο βασιλεῖς· οὔτε γὰρ τὸ κράτος σχίζεται, οὔτε ἡ δόξα μερίζεται· καὶ εἰκότως ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, ὡς καὶ ἔμπαλιν.

Θ'. Συμβαίνει, φασὶ, πολλοὺς Κυρίους λέγεσθαι καὶ Χριστοὺς κατὰ τὸ διάφορον τῆς εἰκόνος· κἀντεῦθεν ἡ πολυθεΐα· ἡμῖν δὲ εἷς Κύριος καὶ Θεὸς ὁ προσκυνούμενος.

Τί οὖν; Οὐ Κύριος ὁ Πατήρ; οὐ Κύριος ὁ Υἱός; οὐ Κύριος τὸ Πνεῦμα; ὡς καὶ Θεὸς καὶ Θεὸς καὶ Θεός; πάνυ γε. Ἆρ' οὖν καὶ τρεῖς θεοὶ καὶ κύριοι; Ἀσεβές. Εἷς γὰρ Θεὸς καὶ Κύριος. Κἂν ταῖς εἰκόσι

passa est, editque et bibit similiter, aliaque omnia, quæ singuli homines, excepto peccato. Atque ita honor est, quod opinione tua dedecus videbatur, omni honore et gloria cumulatissimo Verbo. Scripturæ porro voces desine contra nos imperite proferre, quæ adversus idolica Græcorum simulacra dicta sunt, Christi imagini adaptans. Quis enim, si quid mentis habeat, idoli et imaginis discrimen non intelligat; quod illud tenebræ, hæc vero lux; illud fallax, hæc sine errore; illud deorum multitudinis, hæc dispensationis clarissimum sit argumentum?

VIII. HÆR. Quomodo, aiunt, quod de cruce scriptum est, non idem et de imagine? *Verbum enim crucis*, inquit, *pereuntibus quidem stultitia est; iis autem qui salvi fiunt, id est nobis, Dei virtus est*[11]. Et: *Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi*[12] et quæcunque alia in Scripturis celebrantur. Ubinam vero tale quidpiam, et a quibus de imagine dictum ostendes?

ORTH. Dic, audacule, utrum celebravit, et utro gloriatus est; cruce, an crucis figura? haud dubium quin priore: nec tamen gloria sejunctum est exemplum a prototypo, sicut nec umbra a lumine. Quæcunque enim de causa dicuntur, hæc ipsa de eo quod ex causa ortum est, omnino dicentur: verum illa quidem proprie, quia natura; hæc vero non proprie, quia homonyme. Itaque cum ab initio prædicabatur Christus, imaginis sermo relative consequebatur; totidemque habes de Christi imagine documenta, quot de Christo ipso edita sunt: itemque de figura crucis, quotquot de cruce ipsa prolata sunt. Nusquam vero de figura et imagine, licet ambo significatione idem sint: ineptum enim et a ratiocinandi usu alienum est, hoc quærere; cum in iis quæ videmus, simul virtute cum causis sint ea quæ ex causis orta sunt. Annon imago omnis sigillum quoddam est, et impressio, propriam in seipsa formam illam gerens, a qua et nomen habet? Nam et crucem appellamus ipsum signaculum, quia crux est, et non duæ cruces? et Christum, Christi imaginem, quia Christus itidem, et non duo Christi: quippe cum alterum ab altero nominis communione separari nequeat, sed natura: quemadmodum divinus Basilius (*a*) regem ipsius etiam regis imaginem dici docet, et tamen duo non sunt reges: nec enim potestas dissecatur, nec gloria dividitur; meritoque imaginis honor ad prototypum transit, sicut et vice versa.

IX. HÆR. Contingit, inquiunt, ut multi Domini Christique dicantur, pro imaginum diversitate; indeque multorum eorum impietas: nobis vero unus est Dominus et Deus, quem adoramus.

ORTH. Quid ergo? Nonne Dominus est Pater? non Dominus Filius? non Dominus Spiritus sanctus? et Deus item, Deus, et Deus? Utique. At igitur tres item Dii ac Domini? Impium. Unus enim Deus et

[11] I Cor. I, 18. [12] Galat. VI, 14.

(*a*) T. I, Hom. XXVII, contra Sabell.

Digitized by Google

Dominus. Hoc ipsum in imaginibus, amice, cogitandum est ; quod etsi numero figuræ multæ sint, unus tamen Christus, et non multi ; quemadmodum Dominus idem et non diversi. Quo enim pacto naturæ illic in tres personas divisionem non ferenti, congruit unitas vocis, Dei ac Domini ? sic multas hic figuras ad unam speciem revocat ejusdem nominis appellatio. Unde inanis prorsus apparet stulta tua objectio.

X. HÆR. Detur, inquiunt, Christum imagine repræsentari ; sed juxta traditam a Deo hierologiam : *Hoc facite*, ait, *in meam commemorationem* [13] : quasi videlicet aliter effingi non possit, quam commemorando ; in quo et exprimi, verum est ; et exprimere, sacrum.

ORTH. Quod tecum ipse pugnare visus es, circumscribi Christum concedens, qui hoc ante non admittebas, tibi satis esse poterat ad eversionem. Sed quia ullam tuam propositionem sine reprehensione abire non decet, accedamus ad singulorum quæ a te dicta sunt, refutationem. Quomodo appellas quæ a sacerdote in hierologia sacrisque hymnis tractantur ? Imaginem, an veritatem ? Quod si imaginem, o rem absurdam ! a blasphemia in blasphemiam ruis, sicut qui in cœno quodam infixi, dum alterum pedem movent, in magis lubricum impingunt. Nam ut tibi quadret propositio, impietatis notam subire non dubitasti. Sin autem veritatem, ut revera est ; ipsum enim corpus et sanguinem Christi fideles dum sumunt, divinæ vocis auctoritate confitentur ; quorsum nugaris, veritatis mysteria ad figuras traducens ? In meam vero commemorationem hoc facite, dixit ; valde quidem apposite ; totius enim dispensationis summa quædam est hoc mysterium ; ex præcipua parte totum per synecdochen significans. Neque enim quia dixit, *hoc facite in meam commemorationem*, omnibus licet ; sed quibus est sacrificandi potestas. Sed neque nos ad aliorum mysteriorum celebratione prohibuit. Videre enim est et Natalium et Theophaniorum memoriam peragentes ; et nunc quidem ramos tollimus ad symbolum in pullo asinæ sedentis ; nunc mutuo nos amplectimur, in signum resurrectionis. Mitto dicere de ascensu ad templum, et de tentatione tentatoris, propter quam quadragenariam abstinentiam observamus, et alia quædam ejusdem rationis. Hæc omnia facite in meam commemorationem, ita per summarium mysterium, reticentia quadam, ut jam dixi, præcepisse Verbum censendum est. Annon et de corporea ejus in tabula repræsentatione idem existimari licet, quemadmodum et de divinitus exaratis Evangeliis ? Neque enim exarari uspiam jussit consisum sermonem ; attamen ab apostolis hactenus exaratus est, et hic quoque per chartam et atramentum. Sic et in imagine per varios colores, aut aliam forte materiam exciditur. Quæ enim historiæ sermo coram

A τοῦτο ὑπολῃπτέον, ὦ 'τᾶν· ὅτι εἰ καὶ τῷ ἀριθμῷ πολλοὶ οἱ χαρακτῆρες, ἀλλ' εἷς Χριστὸς, καὶ οὐ πολλοί· ὥσπερ καὶ Κύριος ὁ αὐτὸς καὶ οὐ διάφοροι· συνάπτει γὰρ, ὡς ἐκεῖ τῇ φύσει οὐκ ἐώσῃ μερισθῆναι εἰς τρία πρόσωπα τὸ μοναδικὸν τῆς *Θεός* καὶ *Κύριος* φωνῆς, οὕτως ἐνταῦθα τοὺς πολλοὺς τύπους εἰς ἓν εἶδος, ἡ τῆς ὁμωνυμίας ἐπίκλησις, κἀκ τούτου ἑωλόν σου τὸ ἡλίθιον πρόβλημα.

Γ'. Δεδόσθω, φασὶν, εἰκονίζεσθαι τὸν Χριστὸν, ἀλλ' ὡς ἡ θεοπαράδοτος ἱερολογία· *Τοῦτο* γὰρ, φησὶ, *ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*· ὡς οὐκ ἐγχωροῦντος δηλονότι ἄλλως εἰκονίζεσθαι, ἢ ἀναμιμνήσκεσθαι· ἐφ' ᾧ καὶ τὸ εἰκονίζεσθαι ἀληθὲς, καὶ τὸ εἰκονίζειν ἱερόν.

B Ὅτι μαχόμενος ἑαυτῷ ὤφθης, προσηκάμενος περιγράφεσθαι τὸν Χριστὸν, μὴ πρότερον τοῦτο καταδεχόμενος, ἦρκει σοι εἰς περιτροπήν. Ἀλλ' ἐπεὶ πᾶσάν σου πρότασιν ἀνεπιτίμητον ἐᾷν οὐ καλὸν, ἰωμεν ἐπὶ τὴν κατὰ λόγον ἀντιπαράστασιν. Πῶς φὴς αὐτὰ τὰ ἱερολογηθέντα καὶ ὑμνηθέντα πρὸς τοῦ ἱερέως; Εἰκόνα, ἢ ἀλήθειαν; Εἰ μὲν εἰκόνα, φεῦ τῆς ἀτοπίας! ἐκ βλασφήμου εἰς βλάσφημον· ὥσπερ οἱ ἐς ἰλύν τινα ἐμπαρέντες, καὶ τῇ μεταβάσει θάτερον τοῖν ποδοῖν ἐπὶ τὸ λισθηρότερον καταπίπτοντες. Ἵνα γάρ σοι ἐφαρμόσῃ ἡ πρότασις, ἀθεΐαν εἶλου κατακριθῆναι· εἰ δὲ ἀλήθειαν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔνεστιν· αὐτὸ γὰρ σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ ὡμολόγηται ἐν τῇ μεταλήψει τοῖς πιστοῖς, κατὰ τὴν θεόλεκτον φωνήν· τί τὰ τῆς ἀληθείας μυστήρια εἰς τύπους μεταλαμβάνων φληναφεῖς; *Εἰς δὲ τὴν ἀνάμνησίν μου τοῦτο* C *ποιεῖτε*, εἰρηκὼς ὁ λόγος, καὶ πάνυ· συγκεφαλαίωσις γὰρ τῆς ὅλης οἰκονομίας τόδε τὸ μυστήριον· ἐκ τοῦ κυριωτέρου μέρους συνεκδοχικῶς τὸ ὅλον ἐπισημηνάμενος. Οὐ γὰρ ἐπεὶ εἶπε, *Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*, τοῖς πᾶσιν ἔξεστιν, ἀλλ' οἷς τὸ ἱερουργεῖν. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀπεῖρξεν ἡμᾶς τῆς τῶν ἄλλων μυστηρίων τελετῆς. Φαινοίμεθα γὰρ καὶ τῶν Γενεθλίων καὶ τῶν Θεοφανίων ὑπομνήματα τελοῦντες· καὶ νῦν μὲν κλάδους αἴρομεν εἰς τύπον τῆς ἐπὶ πώλου καθέδρας· νῦν δὲ ἀσπαζόμεθα ἀλλήλους εἰς σημεῖον τῆς ἀναστάσεως. Ἐῶ λέγειν τῆς ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀναβάσεως καὶ πείρας τοῦ πειράζοντος, καθ' ἣν ἡμεῖς τὴν τεσσαρακονθήμερον ἄγομεν ἐγκράτειαν, ἄλλα τε τινὰ τῆς αὐτῆς ἐχόμενα θεωρίας. Ταῦτα πάντα ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, διὰ τοῦ D κεφαλαιωδεστέρου μυστηρίου κατὰ τὸ σιωπώμενον, ὡς ἔφθην εἰπὼν, προστεταχέναι τὸν Λόγον ὑπολῃπτέον. Ἢ οὐχὶ καὶ ἐπὶ τῆς ἐν πίνακι σωματοειδοῦς αὐτοῦ θέας τὸ αὐτὸ ἔστιν ὑπολαμβάνειν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν θεοχαράκτων Εὐαγγελίων; Οὔ τί που γὰρ εἴρηκε χαράττεσθαι τὸν συντετμημένον λόγον· ἀλλὰ μὴν χαράττεται ἀπὸ τῶν ἀποστόλων μέχρι τοῦ δεῦρο· καὶ ὃ ἐνταῦθα διὰ χάρτου καὶ μέλανος, οὕτως ἐπὶ τῆς εἰκόνος, διὰ ποικίλων χρωμάτων, ἢ ὅ τι τύχοι ἂν ἄλλων ὑλῶν ἐγχαράττεται. Ἃ γὰρ, φησὶ, ὁ λόγος τῆς ἱστορίας παρίστησι, ταῦτα γραφικὴ σιωπῶσα διὰ μιμήσεως δείκνυσιν, ὁ μέγας

[13] Luc. xxii, 19.

Digitized by Google

Βασίλειος. Ὡς ἐντεῦθεν μὴ μόνον τὰ ἐν αἰσθήσει, ἀχῇ τε καὶ χροιᾷ ὑποπίπτοντα ἀναγράφειν διδάσκεσθαι ἡμᾶς, ἀλλ' ὁτιοῦν καὶ κατὰ διάνοιαν περιλαμβανόμενον διὰ τῆς τοῦ νοῦ θεωρίας. Διὰ τοῦτο παρείληπται ἐξ ἀρχῆς οὐ μόνον ἀγγέλους ἀνιστορεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ μέλλον κριτήριον ὑπογράφειν, δεξιάς τε αὖ πάλιν στάσεις καὶ εὐωνύμους, σκυθρωποτέραν τε καὶ ἐνδοξοτέραν ἰδέαν. Ἓν γὰρ μόνον πάντη ἀπερίγραπτον τὸ Θεῖον· οὗ οὐκ ἔστι περίνοιά τις καταληπτική, οὐδ' αὖ σημασία ἀκουστική, ὡς ἔχει φύσεως· πρὸς οἷς καὶ ἀποφάσκεται ἡ περιγραφή. Τὰ δ' ἄλλα πάντα ἐπεὶ περιορίζεται διὰ νοῦ καταλαμβανόμενα, καὶ περιγράφεται δι' ἀκοῆς, ἤτοι ὄψεως· ἀμφοτέρωθεν γὰρ ταυτὸν τῇ ἰσότητι.

exhibet, hæc ipsa silens pictura per imitationem demonstrat, ut magnus asserit Basilius (*b*.) Ita nos hinc non solum quæ sub sensum, et tactum, coloremque cadunt, depingere docemur ; sed quidvis etiam aliud, quod cogitando mentis agitatione comprehenditur. Propterea et ab initio mos fuit, non solum angelos repræsentare, sed futurum etiam judicium depingere, et dextras stationes ac sinistras, tristioresque vultus ac lætiores. Unus enim solusque est omni ex parte incircumscriptus Deus ; cujus comprehensiva mentis cogitatio nulla est, nec sub aures cadens naturæ declaratio, ac proinde nec circumscriptio. Cætera vero omnia quia mentis comprehensione clauduntur, eadem auditu quoque vel aspectu circumscribuntur ; utrinque enim una et par est ratio.

ΙΑ'. Τί τοίνυν τὸ δεδειγμένον ; εἰκὼν Χριστοῦ, ἢ Χριστὸς, καὶ οὐ τὰ δύο (4) ; οὐ γὰρ ταὐτὸν σκιὰ καὶ ἀλήθεια. Καὶ πῶς λεκτέον ἐν ἑκατέρῳ ἑκάτερα, ἢ θάτερον ; καὶ τὸ ἄτοπον προφανές.

XI. HÆR. Quidnam ergo est quod ostenditur ; imago Christi, aut Christus, et non duo ; nec enim idem sunt umbra et veritas. Et quomodo dicendum est in utroque utrumque aut alterum ; quod quidem absurdum esse patet.

Οὐκ ἄν ποτε μανείη ἄν τις τοσοῦτον, σκιὰν καὶ ἀλήθειαν, φύσιν καὶ θέσιν, ἀρχέτυπον καὶ παράγωγον, αἴτιόν τε καὶ αἰτιατὸν, ταὐτὸν ὑπολαμβάνειν κατ' οὐσίαν, καὶ λέγειν ἐν ἑκατέρῳ ἑκάτερα, ἢ θάτερον· ὡς ἂν Χριστὸν καὶ αὐτοῦ τὴν εἰκόνα ἓν κατὰ τοῦτο ὑπολήψεσθαι ἢ φράζειν· ἀλλὰ ἄλλο Χριστὸν, καὶ ἄλλο εἰκόνα Χριστοῦ κατὰ φύσιν· εἰ καὶ ἡ ταυτότης κατὰ τὸ ἀμερὲς τῆς κλήσεως. Καὶ ὅτε μὲν πρὸς τὴν τῆς εἰκόνος φύσιν ἀπίδοι, οὐ Χριστὸν μόνον, ἀλλ' οὐδὲ εἰκόνα Χριστοῦ εἴποι ἂν τὸ ὁρώμενον. Ἔστι γὰρ τυχὸν ξύλον, ἢ χρῶμα, ἢ χρυσὸς, ἢ ἄργυρος, ἤ τι τῶν διαφόρων ὑλῶν ὅ καὶ λέγεται. Ὅτε δὲ πρὸς τὴν δι' ἐκτυπώματος ἐξομοίωσιν τοῦ ἀρχετύπου, καὶ Χριστὸν καὶ Χριστοῦ. Ἀλλὰ Χριστὸν μὲν κατὰ τὸ ὁμώνυμον· Χριστοῦ δὲ κατὰ τὸ πρός τι. Τὸ γὰρ παράγωγον, ἀρχετύπου παράγωγον· ὥσπερ καὶ τοὔνομα ὀνομαζομένου ὄνομα. Ἀπόδειξις. Φησὶ γὰρ, *Ἰωσίας ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐπὶ τὸν τάφον τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ, τοῦ λαλήσαντος τοὺς λόγους τούτους. Καὶ εἶπε· Τί τὸ σκόπελον ἐκεῖνο ὃ ἐγὼ ὁρῶ ; καὶ εἶπον αὐτῷ οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως· Ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ ἐξεληλυθὼς ἐξ Ἰούδα. Καὶ εἶπεν· Ἄφετε αὐτόν. Ἀνὴρ μὴ κινησάτω τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ*. Συνίης τί τὸ Γράμμα ; ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ τὸν σκόπελον ὠνόμακεν, ἤτοι τὸν τάφον, ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ κειμένου σώματος, τὸ ἀνάστημα κεκληκώς. Πόσον οὐχὶ μᾶλλον ἀπὸ τῆς εἰκόνος τὸ πρωτότυπον ὀνομαστέον ; Καὶ πάλιν ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Μωσῆν· *Ποίησόν μοι δύο Χερουβὶμ χρυσᾶ*, οὐκ, εἰκόνας Χερουβίμ. Βλέπων τοίνυν κάνταῦθα ὡς τῆς ὁμωνυμίας τὸ παράγωγον ὡς κύριον κέκληται, παῦσαι ἐπιχειρῶν τὰ ἀσύνετα, καὶ κατασυλλογίζεσθαι πειρώμενος τὰ ἀσυλλόγιστα.

ORTH. Nemo unquam adeo insanierit, ut umbram et veritatem, naturam et liberam impositionem, archetypum et exemplum, causam et quod ex causa ortum, idem secundum substantiam esse putet, et in utroque utrumque esse dicat, aut alterum, ita ut Christum et ejus imaginem unum hoc modo credat aut affirmet ; sed aliud Christum, et aliud Christi imaginem secundum substantiam esse, tametsi identitas in vocabuli indivisa unione reperiatur. Cumque ipsam imaginis naturam intuebitur, non modo Christum, sed ne imaginem quidem Christi dixerit esse, quod cernitur. Est enim lignum fortasse, vel color, vel aurum, vel argentum, vel diversa quædam alia materia, a qua et nomen habet. Cum vero expressam per similitudinem archetypi figuram ; tum et Christum, et Christi ; sed Christum quidem homonyme ; Christi autem, relative : quia exemplum archetypi est exemplum ; sicut et nomen, nominati nomen est. In promptu est e divinis Litteris demonstratio. *Sustulit*, inquit, *Josias oculos suos ad sepulcrum hominis Dei, qui locutus est verba hæc, et dixit : Quis est titulus ille quem video ? Responderuntque ei cives urbis illius : Homo Dei est, qui venit de Juda. Et ait : Dimittite eum, nemo commoveat ossa ejus*[14]. Sentisne quid Scriptura dicat, hominem Dei titulum ipsum appellavit, sive sepulcrum, a corpore quod in eo jacebat, monumenti fabricam nuncupans. Quanto magis de imagine prototypum appellandum ? Et iterum Dominus ad Moysen : *Fac mihi duos Cherubim aureos*[15], non imagines Cherubim. Vide ergo quemadmodum et hoc loco exemplum proprii nomine per homonymiam appelletur ; ac desine stulta moliri, et contra rationem ratiocinari.

ΙΒ'. Πῶς φῄς, Ἐν τῇ εἰκόνι, τοῦ Χριστοῦ ἡ θεότης ;

XII. HÆR. Quo pacto censes in imagine esse

[14] IV Reg. XXIII, 17, 18. [15] Exod. XXV, 18.

(4) Καὶ οὐ τὰ δύο : in Regio codice abest interrogationis nota, tanquam dicat, *certe quidem non sunt duo.*

(*b*) Hom. 20, in XL Martyres.

Digitized by Google

divinitatem? physice? quandoquidem simul adoratur, an non? Et quidem si in ea est, sequitur circumscriptio. Si non est, adorare impium est. Non enim quod dicitur, sed quod non est, adoratur. Christi autem caro cum divinitate semper adoratur, quia inseparabiliter cum ea conjuncta est; non item imago.

ORTH. In iisdem absurdis versaris. Nam cum minime unum sint archetypum et imago, quia illud veritas est, hæc umbra; quid tanquam sapiens argutaris? In Dominico enim corpore ob naturalem connexionem divinitas conjunctim adoratur et glorificatur, licet caro circumscriptionem subeat. Quomodo enim non subeat? cum et tangi, et apprehendi, et cerni possit, et nullo modo incomprehensibilis naturæ propter unionem proprietates suscipiat: quoniam, ut dictum est, caro etiam ipsa passa est, impassibili substantia neutiquam una patiente. In imagine vero, haudquaquam. Ubi enim ne ipsius quidem, quæ exprimitur, carnis adest natura, sed tantummodo relatio; multo minus dixeris incircumscriptam esse divinitatem; quæ eatenus et inest et adoratur in imagine, quatenus in ea velut in umbra unitæ sibi carnis exsistit. Quis enim est locus, ubi divinitas non sit, in ratione præditis, eaque carentibus; in animatis et inanimis? sed ex analogia suscipientium naturarum, plus, minusve. Sic et in imagine adesse divinitatem qui dixerit, a congruo non aberrabit. Inest siquidem etiam in figura crucis, aliisque divinis donariis; at non physica unione; nec enim caro quæ deificata est: sed relativa participatione, quia gratia et honore participant.

XIII. HÆR. Quid est quod aiunt, bonum non esse, si ostendatur imago, et non adoretur? quin potius utile est; tum quod ex æquo per auditum ad res ipsas recurratur, earumque memoria revocetur; tum quod vitanda sit humi repens materialis pictura. *Spiritus enim est Deus; et eos, qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare* [16], ut scriptum est.

ORTH. Si æqualem auditui aspectus vim esse confiteris, quod sane verum est, suscipe quod æquivalet; meneatque sacrum Evangelium in solo auditu sine adoratione, quamvis colendum sit. Quod si hoc fatuum est, cur non etiam prius alterum? æqualia enim esse judicasti; aut quomodo non adorandum utrumque, sed idem secum pugnans utilitate atque damno? atque ita sive in imagine sive in Evangelio, sive in cruce, sive in alia quavis re consecrata, in spiritu et veritate adorari Deus videtur; subductis per mentis in Deum erectionem materiis. Neque enim in eis mens constiterit, quia nec in illis confidit; qui idololatrarum error est: sed per eas ad prototypa conscendit, sicut orthodoxorum fides docet.

XIV. HÆR. Oportetne, inquiunt, litteras ado-

A φυσικῶς; ἐπεὶ συμπροσκυνεῖται· ἢ οὔ; καὶ εἰ μὲν ἐν αὐτῇ, ἡ περιγραφή· εἰ δὲ μή, τὸ προσκυνεῖν ἀσεβές· οὐ γὰρ ὃ λέγεται, ἀλλ' ὃ μή ἔστι προσκυνεῖται. Χριστοῦ δὲ ἡ σὰρξ ἀεὶ τῇ θεότητι συμπροσκυνεῖται, ὅτι συνήνωται ἀδιασπάστως· ἀλλ' οὐχ ἡ εἰκών.

Ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἀτοπημάτων εἶ. Οὐκ ὄντος γὰρ ἑνὸς ἀρχετύπου τε καὶ εἰκόνος, ὅτι τὸ μὲν ἀλήθεια, τὸ δὲ σκιά· τί ὡς σοφόν σου τὸ ἐπιχείρημα; Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ Κυριακοῦ σώματος τῇ φυσικῇ συναφείᾳ ἡ θεότης συναπτικῶς καὶ προσκυνεῖται καὶ δοξάζεται, καίπερ τῆς σαρκὸς περιγραφῇ ὑποπιπτούσης. Πῶς γὰρ οὔ, ἁπτῆς καὶ ληπτῆς καὶ ὁρατῆς ὑπαρχούσης, καὶ οὐδαμῶς τῆς ἀπεριλήπτου φύσεως διὰ B τὴν ἕνωσιν ὑφισταμένης τὰ ἀνοίκεια; ἐπεί, ὡς εἴρηται, καὶ πέπονθεν ἡ σὰρξ μὴ συμπεπονθυίας τῆς ἀπαθοῦς οὐσίας. Ἐπὶ δὲ τῆς εἰκόνος, οὐδαμῶς. Ὅπου γὰρ οὐδὲ αὐτῆς τῆς ἀναστηλωθείσης σαρκὸς ἡ φύσις πάρεστιν, ἀλλ' ἢ μόνον ἡ σχέσις, πολλοῦ γε ἂν εἴποις τὴν ἀπερίγραπτον (5) θεότητα, ἣ τοσοῦτον καὶ ἔνεστι καὶ προσκυνεῖται ἐν τῇ εἰκόνι, ὅσῳπερ ἐν σκιᾷ τῆς ἑνωθείσης αὐτῇ σαρκὸς ὑπάρχει. Ποῦ γάρ ἐστιν, οὗ οὐκ ἔστιν ἡ θεότης, ἔν τε λογικοῖς καὶ ἀλόγοις· ἐν ἐμψύχοις καὶ ἀψύχοις; ἀλλὰ κατὰ ἀναλογίας τῶν ὑποδεχομένων φύσεων πρὸς τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον. Οὕτω καὶ ἐν εἰκόνι εἶναι τὴν θεότητα εἰπών τις οὐκ ἂν ἁμάρτῃ τοῦ δέοντος· ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τύπου σταυροῦ τῶν τε ἄλλων θείων ἀναθη- C μάτων, ἀλλ' οὐ φυσικῇ ἑνώσει· οὐ γὰρ σὰρξ ἡ θεωθεῖσα· σχετικῇ δὲ μεταλήψει, ὅτι χάριτι καὶ τιμῇ τὰ μετέχοντα.

ΙΓ'. Καὶ τί φασίν· Οὐκ ἐσθλὸν δεδεῖχθαι τὴν εἰκόνα καὶ μὴ προσκυνεῖσθαι; λυσιτελὲς γὰρ μᾶλλον τὸ μὲν διὰ τῆς ἐξ ἴσου ἀκοῆς πρὸς τὰ πράγματα ἀναδρομήν τε καὶ ἀνάμνησιν· τὸ δὲ διὰ τὸ φυγεῖν τὸ χαμερπὲς τῆς ὑλογραφίας· *Πνεῦμα γὰρ ὁ Θεὸς καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν*, ὁ λόγος.

Εἰ ἴσην ἀκοῆς τὴν δι' ὄψεως ἐνάργειαν ὁμολογεῖς, ὅπερ ἀληθὲς, δέξαιο τὸ ἰσόῤῥοπον· καὶ μενάτω τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον ἐπὶ μόνης τῆς ἀκοῆς, μὴ προσκυνούμενον, καίπερ ὂν σεπτόν. Ἀλλ' εἰ D τοῦτο ἠλίθιον, πῶς οὐ τὸ πρότερον; ἐξ ἴσου γάρ σοι κέκριται· ἢ πῶς οὐ προσκυνητὸν ἑκάτερον, ἀλλ' αὐτὸ ἑαυτῷ μαχόμενον διὰ τῆς ὠφελείας τε καὶ βλάβης; Καὶ οὕτω κἂν ἐν εἰκόνι, κἂν ἐν Εὐαγγελίῳ, κἂν ἐν σταυρῷ, κἂν ἐπ' ἄλλῳ τινὶ τῶν ἀφιερωθέντων, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ Θεὸς προσκυνούμενος φαίνεται· ὑπεξαιρουμένων τῶν ὑλῶν διὰ τῆς τοῦ νοῦ ἐπὶ Θεὸν ἀνανήξεως. Οὐ γάρ τοι πρὸς αὐτὰς ἐναπομένοι ἄν, ὅτι μηδὲ πέποιθεν, ὡς ἡ τῶν εἰδωλολατρούντων πλάνη· δι' αὐτῶν τε ἐπὶ τὰ πρωτότυπα ἄνεισιν, ὡς ἡ τῶν ὀρθοδόξων πίστις.

ΙΔ'. Τὸ γράμμα προσκυνητέον, φασὶν, ἢ τὴν εἰ-

[16] Joan. IV, 24.

(5) Ἀπερίγραπτον (θεότητα) in ms. cod. περιγραπτὸν, *circumscriptam*, quod potius videtur exigere loci sententia.

Digitized by Google

κόνα, ἧς ἡ κλῆσις ἐπιγέγραπται; καὶ πάντως θάτερον; καὶ οὐ τὰ δύο; καὶ ποῖον;

A rare, an imaginem, cujus nomen inscriptum est? atque horum alterum omnino, et non duo? et qualenam?

Ὅμοιόν τι ἐρωτᾷν ἐστιν, ὡς εἰ προσκυνεῖν δέον τὸ Εὐαγγέλιον, ἢ τὴν ἐπ' αὐτῷ κλῆσιν; τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ, ἢ τὸ ἐπ' αὐτῷ γράμμα; προσθείην δ' ἂν καὶ ἐπὶ τῶν καθ' ἡμᾶς, τὸν δεῖνα, ἢ τοῦδε τὸ ὄνομα· Παύλου τυχὸν καὶ Πέτρου, καὶ ἑκάστου τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀτόμων. Καὶ πῶς οὐκ ἀνόητον, ἵνα μὴ εἴπω γελοῖον; καὶ τί γάρ ἐστι τῶν κατ' ὀφθαλμοὺς ἡμῶν ἀκατονόμαστον; καὶ πῶς διασχισθήσεται τῇ δόξῃ τῆς οἰκείας προσηγορίας τὸ ὀνομασθὲν, ἵνα ἐν θατέρῳ θήσωμεν τὴν προσκύνησιν, τοῦ ἑτέρου ἀποστεροῦντες; Τῶν γὰρ πρός τι ταῦτα· τὸ γὰρ ὄνομα, ὀνομαζομένου ὄνομα, καὶ οἷόν τις φυσικὴ εἰκὼν τοῦ καθ' οὗπερ λέγεται, πέφυκεν· ἐν οἷς οὐ διέσχισται ἡ κατὰ προσκύνησιν ἑνότης.

ORTH. Perinde est hoc rogare, ac si quæras, utrum adorandum sit Evangelium, an ejus nomen? utrum figura crucis, an quod in eo scriptum est. Addam et de hominibus, utrum hunc, an ejus nomen, Pauli forsitan et Petri, et singulorum sub ea specie individuorum. Quomodo autem id stultum non sit, ne dicam ridiculum? Quid enim est in iis, quæ oculis videmus, quod nomine careat? aut quomodo gloria a proprio vocabulo distinguatur quod nomen habet, ita ut alteri adorationem tribuamus, alteri detrahentes? Ilæc enim relativa sunt. Nomen quippe nominati est nomen, et veluti B naturalis quædam ejus de quo dicitur, imago; in quibus adorationis unitas divisa non est.

ΙΕ'. Τὸν σταυρὸν προσκυνητέον πρότερον, ἢ τὴν εἰκόνα; ἐπ' ἴσης ἢ κατὰ τὸ ἧττον;

XV. HÆR. Potiusne adoranda est crux, quam imago? ex æquo, an minus?

Φυσικῆς ἀκολουθίας οὔσης ἐν τοῖς πράγμασι, περιττολογεῖν μοι δοκεῖς. Εἰ μὲν γὰρ ὁ σταυρὸς ἐπὶ τοῦ ἀρχετύπου ληπτέος, πῶς οὐχί; ἐν αὐτῷ γὰρ πέπονθεν ὁ ἀπαθὴς Λόγος οὗ ἡ δύναμις τοσαύτη, ὡς κἂν τῇ σκιᾷ φλέγεσθαι τὸ δαιμόνιον φῦλον, καὶ πόρρω ἐκ τῶν ἐσφραγισμένων ἀποδιδράσκειν. Εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ τύπου, οὐ συνετόν. Ὅσον γὰρ τὰ αἴτια διαφέρει, τοσοῦτον καὶ τὰ αἰτιατὰ προτετίμηται· ἐπεὶ καὶ πᾶν τὸ παραλαμβανόμενον διά τινα χρείαν, ἐνδεέστερόν ἐστι κατὰ τιμὴν, οὗ ἕνεκεν εἴληπται· ὥσπερ καὶ σταυρὸς Χριστοῦ· πρότερον γὰρ κατάρας ὄργανον ὢν, ὕστερον ἡγίασται, παραληφθεὶς εἰς χρείαν τοῦ θείου πάθους.

ORTH. Cum in rebus ipsis sit naturalis consecutio, frustra loqui mihi videris. Etenim si crux pro archetypo sumatur, quidni? in ea siquidem passum est Verbum impassibile; cujus tanta est virtus, ut ab umbra ipsa dæmonum turba exuratur, et a signatis procul aufugiat. Si vero pro figura, consultum non est. Quanto enim præstantiores sunt causæ, tanto et quæ ex causis orta sunt honore præcellunt, quandoquidem et omne quod utilitatis alicujus gratia sumitur, honore inferius est eo cujus causa usurpatur: sicut et crux Christi, C quæ cum exsecrationis instrumentum prius esset, postea sanctificata fuit, cum ad divinæ passionis usum assumpta est.

ΙϚ'. Οὐδὲν, φασὶ, τὸ διάφορον εἰδώλου τε καὶ εἰκόνος· ταὐτὸν γὰρ κατὰ τὴν σημασίαν· ὅτι τὸ μὲν *εἶδος* διόλου· οὐ γάρ τοι τὸ κύριον αὐτὸ, τὸ ὁρώμενον· τὸ δὲ *ἐοικὸς*, κατὰ τὸ σημαινόμενον τοῦ ὁμοίου. Τὸ δ' ὅμοιον οὐκ ἄλλο τι, ἀλλ' ὃ μὴ ἔστι τὸ πρωτότυπον· καὶ οὕτως εἴδωλον, καὶ οὕτως εἰκών. Εἷς ταὐτὸν γὰρ ἀμφότερα φέρει τὴν σημασίαν. Εἴδωλον δὲ προσκυνεῖν, ἐν τῷ δῆθεν προσκυνεῖν τὸν Χριστὸν διὰ περιγραφῆς, ἀσεβές. Ἀπείρηται γὰρ πάντῃ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας.

XVI. HÆR. Nullum, aiunt, discrimen esse idoli et imaginis: idem enim esse secundum significationem; quia illi quidem nomen dedit εἶδος, id est forma, seu species in universum; nec enim proprium ipsum est, quod cernitur; huic vero ἐοικός, quatenus simile significat. Simile autem aliud non est, quam quod non est prototypum: atque ita idolum, ita et imago. Eodem enim ambo significationem dirigunt. Idolum porro adorare, dum scilicet adoratur Christus per picturæ descriptionem, impium est: vetitum enim usquequaque D est verbo veritatis.

Ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐννοίας τοῦ τὰ ὁμοιώματα μὴ εἶναι τὸ Θεῖον, ἀλλὰ σφετερίζεσθαι ἐν ἑαυτοῖς τὴν ἀλήθειαν, οὐδὲν τὸ διάφορον· ὅτι καὶ ἐπ' ἴσης ἀποτρόπαιον παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ, οὐ μόνον τοῦ εἰδώλου τὸ εἰκόνισμα, ἀλλὰ καὶ ἡ στήλη, καὶ τὸ ὁμοίωμα, καὶ εἴ τι ἕτερον. *Οὐ ποιήσετε γὰρ ὑμῖν ἑαυτοῖς*, φησὶ, *χειροποίητα, οὐδὲ γλυπτὰ, οὐδὲ στήλην ἀναστήσετε ὑμῖν· οὐδὲ λίθον σκοπὸν στήσετε ἐν τῇ γῇ ὑμῶν προσκυνῆσαι αὐτόν· ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν.* Καὶ ἀλλοθί που· *Μὴ εἰκόνα ἐποίησε τέκτων, ἢ χρυσοχόος χωνεύσας χρυσίον περιεχρύσωσεν αὐτὸν, ἢ ὁμοίωμα κατεσκεύασεν αὐτόν;* Ἀμφοτέρωθεν γὰρ τῆς εἰδωλο-

ORTH. Ex eodem sensu, quod scilicet simulacra non sint Deus, sed in seipsis veritatem sibi vindicent, nullum est discrimen; quia ex æquo in sacris Litteris interdicitur, non solum imago, sicut idolum, verum etiam et titulus, et simulacrum, et si quod aliud est. *Non facietis*, inquit, *vobis idolum et sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra ut adoretis eum; ego enim sum Dominus Deus vester* [17]. Et alio quodam loco: *Nunquid imaginem fecit faber? aut aurifex fundens aurum circumauravit eum, aut simulacrum apparavit eum* [18]? Utrinque enim idololatriæ est periculum: non tamen eo quod olim a Deo juxta

[17] Levit. xxvi, 1. [18] Isa. xl, 19.

Digitized by Google

naturæ infinitæ similitudinem reprehendebatur vox imaginis, ideo nobis usurpanda non est, perinde ac cæteræ ejusdem ordinis. Quin potius utamur ad corporis Christi figuram voce imaginis, quandoquidem initio in mundi opificio, cum de hominis creatione sermo esset, et illa ipsa designaretur; *Faciamus*, ait, *hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [19]; et iterum juxta divinam interrogationem : *Cujus est imago hæc* [20]? quia hinc consentanea est usurpatio : per catachresin vero, characteris et simulacri ; idoli autem nulla prorsus ratione, quamvis eodem tendat significatio. Assignatum enim est priscis creaturarum cultoribus, et si qui nunc sint, a quibus natura, et gloria, et potentia indivisa Trinitas non adoretur, Verbique incarnatio non credatur. Dii vero, qui cœlum non fecerunt, ex ligno et lapide, et alia omni materia conflati, qui divisi sunt inter se pugnantesque, non solum natura, sed etiam voluntate, et gloria, et cultu, pereant [21], sicut scriptum est. Et proferent nobis, tanquam inde constricti Dominæ imaginem, et alias sanctorum omnium.

XX. ORTH. Assentior et ego. Verumtamen etsi nunc miracula non fiant, exemplar nihilominus communem cum prototypo adorationem habet; viceque versa prototypum cum exemplo; et utriusque unica est adoratio, sicut de vivifica cruce, ejusque figura dictum est. Confessio etenim figuræ, vivificæ crucis est confessio; quemadmodum et negatio. Idem ergo proportione de imagine Christi, Christoque ipso dictum puta.

HÆR. Recte hæc quidem, jureque optimo de divina cruce, et ejus figura; non autem de Christo ejusque effigie: neque enim congruit exemplum, quia imago cum imagine comparanda est, et figura cum figura.

XXI. ORTH. Sufficiebat, vir optime, dictorum perspicuitas ut assensum exprimeret. Attamen audi parumper interrogationem nostram. Utrum majus, plurisque faciendum est, Christus, an crux?

HÆR. Prius proculdubio; in Christo enim crux sanctificata est.

XXII. ORTH. Christi imago majusne quippiam, plurisque æstimandum est, quam crucis effigies?

HÆR. Non est quod ambigant, qui vel tantillum ratiocinari possunt, quin juxta prototyporum discrepantiam differant etiam exempla; cum multo præstantior sit imago Christi, quam figura crucis.

XXIII. ORTH. Eo itaque quod minus est et honore cedit, recte considerato, non una etiam id quod majus præstabiliusque sit recte consideratum esse affirmare stultum esset. Quid enim Christi imagini propinquius ad exemplum, quam figura crucis; cum ejusdem notionis sit imago cum figura? nam et vivificæ crucis imaginem per catachresim dicimus ejus figuram; et Christi figuram, ejus imaginem; εἰκὼν enim juxta etymologiam ἐοικὸς significat; ἐοικὸς vero simile; simile autem tum in imagine tum in figura, et intelligitur, et dicitur, et cernitur.

HÆR. Equidem sic annuo; sed tamen imaginem cum imagine comparare debes, et figuram cum figura; ut primum cum secundo æquivalere dicas.

XXIV. ORTH. Hoc jam ante, si animadvertisti, nec obscure, in divinis Patribus demonstratum est. Sin minus, audiamus et nunc mentes illustrantem sanctum Basilium (10). Rex, inquit, dicitur ipsa etiam regis imago: nec duo sunt reges; nec enim scinditur potestas, nec gloria dividitur. Quemadmodum enim quod nobis dominatur imperium et potestas una est, sic et quam illi deferimus glorificatio, una est, et non multæ. Itaque imaginis honor transit in prototypum. Quod vero exemplum hoc Christi imagini congruat, quis contradicat? Eodem enim modo dicendum est, Christum dici etiam ipsam Christi imaginem, nec duos

Κ'. ΟΡΘ. Σύμφημι κἀγώ. Ἀλλ' ὅτι εἰ μὴ καὶ νῦν γίνεται σημεῖα, κοινωνοῦν ἐστιν ὁμῶς τὸ παράγωγον τῆς τοῦ πρωτοτύπου προσκυνήσεως· ὡς καὶ ἔμπαλι τὸ πρωτότυπον τοῦ παραγώγου· καὶ ἀμφοῖν μία ἡ προσκύνησις καθὰ εἴρηται, ἐπὶ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ αὐτοῦ ἐκτυπώματος. Ἡ γὰρ ὁμολογία τοῦ ἐκτυπώματος, ὁμολογία τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καθάπερ καὶ ἡ ἄρνησις τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ. Τὸ ἀνάλογον οὖν λήψει ἐπί τε εἰκόνος Χριστοῦ, καὶ αὐτοῦ δὴ Χριστοῦ.

ΑΙΡ. Εὖγε καὶ πάνυ εἰκότως περὶ τοῦ θείου σταυροῦ, καὶ τοῦ αὐτοῦ ἐκτυπώματος· ἀλλ' οὐχὶ ἐπὶ Χριστοῦ καὶ τοῦ αὐτοῦ ἀπεικονίσματος. Οὐκ ἐοικὸς γὰρ τὸ παράδειγμα· εἰκὼν γὰρ εἰκόνι παραβάλλεται, καὶ ἐκτύπωμα ἐκτυπώματι.

ΚΑ'. ΟΡΘ. Ἤρκει, ὦ βέλτιστε, ἡ τῶν προειρημένων σαφήνεια εἰς βεβαίωσιν συγκαταθέσεως. Ἀλλ' ὅμως δέξαι μου μικρὸν ἐρώτημα. Ποῖον μεῖζον καὶ τιμιώτερον, Χριστὸς, ἢ σταυρός;

ΑΙΡ. Τὸ πρότερον δηλονότι· ἐν γὰρ Χριστῷ σταυρὸς ἡγίασται.

ΚΒ'. ΟΡΘ. Ἡ Χριστοῦ εἰκὼν μεῖζόν τι καὶ τιμιώτερον, ἢ τὸ τοῦ σταυροῦ ἐκτύπωμα;

ΑΙΡ. Οὐκ ἔστιν ἀμφιβάλλειν, οἷς καὶ μικρὸν μέτεστι τοῦ συλλογίζεσθαι· ὅτι μὴ κατὰ τὴν διαφορὰν τῶν πρωτοτύπων καὶ τὰ παράγωγα διαλλάττει· προεργαιτέρας οὔσης τῆς εἰκόνος τοῦ Χριστοῦ, τοῦ τύπου τοῦ σταυροῦ.

ΚΓ'. ΟΡΘ. Τοῦ ἐλάττονος οὖν καὶ ὀφειμένου κατὰ τιμὴν εὖ τεθεωρημένου, μὴ καὶ τὸ μεῖζον καὶ τιμιώτερον εὖ τεθεωρῆσθαι, λέγειν, τῶν ἀσυνέτων. Τί γὰρ ἐγγύτερον Χριστοῦ εἰκὼν εἰς παράδειγμα, ἢ τύπος σταυροῦ, ὁπότε τῆς αὐτῆς ἐμφερείας ἡ εἰκὼν πρὸς τὸ ἐκτύπωμα; Καὶ γὰρ καὶ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ εἰκόνα λέγομεν κατὰ κατάχρησιν, τὸ αὐτοῦ ἐκτύπωμα· καὶ Χριστοῦ ἐκτύπωμα τὴν αὐτοῦ εἰκόνα· ἡ γὰρ εἰκὼν κατ' ἐτυμολογίαν, τὸ ἐοικὸς δηλοῖ· τὸ δὲ ἐοικὸς τὸ ὅμοιον· τὸ δ' ὅμοιον καὶ ἐπὶ τῆς εἰκόνος, καὶ ἐπὶ τοῦ τύπου καὶ νενόηται καὶ λέλεκται καὶ τεθέαται.

ΑΙΡ. Ναὶ δὴ ταῦτα σύμφημι. Ἀλλ' ὅμως παραβλητέον σοι εἰκόνα εἰκόνι καὶ ἐκτύπωμα ἐκτυπώματι. Κἂν ἰσοδυναμεῖν φαίης τὸ πρῶτον τῷ δευτέρῳ.

ΚΔ'. ΟΡΘ. Τοῦτο-ἀνωτέρω δέδεικται οὐκ ἀμυδρῶς, εἴγε ἐπέστησας τὸν νοῦν, παρὰ τοῖς θεοφόροις Πατράσιν. Εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ κἀνταῦθα ἐπαΐωμεν τοῦ φωτίζοντος τὰς φρένας ἱεροῦ Βασιλείου· ὅτι Βασιλεὺς, φησὶ, λέγεται καὶ ἡ τοῦ βασιλέως εἰκών· καὶ οὐ δύο βασιλεῖς· οὔτε γὰρ τὸ κράτος σχίζεται, οὔτε ἡ δόξα μερίζεται. Ὡς γὰρ ἡ κρατοῦσα ἡμῶν ἀρχὴ καὶ ἐξουσία μία· οὕτω καὶ ἡ παρ' ἡμῶν δοξολογία μία, καὶ οὐ πολλαί. Διότι ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ εἰς τὸ πρωτότυπον διαβαίνει. Τὸ δὲ παράδειγμα ὅτι ἐφαρμόζει τῇ Χριστοῦ εἰκόνι, τίς ἀντερήσει λόγος; ὁμοιοτρόπως γὰρ λεκτέον ὅτι Χριστὸς λέγεται καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ εἰκὼν, καὶ οὐ δύο Χριστοί· οὔτε γὰρ κἀνταῦθα τὸ

(10) *De Spiritu sancto*, ad Amphiloch. c. 18, p. 189.

Digitized by Google

κράτος σχίζεται, οὔτε ἡ δόξα μερίζεται· καὶ εἰκότως ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει.

AIP. Οὔτι που παραβλητέον τῷ θεοφόρῳ τῇ Χριστοῦ εἰκόνι τὸ τοῦ βασιλέως παράδειγμα, ἀλλὰ αὐτῷ Χριστῷ τῇ ἀοράτῳ εἰκόνι, τοῦ Θεοῦ, φημὶ, καὶ Πατρός.

KE'. ORΘ. Ἐν τούτῳ γὰρ τὸ θαυμαστόν· ὅτι ὅπερ εἴληπται τῷ θεοφόρῳ ἡ τεχνητὴ εἰκὼν, εἰς φυσικὴν καὶ ἀπαράλλακτον ταυτότητα Πατρός τε, φημὶ, καὶ Υἱοῦ· τοῦτο ἡμῖν εἴληπται οὐκ ἐπὶ φυσικῆς, ἀλλ' ἐπὶ τεχνητῆς εἰκόνος Χριστοῦ. Κἀκεῖ μὲν τεχνητὴ φυσικῇ παραβέβληται εἰκόνι· δεῦρο δὲ τεχνητὴ τεχνητῇ. Καὶ ὅσον καὶ ἠλίκον τὸ διεῖργον; ἀλλ' ὅμως τῷ θεοφόρῳ οὐχ εὑρόντι ἄλλο τι παράδειγμα προῦχον, τὸ τοῦ βασιλέως εἴληπται. Πόσῳ γε μᾶλλον ἡμῖν πρὸς τὴν τεχνητὴν εἰκόνα τοῦ ἀληθινοῦ βασιλέως Χριστοῦ, ἡ οὑτινοσοῦν βασιλέως εἰκὼν καταλλήλως εἴληπται! τοσοῦτον ἐγγίζουσα τῇ Χριστοῦ εἰκόνι, ὅσον προῦχουσά ἐστι κατὰ τιμὴν τῶν ὑπὸ χεῖρα πάντων· ὁπότε καὶ αὐτὸς ὁ ἐπὶ γῆς κρατῶν εἰκόνα ἐστὶ φέρων κατὰ τοὔνομα τῆς ἀξίας τοῦ ἀληθινοῦ βασιλέως Χριστοῦ. Φησὶ γὰρ ἡ Γραφὴ, ὅτι *Ἐδόθη παρὰ Κυρίου κράτησις ὑμῖν καὶ δυναστεία παρὰ τοῦ Ὑψίστου· ὃς ἐξετάσει ἡμῶν τὰ ἔργα, καὶ τὰς βουλὰς διερευνήσει· ὅτι ὑπηρέται ὄντες τῆς αὐτοῦ βασιλείας, οὐκ ἐκρίνατε ὀρθῶς.*

AIP. Εἰ καὶ τὴν τῆς εἰκόνος τιμὴν ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνειν ἔφη ὁ θεῖος Βασίλειος, οὐ τῆς τεχνητῆς, ἀλλὰ τῆς φυσικῆς ὑπηγόρευσεν, ἤγουν τοῦ Υἱοῦ [*f.* Υἱὸς] πρὸς τὸν Πατέρα· καὶ μάλα γε εἰκότως.

KZ'. ORΘ. Ἐπίσχες, ὦ 'τᾶν, ὅτι οὐκ εἶπε, Θεὸς λέγεται καὶ ἡ τοῦ ἀοράτου Πατρὸς εἰκὼν, καὶ οὐ δύο θεοί· ὅπερ ἀληθές· ἀλλ' ἐπεὶ πρὸς σύστασιν τοῦ θεολογικοῦ δόγματος ἐχρήσατο τῷ τοῦ βασιλέως παραδείγματι, εἰπὼν ὅτι βασιλεὺς λέγεται καὶ ἡ τοῦ βασιλέως εἰκὼν, καὶ οὐ δύο βασιλεῖς· ἀκολούθως τὸ συμπέρασμα ἐπήγαγε. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῷ εἰπεῖν, Ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, ἐπάγει· Ὃ οὖν ἐστιν ἐνταῦθα μιμητικῶς ἡ εἰκὼν, τοῦτο ἐκεῖ φυσικῶς ὁ Υἱός· ὡς τοῦ βασιλέως πρὸς τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα ληφθέντος πρωτοτύπου, καὶ οὐ τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱόν· ἦ γὰρ ἂν ἔσχε τὸ ἐμπαλιν. Ὃ οὖν ἐστιν ἐνταῦθα φυσικῶς ὁ Υἱὸς, τοῦτο ἐκεῖ μιμητικῶς ἡ εἰκών. Πλὴν ὅτι τὸ πρωτότυπον καὶ παράγωγον ἔοικε τῶν καθ' ἡμᾶς εἶναι· ὅπερ εἴληπται καὶ ἐπὶ Χριστοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ εἰκόνος. Καθ' ἡμᾶς γὰρ ὁμολογεῖται γεγονέναι ἄνθρωπος, εἰ καὶ Θεὸς ὁ αὐτός. Ὥστε κατὰ κοινοῦ καὶ ἐφ' οὑτινοσοῦν βασιλέως εἴληπται· Ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει.

AIP. Ἀλλ' ἡ τιμὴ οὐ πάντως καὶ προσκύνησις παρὰ τῶν θεοφόρων νενόηται· ἄλλο γὰρ τιμὴ, καὶ ἄλλο προσκύνησις.

KZ'. ORΘ. Καὶ πῶς δοίης μήτε τὸ κράτος σχίζεσθαι, μήτε τὴν δόξαν μερίζεσθαι τοῦ πρωτοτύπου

esse Christos; quia neque hic scinditur potestas, nec gloria dividitur, et imaginis honor transit in prototypum.

HÆR. Minime conferri debet cum imagine Christi regis exemplum, sed cum ipso Christo, qui invisibilis est imago, Dei scilicet ac Patris.

XXV. ORTH. Hoc videlicet mirandum est, quod quæ a sancto usurpata est artificialis imago, ad naturalem et sine discrepantia identitatem Patris et Filii, hæc a nobis non in naturali, sed in artificiali imagine Christi usurpatur. Atque illic quidem artificialis cum naturali comparata est imagine; hic vero artificialis cum artificiali. Et quantum, aut quale est discrimen? sed tamen cum sanctus exemplum aliud præstantius non haberet, regis usurpavit. Quanto magis a nobis ad artificialem imaginem veri regis Christi, alterius cujuslibet regis imago congruenter assumpta est, tanto ad imaginem Christi propius accedens, quanto subditis omnibus honore præstantior est: quando et ipse qui in terris imperat, veri regis Christi secundum nomen dignitatis imaginem gerit. Ait enim Scriptura: *Data est a Domino potestas vobis, et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur; quoniam cum esse tis ministri regni illius, non recte judicastis*[21].

HÆR. Cum imaginis honorem in prototypum transire dixit divus Basilius, non de artificiali, sed de naturali locutus est, hoc est de Filii erga Patrem imagine: atque id quidem jure optimo.

XXVI. ORTH. Siste, amice: non enim dixit, Deus dicitur etiam invisibilis Patris imago, et non sunt duo dii, quod sane verum est. Sed cum ad Theologici dogmatis constitutionem regis exemplo usus esset, docuissetque regem dici etiam regis imaginem, non duos tamen esse reges, conclusionem consequenter intulit: ideoque cum dixisset imaginis honorem in prototypum transire, illico subjecit: Quod igitur hic est per imitationem imago, hoc illic natura est Filius; tanquam rege ad suam ipsius imaginem comparato ut prototypo, et non patre ad filium: alioquin contrario modo dicendum erat. Quod igitur hic est filius per naturam, hoc illic per imitationem est imago. Accedit quod prototypum et exemplum ad nostra pertinere videntur; quod et de Christo et de ejus imagine ostensum est. Similem enim nobis factum hominem confitemur, quamvis idem sit Deus. Quare in universum et de quolibet rege dictum est, imaginis honorem in prototypum transire.

HÆR. Atqui honor, non autem adoratio, a sanctis intelligitur; aliud enim est honor, et aliud adoratio.

XXVII. ORTH. Et quomodo concesseris nec potestatem scindi, nec gloriam dividi prototypi erga

[21] S p. VI, 5, 6.

Digitized by Google

exemplum, nisi utrumque unius atque ejusdem adorationis esse intelligas? Potestatis enim et gloriæ comes inseparabilis est honor et adoratio; quæ vocis quidem diversitate discrepant, re autem eamdem vim habent.

HÆR. Honorem transire dixit, non adorationem. Et ego sane imaginem Christi honoro in sublimi relinquens; sed nequaquam adoro, sicut dictum est.

XXVIII. ORTH. Unum mihi ante omnia percontandum est: Unde est quod imaginem Christi honoras in edito relinquens? non enim hoc modo, sed simpliciter honorandum dixit Basilius. Quare jam concidit propositio tua. Deinde quo pacto quod honoratur, non idem etiam adoratur, sive in sublimi, sive in humili loco spectatur? Nam et vivificæ crucis figuram honoramus et adoramus, sive in sublimi ostenditur, sive in humili cernitur. Et in rerum nostrarum exemplis, regem tum in alto sedentem, tum infra conspectum; et magistrum militum similiter, et præfectum, dominum item et doctorem. Sed enim ad divina oracula quæstionem transferamus. Quid ergo censes, cum dicunt: *Dignus es, Domine et Deus noster sanctus, accipere gloriam et honorem et virtutem* [25]. Et rursum: *Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, et divitias, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedictionem* [26]. Et iterum: *Sedenti in throno, et Agno benedictio, et honor, et gloria, et potestas in sæcula sæculorum. Amen* [27]. Item: *Benedictio, et gloria, et sapientia, et gratiarum actio, honor, et virtus, et fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen* [28]. Ecce in his omnibus adoratio nusquam posita est. An igitur quia posita non est, adorationem Agno qui occisus est, hoc est Deo et Salvatori nostro denegabimus? An ejusdem potius ordinis, ejusdemque significationis sunt omnia? qui enim honore dignus est, idem etiam adoratione; et qui fortitudine, idem etiam virtute; et qui benedictione, idem etiam gloria; et quotquot alia aliter enuntiantur. Quod si imaginis adorationem prototypo detrahas, simul utique et honorem detraxeris, et potestatem, et gloriam. Sed fieri nequit, quin ubi unum est, cætera etiam virtute adsint. Accipe et aliud in te jaculum: *Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum* [29]. Quid tibi videtur? An expers adorationis est honor qui Patri Filioque defertur? Verum hæc cogitare, sani non est. Rursum dicente omnium Deo per Isaiam Prophetam: *Ecce pono in Sion lapidem angularem, honorandum* [30]. An quia non addidit, et adorandum, Filium Dei adorandum esse inficiabimur? Et cum ait Scriptura: *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi, et ut sis longævus super terram* [31]. Item: *Qui honorat patrem, exorabit pro peccatis; et sicut qui thesaurizat, ita et qui honorificat matrem suam* [32]. Nunquid adorare parentes

πρὸς τὸ παράγωγον, εἰ μὴ νενόηταί σοι μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς εἶναι προσκυνήσεως τὰ ἀμφότερα; κράτους γὰρ καὶ δόξης σύστοιχος καὶ ἀμέριστος ἡ τιμὴ καὶ ἡ προσκύνησις· καὶ τῇ μὲν ἑτερολεξίᾳ διάφορα τὰ λεγόμενα, τῷ δὲ ἀξιώματι ὁμοδύναμα.

AIP. Τιμὴν ἔφη διαβαίνειν, ἀλλ' οὐ προσκύνησιν. Κἀγὼ δὴ τιμῶ ἀνωφερῆ ἐῶν τὴν εἰκόνα Χριστοῦ· ἀλλ' οὐ προσκυνῶ, καθὼς εἴρηται.

ΚΗ'. ΟΡΘ. Ἓν μοι πρῶτον εἰς ἐρώτησιν· Πόθεν σοι τιμᾷν τὴν εἰκόνα Χριστοῦ ἀνωφερῆ ἐῶντι; οὐ γὰρ οὕτως, ἀλλ' ἁπλῶς ἔφη τιμᾷν Βασίλειος. Ὥστε διαπέπτωκέ σου ἡ πρότασις. Δεύτερον, πῶς δ τετίμηται μὴ καὶ προσκεκύνηται, ὑψηλοφανῶς καὶ χαμηλοφανῶς ὁρώμενον; Καὶ γοῦν τιμῶμεν καὶ προσκυνοῦμεν τὸν τύπον τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ ἄνω δεικνύμενον καὶ κάτω βλεπόμενον. Ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὑποδειγμάτων, τὸν βασιλέα καὶ ἄνω καθήμενον καὶ κάτω βλεπόμενον· τὸν στρατηγὸν ὡσαύτως, καὶ ὕπαρχον, τὸν δεσπότην ὁμοίως καὶ διδάσκαλον. Ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τὰ θεῖα λόγια μετιτέον τὸ θεώρημα. Τί οὖν σοι δοκεῖ, ἡνίκα λέγει, *Ἄξιος εἶ, ὁ Κύριος καὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ἅγιος, λαβεῖν τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὴν δύναμιν*. Καὶ πάλιν, *Ἄξιόν ἐστι τὸ Ἀρνίον τὸ ἐσφαγμένον λαβεῖν τὴν δύναμιν καὶ τὸν πλοῦτον καὶ τὴν σοφίαν καὶ τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν εὐλογίαν*. Καὶ πάλιν, *Τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῷ Ἀρνίῳ ἡ εὐλογία καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν*. Καὶ πάλιν, *Ἡ εὐλογία καὶ ἡ δόξα καὶ ἡ σοφία καὶ ἡ εὐχαριστία καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ ἰσχὺς τῷ Θεῷ ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν*. Ἰδοὺ ἐν πᾶσι τούτοις προσκύνησις οὐδαμοῦ πρόσκειται· ἆρ' οὖν ἐπεὶ οὐ πρόσκειται, ἀποστερήσομεν τὴν προσκύνησιν τῷ Ἀρνίῳ τῷ ἐσφαγμένῳ, ἤτοι τῷ Θεῷ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν; Ἢ δηλονότι τῆς αὐτῆς συστοιχίας εἰσὶν ὁμοδύναμα πάντα; ὁ γὰρ τῆς τιμῆς ἄξιος, καὶ τῆς προσκυνήσεως· καὶ ὁ τῆς ἰσχύος, καὶ τῆς δυνάμεως· καὶ ὁ τῆς εὐλογίας, καὶ τῆς δόξης· καὶ ὅσα ἀλληλούχως ὑμνεῖται. Εἰ οὖν ἀποστερήσεις τὴν προσκύνησιν τῆς εἰκόνος τοῦ πρωτοτύπου, συναποστερήσεις δηλονότι καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὸ κράτος καὶ τὴν δόξαν· ἀλλ' οὐκ ἐνδέχεται, ἑνὸς ὄντος, μὴ καὶ τὰ λοιπὰ δυνάμει συνεῖναι. Δέξαιτο τοίνυν καὶ ἕτερον πρόβλημα. *Ὁ μὴ τιμῶν*, φησὶ, *τὸν Υἱόν, οὐ τιμᾷ τὸν Πατέρα τὸν πέμψαντα αὐτόν*. Τί οὖν σοι δοκεῖ; ἀμοιρεῖ προσκυνήσεως ἡ εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν προσαγομένη τιμή; ἀλλ' ἠλίθιον τοῦτο καὶ ἐννοεῖν. Πάλιν λέγοντος τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου· *Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον ἀκρογωνιαῖον ἔντιμον*· ἆρα ἐπεὶ οὐ πρόσκειται, καὶ προσκυνητὸν, ἀποστερήσομεν προσκυνητὸν εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Καὶ πάλιν ἡ Γραφή· *Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς*. Καὶ πάλιν· *Ὁ τιμῶν πατέρα ἐξιλάσεται ἁμαρτίαν*·

[25] Apoc. IV, 11. [26] Apoc. V, 12. [27] Ibid. 31. [28] Apoc. VII, 12. [29] Joan. V, 23. [30] Isa. XXVIII, 16. [31] Exod. XX, 12. [32] Eccli. III, 4.

Digitized by Google

καὶ ὡς ὁ θησαυρίζων, ὁ δοξάζων μητέρα αὐτοῦ. Οὐ τοίνυν προσκυνεῖν ἐνταῦθα τοὺς γονέας κελεύει Θεὸς, ἀλλ' ἢ μόνον τιμᾷν; πολλῆς τοῦτο τῆς ἀσυνεσίας. Πάλιν ὁ μέγας Ἀπόστολος· *Τὸν Θεὸν φοβεῖσθε· τὸν βασιλέα τιμᾶτε.* Ἆρ' οὖν τιμᾷν μόνον, ἢ καὶ προσκυνεῖν διακελεύεται; καὶ τίς οὐ συνιεῖ τῶν σεσυνετισμένων; Ἐγὼ δὲ καὶ τοῦ ἱερέως ἀκούων, συνίημι ὁμόστοιχον καὶ ὁμοδύναμον εἶναι τὴν τιμὴν τῆς προσκυνήσεως· Ὅτι πρέπει σοι, φησὶ, πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις. Οὕτω τοιγαροῦν εἰπόντος τοῦ θείου Βασιλείου, Ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, κατὰ τὸ σιωπώμενον συναπέφηνεν, ὅτι καὶ ἡ τῆς εἰκόνος προσκύνησις ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, συνῳδὰ τῷ μακαρίῳ Ἀθανασίῳ.

ΑΙΡ. Συμπεφορημένος ὁ λόγος ἐκ διαφόρων Πατρικῶν μαρτυριῶν ἐπιδεικνύσθω· ὡς ἂν εἴη βεβαιότερος πρὸς πειθὼ τοῖς ἐπαΐουσιν.

ΚΘ'. ΟΡΘ. Ὁ μακάριος Ἰωάννης οὗ ἐκ τῶν χειλέων τὰ χρυσότατα ῥυΐσκεται ἔπη, τάδε φησί· Ὅπερ γοῦν ἐν ὀνόμασιν ἐποιήσατε, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς εἰκόνος ἐπράξατε τῆς ἐκείνου. Καὶ γὰρ καὶ ἐν δακτυλίων σφενδόναις, καὶ ἐν ἐκπώμασι καὶ ἐν φιάλαις, καὶ ἐν θαλάμων τοίχοις, καὶ πανταχοῦ, τὴν εἰκόνα τὴν ἁγίαν ἐκείνην διεχάραξαν πολλοί· ὡς μὴ μόνον ἀκούειν τῆς προσηγορίας ἐκείνης, ἀλλὰ καὶ ὁρᾷν αὐτοῦ πανταχοῦ τοῦ σώματος τὸν τύπον, καὶ διπλῆν τινα τῆς ἀποδημίας ἔχειν παραμυθίαν.

ΑΙΡ. Καὶ τίνος φαίην τὴν τοιαύτην εἰκόνα;

Λ'. ΟΡΘ. Μελετίου τοῦ τῆς Ἀντιοχέων προέδρου.

ΑΙΡ. Ἁγίαν ἔφη, ἀλλ' οὐ προσκυνητήν· οὐ γὰρ πάντως τὸ ἅγιον, καὶ προσκυνητόν· λέγει γὰρ ὅπου ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος· *Εἶχε μὲν οὖν ἡ πρώτη σκηνὴ δικαιώματα λατρείας, τό τε ἅγιον κοσμικόν. Σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη ἡ πρώτη ἐν ᾗ ἥ τε λυχνία, καὶ ἡ τράπεζα, καὶ ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων, ἥτις λέγεται ἁγία· μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα σκηνὴ, ἡ λεγομένη Ἅγια ἁγίων· χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον, καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ· ἐν ᾗ στάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα, καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα, καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης· ὑπεράνω δὲ αὐτῆς Χερουβὶμ δόξης κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον· περὶ ὧν οὐκ ἔστι νῦν λέγειν κατὰ μέρος.* Ἅτινα ἁγιὰ καλούμενα, οὐ δήπου καὶ προσκυνητὰ ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος δέδειχεν.

ΛΑ'. ΟΡΘ. Ἅγια κεκληκὼς τὰ εἰρημένα ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος, καὶ προσκυνητὰ κατὰ συνεκδοχὴν εἴρηκεν. Ἀλλ' ὁ περὶ μὲν τούτων μικρὸν ἀναμεινάτω λόγος, ἔχων ἐξηγορίαν πλατυτέραν. Ἐκεῖνο δέ μοι ἐρωτῶντι ἀπόκριναι. Πῶς φῂς τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ;

ΑΙΡ. Ἅγια δηλονότι· τὰ γὰρ, Ἅγια τοῖς ἁγίοις, παρὰ τῷ ἱερουργοῦντι ἐκπέφασται.

his locis non jubet Deus, sed tantummodo honorare? Magnæ hoc stoliditatis est. Et cum magnus Apostolus scribit: *Deum timete, regem honorificate* [33]; num honorare tantum et non etiam adorare præcipit? et quis hæc non intelligat qui modo aliquam intelligendi vim habeat? Ego vero et cum sacerdotis vocem audio, Quia te decet omnis gloria, honor. et adoratio, comitem adorationis ejusdemque cum illa notæ honorem esse intelligo. Sic ergo cum divus Basilius imaginis honorem transire dixit in prototypum, tacite simul adorationem imaginis ad prototypum transire consentanee verbis beati Athanasii pronuntiavit.

HÆR. Congestis Patrum testimoniis fulciatur oratio, ut ad fidem auditoribus faciendam firmior sit.

XXIX. ORTH. Beatus Joannes (11), cui aurea ex labiis verba fluunt, hæc ait: Quod ergo in nominibus fecistis, hoc et in illius imagine fecistis. Nam et in annulorum palis, et in poculis ac phialis, et in thalamorum parietibus, et passim sanctam illam imaginem multi depinxerunt, ut non solum nomen illud audiant, sed ejus etiam corporis figuram ubique conspiciant, et duplicem quamdam absentiæ consolationem capiant.

HÆR. Cujusnam fuisse dicam hanc imaginem?

XXX. ORTH. Meletii Antiochensium antistitis.

HÆR. Sanctam dixit, et non adorandam. Nec enim prorsus quod sanctum est, idem etiam adorandum; cum alicubi dicat Apostolus: *Habebat quidem et prius tabernaculum, justificationes culturæ, et sanctum sæculare. Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra, et mensa, et propositio panum, quæ dicitur sancta. Post velamentum autem secundum, tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum: aureum habens thuribulum, et arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna, et virga Aaron, quæ fronduerat, et tabulæ testamenti, superque eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium: de quibus non est modo dicendum per singula* [34]. Quæ quidem omnia cum sancta dicit Apostolus, haud quaquam etiam adoranda docuit.

XXXI. ORTH. Sancta hæc appellans sacer Apostolus, etiam adoranda per synecdochen dixit. Sed de illis quidem sermo tantisper intermittatur, latiorem habiturus expositionem. Hoc mihi interim, quod quæram, responde. Quo in numero habes corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi?

HÆR. Sancta sunt procul dubio. Etenim, Sancta sanctis, a sacerdote pronuntiatur.

[33] I Petr. II, 17. [34] Hebr. IX, 1 seqq.

(11) In *Encom.* Meletii ep. Antioch. homil. 47, pag. 591 *a*.

Digitized by Google

XXXII. ORTH. Hæc itaque etiam adoranda judicas?

HÆR. Et quis adeo impie sentiat, qui non sancta simul et adoranda confiteantur?

XXXIII. ORTH. Non igitur tecum pugnantia loqueris, qui cum ante dixeris, non statim quod sanctum est, idem etiam adorandum esse, nunc rursum affirmes quod negasti?

HÆR. Atqui non de mysteriis mihi sermo erat, cum de his omnes consentiant, ut dixi.

XXXIV. ORTH. Quid vero de Evangelio censes, cum sanctum appellatur; nunquid etiam adorandum esse? itemque figuram vivificæ crucis, et sacra omnia donaria?

HÆR. Et sancta utique, et adoranda. Sed longe ab horum sanctitate distat sancti effigies. Quare licet imago sancta dicatur, nusquam tamen adoranda.

XXXV. ORTH. Fateor et ipse hanc ab illis, quod ad sanctitatem spectat, plurimum abesse; quippe Sancta sanctorum appellantur. Cæterum quidquid sanctum est, adorandum esse, licet alterum altero sanctitate et adoratione inferius sit. Quod enim prorsus adorandum non est, idem sanctitatis est expers. Tu vero doce, ubi tandem sanctum aliquid vocatum sit, quod simul adorandum non sit.

HÆR. Protuli apostolica verba de iis quæ in lege sancta dicebantur; quæ et ipse resumpturum te promisisti.

XXXVI. ORTH. Primum equidem hoc dicam: Quæcunque lex dicit, iis qui in lege sunt dicere: nec vetera iis qui in gratia sunt obtrudi debere; alioqui et Sabbata colemus, et circumcidemur, et multa nobis contraria consequentur; sed juxta adumbrationem tantummodo. Umbram enim habere lex, non ipsam rerum imaginem, dicta est ab Apostolo. Deinde vero etiam quæ in lege sancta dicta sunt, adoranda itidem esse, demonstrare est. Nam si Cherubim gloriæ appellata sunt; gloria autem honori suppar atque cognata est, et honor adorationi; perspicuum est, quod gloria affectum sit, id sanctum; et quod sanctum, idem etiam adorandum esse, velis nolis.

HÆR. Consecutione quadam artificiose probasti, quod sanctum est, adorandum simul esse, juxta Vetus Testamentum; sed non ex certis et minime dubiis testimoniis.

XXXVII. ORTH. Audiemus certe ipsos Patrum coryphæos: Gregorium Theologum (12) in quadam oratione sua sic loquentem: « Tum etiam id quod Heli sacerdoti, atque aliquanto post Ozæ accidit, compertum habeo: quorum alter sceleris etiam illius, quod adversus sacrificia filii committebant, carnium primitias ex ollis, priusquam fas esset, extrahentes, pœnas luit; idque cum eorum impie-

(12) In magno Apologet.

ΛΒ'. ΟΡΘ. Ταῦτα δή σοι καὶ προσκυνητὰ νενόηται;

ΑΙΡ. Καὶ ποῦ τις εἰς τοσοῦτον ἀθεΐας ἐληλακὼς φρόνημα, οὐ συνομολογοίη ἅγια ὁμοῦ καὶ προσκυνητὰ ὑπάρχειν;

ΛΓ'. ΟΡΘ. Οὐκοῦν ἐναντιολογεῖς ἑαυτῷ, πρότερον εἰρηκὼς, οὐ πάντως τὸ ἅγιον καὶ προσκυνητὸν, νῦν δ' αὖ ἀποφάσκων ὃ κατέφησας;

ΑΙΡ. Ἀλλ' οὐ περὶ τῶν μυστηρίων μοι ὁ λόγος τούτων ἤδη πᾶσιν ὁμολογουμένων, ὡς προείρηται.

ΛΔ'. ΟΡΘ. Τί δέ σοι δοκεῖ τὸ Εὐαγγέλιον, ἅγιον καλούμενον, οὐχὶ καὶ προσκυνητὸν ὑπάρχειν; ὅ τε τύπος τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ πᾶν ἱερὸν ἀνάθημα;

ΑΙΡ. Καὶ ἅγια τοιγαροῦν, καὶ προσκυνητά. Ἀλλὰ πολὺ ἀποδέουσα ἡ εἰκὼν τοῦ ἁγίου τῆς τούτων ἁγιστείας. Ὥστε εἰ καὶ ἁγία κέκληται ἡ εἰκὼν, ἀλλ' οὐ πάντως προσκυνητή.

ΛΕ'. ΟΡΘ. Σύμφημι κἀγὼ πολλοῦ ἀποδέειν κατὰ τὴν ἁγιωσύνην ταύτην ἐκείνων· καὶ γὰρ Ἅγια ἁγίων λέγεται. Πλὴν ὅτι πᾶν ἅγιον προσκυνητὸν, κἂν ὑφειμένον θάτερον θατέρου τυγχάνῃ τῇ τε ἁγιωσύνῃ καὶ προσκυνήσει· τὸ γὰρ πάντη ἀπροσκύνητον, πάντῃ ἀμοιρεῖ καὶ ἁγιότητος. Σὺ δέ μοι δεῖξαι ποῦ ποτε ἂν ἅγιον ᾖ ἐπικεκλημένον, μὴ καὶ προσκυνητὸν τυγχάνον.

ΑΙΡ. Προὔθηκα τὰς ἀποστολικὰς ῥήσεις περὶ τῶν ἐν νόμῳ εἰρημένων ἁγίων, αἷς καὶ ὑπαντᾷν ἐπηγγείλω.

ΛϚ'. ΟΡΘ. Πρῶτον μὲν ἐκεῖνο ἐρῶ ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ· καὶ οὔ τί που παραβλητέα τὰ πάλαι τοῖς ἐν χάριτι· ἐπεὶ οὕτω γε καὶ σαββατίσωμεν, καὶ περιτεμούμεθα, καὶ πολλὰ ἡμῖν ἐναντία ἕψεται· ἀλλ' ὅσον ἐν σκιαγραφίᾳ μόνον. Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος, οὐκ αὐτὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, τῷ Ἀποστόλῳ εἴρηται. Δεύτερον ὅτι καὶ τὰ ἐν νόμῳ ἅγια εἰρημένα, καὶ προσκυνητά, ἔστιν ἀποδεικνύναι. Εἰ γὰρ Χερουβὶμ δόξης ὠνόμασται· ἡ δὲ δόξα ὁμόστοιχος τῇ τιμῇ, καὶ ἡ τιμὴ τῇ προσκυνήσει· δηλονότι τὸ δεδοξασμένον, ἅγιον· καὶ τὸ ἅγιον, προσκυνητὸν τυγχάνει, κἂν οὐ βούλοιο.

ΑΙΡ. Ἀκολουθίᾳ τινὶ καὶ εἰρμῷ τετεχνολόγηταί σοι τὸ ἅγιον καὶ προσκυνητὸν εἶναι κατὰ τὴν πάλαι διαθήκην· ἀλλ' οὐκ ἐκ μαρτυριῶν ἀναμφιλέκτων.

ΛΖ'. ΟΡΘ. Καὶ δὴ ἀκουσόμεθα τῶν κορυφαιοτάτων Πατέρων· Γρηγορίου μὲν τοῦ Θεολόγου φάσκοντος ὧδέ που ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις· « Γινώσκω Ἠλεὶ τὸν ἱερέα, καὶ μικρὸν ὕστερον Ὀζᾶν· τὸν μὲν ὑπὲρ τῆς τῶν παίδων παρανομίας ἀπαιτηθέντα δίκην, ἣν ἐτόλμων κατὰ τῶν θυσιῶν, πρὸ καιροῦ τῶν λεβήτων ἀπαρχόμενοι· καὶ ταῦτα, οὐκ ἀποδεχόμενον αὐτῶν τὴν ἀσέβειαν, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἐπιτιμήσαντα. Τὸν

Digitized by Google

δὲ ὅτι ψαύσας τῆς κιβωτοῦ μόνον περισπασθείσης ὑπὸ τοῦ μόσχου, τὴν μὲν περιεσώσατο, αὐτὸς δὲ ἀπώλετο, φυλάσσοντος τῇ κιβωτῷ τοῦ Θεοῦ τὸ σεβάσμιον.» Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ· « Τοσούτου δεῖ προσφοιτᾷν εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων θαῤῥοῦντα, ὧν ἑνὶ καὶ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνον ἐπιβατὸν ἦν. Τοσούτου δεῖ τὸ καταπέτασμα, ἢ τὸ ἱλαστήριον, ἢ τὴν κιβωτὸν, ἢ τὰ Χερουβὶμ, ἢ προσβλέπειν εἶναι παντὸς, ἢ προσάπτεσθαι· » Βασιλείου δὲ τοῦ μεγάλου δεῦρο φάσκοντος, γενέσθαι δὲ καὶ περὶ τὴν κιβωτὸν τοῦ Θεοῦ τῆς ἁγίας διαθήκης, ἃ μήτε ἠκούσθη ποτὲ πρότερον· ὥστε ἧς οὔτε Ἰσραηλίταις, οὔτε μὴν αὐτοῖς ἱερεῦσιν ἅπασιν, οὐδὲ πάντοτε ἅπτεσθαι θεμιτὸν ἦν, οὐδὲ τόπος αὐτὴν ὁ τυχὼν ἐδέχετο· ταύτην ὑπὸ χειρῶν ἀσεβῶν ἄλλοτε ἀλλαχόθεν μετακομίζεσθαι, καὶ ἀντὶ τῶν ἁγίων, εἰδώλων ναοῖς ἀποτίθεσθαι.

A tati non modo non suffragaretur, sed gravissimis quoque verbis eos hoc nomine identidem objurgaret. Alter quia arcam a bove distractam tantummodo attrectare ausus fuerat, ita eam illæsam servavit, ut sibi interim exitium accerseret : Deo nimirum hoc animadversionis exemplo aream suæ venerationem sartam tectam tenente. Et iterum in eadem oratione : Tantum aberat ut quivis audacter accederet ad Sancta sanctorum, quæ uni duntaxat ac semel quotannis licebat adire. Tantum aberat, ut cujusvis esset velum, aut propitiatorium, aut arcam, aut Cherubinos vel aspicere vel attingere. » Basilium quoque magnum, dicentem, ea circa Dei arcam sacri fœderis gesta fuisse, quæ audita nunquam antea fuissent ; ita ut quam nec Israelitis, B nec ipsis etiam sacerdotibus omnibus, nec semper attingere fas erat, nec quilibet temere locus reciebat; hæc impiorum manibus huc illuc circumferretur, et pro sanctis in idolorum templis collocaretur.

ΑΙΡ. Ὅτι μὲν οὖν ἅγια καὶ σεβάσμια, ἀληθές· οὐ μὴν καὶ προσκυνητὰ εἴρηται τοῖς Πατράσι.

HÆR. Quod ergo sancta etiam colenda sint, verum est : attamen adoranda esse Patres non dixerunt.

ΑΗ. ΟΡΘ. Καὶ πῶς ἂν εἴη ἅγια καὶ σεβάσμια, ἀμέτοχα τυγχάνοντα προσκυνήσεως; Λέγει τοίνυν ἐν ταῖς Πράξεσιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· *Ἀναστρεφόμενος καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὗρον καὶ βωμὸν ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο, Ἀγνώστῳ Θεῷ*· ὡς τῶν σεβασμάτων δηλαδὴ καὶ προσκυνημάτων τυγχανόντων. Καὶ, Σεβαστὸς, πάλιν, ὁ βασιλεὺς, εἴρηται. *Τοῦ γὰρ Παύλου*, φησὶ, *ἐπικαλεσαμένου τηρηθῆναι αὐτὸν εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ διάγνωσιν.* Καὶ μικρὸν ὑποκατιών· *Ἐγὼ δὲ καταλαβόμενος μηδὲν ἄξιον θανάτου αὐτὸν πεπραχέναι· καὶ αὐτοῦ δὲ ἐπικαλεσαμένου τὸν Σεβαστὸν, ἔκρινα πέμπειν αὐτόν.* Συνιεῖς ὅτι τὸ σεβαστὸν καὶ προσκυνητόν; Οὐ γάρ τις φρενῶν εἴσω μένων εἴποι, σεβαστὸν μὲν, οὐ προσκυνητὸν δὲ τὸν βασιλέα. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ μὴ θεμιτὸν, ἢ προσβλέπειν, ἢ προσάπτεσθαι τῶν προειρημένων ἁγίων, ἢ μόνον τοῦ ἱερέως, πολὺ τὸ ἀνῳκισμένον κατὰ τιμὴν ὑποφαίνει ὁ λόγος. Καὶ εἰ σημεῖα καὶ τέρατα ἡ κιβωτὸς τοῦ Θεοῦ, δι' ὧν ἔν τε τῷ Ὀζᾶν καὶ ἐν τοῖς λαβοῦσιν αὐτὴν ἀλλοφύλοις δέδρακε· πῶς οὐχὶ καὶ πάσης δόξης, τιμῆς τε καὶ προσκυνήσεως ἔμπλεως ὑπῆρχεν, ὥσπερ τὰ Χερουβὶμ, καὶ ὅσα ἄλλα εἴρηται κατὰ συνάφειαν τῷ Ἀποστόλῳ; Οὕτω τοιγαροῦν καὶ οἱ τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου Πατέρες ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα ἐκτεθεῖσιν αὐτοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἐξειληφότες τάδε φασίν· « Ἔν τισι τῶν σεπτῶν εἰκόνων γραφαῖς Ἀμνὸς δακτύλῳ τοῦ Προδρόμου δεικνύμενος ἐγχαράττεται, ὃς εἰς τύπον παρελήφθη τῆς χάριτος· τὸν ἀληθινὸν ἡμῖν διὰ τοῦ νόμου προϋποφαίνων Ἀμνὸν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν. Τοὺς οὖν παλαιοὺς τύπους καὶ τὰς σκιὰς, ὡς τῆς ἀληθείας σύμβολά τε καὶ προχαράγματα, τῇ Ἐκκλησίᾳ παρα-

XXXVIII. ORTH. Et quo pacto sancta et colenda essent, si adoranda non sint? cum in Actibus dicat divinus Apostolus : *Præteriens et contemplans culturas vestras, inveni et aram in qua scriptum erat, Ignoto Deo* [36] : quasi culturæ scilicet, adorationes quoque sint. Ad hæc Augustus, id est colendus, dicitur imperator, *Paulo*, inquit, *appellante, ut servaretur Augusti cognitioni* [36]. Et paulo post : *Ego vero comperi nihil dignum morte eum admisisse. Ipso autem hoc appellante ad Augustum, judicavi mittere* [37]. Sentisne colendum idem etiam adoran- C dum esse? Nec enim mentis compos ullus dicat, colendum quidem, sed non adorandum esse imperatorem. Sed et quod sancta illa vel videre vel attingere nefas erat, præterquam soli sacerdoti, magnam honoris prærogativam declarat. Deinde si arca Dei signa et prodigia in Oza, et allophylis qui eam ceperant, edidit, quomodo non omni gloria, honore atque adoratione plenam fateare, sicut et Cherubinos, et alia quæ ibidem ab Apostolo conjuncta sunt? Sic ergo et sanctæ œcumenicæ sextæ synodi Patres in sacris canonibus, qui conscripti postea fuerunt, usurpantes hæc dicunt (13) : « In quibusdam sanctarum imaginum picturis Agnus digito Præcursoris indicatus expressus est; qui in figuram assumptus est gratiæ; verum nobis per legem Agnum D Christum Deum nostrum ostendens. Veteres igitur typos et adumbrata veritatis symbola præfigurationesque Ecclesiæ traditas amplectentes, gratiam anteponimus, et veritatem, tanquam legis plenitudinem, acceptamus. Ut igitur quod perfectius est, etiam in colorum varietate omnium oculis subjiciatur, characterem illum, quo secundum hominem

[36] Act. XVII, 23. [36] Act. XXV, 21. [37] Ibid. 25.

(13) T. VI Conc. Labbei pag. 1177, c.

Digitized by Google

Agnus Christus Deus noster, qui abstulit peccata mundi, effigiatus est, posthac in imaginibus pro veteri Agno erigi debere declaramus. Per hunc enim humilitatis Verbi Dei altitudinem considerantes, ad memoriam ejus in carne conversationis, et passionis, mortisque Salvatoris, et mundo illinc natæ liberationis cognitionem manu ducimur. » Vides ut veteres typos et umbras adoranda dixerint, cum dicunt, *Amplectentes*. Ipsum enim ἀσπάζεσθαι, profecto adorare est, et amplexari. Quin etiam Theodorus Antiochiæ archiepiscopus in Synodico suo eadem affirmat. « Adversus eos qui hæretico more obluctantur, dicuntque sanctorum imagines, quæ manufactæ sint, adorari non debere, atque idola illas imperite aut impie potius appellant. Sciant isti et Cherubinos, et propitiatorium, arcam, et virgam, et mensam quæ Moyses divinus fabricatus est, manufacta fuisse, quæ nihilominus adorabantur : reprehendi autem a divina Scriptura eos duntaxat, qui sculptilibus adorationem tribuunt. »

HÆR. Qua igitur de causa serpentem æneum contrivit Ezechias? sic enim scriptum est : *Fecitque quod erat bonum coram Domino, juxta omnia quæ fecerat David pater ejus. Ipse dissipavit excelsa, et contrivit omnes statuas, et succidit lucos, confregitque serpentem æneum, quem fecerat Moyses; siquidem usque ad illud tempus filii Israel adolebant ei incensum* [38].

XXXIX. ORTH. Eo quod inter sancta quæ Apostolus enumeravit, nullum locum habet serpens æneus; de quo loquens Theologus Gregorius (14) : « At vero, inquit, serpens æneus adversus morsus serpentum suspenditur, non tamen ut Christi pro nobis passi typus, verum ut antitypus : atque eos qui ipsum intuentur, salvos facit; dum eum non vivere, sed mortuum esse, simulque subditas sibi copias enecare persuasum habent, deletum nimirum et exstinctum sicut merebatur. Et quod tandem illi congruens epitaphium canemus? Ubi est, mors, stimulus tuus? ubi tua, inferne, victoria? Crux te prostravit, vitæ auctor tibi necem attulit. Exanimis es, mortuus, immobilis, iners serpentis licet figuram serves in sublimi loco ignominiose pendens. » Et jure comminutus est, cui incensum adolebant Israelitæ : cujus enim prototypum adorari non debet, ejus quoque exemplum explodendum est. Omnia vero tabernaculi sancta spiritualis cultus figuras fuisse divus Cyrillus ostendit.

HÆR. Credo recte hoc loco habere quæ dicta sunt. Sed quia qui paulo ante producti a te fuerunt, recentiores sunt et non ex numero antiquiorum, ad testimonium recipi non debent.

XL. ORTH. Sane si Basilio aliisve divinis consentanea non sunt quæ ab illis dicuntur, neque

[38] IV Reg. XVIII, 3.

(14) Orat. II, in Pasch., t. II, pag. 692 a.

δεδομένους κατασπαζόμενοι, τὴν χάριν προτιμῶμεν, καὶ τὴν ἀλήθειαν, ὡς πλήρωμα νόμου, ταύτην ὑποδεξάμενοι. Ὡς ἂν οὖν τὸ τέλειον κἂν ταῖς χρωματουργίαις ἐν ταῖς ἁπάντων ὄψεσιν ὑπογράφηται· τὸν τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, Ἀμνοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, κατὰ τὸν ἀνθρώπινον χαρακτῆρα καὶ ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀπὸ τοῦ νῦν ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ Ἀμνοῦ ἀναστηλοῦσθαι ὁρίζομεν. Δι' αὐτοῦ τὸ τῆς ταπεινώσεως ὕψος τοῦ Θεοῦ Λόγου κατανοοῦντες, καὶ πρὸς μνήμην τῆς ἐν σαρκὶ πολιτείας, τοῦ τε πάθους αὐτοῦ καὶ τοῦ σωτηρίου θανάτου χειραγωγούμενοι, καὶ τῆς ἐντεῦθεν γινομένης τῷ κόσμῳ ἀπολυτρώσεως. » Ὁρᾷς ὅτι τοὺς παλαιοὺς τύπους καὶ τὰς σκιὰς προσκυνητὰς ἔφασαν, διὰ τοῦ φάναι, *Κατασπαζόμενοι*. Αὐτὸ γὰρ δὴ *ἀσπάζεσθαι*, προσκυνεῖν ἐστι καὶ προσπτύσσεσθαι. Ἀλλὰ καὶ Θεόδωρος ὁ Ἀντιοχείας ἀρχιεπίσκοπος, ἐν τῷ κατ' αὐτὸν συνοδικῷ, τὰ αὐτὰ φθέγγεται· « Πρὸς δὲ τοὺς αἱρετικῶς ἀντεξαγομένους, καὶ λέγοντας ὡς οὐ δεῖ προσκυνεῖν τῶν ἁγίων τὰς εἰκόνας χειροποιήτους οὔσας, εἴδωλά τε ἀνοήτως, μᾶλλον δὲ δυσσεβῶς, ἀποκαλοῦνται· ἴστωσαν οἱ τοιοῦτοι, ὡς τὰ Χερουβὶμ καὶ τὸ ἱλαστήριον, ἡ κιβωτός τε καὶ ἡ ῥάβδος, καὶ ἡ τράπεζα, ἃ Μωσῆς ὁ θεσπέσιος κατεσκεύασε, χειροποίητα ἦσαν καὶ προσεκυνοῦντο. Κατηγορεῖ δὲ ἡ θεία Γραφὴ τῶν προσκυνούντων τοῖς γλυπτοῖς. »

AIP. Καὶ ὅτου χάριν τὸν χαλκοῦν ὄφιν συνέτριψεν Ἐζεκίας; γέγραπται γάρ· *Καὶ ἐποίησε τὸ εὐθὲς ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου, κατὰ πάντα ὅσα ἐποίησε Δαυὶδ ὁ πατὴρ αὐτοῦ· αὐτὸς ἐξῆρε τὰ ὑψηλὰ, καὶ συνέτριψε πάσας τὰς στήλας, καὶ ἐξωλόθρευσε τὰ ἄλση, καὶ τὸν ὄφιν τὸν χαλκοῦν ὃν ἐποίησε Μωσῆς· ὅτι ἕως τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ἦσαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ θυμιῶντες αὐτῷ*.

ΑΘ'. ΟΡΘ. Ὅτι μηδὲ ἕν τι τῶν κατηριθμημένων ἁγίων τῷ Ἀποστόλῳ ὁ χαλκοῦς ὄφις· περὶ οὗ φησιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος· « Ὁ δὲ χαλκοῦς ὄφις κρεμᾶται κατὰ τῶν δακνόντων ὄφεων. Οὐχ ὡς τύπος τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν παθόντος, ἀλλ' ὡς ἀντίτυπος· καὶ σώζει τοὺς εἰς αὐτὸν ὁρῶντας. Οὐχ ὅτι ζῇ πιστευόμενος, ἀλλ' ὅτι νενέκρωται· καὶ συννεκροῖ τὰς ὑπ' αὐτὸν δυνάμεις καταλυθεὶς ὥσπερ ἦν ἄξιος. Καὶ τίς ὁ πρέπων αὐτῷ παρ' ἡμῶν ἐπιτάφιος; Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος; τῷ σταυρῷ βέβλησαι· τῷ ζωοποιῷ τεθανάτωσαι. » Ἄπνους, νεκρὸς, ἀκίνητος, ἀνενέργητος, εἰ καὶ τὸ σχῆμα σώζεις ὄφεως ἐν ὕψει στηλιτευόμενος. Καὶ εἰκότως συντέτριπται θυμιαζόμενος ὑπὸ τῶν Ἰσραηλιτῶν· οὗ γὰρ τὸ πρωτότυπον οὐ λατρευτέον, τούτου καὶ τὸ παράγωγον ἀποπτυστέον. Πάντα δὲ τὰ τῆς σκηνῆς ἅγια, προχαράγματα τῆς ἐν πνεύματι λατρείας ὁ θεοφόρος Κύριλλος ἀποδείκνυσιν.

AIP. Πέπεισμαι τὸν λόγον εὖ ἔχειν ἐνταῦθα· ἀλλ' ἐπεὶ οἱ προτεθέντες ἐναγχος νεωστὶ, καὶ οὐ τῶν πάλαι Ὑστέρων, ἀπαράδεκτοι πρὸς μαρτυρίαν.

Μ'. ΟΡΘ. Εἰ μὲν οὐκ ἀκόλουθα Βασιλείῳ καὶ τοῖς λοιποῖς θεοφόροις τὰ παρ' αὐτῶν εἰρημένα, οὐδὲ ἐγὼ

Digitized by Google

δέχομαι, οὐδέ τις τῶν εὐσεβούντων. Εἰ δὲ σύμφωνα καὶ πάρισα, οὐχ ὅτι πρὸ διακοσίων ἐτῶν ὁπηνίκα ἐλάλησαν οἱ μνημονευθέντες, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν θεῖον καιρὸν, εἰ εἴη τις τὰ αὐτὰ λέγων, καὶ δεδεγμένος ἐστὶ πρὸς τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, καὶ συναρίθμιος κατὰ τὸ τῆς ἀληθείας δόγμα αὐτοῖς τε ἁγίοις ἀποστόλοις, μὴ ὅτι γε τοῖς μεταγενεστέροις θεοφόροις. Κατὰ τοῦτο δέχου καὶ τὰ πρακτικὰ τοῦ ἁγίου καὶ πολυάθλου Μαξίμου, ἐν οἷς φησι· « Δεσπόται, ἐπὰν ἔδοξε τοῦτο γενέσθαι, ἔκβασις γένηται τῶν δοξάντων, καὶ ὅπου κελεύετε, ἀκολουθῶ ὑμῖν. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἀνέστησαν πάντες μετὰ χαρᾶς καὶ δακρύων· καὶ ἔβαλον μετάνοιαν, καὶ εὐχὴ γέγονε. Καὶ ἕκαστος αὐτῶν τὰ ἅγια Εὐαγγέλια καὶ τὸν τίμιον σταυρὸν, καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς αὐτὸν τεκούσης παναγίας Θεοτόκου ἠσπάσαντο, τεθεικότες καὶ τὰς ἰδίας χεῖρας ἐπὶ βεβαιώσει τῶν λαληθέντων. » Καί γε παρ[ε]ῶ πλέον τι λέγειν διὰ τὸ προσκορὲς τοῦ λόγου, πολλοῦ ἐσμοῦ χρήσεων τῶν τε πάλαι καὶ νεωστὶ περὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων προκειμένου, εἰ μέλλοιμεν ταύτας ἀνελίττεσθαι.

A ipse recipio, nec piorum quispiam recipiet. Sin autem consona sunt et cognata, non solum si ante ducentos annos, quando locuti sunt, quos commemoravimus, sed hac ipsa ætate nostra, si quis eadem dicat, et recipiendus est Ecclesiæ Dei, et ipsis sanctis Apostolis, ne posterioribus sanctis dicam, in veritatis doctrina connumerandus. Quo posito audi et sancti multaque perpessi Maximi (15) Acta, quid dicant: « Quia, domini, ita fieri visum est, fiat quod inter nos convenit, et quo jubetis, vos sequor. Postea surrexerunt omnes cum lætitiæ lacrymis, et humili reverentia inclinarunt sibi invicem, et oratio facta est, et unusquisque eorum sancta Evangelia, et pretiosam crucem, et imaginem Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, et genitricis ejus B Dominæ nostræ sanctissimæ Deiparæ amplexus est, et proprias manus posuerunt ad dictorum confirmationem. » Ego vero plura dicere supersedeo, ut orationis fastidium declinem, cum ingens tum veterum, tum recentiorum de colendis imaginibus auctoritatum, si evolvere illas velimus, præsto sit copia.

ΑΙΡ. Κἀμοὶ πάρεστιν ἐσμὸς χρήσεων παρὰ τῶν πάλαι νεωστί· ἀλλὰ ἀντίθετος τῆς τῶν εἰκόνων ἀναστηλώσεώς τε καὶ προσκυνήσεως.

HÆR. Et mihi quoque magna suppetit auctoritatum veterum ac recentiorum multitudo; sed opposita imaginum erectioni et adorationi.

ΜΑ'. ΟΡΘ. Εἰ μὲν οὖν ἡ ἔνστασις πρὸς τὸ μὴ ἀναστηλοῦσθαι τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἦν ἂν σοι προκομίζειν τὰς τοιαύτας χρήσεις. Ἐπειδὴ δὲ τὴν μὲν ἱστορίαν κατεδέξω ἀναινόμενος μόνον τὴν προσκύνησιν, τί δὴ πάλιν ἀστατεῖς C ἐκ τούτου εἰς τοῦτο μεταπίπτων, ὅπερ ἐστὶ ψεύδους ἰδίωμα;

XLI. ORTH. Si eo spectaret oppositio, ut non erigatur imago Domini nostri Jesu Christi, liceret tibi ejusmodi auctoritates afferre. Nunc vero cum picturam admiseris, solam renuens adorationem, quid denuo fluctuas ex hoc in illud recedens, quod proprium est mendacii?

ΑΙΡ. Εἰ καὶ ὁμολόγηται περιγεγράφθαι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἀλλὰ μέχρι τοῦ πάθους, οὔπω δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν· λέγει γὰρ ὥδέ που ὁ Ἀπόστολος· *Εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν.* Καὶ πάλιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος· « Τέλειον δὲ οὐ διὰ τὴν θεότητα μόνον, ἧς οὐδὲν τελειότερον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν πρόσληψιν τὴν χρισθεῖσαν θεότητι, καὶ γενομένην ὅπερ τὸ χρίσαν, καὶ θαῤῥῶ εἰπεῖν, ὁμόθεον. » Εἰ δὲ ὁμόθεος ἡ προσληφθεῖσα σὰρξ, πῶς ἂν περιγραφείη συγκαταμιγεῖσα τῇ τῆς θεότητος ἀφθαρσίᾳ; D

HÆR. Tametsi concessum est circumscriptum fuisse Dominum nostrum Jesum Christum; at hoc usque ad passionem tantummodo, non autem post resurrectionem. Ait enim quodam in loco Apostolus: *Etsi cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus* [39]. Et rursum Theologus Gregorius (16): « Perfectum autem non propter divinitatem tantum, qua nihil est perfectius, sed etiam propter carnem assumptam, divinitate perunctam, et idem factam cum ungente, ac dicere ausim, homotheam. » Quod si homothea est caro assumpta, quomodo circumscribatur quæ cum divinitatis immortalitate conjuncta est?

ΜΒ'. ΟΡΘ. Δέδεκταί σοι ὅμως πρὸ τοῦ πάθους περιγεγράφθαι Χριστὸν, καὶ προσκυνεῖσθαι ἐν τῇ τοιᾷδε τῆς εἰκόνος αὐτοῦ περιγραφῇ.

XLII. ORTH. Atqui concessisti saltem ante passionem circumscriptum Christum fuisse, et in tali imaginis suæ circumscriptione adorari.

ΑΙΡ. Εἰ καὶ δέξαιμι, καὶ οὐκ ἀντισταίην, τί σοι συνάγει ὁ λόγος;

HÆR. Quamvis concedam, et non repugnem, quid inde concludes?

ΜΓ'. ΟΡΘ. Ὅτι τοι ἃς προήχθης εἰσκομίζειν χρήσεις, οὔτε πρὸ τοῦ πάθους, οὔτε μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐνδέχεσθαι φαίνουσι τὸν Χριστὸν περιγεγράφθαι· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ περιγεγράφθαι μέν, ἐφ' ὕψους δὲ μένειν τὴν εἰκόνα μὴ προσκυνουμένην. Καὶ τί ὡς συνηγορούσας ἄγεις τὰς ἀντηγορούσας σου ἐξ ἡμι-

XLIII. ORTH. Quod auctoritates, quas proferre cœpisti, nec ante passionem, nec post resurrectionem circumscriptum fuisse Christum admittere videantur: quin nec circumscriptum prorsus; sed in sublimi manere imaginem non adoratam. Et quorsum velut astipulantes profers, quæ propo-

[39] II Cor. v, 16.

(15) Extant in edit. Paris. Operum sancti Maximi, t. I.

(16) Orat. *in Pascha*, p. 685.

Digitized by Google

sitioni tuæ media ex parte refragantur? Quocirca quærendæ tibi sunt auctoritates quæ tuæ sententiæ omni ex parte suffragentur. Verum etiam post resurrectionem circumscriptus est Christus. Audi enim cum discipulis suis loquentem, quando post resurrectionem existimabant se spiritum videre. *Videte*, inquit, *manus meas et pedes meos, quia ego ipse sum* [46]. Si ergo illum ipsum se esse dixit, qui ante passionem cum ipsis versabatur, quem post resurrectionem videbant; profecto sicut ante passionem circumscribebatur, ita et post resurrectionem circumscriptione comprehendebatur; ut qui humanæ naturæ proprietates non amiserat. Etenim quas manus et pedes ostendit, vir optime? aut quomodo palpari jubebat, tanquam carnem et ossa gerens? qualem porro cibum degustavit? Annon igitur necesse est qui hæc habeat, agatque, circumscribi? aut si non circumscribatur, spiritum esse, sicut tunc ab apostolis existimabatur?

A στίας προτάσεις; ὥστε ὥρα σοι ἑτέρας ἐπιζητεῖν χρήσεις τὰς καθόλου συνηγορούσας σου τῷ λόγῳ· ἀλλὰ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν περιγέγραπται Χριστός. Ἄκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ἡνίκα μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐδόκουν αὐτὸν πνεῦμα θεωρεῖν· *Ἴδετε τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας μου, ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι.* Εἰ οὖν αὐτὸν ἐκεῖνον ἔφη εἶναι τὸν πρὸ τοῦ πάθους συνόντα αὐτοῖς, ὃν ἑώρων μετὰ τὴν ἀνάστασιν· δηλαδὴ ὡς πρὸ τοῦ πάθους περιεγέγραπτο, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν περιγραφῇ ὑπελαμβάνετο, οὐκ ἀπολωλεκὼς τὰ ἰδιώματα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Ἐπεὶ ποίας χεῖρας καὶ πόδας ὑπέδειξεν, ὦ βέλτιστε; Πῶς δὲ καὶ ψηλαφᾶσθαι προσέταττεν, ὡς ἔχων σάρκα τε καὶ ὀστέα; ποίαν δὲ καὶ βρῶσιν προσήκατο; Οὐκοῦν ἀνάγκη τὸν ταῦτα B ἔχοντα περιγράφεσθαι, ἢ μὴ περιγραφόμενον, πνεῦμα εἶναι, ὡς ἐνομίσθη τηνικαῦτα τοῖς ἀποστόλοις;

HÆR. At licet Christus hæc habere dicatur, non tamen sicut nos; ideoque non est circumscriptus.

AIP. Ἀλλ' εἰ καὶ ταῦτα ἔχειν λέγεται Χριστὸς, οὐ μὴν ὡς ἡμεῖς· καὶ διὰ τοῦτο οὐ περιγραπτός.

XLIV. ORTH. Si ergo non sicut nos hæc habet, nec sicut nos factus creditur. Sin autem verum est hoc secundum, quomodo et prius illud non credatur? An fortasse operationum quarumdam indicia in Christo fuisse existimas, quæ in ipso membra vocentur; et non rerum ipsarum veritatem, quod in theologia, id est, in divinæ naturæ explicatione, asseritur? Sic enim ait divus Basilius (17): Notæ autem humanæ multæ sunt, nec propterea Deum hominem arbitramur. Et post alia: Manus Dei cum audis, effectivam ejus vim intellige: cum aures, vim audiendi: cum oculos, vim perspiciendi: cum alas, vim protegendi; et alia omnia eodem modo. Necesse porro, si sic accipias, ut credas Dominum nostrum Jesum Christum hominem factum non fuisse. Quod si homo factus est, ut revera est, revera item et carnem et ossa, etiam post resurrectionem, habere crede.

ΜΔ'. ΟΡΘ. Εἰ οὖν οὐχ ὡς ἡμεῖς ἔχων ἐστὶ ταῦτα, οὐδὲ καθ' ἡμᾶς γεγονέναι πιστεύεται. Εἰ δὲ τὸ ἑτερον ἀληθὲς, πῶς οὐ τὸ πρότερον πιστευτέον; Ἢ τάχα ἐνεργειῶν τινων γνωρίσματα δοκεῖ σοι εἶναι ἐπὶ Χριστὸν, τὰ κατονομαζόμενα ἐπ' αὐτοῦ μέλη, καὶ οὐχὶ πραγμάτων ἀλήθειαν, ὅπερ εἴληπται ἐπὶ τῆς θεολογίας; Καὶ γάρ φησιν ὁ θεῖος Βασίλειος· « Τύποι δὲ ἀνθρώπινοι πολλοὶ, καὶ οὐ διὰ τοῦτο τὸν Θεὸν ἄνθρωπον ὑπολαμβάνομεν. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Χεῖρας ἀκούων Θεοῦ, τὸ ποιητικὸν αὐτοῦ γνώριζε· οὖς δὲ, τὸ ἀκουστικὸν αὐτοῦ· ὀφθαλμοὺς δὲ, τὸ διορατικόν· πτέρυγας, τὸ σκεπαστικόν· καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὡσαύτως. » Ἀνάγκη λοιπὸν, εἰ οὕτως ἐκλάβοις, ὑπολαμβάνειν σε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μὴ ἄνθρωπον γεγονέναι. Εἰ δὲ καὶ γέγονεν, ὅπερ ἀληθὲς, καὶ ἀληθὲς σάρκα αὐτὸν καὶ ὀστᾶ ἔχειν καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν πίστευε.

HÆR. Condescensionis modis utens Dominus seipsum post resurrectionem apostolis ostendit: corporis quidem proprietates retinens, sed sine crassitudine ac sine circumscriptione: propterea enim januis clausis in medio eorum stetit, et ab eorum deinde oculis sublatus est.

AIP. Συγκαταβάσεως μέτροις χρώμενος ὁ Κύριος, δέδειχεν ἑαυτὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῖς ἀποστόλοις· ἔχων τὰ μὲν ἰδιώματα τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐκ ἐν παχύτητι οὐδὲ ἐν περιγραφῇ· κατὰ τοῦτο γὰρ κεκλεισμένων τῶν θυρῶν εἰς τὸ μέσον αὐτῶν ὤφθη· καὶ D πάλιν ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν.

XLV. ORTH. Si ergo circumscriptum Christum non fuisse dederis, eo quod sine crassitudine post resurrectionem fuerit, dabis etiam ne visum quidem ab apostolis fuisse. Nam si visus est, etiam circumscriptus. Quidquid enim sub aspectum cadit, idem etiam sub circumscriptionem cadat oportet: multo magis quod manus et pedes habet, carnem et ossa, quod palpatur, et una conversatur.

ΜΕ'. ΟΡΘ. Εἰ οὖν δοίης μὴ περιγεγράφθαι Χριστὸν διὰ τὸ ἔξω παχύτητος εἶναι μετὰ τὴν ἀνάστασιν, δώσεις καὶ μὴ ὤφθαι αὐτὸν τοῖς ἀποστόλοις. Εἰ δὲ ὤπται, καὶ περιγέγραπται. Πᾶν γὰρ τὸ ὑποπίπτον θέᾳ, καὶ περιγραφῇ ὑποπέσοι ἄν· πολλοῦ γε εἰπεῖν τὸ χεῖρας ἔχον καὶ πόδας, σάρκα τε καὶ ὀστέα, ψηλαφώμενόν τε καὶ συναλιζόμενον.

HÆR. Purificatis oculis Dominum viderunt apostoli, quibus nobis cernere fas non est.

AIP. Ὄμμασι κεκαθαρμένοις τεθέανται οἱ ἀπόστολοι τὸν Κύριον, οἷς ἡμᾶς προσβλέπειν οὐκ ἐφικτόν.

[46] Luc. XXIV, 39.

(17) Contra Eunom. l. v.

Digitized by Google

ΜΖ'. ΟΡΘ. Αλλὰ τί φησιν ὁ Κύριος πρὸς τὸν Θωμᾶν; *Ὅτι ἑώρακάς με, πεπίστευκας. Μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες.* Τοιγαροῦν, ὡς εἶδον οἱ ἀπόστολοι καὶ παρέδοσαν, καὶ πρὸ πάθους καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν· οὕτω καὶ παρελάβομεν, οὕτω καὶ Χριστὸν περιγράφομεν. Οὐ γὰρ ἔφασαν ἡμῖν, οἷς ἐώρων ὀφθαλμοῖς μὴ ἐφικτὸν εἶναι ὑφ' ἡμῶν τεθεᾶσθαι· ἐπεὶ καὶ πρὸ τοῦ πάθους, ἡνίκα ἔμελλον καταποντίζεσθαι ἐν τῷ πλοίῳ, ἄφνω ἐπέστη ὁ Κύριος περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης· ὅπερ οὐκ ἦν φύσεως ἀνθρωπίνης, τὸ ὕδωρ ἄστατον, καθά φησιν ὁ θεῖος Διονύσιος, ὑλικῶν καὶ γεηρῶν ποδῶν ἀνέχον βάρος, καὶ μὴ ὀφεῖκον, ἀλλ' ὑπερφυεῖ δυνάμει πρὸς τὸ ἀδιάχυτον συνιστάμενον. Ἀλλ' ὅμως τὰ ὑπὲρ φύσιν πρὸ τοῦ πάθους θέλων ἐπεδείκνυτο. Τί γὰρ θελήσαντι αὐτῷ καὶ οὐ πάρεστιν εἰς δύναμιν; Οὕτω γοῦν καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, καὶ ἔξω παχύτητος ὢν, τὰ ὡς ἐν παχύτητι ἡνίκα ἐβούλετο ἐπιδείκνυσθαι, καὶ ἐ[τε]θεᾶτο, καὶ ἐψηλαφᾶτο, καὶ συνηλίζετο· ἅπερ ἐστὶ περιγραφῆς ἐναργοῦς ἰδιώματα.

A XLVI. ORTH. Atenim quid est quod Dominus Thomæ ait? *Quia vidisti me, Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, et crediderunt* [41]. Ergo sicut viderunt apostoli et tradiderunt tum ante passionem tum post resurrectionem, sic etiam accepimus, sic etiam Christum circumscribimus. Non enim dixerunt nobis, quibus ipsi oculis viderant, a nobis cerni fas non esse; quandoquidem etiam ante passionem, cum in navigio mergi inciperent, repente affuit Dominus ambulans in mari: quod sane humanæ naturæ non erat, ut aqua instabilis, sicut divinus ait Dionysius, materialium terrestriumque pedum sustinens pondus, non cederet, sed supernaturali virtute sine effusione consisteret. Sed tamen etiam ante passionem opera quæ supra naturam B erant, cum voluit, ostendebat. Quid enim volenti ipsi non statim in promptu sit pro imperio et potestate? Sic itaque etiam pos' resurrectionem, tametsi extra crassitudinem erat, ea quæ antea tanquam si crassitudinem haberet, cum libuit, efficiebat, et cernebatur, et attrectabatur, et conversabatur, quæ manifestæ circumscriptionis sunt proprietates.

ΑΙΡ. Καὶ πῶς ἂν ἐκληφθείη ἡ ἀποστολικὴ ῥῆσις ἡ λέγουσα· *Εἰ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν;*

HÆR. Quo ergo sensu accipi queat Apostoli dictum: *Et si cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus* [42]?

ΜΖ'. ΟΡΘ. Πρῶτον μὲν παρ' αὐτοῦ τοῦ Ἀποστόλου μανθάνομεν συσσώμους ἡμᾶς εἶναι Χριστοῦ καὶ συμμετόχους· καὶ οὐ δήπου διὰ τὸ τοιαύτης χάριτος ἠξιῶσθαι, ἀποβεβλήμεθα περιγραφῆ ὑποπίπτειν. Εἴπερ γὰρ κατὰ σὲ ἀπερίγραπτος εἰ Χριστὸς μετὰ τὴν ἀνάστασιν, δεῖ καὶ ἡμᾶς ὡς συσσώμους αὐτῷ, C ἀπεριγράπτους εἶναι. Ἐξ ἴσου δὲ τῷ ὁμοθέῳ καὶ τὸ σύσσωμον τεθεώρηται κατὰ συνάφειαν. Καὶ οὐδὲ ἐντεῦθεν ἕξει τὸ ἀπερίγραπτον εἶναι Χριστὸν, ὡς οὐδὲ ἡμῖν διὰ τὸ συσσώμους εἶναι αὐτῷ. Ἔπειτα ἄκουε τοῦ Θεολόγου Γρηγορίου λέγοντος· « Εἷς γὰρ Θεὸς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστός. Πρεσβεύει γὰρ ἔτι καὶ νῦν ὡς ἄνθρωπος ὑπὲρ τῆς ἐμῆς σωτηρίας· ὅτι μετὰ τοῦ σώματός ἐστιν οὗ προσέλαβεν, ὡς ἐμὲ ποιήσῃ Θεὸν τῇ δυνάμει τῆς ἐνανθρωπήσεως· κἂν μηκέτι κατὰ σάρκα γινώσκηται, τὰ σαρκικὰ λέγω πάθη, καὶ χωρὶς τῆς ἁμαρτίας ἡμέτερα. » Ὁρᾷς ὅτι μετὰ τοῦ σώματος ὃ προσέλαβε τὰ νῦν ἐστι; καὶ τὸ κατὰ σάρκα μὴ γινώσκεσθαι, τὰ σαρκικὰ ἔφη πάθη καὶ χωρὶς τῆς D ἁμαρτίας· ἀλλ' οὐ τὸ μὴ περιγεγράφθαι, ὡς σὺ ἐξείληφας; Αὐτὸς γὰρ λέγει, « Περιγραπτὸς σώματι, ἀπερίγραπτος πνεύματι, » οὐχ ὡρισμένῳ καιρῷ, ἀλλ' ἀπολύτως εἰς τὸ ἀεὶ φθεγξάμενος. Καὶ πάλιν ἑτέρωθι οὑτωσὶ λέγει· « Ποῦ δὲ καὶ τὸ ψηλαφηθῆναι αὐτὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, καὶ ὀφθήσεσθαί ποτε ὑπὸ τῶν ἐκκεντησάντων; Θεότης γὰρ καθ' ἑαυτὴν ἀόρατος. Ἀλλ' ἥξει μὲν μετὰ τοῦ σώματος, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος· τοιοῦτος δὲ οἷος ὤφθη τοῖς μαθηταῖς ἐν τῷ ὄρει, ἢ παρεδείχθη ὑπερνικώσης τὸ σαρκίον τῆς

XLVII. ORTH. Primum quidem ab Apostolo ipso discimus nos concorpores et comparticipes esse cum Christo; nec tamen propterea quod hac gratia digni habiti fuimus, idcirco circumscriptioni subjacere desiimus. Nam si tua sententia incircumscriptus post resurrectionem foret Christus, nos etiam, utpote concorpores ipsi, incircumscriptos esse oporteret. Perinde autem ut homotheum, sic et concorporeum, quod ad connexionem attinet, spectatur. Atque ut inde non sequitur, Christum incircumscriptum esse, sic neque nos ex eo quod concorpores ipsi sumus. Deinde audi Theologum Gregorium dicentem (18): « Unus enim Deus est, et unus mediator Dei et hominum, homo Jesus Christus. Nam is etiam nunc ut homo intercedit pro salute mea; quippe qui adhuc est illo cum corpore quod assumpsit; donec me Deum per virtutem incarnationis suæ faciat, etsi non amplius secundum carnem cognoscatur; secundum carnales, inquam, affectiones, et absque peccato nostras. » Vides cum corpore quod assumpsit etiam nunc esse, et non secundum carnem cognosci, secundum carnales dici affectiones, etiam absque peccato: non autem, ut asserebas, non circumscribi? Ipse enim est, qui dixit (19): « Circumscriptum corpore, incircumscriptum spiritu, » non ad tempus definitum, sed absolute in perpetuum loquens. Et alibi rursum sic ait: « Ubi etiam illud ponemus, quod ipse post resurrectionem contrectatus fuisse scribitur, aut ab iis a quibus confixus est, aliquando videbitur.

[41] Joan. xx, 29. [42] II Cor. v, 16.

(18) Orat. 11, De Filio, pag. 587 b.

(19) Epist. 1, ad Cledon., pag. 738 d.

Digitized by Google

Divinitas enim per se oculorum obtutum fugit. Verum corpore quidem mea sententia veniet; cæterum qualis a discipulis in monte conspectus, aut et quidem sic ostensa ante resurrectionem. »

HÆR. Quid quod sanctorum Patrum novas proferam auctoritates; et quomodo eas dissolves, cum imaginem Domini, aut Deiparæ, aut cujusquam sanctorum omnino interdicant?

XLVIII. ORTH. Non sanctorum sententias, sed ascriptitiorum, et hæreticorum; alioqui cum veritate et cum divinis Litteris consentirent.

HÆR. Epiphanius ex illorum est numero, inter sanctos eminens, et fama celebris.

ORTH. Epiphanium novimus et sanctum, et patrandis miraculis maximum : cujus templum post ejus obitum excitavit Sabinus domesticus ejus discipulus, universæque evangelicæ historiæ picturis decoravit; quod utique non fecisset, nisi ejusdem cum magistro suo sententiæ fuisset. Sed et Leontius divinus Epiphanii sermonum interpres, in eadem ipsa Cypro Ecclesiæ Neapolis antistes, quam inconcussus circa venerandas imagines fuerit, clarissime in oratione de illo scripta docet, nihil absonum referens de divino Epiphanio. Quare spurium est, et non divini Epiphanii scriptum quod contra imagines circumfertur. Verum audi et hoc loco magnum Basilium : « Ego vero, inquit, non modo si epistolam quispiam hominum accipiens, in ea glorietur, propterea retrocedam : sed neque si ab ipsis cœlis veniat, et sanum fidei sermonem non sequatur, sanctorum participem illum existimare possum. » Chrysostomum quoque dicentem, personarum dignitatem a Paulo non respici, quando de veritate sermo est. Vel ipsum potius Paulum audiamus quodam loco sic clamantem : *Sed licet nos, aut angelus de cœlo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.* Et iterum : *Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit* [43]. Quod autem ab apostolis ipsis nunc usque per manus traditum imaginis Domini nostri Jesu Christi, et Deiparæ, et cujusque sanctorum erigendæ morem acceperimus, tolle circumquaque oculos, et orbem terrarum aspice, ac per sacras ædes, et divina in illis donaria, has repræsentatas, et quibus in locis spectantur, necessario adoratas. Quarum erectioni adorationique stabiliendæ, si dogmaticus sermo, divinorumque Patrum voces deessent, ipsa tamen antiqua vigens traditio ad veritatem confirmandam sufficeret. Atque his contradicere quis possit? hoc ipso procul a Deo, Christique grege dilabens, ut paria sentiens cum Manichæis et Valentinis, qui in ea hæresi fuerunt, ut Deum specie tenus ac phantasia cum hominibus conversatum fuisse nugarentur.

[43] Gal. I, 8, 9.

θεότητος· καίπερ οὕτω δειχθείσης πρὸ τῆς ἀναστάσεως. »

ΑΙΡ. Τί δὴ ἄρα ὅτι ἁγίων Πατέρων καινὰς προβάλλομαι χρήσεις; καὶ πῶς ἂν αὐτὰς διαλύσειας ἀπαγορευούσας ὅλως ἀναστηλοῦσθαι εἰκόνα τοῦ Κυρίου, φημὶ, καὶ τῆς Θεοτόκου, ἢ οὕτινος οὖν τῶν ἁγίων;

ΜΗ'. ΟΡΘ. Οὐχ ἁγίων αἱ χρήσεις, ἀλλὰ παρεγγράπτων καὶ αἱρετικῶν· ἢ γὰρ ἂν συνεφώνουν τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τοῖς θεοφόροις Πατράσιν.

ΑΙΡ. Ἐπιφάνιός ἐστιν ἐν αὐτοῖς, ὁ προὔχων τῶν ἁγίων καὶ περιβόητος.

ΟΡΘ. Ἐπιφάνιον ἴσμεν καὶ ἅγιον καὶ μέγιστον ἐν θαυματουργίαις, οὗ νεὼν ἤγειρε μετὰ πότμον Σαβῖνος ὁ εἰκεῖνος αὐτοῦ μαθητὴς, διαγεγραμμένον ἐκ πάσης εὐαγγελικῆς ἱστορίας· καὶ οὐκ ἂν τοῦτο ἐπεποιήκει, εἰ μὴ ὁμογνώμων ἦν τῷ οἰκείῳ διδασκάλῳ. Ἀλλὰ γὰρ καὶ Λεόντιος ὁ τῶν λόγων τοῦ θείου Ἐπιφανίου ἐξηγητὴς, ἐν αὐτῇ τῇ Κύπρῳ, τῆς Ἐκκλησίας Νεαπόλεως ἀρχιερατεύσας, περὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων ὅσιος ἦν ἀκράδαντος, ὁ περὶ αὐτὸν λόγος διδάσκει τρανώτατα, μηδὲν περὶ τοῦ θείου Ἐπιφανίου ἀπηχὲς φθεγξάμενος. Ὥστε νόθον καὶ οὗτι που τοῦ θείου Ἐπιφανίου, τὸ κατὰ τῶν εἰκόνων σύγγραμμα. Ὅμως ἄκουε ἐνταῦθα Βασιλείου τοῦ μεγάλου λέγοντος· « Ἐγὼ δὲ οὐχ ὅπως εἰ ἐπιστολήν τις ἀνθρώπων δεξάμενος, ἐπ' αὐτῇ μέγα φρονεῖ τούτου ἕνεκεν ὑποσταλῆναί ποτε καταδέξομαι. Ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐξ αὐτῶν ἥκῃ τῶν οὐρανῶν, μὴ στοιχῇ δὲ τῷ ὑγιαίνοντι λόγῳ τῆς πίστεως, δύναμαι αὐτὸν κοινωνὸν ἡγήσασθαι τῶν ἁγίων. » Καὶ πάλιν τοῦ Χρυσοστόμου λέγοντος, ὅτι ἀξίωμα προσώπων οὐ προσίεται ὁ θεῖος Παῦλος, ὅταν περὶ ἀληθείας ὁ λόγος εἴη. Μᾶλλον δὲ αὐτοῦ Παύλου ἀκουσώμεθα ὧδέ που κεκραγότος· *Ἀλλὰ κἂν ἡμεῖς, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω.* Καὶ πάλιν· *Εἴ τις εὐαγγελίζεται ὑμᾶς παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.* Ὅτι δὲ παρελάβομεν ἐξ αὐτῶν τῶν ἀποστόλων μέχρι τοῦ δεῦρο, ἀναστηλοῦν τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς τε Θεοτόκου, ἢ οὑτινοσοῦν τῶν ἁγίων, ἄρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε τὴν ὑπ' οὐρανὸν διά τε τῶν ἱερῶν οἴκων καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς θείων ἀναθημάτων, ταύτας ἀνιστορημένας καὶ προσκυνουμένας ἀναγκαίως δι' ὧν ἱστόρηται τόπων. Ὧν εἰ μὴ καὶ λόγος δογματικὸς καὶ θεοφόρων Πατέρων φωναὶ πρὸς σύστασιν τῆς τε ἀναστηλώσεως καὶ προσκυνήσεως, ἀρκετὸν εἰς βεβαίωσιν ἀληθείας ἡ διακρατοῦσα ἀρχαία παράδοσις. Καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανὸς ἀντιφέρεσθαι; καὶ διὰ τοῦτο πόρρω Θεοῦ καὶ τῆς αὐλῆς Χριστοῦ διαπίπτων, ὡς ἴσα Μανιχαίων φρονῶν καὶ Οὐαλεντίνων, τῶν ἐν δοκήσει καὶ φαντασίᾳ ἐπιδεδημηκέναι Θεὸν τοῖς ἐν γῇ αἱρετικῶς φληναφησάντων.

Digitized by Google

ΑΝΤΙΡΡΗΤΙΚΟΣ Γ.

ANTIRRHETICUS III.

Δαυὶδ μὲν ὁ ᾄσματογράφος μιᾷ βολίδι λίθου σφενδονήσας πατάξαι Γολιὰθ τὸν ἀλλόφυλον ᾄδεται. Ἐγὼ δὲ ὁ ἀπειροπόλεμος πρὸς τοῖς δυσὶ τρίτην ταύτην βολίδα τοῦ λόγου βαλὼν, ὀλέσαι τὸν ἀλλόφυλον νοῦν τῶν Εἰκονομάχων εὔχομαι· κἂν ὑπὲρ δύναμιν εἴη μοι τὸ ἐγχείρημα. Συλλογισμοῖς δέ τισι χρήσομαι πρὸς τὴν τοῦ λόγου ὑπόθεσιν, οὐκ ἔχουσι μὲν ἔντεχνον τὴν πλοκὴν κατὰ τὴν Ἀριστοτελικὴν τεχνολογίαν, εἴτ' οὖν φλυαρίαν· ἁπλοϊκωτέρῳ δὲ φθέγματι, τῷ κράτει τῆς ἀληθείας ἐρηρεισμένοις. Καὶ τάχα οὐκ ἀχερδὲς εἴη τουτὶ τὸ πόνημα τοῖς ἐντευξομένοις· εἰ μὲν σοφοῖς, ἀφορμὴν ἐμποιοῦν σοφωτέρας θεωρίας· εἰ δὲ ἀμαθέσι, στοιχείωσίν τινα εἰς βοήθειαν τοῦ ὀρθοῦ λόγου, κάμνοντος ἄρτι μάλα ἐκ τῆς ἐπιλυττώσης εἰκονομαχικῆς αἱρέσεως. Ἐπειδὴ δὲ τὸ εὐκρινὲς φίλον τῷ ἀναγινώσκοντι, ἐν τέσσαρσι κεφαλαίοις διαστήσομαι τὸν λόγον. Ἑκάστῳ κεφαλαίῳ τὰ πρὸς τὸν αὐτὸν συντείνοντα σκοπὸν ὑποτάξας θεωρήματα.

A David quidem ille Psalmorum scriptor, uno lapidis jactu e funda misso, allophylum Goliath percussisse dicitur. Ego vero rei bellicæ imperitus ac rudis, ad duos priores tertium hunc orationis ictum infligens, alienigenam Iconomachorum animi sensum, quanquam vires meas conatus ille superat, funditus eversurum me profiteor. Utar autem ad rem propositam quibusdam syllogismis, non illis quidem ex Aristotelicis formulis, sive nugis, artificioso textu convolutis, sed in simpliciore orationis genere veritatis robore subnixis. Neque inutile fortasse legentibus futurum est istud opus; quod et doctis occasionem præbebit magis eruditæ commentationis, et imperitis rudimenta quædam ad subsidium rectæ sententiæ, ob Iconomachicæ hæresis rabiem nunc maxime laborantis. Et quoniam lectorem valde delectat distincta et clara partitio, in quatuor capita orationem distribuam; singulis capitibus, quæ ad eumdem scopum tendunt, argumenta subjiciens.

B

α'. Περὶ τῆς ἐν σώματι εἰκονογραφίας τοῦ Χριστοῦ.

1. De delineatione imaginis Christi in corpore.

β'. Ὅτι περιγραφόμενος ὁ Χριστὸς ἔχει τεχνητὴν εἰκόνα, ἐφ' ᾗ θεωρεῖται, ὡς καὶ αὐτὴ ἐν Χριστῷ.

2. Quod circumscriptus Christus artificialem habeat imaginem, in qua spectatur, sicut et illa in Christo.

γ'. Ὅτι μία καὶ ἀμέριστος ἡ ἐπ' ἀμφοῖν προσκύνησις, Χριστοῦ τε καὶ τῆς αὐτοῦ εἰκόνος.

3. Quod una utriusque et indivisa sit adoratio, Christi scilicet, et ejus imaginis.

δ'. Ὅτι πρωτότυπον ὢν τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος ὁ Χριστὸς, μίαν ἔχει τὴν πρὸς αὐτὴν ἐμφέρειαν, ὥσπερ καὶ τὴν προσκύνησιν.

4. Quod imaginis suæ prototypum cum sit Christus, unam habeat relationem ad illam, quemadmodum et adorationem

C

ΚΕΦΑΛ. Α'.

CAPUT I.

Περὶ τῆς ἐν σώματι εἰκονογραφίας τοῦ Χριστοῦ.

De delineatione imaginis Christi in corpore.

Αἱ κοιναὶ ἔννοιαι πᾶσιν ἐξ ἴσου ὡμολόγηνται· οἷον φέρε εἰπεῖν· Ἡλίου ὑπὲρ γῆν ὄντος, ἡμέρα ἐστὶ, νὺξ οὐκ ἔστι. Καὶ πάλιν· εἴ τι ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, ἄνθρωπος. Καὶ πάλιν· πᾶν σῶμα τριχῇ διαστατὸν, ἔχον ἀντιτυπίαν, χροιᾷ τε καὶ ἁφῇ ὑποπίπτον, περιγραπτόν. Τί οὖν ὑμῖν δοκεῖ, ὦ βέλτιστοι; τοιοῦτόν ἐστι ὅπερ εἵληφεν ὁ τοῦ Πατρὸς Λόγος ἀνθρωπισθεὶς σῶμα; Εἰ μὲν καταινέσαιεν, καὶ συμφήσαιεν πάντως περιγραπτὸν αὐτὸ εἶναι· εἰ δὲ ἀνανεύσαιεν, οὐδὲν διαφέρει τοῦ λέγειν, ἡλίου ὑπὲρ γῆν ὄντος, μὴ ἡμέραν εἶναι, ἀλλὰ νύκτα· καὶ εἴ τι ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, μὴ ἄνθρωπον εἶναι. Τὸ δὲ οὕτω φρονεῖν καὶ λέγειν, μεμηνότων ἐστί. Μεμηνόσι δὲ διαλέγεσθαι, ἀνοήτων. Οὐκοῦν οὐδεὶς ἡμῖν πρὸς αὐτοὺς λόγος ἐθελουσίως κωφεύοντας· ἀλλ' οἷς ἐστιν ὦτα τοῦ ἀκούειν.

1. Communes notiones ex æquo sunt omnibus in confesso: ut, verbi gratia, sole super terram exstante, dies est, nox non est. Et rursum: si quod animal est rationis compos, mortale, mentis et scientiæ capax, homo est. Item: omne corpus quod triplici dimensione constat, quod soliditatem habet, quod sub colorem et tactum cadit, circumscriptum est. Vobis ergo, viri optimi, quid videtur? An tale est quod Patris Verbum homo factum corpus assumpsit? Si annuant, etiam et circumscriptum illud esse fatebuntur. Sin vero negabunt, perinde erit ac si dicerent, sole super terram exstante, non diem esse, sed noctem, etc., si quod animal sit rationis compos, mortale, mentis et scientiæ capax, hominem non esse. Hoc autem modo sentire ac loqui, furiosorum est; cum furiosis autem disserere, amentium. Quocirca nullus nobis cum illis sermo est, qui sua sponte surdi sunt, sed cum iis qui aures habent ut audiant.

D

Digitized by Google

Aliud.

II. Visus auditu prior est, et situ loci, et sensus apprehensione. Prius enim quidpiam aliquis videt; tum auditui, quod visum est, transmittit. Vidit, exempli gratia, Dominum Isaias sedentem super solium gloriæ [45], et sex alarum Seraphines illum cingentes, ac laudibus celebrantes. Videt item Ezechiel currum Dei [46], Cherubinos. Sed et divini discipuli, cum Dominum ante vidissent, sermonem postea litteris consignarunt. Si igitur hæc ita se habent, et quoquoversus gradum referas, invenies scriptionem omnem ad inspectionem revocari, in eaque desinere; necesse est profecto, ut si tollitur Christi inspectio, omnis de illo scriptio prius tollatur; hac vero exarata, prius illa itidem exaretur.

Aliud.

III. Si incircumscriptum esse, ad Dei essentiam pertinet; circumscriptum autem ad hominis essentiam; et Christus ex utraque constat; ex duplici utique proprietate, sicut ex duplici natura cognosci debet. Et quomodo impium non sit, incircumscriptum illum corpore, sicut spiritu, dicere, cum sublata circumscriptione, humana etiam ejus natura evertatur?

Aliud.

IV. Quorum eædem non sunt proprietates, horum etiam diversæ sunt essentiæ. Divinitatis autem proprietas est, incircumscriptum esse, incorporeum, a figura alienum. Humanitatis vero circumscriptum esse, tactui obnoxium, triplici dimensione præditum. Ergo si Christus ex utraque constat, omnino et incircumscriptus est, et circumscriptus. Sin horum alterum tantum, unius itidem, cujus est.

Aliud.

V. Si per incircumscriptionem exterminatur circumscriptio, quasi alterutrum in Christo esse non possit, necesse omnino est, ut per id quod sub tactum non cadit, tactui obnoxium profligetur; eodemque modo in cæteris quotquot utrique ejus naturæ inter se pugnantia insunt. Quod si hoc impium est, impium etiam erit negare illum juxta corporis assumpti rationem circumscriptum fuisse.

Aliud.

VI. Si Christus circumscriptus non est, nec passibilis erit: par enim est impassibilitatis ratio et incircumscriptionis. Atqui passibilis est, ut divina Scriptura testatur, ergo et circumscriptus.

Aliud.

Quod illud, Dominus condidit me initium viarum suarum in opera sua [47]: *et*, Ante omnes colles generat me [47]; *duas Christi naturas demonstrat, incircumscriptam scilicet, et circumscriptam.*

Si illud, *Dominus condidit me initium viarum suarum in opera sua*, humanitatis est; hoc vero, *Ante omnes colles generat me*, divinitatis; necesse

[45] Isai. VI, 1. [46] Ezech. I, X. [47] Prov. VIII, 22. [47] ibid. 25.

Ἄλλο.

Ὄψις ἀκοῆς προτέρα καὶ τῇ θέσει τοῦ τόπου, καὶ τῇ αἰσθητικῇ ἀντιλήψει. Πρότερον γάρ τις ἰδών τι, ἀκοῇ τὸ ὁραθὲν διεπόρθμευσεν. Οἷον φέρε εἰπεῖν, εἶδεν Ἡσαΐας τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου δόξης, καὶ τοῦτον ὑπὸ τῶν ἑξαπτερύγων Σεραφὶμ κυκλούμενον καὶ αἰνούμενον. Καὶ πάλιν Ἰεζεκιὴλ τὸ ὄχημα τοῦ Θεοῦ, τὰ Χερουβὶμ ἀτενίζει. Ἀλλὰ γὰρ καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, πρότερον ἰδόντες τὸν Κύριον, δευτερεύοντα τὸν λόγον διεχάραξαν. Εἰ τοίνυν ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, καί, ὅσον ἂν ἀναποδίσῃς, εὕροις τὴν λογογραφίαν εἰς ἱστορίαν καταλήγουσαν, ἀνάγκη πᾶσα ἀναιρουμένης τῆς ἱστορίας Χριστοῦ, προαναιρεῖσθαι τὴν λογογραφίαν αὐτοῦ. Καὶ χαραττομένης τῆς δευτέρας προχαράττεσθαι τὴν προτέραν.

Ἄλλο.

Εἰ τὸ ἀπερίγραπτον οὐσίας ἐστὶ Θεοῦ, τὸ δὲ περιγραπτὸν οὐσίας ἀνθρώπου, ἐξ ἀμφοῖν δὲ ὁ Χριστός· ἐκ δυοῖν ἄρα ἰδιωμάτων, ὥσπερ φύσεών ἐστι γνωριζόμενος. Καὶ πῶς οὐ βλάσφημον ἀπερίγραπτον αὐτὸν λέγειν σώματι ὥσπερ πνεύματι, διὰ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ περιγραπτοῦ συναναιρουμένης τῆς ἀνθρωπίνης αὐτοῦ φύσεως;

Ἄλλο.

Ὧν οὐχ αἱ αὐταὶ ἰδιότητες, τούτων καὶ αἱ οὐσίαι διάφοροι. Ἰδίωμα δὲ θεότητος, τὸ ἀπερίγραπτον, τὸ ἀσώματον, τὸ ἀσχημάτιστον. Ἀνθρωπότητος δὲ, τὸ περιγραπτὸν, τὸ ψηλαφητὸν, τὸ τριχῇ διαστατόν. Εἰ οὖν ὁ Χριστὸς ἐξ ἀμφοῖν, πάντως ἀπερίγραπτός τε καὶ περιγραπτός. Εἰ δὲ θάτερον μόνον, μιᾶς ἄρα ἐστὶν οὐσίας ἧς ἔχει τὸ ἰδίωμα, ὅπερ ἀσεβές.

proprietatem gerit, essentiæ erit; quod impium

Ἄλλο.

Εἰ διὰ τὸ ἀπερίγραπτον τὸ περιγραπτὸν ἀφανίζεται, ὡς μὴ ἐγχωροῦντος θατέρου ἐν Χριστῷ εἶναι· ἀνάγκη πᾶσα καὶ διὰ τὸ ἀψηλάφητον τὸ ψηλαφητὸν ἐξαφανίζεσθαι· καὶ ὅσα ἄλλα ἀντιδιαστελλόμενα ταῖς ἑκατέραις αὐτοῦ φύσεσιν ἔνεστιν. Εἰ δὲ τοῦτο ἀσεβές, ἀσεβὲς ἂν εἴη καὶ τὸ μὴ περιγεγράφθαι αὐτὸν λέγειν κατὰ τὴν ἐνσωμάτωσιν.

Ἄλλο.

Εἰ οὐ περιγραπτὸς ὁ Χριστὸς, οὐδὲ παθητός· ἐξ ἴσου γὰρ τῷ ἀπεριγράπτῳ τὸ ἀπαθές. Ἀλλὰ μὴν παθητὸς, καθά φησι τὰ λόγια· οὐκοῦν καὶ περιγραπτός.

Ἄλλο.

Ὅτι τὸ, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. Πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με, *τῶν δύο φύσεων Χριστοῦ ἐστι δηλωτικόν*, τῆς τε ἀπεριγράπτου καὶ περιγεγραμμένης.

Εἰ τὸ, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*, τῆς ἀνθρωπότητος, τὸ δὲ, *Πρὸ πάντων βουνῶν γεννᾷ με*, τῆς θεότητος· ἀνάγκη τὸν ταῦτα

Digitized by Google

λέγοντα, ὡς μὲν κτιστὸν περιγραφῇ ὑποπίπτειν· ὡς δὲ ἄκτιστον, ἀπερίγραπτον εἶναι. Εἰ δὲ διὰ τὸ θατέρῳ περιγεγράφθαι καὶ θάτερον συμπεριγράφοιτο, ἤτοι τῷ κτιστῷ τὸ ἄκτιστον, πᾶσα ἀνάγκη τὸ μὲν ἐξ ἀπεριγράπτου εἰς περιγραπτὸν μεταφοιτῆσαι· τὸ δὲ ἐκ περιγραπτοῦ εἰς ἀπερίγραπτον· ἀντιδιδούσης θατέρας φύσεως θατέρᾳ τὸ οἰκεῖον, καὶ ἀπολλυούσης τὸ προσὸν αὐτῇ φυσικὸν καὶ ἀκοινώνητον ἰδίωμα· καὶ οὐδεμιᾶς λοιπὸν οὔσης ἐν αὐτῷ ἀληθῶς, διὰ τῆς κενῆς ἀντιστροφῆς· ὅπερ ἄτοπον.

A est qui hæc dicat, ut conditum quidem, circumscriptioni subjacere; ut inconditum autem, incircumscriptum esse. Si autem eo quod altero circumscribatur, alterum simul circumscribatur, hoc est, increatum cum creato, necesse est prorsus ut et illud ex incircumscripto migret in circumscriptum; et hoc ex circumscripto in incircumscriptum; utraque natura quod sibi proprium est, communicante alteri, et amittente insitam sibi naturalem atque incommunicabilem proprietatem; ita ut nulla de cætero propter inanem vicissitudinem, reipsa in illo maneat; quod absurdum est.

Ἄλλο, διὰ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς.

Εἰ τό· *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ*, οὐ τὸν λόγον εἰς σάρκα μεταπεποιῆσθαι φρονοῦμεν, διὰ τὴν τῆς θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος ἐνυπάρξασαν σύνοδον· ἀλλὰ μένοντα ἐν τῇ οἰκείᾳ περιωπῇ τῆς θεότητος γεγενῆσθαι σάρκα· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ περιγράφεσθαι αὐτὸν λέγοντες, οὐ μεταβεβλῆσθαι αὐτὸν εἰς περιγραφήν, ᾗ Θεός ἐστι, πιστεύομεν· ἀλλ' ᾗ ἄνθρωπος γεγονὼς ὤπται καθ' ἡμᾶς. Εἰ δὲ ἐν τῷ περιγράφεσθαι μεταβέβληται τὸ ἀπερίγραπτον· καὶ ἐν τῷ σάρξ γενέσθαι, μεταβέβληται ἄρα ἡ φύσις τῆς θεότητος, ὅπερ ἄτοπον.

Aliud, per deductionem ad absurdum.

VIII. Si illud, *Dominus condidit me initium viarum suarum*, non sic intelligimus, quod Verbum B in carnem mutatum sit, propter divinitatis et humanitatis factam conjunctionem; sed quod in propria divinitatis excellentia remanens, caro factum sit; eodem modo cum circumscribi ipsum dicimus, non transiisse illum ad circumscriptionem, quatenus Deus est, credimus; sed quatenus homo factus similis nostri apparuit. Quod si eo quod circumscribitur, mutata est ratio incircumscripti, consequenter ex eo quod caro factus est, mutata etiam est natura divinitatis; quod absurdum est.

Ἄλλο.

Ἴσον ἐστὶ τὸ λέγειν, *ὑριος ἔκτισέ με*, τῷ εἰπεῖν, Κύριος περιέγραψέ με. Εἰ γὰρ ἐπειδὴ οὐ γέγραπται, Κύριος ἐποίησέ με, Κύριος ἐσωμάτωσέ με, οὐκ ἔστι λέγειν μὴ ταῦτα αὐτὸν γεγονέναι· οὕτως ἐπειδὴ γέγραπται, *Κύριος ἔκτισέ με*, ὅτι καὶ περιέγραψέ με, ἐξ ἴσου ἐστὶ νοεῖν τοῖς ὀρθὰ φρονεῖν ἐθέλουσι. Κτίσις γὰρ περιγραφῆς ἰδίωμα, καὶ τοῖς μικρόν τι συνιοῦσιν.

Aliud.

IX. Perinde est dicere: *Dominus condidit me*, ac dicere: Dominus circumscripsit me. Nam si propterea quod scriptum non est: Dominus fecit me, Dominus corpore induit me, negare nefas est ipsum C hæc omnia factum esse; sic quia scriptum est: *Dominus condidit me*, ex æquo licet intelligi ab iis qui recta sentire volunt, quod et: Circumscripsit me. Creatio enim, vel eorum judicio qui tantillum sapiunt, circumscriptionis proprietas est.

Ἄλλο.

Εἰ ἀπερίγραπτος ὁ Χριστὸς, ὡς φατε, οὐ μόνον κατὰ τὴν θεότητα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· θεότης ἄρα καὶ ἡ ἀνθρωπότης. Ὧν γὰρ τὰ αὐτὰ ἰδιώματα, τούτων μία καὶ ἡ φύσις. Ἀλλὰ μὴν ἐκ δύο φύσεων, οὐκοῦν καὶ ἐκ δυοῖν ἰδιωμάτων· ὡς ἂν μὴ τῇ ἀναιρέσει τοῦ περιγραπτοῦ, συναναιρεθείη καὶ ἡ φύσις τῆς ἀνθρωπότητος.

Aliud.

X. Si incircumscriptus est Christus, ut dicitis, non solum secundum divinitatem, verum etiam secundum humanitatem; divinitas utique est etiam humanitas. Quorum enim eædem sunt proprietates, horum una itidem est natura. Atque ex duplici natura constat: ergo et ex duplici proprietate: ne circumscripti ratione sublata, tollatur una et natura ipsa humanitatis.

Ἄλλο.

Εἰ πᾶσα εἰκὼν, μορφῆς ἢ σχήματος, ἢ εἴδους, καὶ χρώματός ἐστιν εἰκὼν, Χριστὸς δὲ ἐν τούτοις· ἐπεὶ κατὰ τὰ Λόγια καὶ *δούλου μορφὴν ἀνέλαβε, καὶ σχήματι εὑρέθη ὡς ἄνθρωπος*, καὶ εἶδος ἔσχεν ἄτιμον, εἶτα καὶ ἐκλεῖπον, ὅπερ ἐστὶ σώματος σημαντικόν· εἰκονίζεται ἄρα ἐν τῇ τοιᾷδε περιγραφῇ τῆς ὁμοιώσεως αὐτοῦ.

Aliud.

XI. Si omnis imago, formæ, aut figuræ aut speciei et coloris imago est; Christo autem hæc insunt: quandoquidem juxta Scripturam, et *servi formam accepit, et habitu inventus est ut homo*[68], et speciem habuit inhonoratam ac deficientem, quæ corpus denotant[69]; profecto imagine exprimitur in hujusmodi similitudinis suæ circumscriptione.

Ἄλλο.

Ὥσπερ τὸ ἀπερίγραπτον, τὸ ἀψηλάφητον, τὸ ἀσχημάτιστον, ὁμόστοιχα· οὕτω τὸ περιγραπτὸν, τὸ ψηλαφητὸν, τὸ σχηματιστὸν, καὶ ὅσα ἄλλα ἀντιδιαστελλόμενα ἐστὶ πρὸς ἄλληλα. Εἰ οὖν ὁ Χριστὸς

Aliud.

XII. Quemadmodum incircumscriptum, sub tactum non cadens, et figuræ expers, una commeant, cum sint ejusdem ordinis; sic et circumscriptum, tactui expositum, et figuræ capax, et quæcunque

[68] Philipp. II, 7. [69] Isa. LIII, 2.

Digitized by Google

alia prioribus illis opposita, sub eamdem rationem cadunt. Quare si Christus incircumscriptus est quatenus homo, consequitur ut ipsum et a tactu et a figura abhorrere dicamus, cum ejusdem ordinis sint utraque. Quod si hoc absurdum est, et alterum ab altero sejungi non potest, quemadmodum nec incircumscriptum ab eo, quod est tactus et figuræ expers; necesse est, ut qui tactui patet, idem etiam circumscribatur; ne ex incircumscripti ratione a tactu etiam alienum ipsum esse concedamus, quod impium est.

Aliud.

XIII. Species circumscriptionis sunt multæ: comprehensio, quantitas, qualitas, situs, loca, tempora, figuræ, corpora: quæ quidem de Deo negantur; nullum enim horum in Deum cadit. Christus autem homo factus, horum omnium quasi cancellis inclusus est. Qui enim incomprehensibilis erat, virginali utero conclusus est: qui immensus, trium cubitorum factus est; qui qualitatis expers, qualitate conformatus est; et qui extra situm, stat, et sedet, et recumbit; et qui ultra loci metas, in præsepi positus est; et qui tempore omni antiquior, duodennis fit ætatis progressu; et qui sine figura, in hominis figura conspectus est; et qui incorporeus, corpore assumpto, discipulis suis dixit: *Accipite, comedite, hoc est corpus meum* [50]. Circumscriptus ergo idem atque incircumscriptus: hoc divinitate, illud humanitate: abnuant licet perquam impii Iconomachi.

Aliud, per comparationem evangelicam.

XIV. *Si Deum nemo vidit unquam, quemadmodum unigenitus Filius Patris, qui ipse Deus est enarravit* [51]; quomodo ait cæco qui visum receperat: *Et vidisti eum, et qui loquitur tecum, ipse est* [52]? Visibilis igitur idem atque invisibilis; sed hoc quidem secundum incircumscriptam naturam; invisibile enim est, quod incircumscriptum: illud vero secundum circumscriptam humanitatem; visibile enim est quod circumscriptum: quod sane verum est.

Objectio tanquam ex parte Iconomachorum.

XV. Si carnem mirabiliter assumpsit Christus in propria hypostasi, eam autem non designatam, utpote non certum aliquem, sed hominem in universum denotantem: quomodo fieri potest, ut illa contrectetur, et variis coloribus depingatur? futilis sermo est, et falsa cogitatio.

Ejusdem solutio.

Si carnem mirabiliter assumpsit Christus in propria hypostasi, eam autem indesignatam, ut dicitis, utpote non certum aliquem, sed hominem in universum denotantem: quomodo in eo subsistit? Universalia enim in individuis exsistunt, veluti humanitas in Petro et Paulo, cæterisque speciei ejusdem. Quod si desinunt singularia, periit una homo universus. Quare et humanitas in Christo

A ἀπερίγραπτος ἐστὶ καθὸ ἄνθρωπος, ἀκόλουθον ἂν εἴη λέγειν αὐτὸν καὶ ἀψηλάφητον, καὶ ἀσχημάτιστον· τῆς γὰρ συστοιχίας ἀμφότερα. Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, καὶ οὐ συγχωρεῖται θάτερον θατέρου διασχίζεσθαι· ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἀπερίγραπτον τοῦ ἀψηλαφήτου καὶ ἀσχηματίστου· ἀνάγκη ψηλαφητὸν ὄντα καὶ περιγραπτὸν ὑπάρχειν· ἵνα μὴ διὰ τὸ ἀπερίγραπτον, καὶ ἀψηλάφητον αὐτὸν δοίημεν εἶναι, ὅπερ ἀσεβές.

Ἄλλο.

Εἴδη περιγραφῆς πολλά· ἡ κατάληψις· ἡ ποσότης· ἡ ποιότης· ἡ θέσις· οἱ τόποι· οἱ χρόνοι· τὰ σχήματα· τὰ σώματα· ἄτινα ἐπὶ Θεοῦ ἀποφάσκεται· ἐν οὐδενὶ
B γὰρ τούτων τὸ θεῖον. Χριστὸς δὲ ἐνανθρωπήσας εἴσω τούτων δείκνυται. Ὁ γὰρ ἀκατάληπτος, ἐν παρθενικῇ νηδύϊ συνελήφθη· καὶ ὁ ἄποσος, τριπηχυς ἐγένετο· καὶ ὁ ἄποιος, ποιότητι μεμόρφωται· καὶ ὁ ἔξω θέσεως, ἵσταται, καὶ κάθηται, καὶ ἀνακέκλιται· καὶ ὁ παρὰ τόπου, ἐν φάτνῃ τέθειται· καὶ ὁ ἀνώτερος χρόνου, δωδεκαετὴς κατὰ προκοπὴν ἡλικίας γίνεται· καὶ ὁ ἀσχημάτιστος, ἐν σχήματι ἀνθρώπου ὡράθη· καὶ ὁ ἀσώματος ἐν σώματι γεγονώς· *Λάβετε, φάγετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα*, τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἔφη. Περιγραπτὸς ἄρα ὁ αὐτὸς, καὶ ἀπερίγραπτος· τὸ μὲν τῇ θεότητι, τὸ δὲ τῇ ἀνθρωπότητι· κἂν οὐ βούλωνται οἱ ἀσεβέστατοι Εἰκονομάχοι.

C

Ἄλλο, κατὰ παράβλησιν εὐαγγελικήν.

Εἰ Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, καθὼς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Πατρὸς ἐξηγήσατο ὁ αὐτὸς Θεὸς ὤν· πῶς φησι τῷ ἀναβλέψαντι τυφλῷ· *Καὶ ἑώρακας αὐτὸν, καὶ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ, ἐκεῖνός ἐστιν*; Οὐκοῦν ὁρατὸς ὁ αὐτὸς καὶ ἀόρατος· ἀλλὰ τὸ μὲν κατὰ τὴν ἀπερίγραπτον φύσιν· ἀόρατον γὰρ τὸ ἀπερίγραπτον· τὸ δὲ κατὰ τὴν περιγεγραμμένην ἀνθρωπότητα· ὁρατὸν γὰρ τὸ περιγεγραμμένον· ὅπερ ἀληθές.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν Εἰκονομάχων.

Εἰ σάρκα παραδόξως ἀνέλαβεν ὁ Χριστὸς ἐν τῇ οἰκείᾳ ὑποστάσει· ἀχαρακτήριστον δὲ ὡς τὸν τινὰ μὴ
D σημαίνουσαν, ἀλλὰ τὸν καθόλου ἄνθρωπον· πῶς ἄρα ἐφικτὸν ταύτην ψηλαφωμένην εὑρίσκεσθαι, καὶ χρώμασι διαφόροις καταγράφεσθαι; φαῦλος ὁ λόγος, καὶ ἡ ἐπίνοια ψευδής.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Εἰ σάρκα παραδόξως ἀνέλαβεν ὁ Χριστὸς ἐν τῇ οἰκείᾳ ὑποστάσει· ἀχαρακτήριστον δὲ, καθὼς φατε, ὡς τὸν τινὰ μὴ σημαίνουσαν, ἀλλὰ τὸν καθόλου ἄνθρωπον, πῶς ἐν αὐτῷ ὑπέστη; τὰ γὰρ καθόλου ἐν τοῖς ἀτόμοις τὴν ὕπαρξιν ἔχει· οἷον, ἡ ἀνθρωπότης ἐν Πέτρῳ καὶ Παύλῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ὁμοειδέσι. Μὴ ὄντων δὲ τῶν καθ' ἕκαστα, ἀνῄρηται ὁ καθόλου ἄνθρωπος. Οὐκοῦν ἐν Χριστῷ ἡ ἀνθρωπότης, εἴπερ

[50] I Cor. xi, 24. [51] Joan. i, 18. [52] Joan. ix, 37.

Digitized by Google

μὴ ὡς ἔν τινί ἐστιν ἐν αὐτῷ ὑφεστῶσα· καὶ λείπεται φαντασίᾳ αὐτὸν λέγειν σεσαρκῶσθαι· καθ' ἣν οὐδὲ ψηλαφᾶσθαι δύναιτ' ἄν, οὐδὲ χρώμασι διαφόροις περιγράφεσθαι. Ἀλλὰ Μανιχαίων τὸ φρόνημα.

non est, si in eo tanquam in aliquo non subsistit: restatque ut phantasia incarnatus dicatur: secundum quam nec contrectari sane posset, nec diversis coloribus circumscribi. Verum Manichæorum est hic sensus.

Ἄλλο.

Οἷς μὲν τὰ καθόλου ὁρᾶται, νοῦς καὶ διάνοια· οἷς δὲ τὰ καθ' ἕκαστα, ὀφθαλμοί, οἱ τὰ αἰσθητὰ βλέποντες. Εἰ οὖν τὴν καθόλου ἡμῶν φύσιν ὁ Χριστὸς ἀνείλαβε, μὴ ἐν ἀτόμῳ δὲ θεωρουμένην, νῷ μόνῳ ἐστὶ θεωρητὸς καὶ διανοίᾳ ψηλαφητός. Ἀλλὰ μήν φησι πρὸς τὸν Θωμᾶν, *Ὅτι ἑώρακάς με, πεπίστευκας· μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες.* Καὶ αὖθις· *Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου, καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου·* αἰσθητοῖς αἰσθητὰ παραβαλών. Αἰσθητὸς ἄρα ὁ Χριστὸς, ψηλαφητὸς, καὶ σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρατὸς, καὶ διὰ τοῦτο περιγραπτός.

Aliud.

XVI. Quibus universalia cernuntur, mens est et cogitatio; quibus vero singularia, oculi, qui sub sensum cadentia vident. Si ergo universalem naturam nostram Christus assumpsit, et non in individuo spectatam, sola mente conspici, sola cogitatione attingi potest. Atqui Thomæ ait: *Quia vidisti me, credidisti: beati qui non viderunt, et crediderunt*[53]. Et iterum: *Infer digitum tuum hic, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum*[54]: sensilibus sensilia comparans. Sensilis ergo Christus, palpabilis, et corporeis oculis conspicuus, atque adeo circumscriptus.

Ἄλλο.

Ἄνθρωπον εἰπὼν, τὴν κοινὴν οὐσίαν δηλῶ. Προσθεὶς δὲ, *Τίς*, ὑπόστασιν, τὴν ἰδιοσύστατον τοῦ δηλουμένου ὕπαρξιν· καὶ ἵν' οὕτως εἴπω, περιγραφὴν ἐξ ἰδωμάτων τινῶν συγκειμένην, καθ' ἃς ἀλλήλων οἱ τῆς αὐτῆς κεκοινωνηκότες φύσεως διαφέρουσιν· οἷον Πέτρος καὶ Παῦλος. Ὁ οὖν Χριστὸς τοῖς Ἰουδαίοις εἰπών· *Νῦν ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι· εἰ ἄνθρωπον* ἦν μόνον εἰρηκὼς, εἶχεν ἂν τὸν καθόλου σημᾶναι. Προσθεὶς δὲ, *Ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα·* τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν ἤτοι πρόσωπον πεφανέρωκε. Τὸ γὰρ, *Ὅς*, ἄρθρον, ἰσοδυναμεῖ τῷ, *Τίς*, ὀνόματι. Οὐκοῦν εἰ καὶ τὴν καθόλου φύσιν ἀνέλαβεν, ἀλλὰ μὴν τὴν ἐν ἀτόμῳ θεωρουμένην· ἐφ' ᾧ καὶ τὸ περιγράφεσθαι πέφυκε.

Aliud.

XVII. Hominem cum dico, communem substantiam significo. Cum vero addo, *aliquis*, per se consistentem rei significatæ exsistentiam, denoto, atque, ut ita dicam, circumscriptionem ex proprietatibus quibusdam compositam, per quas inter se differunt qui eamdem naturam participant; ut Petrus et Paulus. Christus ergo cum Judæis dixit: *Nunc quæritis me interficere*[55], si *hominem* tantummodo dixisset, universalem significare potuisset: cum vero adjecit: *Qui veritatem vobis locutus sum*[56], propriam subsistentiam sive personam declaravit: articulus enim *qui* æquivalet nomini *aliquis*. Quare etsi naturam universalem assumpsit, attamen in individuo spectatam; in quo habet ut circumscribi possit.

Ἄλλο.

Ὁ καθόλου ἄνθρωπος, προσηγορικὸν ὄνομα· ὁ δὲ τίς, φέρε εἰπεῖν, Πέτρος καὶ Παῦλος, τὸ κύριον· ἔχων, μετὰ τοῦ κυρίου, καὶ τῷ καθόλου ὀνόματι προσαγορεύεσθαι. Καὶ γὰρ ὁ Παῦλος, καὶ ἄνθρωπος κέκληται· ἀλλὰ καθὸ μὲν κοινωνεῖ τοῖς ὁμοειδέστιν ἀτόμοις, ἄνθρωπος· καθὸ δὲ διαφέρει τῇ ὑποστάσει, Παῦλος. Εἰ οὖν ὁ Χριστὸς ἐνανθρωπισθεὶς, μόνον Θεὸς καὶ ἄνθρωπος λέγοιτο παρὰ τῇ Γραφῇ, μόνην ἄρα τὴν καθόλου φύσιν ἡμῶν ἀνείληφεν· ἤτις μὴ ἐν ἀτόμῳ θεωρουμένη, οὐδὲ ὑφίστασθαι προαποδέδεικται. Ἀλλὰ μὴν ὁ Γαβριὴλ πρὸς τὴν Παρθένον· *Ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξεις Υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν.* Οὐκ ἄρα μόνῳ τῷ προσηγορικῷ, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῷ Κυρίῳ ὀνόματι κέκληται ὁ Χριστός· τὸ χωρίζον αὐτὸν τοῖς ὑποστατικοῖς ἰδιώμασιν ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων· καὶ διὰ τοῦτο περιγραπτός.

Aliud.

XVIII. Homo universalis, appellativum nomen est, aliquis vero, verbi gratia, Petrus et Paulus, proprium: cui competit, una cum proprio, et appellativo illo seu universali nomine compellari. Paulus enim, homo etiam vocatur; sed quatenus cum cæteris ejusdem speciei communicat, homo: quatenus vero hypostasi differt, Paulus. Si ergo Christus homo factus, Deus tantum et homo in Scriptura diceretur, solam utique universalem naturam nostram assumpsisset: quam, si in individuo non spectetur, ne subsistere quidem demonstratum est. At vero Gabriel Virginem alloquens: *Ecce*, inquit, *concipies in utero, et paries Filium, et vocabis nomen ejus Jesum*[57]. Non igitur solo appellativo, sed proprio etiam nomine vocatus est Christus: quod ipsum a reliquis hominibus per hypostaticas proprietates distinguit; ac proinde circumscriptus est.

Ἄλλο.

Εἰ οὐ τὸν τινὰ σημαίνων ἐστὶν ὁ Χριστὸς, καθὼς φατὲ, ἀλλὰ τὸν καθόλου ἄνθρωπον, πῶς φησὶ πρὸς

Aliud.

XIX. Si Christus non aliquem denotat, ut dicitis, sed hominem in universum; quo pacto discipulis

[53] Joan. xx, 29. [54] ibid. 27. [55] Joan. viii, 40. [56] ibid. [57] Luc. i, 32.

Digitized by Google

suis ait: *Quem dicunt homines esse Filium hominis?* Ergo unus est secundum nos, licet Deus idem unus de Trinitate; quemadmodum illic a Patre ac Spiritu filiali proprietate discretus; ita hic a reliquis hominibus per hypostaticas proprietates distinctus: atque ideo circumscriptus.

A τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς· *Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου;* Οὐκοῦν εἷς ἐστι καθ' ἡμᾶς, εἰ καὶ Θεὸς ὁ εἷς τῆς Τριάδος· ὡς ἐκεῖ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος, τῷ υἱικῷ ἰδιώματι διακεκριμένος· οὕτως αὐτὸς ἐνταῦθα ἀπὸ πάντων τῶν ἀνθρώπων τοῖς ὑποστατικοῖς ἰδιώμασιν ἀφοριζόμενος· καὶ διὰ τοῦτο περιγραφόμενος.

Aliud.

XX. Si Christus non aliquem denotat, ut dicitis, sed hominem universalem; quo pacto Judæis ait, *Quem quæritis? Responderunt ei: Jesum Nazarenum. Dicit eis: Ego sum.* Ergo aliquis est Christus, ut qui proprio nomine Jesus Nazaræus appellatus est. Quod si aliquis, etiam circumscriptus, hypostaticis proprietatibus designatus.

Ἄλλο.

Εἰ οὐ τὸν τινὰ σημαίνων ἐστὶν ὁ Χριστὸς, καθὼς φατὲ, ἀλλὰ τὸν καθόλου ἄνθρωπον· πῶς φησὶ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, *Τίνα ζητεῖτε;* *Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ, Ἰησοῦν τὸν Ναζαραῖον. Λέγει αὐτοῖς· Ἐγώ εἰμι.* Οὐκοῦν, τίς, ὁ Χριστὸς, ὡς καὶ Κυρίῳ ὀνόματι, Ἰησοῦς ὁ Ναζαραῖος κεκλημένος. Εἰ δέ τις, καὶ περιγραπτὸς, τοῖς ὑποστατικοῖς ἰδιώμασι κεB χαρακτηρισμένος.

Aliud.

XXI. Qui ejusdem sunt speciei, unum quidem sunt secundum essentiam; hypostatice autem invicem sunt discreti; sunt hic, et ille. Quod si Christus non aliquem denotaret, sed universalem, ut dicitis; profecto ab alia persona non distingueretur. Quomodo igitur ait Petro: *Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, et mitte hamum, et eum piscem, qui primus ascenderit, tolle; et aperto ore ejus, invenies staterem: illum sumens, da eis pro me et te.* Distinctus itaque a Petro, et didrachma ex æquo solvens, ex æquo etiam circumscribetur; ut qui aliquem denotat, quamvis communem naturam assumpserit.

Ἄλλο.

Τὰ ὁμοειδῆ ἓν μέν ἐστι κατ' οὐσίαν· ὑποστατικῶς δὲ διακεκριμένα πρὸς ἄλληλα· ὁ δεῖνά ἐστι, καὶ ὁ δεῖνα. Εἰ οὖν ὁ Χριστὸς οὐ τὸν τινὰ ἐστὶ σημαίνων, ἀλλὰ τὸν καθόλου, ὡς φατὲ, οὐκ ἂν εἴη διαστελλόμενος πρὸς ἕτερον πρόσωπον. Καὶ πῶς φησὶ πρὸς Πέτρον· *Ἄρα γε ἐλεύθεροι εἰσὶν οἱ υἱοί. Ἵνα δὲ μὴ σκανδαλίζωμεν αὐτούς, πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν, βάλε ἄγκιστρον· καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον· καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ εὑρήσεις στατῆρα· ἐκεῖνον λαβὼν, δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ.* Οὐκοῦν διακεκριμένον πρὸς Πέτρον, καὶ ἐξ ἴσου τελῶν τὸ δίδραχμον, ἐξ ἴσου ἂν καὶ περιγράφοιτο, ὡς τὸν τινὰ σημαίνων, κἂν τὴν καθC όλου οὐσίαν ἀνείληφεν.

Objectio ex persona Iconomachorum.

XXII. Si verbum in propria hypostasi humanam naturam assumpsit: cum invisibilis illa sit et figuræ expers, si per picturæ circumscriptionem figuretur, altera persona inducetur in Christi hypostasim. Hoc vero absurdum est, et Nestorii hæresi favens, personarum binarium in Christo prædicare.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν Εἰκονομάχων.

Εἰ ἐν τῇ οἰκείᾳ ὑποστάσει, ἀνείληφε τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ὁ Λόγος· ἐπειδὴ αὕτη ἀόρατος καὶ ἀσχημάτιστος, εἰ σχηματισθείη διὰ περιγραφῆς, ἕτερον πρόσωπον εἰσκριθήσεται τῇ Χριστοῦ ὑποστάσει· τοῦτο δέ ἐστιν ἄτοπον· καὶ τῆς Νεστορίου αἱρέσεως σύμμαχον, δυάδα πρόσωπων ἐν Χριστῷ πρεσβεύειν.

Solutio ejusdem.

Si carnem a Verbo assumptam, hypostasim propriam habere diceremus, veri similitudinem haberet oratio. Quia vero juxta ecclesiasticam sententiam, Verbi hypostasim communem utriusque naturæ hypostasim esse confitemur, quæ naturam humanam in seipsa sustentat, cum proprietatibus, quæ illam a cæteris ejusdem speciei distinguunt; merito eamdem Verbi hypostasim incircumscriptam quidem secundum divinitatis naturam dixerimus; circumscriptam autem secundum essentiam nostram; quæ non in consistente per se et per se circumscripta persona extra Verbi hypostasim, sed in ipsa exsistentiam, ne subsistentia carens natura foret, sortita est; et in ea tanquam in individuo spectatur et circumscribitur.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Εἰ τὴν προσληφθεῖσαν σάρκα ὑπὸ τοῦ Λόγου, ἰδίαν ἔχειν ὑπόστασιν ἔφαμεν, εἶχεν ἂν τὸ εἰκὸς ὁ λόγος. Ἐπειδὴ δὲ κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν δόξαν, τὴν τοῦ Λόγου ὑπόστασιν κοινὴν γενέσθαι τῶν δύοD φύσεων ὑπόστασιν ὁμολογοῦμεν, ἐν αὐτῇ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑποστήσασαν, μετὰ τῶν ἀπὸ τῶν λοιπῶν ὁμοειδῶν ἀφοριζόντων αὐτὴν ἰδιωμάτων· εἰκότως τὴν αὐτὴν τοῦ λόγου ὑπόστασιν ἀπερίγραπτον μὲν φαίημεν κατὰ τὴν τῆς θεότητος φύσιν· περιγεγραμμένην δὲ κατὰ τὴν καθ' ἡμᾶς οὐσίαν· οὐκ ἐν ἰδιοσυστάτῳ καὶ ἰδιοπεριγράφῳ προσώπῳ παρὰ τὴν τοῦ Λόγου ὑπόστασιν, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τὴν ὕπαρξιν ἐσχηκυῖαν· ὡς ἂν μὴ εἴη φύσις ἀνυπόστατος· καὶ ἐν αὐτῇ ὡς ἐν ἀτόμῳ θεωρουμένην καὶ περιγραφομένην.

Aliud.

XXIII. Si eo quod in Christi hypostasim non inseritur altera persona, incircumscriptam illam secundum humanitatem dicant, necesse est omnino ut una

Ἄλλο.

Εἰ διὰ τὸ μὴ εἰσκριθῆναι τῇ Χριστοῦ ὑποστάσει ἕτερον πρόσωπον, ἀπερίγραπτον αὐτὴν φαῖεν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, πᾶσα ἀνάγκη μίαν φύσιν λέγειν

Digitized by Google

τοῦ Λόγου ἐκ δύο φύσεων συγκραθεῖσαν, καὶ διὰ τοῦτο μὴ περιγραφομένην, ὡς θατέρας τῆς ἰδιότητος ἀφανισθείσης· ὅπερ ἐστὶ τῶν Ἀκεφάλων, καὶ τῆς Ἀπολλιναρίου δόξης σύστοιχον.

A Verbi natura dicatur ex duabus naturis conflata, atque ob eam rem incircumscripta, tanquam abolita altera proprietate: quod quidem Acephalorum et Apollinaris sententiæ cognatum est.

Ἄλλο.

Εἰ διὰ τὸ μὴ εἰσκριθῆναι τῇ Χριστοῦ ὑποστάσει ἕτερον πρόσωπον, ἀπερίγραπτον αὐτὴν φαῖεν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· οὐκ ἂν εἴληφε ταύτην ἀληθῶς, ἀλλ' ἐν ὁμοιώματι καὶ σχήματι σαρκὸς, ὅπερ ἐστὶ τῶν Μοντανῶν. Εἰ δὲ ἀληθῶς, ὥσπερ καὶ ὡμολόγηται, περιγραπτὴ ἡ Χριστοῦ ὑπόστασις· οὐ κατὰ τὴν θεότητα, ἣν οὐδεὶς ἐθεάσατο πώποτε· ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐν ἀτόμῳ θεωρουμένην ἐν αὐτῇ ἀνθρωπότητα· ἐπεὶ πῶς ἂν εἴη μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ὁ μὴ ἑκατέρων τῶν φύσεων, ἀφ' ὧν ἔνεστι, τὰ ἰδιώματα ἀλώβητα διασώζων;

Aliud.

XXIV. Si ex eo quod in Christi hypostasim non inseritur altera persona, incircumscriptam illam secundum humanitatem dicant; hanc revera non assumpsit, sed in similitudine et figura corporis, quod Montanistarum est. Quod si revera assumpsit, quemadmodum est in confesso, circumscripta est Christi hypostasis, non secundum divinitatem, quam nemo vidit unquam, sed secundum humanitatem in ea spectatam in individuo: alioqui quomodo mediator esset Dei et hominum, qui utriusque naturæ, B ex qua utraque constat, proprietates intactas non servet?

Ἄλλο.

Τὸ, Ποῦ, τόπου δηλωτικὸν, ἀφ' οὗ περιέχετο τὸ σῶμα. Οὔτι που δὲ μόνον τὸ σῶμα περιγραπτὸν, ἀλλὰ καὶ ὁ τοῦτο περιέχων τόπος, μόνου ὄντος ἀπεριγράπτου τοῦ ἔξω τόπου, ὡς ἀπεριορίστου. Εἰ τοίνυν ὁ χριστὸς οὐ περιγραπτὸς, οὐ μόνον οὐ σῶμα, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἔξω τόπου· καὶ πῶς φησιν ὁ αὐτὸς, *Ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστι;* Καὶ πάλιν, πρὸς τὸν Ἀνδρέαν καὶ τὸν ἄλλον μαθητὴν ἐπερωτήσαντες, *Ποῦ μένεις;* ἀποκριθεὶς, *Ἔρχεσθε καὶ ἴδετε· ἦλθον*, φησὶ, *καὶ εἶδον ποῦ μένει.* Οὐκοῦν περιγραπτὸς, ὡς σῶμα εἰληφὼς, οἴκοι μένων, καὶ οἴκαδε ἀπιὼν, καὶ οἴκοθεν ἐρχόμενος.

Aliud.

XXV. Ubi, locum designat a quo ambitur corpus. Non solum autem corpus circumscribitur, sed locus etiam qui illud ambit: cum id solum incircumscriptum sit, quod extra locum est, tanquam nullis finibus terminatum. Si ergo Christus circumscriptus non est, non solum corpus non est, sed etiam extra locum est. Et quomodo ait ipse: *Panis quem ego dabo, caro mea est* [58]. Et iterum, cum Andreas et alter discipulus interrogassent: *Ubi habitas?* respondit eis: *Venite, et videte. Et venerunt*, inquit, *et viderunt ubi maneret* [59]. Sequitur C itaque circumscriptum esse, ut qui corpus assumpserit, domi maneat, et domum redeat, e domo proficiscatur.

Ἄλλο.

Δοκοῦσα ἐναντιότης, πρὸς τὸ μὴ περιγράφεσθαι Χριστόν· τῆς Γραφῆς λεγούσης, Φωνὴν ῥημάτων ὑμεῖς ἠκούσατε, καὶ ὁμοίωμα οὐκ ἴδετε, ἀλλ' ἢ φωνήν.

Εἰ φωνὴν ῥημάτων, φησὶν ὁ Μωσῆς, *ὑμεῖς ἠκούσατε, περὶ τοῦ πάντων Θεοῦ· καὶ ὁμοίωμα οὐκ ἴδετε, ἀλλ' ἢ φωνήν.* Καὶ ὁ Ἡσαΐας πάλιν· *Εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος. Ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων·* πῶς συμβήσεται ταῦτα ἀλλήλοις· εἴπερ μὴ μάχεται ἕτερος ἑτέρῳ; Ἢ δηλονότι περὶ τοῦ αὐτοῦ ὁ λόγος ἀμφοτέροις· D τοῦ μὲν πρὸς τὸ μὴ ἐν ὁμοιώσει εἶναι τὸ Θεῖον ἀποφήσαντος· θεότης γὰρ ἀθέατος, καὶ διὰ τοῦτο ἀνόμοιος· τοῦ δὲ πρὸς τὸ δούλου μορφὴν ἀναλαβόντα τὸν αὐτὸν Κύριον, ἐν εἴδει ὤφθαι τῷ καθ' ἡμᾶς καταφήσαντος. Καὶ διὰ τοῦτο περιγραπτὸς σώματι, κἂν ἀπερίγραπτος θεότητι.

Aliud.

XXVI. *Apparens contrarietas, quod Christus non circumscribatur, eo quod Scriptura dicat*: Vocem verborum vos audistis, et similitudinem non vidistis, sed vocem [60].

Si vocem verborum, ait Moyses, *vos audistis*, de omnium Deo loquens, *et similitudinem non vidistis, sed vocem*: et rursum Isaias [61]: *Vidimus eum, et non erat ei species neque decor, sed species ejus inhonorata et deficiens præ omnibus filiis hominum*: quomodo hæc inter se convenient, si alter cum altero non pugnat? Nam sine dubio de eodem utri- D que est sermo; altero quidem in Deo formam esse inficiante, quia divinitas inaspectabilis est, ac proinde a forma ac similitudine vacua: altero vero, Dominum eumdem assumpta servi forma, in specie nostra visum affirmante. Unde et circumscriptus est corpore, licet incircumscriptus divinitate.

Ἄλλο, ἐρωτηματικῶς διὰ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς.

Aliud, interrogative per deductionem ad absurdum.

Εἰ ἀπερίγραπτος ὁ χριστὸς, περὶ αὐτοῦ δὲ Ἡσαΐας φησὶν, *Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν.* Ἐρωτῶ μὲν, πότερον τὸ τὴν πληγὴν δεξάμενον, *σῶμα*, ἢ ἀσώματον; καὶ εἰ μὲν ἀσώματον, πνεύματος δόκησις· εἰ δὲ σῶμα, πῶς οὐ περιγραπτὸν,

XXVII. Si incircumscriptus est Christus, et de illo dicit Isaias [62]: *Homo in plaga positus, et sciens ferre infirmitatem*: quæro nunc, utrum illud quod plagam accepit, corpus est, an incorporeum? Quod si incorporeum, spiritus videtur esse. Sin corpus est,

[58] Joan. VI, 52. [59] Joan. I. 38, 39. [60] Deut. IV, 12. [61] Isa. LIII, 3. [62] ibid.

Digitized by Google

quomodo non circumscriptum, quod triplici distantia ac duritie conformatum est, quod et vulneri per se obnoxium est?

Aliud.

XXVIII. Si circumscriptus non est Christus, quomodo ipse dixit: *Dorsum meum subdidi flagellis, et genas meas alapis, et faciem meam non averti a dedecore sputorum* [65]? Hæc enim circumscriptionis propria sunt; dorsum flagellis concisum, genæ alapæ contusæ, facies sputis conspurcata. Quare si vera dicit qui passus est, mentitur qui eum circumscriptum negat.

Aliud.

XXIX. Si incircumscriptus est Christus, quomodo ait ipse: *Foderunt manus meas et pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea* [66]? Quod enim incircumscriptum est, aptam ut fodiatur naturam non habet, neque ut ejus ossa dinumerentur. Atqui et perfossas manus, et ossa dinumerata dicit: quorum confirmatio, circumscriptionis confessio est.

Aliud ex speculatione philosophica.

XXX. Linea longitudo est latitudine carens, duobus punctis comprehensa, ex qua initium sumpsit circumscriptio. Figura vero ex tribus ut minimum lineis constat, a qua corpus, quod ex variis figuris formatum est, et loco definitum. Quod ergo incircumscriptum est, ab his sejunctum est; ac ne sub lineam quidem ipsam cadens, nedum sub figuram, locum et corpus. Quare Christus si incircumscriptus est, nec in figura esse deprehendetur, neque in loco, multo minus in corpore. Attamen in figura inventus est ut homo, juxta Scripturam; et loco circumscriptus est, Nazareth inhabitans, et caro factus est, quemadmodum evangelista testatur [67]. Ergo et circumscriptus.

Aliud ex comparatione evangelica.

XXXI. Si incircumscriptus est Christus, quomodo dixit Præcursor: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi* [68]? Neque enim quod incircumscriptum est, id cernitur, multo vero minus, digito id ostenditur. Quod si hæc ei contingerent, circumscriptione includeretur, velut digito expressum. Circumscriptus igitur est Christus.

Aliud per dubitationem propositum.

XXXII. Si Christus non est circumscriptus, ex duabus naturis non est, divinitate scilicet et humanitate; quandoquidem alterius proprietatem non habet, cum humanitatis sit circumscribi. Quod si ex duabus; quomodo quarum naturas habet, earum etiam proprietates non habet?

Aliud per comparationem hæresis Theopaschitarum.

XXXIII. Si eo quod Christus carne crucifixus est, una pati divinitatem dicere impium est, quia Theopaschitarum est; eodem modo, propterea quod carne circumscriptus sit una, circumscriptam divinitatem dicere, impium est; Iconomachorum enim est:

τρισὶ διαστάσεσι καὶ ἀντιτυπίᾳ χαρακτηριζόμενον, ὃ καὶ πέφυκε τραυματίζεσθαι;

Ἄλλο.

Εἰ οὐ περιγραπτὸς ὁ Χριστὸς, πῶς φησιν αὐτός· *Τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα· τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων;* Ταῦτα γὰρ περιγραφῆς ἰδιώματα· νῶτος μαστιζόμενος, σιαγόνες ῥαπιζόμεναι, πρόσωπον ἐμπτυσμένον. Οὐκοῦν εἰ ἀληθεύει ὁ παθὼν, ψεύδεται ὁ λέγων αὐτὸν μὴ περιγράφεσθαι.

Ἄλλο.

Εἰ ἀπερίγραπτος ὁ Χριστὸς, πῶς αὐτὸς φησὶν, *Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου· ἐξηριθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου.* Τὸ γὰρ ἀπερίγραπτον οὐκ ὀρωρύχθαι φύσιν ἔχει, οὐδ' οὐ μὴν ἐν ὀστέοις ἠριθμεῖσθαι. Ἀλλὰ μὴν ὀρωρύχθαι τὰς χεῖρας, καὶ ἠριθμῆσθαι λέγει τὰ ὀστᾶ· ὧν ἡ πίστωσις, περιγραφῆς ἐστιν ὁμολογία.

Ἄλλο, κατὰ θεωρίαν φιλοσοφικήν.

Ἡ γραμμὴ μῆκος ἁπλατὲς, ἐκ δύο στιγμῶν περιεχόμενον, ἐξ ἧς ἤρκται ἡ ἐπιγραφή. Σχῆμα δὲ τὸ ἐκ τριῶν γραμμῶν τοὐλάχιστον συνιστάμενον· ὑφ' οὗ σῶμα τὸ ἐκ διαφόρων σχημάτων μορφούμενον καὶ τόπῳ περιοριζόμενον. Τὸ οὖν ἀπερίγραπτον, τοῦτο ἀνῳχισμένον· καὶ οὐδ' ὑπ' αὐτὴν τὴν γραμμὴν τελοῦν, μὴ ὅτι γε ὑπὸ σχῆμα καὶ τόπον καὶ σῶμα. Ὁ οὖν Χριστὸς εἰ ἀπερίγραπτος, εὑρεθήσεται ἄρα μὴ ἐν σχήματι γεγονὼς, μηδὲ ἐν τόπῳ, πολλοῦ γε εἰπεῖν ἐν σώματι. Ἀλλὰ μὴν ἐν σχήματι εὑρέθη, ὡς ἄνθρωπος, κατὰ τὰ λόγια· καὶ τόπῳ περιεγράφη τὴν Ναζαρὲτ οἰκῶν, καὶ σὰρξ ἐγένετο, καθὼς φησιν ὁ εὐαγγελιζόμενος· οὐκοῦν καὶ περιγραπτός.

Ἄλλο κατὰ παράβλησιν εὐαγγελικήν.

Εἰ ἀπερίγραπτος ὁ Χριστὸς, πῶς φησιν ὁ πρόδρομος, *Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου;* Οὐ γὰρ τὸ ὁρώμενον ἀπερίγραπτον, πολλοῦ γε εἰπεῖν τὸ δακτυλοδεικνούμενον, εἰ δὲ τοῦτο πάθοιεν, εἴσω περιγραφῆς ἂν εἴη, δακτύλῳ οἱονεὶ ἐκτυπούμενον. Περιγραπτὸς ἄρα ὁ Χριστός.

Ἄλλο ἐπαπορητικῶς προσαγόμενον.

Εἰ οὐ περιγραπτὸς ὁ Χριστὸς, οὐκ ἐκ δύο φύσεων, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, ἐπεὶ μὴ ἔχει θατέρας τὸ ἰδίωμα· ἀνθρωπότητος γὰρ τὸ περιγραπτόν. Εἰ δὲ ἐκ δύο· πῶς ὢν τὰς φύσεις ἔχει, τούτων οὐχὶ καὶ τὰ ἰδιώματα;

Ἄλλο κατὰ παράβλησιν τῆς τῶν Θεοπασχιτῶν αἱρέσεως.

Εἰ διὰ τὸ Χριστὸν σαρκὶ ἐσταυρῶσθαι, συμπάσχειν τὸ θεῖον, ἀσεβές ἐστι λέγειν· Θεοπασχιτῶν γάρ· ὁμοίως καὶ διὰ τὸ σαρκὶ περιγράφεσθαι, συμπεριγεγράφθαι τὸ θεῖον λέγειν, ἀσεβές· Εἰκονομάχων γάρ· καὶ τοσούτῳ ἀσεβέστερον, καθόσον τῇ θεότητι φυσικῇ

[65] Isa. L, 6. [66] Psal. XXI, 17, 18. [67] Matth. II, 23; Joan. I, 14. [68] Joan. I, 29.

Digitized by Google

ὥστε πάρεστιν ἡ σὰρξ παρὰ τὴν ἐξεικονισθεῖσαν αὐτῇ σκιὰν σχετικῶς.

tantoque impium magis, quanto divinitati unione naturali conjunctior est caro, quam carni adumbrata illius imago, quæ merum ad eam respectum habet.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν Εἰκονομάχων.

Εἰ ἐκ δύο φύσεων ὁ Χριστὸς, πῶς τοῦτον εἰκονίζειν λέγοντες, οὐκ ἐξ ὧν καὶ ἐν οἷς ἐστιν ἐξεικονίζετε, εἴπερ ἀληθὴς ὑμῖν ὁ λόγος; Ἐπειδὴ δὲ θάτερον διαψεύδεται, οὐκ ἔχον τὸ ἀπερίγραπτον τῆς θείας φύσεως ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ περιγραφῇ, ἀσεβὲς, τὸ Χριστὸν περιγράφειν.

Objectio ex persona Iconomachorum.

XXXIV. Si ex duabus naturis est Christus, quomodo qui ejus imaginem effingere vos dicitis, non ex quibus et in quibus est, exprimitis, si vera est oratio vestra? Quia vero alterum non exhibet, sed mentitur, cum non habeat divinæ naturæ incircumscriptionem in humana circumscriptione impium est Christum circumscribere.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Παντὸς εἰκονιζομένου, οὐχ ἡ φύσις, ἀλλ' ἡ ὑπόστασις εἰκονίζεται· πῶς γὰρ ἂν καὶ ἐξεικονισθείη φύσις μὴ ἐν ὑποστάσει τεθεωρημένη; οἷον φέρε εἰπεῖν, Πέτρος, οὐ καθὸ ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν ἐστι, εἰκονίζεται· τοῦτο γὰρ οὐ μόνον Πέτρον ὁρίζει· ἀλλὰ γὰρ καὶ Παῦλον καὶ Ἰωάννην, καὶ πάντας τοὺς ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος. Ἀλλὰ καθότι μετὰ τοῦ κοινοῦ ὅρου προσλαβὼν ἰδιώματά τινα, οἷον τὸ γρυπὸν, ἢ σιμὸν, ἢ οὖλον, ἢ εὔχρουν, ἢ εὐόμματον, ἢ εἴ τι ἄλλο τὸ χαρακτηρίζον τὴν προσοῦσαν αὐτῷ ἰδέαν, διακέκριται ἀπὸ τῶν ὁμοειδῶν ἀτόμων. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ὤν, οὔτι που ψυχῆς ἴδιωμα φέρει ἐν τῷ εἴδει τοῦ χαρακτῆρος· πῶς γὰρ ἄν, ἀθεάτου ταύτης οὔσης; Οὕτω καὶ ἐπὶ Χριστοῦ· οὐ καθὸ ἁπλῶς ἄνθρωπός ἐστι μετὰ τοῦ εἶναι Θεὸς, εἰκονίξεσθαι πέφυκεν· ἀλλὰ καθότι τοῖς ὑποστατικοῖς ἰδιώμασιν ἀπὸ πάντων ὁμοειδῶν ἀφοριζόμενος, ἐσταυρωμένος ἐστὶ καὶ τῷ εἴδει τοιόσδε. Περιγραπτὸς ἄρα ὁ Χριστὸς καθ' ὑπόστασιν (20), κἂν τῇ θεότητι ἀπερίγραπτος, ἀλλ' οὐκ ἐξ ὧν συνετέθη φύσεων.

Solutio ejusdem.

Cujuscunque imago cum exprimitur, non natura, sed hypostasis exprimitur: quo enim modo effingeretur natura, quæ in hypostasi non cernatur? verbi gratia, Petrus, non quatenus animal est rationis particeps, mortale, mentis et scientiæ capax, effingitur: hoc enim non Petrum solum definit, verum etiam Paulum et Joannem, et ejusdem speciei omnes. Sed quatenus cum communi definitione proprietatibus quibusdam ascitis, ut adunco naso esse, vel simo, aut crispo capillo, aut probo colore, aut pulchris oculis, aut si quid aliud est quod inditam ipsi speciem configuret ac determinet, ab ejusdem speciei individuis distinguitur. Sed et cum anima et corpore constet, haudquaquam animæ proprietatem in figuræ facie seu fronte gerit: qui enim, cum invisibilis illa sit? eodem modo Christus, non quatenus simpliciter homo est, Deus simul permanens, effingi potest; sed quatenus hypostaticis proprietatibus ab ejusdem speciei omnibus distinctus, cruci affixus est, et tali forma præditus. Circumscriptus itaque Christus secundum hypostasim, licet divinitate sit incircumscriptus, non autem ex quibus naturis compositus est.

Ἄλλο.

Εἰ οὐ περιγράφεται ὁ Χριστὸς, ὡς φατε, ἵνα μὴ σμικρυνθῇ κατὰ τὴν δόξαν. Οὐδὲ συνελήφθη ἐν τῇ παρθενικῇ νηδύϊ, ἵνα μὴ ὕβριν ὑπομένῃ. Εἰ δὲ συνελήφθη ἀνυβρίστως, πολλῷ μᾶλλον βρέφος κυηθὲν, περιγράφεται ἀνεπαισχύντως.

Aliud.

XXXV. Si Christus non circumscribitur, ut dicitis, ne gloria imminuatur; ne conceptus quidem est in utero virginali, ne injuriam sustineat. Sin autem absque injuria conceptus est, multo magis, qui infans genitus est, sine dedecore circumscribitur.

Ἄλλο διὰ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς.

Πᾶν τὸ προσὸν, οὐκ εἶδος τὸ τὸν καθόλου λόγον ἔχον· τοῦτο γὰρ ἀόρατον, ἀνείδεόν τε καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ διὰ τοῦτο ἀπερίγραπτον· ἀλλ' ἄτομον ὃ ἐξ ἰδιοτήτων συνίστασθαι πέφυκε· τοῦτο γὰρ ὁρώμενον ἐστὶ, κινούμενόν τε καὶ λαλοῦν, καὶ διὰ τοῦτο περιγραπτόν· οἷον Ἰάκωβος, Ἰωάννης. Εἰ οὖν ὁ Χριστὸς ἀπερίγραπτος, οὐχ ὁρώμενος, οὐ κινούμενός τε καὶ λαλῶν φωνῇ ἐνάρθρῳ, οὐ γλῶτταν ἔχων, οὐ χείλη· οὐκ ἐσθίων, οὐ πίνων, οὐ καθεύδων, οὐκ ἐγρηγορὼς, οὐκ ἄλλο τι ὃ ὁ καθέκαστα ποιῶν ἐστι καὶ πάσχων. Εἰ δὲ ἐν τούτοις ὁμολογούμενος, πῶς

Aliud per deductionem ad absurdum.

XXXVI. Omne quod incedit, non est species quæ universalem rationem habeat; hæc enim invisibilis est, et formæ ac figuræ expers, ideoque incircumscripta: sed individuum, quod ex proprietatibus constitui solet, hoc enim est quod cernitur, quod movetur, et loquitur, ac proinde circumscriptum est; veluti Jacobus, aut Joannes. Si ergo incircumscriptus est Christus, non cernitur, non movetur, non loquitur voce articulata, non linguam habet, non labia, non comedit, non bibit, non dormit, non evigilat, non aliud denique eorum, quæ singuli

(20) *Secundum hypostasim.* Id est proprietates exteriores Christum distinguentes a reliquis hominibus.

Digitized by Google

homines, facit aut patitur. Quod si hæc in Christo esse omnes consentiunt, quomodo circumscriptus non est? Nisi forte dispensationis mysterium mera phantasia sit.

Aliud.

XXXVII. Si eorum quæ diversi generis sunt, et non ejusdem essentiæ, diversæ cum essentiis sunt etiam proprietates, divinitatis scilicet et humanitatis: quomodo qui ex his constat Christus, non his etiam afficitur, cum unaquæque essentia sua ipsius proprietate a cæteris discernatur. Quod si his afficitur, circumscriptus ergo est ipse, sicut et incircumscriptus.

Aliud.

XXXVIII. Quæ veræ sunt essentiarum proprietates, quarum sunt proprietates, earumdem sunt notæ et indicia; divinitatis quidem, incircumscriptum; humanitatis vero, circumscriptum. Si ergo Christus ex utraque est, circumscriptus est, sicut incircumscriptus. Quod si circumscriptus non est, nec vere homo est, sicut est vere Deus. Atqui homo revera est; vere igitur circumscriptus.

Objectio velut ex persona Iconomachorum.

XXXIX. Si filius invariabilis est Patris imago, ita ut in eo ipse cernatur, sicut scriptum est: *Qui videt me, videt et Patrem* [67]; necesse est, ut incircumscriptum esse dicamus, qui ex incircumscripto Patre prodiit. Nam quomodo alias in circumscripto cerni queat incircumscriptum? Incircumscriptus igitur est Christus.

Solutio ejusdem, ex pari speculatione.

Si incircumscriptus est qui ex incircumscripto Patre prodiit, profecto circumscriptus itidem erit, qui ex matre prodiit circumscripta; nisi forte illud quidem verum, hoc autem falsum suspicari liceat. Quod si utrumque in Christo uno verum est, utriusque igitur nativitatis proprietates habet, et incircumscriptus simul est ac circumscriptus.

Aliud per deductionem ad absurdum.

XL. Si archetypum in imagine apparet, secundum hoc utique et illud esto. At Christus corpore præditus est; in corpore igitur est et Pater, secundum quem imago formata est. Quod si hoc absurdum; esto igitur, quatenus quidem Patris imago, incircumscriptus; incircumscriptus siquidem est Pater, quia et incorporeus; quatenus vero, prout ab eo dictum est, Filius hominis, ne mirum hoc putetis, circumscriptus: circumscriptus etenim est omnis homo, quia et corporeus; quod verum est.

Aliud.

XLI. Si de corporea specie, ut vultis, dixit Christus: *Qui videt me, videt et Patrem*, necesse est omnino, ut ipsi secundum naturam insint, quæcunque et Patri; sic enim exacta erit effigies. At Pater specie et figura caret, incircumscriptusque est. Itidem ergo et Christus. Nam quomodo in specie prædito specie vacuum ostentaretur, aut in

[67] Joan. xiv, 9.

οὐ περιγραπτός; Εἰ μὴ ἄρα φαντασία τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον.

Ἄλλο.

Εἰ τῶν ἑτερογενῶν καὶ οὐχ ὁμοουσίων ἕτεραι ταῖς οὐσίαις αἱ ἰδιότητες, ἦγουν θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος· πῶς ὁ ἐκ τούτων Χριστὸς, οὐκ ἐν τούτοις, εἴπερ ἑκάστη οὐσία τῷ οἰκείῳ ἰδιώματι διακεχριμένη ἐστὶ τῶν ἄλλων; Εἰ δὲ ἐν τούτοις, περιγραπτὸς ἄρα ὁ αὐτὸς, ὥσπερ καὶ ἀπερίγραπτος.

Ἄλλο.

Τὰ ἀληθῶς ἰδιώματα τῶν οὐσιῶν, ὧν εἰσὶν ἰδιώματα, γνωρίσματα· θεότητος μὲν τὸ ἀπερίγραπτον· ἀνθρωπότητος δὲ τὸ περιγραπτόν. Εἰ οὖν ὁ Χριστὸς ἐξ ἀμφοῖν, καὶ περιγραπτὸς ἄρα ὥσπερ ἀπερίγραπτος. Εἰ δὲ οὐ περιγραπτός. Οὐδὲ ἀληθῶς ἄνθρωπος, ὥσπερ ἀληθῶς Θεός. Ἀλλὰ μὴν ἀληθῶς ἄνθρωπος· καὶ περιγραπτὸς ἄρα ἀληθῶς.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν Εἰκονομάχων.

Εἰ τοῦ Πατρὸς εἰκὼν ἀπαράλλακτος ἐστὶν ὁ Υἱὸς, ὡς ἐκεῖνον ἐν αὐτῷ φαίνεσθαι, κατὰ τὸ, *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα*· ἀνάγκη λέγειν ἀπερίγραπτον εἶναι τὸν ἐξ ἀπεριγράπτου προελθόντα Πατρός. Ἐπεὶ πῶς ἂν ἐν τῷ περιγραπτῷ ὀφθείη ποτὲ τὸ ἀπερίγραπτον; Οὐκοῦν ἀπερίγραπτος ὁ Χριστός.

Λύσις πρὸς τοῦτο, ἐξ ἴσης θεωρίας.

Εἰ ἐξ ἀπεριγράπτου Πατρὸς, ἀπερίγραπτος ὁ ἐξ αὐτοῦ προελθὼν, δηλονότι καὶ περιγεγραμμένος ὁ ἐκ περιγεγραμμένης μητρὸς προελθών· εἰ μή τί γε τὸ μὲν ἀληθὲς, τὸ δὲ ψευδὲς ὑποληπτέον. Εἰ δὲ ἀμφω ἀληθὲς ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ, καὶ ἀμφοτέρας ἄρα γεννήσεως τὰ ἰδιώματα κέκτηται, ἀπερίγραπτος ὢν καὶ περιγραπτός.

Ἄλλο διὰ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς.

Εἰ τὸ ἀρχέτυπον ἐν τῇ εἰκόνι φαίνεται, ἔστω πάντως κατὰ τοῦτο κἀκεῖνο· ἐνσώματος δὲ ὁ Χριστός· ἐνσώματος ἄρα καὶ ὁ Πατὴρ, καθ' ὃν εἰκὼν ἐμορφώθη. Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, ἔστω πάντως, ὡς μὲν τοῦ Πατρὸς εἰκὼν, ἀπερίγραπτος· ἀπερίγραπτος γὰρ ὁ Πατὴρ, ὅτι καὶ ἀσώματος· ὡς δὲ κατὰ τὸ ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένον, ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶ, μὴ θαυμάζητε [f. θαυμάζετε] τοῦτο, περιγεγραμμένος· περιγραπτὸς γὰρ πᾶς ἄνθρωπος, ὅτι καὶ ἐνσώματος· ὅπερ ἀληθές.

Ἄλλο.

Εἰ ἐπὶ τῆς ἐνσωμάτου ἰδέας, καθὼς φατε, εἰρηκεν ὁ Χριστὸς, *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα*· προσεῖναι πάντως ἀναγκαῖον αὐτῷ κατὰ φύσιν, ὅσα καὶ τῷ Πατρί· ἔσται γὰρ οὕτως ἀκριβὴς ὁ χαρακτὴρ. Ἀνείδεος δὲ ὁ Πατὴρ, ἀσχημάτιστος, ἀπερίγραπτος [f. ἀπερίληπτος, *incomprehensibilis.*] Ταῦτα καὶ ὁ Χριστός. Ἐπεὶ πῶς ἐν τῷ εἰδοποιηθέντι

Digitized by Google

τὸ ἀνείδεον φανείη, ἢ ἐν τῷ ἐσχηματισμένῳ τὸ ἀσχημάτιστον, ἢ ἐν τῷ περιληφθέντι τὸ ἀπερίληπτον; Εἰ δὲ τοῦτο ἀσεβές, ἀσεβὲς ἂν εἴη λέγειν κατὰ τὴν ἐνσώματον ἰδέαν φάσκειν τὸν Χριστόν· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, ἑώρακε τὸν Πατέρα.* Λείπεται δὴ λέγειν κατὰ τὴν τῆς θεότητος μορφήν, ὅπερ ἀληθές.

Ἀντίθεσις, ὡς ἐκ τῶν Εἰκονομάχων.

Εἰ ἦν, φησὶ, ψιλὸς ὁ Χριστὸς, ἦν ἂν καὶ περιγραπτός· ψιλοῦ γὰρ τὸ περιγράφεσθαι. Ἐπειδὴ δὲ οὐ ψιλὸς, θεὸς γὰρ ὁ αὐτὸς καὶ ἄνθρωπος, οὐδὲ περιγραπτός.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Εἰ ἐπ' ἀναιρέσει τοῦ ψιλὸν εἶναι τὸν Χριστὸν, ἀπερίγραπτον αὐτὸν φαῖεν, πάντως καὶ ἀσώματον· καὶ ποῦ τὸ περιγραπτὸν καὶ σχηματιστὸν, δι' οὗ καὶ τὸ εἶναι σῶμα, γνωρίζεσθαι πέφυκε. Τούτων γὰρ μὴ ὄντων, καὶ τὸ, περὶ ὃ ταῦτα, ἀναιρεῖσθαι ἀνάγκη. Ἄλλα μὴν Χριστὸς ἐν σώματι καὶ σχήματι· καὶ ἐν περιγραφῇ ἄρα.

Ἄλλο.

Εἰ διὰ τὸ μὴ ψιλὸν εἶναι τὸν Χριστὸν, φαῖεν αὐτὸν ἀπερίγραπτον κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ἐπειδὴ τῆς θείας φύσεως τοῦτο ἰδίωμα, ἐμίχθη τὰ ἄμικτα, ἐν τῷ ἀπεριγράπτῳ τὸ περιγεγραμμένον. Ὧν δὲ τὰ ἰδιώματα ἐμίχθη, τούτων δηλαδὴ καὶ αἱ φύσεις. Εἰ δὲ τοῦτο λέγειν ἢ φρονεῖν ἀσεβές, οὐ ψιλὸς ἄρα ὁ Χριστὸς, κἂν περιγέγραπται σώματι· ἵνα μὴ ἐν τῷ περιγεγράφθαι, μιχθῇ τὰ ἄμικτα.

Ἄλλο.

Τὸ ἀπερίγραπτον ἁπλοῦν τέ ἐστι καὶ ἀσύνθετον, ὡς πάσης ἀνῳκισμένον θέσεως. Χριστὸς δὲ διπλοῦς τε ὢν καὶ σύνθετος, εἰ μὴ περιγράφοιτο, ἀπώλεσεν ἂν τὸ τῆς διπλότητος καὶ συνθέσεως σχῆμα καὶ χρῆμα. Ἀλλὰ μὴν διπλοῦς τε καὶ σύνθετος ὁμολογεῖται· οὐκοῦν καὶ περιγραπτός· ὅπερ ἀληθές.

Ἄλλο.

Ἄρσεν καὶ θῆλυ, μόνοις ἐν τοῖς τῶν σωμάτων ζητεῖται σχήμασι· μηδεμιᾶς ἐν τοῖς ἀσωμάτοις διαφορᾶς γνωριζομένης, τῆς χαρακτηριζούσης ἀμφότερα. Οὐκοῦν εἰ ὁ Χριστὸς ἀπερίγραπτος, ὡς ἔξω σώματος, ἔξω ἂν εἴη καὶ τῆς προδηλουμένης διαφορᾶς. Ἀλλὰ μὴν ἄρσην τεχθείς, ὡς φησιν Ἡσαΐας, ἐκ τῆς προφήτιδος· οὐκοῦν καὶ περιγραπτός.

Ἄλλο.

Τῶν σωμάτων τὰ μὲν ἐπινοίᾳ τμητά· ἀτινά εἰσιν ἀνέπαφα, καὶ διὰ τοῦτο ἀπερίγραπτα· τὰ δὲ ἐνεργείᾳ, ἅπερ εἰσὶ παχυμερῆ, ὡς ψηλαφητὰ, καὶ διὰ τοῦτο περιγραφόμενα. Εἰ οὖν ὁ Χριστὸς ἄτμητον εἴληφε σῶμα, καὶ ἀπερίγραπτον ἄρα. Ἀλλὰ μὴν τμητόν· φησὶ γὰρ ὁ θεηγόρος Λουκᾶς· *Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ὀκτὼ ἡμέραι τοῦ περιτεμεῖν αὐ-*

comprehenso incmoprehensibile? quod si hoc impium est, impium etiam fuerit secundum corpoream speciem dixisse Christum : *Qui videt me, videt et Patrem.* Restat itaque ut secundum divinitatis formam dixerit ; quod verum est.

Objectio, ut ex persona Iconomachorum.

XLII. Si nudus, inquiunt, Christus esset, esset utique et circumscriptus : nudi enim est circumscribi ; cum vero nudus non sit, quippe qui Deus idem est et homo, non est circumscriptus.

Solutio ejusdem.

Si eo quod negari oporteat nudum esse Christum, incircumscriptum ipsum dixerint, omnino dicant et corporis esse expertem : inde enim et circumscriptum aliquid et figura præditum esse cognoscitur, unde et corpus esse cognosci potest. Ejusmodi enim proprietatibus sublatis, et corpus ipsum quod afficiunt tolli necesse est. Atqui Christo corpus et figura competit ; ergo et circumscriptio.

Aliud.

XLIII. Si eo quod nudus non est Christus, incircumscriptum eum dicant secundum humanitatem ; cum divinæ naturæ hæc sit proprietas, mista jam erunt quæ misceri nequeunt, in incircumscripto circumscriptum. Quorum vero permistæ sunt proprietates, horum utique et naturæ. Quod si hoc dicere vel sentire, impium est, nudus ergo non est Christus, licet corpore circumscriptus sit ; ne, dum circumscriptus est, permista fuerint quæ misceri nequeunt.

Aliud.

XLIV. Incircumscriptum simplex est et minime compositum, tanquam ab omni situ procul sejunctum. Christus vero cum duplex sit et compositus, nisi circumscribatur, omnem duplicitatis et compositionis modum ac rationem amisit. Attamen et duplex et compositus conceditur ; circumscriptus ergo ; quod verum est.

Aliud.

XLV. Mas et femina, in solis quæritur corporum formis, cum in iis quæ corpore carent, differentia nulla agnoscatur, quæ utraque distinguat. Si ergo Christus incircumscriptus est, velut corpore carens, carebit item prædicta differentia. Atqui masculus natus est, ut ait Isaias, ex prophetissa [46] ; ergo et circumscriptus.

Aliud.

XLVI. Corporum alia cogitatione dividua sunt, ut quæcunque tangi nequeunt, ac proinde sunt incircumscripta ; alia vero actu, quæ scilicet crassa sunt, ut tactui exposita, atque ideo circumscripta. Si ergo Christus indivisibile corpus assumpsit, utique et incircumscriptum. Atqui dividuum erat ; ait enim diviniloquus Lucas : *Et postquam consum-*

[46] Isa. VIII, 3.

Digitized by Google

mati sunt dies octo, ut circumcideretur [69]. Quod si circumcisus est, ergo et circumscriptus ; quod verum est.

Objectio ut ex persona Iconomachorum.

XLVII. Si quæcunque corpora dividi tangique nequeunt, ea etiam incircumscripta sunt ; cum angeli sint incorporei, quomodo circumscriptioni subjiciuntur ? Ergo qui circumscribuntur, etiam corporei sunt. Quod si incorporei, non igitur circumscripti.

Solutio ejusdem.

Crassi densique corporis comparatione Angelorum natura incorporea est ; divinitatis vero contentione, nec incorporea est, nec incircumscripta. Propterea dicit Apostolus : *Et corpora cœlestia, et corpora terrestria* [70]. Quod enim proprie est incorporeum, indefinitum est et incircumscriptum ; quod in sola Dei natura censendum est. Angelus autem loco definitur, ac proinde circumscribitur. Neque enim, quando Nazareth profectus Virgini *Ave* insonuit, alibi tunc erat. At Patris Verbum in Deiparæ utero conceptum, et ibi erat, et super universa erat : ideoque quatenus Deus, incircumscriptus est et interminatus ; licet quatenus homo natus ex Virgine, circumscriptus sit.

Aliud.

XLVIII. Si secundum eam servi formam quam accepit, qui in forma Dei erat, circumscriptus non est, alia hæc non erit quam divina forma ; hujus siquidem est, esse incircumscriptum. Quod si alia est, et nobis consubstantialis ; quomodo cujus formam accepit, ejus etiam proprietatem non assumpsit ? Circumscriptus ergo Christus, quandoquidem et nos, quorum formam accepit.

Aliud.

XLIX. Si ex iis per quæ Christus ut homo circumscriptus est, labefactantur illa per quæ ut Deus non circumscribitur ; necesse etiam est, ut per ea quæ ut homo facere et dicere cernitur, violentur illa per quæ ut Deus disserens et mira faciens ostenditur. Si vero hic non violatur hoc per illud, manente utroque intra suos fines in uno qui ex utroque conflatus est Christus, nec illic utique circumscriptum ab incircumscripto evertetur.

Aliud ex comparatione divinæ Scripturæ.

L. Judæos alloquens Salvator dixit : *Antequam Abraham fieret, ego sum* [71]. Et rursus evangelista : *Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham* [72]. Quo igitur pacto qui ante Abraham est, filius Abrahæ est ? nonne quippe illud quidem divinæ, hoc vero humanæ naturæ congruenter dictum accipiemus ? Idem ipsum in circumscripto et incircumscripto existimandum, quia alterum alteri non officiet in uno, qui ex utrisque agnoscitur, Christo.

Aliud.

LI. Si omnis mediator, duorum est inter se oppositorum, utriusque jura in seipso æqua lance

τόν. Εἰ δὲ περιετμήθη, καὶ περιγραπτὸς ἄρα· ὅπερ ἀληθές.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν Εἰκονομάχων.

Εἰ ὅσα τῶν σωμάτων ἄτμητα καὶ ἀνέπαφα, ταῦτα καὶ ἀπερίγραπτα· ἐπειδὴ δὲ ἄγγελοι ἀσώματοι, πῶς ἐν περιγραφῇ ; Οὐκοῦν περιγραφόμενοι καὶ ἐνσώματοί εἰσιν. Εἰ δὲ ἀσώματοι, οὐ περιγραπτοὶ ἄρα.

Λύσις πρὸς τοῦτο.

Τῇ παραβολῇ τοῦ παχυμεροῦς σώματος, ἡ τῶν ἀγγέλων φύσις ἀσώματος· τῇ δὲ συγκρίσει τῆς θεότητος, οὐκ ἀσώματος, οὐδὲ ἀπερίγραπτος. Διὰ τοῦτό φησιν ὁ Ἀπόστολος, *Καὶ σώματα ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια.* Τὸ γὰρ κυρίως ἀσώματον, ἀπεριόριστόν τέ ἐστι καὶ ἀπερίγραπτον· ὅπερ ληπτέον ἐπὶ τῆς θείας φύσεως μόνης. Ἄγγελος δὲ τόπῳ περιοριστὸς, καὶ διὰ τοῦτο περιγραπτός. Οὐ γὰρ, ὅτε εἰς Ναζαρὲτ φοιτήσας, τῇ Παρθένῳ τὸ, *Χαῖρε*, κέκραγεν, ἀλλαχοῦ παρῆν. Ὁ τοῦ Πατρὸς δὲ Λόγος συλληφθεὶς ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς Θεοτόκου, κἀκεῖ παρῆν, καὶ ὑπὲρ τὸ πᾶν ἦν. Καὶ διὰ τοῦτο καθὸ Θεὸς, ἀπερίγραπτος ὡς ἀπεριόριστος· εἰ καὶ ὅτι καθ' ὃ ἄνθρωπος κυηθεὶς ἐκ τῆς Παρθένου, περιγραπτός.

Ἄλλο.

Εἰ καθ' ἣν ἔλαβε μορφὴν δούλου ὁ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων οὐ περιγέγραπται, οὐκ ἄλλη ἂν εἴη αὕτη παρὰ τὴν θείαν μορφήν. Εἴπερ ταύτης τὸ ἀπερίγραπτον. Εἰ δὲ ἑτέρα καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν, πῶς ἧς τὴν μορφὴν ἀνέλαβε, ταύτης οὐχὶ καὶ τὸ ἰδίωμα εἴληφε ; Περιγραπτὸς ἄρα ὁ Χριστός, ἐπείπερ καὶ ἡμεῖς, ὧν τὴν μορφὴν ἀνέλαβεν.

Ἄλλο.

Εἰ ἐξ ὧν ὡς ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς περιγέγραπται, παραβλάπτεται τὰ ἐξ ὧν ὡς Θεὸς οὐ περιγέγραπται· πᾶσα ἀνάγκη καὶ ἐξ ὧν ὡς ἄνθρωπος φαίνεται ποιῶν τε καὶ λέγων, λυμαίνεσθαι τὰ ἐξ ὧν ὡς Θεὸς δείκνυται διαλεγόμενός τε καὶ θαυματουργῶν. Εἰ δὲ ἐνταῦθα οὐ λυμαίνεται τοῦτο ἐκεῖνο μένον ἑκάτερον εἴσω τοῦ οἰκείου ὅρου ἐν τῷ ἑνὶ ἐξ ἀμφοῖν Χριστῷ, οὐδὲ ἐκεῖσε ἄρα ἀναιρήσει τὸ περιγραπτὸν τὸ ἀπερίγραπτον.

Ἄλλο ἐκ παραβολῆς τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς.

Ἰουδαίοις διαλεγόμενος τάδε φησὶν ὁ Σωτήρ· *Πρὶν Ἀβραὰμ, ἐγώ εἰμι.* Καὶ πάλιν ὁ εὐαγγελιστὴς, *Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαυὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ.* Πῶς οὖν ὁ πρὶν Ἀβραὰμ, υἱὸς Ἀβραάμ ; Ἢ δηλονότι τὸ μὲν θεοπρεπῶς, τὸ δὲ ἀνθρωποπρεπῶς εἰρῆσθαι ἐκληψόμεθα ; Κἀν τῷ περιγραπτῷ καὶ ἀπεριγράπτῳ τοῦτο νομιστέον· ὅτι οὐ θάτερον θάτερον ἀδικήσει ἐν τῷ ἑνὶ ἐξ ἀμφοῖν γνωριζομένῳ Χριστῷ.

Ἄλλο.

Εἴ πᾶς μεσίτης δυοῖν ἐναντιουμένων ἀλλήλοις προσώπων ἐστὶν, ἐν ἑαυτῷ τῶν ἑκατέρων εὐκρινῶς

[69] Luc. II, 21. [70] I Cor. XV, 40. [71] Joan. VIII, 58. [72] Matth. I, 1.

Digitized by Google

τὰ δίκαια νέμων· ἀνάγκη πᾶσα καὶ Χριστὸν μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ὄντα, καὶ ὥσπερ εἰς ἑνότητα φυσικὴν συνάπτοντα τὰ ἄκρα κρίσει δικαίᾳ, ἀπερίγραπτον εἶναι πνεύματι, σώματι δὲ περιγραπτόν. Ἵνα μὴ θατέρῳ προστιθέμενος, ἤτοι τῷ ἀπεριγράπτῳ· καὶ οὐ διασώζων τὸ περιγεγραμμένον, ἀλώβητον· ἀπολέσῃ τὸ εἶναι μεσίτης δίκαιος.

A dividens, necesse omnino est, et Christum, qui mediator est Dei atque hominum, et tanquam in unitatem naturalem justo judicio extrema connectit, incircumscriptum esse spiritu, corpore autem circumscriptum; ne alteri adhærens, hoc est, incircumscripto, et circumscriptum inoffensum non custodiens, justus mediator esse desinat.

Ἄλλο.

Εἰ Χριστὸς ὡς ἄνθρωπος ἀπέθανε, καὶ ψόγον οὐδένα αὐτῷ ὡς Θεῷ προστρίβεται· οὐδὲ τὸ περιγεγράφθαι, αὐτὸν ἀνθρωποπρεπῶς ἀδικήσειεν. Εἰ δὲ τοῦτο ὕβρις, πολλῷ μᾶλλον ἡ θνῆσις.

Aliud.

LII. Si Christus ut homo mortuus est, et dedecus ipsi ut Deo nullum infligitur: nequidem si ut homo circumscribatur, injuria afficietur. Quod si hoc contumelia est, multo certe magis ipsa mors.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν Εἰκονομάχων.

Τὸ, Χριστὸν περιγράφειν, ἀπεμφαῖνόν πώς ἐστι καὶ ἀπηγορευμένον τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ· φησὶ γὰρ, *Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς ὑμᾶς ἐν τῷ ὄρει ἐκ μέσου τοῦ πυρός· φωνὴν ῥημάτων ὑμεῖς ἠκούσατε, καὶ ὁμοίωμα οὐκ εἴδετε, ἀλλ' ἢ φωνήν.* Οὐκοῦν τὸ ὁμοίωμα ἀναστηλοῦν Χριστοῦ, ἀντιπίπτον ἐστὶ ταῖς θείαις ἀπαγορεύσεσι.

Objectio tanquam ex persona Iconomachorum.

LIII. Christum circumscribere, abhorret quodammodo et vetitum est a divina Scriptura. Ait B enim: *Locutusque est Dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum ejus audistis, et similitudinem non vidistis*[73], *sed vocem.* Formam ergo Christi erigere, divinis sanctionibus adversatur.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Ἐθελοκωφοῦσιν οἱ ταῦτα λέγοντες, τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι ὅτου χάριν ἀπηγόρευται παρὰ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ ἢ τοῦ ὁμοιώματος καὶ οὑτινοσοῦν ἄλλου εἰδωλικοῦ ἐνδάλματος ἀπαγόρευσις· ὅτιπερ περὶ τῆς θείας φύσεως ὁ λόγος· τὸ γὰρ θεῖον ἄποσόν τέ ἐστι καὶ ἀσχημάτιστον· καὶ οὔτι που ὁμοιώματός τινος ἔχον ἐμφέρειαν. Ἀλλ' οὐ περὶ τοῦ οὐσιωθέντος Λόγου τὴν καθ' ἡμᾶς μορφήν. Ἐπεὶ εἰ τοῦτο πῶς ὁ εὐαγγελιστής φησι· *Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτὸν τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον· καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων.* Ἰδοὺ γοῦν ὁ ἀνείδεος εἶδος ἔσχεν· ἤτοι ὁμοίωμα· ἐσχηματίσθη γὰρ ὁ ἀσχημάτιστος· καὶ ὁ ἄποσος εἴσω ποσότητος ἐγεγόνει. Καὶ ἐπεὶ οὖν πρόσωπον ἔσχε τισὶν ἰδιώμασι περιγραφόμενον, περιγραπτὸς ἄρα ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν ἐνσώματον αὐτοῦ θέαν· ὥσπερ καὶ ἀπερίγραπτος κατὰ τὴν ἀθέατον αὐτοῦ οὐσίαν.

Solutio ejusdem.

De industria cæcutiunt, qui sic loquuntur, ut non respiciant qua de causa sacris Litteris indita sit formæ sive similitudinis, et alterius cujusvis idolici simulacri prohibitio. Quoniam de natura divina sermo est; divinitas siquidem a quantitate et figura aliena est, nec formæ ullius speciem habet: non autem de Verbo formæ nostræ substantia induto. Nam si de hoc agitur, quomodo ait evangelista: *Et facta est, dum oraret, species vultus ejus altera: et vestitus ejus albus et refulgens*[74]? En igitur qui specie caret, speciem habuit, sive formam; et habuit figuram, qui figura caret: et qui sine quantitate est, quantitatis finibus est interceptus. Et quandoquidem faciem habuit proprietatibus quibusdam circumscriptam. Circumscriptus haud dubie Christus secundum corporeum ejus aspectum, quemadmodum incircumscriptus secundum invisibilem ipsius essentiam.

Ἄλλο, διὰ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς.

Εἰ ὁποία δ' ἂν ἡ τεκοῦσα ὑπάρχῃ, τοιοῦτον εἶναι χρὴ καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς τικτόμενον· περιγραπτὴ δὲ ἡ Χριστοῦ Μήτηρ· περιγραπτὸς ἄρα καὶ ὁ Χριστὸς, ὡς Υἱὸς αὐτῆς, εἰ καὶ Θεὸς κατὰ φύσιν. Εἰ δὲ οὐ περιγραπτὸς, οὐδὲ ὁμοούσιος τῇ Μητρί· ἐξ οὗ οὐδὲ Μήτηρ ἡ Μήτηρ, ὅπερ ἄτοπον.

Aliud, per deductionem ad absurdum.

LIV. Si qualis est quæ parit, tale et quod ex ea gignitur esse oportet; circumscripta autem est Christi Mater; circumscriptus erit et Christus, ut ejus Filius, licet natura sua idem sit Deus. Quod si circumscriptus non est, nec consubstantialis D est Matris: unde fiet ut nec Mater sit Mater: quod absurdum est.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν Εἰκονομάχων κατὰ παράβλησιν ἀποστολικήν.

Ὅτι τὸ εἰκονίζειν τὸν Χριστὸν, εἰδωλικῆς ἐστιν ἐπινοίας ἐφεύρεμα, συνήσει πᾶς τις. Λέγει γὰρ ὧδέ που ὁ Ἀπόστολος· *Καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα.*

Objectio tanquam ex persona Iconomachorum, per comparationem apostolicam.

LV. Quod imaginem Christi effingere, idolicæ cogitationis sit inventum, intelliget unusquisque. Sic enim alicubi dixit Apostolus: *Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis; et coluerunt, et servierunt creaturæ priusquam Creatori*[75].

Λύσις πρὸς τοῦτο.

Τῷ ὄντι, ἀποστολικῶς φάναι, εἰς ἀδόκιμον νοῦν

Solutio ejusdem.

Vere, ut apostolicis verbis utar, Iconomachis in

[73] Deut. IV, 12. [74] Luc. IX, 29. [75] Rom. I, 23, 25.

Digitized by Google

reprobum sensum prolapsis, *Obscuratum est insipiens cor eorum : et dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt*[76]. *Non intelligentes neque ea quæ dicunt, nec de quibus affirmant*[77]. Nam si ad prohibendum ne Christi fiat imago, dictum est ab Apostolo, *Mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis ;* nondum confitetur ipse, quod similis hominibus factus sit. Quomodo igitur alibi dicit : *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo , sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo : humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*[78] ? Secum ergo ipse pugnat, nunc quidem similem hominibus factum negans Deum ; nunc vero in similitudinem hominum factum esse confirmans. Sed apage ineptias. Illud enim idololatris dictum est, qui *incorruptibilis Dei gloriam vere mutaverunt in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium*[79] : *qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium , et coluerunt, et servierunt creaturæ potiusquam Creatori*[80]. Hoc vero fidelibus dicitur, quibus, cum in forma Dei esset, Dei ac Patris Verbum, simile factum esse creditur, non quatenus æqualis est Deo, sed quatenus semetipsum exinanivit, et habitu inventus est ut homo ; quæ quidem circumscriptionis sunt proprietates.

A ἐμπεπτωκότων τῶν Εἰκονομάχων, *Ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία· καὶ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν. Μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται.* Εἰ γὰρ ἐπ' ἀναιρέσει, τοῦ μὴ εἰκονίζεσθαι Χριστὸν, εἴρηται τῷ Ἀποστόλῳ, *Ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου· οὕτω ὡμολόγηται αὐτῷ ὁμοιωθῆναι ἀνθρώποις.* Καὶ πῶς φησι ἑτέρωθι· *Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. Ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν γενόμενος ὑπήκοος ἄχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ* ; Οὐκοῦν ἑαυτῷ ἐναντιοῦται· πῇ μὲν ἀναιρῶν τὸ B ὁμοιωθῆναι ἀνθρώποις Θεόν· πῇ δὲ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενέσθαι βεβαιῶν. Ἀλλὰ ἄπαγε τῆς ἀβελτηρίας. Τὸ μὲν γὰρ τοῖς εἰδωλολάτραις ἀπονενέμηται, *ἀλλάξασι τὴν δόξαν ὡς ἀληθῶς τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν·* οἵτινες *μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει καὶ ἐσεβάσθησαν, καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα.* Τὸ δὲ τοῖς πιστοῖς, οἷς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Λόγος, ὁμοιωθῆναι πεπίστευται· οὐ κατὰ τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἑαυτὸν κενῶσαι, καὶ μορφὴν δούλου λαβεῖν, σχήματί τε εὑρεθῆναι ὡς ἄνθρωπον· ἅτινά ἐστι περιγραφῆς ἰδιώματα.

Aliud.

LVI. Si corpus Christus sumus, et membra de membro , caput autem nostrum Christus ; erit utique, sicut et membra, et caput circumscriptum. Quod si incircumscriptus est, desiimus nos membra esse Christi, qui circumscriptionis figuræ subditi sumus. Hoc vero quomodo extremæ non sit dementiæ ?

C *Ἄλλο.*

Εἰ σῶμά ἐσμεν Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους· κεφαλὴ δὲ ἡμῶν Χριστός· εἴη δ' ἂν κατὰ τὰ μέλη πάντως καὶ ἡ κεφαλὴ περιγεγραμμένη. Εἰ δὲ ἀπερίγραπτος, ἀπολώλαμεν μέλη Χριστοῦ εἶναι, περιγραφῆς εἶδει ἡμεῖς ὑποπίπτοντες. Καὶ πῶς οὐκ ἐσχάτης εὐηθείας τοῦτο ;

Aliud, in illud : « Ego sum vitis. »

LVII. Si vitis est, ut sit, Salvator, et nos palmites, non diversæ a vite profecto naturæ palmites[81]. Quod si hoc verum est, quomodo cum palmites circumscribantur, non etiam vitis circumscribetur ? ex palmitibus enim vitis cognoscitur.

Ἄλλο, εἰς τὸ, « Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος. »

Εἰ ἄμπελος, φησὶν, ὁ Σωτὴρ, κλήματα δὲ ἡμεῖς οὐχ ἑτεροφυῆ δηλονότι τὰ κλήματα τῇ ἀμπέλῳ. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, πῶς τῶν κλημάτων περιγραφομένων, οὐ περιγραφήσεται καὶ ἡ ἄμπελος ; ἐκ γὰρ τῶν κλημάτων ἡ ἄμπελος γινώσκεται.

Aliud.

LVIII. Quæ diversi generis, et diversæ sunt naturæ, eamdem proprietatem habere non possunt : neque enim dicet quisquam aut ignem deorsum tendere, aut aquam sursum : sed quemadmodum essentiæ rationem distinctam habent, sic et modum proprietatis .Quoniam ergo Christus ex iis constat quæ diversi sunt generis, et non ejusdem essentiæ, ex divinitate scilicet et humanitate ; ex duabus pariter proprietatibus agnoscetur ; ex illa quidem non circumscriptus; ex hac vero circumscriptus. Eversa enim proprietate, tollitur et quæ per eam efformatur ac designatur essentia.

D *Ἄλλο.*

Τὰ ἑτερογενῆ καὶ ἑτεροφυῆ τὴν αὐτὴν ἰδιότητα ἔχειν οὐ δύναται· οὐδὲ γάρ τις εἴποι ἂν τὸ μὲν πῦρ κατωφερὲς, τὸ δὲ ὕδωρ ἀνωφερές· ἀλλ' ὥσπερ τὸν τῆς οὐσίας λόγον ἀπεσχοινισμένον ἔχουσιν· οὕτω καὶ τὸν τῆς ἰδιότητος τρόπον. Ἐπεὶ τοίνυν ὁ Χριστὸς ἐξ ἑτερογενῶν καὶ οὐχ ὁμοουσίων· ἐκ γὰρ θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος· ἐκ δύο ἂν εἴη καὶ ἰδιωμάτων γνωριζόμενος. Τῇ μὲν μὴ περιγραφόμενος· τῇ δὲ περιγραφόμενος. Τῇ γὰρ τῆς ἰδιότητος ἀναιρέσει, συναναιρεῖται καὶ ἡ δι' αὐτῆς χαρακτηριζομένη οὐσία.

[76] Rom. I, 21, 22. [77] II Tim. I, 7. [78] Philipp. II, 6, 7. [79] Rom. I, 23. [80] ibid. 25. [81] Joan. XV, 5.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ὅτι περιγραφόμενος ὁ Χριστὸς ἔχει τεχνητὴν εἰκόνα, ἐφ' ᾗ θεωρεῖται, ὡς καὶ αὐτὴ ἐν Χριστῷ.

Κατὰ μίμησιν τοῦ φυσικοῦ τὸ τεχνητόν· τεχνητὸν γὰρ οὐδὲν ἂν λεχθείη μὴ προηγουμένου τοῦ φυσικοῦ. Οὐκοῦν ἔστι τεχνητὴ εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἔστιν εἰκὼν φυσικὴ τῆς τεκούσης αὐτὸν μητρός. Εἰ δὲ θάτερον μὲν ἀληθὲς, θάτερον δὲ ψευδὲς, οὐκ ἂν εἴη φυσικὴ εἰκὼν τῆς τεκούσης, μὴ ἔχων τεχνητὴν εἰκόνα κατ' ἐκείνην· ὅπερ ἄτοπον.

Ἄλλο.

Ἡ εἰκὼν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον τὴν ἐμφέρειαν ἔχει, ἀλλ' ἡ μὲν φυσικὴ φυσικῶς· ἡ δὲ τεχνητὴ τεχνητῶς. Καὶ ἡ μὲν ἅμα τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ ὁμοιώσει ἀπαράλλακτός ἐστιν, οἷπερ ἐστὶν ἀποσφράγισμα· ὡς ὁ Χριστὸς, κατὰ μὲν τὴν θεότητα, πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα· κατὰ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ Μητέρα. Ἡ δὲ τῇ ὁμοιώσει ταυτιζομένη, ἠλλοτρίωται τῆς οὐσίας τοῦ ἀρχετύπου, ὡς εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ πρὸς αὐτὸν δὴ Χριστόν. Οὐκοῦν ἔστι τεχνητὴ εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ, πρὸς ὃν τὴν ἐμφέρειαν εἴληφεν.

Ἀνθυποφορὰ ὡς ἐκ τῶν εἰκονομάχων.

Εἰ καθὸ φυσικὴ εἰκὼν τῆς τεκούσης Χριστὸς, ἔχει τεχνητὴν εἰκόνα, ὡς ἂν μὴ παραλλάττοιτο τῆς πρὸς αὐτὸν ἐμφερείας· σχοίη ἂν καὶ καθὸ εἰκὼν τοῦ ἀοράτου Πατρὸς, τεχνητὴν εἰκόνα. Εἰ δὲ τοῦτο, περιγραφῆς οὐκ ἔξω τὸ Θεῖον· ὅπερ ἀσεβές.

Λύσις πρὸς τοῦτο.

Ἐκ πολλῆς ἀβελτηρίας τὰ ἄμικτα μιγνύντες οἱ Εἰκονομάχοι, οὐ συνιοῦσιν ἑκάστῃ γεννήσει ἀπονέμειν τὰ οἰκεῖα· ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς καὶ ἀπερίγραπτός ἐστι καὶ περιγεγραμμένος. Κατὰ μὲν γὰρ τὸ ἐξ ἀπεριγράπτου Πατρὸς προελθεῖν, ἀπερίγραπτος ὤν, οὐκ ἂν σχοίη εἰκόνα τεχνητήν· τίνι γὰρ ὁμοιώματι ὁμοιωθήσεται τὸ θεῖον, ἐφ' ᾧ πᾶσα ἀπόφασις ἐνδάλματος παρὰ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ; Κατὰ δὲ τὸ ἐκ περιγεγραμμένης Μητρὸς τεχθῆναι, εἰκότως ἂν ἔχει εἰκόνα, ἐφάμιλλον τῇ μητρῴᾳ εἰκονουργίᾳ. Εἰ δὲ μὴ ἔχοι, οὐκ ἂν ἐκ περιγεγραμμένης Μητρὸς, καὶ ἐστὶν ἐκ μιᾶς γεννήσεως μόνης, τῆς πατρικῆς δηλαδή· ὅπερ ἐστὶν ἀναιρετικὸν τῆς αὐτοῦ οἰκονομίας.

Ἄλλο.

Εἰ ἡ τῆς εἰκόνος ἔνδειξις ἀναφορὰν ἔχει πρὸς τὸ πρωτότυπον· καὶ οὐκ ἔστι πρωτοτύπου ὄντος μὴ καὶ εἰκόνα εἶναι, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου εἰρημένον, *Τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή;* καὶ ἐπαγαγόντος πρὸς τοὺς ἐρωτήσαντας, *Ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ*· ἆρα ἔχει ὁ Χριστὸς τεχνητὴν εἰκόνα, ὡς καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, ἀναφερομένην πρὸς αὐτὸν διὰ τῆς ὁμοιωτικῆς ἐμφερείας. Εἰ δὲ μὴ ἔχει, οὐδὲ ἔστι τοῦθ' ὅπερ λέγεται Χριστός. Ἀλλὰ μὴν αὐτοαλήθεια Χριστὸς ἔστι τε καὶ ὀνομάζεται. Οὐκοῦν ἔχει καὶ εἰκόνα, ἧς ἡ ἀνα-

CAPUT II.

Quod Christus circumscriptus artificialem habeat imaginem in qua spectetur, sicut et illa in Christo.

I. Ad imitationem naturalis artificiale fingitur : artificiale enim nihil dicitur, cui non præeat naturale. Ergo artificialis est imago Christi, sicut naturalis ipse est imago ejus, quæ ipsum peperit, matris. Sin autem alterum verum sit, alterum falsum, non erit naturalis imago genitricis : ut qui artificialem secundum illam non habeat imaginem, quod est absurdum.

Aliud.

II. Imago omnis similitudinem habet archetypi; sed naturalis naturaliter, artificialis artificialiter. Atque illa quidem, una cum essentia et similitudine, sine discrepantia ab eo est cujus est signaculum : ut Christus, juxta divinitatem quidem, erga Patrem suum ; juxta humanitatem vero, erga Matrem suam. Hæc vero similitudine quidem eadem est, essentia vero ab archetypo distat, ut imago Christi a Christo ipso. Est igitur artificialis imago Christi, ad quem illa similitudinem suscepit.

Exceptio tanquam ex persona Iconomachorum.

III. Si quatenus naturalis imago genitricis est Christus, artificialem habet imaginem, ne qua parte discrepet ab ejus similitudine ; habebit utique et quatenus imago est invisibilis Patris, artificialem imaginem. Sed si hoc verum est, divinitas extra circumscriptionem non erit ; quod impium est.

Solutio ejusdem.

Præ multa vecordia ea quæ mista non sunt miscentes Iconomachi unicuique nativitati propria tribuere nesciunt : secundum quas Christus et incircumscriptus est, et circumscriptus. Quatenus enim ex Patre incircumscripto prodiit, cum incircumscriptus sit, artificialem imaginem habere non potest : cui enim similitudini assimilabitur divinitas, cujus simulacrum omne divinis Litteris interdicitur? Quatenus vero ex circumscripta Matre genitus est, congruenter imaginem habet, maternæ imaginis expressioni respondentem. Alioqui si non habet, ex circumscripta Matre non est, atque unam tantum nativitatem habet, paternam nimirum ; quod quidem totam ejus dispensationem funditus evertit.

Aliud.

IV. Si imaginis demonstratio relationem habet ad prototypum, nec fieri potest quin ubi est prototypum, sit etiam imago, juxta id quod a Domino dictum est, *Cujus est imago, hæc et superscriptio*[81]? mox interrogantibus subjiciente, *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo*[82] : habet profecto artificialem imaginem Christus, ut similis nostri natus, quæ ad ipsum similitudinis ratione referatur. Quod si non habeat, neque id quidem erit quod dicitur, Christus. Atqui veritas ipsa Christus et est et appellatur. Habet igitur imagi-

[81] Matth. xxii, 20. [82] ibid. 21

Digitized by Google

nem; cujus relatio adorationis ad ipsum transiens, nunquam gloriæ divisione disjuncta est.

Aliud, in illud : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram [83]. »

V. Quod ad imaginem Dei et similitudinem conditus sit homo, divinum quiddam esse docet fabricationem imaginum. Quoniam autem ex imagine transcribitur imago; cum homo sit, etsi et idem Deus, per imaginem Christus effingetur, non spiritu, sed corpore. Quod si altero effingitur, habet profecto et imaginem, quæ ipsum referat, ad mutuam similitudinis ostensionem.

Aliud.

VI. Si Adam primus homo specie circumscribitur; ergo et Christus secundus Adam; qui Deus est et homo, ex æquo specie corporea effingetur. Quod si *qualis terrenus, tales et terreni : et qualis est cœlestis, tales et cœlestes* [84]; nos vero cum tales simus, effingimur; et Christus igitur, qui omnium salutis est auctor, imaginis propriæ est archetypum.

Aliud.

VII. Si Deus auxilio nullo indiget, nec pati quidquam potest, quomodo de illo dicit Apostolus : *Qui, in diebus carnis suæ, preces supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia. Et quidem cum esset Filius, didicit ex iis quæ passus est, obedientiam* [85]. Annon videlicet, qui carnis est expers, carne assumpta, et a passione alienus est, et passioni obnoxius; nullius rei egens, et egens tamen; sicut et incircumscriptus, et circumscriptus? Quod si circumscriptus, habet igitur et imaginem, quæ ipsum referat ad mutuam similitudinis ostensionem.

CAPUT III.

Quod una et individua sit in utroque adoratio, Christo scilicet et ejus imagine.

Objectio ad hæc, tanquam ex persona Iconomachorum.

I. Si omne quod ad alicujus similitudinem factum est, deficit omnino a prototypi æqualitate, et illius gloria est inferius; procul dubio non erit idem adoratione Christus, cum sua ipsius effigie. Quod si hæc diversa, diversa etiam adoratio quæ inducitur. Idolici igitur cultus causa est.

Solutio ejusdem.

Prototypum non est secundum substantiam in imagine; alioqui diceretur etiam imago prototypum, ut et vice versa prototypum imago : quod non usuvenit : eo quod est utriusque propria naturæ definitio : sed secundum hypostasis similitudinem, in quo non inest alia ratio definitionis. Quod igitur deficiat imago ab æqualitate prototypi, et illius gloria sit inferior, id non secundum similitudinem, sed secundum substantiam discri-

[83] Gen. I, 26. [84] I Cor. XV, 48. [85] Hebr. V, 7.

A φορὰ τῆς προσκυνήσεως ἐπ' αὐτὸν διαβαίνουσα, οὐδέποτε μερισμῷ δόξης διέσχισται.

Ἄλλο, εἰς τό, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν. »

Τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν πεποιῆσθαι τὸν ἄνθρωπον, δείκνυσι θεῖόν τι χρῆμα ὑπάρχειν τὸ τῆς εἰκονουργίας εἶδος. Ἐπειδὴ δὲ ἐξ εἰκόνος εἰκὼν μεταγράφεται· ἄνθρωπος ὤν, εἰ καὶ Θεὸς, ὁ Χριστὸς εἰκονιζόμενος εἴη, οὐ πνεύματι, ἀλλὰ σώματι. Εἰ δὲ θατέρῳ εἰκονίζεται, ἔχει δηλαδὴ καὶ εἰκόνα ταυτεμφερῆ αὐτῷ εἰς ἀντένδειξιν ὁμοιότητος.

Ἄλλο.

B Εἰ Ἀδὰμ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος τῷ εἴδει περιγράφεται, ἆρα καὶ ὁ Χριστὸς ὁ δεύτερος Ἀδὰμ, Θεὸς ὢν καὶ ἄνθρωπος, ἐξ ἴσου τῷ σωματικῷ εἴδει εἰκονισθήσεται. Εἰ δὲ *οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοὶ, καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι* · ἡμεῖς δὲ ὃ τοιοῦτοι ὄντες εἰκονιζόμεθα· καὶ Χριστὸς ἆρα ὡς πάντων ἐστὶν ἀρχηγὸς σωτηρίας, εἰκόνος οἰκείας ἐστὶν ἀρχέτυπον.

Ἄλλο.

Εἰ Θεὸς οὐ δεῖται τινὸς βοηθείας, οὐδὲ πάθους οὐτινοσοῦν δεκτικός· πῶς φησιν ὁ Ἀπόστολος περὶ αὐτοῦ· *Ὁ ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις, τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας. Καίπερ ὢν Υἱὸς, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν.* Ἢ δηλονότι ὁ ἄσαρκος σάρκα εἰληφὼς, ἀπαθής ἐστι καὶ παθητὸς ἀνενδεὴς καὶ ἐνδεὴς, ὥσπερ καὶ ἀπερίγραπτος καὶ περιγραπτός; Εἰ δὲ περιγραπτὸς, ἔχει ἆρα καὶ εἰκόνα ταυτεμφερῆ αὐτῷ εἰς ἀντένδειξιν ὁμοιότητος.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Ὅτι μία καὶ ἀμέριστος ἡ ἐπ' ἀμφοῖν προσκύνησις, Χριστοῦ τε καὶ τῆς αὐτοῦ εἰκόνος.

Ἀντίθεσις πρὸς ταῦτα, ὡς ἐκ τῶν Εἰκονομάχων.

Εἰ πᾶν ὅπερ ἂν καθ' ὁμοίωσιν γένοιτό τινος, ἀπολείπεται πάντως τῆς πρὸς τὸ πρωτότυπον ἰσότητος, καὶ τῆς ἐκείνου δόξης ἐστὶ δεύτερον· δηλονότι οὐ ταυτὸν τῇ προσκυνήσει Χριστὸς πρὸς τὸ οἰκεῖον εἰ-D κόνισμα. Καὶ ἐπείπερ ταῦτα διάφορα, διάφορος καὶ ἡ προσκύνησις, ἧς ἡ εἰσφορά. Εἰδωλικῆς ἐστιν ἄρα λατρείας αἴτιον.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Τὸ πρωτότυπον οὐ κατ' οὐσίαν ἐν τῇ εἰκόνι. Ἢ γὰρ ἂν λέγοιτο καὶ ἡ εἰκὼν πρωτότυπον, ὡς καὶ ἐμπαλιν τὸ πρωτότυπον εἰκών· ὅπερ οὐκ ἐνδέχεται, διὰ τὸ ἴδιον εἶναι ἑκατέρου ὅρον τῆς φύσεως· ἀλλὰ κατὰ τὴν τῆς ὑποστάσεως ὁμοιότητα· ὅπερ οὐκ ἔστιν ἕτερος λόγος τῆς διορίσεως. Οὐκοῦν τὸ ἀπολείπεσθαι τῆς τοῦ πρωτοτύπου ἰσότητος τὴν εἰκόνα, καὶ τῆς ἐκείνου δόξης εἶναι δεύτερον, οὐ κατὰ τὴν ὁμοίωσιν· ἀλλὰ κατὰ τὴν τῆς οὐσίας διαφορὰν εἴληπται·

Digitized by Google

(21) ἥτις οὐδὲ προσκυνεῖσθαι πέφυκε, κἂν ἐν αὐτῇ ὁ εἰκονιζόμενος ὁρᾶται προσκυνούμενος. Οὐκ ἄρα οὖν εἰσφορὰ ἑτέρας προσκυνήσεως, ἀλλὰ μία καὶ ἡ αὐτὴ τῆς εἰκόνος πρὸς τὸ πρωτότυπον, κατὰ τὴν ταυτότητα τῆς ὁμοιώσεως.

Ἄλλο.

Οὐχ ἡ τῆς εἰκόνος οὐσία προσκυνεῖται· ἀλλὰ ὁ ἐν αὐτῇ ἀποσφραγισθεὶς χαρακτὴρ τοῦ πρωτοτύπου· ἀπροσκυνήτου μὲν οὔσης τῆς εἰκονικῆς οὐσίας. Οὐδὲ γὰρ ἡ ὕλη ἐστὶν ἡ προσκυνουμένη, ἀλλὰ τὸ πρωτότυπον ἅμα τῷ χαρακτῆρι, καὶ οὐ τῇ οὐσίᾳ προσκυνούμενον. Εἰ δὲ εἰκὼν, μία ἡ προσκύνησις αὐτῆς πρὸς τὸ πρωτότυπον· ὥσπερ καὶ ταυτὴ ἡ ὁμοίωσις. Οὐκ ἄρα οὖν εἰσφορὰ ἑτέρας προσκυνήσεως, τῆς εἰκόνος προσκυνουμένης, παρὰ τὴν πρὸς τὸ πρωτότυπον προσκύνησιν.

Ἄλλο.

Ὧν οὐχ οἱ αὐτοὶ χαρακτῆρες, τούτων διάφοροι καὶ αἱ προσκυνήσεις· ὧν δὲ ὁ αὐτὸς χαρακτὴρ, τούτων καὶ ἡ προσκύνησις μία. Ἀλλὰ μὴν εἷς ὁ χαρακτὴρ τῆς εἰκόνος πρὸς τὸ πρωτότυπον· καὶ ἡ προσκύνησις ἄρα μία.

Ἄλλο.

Πᾶν ὅπερ ἄνισον, ἕτερόν ἐστι παρὰ τὸ ἴσον· καὶ πᾶν ὅπερ δεύτερον τῇ δόξῃ, ἄλλο ἐστὶ παρὰ τὸ πρῶτον. Ταῦτα δὲ δύο, ἀλλ' οὐχ ἕν. Ἐφ' οἷς δὲ ἰσότης, ἀνῄρηται τὸ ἄνισον. Καὶ ἐφ' οἷς ταυτότης, ἐξῄρηται τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον. Ἀλλὰ μὴν βασιλεὺς λέγεται καὶ ἡ τοῦ βασιλέως εἰκὼν, καὶ οὐ δύο βασιλεῖς· οὔτε γὰρ, φησὶ, τὸ κράτος σχίζεται, οὔτε ἡ δόξα μερίζεται. Μία ἄρα, καὶ οὐκ εἰσφορὰ ἑτέρας προσκυνήσεως· προσκυνουμένης τῆς εἰκόνος Χριτοῦ πρὸς Χριστόν. Ἐλαττουμένης δηλαδὴ καὶ δευτερούσης τῇ δόξῃ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον.

Ἄλλο.

Ὅτι εἰ καὶ μὴ δῶμεν ἰσότυπον εἶναι τὴν εἰκόνα πρὸς τὸ πρωτότυπον ἐξ ἀτεχνίας, οὐδ' οὕτως ἕξει τὸ ἄτοπον ὁ λόγος. Οὐ γὰρ ᾗ ὑπολέλειπται τῆς ἐμφερείας, ἀλλὰ ᾗ ὡμοίωται, ἡ προσκύνησις· ἰσοτυποῦσης ἐν τούτῳ τῆς εἰκόνος τῷ πρωτοτύπῳ, καὶ οὐ δύο ὄντων τῶν προσκυνουμένων, ἀλλ' ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ, κἂν τῇ εἰκόνι πρωτοτύπου· ὥσπερ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ τύπου τοῦ σταυροῦ πρὸς αὐτὸν δὴ τὸν ζωοποιὸν σταυρὸν, οὐ πάντως ἰσοτυποῦντος κἀνταῦθα τοῦ εἰκονίσματος τῷ ἀρχετύπῳ, μήκει τε καὶ πλάτει, ἤ τινι ἑτέρᾳ ἐμφερείᾳ· διὰ τὸ διαφόρως ἐκτυποῦσθαι. Ἔστι γὰρ ὁρᾷν αὐτὸν σμικρὸν καὶ μέγαν· εὐρύτερον καὶ στενώτερον· ἀμβλείας ἢ ὀξείας ἔχοντα τὰς ἀποπερατώσεις· μετὰ τίτλου καὶ ἄνευ τίτλου. Καὶ οὕπω λέγω τὰς τῶν χαλαστῶν ὑπαλλαγάς τε καὶ ἐξοχὰς, εἶτα καὶ τὰς τῶν ποιητῶν ποικιλίας. Ἀλλ' ὅμως ἐν ταῖς τοσαύταις διαφοραῖς μία ἡ προσκύνησις αὐτοῦ τε καὶ τοῦ πρωτοτύπου· δηλονότι καθ' ἣν ἀμφοῖν ὁρᾶται ἡ αὐτὴ ὁμοιότης.

men sumptum est; quæ ne adorationis quidem est capax; quamvis in ea qua exprimitur, adorari cernatur. Itaque non inducitur alia adoratio, sed una et eadem est imaginis cum prototypo, secundum similitudinis identitatem.

Aliud.

II. Haudquaquam imaginis adoratur substantia, sed quæ in ea impressa est figura prototypi, manente sine adoratione substantia imaginis. Neque enim est materia quæ adoratur, sed prototypum una cum figura, non autem cum substantia, adoratur. Quod si imago, una est hujus adoratio cum prototypo, sicut et eadem similitudo. Non igitur inductio est alterius adorationis, cum adoratur imago, præter adorationem prototypi.

Aliud.

III. Quorum figuræ non sunt eædem, horum diversæ sunt etiam adorationes: quorum vero figura eadem, horum et adoratio una est. Atqui unica est figura imaginis et prototypi; ergo et unica adoratio.

Aliud.

IV. Omne quod inæquale est, diversum est ab æquali; et quod gloria posterius est, aliud ab eo quod prius est. Hæc porro duo sunt, et non unum. In quibus vero cernitur æqualitas, eximitur inæquale; et in quibus identitas, tollitur prius ac posterius. Atqui rex dicitur ipsa etiam regis imago, et duo non sunt reges. Neque enim scinditur, inquit, potestas, neque gloria dividitur (22). Una igitur est, nec altera inducitur adoratio, qua adoratur imago Christi, et Christus ipse; ita nimirum ut illa inferior sit et posterior gloria, secundum rationem essentiæ.

Aliud.

V. Quod si etiam demus imaginem prototypo æquiformem non esse ex artis imperitia, ne sic quidem absurdum erit quod diximus. Non enim quatenus a similitudine abludit, sed quatenus similis est, adoratur; cum in hac parte prototypi formam imago adæquet, neque duo adorentur, sed unum atque idem, et in imagine prototypum: quemadmodum et in figura crucis erga ipsam vivificam crucem; licet non omnino hic quoque effigies formam æquet archetypi, vel longitudine, vel latitudine, vel alia quapiam habitudine; propterea quod variis modis figuretur. Nam et parvam interdum videas et magnam, latiorem et angustiorem, obtusis vel acutis extremis cum titulo et sine titulo. Necdum dico catenularum (23) tum commutationes tum prominentias: deinde opificum variationes. Attamen in tantis differentiis una est adoratio illius et prototypi; quatenus scilicet utriusque eadem cernitur similitudo.

(21) Ἡ ἡγουν ὕλη τῆς εἰκόνος, *nempe materia imaginis.*

(22) **Basilius**, *De Spiritu sancto*, ad Amphilochium, cap. 18, pag. 189.

(23) *Nisi potius intelligi debent extremæ crucis partes variæ figuratæ.*

Digitized by Google

Aliud ab exemplo.

VI. Si in propria figura adoratur crux vivifica, et duæ non sunt adorationes, quia neque adoratio alia est substantiæ qua figura constat; necesse item est ut, cum Christus in propria imagine adoratur, duæ adorationes non sint, quia neque substantia imaginis adoratur: sed una et eadem Christi etiam in imagine adoratio.

Aliud.

VII. Si ex eo quod aliquantulum differt a Patre Filius (differt autem sola filiali proprietate) nihil obstat quominus ejusdem sit ipse cum Patre essentiæ et adorationis: neque ex eo quod aliquatenus differt imago a prototypo (differt autem secundum substantiæ rationem) obstabit quidquam quominus ejusdem sit cum prototypo similitudinis et adorationis. Nam quemadmodum illic per hypostasim a Patre, sic et hic per substantiam discernitur Christus ab imagine sua.

Aliud.

VIII. Si alterius est adorationis imago quam ipsius prototypum, quomodo hoc in illa cernitur, et ipsa in prototypo? Neque enim Petri, verbi gratia, formam in Paulo conspicimus, nec rursus Pauli formam in Petri forma cerneret quisquam. Simile enim in simili apparet; quæ vero similitudine inter se dissident, haud unquam mutuo in sese conspiciuntur. Elucet autem imago Petri in Petro, sicut et Petrus in propria imagine. Non igitur diversæ ab ipso adorationis est imago Christi, sed unius et communis adorationis, tanquam illum referens, et per se similis.

Objectio tanquam ex persona Iconomachorum.

IX. Si Deo soli a nobis et ab angelis debetur adoratio, quomodo una erit imaginis et Christi adoratio? siquidem hanc relatione, illum natura adorari conceditur. Duæ itaque in uno Christo adorationes erunt, ob imaginis adorationem; quod impium est.

Solutio ejusdem.

Si propterea quod nos soli Deo adorationem deferimus, Christi imaginem adorare non oportet, quasi duæ adorationes præter unam eamque latriam inducantur, quatenus duo sunt imago et prototypum: duplex igitur erit adoratio in Patre ac Filio, propter duplicem hypostasim. Sin autem hoc impium est dicere, quia una est et eadem, juxta naturæ scilicet unitatem: una ergo et Christi atque imaginis ejus adoratio est, juxta unitatem hypostaticæ similitudinis, et non naturarum diversitatem.

Aliud.

X. Relatio dicta est, quatenus exemplum est in prototypo; neque idcirco divisum est unum ab altero, excepta naturæ differentia. Ergo cum imago Christi in propria designatione speciem Christi habere dicatur, una ejus cum Christo erit adoratio, et non diversa.

A

Ἄλλο ἐκ παραδείγματος.

Εἰ ἐν τῷ οἰκείῳ τύπῳ προσκυνεῖται ὁ ζωοποιὸς σταυρὸς, καὶ οὐ δύο προσκυνήσεις· ὅτι μηδὲ προσκύνησις ἑτέρα τῆς τοῦ τύπου οὐσίας· ἀνάγκη καὶ Χριστοῦ ἐν τῇ οἰκείᾳ εἰκόνι προσκυνουμένου, μὴ δύο προσκυνήσεις εἶναι· ὅτι μηδὲ τῆς οὐσίας τῆς εἰκόνος προσκύνησις· ἀλλὰ μία καὶ ἡ αὐτὴ τοῦ Χριστοῦ κἀν τῇ εἰκόνι.

Ἄλλο.

Εἰ διὰ τὸ κατά τι διαφέρειν τὸν Υἱὸν πρὸς τὸν Πατέρα· διαφέρειν δὲ μόνῳ τῷ υἱικῷ ἰδιώματι· οὐδὲν ἀδικήσει τῆς αὐτῆς αὐτὸν εἶναι τῷ Πατρὶ οὐσίας καὶ προσκυνήσεως· οὐδὲ διὰ τὸ κατά τι διαφέρειν τὴν εἰκόνα τοῦ πρωτοτύπου· διαφέρειν δὲ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον· ἀδικήσει τῆς αὐτῆς αὐτὴν εἶναι τῷ πρωτοτύπῳ ὁμοιώσεώς τε καὶ προσκυνήσεως. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ τῇ πρὸς τὸν Πατέρα ὑποστάσει, οὕτω δεῦρο τῇ οὐσίᾳ διακέκριται ὁ Χριστὸς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα.

B

Ἄλλο.

Εἰ ἑτεροπροσκύνητός ἐστιν ἡ εἰκὼν πρὸς τὸ οἰκεῖον πρωτότυπον· πῶς τοῦτο ἐν αὐτῇ ὁρᾶται, καὶ αὐτὴ ἐν τῷ πρωτοτύπῳ; Οὐ γὰρ δήπου τὴν τοῦ Πέτρου, φέρε εἰπεῖν, μορφὴν ἐν τῷ Παύλῳ θεωρήσομεν· οὐδ' ἂν πάλιν τὴν τοῦ Παύλου κατόψεταί τις ἐν τῇ τοῦ Πέτρου μορφῇ. Τὸ γὰρ ὅμοιον ἐν τῷ ὁμοίῳ φαίνεται· τὰ δὲ τῆς ἀλλήλων ὁμοιότητος ἀπεσχοινισμένα, οὐκ ἂν ἐν ἀλλήλοις φαίνοιτό ποτε· φαίνεται δὲ ἡ εἰκὼν τοῦ Πέτρου ἐν Πέτρῳ· ὥσπερ καὶ Πέτρος ἐν τῇ οἰκείᾳ εἰκόνι. Οὐκ ἄρα ἑτεροπροσκύνητος ἡ εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ πρὸς αὐτόν· ἀλλ' ὁμοπροσκύνητος, ὡς ἐμφερής τε καὶ αὐτόμοιος.

C

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν Εἰκονομάχων.

Εἰ μόνον Θεῷ τὸ προσκυνεῖσθαι παρά τε ἡμῶν καὶ ἀγγέλων ὀφείλεται· πῶς οὖν ἔσται μία προσκύνησις τῆς εἰκόνος πρὸς Χριστόν; εἴπερ ἡ μὲν σχέσει, ὁ δὲ φύσει προσκυνεῖσθαι ὁμολόγηται. Οὐκοῦν δύο προσκυνήσεις ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ διὰ τῆς εἰκονικῆς προσκυνήσεως· ὅπερ ἀσεβές.

Λύσις πρὸς τοῦτο.

Εἰ διὰ τὸ μόνῳ [*vel* μόνον *ut supra*] Θεῷ τὴν προσκύνησιν ἡμᾶς προσφέρειν, οὐ δεῖ προσκυνεῖν τὴν Χριστοῦ εἰκόνα, ὡς δύο προσκυνήσεων παρὰ τὴν μίαν καὶ λατρευτὴν εἰσφερομένων, κατὰ τὸ διττὸν τῆς τε εἰκόνος καὶ τοῦ πρωτοτύπου· διττὴ ἄρα ἔσται προσκύνησις ἐπί τε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, διὰ τὸ τῶν ὑποστάσεων διττόν. Εἰ δὲ τοῦτο ἀσεβὲς λέγειν· μία γάρ ἐστι καὶ ἡ αὐτὴ κατὰ τὸ μοναδικὸν δηλαδὴ τῆς φύσεως· μία ἄρα καὶ ἡ Χριστοῦ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα προσκύνησις· κατὰ τὸ μοναδικὸν τῆς ὑποστατικῆς ὁμοιώσεως, ἀλλ' οὐ τὸ ἑτεροῖον τῶν φύσεων.

D

Ἄλλο.

Ἡ σχέσις κατὰ τὸ εἶναι ἐν τῷ πρωτοτύπῳ τὸ παράγωγον εἴρηται· καὶ οὐ διὰ τοῦτο μεμέρισται θατέρου θάτερον, ἢ μόνον παρὰ τὸ τῆς οὐσίας διάφορον. Οὐκοῦν ἐπειδὴ ἔχειν λέγεται ἡ εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ οἰκείᾳ διαγραφῇ τὸ εἶδος Χριστοῦ, μία καὶ ἡ προσκύνησις αὐτῆς πρὸς Χριστὸν, καὶ οὐ διάφορος.

Digitized by Google

Πρότασις, ὡς ἐκ τῶν Εἰκονομάχων.

Πῶς ἂν δύναιτο ταυτότης προσκυνήσεως ἐπί τε Χριστοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ εἰκόνος σώζεσθαι· εἴ γε ὁ μὲν Χριστὸς φύσει, ἡ δὲ εἰκὼν θέσει; Ἀνάγκη γὰρ πᾶσα λέγειν ἐν οὐδενὶ παραλλάττειν τὸ φύσει. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲν κωλύει καὶ τὴν εἰκόνα φύσει λέγειν εἶναι, καὶ τὸν Χριστὸν θέσει· καὶ συγκέχυται τὸ πᾶν.

Λύσις πρὸς τοῦτο, ἀντερωτημάτως.

Καὶ πῶς ἂν δύναιτο, ὦ βέλτιστοι, ταυτότης προσκυνήσεως μὴ σώζεσθαι ἐπί τε Χριστοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ εἰκόνος, εἴ γε τοῦ Χριστοῦ ἐστιν ὁμοίωσις ἡ εἰκὼν, καὶ ἐν ἑαυτῇ δείκνυσι τὸν Χριστόν; Εὔγνωστον γὰρ δήπουθεν καὶ πᾶσιν ὡμολογημένον, ὡς οὐδεὶς ἐν ἑτέρᾳ ὄψει, φέρε εἰπεῖν Θωμᾶ, τὴν ἑτέρου ὄψιν, φέρε εἰπεῖν Λουκᾶ, κατίδοι. Οὐδ' ἄν τις ἔχει λέγειν Θωμᾶν ἑωρακὼς, ὅτι δὴ Λουκᾶν τεθέαται. Ἐν γὰρ τοῖς ταυτεμφερέσιν ἡ τῆς ὁμοιώτητος ἐπίδειξις, οὐκ ἐν τοῖς ἀλλήλων διεστηκόσι τῷ χαρακτηριστικῷ ἰδιώματι. Εἰ οὖν τοῦτο ἀληθὲς, καὶ ὁ ἑωρακὼς τὴν εἰκόνα Χριστοῦ, ἐν αὐτῇ ἑώρακε τὸν Χριστὸν, ἀνάγκη πᾶσα τῆς αὐτῆς εἶναι λέγειν, ὥσπερ ὁμοιώσεως, οὕτως καὶ προσκυνήσεως τὴν εἰκόνα Χριστοῦ πρὸς Χριστόν.

Ἄλλο.

Τὸ κατά τι ὅμοιον, κατὰ τοῦθ' ὅπερ ὡμοίωται, καὶ κοινωνοῦν ἐστιν αὐτῷ προσκυνήσεως. Τὸ δὲ κατὰ πάντα ὅμοιον, καὶ καθόλου κοινωνοῦν ἐστι τῆς προσκυνήσεως. Ὅμοιος δὲ κατὰ πάντα ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ὥσπερ καὶ ὁμοούσιος· οὐκοῦν καὶ ὁμοπροσκύνητος. Χριστοῦ δὲ ἡ εἰκὼν κατὰ μόνην τὴν ὑποστατικὴν αὐτοῦ ὁμοίωσιν ἐμφερὴς· οὐκοῦν κατὰ τοῦτο κοινωνοῦσα αὐτῷ εἴη ἂν καὶ τῆς προσκυνήσεως.

Ἄλλο.

Εἰ ὁ ἑωρακὼς τὴν εἰκόνα ἐν αὐτῇ ὁρᾷ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ πρωτοτύπου· ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὸν προσκυνοῦντα τὴν εἰκόνα, ἐν αὐτῇ προσκυνεῖν τὸ εἶδος τοῦ πρωτοτύπου. Μιᾶς δὲ οὔσης τῆς ὁμοιώσεως, μία ἄρα ἔσται καὶ ἡ προσκύνησις τῶν ἀμφοτέρων.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν Εἰκονομάχων.

Εἰ κοινωνοῦσά ἐστι τῆς Χριστοῦ προσκυνήσεως ἡ ἀποματτομένη αὐτοῦ εἰκὼν, πῶς φησιν αὐτὸς, *Τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω*; Οὐκ ἄρα οὖν κοινωνοῦσά ἐστι. Μὴ κοινωνοῦσα δὲ, εἰδωλικῶς προσκυνεῖσθαι δίδοται· ὡς δευτέρας προσκυνήσεως ἐν αὐτῷ εἰσκομιζομένης.

Λύσις πρὸς τοῦτο.

Οὐκ ἄλλο τί ἐστιν ἡ Χριστοῦ εἰκὼν, ἢ Χριστὸς, παρὰ τὸ τῆς οὐσίας δηλαδὴ διάφορον, ὡς πολλαχῶς ἀποδέδεικται. Ὅθεν καὶ ἡ ταύτης προσκύνησις, Χριστοῦ προσκύνησίς ἐστιν· οὐ τί που τῆς εἰκονικῆς ὕλης προσκυνουμένης· ἀλλὰ μόνου τοῦ ἐν αὐτῇ ὁμοιωθέντος Χριστοῦ. Ὧν δὲ ἡ ὁμοίωσις μία, τούτων μία δηλαδὴ καὶ ἡ προσκύνησις. Οὐκοῦν δίδωσιν ἑτέρῳ τὴν δόξαν ἐν τῇ οἰκείᾳ εἰκόνι Χριστὸς, ἐν ᾗ μᾶλλον

Propositio tanquam ex persona Iconomachorum.

XI. Quonam pacto identitas adorationis in Christo ejusque imagine servari possit, si Christus natura, imago vero positione est? Necesse enim prorsus est dicere, in nullo variare id quod est natura tale. Quod si ita est, nihil obstat quin et imaginem natura dicamus esse, et Christum positione; et universa confundentur.

Solutio ejusdem per mutuam interrogationem.

Et quomodo possit, viri optimi, identitas adorationis non servari in Christo et ejus imagine, si Christi similitudo est imago, et in seipsa Christum ostendit? Notum enim utique et omnibus in confesso est, quod nemo in alterius facie, verbi gratia Thomæ, alterius vultum, verbi gratia Lucæ, videre queat. Nec quisquam est qui, viso Thoma, dicere possit, quod Lucam viderit. In iis enim quæ eamdem speciem referunt, similitudinis cernitur demonstratio, non in iis quæ figurativa proprietate invicem distant. Hoc igitur si verum est, et qui Christi imaginem vidit, in ea Christum vidit, necesse est ejusdem plane dicatur ut similitudinis, sic et adorationis imago Christi cum Christo.

Aliud.

XII. Quod secundum aliquid simile est, secundum id quod simile est, adorationem cum illo participat. Quod vero per omnia simile est, in universum item particeps est adorationis. Similis autem per omnia est Patri Filius, quemadmodum et consubstantialis: quare et simul adoratur. Christi vero imago secundum solam hypostaticam ejus similitudinem ipsum refert; ergo secundum hoc ipsum particeps cum illo erit adorationis.

Aliud.

XIII. Si qui imaginem vidit, in ea videt similitudinem prototypi: necesse omnino est, ut qui imaginem adorat, in ea adoret speciem prototypi. Cum autem una sit similitudo, una etiam erit et utriusque adoratio.

Objectio ex persona Iconomachorum.

XIV. Si Christi adorationem expressa ejus imago participat, quomodo ipse dicit, *Gloriam meam alteri non dabo* [46]? Non igitur participat. Quod si non participat, idolice adorari patet, tanquam altera in eo adoratione invecta.

Solutio ejusdem.

Non est aliud quidpiam imago Christi, quam Christus, excepta scilicet essentiæ differentia, ut sæpe ostensum est. Unde et illius adoratio, Christi est adoratio: ita ut imaginis materia non adoretur, sed solus qui in ea per similitudinem expressus est Christus. Quorum vero similitudo una est, horum una utique et adoratio. Non ergo dat alteri gloriam in propria imagine Christus, in qua potius hanc

[46] Isa. XLII, 8.

Digitized by Google

sibi vindicat : cum aliud quiddam sit materia a similitudine. Certe in diversis materiis expressa, eadem est in omnibus figura. Non maneret autem in diversis materiis invariabilis, nisi hoc haberet ut nihil cum ipsis communicet, sed sit cogitatione ab iis quibus inest separata.

Objectio ex persona Iconomachorum.

XV. Si *Spiritus est Deus*, ut scriptum est, *et eos, qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare*[87] : quomodo in imagine, cum præterea in spiritu adorari dicatis Christum, quandoquidem Deus est, idololatriæ specimen non inducitis?

Solutio ejusdem.

Quis Iconomachos amentiæ plenos non miretur, qui non distinguant aliud esse dispensationis dogma a dogmate Theologiæ, de quo illud, *in spiritu et veritate adorare oportet*, accipiendum est? Nam cum spiritus sit Deus et Pater, in Spiritu sancto, et veritate unigenito ejus Filio adorari intelligitur. Cum vero in imagine adorari dicitur Christus, de dispensatione sermo est ; quia, etsi spiritus est, quatenus Deus, attamen caro etiam est, quatenus homo : cujus corporea imago, etsi in materia repræsentetur, inseparabilis est a Christo, sicut umbra a proprio corpore ; adoraturque non imaginis materia, sed qui in ea expressus est Christus, cum quo simul adoratur Pater et Spiritus sanctus.

CAPUT IV.

Quod cum imaginis suæ prototypum sit Christus, unum habet ad eam respectum, quemadmodum et adorationem.

[e] Ex Vita sancti Pancratii apud Bollandum mense Aprili 3 die, pag. 237. [h] Ex cap. I, de cœlesti Hierarchia cap. 1, p. 3. [i] Ex Quæstionibus ad Antiochum quæst. 39. [j] Ex Homil. XVIII, in sanctum Barlaam. [k] De Actis sancti Pancratii rursus infra, epist. 42, lib. II.

Digitized by Google

Ταύτην ἰδοῦσα, καὶ γὰρ ἦν σεβασμία,
Ἀπῆλθεν εὐθὺς καὶ θέας ἠττημένη.
Ὡς ζῶντ' ἐπαισχυνθεῖσα τὸν γεγραμμένον.

Φωνὴ τοῦ Χρυσοστόμου.

Ἐγὼ καὶ τὴν κηρόχυτον ἠγάπησα γραφὴν, εὐσεβείας ἔνεκεν πεπληρωμένην· εἶδον γὰρ ἄγγελον ἐν εἰκόνι ἐλαύνοντα βαρβάρων στίφη. Εἶδον πατούμενα βαρβάρων φῦλα· καὶ τὸν Δαυὶδ ἀληθεύοντα· *Κύριε, ἐν τῇ πόλει σου τὴν εἰκόνα αὐτῶν ἐξουδενώσεις.*

Φωνὴ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης.

Εἶδον πολλάκις ἐπὶ γραφῆς εἰκόνα τοῦ πάθους· καὶ οὐκ ἀδακρυτὶ τὴν θέαν παρῆλθον· ἐναργῶς τῆς τέχνης ὑπ' ὄψιν ἀγούσης τὴν ἱστορίαν. Πρόκειται ὁ Ἰσαάκ...

Φωνὴ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.

Εἶδον ἐγὼ ἐπὶ τοίχου γραφῆς, ἐναθλοῦσαν τοῖς σκάμμασι κόρην· καὶ οὐκ ἀδακρυτὶ τὴν θέαν κατώπτευσα.

Φωνὴ τῶν τῆς ἕκτης ἁγίας συνόδου Πατέρων.

Ἐν τισι τῶν σεπτῶν εἰκόνων γραφαῖς, ἀμνὸς δακτύλῳ τοῦ Προδρόμου δεικνύμενος ἐγχαράττετσι. *Καὶ μεθ' ἕτερα·* Ὡς ἂν οὖν τὸ τέλειον κἀν ταῖς χρωματουργίαις ἐν ταῖς ἁπάντων ὄψεσιν ὑπογράφηται· τὸ τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου ἀμνοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, κατὰ τὸν ἀνθρώπινον χαρακτῆρα, καὶ ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀπὸ τοῦ νῦν ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ ἀμνοῦ ἀναστηλοῦσθαι ὁρίζομεν.

Ταῦτα ἐκ πολλῶν ὀλίγα, διὰ τὸ μὴ ἐμποιῆσαι κόρον. Ἴδε καὶ αὖθις ἡ ἀποστολικὴ καὶ Πατρικὴ διδασκαλία· ἡ ἀκρότης τῶν ἀποστόλων· ἡ κρηπὶς τῶν Πατέρων· αἱ κλεῖς τῶν δογμάτων· ὁ ὅρος τῆς ὀρθοδοξίας· οἷς ὁ ἀντιφθεγγόμενος, κἂν ἄγγελος, ἐκκήρυκτος, ἀναθεματιστός. Οὐ γὰρ ἐξ ἀποστόλων, οὐδ' οὐ μὴν ἐκ Πατέρων· ἀλλὰ νόθος, ψευδώνυμος. Ἠθέτηκας οὖν αὐτὴν, καὶ μὴ λέγων ἀθετεῖν, ἀθετῶν πᾶσαν ποίησιν καὶ προσκύνησιν εἰκονικὴν, ὡς Μωὰβ πάλαι.

Καὶ τῇ τῆς Ἐκκλησίας θεσμοθεσίᾳ πειθόμενος.

Θεσμὸς οὖν ἐστιν ὁ πανίερος· τὰ παλαιὰ δηλονότι ἔθη, ἃ κρατεῖν ἡμᾶς ὁ μέγας Βασίλειος διατάττεται ἐξαιρέτως. Εἴθισται τοίνυν τῇ ἐκκλησιαστικῇ παραδόσει, ὡς βοᾷ ἡ ὑπ' οὐρανὸν πραγματικῶς ἐν τοῖς ὑπ' αὐτῇ ἱεροῖς ναοῖς καὶ ἀναθήμασιν, ἄνωθεν καὶ ἀπ' ἀρχῆς τοῦ θείου κηρύγματος, τὰς σεπτὰς εἰκόνας ἐγχαράττεσθαι· ἃς σὺ νῦν ἐκμειοῖς. Ἴδε οὖν ἡ ἐκκλησιαστικὴ ἐν μέρει θεσμοθεσία. Ἠθέτηκας καὶ τήνδε καὶ διὰ τοῦ μέρους ὅλῃ δυνάμει.

A (Ore venerando namque erat perquam et gravi)
Superata solo retulit visu pedem:
Pictum perinde verita luce ut præditum[1].

Vox sancti Chrysostomi.

XXIV. Ego et picturam ex cera fusilem adamavi tanquam pietate refertam : mihi enim visus sum angelum cernere illam barbarorum nubem profligantem. Vidi barbaras illas gentes conteri et conculcari, et Davidem vere exclamare : *Domine , in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges* [m 36].

Vox sancti Gregorii Nysseni.

XXV. Sæpenumero miserabilis hujus rei imaginem in pictura vidi, nec absque lacrymis spectaculum præterii : adeo perspicue atque evidenter ars pingendi oculis rem gestam subjiciebat. B Procumbit Isaac, etc.

Vox sancti Cyrilli.

XXVI. Vidi ego in muri pictura puellam in arena certantem : nec sine lacrymis spectaculum illud conspexi.

Vox Patrum sanctæ synodi VI.

XXVII. In nonnullis venerabilium imaginum picturis agnus qui digito præcursoris monstratur, depingitur [o]. *Et post alia :* Ut ergo quod perfectum est, vel colorum expressionibus omnium oculis subjiciatur ; ejus qui tollit peccata mundi, agni Christi Dei nostri, humana forma characterem etiam C in imaginibus deinceps pro veteri agno erigi ac depingi jubemus.

XXVIII. Hæc de multis pauca, ut fastidium non afferam. Ecce iterum apostolica et Patrum doctrina, sublimitas apostolorum, fundamentum Patrum, dogmatum claves, rectæ fidei norma : quibus qui contradicit, etiamsi angelus, condemnatus est et anathema declaratus. Non enim cum apostolis neque cum Patribus sentit, sed spurius est, et Christiani nomen falso gerit. Ipsam igitur *rectam fidem* quamvis te rejicere non dixeris, rejecisti, cum imaginum fabricam omnem et reverentiam, ut Moab olim, abrogasti.

Et Ecclesiæ institutis obtemperans.

D XXIX. Lex ergo sancta est prorsus : vetusti utique mores, quos a nobis retineri magnus Basilius egregie præcipit. Constitutum certe est ecclesiastica traditione ; sicut Ecclesia quæ in terris est, ipso usu, in sacris suis templis et donariis clamat; jam inde a primis evangelicæ prædicationis temporibus, venerandas imagines effingi, quas tu nunc comminuis. En igitur Ecclesiæ, quod ad istam rem attinet, institutum : cujus tu hanc partem, quantum in te fuit, abrogasti.

[36] Psal. LXXII, 20.

VARIÆ LECTIONES.

[l] Ex carminibus iamb. XVIII. [m] Ex Serm. I, de diversis utriusque Testamenti locis. [n] Ex Oratione in Abraham. T. II, p. 908 b. [o] Ex Canonibus. Can. 82. Tom. VI Concil. Labbei pag. 1177.

Digitized by Google

Et sanctas œcumenicas sex synodos recipiens. A *Τάς τε ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἓξ συνόδους ἀποδεχόμενος.*

XXX. Orthodoxæ synodi tum œcumenicæ, tum certarum regionum, quantumcunque multæ sint, ut sunt reipsa, nonnisi una sunt sensus divini communione, si spectetur primaria earum vis et potestas: sicut et unicum est fidei symbolum. At pro tempore adversus insurgentes videlicet hæreses progressæ, in dogmatis cujusque nefarii oppugnatione variæ visæ sunt, in eadem tamen doctrina orthodoxa constantes fuerunt. Quemadmodum, ut exemplo utar, granum frumenti unum quidem est cum terræ mandatur: at vim hanc habet insitam, ut opportuna edendis frugibus tempestate, grana ex ipso multiplicata producantur. Videamus proinde quomodo, cum recipias primam, pariter universas simul recipias. Ait igitur, ut omittam quæ præcesserunt, tanquam aliena a præsenti quæstione: Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de cœlis, et incarnatus est ex Spiritu sancto et Maria Virgine, et homo factus est. Illum igitur ex Patre ante omnia sæcula genitum, ex Spiritu sancto et Maria Virgine incarnatum et hominem factum, unum esse hypostasi, duplicem natura, omnes sancti confitentur: perfectum in divinitate ac in humanitate perfectum. Qui secundum id quod habet ex Patre, incircumscriptus; siquidem et Pater incircumscriptus: ex Matre circumscriptus; siquidem et Mater circumscripta. Qualis Pater, talis etiam secundum omnia qui ex ipso genitus. Et qualis Mater, tale item secundum omnia quod ex ipsa natum: ne, si vel unum desit, perfectum tollatur, ac totum pereat. Quando igitur Mater a natura habet ut corporea forma pingatur, quippe quæ circumscripta; Christus quoque a natura hoc habet, tanquam ipsius progenies circumscripta. Alioqui non est ejus revera et natura filius. Atqui verus ipsius filius est, sicut et ipse verus Patris filius. Itaque corporea forma pingitur secundum id quod a Matre habet, qui secundum id quod a Patre habet incircumscriptus est divinitate, ita ut necessitate omni naturæ, alterum ab altero verum testimonium accipiat. Hoc certe sancta synodus œcumenica prima tanquam pro suprema potestate edixit, ut nempe Christus pingeretur: siquidem eum carne indutum et hominem factum esse confitetur. Nihil enim, quod carne constet, pingi non potest: neque ullus homo est, qui cum cerni possit, imagine exprimi non possit. Deinde nec proprie Deiparæ nomine Mariam appellavit: sed quando Dei Filium ex ipsa carnem sumpsisse et hominem factum esse affirmavit, potentia prædicavit ipsam esse Deiparam. Si enim Deus est is qui genitus, consequenter Deipara est quæ illum genuit: relinquens tertiæ synodo, actu idipsum

Αἱ σύνοδοι, αἵ τε οἰκουμενικαὶ, αἵ τε τοπικαὶ ὀρθόδοξοι· τοσαῦται μέν εἰσι τῷ ἀριθμῷ, ὁπόσαι καὶ εἶεν· μία δὲ πᾶσαι τῷ θείῳ φρονήματι, ὡς καὶ ἓν τὸ τῆς πίστεως σύμβολον, ἐν τῇ πρώτῃ δυνάμει θεωρούμεναι· κατὰ καιρὸν δὲ πρὸς τὰς ἐπανισταμένας αἱρέσεις δηλονότι προϊοῦσαι, καὶ ποικιλλόμεναι μὲν τῇ ἀντεξαγωγῇ τοῦ πονηροῦ φρονήματος· μένουσαι δὲ ἐν τῷ αὐτῷ ὀρθοδόξῳ δόγματι. Καθάπερ (ἵνα καὶ ὑποδείγματι χρήσωμαι) ὁ κόκκος τοῦ σίτου, ὅτι εἷς μέν ἐστι σπειρόμενος· ἔχει δὲ ἐν αὐτῷ δυνάμει τὰς τῷ προσήκοντι καιρῷ διὰ τῆς καρποφορίας πολυπλασιαζομένους ἐνεργείᾳ κόκκους. Ἴδωμεν οὖν ὡς εἶπερ δέχῃ τὴν πρώτην, συναποδεχόμενος εἶ καὶ τὰς ἁπάσας. Λέγει τοίνυν, ἵνα τὰ προηγούμενα παρῶ, ὡς οὐ κατεπείγοντα εἰς τὸ προκείμενον ζήτημα· Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ· τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων· φῶς ἐκ φωτός· Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. Τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν· καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα. Ὁ τοίνυν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθεὶς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, σαρκωθεὶς ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσας ὁμολόγηται παρὰ πάντων τῶν ἁγίων, εἷς μὲν εἶναι τῇ ὑποστάσει, διπλοῦς δὲ τῇ φύσει· τέλειος ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ἐν ἀνθρωπότητι· ἐκ Πατρὸς ἀπερίγραπτος, ἐπειδὴ καὶ ὁ Πατήρ· ἐκ Μητρὸς περιγραπτὸς, ἐπειδὴ καὶ ἡ Μήτηρ· οἷος ὁ Πατὴρ, τοιοῦτος καὶ ὁ γεννηθεὶς κατὰ πάντα. Καὶ οἵα ἡ Μήτηρ, τοιοῦτον καὶ τὸ γεννηθὲν κατὰ πάντα· ἵνα μὴ ἐν τῇ τοῦ οὐτινοσοῦν ἐλλείψει τὸ τέλειον ἀφαιρεθῇ, καὶ τὸ πᾶν οἰχήσεται. Ἐπεὶ οὖν ἡ Μήτηρ φυσικῶς ἐγγέγραπται σώματος χαρακτῆρι, ὡς περιγραπτή· τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς φυσικῶς, ὡς γέννημα αὐτῆς περιγραπτόν. Εἰ δὲ μὴ, οὐ γέννημα αὐτῆς φύσει καὶ ἀληθείᾳ. Ἀλλὰ μὴν Υἱὸς αὐτῆς ἀληθινὸς, ὡς Υἱὸς ἀληθινὸς ὁ αὐτὸς τοῦ Πατρός. Οὐκοῦν καὶ ἐγγέγραπται σώματος χαρακτῆρι κατὰ τὴν Μητέρα, ὁ κατὰ τὸν Πατέρα ἀπερίγραπτος τῇ θεότητι· ὡς ἂν ἐπαληθεύοι θάτερον θατέρῳ μαρτυροῦν ἐκ πάσης φυσικῆς ἀνάγκης. Τοῦτο τοιγάρτοι ἡ πρώτη ἁγία οἰκουμενικὴ σύνοδος, ὡς ἐν κεφαλαίῳ δυνάμει ἐκήρυξε τὸ, τὸν Χριστὸν ἐγγράφεσθαι· ἐπὰν ὁμολογῇ αὐτὸν σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα. Οὐδὲν γὰρ ἔνσαρκον ἄγραπτον· καὶ οὐδεὶς ἄνθρωπος ὀφθεὶς, ἀνεικόνιστος. Ἐπεὶ οὐδὲ κυριολέκτως τὴν Μαρίαν Θεοτόκον ὠνόμασεν· ἀλλ' ἡνίκα ἐθέσπισε τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐξ αὐτῆς σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι Θεοτόκον αὐτὴν δυνάμει ἐκήρυξεν. Εἴπερ γὰρ Θεὸς ὁ γεννηθεὶς, Θεοτόκος ἀκολούθως καὶ ἡ γεννήσασα· δοῦσα τοῦτο φθέγξασθαι ἐνεργείᾳ κυρίως τῇ τρίτῃ συνόδῳ, καὶ ἐπιῤῥαπίσασα Νεστόριον. Οὐδ' οὐ μὴν δύο φύσεις καὶ τοσαῦτα θελήματα ἐπὶ Χριστοῦ φανερῶς ἐξεῖπεν· ἀλλὰ ἐπειδὴ οἶδεν αὐτὸν Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον, τὰς δύο γεννήσεις

Digitized by Google

αὐτοῦ ὑμνήσασα, δύο δυνάμει καὶ τὰς φύσεις, καὶ ἀκολούθως ταῖς φύσεσι, δύο καὶ τὰ θελήματα, ἐξεδίδαξε· δοῦσα τοῦτο ἐνεργείᾳ κυρίως φθέγξασθαι τῇ τε τετάρτῃ καὶ ἕκτῃ συνόδῳ· καὶ ἐπιῤῥαπίσασα τοὺς ὑπ' αὐτοῦ μίαν φύσιν καὶ ἓν θέλημα πρεσβεύοντας. Καὶ μακρὸν ἂν εἴη ὑποδηλοῦν ὅπως ἐπιῤῥαπίζει ἑκάστην αἵρεσιν, ἀντεξάγουσα δυνάμει τὸ ἐνεργείᾳ κηρυχθὲν ὀρθόδοξον δόγμα τῇ κατὰ καιρὸν συνόδῳ. Λελυμένου τοίνυν ἱκανῶς καὶ ἐλεγχθέντος τοῦ λόγου, ὡς οὐ δέχῃ τὴν πρώτην σύνοδον, διὰ τὸ πᾶσαν εἰκονικὴν ποίησίν τε καὶ προσκύνησιν ἀθετεῖν σε, ἐκείνης δυνάμει, καθὰ εἴρηται, Χριστὸν εἰκονίζεσθαι κατὰ τὸν ἀνθρώπινον χαρακτῆρα κηρυξάσης· λέλυται τοῦ μηδὲ τὰς λοιπάς σε δέχεσθαι συνόδους. Ἓν γὰρ ἐν πάσαις τὸ εὐσεβὲς φρόνημα.

A proprie enuntiandum, ac Nestorium jam tunc refellens. Neque porro duas esse in Christo naturas totidemque voluntates aperte declaravit: sed postquam Deum simul hominemque ipsum agnovit, duas ipsius generationes prædicans; duas pariter naturas, et consequenter ad naturas, voluntates quoque duas esse, potentia edocuit: quartæ et sextæ synodo relinquens id actu et diserte pronuntiandum: eosque confutans qui unam in ipso naturam, aut qui voluntatem unam esse affirmarent. Ac longum sit declarare quemadmodum unamquamque hæresim profligaverit, potentia opponens orthodoxum dogma, quod deinde pro tempore in synodis fuit actu declaratum. Cum itaque satis ostensum demonstratumque sit, te primam synodum non recipere hoc ipso quod omnem imaginum confectionem adorationemque rejicis; cum illa synodus potentia, sicut dictum est, denuntiaverit ut humanæ Christi formæ imagines fierent: simul ostensum est te et reliquas synodos non recipere. Una enim cunctarum eademque sententia et religio.

Ἀποδεχόμενος καὶ τὴν ἐν Βλαχέρναις σύνοδον καὶ τὴν ταύτης ἐπικυρωτικὴν ἀθροισθεῖσαν.

Recipiens et synodum in Blachernis habitam, et eam quæ illius confirmandæ gratia fuit congregata.

B

Ναὶ μήν· τούτων γὰρ σὺ ἀκόλουθος καὶ σύμφρων τῶν ἀντιθέτων τῆς ἀληθείας, καὶ πάσης ἀποστολικῆς καὶ Πατρικῆς διδασκαλίας ἀλλοτρίων, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται. Ἀθετοῦσι γὰρ πᾶσαν εἰκονικὴν ποίησίν τε καὶ προσκύνησιν.

XXXI. Certe quidem, tu nempe illis obtemperas et consentis qui veritatem oppugnant, atque ab omni apostolorum Patrumque doctrina alieni sunt, sicut superius demonstratum fuit. Abrogant enim omnem imaginum confectionem et adorationem.

Τοὺς τε παρ' αὐτῶν ἀποβληθέντας ἀποβαλλόμενος· καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῶν δεχθέντας ἀποδεχόμενος.

Et rejiciens quos illæ synodi rejecerunt, et quos receperunt recipiens.

Καὶ πάνυ· ἀλλ' ὡς Καϊαφαϊκὸν συνέδριον, τὸν Βαραββᾶν προσηκάμενον, τὸν δὲ Χριστὸν ἀρνησάμενον.

XXXII. Omnino; sed more consessus Caiphaici, qui Barabbam suscepit, Christum vero abnegavit.

Τὸν δὲ ὑπὸ Ταρασίου σύλλογον ἀποβαλλόμενος.

Conventum autem sub Tarasio celebratum rejiciens.

Εὖγε, καὶ πάνυ εἰκότως· ἀλλ' ὡς συνεπόμενον τῇ πρώτῃ ἁγίᾳ συνόδῳ, ἐν τῷ τὸν Χριστὸν κηρύξαι ἐγγράφεσθαι κατὰ τὸν ἀνθρώπινον χαρακτῆρα· τήν τε εἰκόνα αὐτοῦ τε καὶ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ τῆς Θεοτόκου· πρὸς δὲ καὶ παντὸς ἁγίου, προσκυνεῖσθαι εἰς τιμὴν τῶν πρωτοτύπων· ὧν ἀπερράγης, ὡς ἀπὸ Χριστοῦ Ἰούδας.

C

XXXIII. Euge, ac merito certe; sed rejicis quatenus cum sancta synodo prima consentit in eo quod edixit ut pingeretur Christum secundum hominis formam, tum ut imago ipsius, et vivificæ crucis, ac Deiparæ, et præterea sancti cujuscunque, adoraretur in honorem prototyporum. A quibus tu non minus quam Judas a Christo, divisus es.

Καὶ τοὺς μὴ οὕτως ἔχοντας ἀναθεματίζων.

Et eos qui secus sentiunt anathematizans.

Δηλονότι· ἀλλὰ τοὺς ἁγίους πάντας συλλήβδην, ὡς ἀντίπαλος Χριστοῦ.

XXXIV. Omnino; sed sanctos pariter universos, tanquam Christi adversarius.

Ὑπέγραψα ἰδιοχείρως.

Propria manu, subscripsi.

Δηλαδή· ἀλλ' ὡς ὁ Πιλάτος τῇ κατὰ Χριστοῦ ἀποφάσει πῆξας τὸν κάλαμον.

Certe, sed, ut Pilatus, calamo ad Christum condemnandum usus.

Ὑπογραφὴ ὀρθοδόξου.

Subscriptio orthodoxi.

Τοῖς εὐαγγελικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς ἐντάλμασι καὶ θεσπίσμασιν ἅπασιν ἑπόμενος· καὶ τοῖς προφητικοῖς καὶ Πατρικοῖς κηρύγμασι καὶ διδάγμασιν ἐπερειδόμενος· τάς τε ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἓξ συνόδους σὺν ἄλλαις τοπικαῖς καὶ ταύταις ὁμοδόξοις κατά τε δογματικὴν καὶ κανονικὴν τήρησιν προσιέμενος· μεθ' ὧν καὶ τὴν μετὰ τὴν ἕκτην περὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων ὑπομνηματίσασαν καὶ ὁρίσασαν θεοπρεπῶς ἀποδεχόμενος· καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον ἁγίαν σύνοδον, ὡς τὴν τὸ πρότερον ὀρθοδόξως δογματίσα-

D

XXXV. Evangelicis et apostolicis mandatis et edictis omnibus obtemperans, ac prophetarum et Patrum oraculis et documentis confirmatus, recipiens quoque sanctas synodos sex œcumenicas, aliasque variarum regionum œcumenicis consentientes secundum dogmatum et canonum observationem amplectens, cum iisque admittens et eam [Trullanam] quæ post sextam de venerandis imaginibus tractavit, ac Deo digna sancivit: necnon synodum Nicænam secundam, quæ de venerandis

Digitized by Google

imaginibus eadem ac prior dogmata orthodoxa tradidit, recipiens, cunctosque quos synodi excommunicaverunt rejiciens, cum iisque quos approbaverunt communicans: et cuilibet legi sacræ et consuetudini ecclesiasticæ, quæ a Christo huc usque manaverit, aut certe fuerit postea sancte instituta, me submittens: omnemque Christi Dei nostri, vivificæ crucis, Deiparæ et angelorum et cujuscunque sancti et sanctæ imaginem, more hominibus salutari expressam, toto pectore complectens ac deosculans; conventum vero in Blachernis jampridem celebratum, eumque a quo prior ille confirmatus est, utrumque tanquam Christi sanctorumque omnium inimicum, rejiciens, eosque qui non sic sentiunt æternis anathematismis subjiciens, cum Deo,

A σαν, καὶ ἑπομένως τῇ πρὸ αὐτῆς περὶ τῶν αὐτῶν σεπτῶν εἰκόνων, ἀσπαζόμενος· τούς τε παρὰ πασῶν ἐκκηρύκτους ἀποβαλλόμενος. Καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῶν ἀναῤῥηθέντας εἰσοικειούμενος· ἱεροῦ τε παντὸς θεσμοῦ καὶ ἤθους ἐκκλησιαστικοῦ, ἀπὸ Χριστοῦ μέχρι τοῦ δεῦρο προϊόντος· ἢ καὶ μετέπειτα ὅμως ἱεροπρεπῶς ἀντεχόμενος· πᾶσάν τε εἰκόνα οὖσαν καὶ χαραττομένην σωτηρίως τῷ κόσμῳ, τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, τῆς Θεοτόκου, ἀγγέλων τε καὶ παντὸς ἁγίου καὶ ἁγίας ἐνστερνιζόμενος. Καὶ προσπτυσσόμενος· τὸν δὲ ἐν Βλαχέρναις πάλαι ἀθροισθέντα σύλλογον, καὶ τὸ τούτου ἐπικυρωτικὸν συνέδριον, ὡς ἀντίθετον ἑκάτερον Χριστοῦ καὶ παντὸς ἁγίου, ἀποπεμπόμενος, καὶ τοὺς μὴ οὕτως φρονοῦντας αἰωνίοις ἀναθεματισμοῖς ὑποβάλλων, σὺν

B Θεῷ,

Propria manu subscripsi.

Ὑπέγραψα ἰδιοχείρως.

IAMBI ICONOMACHORUM.

JOANNIS.

IAMBOI EIKONOMAXΩN.

IΩANNOY.

ACROST. Χριστοῦ τὸ πάθος ἐλπὶς Ἰωάννῃ. Christi Passio spes Joanni.

Christus destruxit crucis divino robore
Vim turmæ dæmonum: iis qui vivunt
Robur effectus, et spes in potens præsidium:
Aperte docens ipsi uni confidere.
Itaque in parietibus pingere Dominum, nefas.
Totus quippe Deus est P, haud mutatus per errorem,
Exaltans pios reges in regno.

Χριστὸς καθεῖλε σταυρικῷ θείῳ σθένει
Φάλαγγος δαιμόνων· τοῖς ἐν βίῳ
Ἰσχὺς πεφυκὼς Ἐλπὶς εἰς κράτος μέγα.
Σαφῶς διδάσκων Αὐτῷ προσέχειν μόνῳ
Τοιχογραφεῖν οὖν οὐ θέμις τὸν δεσπότην.
Ὅλος θεὸς γάρ ἐστιν, οὐ τραπεὶς πλάνῃ,
Ὑψῶν ἄνακτας εὐσεβεῖς ἐν τῷ στέφει.

IGNATII.

IΓNATIOY.

ACROST. Σταυρὸς Ἰγνατίῳ αἴνεσις. Crux Ignatio est gloriatio.

Crux, quæ conjunxit quæ prius *erant* dispersa, C
Pietatem sincere confirmat.
Evertens enim omne imaginum spectaculum,
Extulit aperte gloriam tuam, o Verbum,
Validum fidei robur agnita.
Quam adorantes, ut par est, imperatores,
Abigunt hostes hac potentia domitos.

Σταυρὸς συνάψας τὰ πρὶν ἐσκεδασμένα
Τὴν εὐσέβειαν Γνησίως ὑπογράφει.
Ἀνατρέπων γὰρ εἰκόνων πᾶσαν θέαν,
Ὑψωσε τὴν σὴν δόξαν ἐμφανῶς, Λόγε,
Ῥώμη κραταιὰ πίστεως δεδειγμένη.
Ὃν προσκυνοῦντες ἀξίως οἱ δεσπόται
Σοδοῦσιν ἐχθροὺς τῷ κράτει δουλουμένου.

HOSTES ET OCCIDO BARBAROS.

PROFLIGO

D

ΕΧΘΡΟΥΣ ΚΑΙ ΦΟΝΕΥΩ ΒΑΡΒΑΡΟΥΣ

ΤΡΟΠΟΥΜΑΙ

VARIÆ LECTIONES.

P *vel* qui errore non abripitur.

Digitized by Google

Οἱ τὸ κράτος λαβόντες ἐκ Θεοῦ μόνου,
Λέων τε Κωνσταντῖνος οἱ στεφηφόροι,
Ἀνιστοροῦσι τὸν τύπον τοῦ Δεσπότου·
Ἐγκάρδιον φέροντες αὐτοῦ τὸν πόθον.
Εἰκῇ δὲ τὴν πρὶν καὶ μάτην πεπλασμένην
Ἔξῆραν ἔνθεν εἰκονουργίας θέαν.

A Qui potestatem acceperunt a Deo solo,
Leo et Constantinus, coronam gestantes,
Spectandum proponunt typum Domini,
Ipsius desiderium gerentes in corde.
Temere vero antea et abs re comparatum,
Hinc sustulerunt imaginum spectaculum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΑ ΤΙΝΑ
ΠΡΟΣ ΕΙΚΟΝΟΜΑΧΟΥΣ,

ΛΕΓΟΝΤΑΣ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥΝ ΧΡΙΣΤΟΝ ΜΗ ΕΓΓΡΑΦΕΣΘΑΙ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΣΩΜΑΤΙΚΟΝ ΧΑΡΑΚΤΗΡΑ.

—

EJUSDEM
QUÆSTIONES ALIQUÆ
PROPOSITÆ ICONOMACHIS,

QUI DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM SECUNDUM CORPOREAM FORMAM DEPINGI NOLUNT.

—

Α'. Εἰ ἐκ δύο φύσεων καὶ ἐν δυσὶ φύσεσι τελείαις ὁ Χριστός ἐστιν· εἰπὲ κατὰ ποίαν ἄγραπτος, τὴν λαβοῦσαν, ἢ τὴν ληφθεῖσαν; καὶ εἰ κατὰ τὴν πρώτην, ἔσται κατὰ τὴν δευτέραν γραπτός· ἢ ἔμπαλιν ἡ ἀντιστροφή. Εἰ δὲ κατ' ἄμφω, πῶς τοῦτο; εἰ μὴ ἐξ ἀμφοῖν μιᾶς συνθέτου φύσεως ἀποτελεσθείσης, μιᾷ συνθέτῳ καὶ ἰδιότητι. Εἶη ἂν οὔτε γραπτὸς, οὔτε ἄγραπτος· ἀλλὰ γραπτοάγραπτος ἐξ ἡμισείας συνενηγμένος, καὶ κατ' οὐδ' ἕτερον τέλειος. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς οὐχ ἑτεροούσιος ὁ Χριστὸς τοῦ Πατρὸς καὶ ἡμῶν; ἡμῶν μὲν τῷ συνθέτῳ σώματι ἐγγραφομένων· τοῦ δὲ Πατρὸς, τῷ ἀσυνθέτῳ φύσει μηδαμῶς περιγραφομένου.

B I. Si ex duabus naturis, et in duabus naturis perfectis Christus est, dic secundum quam depingi non possit, utrum secundum eam quæ assumpsit, an secundum eam quæ assumpta est? Et, si secundum primam, poteritne secundum alteram depingi? vel vice versa? Si vero secundum utramque, quonam istud modo, nisi ex duabus una natura perfecta unaque proprietas componatur? Verum age, neque possit depingi, neque non possit, sed simul possit et non possit, ex dimidiatis compositus, et ex neutro perfectus. Quod si ita sit, quomodo Christus non erit naturæ a Patre et a nobis diversæ? a nobis quidem, qui quoniam ex corpore constamus, depingimur : a Patre autem, qui ob naturæ simplicitatem nequaquam circumscribitur.

Β'. Εἰ ἰδιότης ἑκάστης φύσεως ἀκίνητος, ἐπὶ δὲ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ ἡ περιγραφή· μὴ ἐγγραφομένου αὐτοῦ κατ' αὐτὴν, ἐκινήθη δηλονότι· κινηθεῖσα δὲ ποῦ μετεχώρησε; Ἆρα εἰς τὴν τῆς θεότητος αὐτοῦ φύσιν; Ἀλλ' εἰ τοῦτο, προσθήκην ἡ Τριὰς ἐδέξατο, ἀσυμφυὲς ἑαυτῇ ἰδίωμα προσλαβοῦσα· ὅπερ ἀδύνατον. Εἰ δὲ οὐ μετέπεσεν ἐκεῖσε, ποῦ ποτε ἂν εἴη; καὶ εἰ ἠφανίσθη, ἐξ ἀνάγκης συνηφάνισται καὶ ἡ ταύτης φύσις· ἐπεὶ μὴ οἷον διεσπᾶσθαι θατέρα θατέρας ὁμολογουμένως.

C II. Cum naturæ cujusque proprietas sit inseparabilis, cumque in Christi humanitate sit circumscriptio ; si ipse ratione illius depingi minime potest, amota est illa certe. Si autem amota est, quonam migravit? utrum in divinam ipsius naturam? Sed si hoc est, Trinitas additamentum accepit, assumens proprietatem sibi non congenitam : quod fieri non potest. Si autem non illuc transiit, ubinam erit? quod si periit, natura etiam ad quam pertinet, perierit necesse est, siquidem alteram ab altera separari non posse in confesso est.

Digitized by Google

III. Incircumscriptum vel ejusdem ordinis est ac circumscriptum, vel diversi ordinis. Si ejusdem ordinis, Deus Verbum consubstantiale etiam assumptæ carni erit, quantumvis incircumscriptum. Nam proprietates ordinis ejusdem, sunt etiam ab una eademque natura inseparabiles. Si autem diversi ordinis est, sane Verbum, quamvis sit diversæ a carne naturæ, carni instar circumscribetur, nimirum secundum utramque naturam suæ divinitatis et humanitatis, ob duarum proprietatum conjunctionem circumscriptum et non circumscriptum : sicut visum et non visum, contrectatum et non contrectatum.

Γ'. Ὁμόστοιχον τῷ περιγραπτῷ τὸ ἀπερίγραπτον, ἢ ἑτερόστοιχον. Καὶ εἰ μὲν ὁμόστοιχον, ἔσται καὶ ὁ Θεὸς Λόγος τῇ προσληφθείσῃ σαρκὶ ὁμοούσιος· ἐπεὶπερ ἀπερίγραπτος. Τὰ γὰρ τῆς αὐτῆς συστοιχίας ἰδιώματα, καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως εἶεν ἀπαραλλάκτως. Εἰ δὲ ἑτερόστοιχον, πάντως καὶ ὁ Λόγος ἑτεροούσιος ὢν παρὰ τὴν σάρκα, κατ' αὐτὴν δηλαδὴ καὶ περιγράφοιτο, καθ' ἑκατέραν οὐσίαν τῆς αὐτοῦ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, ταῖς δυσὶ συστοιχίαις τῶν περὶ αὐτῆς ἰδιωμάτων περιγραφόμενος καὶ μὴ περιγραφόμενος· ὥσπερ ὁρώμενος καὶ μὴ ὁρώμενος, ψηλαφώμενος καὶ μὴ ψηλαφώμενος.

IV. Si rerum materialium et compositarum proprietates materiales sunt et compositæ, quonam modo Christus secundum corpoream formam erit incircumscriptus? cum id quod incircumscriptum est, immateriale sit et simplex, corpus autem materiale sit et compositum. Nam proprietatem ipsi naturæ prorsus similem esse necesse est, neque separationem quæ ex diversitate oriri intelligitur, ullatenus admittere. Atqui nisi circumscribatur, altera dissimilis facta est alteri : siquidem materiale non idem est ac immateriale, neque compositum idem quod simplex. Non itaque Christus corpore incircumscriptus est : ut non sit discrepantia in iis, quæ prorsus similia sunt, et in simplicibus compositio.

Δ'. Εἰ τῶν ἐνύλων καὶ συνθέτων ἔνυλα καὶ σύνθετα τὰ ἰδιώματα, πῶς ἂν εἴη ὁ Χριστὸς κατὰ τὸν σωματικὸν χαρακτῆρα ἀπερίγραπτος; τοῦ ἀπεριγράπτου, ἄϋλου καὶ ἀσυνθέτου ὑπάρχοντος· τοῦ δὲ σώματος, ἐνύλου καὶ συνθέτου. Δεῖ γὰρ τῇ φύσει ἀπαράλλακτον εἶναι τὴν ἰδιότητα· τὴν καθ' ἑτερότητα νοουμένην ἀλλοτριότητα οὐδ' ὁτιοῦν προσιεμένην. Ἀλλὰ μήν, εἰ μὴ περιγράφοιτο, παρήλλακται θατέρα θατέρας. Εἴπερ μὴ ταυτὸν τῷ ἐνύλῳ τὸ ἄϋλον, καὶ τῷ συνθέτῳ τὸ ἀσύνθετον. Οὐκ ἄρα ἀπερίγραπτος ὁ Χριστὸς σώματι, ὡς ἂν μὴ εἴη παράλλαξις ἐν ἀπαραλλάκτοις, καὶ σύνθεσις ἐν ἀσυνθέτοις.

V. Si Christus Deus est et homo, nec eadem natura, qua Deus est, homo quoque est : liquet pariter non eadem proprietate qua incircumscriptus est, circumscriptum quoque esse : cum altera proprietas ab altera differat : neque duæ naturæ, vel inexistentes in ipsis proprietates, venire possint in eam communionem, qua res substantia similes unum idemque sunt. Quod si ita est, quomodo Christus cum ex duobus constet, et illa duo habere cognoscatur, non erit is qui figurari possit et qui non possit?

E'. Εἰ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ Χριστός ἐστιν, οὐ τῇ αὐτῇ δὲ φύσει ᾗ ἐστι Θεός, ταύτῃ ἐστὶ καὶ ἄνθρωπος· δηλονότι οὐδὲ τῇ αὐτῇ ἰδιότητι ᾗ ἐστιν ἀπερίγραπτος, ταύτῃ ἐστὶ καὶ περιγραπτός· ἄλλης ἄλλῃ διαφερούσης· καὶ εἰς κοινωνίαν ἐλθεῖν τὴν ἐν ταυτότητι οὐσιώδους ὁμοιώσεως οὐκ ἐνδεχομένων, οὔτε τῶν φύσεων, οὔτε τῶν συνυπάρκτων αὐταῖς ἰδιοτήτων. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς οὐχ ὁ Χριστὸς ἐξ ἀμφοῖν ὤν, καὶ κατ' ἀμφότερα γνώριμος, εἴη γραφόμενος καὶ μὴ γραφόμενος;

VI. Utrum Deus mortalibus visus est ea forma quæ figurari possit, an ea quæ non possit? Si ea quæ figurari non possit, certe et invisibili, siquidem hæc duo, nempe id quod figurari, et id quod cerni non potest, conjuncta sunt. Quonam igitur modo discipuli dicunt, *Vidimus Dominum*[87]? Itaque visus est ea forma quæ figurari potest, licet invisibilis sit secundum naturam divinam. Quod si ita est, quis, nisi ad extremum stuporis venerit, dicere sustinebit formam quæ figurari potest, figurari non posse?

Ϛ'. Πότερον μορφῇ γραφομένῃ ὤπται Θεὸς τοῖς ἐπὶ γῆς, ἢ μὴ γραφομένῃ; Καὶ εἰ μὲν ἀγράπτῳ, δηλαδὴ καὶ ἀοράτῳ· εἴπερ σύστοιχον θάτερον θατέρῳ, τὸ ἄγραπτόν φημι καὶ ἀόρατον. Καὶ πῶς φασιν οἱ μαθηταὶ, *Ἑωράκαμεν τὸν Κύριον;* Οὐκοῦν γραφομένῃ· εἰ καὶ ἀθέατον τῇ θείᾳ φύσει ὄντα. Εἰ δὲ ἐγγράπτῳ, τίς οἶσεν τὴν γραπτὴν ἄγραπτον εἰπεῖν, εἰ μή τι ἂν εἰς ἔσχατον ἐλάσειε παραπληξίας;

VII. Si Christum solummodo circumscriptum dicere, est ipsum spoliare divinitate cujus est non circumscribi : utique qui eum esse solummodo incircumscriptum dicit, spoliat ipsum humanitate cujus est circumscribi : ac æqualiter absurda sunt, quod Paulus Samosatensis deliravit, Christum hominem merum, non autem et Deum esse; et quod Manes Persa stulte dixit, Deum tantummodo,

Ζ'. Εἰ τὸ περιγραπτὸν μόνον λέγειν τὸν Χριστὸν, ψιλοῦν ἐστιν αὐτὸν θεότητος, ἧς τὸ μὴ περιγράφεσθαι· δῆλον ὅτι καὶ τὸ ἀπερίγραπτον μόνον λέγειν, ἀπαμφιεννύειν αὐτόν ἐστιν ἀνθρωπότητος, ἧς τὸ περιγράφεσθαι· καὶ τὰ ἄτοπα ἰσόῤῥοπα· τὸ μὲν Παύλῳ τῷ Σαμοσατεῖ ληρηθὲν, ψιλὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ Θεὸν τὸν Χριστὸν λέγοντι· τὸ δὲ Μάνῃ τῷ Πέρσῃ φληναφηθὲν, γυμνὸν Θεὸν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ

[87] Joan. xx, 25.

Digitized by Google

ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν φάσκοντι. Ὁρᾶτε, ὦ οὗτοι, τὸ ἀμφίκρημνον. Ὁποτέραν οὖν τῶν ἀσεβειῶν οἴεσθε πεφευγέναι, μεθ' ἑτέρας ἐξ ἀνάγκης ἐν ἡμῖσει ἔσεσθε, ὡς ἐκ μερῶν συγκείμενοι. Εἰ γὰρ εἴποιτε μὴ Παυλιανίζειν, τί Μανιχαΐζετε, τὸν Χριστὸν ὡς ἀσώματον Λόγον οὐ περιγράφοντες; ὅπερ φεύγει Παῦλος. Εἰ δὲ λέγοιτε μὴ Μανιχαΐζειν, τί Παυλιανίζετε, τὸν Χριστὸν ὡς ἐνσώματον ἄνθρωπον δογματίζοντες; ὅπερ φεύγει Μάνης· ὥστε Μανιχαΐζοντες Παυλιανίζετε, ὡς καὶ ἔμπαλιν.

A non autem et hominem esse Christum. Videte, o boni, utrinque præcipitium. Itaque in medio tanquam inter partes constituti, quodcunque ex duobus impiis dogmatis fugere velitis, alterum necesse est amplectamini. Si enim vos a Pauli partibus esse negaveritis, cur Manem sequimini, Christum tanquam Verbum incorporeum minime circumscribentes? id quod a Paulo alienum est. Si autem dicatis vos non esse Manichæos, cur cum Paulo dicitis Christum hominem esse corporeum? quod Manes declinavit. Ita Manem sequentes, et Paulum sequimini, ac vice versa.

Η'. Εἰ ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι ὁ Χριστὸς ὑμῖν ὁμολόγηται, καὶ οὐ σκάζετε περὶ τούτου· τί προσίστασθε λέγειν, αὐτὸν τῇ μὲν περιγράφεσθαι, τῇ δὲ μὴ περιγράφεσθαι; ἑκατέρας φύσεως τῇ ἰδιότητι γνωριζόμενον· ᾗ μὲν Θεός ἐστι, περιγραφῆς ὑπεραλλόμενον, ὥσπερ θέας καὶ καταλήψεως; ᾗ δὲ ἄνθρωπός ἐστι, περιγραφῇ ὑποπίπτοντα, ὥσπερ θέᾳ καὶ ποιότητι· εἰ μὴ φωνῇ μόνῃ τὸ ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι εἰρῆται ὑμῖν, ἀσώματον τὸν Χριστὸν πραγματικῶς ὑπολαμβάνουσι, καὶ διὰ τοῦτο ἄγραπτον.

VIII. Si Christum in divinitate et in humanitate confitemini, neque id fateri dubitatis: cur refugitis dicere ipsum una quidem circumscribi, altera vero non circumscribi? cum noscitetur utriusque naturæ proprietate: ea quidem qua Deus est, circumscriptionem perinde ut aspectum et comprehensionem excedens: ea vero qua homo est, circumscriptioni perinde ut aspectui et qualitati subjectus: nisi forte vos Christum in divinitate et humanitate confessi voce tenus, incorporeum illum astute intelligitis, ac propterea figurari non posse.

Θ'. Ἄλλο τὸ ἁπλοῦν, καὶ ἕτερον τὸ σύνθετον δοξάζετε, ἢ ταυτὸν ἀμφότερα; Καὶ εἰ μὲν τὸ πρῶτον, πάντως περιγραπτὸν καὶ ἀπερίγραπτον τὸν Χριστὸν, ὡς ἐξ ἀμφοῖν ὄντα, συνείποιτε ἡμῖν. Ἐν γὰρ τοῖς ἐναντίοις ἰδιώμασιν, ἡ θατέρου τούτων θεωρεῖται φύσις, τοῦ ἁπλοῦ λέγω καὶ τοῦ συνθέτου, ἤγουν τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος· ὡς ἐπὶ πυρὸς καὶ ὕδατος ἐν ὑποδείγματος λόγῳ, οὔτε τὸ πῦρ κατωφερὲς, οὔτε τὸ ὕδωρ ἀνωφερές· οὔτε ἡ ξηρότης ὑγρότης, οὔτε ἡ ὑγρότης ξηρότης. Τοίνυν οὔτε ἡ περιγραφὴ ἀγραφία· οὔτε ἡ ἀγραφία περιγραφή. Διείργεται γὰρ τοῦδε τόδε ἐναντιότητι φυσικῇ ὅτι μάλιστα· καὶ πολλῷ γε μᾶλλον ἐπὶ τῆς τρίτης σκελίδος ἢ τοῖν δυοῖν. Εἰ δὲ ἀπερίγραπτον μόνον, πῶς οὐχὶ τὸ δεύτερον δοξάζειν; καὶ μὴ λέγοντες δοξάζοιτε ἁπλοσύνθετον μίαν φύσιν θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος· ὡσανεὶ ὑδρόπυρον σὺν Σευήρῳ συγχυτικῶς πρεσβεύοντες. Τῇ γὰρ μονότητι τῆς ἰδιότητος μοναδικὸς καὶ ὁ τῆς φύσεως λόγος συνεκφαίνεται.

IX. Num existimatis aliud esse id quod simplex, aliud quod compositum an utrumque idem esse? Si primum, omnino Christum circumscriptum et incircumscriptum nobiscum dicitote, utpote ex utroque constantem: nam in proprietatibus contrariis spectatur natura utriusque, simplicis dico et compositi, puta divinitatis et humanitatis. Sicut in ignis et aquæ exemplo, neque ignis deorsum nititur, neque aqua sursum evolat: neque siccitas est humiditas, neque humiditas siccitas. Igitur neque circumscriptio est non posse figurari, neque non posse figurari circumscriptio est. Alterum enim alteri quam maxime opponitur naturali contrarietate: quæ multo etiam major est in hoc tertio quam in illis duobus. Si autem dicatis incircumscriptum duntaxat, quomodo non secundum ponitis? Ac licet id non dicatis, statuitis utique unam esse divinitatis et humanitatis naturam simplicem compositam: tanquam cum Severo ignem aquam confusione constituentes. Proprietatis enim singularitate singularis pariter ratio naturæ demonstratur.

Ι'. Εἰ αἱ καταφάσεις ταῖς ἀποφάσεσι ἐναντίωνται, καὶ οὐ ταυτὸν ἀμφότεραι, οὔτε νενόηνται, οὔτε ὀνομάζονται· κατάφασις δὲ τὸ περιγράφεσθαι· ἀπόφασις δὲ τὸ μὴ περιγράφεσθαι· ἐξ ἀμφοῖν δὲ ὁ Χριστὸς θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι· πάντως που ἔχει τὰ ἰδιώματα τῶν φύσεων· ἐξ ὧν καὶ ἔνεστιν ἀντιδιαστελλόμενα πρὸς ἄλληλα, καὶ οὐκ εἰς ἓν κεκραμένα, ἀκολούθως τῇ διπλόῃ τῶν οὐσιῶν διττὰ καὶ αὐτὰ ὑπάρχοντα· ἀφ' ὧν καὶ νενόηται καὶ ὠνόμασται περιγραπτός τε καὶ ἀπερίγραπτος. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ἀλλὰ μόνον ἀπερίγραπτος· ἐκράθη τὰ ἄκρατα φύρδην· καὶ ὁμώνυμα τὰ ἑτερώνυμα· καὶ ἔσται τὸ περιπατεῖν, ὡς τὸ μὴ περιπατεῖν, ταυτονόητον καὶ ταυτόλεκτον· καὶ τὸ διαλέγεσθαι, ὡς τὸ μὴ διαλέγεσθαι· καὶ τὸ ὑπάρχειν, ὡς τὸ μὴ ὑπάρχειν· καὶ τὸ περιγράφεσθαι λοιπὸν, ὡς τὸ μὴ περιγράφεσθαι· ὅπερ λίαν ἠλίθιον.

X. Si affirmationes et negationes opponuntur inter se, nec utræque idem sunt sive idea sive nomine: circumscribi autem affirmatio est, non circumscribi, negatio: Christus vero ex ambobus, divinitate et humanitate constat; omnino naturarum habet proprietates: quarum aliquæ sunt inter se oppositæ, neque in unum permistæ, sed quæ ob duplicis naturæ distinctionem, geminæ ipsæ quoque sunt, ex quibus circumscriptus et incircumscriptus cognoscitur ac denominatur. Quod si ita non est, sed incircumscriptus solummodo est, permissa et confusa erunt quæ nequeunt permisceri: ejusdem nominis erunt quæ nominis diversi: eritque cogitatione et nomine prorsus idem ambulare et non ambulare: ac ratione uti perinde erit ac non uti, et existere perinde ac non exsistere, et circumscribi perinde acnon circumscribi: quod nimis stolidum e-

Digitized by Google

XI. Ex incircumscripto et circumscripto, o boni, non fit aliquid quod sit tantummodo incircumscriptum : quo modo ex divinitate et humanitate non fit qui sit tantummodo Deus. Si enim naturæ secundum hypostasim adunatæ, non sunt altera in alteram mutatæ, certe nec appellationes proprias commutarunt : sed post ipsam in persona una conjunctionem servant et rerum et nominum distinctionem. Igitur ad hunc modum se habent et ipsarum proprietates, neque mutata est naturalis istarum qualitas, neque nominum distinctionem amiserunt, sed manent in Christo illibatæ : ex quibus et circumscriptus et incircumscriptus est prorsus, quantumlibet vos, o impii, renuatis.

XII. [p] Si, ut divinus Epiphanius ait, quæcunque sunt in homine homo sunt : ac Unigenitus adveniens assumpsit omne id quod homo est : ut in homine perfecto omnia plane quæ salutis sunt, Deus cum sit, perficeret, nihil ejus quod homo est derelinquens : carens autem circumscriptione, dereliquisset aliquid, nec qualecunque porro, sed quod proprium maxime et præcipuum est, siquidem prima hominis proprietas est posse corporea forma repræsentari : quisquis Christum figurari vetat, o viri, nonne, sicut idem Sanctus tricesimo secundo de Hæresibus capite demonstravit, germanus est ejus qui Christi carnem abnegat? quem beatus quoque Sophronius in suis synodicis anathematizat [q].

XIII. Iis qui pervicacius contradicunt, quique Christum, cum pingitur, in duos filios aiunt dividi, sicut divisit Nestorius, respondendum est minime id esse Christum dividere, sed potius quæ rectissima sunt sapere. Nam ut in theologia, id quod personarum proprium est, minime dividit singularem divinitatis naturam, sed quod naturam communem habet, discretum est personis : ita in œconomia e contrario, quod naturarum proprium est non dividit singularem Dei Verbi personam, sed quod personam communem habet, naturis discretum est. Si autem in circumscriptione, id quod naturæ humanæ proprium est, induceret divisionem : ergo et in istis, quæ sunt *ingenitum*, *genitum*, et *procedens*, id quod trium personarum proprium est, naturam singularem divideret. Atqui non dividit certe, quantumvis illa sint inter se diversa. Ergo neque istic personam Christi singularem incircumscriptio divinitatis et circumscriptio humanitatis, quantum vis inter se opponantur.

XIV. Si non licet, ex eo quod Deus Verbum carnem induit, affirmare, Patrem et Spiritum sanctum corporatos fuisse, quamvis Trinitas individua sit secundum naturam, pariter non licet ex eo quod circumscriptus idem fuit secundum humanitatem, affirmare, divinitatem simul circumscribi, quam-

ΙΑ'. Ἐξ ἀπεριγράπτου καὶ περιγραπτοῦ, οὐκ ἀπερίγραπτον μόνον, ὦ οὗτοι· ὡς οὐδὲ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος Θεὸς μόνος. Εἰ γὰρ αἱ φύσεις αἱ ἑνωθεῖσαι καθ' ὑπόστασιν, τὴν εἰς ἀλλήλας μεταβολὴν οὐ προσήκαντο· οὔτε μὴν τὰς οἰκείας προσηγορίας ἠμείψαντο· σώζουσι δὲ τὸ δυϊκὸν καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐν μοναδικῷ προσώπῳ, καὶ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς ὀνόμασιν· ἆρα καὶ αἱ τούτων ἰδιότητες ὡσαύτως ἔχουσι, μὴ μεταβληθεῖσαι τῆς φυσικῆς ποιότητος· μηδὲ τὴν δυϊκὴν ὀνομασίαν ἀπολέσασαι· μένουσι δὲ ἐν Χριστῷ ἀλώβητοι· ἀφ' ὧν περιγραπτός τε καὶ ἀπερίγραπτος ὁμολογουμένως, κἂν μὴ βούλησθε, ἀθεΐζοντες.

ΙΒ'. Εἰ, ὥς φησιν ὁ θεῖος Ἐπιφάνιος, ὅσα ἐν ἀνθρώπῳ καὶ ὁ ἄνθρωπος· καὶ εἴ τί ἐστιν ἄνθρωπος, ταῦτα ἐλθὼν ἀνέλαβεν ὁ Μονογενής· ἵνα ἐν τῷ τελείως ἀνθρώπῳ τελείως τὸ πᾶν τῆς σωτηρίας, Θεὸς ὤν, ἀπεργάσηται, μηδὲν ἀπολείψας τοῦ ἀνθρώπου· οὐ περιγραφόμενος δὲ σώματι, ἀπολείποιτο οὐ τὸ τυχὸν ἁπλῶς, ἀλλ' αὐτὸ τὸ Κύριον καὶ καιριώτατον· εἴπερ πρώτιστον ἰδίωμα ἀνθρώπου, ἡ τοῦ σωματικοῦ χαρακτῆρος ἐξεικόνησις· ἆρα οὐχ οὗτος ἀπαγορεύει Χριστὸν ἐγγράφεσθαι, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' ὁ τούτου ὁμώνυμος τὴν σάρκα Χριστοῦ ἀπαρνούμενος, καθὼς αὐτὸς ὁ ἅγιος ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων τριακοστῷ δευτέρῳ κεφαλαίῳ δεδήλωκεν; ὃν καὶ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ συνοδικοῖς ἀναθεματίζει ὁ μακάριος Σωφρόνιος.

ΙΓ'. Τοῖς ἐνισταμένοις φιλονεικότερον, καὶ λέγουσιν ὡς ἐν τῷ περιγράφειν τὸν Χριστὸν, χωρίζειν αὐτόν ἐστιν εἰς δύο Υἱοὺς κατὰ Νεστόριον, ἀποκριτέον, ὡς οὐ χωρίζειν ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ λίαν φρονεῖν ὀρθότατα. Ὡς γὰρ ἐπὶ τῆς θεολογίας τὸ ἰδιάζον τῶν ὑποστάσεων οὐ διατέμνει τὴν μίαν φύσιν τῆς θεότητος, ἀλλὰ κοινωνοῦν φυσικῶς διακέκριται ὑποστατικῶς· οὕτως ἐπὶ τῆς οἰκονομίας ἔμπαλιν, τὸ ἰδιάζον τῶν φύσεων, οὐ διατέμνει τὴν μίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑπόστασιν· ἀλλὰ κοινωνοῦν ὑποστατικῶς, διακέκριται φυσικῶς. Εἰ δὲ μερίζοι ἐν τῷ περιγράφεσθαι ὅπερ ἐστὶν ἰδιάζον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, μερίζοι ἆρα κἀκεῖ τὴν μίαν φύσιν τὸ *ἀγέννητον*, καὶ *γεννητόν*, καὶ *ἐκπορευτόν*, ὅπερ ἐστὶν ἰδιάζον τῶν τριῶν ὑποστάσεων· ἀλλὰ μὴν οὐ μερίζει, κἂν ἑτεροίως ἔχῃ πρὸς ἄλληλα. Οὐδὲ ἐνταῦθα ἄρα τὴν μίαν ὑπόστασιν Χριστοῦ τὸ ἀπερίγραπτον τῆς θεότητος καὶ περιγραπτὸν τῆς ἀνθρωπότητος, κἂν ἐναντίως ἔχῃ πρὸς ἄλληλα.

ΙΔ'. Εἰ οὐ διὰ τὸ τὸν Θεὸν Λόγον σεσαρκῶσθαι, ἐξὸν εἰπεῖν σωματωθῆναι τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα, κἂν ἡ Τριὰς κατὰ φύσιν ἀμέριστος· οὐδὲ διὰ τὸ περιγεγράφθαι αὐτὸν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἐξὸν εἰπεῖν τὴν θεότητα συμπεριγράφεσθαι, κἂν καθ' ὑπόστασιν αὕτη τῆς σαρκὸς ἀμέριστος, τῆς φυσικῆς

VARIÆ LECTIONES.

[p] Ex Ancorato. [q] Tom. VI *Concil.* Labbei pag. 851.

Digitized by Google

συναφείας ἐκεῖ μὴ συγχεούσης τὰς ὑποστάσεις· κἀνταῦθα τῆς ὑποστατικῆς ταυτότητος μὴ ἐξιστώσης τῶν οἰκείων ὅρων τὰς φύσεις.

ΙΕ'. Εἰ οὐχ ὁμοίως ἡμῖν ὁ Χριστος ἐγγράφεται διὰ τὴν θεότητα, οὐδ' ὁμοίως τῷ Πατρὶ οὐ περιγράφεται διὰ τὴν ἀνθρωπότητα· καὶ ἔστιν ἀπολέσας ἀμφότερα, ἢ μᾶλλον ἀμείψας θάτερον θατέρῳ τὸ ἰδίωμα, ὡς Θεὸς περιγραφόμενος, ὡς δ' ἄνθρωπος μὴ περιγραφόμενος. Εἰ δὲ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς ἔχων ἔχει καὶ τὸ ἀπερίγραπτον· δηλονότι καὶ πάντα τὰ τοῦ ἀνθρώπου ἔχων, ἔχει καὶ τὸ περιγραπτὸν, ἀμφοτέρωθεν ὢν τέλειος, καὶ οὐχ ἡμιτελὴς καθ' ἑκάτερον.

A vis illa secundum personam divisa non sit a carne: cum neque illic naturæ conjunctio personas confundat, neque istic personæ singularitas naturas de finibus propriis demoveat.

XV. Si Christus propter divinitatem non potest, uti nos, figurari, sic etiam propter humanitatem non est incircumscriptus ut Pater: sed utramque hanc proprietatem amisit, aut potius alteram cum altera commutavit, circumscriptus qua Deus est; incircumscriptus autem qua homo est. Si vero quia omnia Patris habet, ideo habet et incircumscriptionem, pariter, cum omnia quæ hominis sunt habeat, habet et circumscriptionem, siquidem est utrinque perfectus, neque ex alterutra parte semiperfectus.

B

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΚΑΤΑ ΕΙΚΟΝΟΜΑΧΩΝ
ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΕΠΤΑ.

—

EJUSDEM
ADVERSUS ICONOMACHOS
CAPITA SEPTEM.

—

Α'.

C

Πρὸς τοὺς λέγοντας θεοποιεῖσθαι τὰς εἰκόνας τοὺς Χριστιανοὺς προσκυνοῦντας τὴν Χριστοῦ εἰκόνα, τῆς Θεοτόκου, ἢ οὑτινοσοῦν τῶν ἁγίων.

Θεοποιεῖν ἔστιν, ἵνα ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ ῥήματος συνθέσεως εἴπωμεν, τὸ, ὅπερ οὐ Θεὸς, ὡς Θεὸν ποιεῖσθαί τε καὶ λατρεύεσθαι ὑπό τινος, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον· *Καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν*, ἤγουν ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης φύσεως καλὸν γὰρ διασαφῆσαι τὴν τετρακτὺν, Κρόνου τε καὶ Διὸς, Ἥρας τε καὶ Ἀφροδίτης, καὶ τῶν ὁμοίων τούτοις ἐν ἑκατέροις τοῖς γένεσι πλείστων ὅτι μάλιστα· ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας, ἀετοῦ, γρυπὸς, ἢ οὑτινοσοῦν ἄλλου τῶν ἑτεροειδῶν τῆς αὐτῆς φύσεως, ἐπὶ δὲ τῆς τρίτης, μόσχου, τράγου, ἢ οὑτινοσοῦν ἄλλου τῶν ἑτεροειδῶν τῆς αὐτῆς φύσεως· ἐπὶ δὲ τῆς τετάρτης, ὄφεως, σαύρας, ἢ οὑτινος ἄλλου τῶν

I.

Adversus eos qui dicunt Christianos ex imaginibus deos facere, cum Christi, Deiparæ aut cujuscunque Sanctorum, imaginem adorant.

Deum facere, est, ut ab ipsa verbi compositione initium dicendi sumamus, id quod Deus non est, tanquam Deum constitui et coli ab aliquo: secundum id quod Apostolus dixit: *Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, volucrum, et quadrupedum, et serpentium* [38]: ut puta, quod ad primum genus attinet (convenit enim genera illa quatuor explicare), Saturni et Jovis, Junonis et Veneris, atque his similium utriusque sexus quam plurimorum: in secundo autem genere, aquilæ, gryphi, aut alterius cujuscunque de hoc genere, ab aliis diverso: in tertio autem genere, vituli, hirci, vel alteriuscunque de genere eodem ab aliis diverso: demum in quarto genere, serpentis, lacertæ, vel alterius cu-

D

[38] Rom. I, 23.

Digitized by Google

jusvis de eodem genere ab aliis diverso. Quorum imagines cum deorum loco haberent gentiles, Barbari, Scythæ, *Servierunt*, ut ait, *creaturæ potius quam Creatori* [39], constituentes multos deos ac deas, inter se dissimiles, tum etiam invicem pugnantes, e quibus nullus aut erat, aut est, aut erit Deus. Neque ideo sane quod imagines fabricaverint reprehensi sunt : quandoquidem et Moses, ut alios omittam, et serpentem et Cherubim imaginibus exprimit, et tabernaculum confecturus, totius operis imaginem a Deo accepit. Ait enim, *Vide, facies omnia juxta typum ostensum tibi in monte* [40], sed quia id quod imagine expressum erat, Deum putaverunt coluerunteque, seriem deorum innumerabilem constituentes, per ignorantiam unius ac solius Dei incorruptibilis et invisibilis. Quibus divinus Apostolus, *Genus ergo cum simus Dei, non debemus æstimare auro, aut argento, aut lapidi, sculpturæ artis, et cogitationis hominis, divinum esse simile* [41]. Hoc est, ex imaginibus fieri deos ab iis de quibus dictum. Quibus autem *unus Deus Pater ex quo omnia, et unus Dominus Jesus Christus per quem omnia* [42], et unus Spiritus sanctus in quo omnia, nequaquam deos faciunt, o viri, ex imaginibus, cum corporeæ Christi formæ imaginem erigunt ; absit ! sed ipsum in forma nostræ simili apparuisse confitentur ; sicut scriptum est : *Qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis* [43]. Cujus quidem imago non in similitudinem hominis corruptibilis ; id quod ab Apostolo condemnatur ; verum in similitudinem hominis quidem certe, sicut antea dixit, at non corruptibilis, sed incorruptibilis. *Non* enim *derelicta fuit anima ejus in inferno*, ut magnus Petrus ait, *neque caro ejus vidit corruptionem* [44], quoniam Christus non est homo nudus, sed Deus homo factus : circumscriptus quidem secundum corporis formam, siquidem in similitudine hominis fuit : manens vero incircumscriptus secundum divinitatis essentiam, siquidem cum Patre et Spiritu dissimilis est aliorum omnium.

A ἑτεροειδῶν της αὐτῆς φύσεως. Ὥνπερ τὰς εἰκόνας θεοποιήσαντες Ἕλληνες, Βάρβαροι, Σκύθαι, *Ἐλάτρευσαν*, ὥς φησι, *τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα*, πολλοὺς θεούς τε καὶ θεὰς ἑτεροφυεῖς τε ὁμοῦ καὶ ἀλληλομάχους προστησάμενοι· ὧν οὐδὲν ἦ ἦν, ἢ ἔστιν, ἢ ἔσται Θεός. Καὶ οὐχ ὅτι ὅλως τι τῶν ὄντων εἰκόνισαν κατηγόρηνται· ἐπεὶ καὶ Μωσῆς εἰκονίζει καὶ Ὄφιν, καὶ Χερουβίμ· ἵνα παρῶ τοὺς ἄλλους λέγειν· καὶ ὅλην δὲ μέλλων ἐπιτελεῖν τὴν σκηνὴν, εἰκονικῶς αὐτὴν πρὸς Θεοῦ μεμύηται. *Ὅρα* γάρ, φησὶ, *ποιήσεις πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει* · ἀλλ' ὅτι αὐτὸ τὸ εἰκονισθὲν, Θεὸν ἐνόμισάν τε καὶ ἐσεβάσθησαν, ὁρμαθὸν μυριόπλοκον πολυθεΐας συστησάμενοι, ἀγνοίᾳ τοῦ ὄντως ὄντος μόνου ἑνὸς Θεοῦ ἀφθάρτου καὶ ἀοράτου. Πρὸς οὓς ὁ ἱερὸς B Ἀπόστολος· *Γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν χρυσῷ, ἢ ἀργύρῳ, ἢ λίθῳ, χαράγματι τέχνης, καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, τὸ Θεῖον εἶναι ὅμοιον*. Τοῦτό ἐστι τὸ τὰς εἰκόνας θεοποιεῖσθαι τοὺς προειρημένους. Οἷς δὲ *εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα*· καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα· οὐ θεοποιεῖν ἐστιν, ὦ ἄνδρες, ἀναστηλοῦσι τὴν εἰκόνα τοῦ σωματικοῦ χαρακτῆρος Χριστοῦ· ἄπαγε· ἀλλ' ὁμολογεῖν αὐτὸν ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς φάναι, καθὰ γέγραπται· *Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο, τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. Ἐταπείνωσεν* C *ἑαυτὸν γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ*. Οὗπερ ἡ εἰκὼν οὐκ ἐν ὁμοιώματι φθαρτοῦ ἀνθρώπου, ὅπερ ἀποστολικῶς κατηγορεῖται· ἀλλ' ἐν ὁμοιώματι μὲν ἀνθρώπου, ὡς αὐτὸς προείρηκεν, οὐ μὴν φθαρτοῦ, ἀλλὰ ἀφθάρτου. *Οὐ γὰρ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου*, ὥς φησιν ὁ μέγας Πέτρος· *οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν*. Διότι οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος, ἀλλὰ Θεὸς ἀνθρωπισθεὶς ὁ Χριστὸς, περιγραφόμενος μὲν κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν· εἴπερ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου ἦν· μένων δὲ ἀπερίγραπτος κατὰ τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν· εἴπερ σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι ἀνεμφερὴς τοῖς πᾶσιν.

Deinde quomodo Christus in œconomia Verbum esse intelligetur, si, contra quam Pater et Spiritus, non habeat, præter suam Filii proprietatem, ut forma corporea repræsentari possit ? Itaque deos ex imaginibus facere minime censendi sunt qui Christi imaginem effingunt et adorant : absit, o bone ! Non enim Deum carnem factum habere nos dicimus : neque duos deos, sed unicum in tribus personis. Neque cum imaginem adoramus, animus est materiam, in qua expressa est, impie adorare : sed illam ipsam quæ, cum in materia imprimatur instar sigilli, tum in Christo natura inest.

D Ἐπεὶ ποῦ φανήσεται ὁ τῆς Οἰκονομίας Λόγος, μὴ ἐξαίρετον παρὰ τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα, πρὸς τῷ Υἱκῷ ἰδιώματι ἔχων ὁ Χριστὸς σώματος χαρακτῆρι εἰκονίζεσθαι; Ὥστε οὐ θεοποιεῖσθαί ἐστιν εἰκόνας, τὴν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ γράφουσι καὶ προσκυνοῦσιν· ἄπαγε ὦ τᾶν· οὐ γὰρ Θεὸν ποιητὸν ἔχειν λέγομεν, ἀλλὰ Θεὸν σαρκωθέντα· οὔτε δύο Θεοὺς, ἀλλ' ἕνα τρισυπόστατον. Οὐδ' οὐ μὴν προσκυνοῦντες τὴν εἰκόνα τὴν ἐν ᾗ ἐκτετύπωται ὕλην προσκυνεῖν ἀθέως πεφρονήκαμεν· ἀλλ' αὐτὴν ἐκείνην φυσικῶς ἐν Χριστῷ οὖσαν, κἂν ἐκμάσσοιτο ἐν αὐτῇ σφραγῖδος δίκην. Ἀμέτοχα γὰρ τῆς φύσεως εἶεν ἂν τὰ ἐκμαγεῖα

[39] Rom. I, 25. [40] Exod. XXV, 40. [41] Act. XVII, 29. [42] I Cor. VIII, 6. [43] Philipp. II, 6. [44] Act. II, 31, 35.

Digitized by Google

τῶν ἀρχετύπων ἐν τοῖς τεχνητοῖς· μόνην ἐπιδεικνύμενα ὡς ἐν κατόπτρῳ τὴν ἐμφέρειαν τῶν ὧνπέρ εἰσιν ἀπομόργματα. Ἐπεὶ οὕτω γε ἐν τῷ τοῦ σταυροῦ τύπῳ κατὰ πάσης ὕλης φαινομένῳ, πᾶσαν ὕλην εὑρεθείημεν προσκυνοῦντες. Ἀλλὰ ἀβάλε τῆς ἀνοίας! ἓν ἐπ' ἀμφοῖν κράτος, δόξα τε καὶ προσκύνησις· ὡς ὁ μέγας βοᾷ Βασίλειος· μὴ δυοῦποστάτου οὔσης εἰκόνος καὶ τοῦ πρωτοτύπου ἐμφερείας, ἀλλὰ μονοῦποστάτου. Παρὰ γὰρ τὸ διάφορον τῆς οὐσίας, ἓν καὶ ταυτὸν τὸ ἀρχέτυπον καὶ ἡ εἰκών, φησὶν ὁ πολύσοφος Διονύσιος. Οὕτως ἐπὶ τῆς Θεοτόκου. Οὐ γὰρ τυποῦντες καὶ προσκυνοῦντες αὐτῆς τὴν εἰκόνα, θεὰν ὁμολογοῦμεν Ἑλληνικῶς ἔχειν καὶ σέβειν, ἀλλὰ Θεοτόκον. Πρὸς δὲ καὶ τῶν ἁγίων ὡσαύτως· οὐ πολλοὺς θεοὺς τε καὶ θεάς, ἀλλ' ἕνα Θεὸν καὶ ἑνὸς Θεοῦ θεράποντας τιμᾷν καὶ σέβειν. Δι' ὃν καὶ πρὸς ὃν ἡ ἐπὶ πάντων τιμὴ καὶ πρόσεισι καὶ ἄνεισιν. Ἢ οὐ δοκεῖ σοι τὸ θεῖον μύρον εἰς Χριστοῦ τύπον εἰλῆφθαι; τὴν θείαν τράπεζαν ἀντὶ τοῦ ζωοποιοῦ τάφου; τὴν ἐπ' αὐτῇ σινδόνα ἀνθ' ἧς καὶ ἐν ᾗ εἰληθεὶς ἐτάφη; τὴν ἱερατικὴν λόγχην, ἀνθ' ἧς καὶ ἐν ᾗ τὴν θεόσωμον πλευρὰν ἐνύγη; τὸν σπόγγον, ἀνθ' οὗ καὶ ἐν ᾧ πιὼν ἐχολώθη; τὸ σταυρικὸν ἐκμαγεῖον, ἀντὶ τοῦ ζωοποιοῦ ξύλου; Ἄνελε ταῦτα πάντα, καὶ εἴ τι ἕτερον εἰς ἀντιτυπίαν θείαν· ἐπειδὴ τὸ ὅλως προσκυνεῖσθαι πρὸς τῷ καὶ γίνεσθαι εἰκόνα εἰς Χριστοῦ τύπον καὶ τιμήν, θεοποιεῖσθαι φαίης, τοὺς ποιοῦντας καὶ προσκυνοῦντας. Ἀλλ' ὄντως ἐπίσης Ἕλλησι τοῖς ταῦτα φληναφοῦσι τὸ ἀσέβημα. Οἱ μὲν γὰρ πρὸ σαρκώσεως Θεὸν ἔδοξαν περιγράφειν ὄντα ἀπερίγραπτον· οἱ δὲ μετὰ σάρκωσιν φιλονεικοῦσι μὴ περιγράφειν περιγραπτὸν ὄντα σώματι.

A Imagines enim arte factæ eamdem atque archetypa naturam non habent, sed solummodo similitudinem earum rerum, unde expressæ sunt, tanquam in speculo repræsentant. Alioqui crucis in imagine, cum in omni materiæ genere exhibeatur, materiam quamlibet revera adoraremus. Sed apage hanc insaniam: una in ambobus potentia, una gloria, et adoratio, sicut magnus Basilius clamat: cum non geminæ, sed unius personæ sit similitudo imaginis et prototypi. Excepto enim substantiæ discrimine, unum idemque sunt ipsum archetypum et imago, ait sapientissimus Dionysius. Sic etiam in Deipara. Non enim, cum ejus imaginem effingimus et adoramus, confitemur ipsam nos more gentilium, ut B Deum habere ac venerari, sed ut Deiparam: pariterque quod sanctos attinet, nequaquam multos deos deasque honorare et colere, sed Deum unum, ac servos unius Dei, a quo proficiscitur et ad quem redit honor omnium. Nonne unguentum sanctum existimas effusum fuisse ut esset typus Christi? sanctam mensam pro vivifico ipsius sepulcro? sindonem quæ mensæ imponitur, pro sindone qua involutus sepulcro mandatus est? sacram lanceam pro ea qua divinum ipsius latus apertum fuit? spongiam pro ea, qua fuit potatus felle? crucis imaginem pro ligno vivifico? Tolle hæc omnia, et si quid est aliud quo divina repræsentantur: quandoquidem imaginem ad Christum repræsentandum et honorandum confici, prorsus C idem esse ais, ac Deum fieri ab iis qui conficiunt et adorant. Sed profecto gentilibus, quorum insania illa propria est, pares impietate sunt qui istud dicunt. Nam illi quidem ante incarnationem Deum circumscribere non dubitaverunt, cum esset incircumscriptus; istis vero, post incarnationem, obstinatum est non circumscribere, cum sit corpore circumscriptus.

B'.

Πρὸς τοὺς διαποροῦντας, πῶς οὐ γέγραπται ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ περὶ εἰκόνος Χριστοῦ.

Ἀγνοεῖν μοι δοκοῦσιν οἱ φιλεγκλήμονες, ὅτι τῶν εὐαγγελικῶν ῥημάτων, τὰ μὲν ἐπ' εὐθείας, τὰ δὲ πλαγίως δεδήλωται· οὕτω τοῦ Πνεύματος οἰκονομήσαντος, μὴ ῥᾴστην εἶναι τοῖς πολλοῖς τὴν κτῆσιν τῶν ὠφελίμων, τῷ φιλοπόνῳ τῆς ἐρεύνης μᾶλλον δρέπεσθαι ἡμᾶς τὰ λυσιτελῆ, ὡς ἂν πάγια εἶεν ἐντεῦθεν, καὶ μὴ εὐαφαίρετα ἐκεῖθεν· καὶ τοῦτο εἰκότως. Εἰ μὴ γὰρ ἦν τὸ ζητεῖν, οὐκ ἦν ἂν τὸ εὑρεῖν. Τοίνυν δείξομεν ἐκ παραλλήλου τὸ ζητούμενον. Ὧδέ πού φησι Πέτρος τῷ Ἰησοῦ. *Κύριε, εἰ σὺ εἶ, κέλευσόν με πρὸς σὲ ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὕδατα. Ὁ δὲ εἶπεν· Ἐλθέ. Καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ πλοίου ὁ Πέτρος, περιεπάτησεν ἐπὶ τὰ ὕδατα, ἐλθεῖν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Βλέπων δὲ τὸν ἄνεμον ἰσχυρὸν, ἐφοβήθη· καὶ ἀρξάμενος καταποντίζεσθαι, ἔκραξε λέγων, Κύριε, σῶσόν με. Εὐθέως δὲ Ἰησοῦς ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἐπελάβετο αὐτοῦ. Καὶ λέγει αὐτῷ, Ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας; καὶ ἐμβάντων αὐτῶν εἰς τὸ πλοῖον, ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος.* Οὐ

II.

Iis qui quærunt, cur de imagine Christi scriptum nihil sit in Evangelio.

Ignorare mihi videntur isti cavillatores, in Evangeliis alia quidem directe, alia vero oblique dicta et enuntiata esse: ita dispensante Spiritu, ut non quibuslibet in promptu sit utilium adeptio, sed nos pro exquirendi diligentia et labore capiamus ampliores fructus, et qui hinc quidem solidi sint, inde autem non facile amittantur, atque id D merito sane; nemo enim, nisi quærat, possit invenire. Quæstionem itaque propositam ex re simili explicabimus. Petrus Christo sic ait: *Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas. At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de navicula ambulabat super aquam, ut veniret ad Jesum. Videns autem ventum validum timuit: et cum cœpisset mergi, clamavit dicens: Domine, salvum me fac. Et continuo Jesus extendens manum apprehendit eum; et ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti? Et cum ascendissent in naviculam, cessavit ventus*[61]. Petrus non dicitur super aquas rursum ambulavisse

[61] Matth. XIV, 28, 32.

Digitized by Google

postquam assumpsit illum Jesus ; sed utique istud oblique indicatum est. Non enim quis sapienter *dicat*, ipsum per aera deferri a Christo, aut per vim rapi, tantisper dum in naviculam simul ascenderint. Age, nunc ad propositum revertamur, ac sapienter considera id quod dicitur. *Accesserunt*, inquit, *qui didrachma accipiebant ad Petrum, et dixerunt ei : Magister vester non solvit didrachma? Ait : Etiam. Et cum intrassent in domum, prævenit cum Jesus dicens : Quid tibi videtur, Simon ? Reges terræ a quibus accipiunt tributum vel censum ? a filiis suis, an ab alienis ? Et ille dixit : Ab alienis. Dixit illi Jesus : Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, et mitte hamum : et eum piscem, qui primus ascenderit, tolle ; et aperto ore ejus, invenies staterem : illum sumens, da eis pro me et te*[46]. Illud igitur, *pro me et te*, innuit oblique, pro imagine mea et tua : non modo quia ipsa personarum pronomina earum naturam aperiunt ; personæ enim imagines sunt ; sed quia unusquisque tributum pensitans, præter imaginem propriam, imperatoriam quoque imaginem offert in censum Cæsari : qui census dicitur capitalis. Caput autem aliud nihil est quam imago. Atque id ex Domini verbis manifestum est : *Quid me tentatis? Afferte mihi denarium ut videam. Illi autem attulerunt. Et ait illis : Cujus est imago hæc et superscriptio? Dicunt ei : Cæsaris. Et respondens Jesus ait illis : Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo*[47]. Qui et seipsum submittens, ut homo est, in iis quæ obedientiæ sunt, didrachmum perinde ac quivis alius persolvit. Staterem videlicet pro se et pro Petro. Stater quippe duo didrachma sunt. Sive autem stater, sive didrachmum, sive denarius, imaginem illius gerit, cujus gerit et habet inscriptionem. Itaque sicut ibi per unius rei ex alia acceptionem dictum esse affirmamus, Petrum denuo super aquas ambulavisse, nec potest non sic accidisse : ita isto loco cum ait, *pro me et te*, quicunque prorsus hebetes non sunt iis intelligere licet, quamvis id non dicatur, Christi et Petri imaginem. Omitto dicere imaginem utique naturaliter in Christo inesse. Nam ubi prototypum, ibi, propter convenientiam nempe, est et id quod ex ipso expressum. Hæc enim relativa sunt et inter se conjuncta. Sed et præter illa quæ superius dicta sunt, hoc etiam mihi dicendum, quod videlicet imaginem, quam Cæsari dedit in tributum, eam ipse occulto quodam modo figuravit. Quid ita ? quia non per se aut casu, hoc enim humanum, sed potius ex compacto staterem piscis deglutiverat : quinetiam magis pium est existimare, nutu Dei, qui nihil non potest, staterem, simul ac mandavit, in ventre piscis effectum fuisse. Hoc enim Deo congruit. Ait enim, *Ipse dixit, et facta sunt : ipse mandavit, et creata sunt*[47*].

A τοίνυν εἴρηται ὅτι πάλιν ὁ Πέτρος περιεπάτησεν ἐπὶ τὰ ὕδατα, ἀφ' οὗπερ ἐπελάβετο αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς· ἀλλὰ μὴν τοῦτο πλαγίως δεδήλωται. Οὐ γάρ τις σωφρονῶν εἴποιεν ἄν, ἤτοι ἀέριον αὐτὸν φέρεσθαι, ἢ φοράδην ἄγεσθαι ὑπὸ Ἰησοῦ, μέχρι τοῦ συνεμβῆναι αὐτῷ εἰς τὸ πλοῖον. Δεῦρο λοιπὸν ἐπὶ τὸ προκείμενον, καὶ σκόπει μοι συνέσει τὸ λεγόμενον. *Προσῆλθον*, φησίν, *οἱ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες τῷ Πέτρῳ, καὶ εἶπον· Ὁ διδάσκαλος ὑμῶν οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα ; Λέγει, Ναί. Καὶ ὅτε εἰσῆλθον εἰς τὴν οἰκίαν, προέφθασεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς λέγων· Τί σοι δοκεῖ, Σίμων ; Οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη ἢ κῆνσον ; ἀπὸ τῶν υἱῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων ; λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος· Ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων. Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἄρα γε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί. Ἵνα δὲ μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτούς, πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν, βάλε ἄγκιστρον· καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον· καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ εὑρήσεις στατῆρα· ἐκεῖνον, λαβὼν δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ.* Τὸ οὖν, *ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ*, πλαγίως δηλοῖ, ἀντὶ, τῆς εἰκόνος ἐμοῦ καὶ σοῦ. Διότι οὐ μόνον αἱ ἀντωνυμίαι αὗται προσώπων εἰσὶ δηλωτικαί· τὰ δὲ πρόσωπα εἰκόνες· ἀλλ' ὅτι καὶ ὑπὲρ ἰδίας εἰκόνος ἕκαστος τῶν ὑποφόρων εἰκόνα βασιλικὴν προσφέρει εἰς τιμὴν τῷ Καίσαρι, τὸν δὴ λεγόμενον κεφαλητιῶνα· κεφαλὴ δὲ οὐδὲν εἴη ἄλλο ἢ εἰκών· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῆς τοῦ Κυρίου φωνῆς· *Τί πειράζετέ με; φέρετέ μοι δηνάριον, ἵνα ἴδω. Οἱ δὲ ἤνεγκαν· καὶ λέγει αὐτοῖς· Τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή ; Οἱ δὲ εἶπον· Καίσαρος. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ.* Ὅς καὶ τεταχὼς ἑαυτὸν ἐν τοῖς ὑπὸ χεῖρα ὡς ἄνθρωπος, τετέλεκεν ὡς πᾶς τις ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος τὸ δίδραχμον· ἤτοι σὺν Πέτρῳ τὸν στατῆρα. Ὁ γὰρ στατὴρ δύο δίδραχμά ἐστιν. Εἴτε δὲ στατὴρ, εἴτε δίδραχμον, εἴτε δηνάριον, εἰκόνα φέρει οὗπερ καὶ φέρει καὶ ἔχει τὴν ἐπιγραφήν. Ὡς οὖν ἐκεῖ κατὰ παράληψιν εἰρῆσθαι εἴπομεν, περιπατῆσαι πάλιν Πέτρον ἐπὶ τὰ ὕδατα, καὶ ἀλλοίως οὐκ ἔστιν· οὕτως ἐνταῦθα ἐπὶ τοῦ, *ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ*, συνεκφωνεῖσθαι ἔστι κατὰ τὸ σιωπώμενον, τὴν εἰκόνα Χριστοῦ, ὥσπερ καὶ Πέτρου, τοῖς μὴ λίαν ἀνώμοστιν. Ἐῶ λέγειν ὅτι καὶ πανταχοῦ ἡ εἰκὼν ἐν Χριστῷ φυσικῶς πάρεστιν. Ὅπου γὰρ τὸ πρωτότυπον, ἐκεῖ κατὰ σχέσιν δηλονότι καὶ τὸ παράγωγον. Πρός τι γὰρ ταῦτα, καὶ ἀλλήλοις συνεισφερόμενα. Ἀλλὰ ἐκεῖνό μοι ῥητέον πρὸς τοῖς ἀνωτέρω· ὅτι καὶ ἣν εἰκόνα τετέλεκε τῷ Καίσαρι, αὐτὸς ταύτην καὶ ἀῤῥήτως ἐχάραξε. Πῶς ; ὅτι μὴ αὐτομάτη ; Μᾶλλον ἐκ συμβάσεως καταπιεῖν τὸν ἰχθὺν τὸν στατῆρα (τοῦτο γὰρ ἀνθρώπινον), ἀλλὰ τῷ μηδὲν ἀδυνατοῦντι θείῳ Πνεύματι ἅμα τῷ ῥήματι ἐνδημιουργηθῆναι αὐτὸν τῇ ἰχθυαίᾳ κοιλίᾳ, εὐσεβέστερον ὑπολαμβάνειν. Τοῦτο γὰρ θεοπρεπές. *Αὐτὸς γὰρ εἶπε, φησὶ, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν.*

[46] Matth. XVII, 23, seqq. [47] Matth. XXII, 18. [47*] Psal. CXLVIII, 5.

Digitized by Google

Γ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας· Ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν ἐν οὐρανῷ ἀνθρώπου εἰκών, ἀλλὰ σταυροῦ τύπος, τοῦτον δεῖ καὶ προσκυνεῖν.

Ὁ τὰ πάντα πρὶν γενήσεως αὐτῶν ἐπιστάμενος Θεὸς, τῆς διὰ σαρκὸς οἰκονομίας αὐτοῦ τὸ μυστήριον πρὸ καταβολῆς κόσμου προτυπῶν, ἐν οὐρανῷ μὲν τὸν σταυρὸν δι' ἀστέρων ἐσχημάτισεν· ἐπὶ γῆς δὲ ἑαυτὸν ἐν τῇ τοῦ Ἀδὰμ διαπλάσει· ὃς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος· κατὰ τὴν Παύλου τοῦ μακαρίου φωνήν. Ἔδει γὰρ, ἔδει τὸν ἀπ' οὐρανοῦ ἐν τῇ γῇ, καὶ τὸν ἀπὸ γῆς ἐν οὐρανῷ διατυπωθῆναι· δηλούσης τῆς θεωρίας ὡς ἀναμιξ τὰ οὐράνια τοῖς ἐπιγείοις ἔσεται· ἄλλως τε οὐδὲ ἦν θεμιτὸν ἐν οὐρανῷ εἰκόνα ἀνθρώπου δεδεῖχθαι· ὅπου γε καὶ ταύτης χωρὶς ἅπασι λατρεύειν ἐπλανήθησαν ἄνθρωποι· πολλῷ οὖν μᾶλλον, εἰ ἀνθρώπινον ἔβλεπον εἶδος. Διὰ τοῦτό φησι Μωσῆς ὁ μέγας· *Μὴ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἰδὼν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ πάντα τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ, πλανηθεὶς προσκυνήσῃς καὶ λατρεύσῃς αὐτοῖς.* Ὥστε πρὸ ἐλεύσεως Χριστοῦ, ἐν ἴσῳ τοῖς ἄλλοις ἀστρώοις σχήμασι, καὶ ὁ σταυρικὸς τύπος, ἀποπεμπτέος εἰς προσκύνησιν. Εἰ γὰρ τὸ πρωτότυπον τηνικαῦτα ἀρατὸν, χολῇ γ' ἂν τὸ εἰκόνισμα εἶναι. Ἀφ' οὗ δὲ Χριστὸς ἐν τῷ αὐτοῦ ἀρχετύπῳ φιλανθρώπως πέπονθε, τιμητέος καὶ σωτήριος, κἂν ἐν οὐρανῷ βλέποιτο· ὥσπερ καὶ ἡ τοῦ παθόντος εἰκὼν ἐπὶ γῆς πανταχοῦ φαινομένη, οὗ καὶ προετετύπωτο· εἰ μή που ἄρα εἰκονομάχος χεὶρ προΰφθακεν Ἰουδαΐζουσα. Οὐ τοίνυν διὰ τὸ εἶναι ἐν οὐρανῷ σταυροῦ τύπον προηγουμένως τιμητέος· ἀλλὰ διὰ τὸ ζωοποιὸν ξύλον ἁγιασθὲν τῇ ἐν αὐτῷ προσηλώσει Χριστοῦ· ὥσπερ καὶ ἡ εἰκὼν Χριστοῦ, οὐ διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ προτύπωσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐκ Παρθένου ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ.

A

III.

In eos qui dicunt, quandoquidem in cœlo non est hominis imago, sed crucis typus, istum proinde adorari debere.

Deus, qui omnia novit priusquam fiant, mysterium suæ in carne dispensationis ante mundi constitutionem præmonstrans, crucem quidem in cœlo per astra repræsentavit, seipsum autem in terra per formationem Adami, qui, secundum beati Pauli dictum, typus est ejus qui erat venturus. Oportebat enim, oportebat eum, qui ex cœlo est, in terra; et eum qui de terra est, in cœlo repræsentari: ut contemplantibus appareret, cœlestia unum cum terrenis deinceps fore. Alioqui, neque fas erat hominis imaginem in cœlo conspici: si- B quidem, quamvis nulla exstaret, homines tamen astra per errorem coluerunt; multo igitur magis, si formam ibi humanam vidissent. Quocirca magnus Moses ait: *Ne suspiciens in cœlum, et videns solem et lunam et stellas, et omnem ornatum cœli, errans adores ea, et servias illis*[48]. Itaque ante Christi adventum, inter alias astrorum figuras pariter crucis typus erat, nequaquam adorandus. Si enim prototypum tunc exsecratum erat, sane et imago non poterat non esse. At ex quo Christus in crucis archetypo passus est hominum causa: crucis imago veneranda et salutifera est, etiam quæ in cœlo conspicitur: quemadmodum et imago ipsius patientis, quæ passim in terris conspicitur, veneranda fuit, ubicunque expressa ante fuisset: C nisi forte alicubi manus Iconomacha, istorum hæresim præveniens, Judæos est imitata. Itaque typus crucis non ideo venerationi esse debuit, quia in cœlo exstabat: sed propter vivificum lignum quod consecratum fuit cum Christus in ipso pependit: quemadmodum et Christi imago non ideo colitur, quia in Adamo expressa ante fuit, sed quia ipse ex Virgine humanam naturam sumpsit.

Δ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι τὰ νήπια ὁ ἱερεὺς οὐκ εἰκόνι χρώμενος, ἀλλὰ σταυροῦ τύπῳ, κατασφραγίζει προσφερόμενα αὐτῷ.

Ὁ ἱερεὺς μέσος Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἱστάμενος, ἐν ταῖς ἱερατικαῖς ἐπικλήσεσι, μίμημά ἐστι Χριστοῦ. Φησὶ γὰρ ὁ Ἀπόστολος· *Εἷς Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς.* D Εἰκὼν οὖν ὑπάρχων Χριστοῦ, ἀναγκαίως οὐκ εἰκόνι (πῶς γὰρ ἂν εἰκὼν εἰκόνι χρήσαιτο τοῦ ἑαυτοῦ ἀρχετύπου); ἀλλὰ τύπῳ σταυροῦ, Χριστὸν δηλαδὴ μιμούμενος. Ὡς γὰρ ἐκεῖνος *τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ, θριαμβεύσας αὐτὰς* ἐν τῷ σταυρῷ, καθὰ γέγραπται· οὕτω καὶ οὗτος τύπῳ σταυροῦ, ὡς τύπος Χριστοῦ· τύπος γὰρ καὶ εἰκὼν ταυτὸν εἰς ἐμφέρειαν· τὸ σωτήριον τοῦ παιδὸς ἀπεργάζεται· ὥστε κἀνταῦθα εἰκὼν εἴληπται Χριστοῦ τὸ ἱερατικὸν δηλαδὴ ἀξίωμα.

IV.

In eos qui objiciunt, sacerdotem, cum oblatos sibi infantes consignat, non imaginem, sed typum crucis adhibere.

Sacerdos Deum inter hominesque medius, in sacris obsecrationibus Christum repræsentat. Ait enim Apostolus: *Unus Deus, unus et mediator Dei et hominum homo Christus Jesus*[49]. Itaque cum sit imago Christi, necessario adhibet non imaginem; quo enim modo imago imaginem prototypi sui adhiberet? sed typum crucis, imitans Christum videlicet. Quemadmodum enim Christus *principatus et potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos*[50] in cruce, sicut scriptum est: ita et iste crucis typo, tanquam ipse Christi typus (nam typus et imago idem sunt quod ad repræsentationem attinet) pueri salutem efficit. Quapropter istic quoque imago Christi, sacerdotalis nempe dignitas, adhibetur.

[48] Deut. IV, 19. [49] I Tim. II, 5. [50] Coloss. II, 15.

Digitized by Google

V.

Adversus eos qui objiciunt, unumquemque, non imagine adhibita, sed crucis typo, et morbos et dæmonem abigere.

Eadem est quæstionis hujus ac superioris solutio. Quid ita, et quo tandem modo? quia unusquisque fidelium per lavacrum regenerationis, et renovationem Spiritus sancti, conformis fit imagini Jesu Dei, prout ab Apostolo dictum est[51]. Ac alio in loco, *Vir non debet velare caput suum, quoniam imago et gloria Dei est* [52]. Quibus princeps apostolorum addit: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta* [53]. Ita ut unusquisque sacrorum administer sibi fiat secundum conscientiam, ad ea quæ salutis sunt. Etsi autem fidelium quisque imago est, non tamen propterea inutile sit Christi imaginem in tabella exprimi. Etenim imago et similitudo quæ ex generatione divina exsistit, ad interiorem hominem pertinet. Quo enim modo Christus esse posset secundum corporis formam similis hominibus forma inter se in infinitum dissimilibus? Ea autem duntaxat imago Christi et est et dicitur, quæ per artem facta, speciei corporeæ, sive formæ, proprias notas, et alia quæque exteriorum gerit indicia. Quod ipsum in vivificæ crucis typo videre licet. Cum enim Apostolus ait: *Christo confixus sum cruci* [54], haudquaquam modo sensibili, neque adhibito sensibili crucis typo, crucifixum se dicit: Neutiquam; sed secundum interiorem hominem, et spirituali cruce, cupiditatum dico mortificatione. Atque id clarius innotescit ex his Domini verbis: *Tolle crucem tuam, et veni, sequere me* [55]. Itaque sicut isthic et crux et crucifixo, ambo sunt duplicia; ita etiam in imagine Christi: artificialem dico, et eam quam fidelis in se suscipit secundum hominem interiorem.

VI.

In eos qui adversus imaginem Christi proferunt illud Theologi dictum: Quod colendum, minime circumscriptum.

Qui hoc aiunt, ideo aiunt quod vim vocum plura significantium minime noverint, sive potius noluerint intelligere ut bene agerent. Hæc enim vox, *colendum*, æquivoca est, ad diversa significata pertinens: quemadmodum, exempli gratia, nomen φῶς accipitur quidem de solis lumine, sed et de homine dicitur. Homo enim φὼς (*vir*) dicitur. Itaque si dicam, φῶς (*lumen*) non est homo, id verum est. Tunc enim accipio de sole. Rursus autem si dicam, φὼς (*vir*) est homo, id quoque verum: accipio enim jam de homine: ac in neutro mendacium est, propter variam in illis duobus acceptionem. Sic ergo et illius quod colendum dicitur, Vox est æquivoca et quæ bifariam intelligitur: nunc quidem de incircumscripto, nunc autem de circumscripto. Itaque a Patre, de natura divina disserente, dictum est: Quod colendum, minime circumscriptum: ut eos, qui divinitatem intra circumscriptio-

A

Ε'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι ἕκαστος σταυροῦ τύπῳ χρώμενος, ἀλλ' οὐκ εἰκόνι, ἐφ' ἑαυτὸν διώκει καὶ πάθος καὶ δαίμονα.

Τὸ παρὸν πρόβλημα ὁμοίαν τοῦ προλαβόντος ἔχει τὴν ἀπάντησιν. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; ὅτι τῶν πιστῶν ἕκαστος διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινίσεως Πνεύματος ἁγίου, σύμμορφός ἐστι τῇ εἰκόνι τοῦ Ἰησοῦ τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον. Καὶ ἀλλαχοῦ, *Ἀνὴρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων.* Πρὸς οἷς φησιν ὁ κορυφαῖος Ἀπόστολος· *Ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτόν· βασίλειον ἱεράτευμα. Ἔθνος ἅγιον.* Ὥστε καὶ ἱερουργὸς ἕκαστος ἑαυτῷ γίνοιτο κατὰ συνείδησιν πρὸς τὰ σωτήρια. Οὐ μὴν ἐπειδὴ B εἰκὼν ὁ πιστὸς, παρέλκον ἂν εἴη τὴν ἐν πίναξι Χριστοῦ εἰκόνα εἶναι. Ἡ μὲν γὰρ διὰ τῆς κατὰ τὴν θείαν γέννησιν συμμορφώσεως, εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον εἴληπται. Πῶς γὰρ ἂν τοῖς ἀπείρως ἀλλήλων διεστηκόσι κατ' ἰδέαν, σωματικῷ χαρακτῆρι ὁμοιωθείη Χριστός; ἡ δὲ τοῦ ἐνσωμάτου εἶδος; ἤτοι μορφῆς φέρουσα τὰ ἰδιώματα, καὶ ὅσα ἄλλα τῶν ἔξω γνώριμα, μόνη τεχνητὴ εἰκὼν Χριστοῦ καὶ ἔστι καὶ λέγεται. Ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τοῦ τύπου τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ ταυτὸν ἔστι βλέπειν. Λέγων γὰρ ὁ Ἀπόστολος, *Χριστῷ συνεσταύρωμαι*, οὐκ αἰσθητῶς δηλόνοτι, οὐδὲ αἰσθητῷ τύπῳ σταυροῦ χρώμενος, ἑαυτὸν ἐσταυρωκέναι λέγοι ποθέν· ἀλλὰ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, καὶ νοητῷ δηλαδὴ σταυρῷ, τῇ νεκρωτικῇ, φημὶ, τῶν παθῶν ἐνεργείᾳ. Καί γε τοῦτο C καταδηλότερον ἐκ τοῦ τὸν Κύριον εἰπεῖν· Ἆρον τὸν σταυρόν σου, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι. Ὡς οὖν ἐνταῦθα ἀμφότερα διττὰ, σταυρὸς καὶ σταύρωσις· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς εἰκόνος Χριστοῦ· τεχνητὴ, φημὶ, καὶ ἡ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον ἐπὶ τοῦ πιστοῦ λαμβανομένη.

Γ'.

Πρὸς τοὺς προφέροντας κατὰ τῆς εἰκόνος Χριστοῦ τὸ ὑπὸ τοῦ Θεολόγου εἰρημένον· Τὸ σεπτὸν οὐ περιγραπτόν.

Παρὰ τὸ μὴ εἰδέναι τὴν τῶν ὁμωνύμων δύναμιν, ἤγουν παρὰ τὸ μὴ βουληθῆναι συνιέναι τοῦ ἀγαθοῦναι, ἡ πρότασις αὕτη. Τὸ γάρ τοι *σεπτὸν*, ὁμώνυμος φωνή ἐστιν εἰς διάφορα σημαινόμενα θεωρουμένη. Οἷον ἐκ παραλλήλου τὸ φῶς λαμβάνεται μὲν ἐπὶ D τοῦ ἡλίου· λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου. Φὼς γὰρ ὁ ἄνθρωπος εἴρηται. Ἐὰν οὖν εἴπω· Τὸ φῶς οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος, ἀληθές. Εἴληπται γάρ μοι ἐπὶ τοῦ ἡλίου. Εἰ δέ γε πάλιν εἴποιμι, Ὁ φὼς ἄνθρωπός ἐστιν· ἀληθές. Εἴληπται γάρ μοι ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου· καὶ οὐδέτερον ψεῦδος, διὰ τὴν ἐν ἀμφοτέροις μετάληψιν. Οὕτω τοίνυν καὶ ἐπὶ τοῦ σεπτοῦ ὁμώνυμος; ἡ φωνὴ διχῶς νοουμένη, πῇ μὲν ἐπὶ τοῦ ἀπεριγράπτου, πῇ δὲ ἐπὶ τοῦ περιγεγραμμένου. Τῷ Πατρὶ οὖν περὶ τῆς θείας φύσεως θεολογοῦντι εἴρηται· Τὸ σεπτὸν οὐ περιγραπτόν· πρὸς ἀνατροπὴν τῶν εἴσω περιγραφῆς τὸ Θεῖον ὁριζόντων. Καὶ ἀληθές. Οὐ μὴν περὶ οἰκονομίας προὔκειτο λέγειν. Ἄλλος γὰρ

[51] Rom. VIII, 29. [52] II Cor. XI, 7. [53] I Petr. II, 9. [54] Gal. II, 19. [55] Matth. VI, 24.

Digitized by Google

λόγος θεολογίας, καὶ ἕτερος οἰκονομίας, ἐν οἷς οὐ τὰ αὐτὰ ἔστι δογματίζειν. Ἀμέλει καὶ ὁ θεῖος Κύριλλος τὴν ὑπόστασιν, πῇ μὲν ἀντὶ τῆς φύσεως, πῇ δὲ ἀντὶ τῆς ὑποστάσεως λαμβάνει, κατὰ τὸ διλήμματον εἶναι τὴν φωνήν. Ἐπεὶ ὅτι οἶδε καὶ τὸ περιγραπτὸν σεπτὸν, αὐτός φησι· « Προσκύνησον τὴν φάτνην, δι' ἣν σὺ, ἄλογος ὤν, ἐτράφης ὑπὸ τοῦ Λόγου. » Τὸ δὲ προσκυνητὸν, δηλονότι καὶ σεπτόν. Ἐῶ λέγειν περὶ τοῦ Κυριακοῦ σώματος· ἆρ' οὖν οὐ περιγραπτόν; τίς ἀντερεῖ λόγος; τί δέ; οὐ σεπτόν; καὶ οἱ λίθοι συμψήσαιεν. Τί δὲ εἴποις περὶ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ; τοῦ ἀντιτύπου; τοῦ θυσιαστηρίου; τῆς θείας τραπέζης; τοῦ ἀχράντου Εὐαγγελίου; οὐτινοσοῦν ἄλλου ἱεροῦ ἀναθήματος; αὐτὰ τὰ τῶν ἁγίων λείψανα οὐ πάντα περιγραπτά; παντί που δῆλον· ἀλλ' ὅμως καὶ σεπτὰ, ὥσπερ καὶ ἡ Χριστοῦ εἰκών· συμμαρτυρούντων τῶν τῆς ἁγίας ἕκτης συνόδου Πατέρων, ἔν τισι τῶν σεπτῶν εἰκόνων Γραφῆς εἰρηκότων.

A nem includunt, refelleret : et vere dixit. Nec vero de œconomia sermo tunc erat ; alia enim Theologiæ, alia œconomiæ ratio, nec eadem utrobique decernere licet. Sane et divinus Cyrillus hypostasim modo pro natura, modo pro persona usurpat, quod nempe gemina sit vocis illius acceptio. Et quoniam non ignorat coli posse quod circumscriptum sit, ipse ait : « Adora præsepe, in quo tu rationis expers cum esses, a Verbo nutritus fuisti. » Quod autem adoratur, utique colendum est. Omitto dicere de Domini corpore : nonne illud circumscriptum est? quis sermo contradicat? aut quomodo non sit venerandum? ipsi lapides id clament. Quid dices porro de vivifica cruce? de antitypo? de altari? de sacra mensa? de intaminato Evan- B gelio, aut alio quovis sacro instrumento? Ipsæ sanctorum reliquiæ nonne omnes circumscriptæ sunt? Sunt sane : attamen colendæ, sicut et Christi imago : testantibus id una voce Patribus sanctæ synodi sextæ, quibusdam in Scriptis ubi de sacris imaginibus egerunt.

Ζ'.

Πρὸς τοὺς προσφέροντας κατὰ τῆς εἰκόνος Χριστοῦ, τὸ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου εἰρημένον· « Εἴ τις τῷ κτίσματι προσκυνεῖ, κἂν ἐπ' ὀνόματι Χριστοῦ τοῦτο ποιῇ, εἰδωλολατρεῖ. »

Τοῦτο πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς, κτίσμα λέγοντας τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι, εἴρηται. Ἡμεῖς δὲ ἐπειδὴ προσκυνοῦντες τὴν εἰκόνα Χριστοῦ, Χριστὸν αὐτὸν προσκυνεῖν πεφρονήκαμεν ὀρθοδόξως, διὰ τὴν ἐπ' ἀμφοῖν μίαν προσκύνησιν, οὐ διαφορουμένην κατὰ τὸ C τῆς οὐσίας διάφορον, τοὐναντίον δὲ ταυτιζομένην τῇ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως ἑνότητι· οὐ κτίσματι προσκυνοῦμεν, μὴ γένοιτο· ὅτι μηδὲ κτίσμα Χριστὸς, κἂν ἔστιν ἐν αὐτῷ τὸ κτιστὸν, τοῦ κρείττονος, ὡς φησιν, ἐκνικήσαντος. Μὴ βλέπε πάλιν τὴν ὕλην ἀφ' ἧς ἐξῄρηται τῇ ἐπινοίᾳ, κἂν ἐν αὐτῇ ὡς ἐν κατόπτρῳ, καὶ αὖθις λέγω, ἐμφανίζηται διὰ τῆς εἰκόνος. Εἰ δὲ φαίης μὴ χωρεῖν, τῆς τυφλότητος ἴσε ὑΐ, τοὺς ἔξω μόνον ὀφθαλμοὺς φέρων, ᾧ μὴ βάλλειν τοὺς μαργαρώδεις τῆς ἀληθείας λόγους ὁ Θεὸς καὶ Λόγος προστέταχεν.

VII.

In eos qui adversus imaginem Christi proferunt illud a sancto Gregorio dictum : « Si quis creaturam adorat, etiamsi faciat id in Christi nomine, idololatriam committit. »

Dictum istud fuit adversus Arianos, qui Dei Filium creaturam aiebant esse. Nos vero, quoniam imaginem Christi adorantes, Christum ipsum adorare secundum sententiam orthodoxam in animo habuimus, adoratione ambobus communi C neque diversa pro substantiæ diversitate, sed unica propter personæ unitatem : creaturam non adoramus, absit ! siquidem neque Christus creatura est, quamvis in ipso sit aliquid creatum : quia istud vincitur, ut aiunt, ab eo quod præstantius est. Ne respice amplius materiam a qua per cogitationem avulsus est, quamvis in ipsa tanquam in speculo (et id rursus dico) conspiciatur per imaginem. Quod si dicas te id non capere, o ! te, cum oculos duntaxat corporis habeas, cæcitate similem porco, cui margaritas sermonum veritatis mittere vetuit Deus et ratio

EJUSDEM THEODORI

ORATIO ADVERSUS ICONOMACHOS.

(*Hanc leges supra in Vita S. Theodori a Michaele monacho conscripta* col. 175.)

Digitized by Google

EJUSDEM

EPISTOLA AD THEOPHILUM IMPERATOREM DE SANCTIS AC VENERANDIS IMAGINIBUS.

(*Exstat inter Opera S. Joannis Damasceni hujus Patrologiæ* t. XCV, col. 345.)

—

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΠΛΑΤΩΝΑ

ΤΟΝ ΕΑΥΤΟΥ ΠΑΤΕΡΑ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΡΟΣΚΥΝΗΣΕΩΣ ΤΩΝ ΕΙΚΟΝΩΝ.

—

EJUSDEM

EPISTOLA AD PLATONEM

IPSIUS PATREM

DE CULTU SACRARUM IMAGINUM.

—

Nosmetipsos consolamur, cum sanctum caput nostrum alloquimur. Quodnam enim potest filio solatium majus esse, quam conferre sermonem cum patre, tali præsertim ac tanto, cujus virtus multarum urbium ac regionum et insularum præconiis celebratur? Atque is est pater meus charissimus: etiamsi fructus arbori similis non sit, ob tenuitatis mea infecunditatem: tu tamen nobis propositus es tanquam pietatis norma: neque nobis tantum, sed et omnibus qui pie vitam instituere, ad virtutis perfectionem contendere, et ad prosperum cursum excitari velint. Cum autem sanctitas tua jam pridem a me postulaverit, ut quomodo sacram imaginem Christi venerari oporteat edisseram: non quo id ignores, sed volens ea re meam orationem tacentem excitare: mihi quidem hactenus non licuit respondere; nunc autem reminiscens, æquum esse duxi; quod mihi abs te imperatum est, cum sanctarum precum tuarum auxilio exsequi: tametsi hac ipsa de re alias satis fortasse disseruerim.

Omnis itaque artificialis imago, similitudo est illius cujus imago est, ac in se ipsa formam sui

Ἑαυτοὺς παραμυθούμεθα προσλαλοῦντες τῇ ἱερᾷ κεφαλῇ ἡμῶν. Τί γὰρ ἂν εἴη παρακλητικώτερον παιδὶ, ἢ πατρὶ διαλέγεσθαι, καί γε τοιούτῳ καὶ τηλικούτῳ, οὗ τὴν ἀρετὴν ᾄδουσι πολλαὶ πόλεις, χῶραί τε καὶ νῆσοι; οὗτος ὁ ἐμὸς ποθεινὸς Πατὴρ, κἂν ὁ καρπὸς τῷ δένδρῳ οὐκ ἐοικὼς, διὰ τὸ ἄχρηστον τῆς ταπεινώσεώς μου. Ἀλλ' ὅμως τὸ προκεῖσθαί σε κανόνα εὐσεβείας ἔχομεν· οὐχ ἡμεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ οἵπερ ἂν ἕλοιντο θεοσεβεῖν, πτεροῦσθαι εἰς ἀνδρείαν, καὶ διανίστασθαι πρὸς εὐδρομίαν. Ἐπειδὴ δὲ ἀπὸ χρόνου πολλοῦ ἐπεζήτησέ σου ἡ ἁγιωσύνη, δοῦναί με λόγον, πῶς δεῖ τὴν σεπτὴν εἰκόνα Χριστοῦ προσκυνεῖν· οὐκ ἀγνοοῦσα, ἀλλὰ βουλομένη κἀντεῦθεν τὸν ἄλογόν μου λόγον κινεῖν· τηνικαῦτα μὲν οὐκ ἐξεγένετό μοι ἀποκριθῆναι. Νυνὶ δὲ ἐπιμνησθεὶς, δέον ἡγησάμην τὸ ἐνταλθέν μοι ἐφ' ὅσον οἷόν τέ ἐστι τῇ συνεργείᾳ τῶν ἱερῶν σου προσευχῶν ἀποπληρῶσαι. Εἰ καὶ ὅτι ἀλλοθί που περὶ τοῦδε αὐτοῦ τάχα ἱκανῶς ἐξεῖπον.

Πᾶσα τοίνυν τεχνητὴ εἰκὼν, ὁμοίωσίς ἐστιν οὗ ἂν ᾖ εἰκὼν, καὶ ἐν ἑαυτῇ τὸν χαρακτῆρα τοῦ ἀρχετύ-

Digitized by Google

που μιμητικῶς δείκνυσι, καθώς φησιν ὁ πολὺς τὰ θεῖα Διονύσιος· τὸ ἀληθὲς ἐν τῷ ὁμοιώματι· τὸ ἀρχέτυπον ἐν τῇ εἰκόνι· τὸ ἑκάτερον ἐν ἑκατέρῳ, παρὰ τὸ τῆς οὐσίας διάφορον. Ὥστε ὁ προσκυνῶν τὴν εἰκόνα, προσεκύνησε τὸν ὅπερ ἐμφαίνει ἡ εἰκὼν ἀσφαλῶς. Οὔτε γὰρ τὴν τῆς εἰκόνος οὐσίαν, ἀλλὰ τὸν ἐν αὐτῇ γεγραμμένον προσεκύνησεν· οὔτε μὴν τοῦ ἀρχετύπου τὴν εἰκόνα διέσχισε κατὰ ταυτὸν τῆς προσκυνήσεως. Ταυτὸν γὰρ ἡ εἰκὼν τῷ ἀρχετύπῳ τῇ ὁμοιώσει. Οὕτω τοιγαροῦν καὶ ὁ μέγας Βασίλειος· ὅτι βασιλεὺς λέγεται καὶ ἡ τοῦ βασιλέως εἰκών, καὶ οὐ δύο βασιλεῖς. Οὔτε γὰρ τὸ κράτος σχίζεται, οὔτε ἡ δόξα μερίζεται. Ὡς γὰρ ἡ κρατοῦσα ἡμῶν ἀρχὴ καὶ ἐξουσία μία, οὕτω καὶ ἡ παρ' ἡμῶν δοξολογία μία, καὶ οὐ πολλαί. Διότι ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει. Εἰ δὲ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, οὐκ ἄλλη καὶ ἄλλη, ἀλλὰ μία καὶ ἡ αὐτὴ τιμητικὴ προσκύνησις· ὥσπερ ἓν [καὶ ταυτὸν τὸ προσκυνούμενον κἂν εἰκόνι πρωτότυπον.

Ἄλλο δὲ φυσικὴ εἰκὼν, καὶ ἄλλο μιμητική. Ἡ μὲν οὐ φυσικὴν διαφορὰν ἔχουσα πρὸς τὸ αἴτιον, ἀλλ' ὑποστατικήν, ὡς Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα· ἄλλη γὰρ ὑπόστασις τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἑτέρα τοῦ Πατρὸς, μία δὲ φύσις δηλονότι. Ἡ δὲ τὸ ἀνάπαλιν φυσικὴν διαφορὰν ἔχουσα, ἀλλ' οὐχ ὑποστατικήν· ὡς ἡ εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν Χριστόν. Ἄλλη μὲν γὰρ φύσις ὑλογραφίας, καὶ ἑτέρα τοῦ Χριστοῦ· οὐκ ἄλλη δὲ ὑπόστασις, ἀλλὰ μία καὶ ἡ αὐτὴ τοῦ Χριστοῦ, κἂν τῇ εἰκόνι γεγραμμένη. Τοῦ αὐτοῦ θείου Βασιλείου πάλιν λέγοντος· Ὃ οὖν ἐστιν ἐνταῦθα μιμητικῶς ἡ εἰκὼν, τοῦτο ἐκεῖ φυσικῶς ὁ Υἱός· καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν τεχνητῶν κατὰ τὴν μορφὴν ἡ ὁμοίωσις, οὕτως ἐπὶ τῆς θείας καὶ ἀσυνθέτου φύσεως τῇ κοινωνίᾳ τῆς θεότητος ἡ ἕνωσις. Ὅρα οὖν τὸ διάφορον, ὅτι ἐπὶ τῆς φυσικῆς εἰκόνος καὶ τοῦ αἰτίου, ἤγουν τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς, ἡνίκα μία φύσις, μία καὶ προσκύνησις κατὰ τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως, οὐ τῆς ὑποστάσεως· ἐπειδὴ ὡς μίαν φύσιν, μίαν καὶ προσκύνησιν καὶ δοξολογίαν ὁμολογοῦμεν τῆς ἁγίας Τριάδος, τρεῖς δὲ ὑποστάσεις, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. Ἐπὶ δὲ τῆς μιμητικῆς εἰκόνος καὶ τοῦ ἀρχετύπου, ἤγουν Χριστοῦ καὶ τῆς Χριστοῦ εἰκόνος, ἡνίκα μία ὑπόστασις Χριστοῦ, μία καὶ ἐνταῦθα προσκύνησίς ἐστι, κατὰ τὸ ταυτὸν δηλονότι τῆς μιᾶς ὑποστάσεως, οὐ τὸ ἑτεροῖον τῶν φύσεων Χριστοῦ καὶ τῆς εἰκόνος. Εἰ δὲ ὥσπερ κατὰ τὸ ταυτὸν τῆς ὑποστάσεως, οὕτω καὶ κατὰ τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως, μίαν φαίημεν εἶναι τὴν προσκύνησιν τῆς εἰκόνος πρὸς τὸ πρωτότυπον, οὐκέτι διαφορὰν εἰκόνος καὶ εἰκονιζομένου γνωριοῦμεν· ἀλλ' ἔσται ὡς μία ὑπόστασις, οὕτω καὶ μία φύσις τῆς εἰκόνος Χριστοῦ καὶ αὐτοῦ δὴ Χριστοῦ· καὶ ἐμπίπτομεν εἰς Ἑλληνικὴν πολυθεΐαν, πᾶσαν ὕλην εἰς Χριστοῦ εἰκόνα χαρακτηριζομένην θεοποιοῦντες. Κἀντεῦθεν ἀνοίξομεν γλῶσσαν τοῖς εἰκονομάχοις κατηγορεῖν ἡμῶν τῶν ἕνα Θεὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι προσκυνούντων, πολλοὺς θεοὺς προσκυνεῖν τε καὶ σέβειν οὐχ ἀπεικότως. Εἰ δὲ μήτ' αὖ κατὰ τὸ ταυτὸν τῆς

exemplaris imitando demonstrat, sicut divinorum peritus Dionysius ait : veritas in similitudine, exemplar in imagine, alterum in altero, excepta duntaxat substantiæ differentia. Itaque imaginem venerans, illum, quem imago exhibet, veneratur. Non enim substantiam ipsius imaginis, sed id quod in ipsa expressum est colit : neque porro, quod ad venerationem illam attinet, imaginem ab exemplari sejungit : idem quippe sunt, similitudine nimirum, imago et exemplar. Sic et magnus itaque Basilius ait imaginem etiam regis appellari regem, nec tamen duos esse reges, neque enim aut potentia scinditur, aut honor dividitur : atque ut una est potestas ac dominatio cui subjicimur, sic unus est et non multiplex honor qui a nobis exhibetur : siquidem honor imaginis ad ipsum exemplar transit. Si autem ad exemplar transit, non est alius atque alius, sed unus et idem honor atque veneratio, sicut unum idemque est etiam quod in imagine colitur exemplar.

Aliud est porro imago naturalis, aliud per imitationem expressa. Illa quidem diversam a sua causa naturam non habet, sed personam : quo modo se habet Filius ad Patrem. Alia enim est Filii, alia Patris persona, natura vero una est. Contra autem altera penes naturam differt, non penes personam : quo modo imago Christi se habet ad Christum; aliam enim picturæ materia, aliam Christus naturam habet : at persona alia non est, sed una eademque, Christi scilicet, etiam ut in imagine expressa est : cum divinus Basilius rursum dicat : Quod igitur illic imago est per imitationem, istud ibi Filius est per naturam : et quod est in artificialibus similitudo formæ, id ipsum est in divina et simplici natura divinitatis communitas et unitas. Vide igitur discrimen : scilicet in imagine naturali ac in ipsius causa, puta in Filio et Patre, cum natura una sit, una quoque veneratio est, secundum identitatem naturæ, non personæ : siquidem ut naturam unam, sic et unam venerationem ac glorificationem sanctæ Trinitatis confitemur, tres vero personas, Patris, et Filii, et sancti Spiritus. In imagine autem artificiali ac ipsius exemplari, puta in Christo et imagine Christi, cum unica sit persona, Christi scilicet, ibi unica et veneratio est, secundum unius nempe personæ identitatem, quantumvis diversæ sint Christi et imaginis naturæ. Si vero dicamus venerationem imaginis et exemplaris unicam esse tum secundum personæ, tum secundum naturæ identitatem ; non amplius agnoscimus imaginis ac rei repræsentatæ differentiam, sed unica erit Christi imaginis et Christi ipsius, ut persona, sic et natura : et in Deorum multitudinem, more gentilium incidimus, quamcunque materiam quæ imaginem Christi exhibeat instar numinis colentes. Atque Iconomachorum linguam ea re excitabimus, ut nos qui unum in tribus personis Deum veneramur, merito accusent, tanquam plures Deos colamus ac venere-

Digitized by Google

mur. Rursus autem si quis dicat neque secundum personæ, neque secundum naturæ identitatem, eamdem esse imaginis ac exemplaris venerationem ; is utique potestatem scindit, ac honorem exemplaris ab imagine sejungit, atque adeo Christi venerans imaginem, manifeste est idololatra, non unam venerationem, sed geminam exhibens. Quod quidem Iconomachi demonstrare magno studio enituntur, inde colligentes Christi carni non convenire ut circumscribatur : qui quidem confutantur similiter ac ii qui Deum specie tenus et apparentia sola inter homines versatum esse dixerunt. Sed utrorumque simul impietas in suis tenebris sepulta maneat. Vera autem Christianorum fides, sicut antea dictum est, quemadmodum in sancta Trinitate unicam venerationem confitetur ob divinitatis communionem ; sic etiam in imagine Christi unicam eamdemque venerationem confitetur propter Christi personæ unitatem. Ea enim ipsa persona est quæ colitur, etiam in pictura : siquidem imago non erit, sed res quædam subsistens per sese, si ita dividatur, ut honore separetur a suo exemplari. Atque ita demum unica est etiam in imaginis Christi cultu veneratio et glorificatio multum laudandæ ac beatæ Trinitatis. Sed fortasse dicat aliquis : Ergo cum veneratio illa idem sit ac latria, imago Christi pariter cum sancta Trinitate latria colitur. Verum qui hoc dicat, ignorare videtur diversam esse venerationem : siquidem sanctos veneramur, sed latriæ cultum ipsis non exhibemus. Principes quoque veneramur juxta divinam legem : at neque ipsos latria colimus. Deinde discat iste insuper, nequaquam ipsam imaginis substantiam coli : hoc enim a nobis alienum est, ac eorum proprium qui serviunt creaturæ potius quam Creatori. Sed cum in imagine Christi colitur Christus ; imaginis materia manet prorsus expers illius honoris, qui Christo in ipsa exhibetur propter similitudinem quæ propria est personæ Christi, et quæ a materia illa discrepat quamvis in ipsa conspicitur. Ac mihi videtur ista res cum speculi exemplo congruere. Nam ibi etiam spectantis vultus quodammodo depingitur, manetque similitudo extra materiam : ac si quis ibi suam imaginem complectatur, materiam ipsam minime complectitur : cum nec istius causa accedat, sed ob sui ipsius similitudinem in illa expressam, et materiæ adhærentem. Nimirum amoto speculo, statim ex ipso effigies excedit, tanquam nihil habens cum speculi materia commune. Sic ergo et in imaginis materia se res habet. Si enim apparere desinat quæ in ipsa conspicitur similitudo, ad quam veneratio pertinet ; materia manet absque honore, tanquam nihil cum illa similitudine communicans. Rursum, sit annulus imagine regis insculptus : deinde imprimatur in cera, in pice, in argilla : signum quidem unum et idem erit in qualibet ex his materia consimile ; ipsæ autem res illæ inter se discrepant : signum vero nonne idcirco idem prorsus est quamvis in materia diversa, quia cum

A ὑποστάσεως, μήτε κατὰ τὸ ταυτὸν τῆς φύσεω λέγοι τις εἶναι τὴν τῆς εἰκόνος πρὸς τὸ ἀρχέτυπον προσκύνησιν, δηλονότι ἔσχισε τὸ κράτος καὶ ἐμέρισε τὴν δόξαν τοῦ ἀρχετύπου ἀπὸ τῆς εἰκόνος· καὶ οὕτως προσκυνῶν τὴν εἰκόνα Χριστοῦ, εἰδωλολατρεῖ φανερῶς, οὐ μίαν, ἀλλὰ δύο προσκυνήσεις εἰσφέρων. Ὅπερ ἀποδεικνύναι σπεύδουσιν οἱ εἰκονομάχοι· ἀναιροῦντες ἐντεῦθεν, ὡς τὸ εἰκὸς, Χριστὸν σαρκὶ περιγράφεσθαι, ἴσα τοῖς ἐν δοκήσει καὶ φαντασίᾳ ἐπιδεδημηκέναι Θεὸν τοῖς ἐν γῇ ἀσεβεῖν ἀπελεγχόμενοι. Ἀλλ' ἐρρίφθω τὸ ἀμφοτέρων ἐπίσης ἀσεβὲς ἐν τῷ οἰκείῳ σκότει· ἡ δὲ ἀληθὴς τῶν Χριστιανῶν πίστις, καθὼς προείρηται, ὡς μίαν ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τῇ κοινωνίᾳ τῆς θεότητος ὁμολογεῖ προσκύνησιν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς εἰκόνος Χριστοῦ B μίαν καὶ τὴν αὐτὴν προσκύνησιν ὁμολογεῖ κατὰ τὴν ταυτότητα τῆς ὑποστάσεως τοῦ Χριστοῦ. Ἡ αὐτὴ γάρ ἐστι προσκυνουμένη, κἂν γεγραμμένη εἴη. Ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη εἰκὼν, εἰ μεσολαβεῖται καὶ διασχίζεται τῇ τιμῇ ἀπὸ τοῦ πρωτοτύπου, ἀλλ' ἰδιοϋπόστατόν τι πρᾶγμα τυγχάνει. Καὶ οὕτω λοιπὸν κἂν τῇ τῆς εἰκόνος τοῦ Χριστοῦ προσκυνήσει, μία ἡ προσκύνησις καὶ δοξολογία τῆς πολυϋμνήτου καὶ μακρίας Τριάδος. Δόξειε δ' ἄν τις κἀκεῖνο λέγειν· Οὐκοῦν ἐπειδὴ ἡ προσκύνησις λατρεία, συλλατρεύεσθαι συμβαίνει τὴν εἰκόνα Χριστοῦ τῇ ἁγίᾳ Τριάδι. Ἀλλ' ἔοικεν ὁ τοιοῦτος μὴ εἰδὼς διαφορὰν προσκυνήσεως· ἐπεὶ προσκυνοῦμεν ἁγίοις, ἀλλ' οὐ λατρεύομεν αὐτοῖς· καὶ ἄρχουσι κατὰ νόμον Θεοῦ, ἀλλ' οὐδ' αὐτοῖς λατρεύομεν. Ἔπειτα μανθανέτω αὖθις, ὅτι οὐ C τῆς οὐσίας τῆς εἰκόνος ἐστὶ προσκύνησις· τοῦτο γὰρ ἔκτοπον, καὶ τῶν λατρευόντων τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα ἔργον, ἀλλὰ τοῦ ἐν τῇ εἰκόνι Χριστοῦ προσκυνουμένου Χριστοῦ, ἀκοινωνήτου μενούσης παντάπασι τῆς εἰκονικῆς ὕλης πρὸς τὸν προσκυνούμενον ἐν αὐτῇ Χριστὸν τῷ ὁμοιώματι, ὅπερ ἐστὶν ἴδιον τῆς ὑποστάσεως Χριστοῦ, κεχωρισμένον τῆς ὕλης, κἂν ἐν αὐτῇ ὁρᾶται. Καί μοι δοκεῖ τῷ ἐν κατόπτρῳ παραδείγματι ἐοικέναι· κἀκεῖ γὰρ οἱονεὶ διαγράφεται τοῦ ὁρῶντος τὸ πρόσωπον· καὶ μένει ἔξω τῆς ὕλης τὸ ὁμοίωμα· κἂν δόξειεν ἀσπάσασθαι τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα ἐκεῖσε, οὐ τὴν ὕλην προσεπτύξατο· ὅτι μηδὲ δι' αὐτὴν πρόσεισιν, ἀλλὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἀπεικονισθὲν αὐτοῦ ὁμοίωμα· διὸ καὶ πρεσέφυ τῇ ὕλῃ· D ἀμέλει μεταστάντος αὐτοῦ τοῦ ἐσόπτρου, συναπέστη αὐτῷ ἅμα καὶ τὸ ἴνδαλμα, ὡς μὴ κοινωνοῦντι τῇ τοῦ ἐσόπτρου ὕλῃ· ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῆς εἰκονικῆς ὕλης· ὅτι ἀφανισθέντος τοῦ ἐν αὐτῇ ὁρωμένου ὁμοιώματος ἐφ' ᾧ ἡ προσκύνησις, ἔμεινεν ἡ ὕλη ἀπροσκύνητος, ὡς μηδὲν κοινωνοῦσα τῷ ὁμοιώματι. Ἔστω πάλιν δακτύλιος ἐγκεχαραγμένος βασιλικὴν εἰκόνα· εἶτα ἐκτυπούσθω ἐν καιρῷ, ἐν πίσσῃ, ἐν πηλῷ· ἡ μὲν οὖν σφραγὶς μία καὶ ἡ αὐτὴ ἀπαράλλακτος ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ὕλαις· αἱ δὲ πρὸς ἀλλήλας διαφορούμεναι· οὐκ ἂν δὲ ἐν ταῖς διαφορουμέναις ἀπαράλλακτος ἔμεινεν, ἢ παρὰ τὸ μηδὲν ταῖς ὕλαις κοινωνεῖν. Ἀλλ' εἶναι αὐτὴν τῇ ἐπινοίᾳ τούτων κεχωρισμένην, μένουσαν ἐν τῷ δακτυλίῳ. Οὕτως οὖν καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ ὁμοίωμα, κἂν ἐν ὁποιῳοῦν ὕλῃ

Digitized by Google

κεχαρακτήρισται, ἀκοινώνητόν ἐστι τῇ ἐν ᾗ δείκνυται ὕλῃ· μένον ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ ὑποστάσει, ἥσπερ ἐστὶ καὶ ἴδιον. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐ λατρεύεται ἡ εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ. Ἀλλ' ὁ ἐν αὐτῇ προσκυνούμενος Χριστός· καὶ προσκυνητέον αὐτῇ κατὰ τὸ αὐτὸν τῆς ὑποστάσεως τοῦ Χριστοῦ, παρὰ δὲ τὸ τῆς οὐσίας τῆς εἰκόνος διάφορον.

A illis rebus non communicat, sed manet in annulo, ab illis rebus ipsa idea separatum. Sic igitur et Christi similitudo quacunque tandem in materia sit expressa, minime communicat cum materia in qua conspicitur, manens in ipsa Christi persona, cujus nempe propria est. Atque ut verbo dicam, latriæ cultus minime exhibetur imagini Christi, sed Christo qui in ipsa colitur : ac imaginem venerari oportet secundum identitatem personæ Christi, quantumvis substantia ipsius diversa sit.

Οὕτω τοιγαροῦν, ὡς ἐμὲ γοῦν εἰδέναι, τῇ τῶν ἁγίων Πατέρων διδασκαλίᾳ ἐπερειδόμενον, ἡ τῆς εἰκόνος τοῦ Χριστοῦ προσκύνησις· ἧς ἀναιρουμένης ἀνῄρηται δυνάμει καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ οἰκονομία· καὶ ἧς μὴ προσκυνουμένης, ἀνῄρηται ὡσαύτως καὶ τοῦ Χριστοῦ προσκύνησις.

Atque hoc modo, ut mihi quidem videtur, sanctorum Patrum doctrina et institutione confirmatur imaginis Christi veneratio : quæ si tollatur, pariter et ipsa Christi œconomia tollitur : ac, si imago non colatur, pariter ipsius Christi veneratio tollitur.

Καὶ διὰ τοῦτο, ὦ θεῖε Πάτερ, σὺν φόβῳ καὶ εὐλαβείᾳ προσιτέον καὶ προσκυνητέον αὐτῇ, ὡς τῆς προσκυνήσεως ἐπὶ τὸν Χριστὸν διαβαινούσης· καὶ πιστευτέον χάριν θείαν ἐν αὐτῇ ἐπιφοιτᾷν, καὶ ἁγιασμοῦ αὐτὴν ὑπάρχειν μεταδοτικὴν τοῖς πίστει προσιοῦσιν. Ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τοῦ τύπου τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, τῆς εἰκόνος τε τῆς παναγίας Θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, πᾶσα ἁγιαστικὴ εἰκόνων προσκύνησις, διὰ μέσου τῶν κατ' αὐτὰς πρωτοτύπων ἐπὶ Θεὸν ἀναβαίνει. Καὶ διὰ τοῦτο μία καὶ μόνη ἐστὶν ἡ λατρευτικὴ προσκύνησις τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος· δι' ἣν ἐπὶ τῶν ἄλλων αἱ διάφοροι προσκυνήσεις, καὶ πρὸς ἣν ἡ ἀναφορὰ τῶν ἁπάσων προσκυνήσεων ἐνιαία. Εἰ δέ τι ἀγνοίᾳ ἐσφαλμένως εἴρηκα, ἢ τοῦ καθήκοντος ἐνδεῶς, ἢ πέρα· ὡς Πατὴρ ἀγαθὸς, τὸ μὲν ἐπανορθοῦν, τὸ δὲ ἀναπληροῦν, τὸ δὲ περιελεῖν ἀξίωσον· εὐχόμενος καὶ ὑπερευχόμενος τῆς ταπεινώσεώς μου, καὶ νοεῖν ὀρθῶς, καὶ λέγειν ἀπταίστως, καὶ πράττειν ἀνεπιψόγως.

Quapropter, Pater sancte, ad ipsam cum metu et reverentia accedere oportet, ipsique honorem exhibere, tanquam honore illo ad ipsum Christum pertinente : ac pro certo tenendum est gratiam divinam supervenire ipsi, et per eam sanctificari quicunque cum fide accedunt. Quandoquidem tum in crucis vivificæ typo, tum in sanctissimæ Dei matris, aliorumque sanctorum imagine, omnis imaginum cultus sacer, per eos, qui in ipsis repræsentantur, pertingit ad Deum : atque idcirco latriæ veneratio omnis et sola est sanctæ consubstantialisque Trinitatis, propter quam aliis diversus exhibetur cultus, et ad quam tendit alia quæcunque veneratio. Quod si quid per ignorationem perperam dixi, sive infra, sive supra id quod decet; tu tanquam bonus Pater illud emendare et vel supplere vel amputare ne graveris : pro mea humilitate orans etiam atque etiam, ut et recta sentiam, et sermo offensione, et facta reprehensione careant.

II. ORATIONES.

JOANNIS LÆVINEII CANONICI

PRÆFATIO.

Non opinor exspectare te, amice lector, ut eum auctorem splendide ac prolixe tibi commendem, qui vel his nostris Catechesibus legendis, ut nihil aliud commemorem, facile se velut sorex suo judicio prodet, adorandarum sacrarum imaginum vindicem acerrimum (ut e sermone 15 clare apparebit), dignitatisque ecclesiasticæ juxta, et monasticæ unicum defensorem, morum, maxime inter suos, severissimum censorem, mortis, ac Christianorum discriminum contemptorem fortissimum, ut Michael quidam, monachus, cujus exstat in Vaticano copiosior quam eruditior *De vita Theodori* liber (quem nos legimus) narret ter proscriptum ac legatum in insulas, crudelissimis imperatoribus, qui Constantinum Copronymum (sub quo natus est Constantinopoli, Patre Photino, regiorum vectigalium quæstore, matre Theoctiste, D. Platonis toties hoc in opere laudati, sorore) Iconomachi complures sunt secuti, atrocissime nec infrequenter loris vapulasse. Exstat vero in codice nostro extremo epigramma, ut appellatur, quo decessisse traditur

Digitized by Google

exsilii sui tertii ob veritatis Christianæ professionem anno 12 in insula sancti martyris Tryphonis, non procul Emporio, quod Acrita vocetur, Bithynicæ provinciæ. Calendis Novembris, qui mensis est undecimus, hora 6, indictione 5, anno ab orbe condito sexies millesimo trecentesimo tricesimo quinto, Verba Græca, quibus hæc continentur, nihil opus est repræsentari, ne frustra sinus accurati.| Addit annos natum 22 in monasticam vitam dedisse nomen, subditum gessisse 13, præfuisse 32, ut obierit porro ætatis suæ anno 67. Quærendus est autem Michaeli monacho patronus, scribenti a Michaele imperatore, Leonis Thracis, qui Michaelem cognomento Rangabem imperio exsulem in Proten insulam detrusit, successore, revocatos ab exsilio cunctos a Leone proscriptos : nam Michael iste Amorio, superioris Phrygiæ civitate ortus (τραυλὸν Græci, nos balbum, verbum verbo mutantes, nominemus licet), Copronymum in omnibus imitatus, neque a Judæis alienus, quorum Sabbata veneraretur, inter cæteros, per Theophilum filium, Euthymium. Sardium antistitem, flagris acriter multatum, ob sacrarum imaginum cultum interfecit, divumque Methodium in vinculis habuit in Acrita insula. Auctorem laudo, Joannem Zonaram, et ejus simium alterum Joannem Curopalatem, ac magnum Biglæ τοῦ Σκυλίτζη Drungarium, qui exstat in Vaticano. Jam auctor ipse, quod palmarium habemus, Catechesi 74 in impio Michaele, qui procul dubio is est de quo loquimur cum nefarium matrimonium incessit, tum fidem objicit corruptam. Igitur, ut semel statuam, ter exsulare jussus, quod nec Michael diffitetur, primum sub Constantino juniore, Irenes imperatricis filio cujus adulterium non probasset, deinde sub Nicephoro, tertio sub Leone Thrace, in hoc tertio suo exsilio vitam cum morte commutaverit, quæ sententia convenit cum epigrammate, quod in codicis nostri calce exstare diximus. Neque vero sum nescius Joannem Zonara iniquiorem videri Theodoro nostro, et ejus avunculo Platoni, cum pontifice Nicephoro creato (Tarasio is successerat), tumultuabundos refert accusasse in eo quod e laicis repente ad episcopum evasisset, plerisque dicentibus hoc usos prætextu dissimulare ambitionem voluisse, cum pontificatui Constantinopolitano inhiarent. Sed profecto vel admodum, dissimilis sibi fuerit (nam aliud loquuntur hæ nostræ Catecheses), vel suspicio quædam popularis hanc viris bonis calumniam inusserit. Venio nunc ad Catecheses. In quo non me ostentabo, nec quod caupones factitant, vino ederam suspendam, maxime vendibili, te appello, ac judicium tuum, amice lector, si qui forte hæc legendo cognoscere voles. In iis transferendis usi sumus unico, quæ amplissimus cardinalis Sirletus exhibuit, olim pontificis Marcelli II codice, satis fideli, sed ab indoctissimo scriba exarato, uti videbunt qui apographum, quod exstat in Vaticano, inspicient, quanquam hic quoque mendarum, et errorum nonnulla facta est accessio, cujus nos testes idonei sumus. Demum opere perfecto locis aliquot deploratis relictis, aliis quos de conjunctura emendassemus, alterum nacti exemplar Vaticanum, notæ melioris, sed in quod totæ 48 primæ Catecheses desiderarentur, cum addidimus permulta, quæ in nostro deessent tum conjecturas plerasque omnes confirmatas vidimus. Inventa est in eo inter Quadragesimales quædam supernumeraria quam ne quis suppressam a nobis maligne causaretur, ad operis finem adjecimus, etsi sciremus ad has nostras minime pertinere; nam Michaelis, quem aliquoties jam adduxi, auctor est non plures 134, quas hic vides, in opere legi parvarum, quæ vocentur, Catecheseon; scripsisse quidem certe et alios libros 3 magnarum, quæ inscribantur, quas non ex tempore, uti priores, sed accurate confectas edidisset. In iis hanc 68 fuisse numero suspicamur : quod recte, an sequius arbitremur, periculum facient qui penes se opus habebunt, nos id vidimus nondum (*a*). Utcunque erit, noluimus eam silentio præterire. Accessit ultimo loco Theodori testamentum, plane severissimis moribus, et auctoris sollicitudine dignum, a nobis non repertum in Vaticano. Quod superest, spero æquum lectorem nec fidem, qua, non sensum contenti reddidisse Græcorum verborum vim quam potuimus proxime, et tanquam verbum verbo expressimus, nec dictionis lumen quoddam, ac velut splendorem desideraturum. Id adeo quo perspiceretur certius, et exploratius, optabamus edi in lucem exemplar Græcum, unde eruditus lector experiri ac periclitari propius posset, quasi pede collato, sed aliter res tulit. Denique iis in locis, quæ ex omni sacra scriptione citantur, vulgatam versionem sumus secuti qua utitur Ecclesia, nisi si auctoris citationi, cui præjudicandum non est, cum Latinis verbis non conveniret, qua in parte minus molestiæ fuit in iis, quæ advocantur ex Evangeliis, et novo fœdere, postquam id omne e Græco habemus conversum; in veteri, quod fere ex Hebræo Latinus transtulit, Septuaginta interpretum, quibus Græci utuntur, diversitas, quæ plerumque parum accommodata est verbis Latinis, interdum ut aliis utendum esset quam vulgatis effecit, præsertim cum occurrerent legendo quæ in nostris codicibus (Latinos sentio) nusquam legerentur. Ea nos simplicissime, ac verba verbis citra affectationem mutavimus. Hæc habui, quorum te, amice Lector, in operis ingressu admonerem nunc auctorem, si placet, loquentem audiamus.

(*a*) Hanc homiliam cum Testamento ad calcem operum beati Theodori amandavimus. Edit.

Digitized by Google

SANCTI PATRIS ET CONFESSORIS

THEODORI, STUDITARUM PRÆFECTI,

AD DISCIPULOS CATECHESIS

QUATUOR ET TRIGINTA SUPRA CENTUM SERMONES COMPLECTENS.

(*Bibliotheca Patrum*, tom. XIV, pag. 833.)

—

SERMO PRIMUS.

In sacrum Pascha Catechesis. De vita omni nostra sollicite exigenda.

Fratres Patresque, Sacrum explere Pascha Christi beneficio permissi, rursum instemus opificiis, operantes juxta, ac vivifica Servatoris nostri Jesu Christi supplicia recolentes : neque enim quia præteriit Pascha, memoria ejus una quoque prætereat, sed salutifera vulnera, crucem, sepulturam, resurrectionem perpetuo sub oculos revocemus, ut assidua harum usurpatione rerum invicti simus vitiis : sin minus intenti quandoque capiamur, evestigio crucifixum Dominum Jesum gloriosum suspectemus : statimque animis nostris medicina orietur : nam et olim Israelitæ, a serpentibus admorsi, serpente æneo conspecto sanabantur [1]. Neque enim nescitis pravas cogitationes, serpentum instar, mordere, immisso in animum veneno : quod omni studio eximendum est simulatque coortum est, ne ulcus difficile mora reddat. Videtis quemadmodum ver sanguinem gignat : *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem* [2] ; quorum quod utrivis addas, alteri detraxeris. Quamobrem demus operam ut deinceps moderate cibo, potu, somno, et si quid aliud est, utamur, ne sub imperium animus veniat, contraque corpus victoria potiatur. Qui in stadio currat, nequaquam duobus, tribus stadiis decursis victor editur, sed totis denique diaulis confectis : igitur nos quoque non dicam quadragesimam, aut quinquagesimam, sed ni vitam omnem nostram sollicitam exigamus, diaboli laqueos minime fugiemus, nec victoriæ præmium feremus. Itaque, fratres, adhuc præclarum certamen decertemus, adhuc pro virtute sudemus, adhuc carnem comprimamus, adhuc corpus in servitutem redigamus, adhuc vitia profligemus, semper Domini Jesu necem in corpore circumgestantes, semper in nobis sententiam mortis habentes : jam enim et nos omnes moriemur, ut patres, fratresque nostri, atque hinc profecti in regionem insolentem veniemus, spectra visuri quæ haud dum vidimus, horrendasque voces ac stuporis plenas, A mentem sane quidem habenti. Quare trepidi semper ac prætimidi, nos a sensibus retrahamus, ab inani auditu, a noxio visu, ab effeminato odoratu, ab omni pravo studio, quanti quanti sumus sancto Deo nos consecrantes, quo ei placentes hæreditatem nanciscamur æternorum bonorum per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO II.

Post Pascha. In memoriam beati Domitiani oportere nos assidue morte voluntaria defungi, deque molestia.

Fratres Patresque, præteriit Pascha, peractæque
B feriæ sunt. At non gaudere atque feriari, si volumus, præteriit, licet enim nobis gaudere semper, ac feriari spiritaliter, secundum eam sententiam : *Gaudete in Domino semper, iterum dico : Gaudete* [3]. Cæterum qui id fiet? si recentem suppliciorum Servatoris nostri Jesu Christi memoriam perpetuo teneamus, quemadmodum pro nobis gloriosus herus in crucem suffixus sit, ac sepultus, tertiaque die suscitatus, instaurans nos, et una secum vita impertiens, ut redivivi non jam nobis vivamus, sed pro nobis defuncto, in vitamque reverso, illudque Apostoli cum fiducia dicamus : *Vivo, jam non ego, vivit vero in me Christus ; quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Jesu, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me* [4]. Hæc mysterii summa est,
C mundo emori, Deo vivere. Quamobrem debemus post Pascha quoque intenti vigilare, comprecari, exstimulari, lacrymari, collustrari, semper Domini Jesu necem in corpore circumgestare, quotidie mori studio, assidue a corpore peregrinari, ad Deumque proficisci, per carnis libidinum fugam. Ne dicas : Jam Quadragesima non est : semper intento Quadragesima est. Ne dicas : Jam diu sum in exercitatione, et quiescere necesse est, non est hic quies. Ne dicas : Consenui in virtute, nec timeo, semper timenda conversio est, multosque qui in virtute consenuere uno temporis momento in peccati barathrum Satanas detraxit. Ut cavendum ei

[1] Num. xxi, 11-19. [2] Galat. v, 17. [3] Philipp. iv, 4. [4] Galat. ii, 20, 21.

Digitized by Google

sit qui stat videtur ne cadat, et qui custoditus A videtur ne custodiam remittat. Quare circumspectio, atque cautio, ac modus adhibetor cum in somno, cibis, potuque, tum in aliis rebus omnibus, quo corpus reprimatur, et in servitutem redigatur, ne, velut equus bene habitus ac frenum præmordens, in peccati præcipitium nos impellat. Jusseram vos superiore Catechesi non secedere solos in abdita loca, et nonnulli rursum estis in iisdem. Quid multis? cum virga ad vos veniam, an benignus, animique mansuetus? Certe locutus sum, neque exauditus; videlicet Fratrem hoc ipso nomine objurgatum, nec coerciti estis. Attendite ne eodem inobedientiæ exemplo quisque labatur. Nequaquam temere, ac frustra fiunt Catecheses : non est Deus tumultus, quin pacis ut in cunctis cœtibus sanctorum. Ergo ornate universa, decenterque gerentur, ut in omnibus per nos Deo gloria quæratur. Qui hinc illinc appellitis Fratres, recogitate ubi, et quemadmodum sedeatis : non tanquam soluti, sed tanquam spiritu vincti; nec velut sine censore, sed velut sub censore Deo, qui motus omnes actionesque vestras inspectet; neque huc illuc obeuntes, ac circumcursantes, sed in hospitiis considentes, opificio, precibus ac psalmodiis intenti, non avare quidpiam vobis cogentes, quin præsentibus contenti, ipse enim ait : *Non te deseram, neque relinquam* [8], ut præfidentes dicamus, *Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo* [9]. Mementote fratrum nostrorum, quorum B vitæ exitum intuentes imitamini fidem [9*].

Τοιοῦτος ὁ μακάριος Δομετιανὸς ὃν ὑμνήσαμεν. Καὶ οὗτος μνημόσυνον μετὰ ἁγίων ἠλίκην πραγματείαν ἐπραγματεύσατο, ἠλίκην πολιτείαν ἐξήνυσε, πόνοις ὀλίγοις καὶ ἀγῶσι κληρωσάμενος γέρας αἰώνιον, ἄνθρωπος εὐτελὴς κατὰ σάρκα, ἀλλ' ἐπειδὴ εἵλετο ἀρετὴν καὶ ἠγάπησε Θεὸν, ὕψωσεν αὐτὸν ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι *Τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω, καὶ ἐξουθενῶν με ἀτιμασθήσεται* (1).

Talis beatus Domitianus, quem celebravimus, cujusque cum sanctis memoria est cujusmodi quæstum fecit, qualem exegit vitam, paucis laboribus, ac certaminibus perenne præmium sortitus? Vilis secundum carnem, sed quem virtuti adductum, Deique amantem extulit Deus secundum scriptum, *Honorificantes me glorificabo, et qui contemnit me, erit ignobilis* [7].

Ut in ejusmodi fratribus gaudere, atque exsultare par sit. Verum nihil egerimus nisi quæ nostrarum partium sunt una quoque conferamus : conferentes autem pro virili, habebimus et nos partem cum sanctis per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

[8] Josue I, 5; Hebr. XIII, 5. [9] Psal. CXVII, 6. [9*] Hebr. XIII, 7. [7] I Reg. II, 30. [9] I Cor. XIV, 26. [9] Cant. V, 16. [10] Psal. XLI, 1. [11] Galat. II, 19.

(1) FABRIC. *Bibl. græc.* ed. Harles. t. X, 276.

SERMO III.

Post sanctum Pascha. Obeundum nobis esse ut monastica professione, et qua pro Domino defuncti sumus oppugnatione dignum est.

Fratres Patresque, Pol gaudio replemur inopes, qui vos quotannis huc commeare videamus, quasique alterum Pascha adventum vestrum agitamus.

Sed quoniam carnalia nobis affertis, et aliud alius, qualia manus præbere queat, age invicem vobis pro viribus spiritualia feramus. Igitur hortor vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi obire, ut monastica professione, ut ea quam peregimus confessione, ut oppugnatione, qua pro Domino sumus defuncti dignum est, vitam in mundo honestam degentes, ut qui egregium nostrum Christianum studium tentantes ceu facinorosos calumniantur, pudefiant. Sunt enim, sunt qui Christi confessionem incessant, ut aversam cura, et indignam, quod vel horreo dicere, censeantque præstare cum hæresi societatem coire, quam pro Christo oppugnationem adire, quorum justa damnatio est, geminumque consilium Balami consilio, qui noxam in Israelitas comparavit. Enimvero duo sunt stupra, fidei unum, alterum in corpore situm : ut qui hæretica consuetudine capiatur, cum stuprum in Deum committat, tum potestate simul corpore quoque stuprum designet. Quamobrem qui ea dicant plani sunt atque impostores, qui animos captent infirmos. Nos quidem, fratres, et nostra ipsorum, et veritatis hostium causa, vitam componamus quam accuratissimam, præclare obeuntes, honestisque studiis ad amussim politi. *Unusquisque*, inquit, *vestrum psalmum habet, linguam habet, doctrinam habet, omnia ad ædificationem fiant* [8]. Seu prodire necessitas cogat, circumspecte prodeamus, ut quod spectantium fiat commodo, emicet in vultu gratia, seu accidat ut cum femina colloquamur, cum ingenti cautione loquamur, oculos ab obtutu continentes, ne animo stimulum, ac telum capiamus. Breviter cuncta ad Dei gloriam geruntur, qui nos adamavit, seseque obtulit pro nobis. Cujus habet amor attonitum amatorem, haud suum esse permittens, sed amati. Atque id perspicere est in carnaliter amantibus; nam cum feminam vir amat, totum se amasiæ præbet, eam spirans, eam cogitans. Seu solem dicas, nec solem videre velit, sed amasiam, seu mensam proponas, non gaudebit ea frui, sed amasia. Ecquid est autem hero Christo formosius, ecquid beato ejus amore suavius : nam is generis hominum longe pulcherrimus est? non dulcedo, et totus deliciæ, secundum oracula [9]? Id adeo sancti ostendentes, hoc est fervidum ejus amorem, alius, *Quemadmodum*, ait, *desiderat cerva ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus* [10]; alius : *Meus amor crucifixus est Christus* [11]; alius rursum : *Charitas enim Christi urget nos, æstimantes hoc, quoniam, si unus pro om-*

Digitized by Google

nibus mortuus est : ergo omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit [12]: hoc amore mundum complexus Deus est, tamque acriter et impotenter a sanctis adamatus. Nos qui tepide eum amemus, propterea perditis cogitatis, carnisque libidinibus capimur, dolorem pro voluptate, amaritiem pro dulcedine, tumultum pro pace prehensantes. Sed abluenda mens est, fratres, cohortor, ab his noxiis cupidinibus, et assidue purganda, quo Christum habeamus domesticum : nam ubi puritas, ibi Christus. Quæ amabilis demum, beataque vita est, ac si viventes cœleste regnum quæremus per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO IV.

Post sanctum Pascha. Circumspectionem adhibendam, noxiaque fugienda peccati loca, atque modos.

Fratres Patresque, vocat post festum ad colloquium redire tempus, ac solemnem catechesim reddere. Pol alacres convenimus, haud ignari ad hoc comparatos, minusque vos alloquentes quantum pote est, deploratos. Quid igitur dicere est in præsentibus? scilicet unumquemque vestrum, quasi quemdam mercatorem, in Quadragesima opibus coactis spiritalibus, velut in portum ad sacrum Pascha venisse, multis comportatis eximiis mercibus virtutis, id est jejunio, vigiliis, precibus, industria, et quæ alia sunt studia pietatis, eaque non minimæ curæ est conservare. Neque enim quod in sensili usu venit, idem in portu cogitandum qui mente ingenioque describitur; nam illic, simul atque appuleris, otium agas, fluctuum maris, ac discriminum securus, hic carnis contra licentia magis vitia ferociunt, et tanquam procellæ quædam ingruunt nequam spiritus, stupri, gulæ, avaritiæ, tristitiæ, superbiæ, timendumque ne in portu inundemur. Enimvero sanctus David, conspecta forte Uriæ conjuge incustodite, quid patrarit norunt qui legant [13]: *Comedit Jacob, et impletus est, et recalcitravit dilectus* [14], inquit. Attrectavit quis feminam nolens, et incensus libidine, scelus contraxit. Attende qui inaudis, fuge noxia peccati loca atque modos; oculusque tibi, auditus, odoratus, tactus, gustatus, cibus, potus, somnus, ceu ad amussim componitor, ne vitiorum mergare fluctibus. Sane hoc sciendum est qui mare tranet quod sub sensum sit subjectum tempestates, ac procellas subire invitum : at qui profundum transeat quod intelligentia capiatur, et tempestatis, et tranquillitatis Dominus est. Nam si cogitationes absurdas strenue repellat, tranquillitate repletur, comitem habens sanctum Spiritum, uti divo Arsenio relatum est : at qui sensus teneat remissos, instarque fluminum libidines intromittat, sibi ipse tempestatem teterrimam concitat. Qui ni celeriter fluctuantes cogitationes sedet, nihil in mora sit, quin miserabilem eam edat vocem : *Veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me* [15]. Itaque ratio præsideto, neque a pejore præstantius detrahitor, quin spiritus dominator, atque ad præstantius agito. Nescitis quid peccatum designaverit? non mortem in mundum induxit? non orbem terrarum sepulcretis complevit? Unde est autem illa hactenus ab ævo internecio? quippe erat ante transgressionem incorruptus homo, neque eorum quæ prædiximus quidquam ortum habuisset, si constans inedito præcepto primigenius mansisset. Hoc perennis auctor supplicii, hoc gehennæ ignis inextinctii deflagratio, hoc vermis sine fine pabulum est, hoc, qui in honore esset, hominem brutorum animalium instar reddidit [16]. Tale igitur et ejus modicum, sit perniciosum ac mortiferum, fugiendum est fratres pro virili, et asciscenda virtus, quæ angelos comparet mortales, necem profliget, dæmones expugnet, sæculi hujus principes, et arbitros transiliat, regno denique cœlesti desponso : quod et assequi omnes contingat Domini nostri Jesu Christi liberalitate atque beneficio, cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, honor, imperium, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO V.

In Octavam Paschæ. De horrendo tribunali, deque præsentis vitæ nostræ diebus circumspecte transeundis.

Fratres Patresque, præsentis mora vitæ ne segnitiem in nobis, aut dissolutionem, ac contemptum gignat, sed curam magis, et acrius Deo placendi studium, ceu instantibus morti. Nullus vero servus rationem hero reddere propinquans, aut legatus ei qui se misit, securus degat, sed tantopere est sollicitus, ut apud se captus mente videatur. Quid igitur? et nos hero imminemus, seu potius imminet herus, ac terribile ineundis rationibus tribunal, cui sistemur omnes nudi et aperti, causam dicturi quam egimus vitæ, laturique aut cœleste regnum, aut supplicium perenne. Jam quis ad hæc instructus, aut qui dormire possit, ac non igni pernicius heri voluntatem exsequi festinet? ne servi instar deprehendatur, thalamo vinctis manibus, atque pedibus ejecti [17]. Quæ si nos exempla haud exterrent, vel e præsentibus de futuris conjectemus. Non regios videmus hostes, ut alii custodiis afflictentur, alii flagris multentur; alii in exsilium deportentur, alii oculos deperdant, alii vitæ adeant periculum? atqui nec offenderunt quidem, ut ipsi quoque astent timide, famulentur trepide, huc illuc dimissi, ad bella et ardua negotia : nec contradicit quisquam, aut minus obtemperat. Sin ita est in caduco rege, quanto magis in perenni soloque rege, ac Domino dominorum, timide at-

[12] II Cor. v, 14, 15. [13] II Reg. xi, 1 seqq. [14] Deut. xxxii, 15. [15] Psal. lxviii, 3. [16] Psal. xlviii, 13. [17] Matth. xxii. 13.

Digitized by Google

que trepide hæc par obiri est, nec citra constitutum quidquam fieri? *An divitias bonitatis ejus, et patientiæ et longanimitatis contemnis*, ut aiunt sacræ Litteræ, *ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundum autem duritiam tuam, et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in diem iræ, et revelationis, et justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus* [18]. Hæc nos terreant omnemque diem caute ac circumspecte transeamus, statim prima luce alacres surgentes, et somno lotione discusso comprecantes, dum horæ non canuntur ob resurrectionem, ut agiles opera redeamus : seu cellarius in cellario, seu coquus in coquina, seu minister in ministerio, seu cohortans in cohortando, breviter, omnes in omnibus, placide obeuntes. Nusquam murmur, detrectatio, clamor, contradictio, aut malignitas retenta, ut foris placidus videare, intus malignitatem alas, ac suo tempore mordeas, ceu serpens, memorve injuriæ camelus. Probrum quis ingessit? præteriit. Resipuit? sincere condonate, nequaquam animis redaccensi, nec secundum Scripturam malum malo [19], et injuriam injuria compensantes; quin contra benedicentes, certi ad benedictionem hæreditariam vocatos.

Nam qui vult vitam diligere, et dies videre bonos, auctoribus Litteris, *prohibeat linguam suam a malo et labia ejus ne loquantur dolum. Divertat a malo, et faciat bonum; inquirat pacem, et persequatur eam. Quia oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala* [20]; minora hæc : quid vero qui majora? Contra principatus, ac potestates, et hujus sæculi mundi potentes luctamur, contra instantem oppugnationem hæc, illaque minantem, ut audimus, itaque minus procincti ad minora, ecquam in majoribus laudem speremus.

Qui fidelis est in minimo, et in majori fidelis est [21], quemadmodum ait Dominus. Igitur qui et in majori et in minimo Christi beneficio visi estis fideles, tam obedientia quam confessione obeunda, neutrunde claudicatote, quin utrinvis perfecti estote, omni præclara functione absoluti, nulla in re offendiculum præbentes, ne ministerium traducatur : sed in cunctis Deo placentes, quo cœlestis regni hæreditatem ineatis per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO VI.

Ante Mesopentecosten. Oportere nos fragrantes comparare, asciscenda virtute.

Fratres Patresque, Christo redivivo universum hoc omne, quasi quadam morte, hiberno posito squalore, iterum refloret, et tanquam reviviscit. Enimvero videmus terram virescentem, stirpes floridas, pecudes salientes, mare placidum, cuncta in melius restituta.

Sed quamobrem hæc disserui, id dicendum venit : nimirum si tantopere inanima atque bruta renident ac resplendent in prælustri resurrectione, quanto nos debere magis, ratione ornatos : et imagine divina, comptos moribus, ac spiritu fragrantes nos præbere? nam equidem Christi fragrantia est qui virtutem comparet. Testatur id Apostolus in hæc verba : *Christi bonus odor sumus Deo in iis qui salvi fiunt, et in iis, qui pereunt, aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam* [22]. Jam illud quoque ad hæc dicere est. Adamum ante transgressionem Deo fragrantiam fuisse, incorruptum et immortalitate nactum, vacantemque cœlestibus spectaculis, qui prati instar floridi atque redolentis, pomarium incoleret, spirans virtutes.

Quin et Isaacus patriarcha in Jacobo filio fragrantiam odoratus, ait, *Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus* [23], odore scilicet spiritaliter percepto. Quamobrem, fratres, spiremus nos quoque fragrantiam spiritalem, quam virtutum compositione sibi quisque moliatur, ceu unguentarius vere optimus. Hoc felix unguentum est, hoc Deo jucundum, hoc angelos pellicit, arcet dæmones; hoc unguento feminæ Christum pone sunt affectatæ, secundum Canticorum carmen [24]. Hoc enimvero et nos assectemur quoque sincere, sanctam Mesopentecosten, quæ in foribus est, agentes, siquidem scriptum est : *Jam die festo mediante ascendit Jesus in templum, et docebat, et mirabantur Judæi, dicentes : Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit* [25]. Sed hæc ante supplicium; nunc post resurrectionem conspicuus, convescensque cum sanctis apostolis, eos arcanis initiare.

Atque, o comitatem ineffabilem, quod cibis usus est redivivus, sacra ejus carne minime requirente. Sed tamen resurrectione probanda et comedit, et bibit, et latus contrectandum dedit, iisque qui se spiritum credebant, jussit manus, pedesque cernerent : sese enim esse. Tractarent ac viderent : nam spiritum carnem, et ossa non habere [26], uti se habentem spectarent. Quid ad hæc ais, Christomache? si carnem et ossa non habet, nec quid depingatur habet : itaque si posterius non habet, nec prius habuerit. Quanquam et habere qui depingatur tacite de se testatur ipse, nam utrumvis alterum probat et condicit.

Sed Iconomachi, Manichæis paria censentes, par supplicium luent, æternam perniciem, quemadmodum scriptum est : nos, fratres, quæ orthodoxa opinio est. Dominum nostrum Jesum Christum in imagine tueri, et adorare credentes, dignam hac religione vitam probemus, puram, irreprehensam, insontem, quo neutrunde claudicantes, quin utrinvis laudati, cœleste regnum consequamur per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et im-

[18] Rom. II, 4-6. [19] Rom. II. 17. [20] Psal. XXXIII, 13-17. [21] Luc. XVI, 10 [22] II Cor. II, 15. [23] Gen. XXXVII, 27. [24] Cant. I, 2. [25] Joan. VII, 15. [26] Luc. XXIV, 59.

Digitized by Google

perium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO VII.

Ante Ascensionem. De Ascensione Servatoris nostri Christi, vitaque inter nos ex Dei voluntate agenda.

Fratres Patresque, festum imminet festorum, ac pro foribus est Ascensio Servatoris nostri Jesu Christi, agiturque ingens et incredibile arcanum : siquidem trans cœlos attollitur, natura nostra, quemadmodum scriptum est : *Gratia estis salvati ac nos conresuscitavit, et consedere fecit in cœlestibus in Christo Jesu, qui est in dextera Dei, supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro : et omnia subjecit sub pedibus ejus, et ipsum dedit caput super omnia Ecclesiæ, quæ est corpus ipsius, plenitudo ejus qui omnia in omnibus adimplet* [27]. Videtisne ad quod dignitatis culmen humanitas sit evecta ? annon e terra in cœlos ? annon e corruptela ad immortalitatem ? Quantopere quis laboret ut terrestri ac caduco regi amicus fiat ? nos quidem, qui, sceleribus patrandis, et aversi essemus, et hostes ingenio, non modo in gratiam rediimus cum Deo, ac Patre, per Dominum nostrum Jesum Christum, quin evasimus quoque ad adoptionem.

Ac nunc est in cœlis natura nostra, quam vis omnis conspicua et inaspectabilis adoret : tanta est amplitudo immensæ benigni Dei bonitatis. Idque recogitans beatus Apostolus exclamat : *Quæ est spes vocationis ejus, et quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in sanctis, et quæ supereminens magnitudo virtutis ejus in nos qui credimus, secundum operationem potentiæ virtutis ejus, quam operatus est in Christo* [28] ? Nam quid accidit ? venit ad nos ter optimus e Virgine prognatus solemnibus naturæ legibus mancipatus, crucem conscendit, affixo secum contra nos chirographo, ad terræ infima degressus mortis doloribus solutis, et humano genere simul in vitam restituto, ad extremum gloriose est sublevatus, Patri se exhibens pro nobis.

Hæc est ergo, ut breviter dicam, sancta festivitas. Quæ nos, fratres, contemplati, ac quemadmodum Christi simus corpus, beneficium reveriti, nobilitatem tueamur, neu gratiam prodamus, neu Christi membra meretricis membra præstemus, quin castos insuper tum verbis, tum opere præbeamus, atque a carnis libidinibus arceamus, quæ cum animo conflictantur, vita internos agenda honesta, placida, obsecunda, morigera, submissa, composita, quæ vita denique beata est, deliciis, ludicris, risu et intemperantia, ac quidquid insolens est, ad carnis vitæque amantes dimissis. Qui videntes minime vident, neque audientes audiunt, mente obducta callo, et auribus sepultis vitiosum ab honesto, lucem a tenebris, vitam a morte non discernant, atque in ignem irruant præsentem. nam ignis est carnis libido, et tamen effrenes ad eam currunt ; scrobs est avaritiæ, neque tamen ire in scrobem præcipites desistunt, voluntarium in se dæmonem contrahentes, dignique quos calamitosos potius, quam beatos prædices, qui vere bonis repulsis, perditas corruptelas amplectantur. Cæterum nos, fratres, confessionem teneamus in qua stamus, ac divinæ spe gloriæ triumphamus ; exercitationem tueamur, quam secuti sunt sancti, et in primis, quem nunc celebramus, beatus Pachomius, sane cernamus, sane audiamus, sane contrectemus, membris omnibus sane utentes, ac sermoni operam dantes promissam perennem vitam consequemur per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac Spiritu sancto, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO VIII.

Oportere sacra pura conscientia percipere, habita in Ascensione.

Fratres Patresque, adest Ascensio, festivitas Domini nostri Jesu Christi œconomiæ finis et extremum ; nam ex Patris voluntate omnibus contectis, gloriose est sublatus ac nos una statuit in cœlis redivivos per sanctam suam carnem. Ecquæ est autem gloriæ ejus opulentia ! quæ ingens polentiæ magnitudo ! quod vilem nostram ac nihili naturam ad regale solium evexit, quæ ab cunctis cœlestibus copiis adoretur. Id adeo cogitantes, exhorrescamus, fratres, et beneficii amplitudinem veneremur, vitamque dignam capite ducamus, ut Christi membra, ut concorpores, ac consortes, et cohæredes, castitate, scientia, lenitate, benignitate, sancto Spiritu, amore minime ficto, oratione veraci, virtute prædiți divina, omni adhibenda obedientia, ac submissione, et cura, atque cautione, nulla contracta insolentia, nihil citra præceptum facientes. Sane qui carnem inquinet, nequaquam Christi membrum sit, quin nec dignus sacra percipere. Siquidem ait Apostolus : *Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat ; qui enim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat, et bibit, non dijudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi : nam si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur. Dum judicamur autem, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur* [29]. Quamobrem sanctos purosque nos præstemus, ut merito Christi membra vocemur, ac sacra percipiamus. Sin accidat incautis exardescere pravam libidinem, aut iram, aut invidiam, aut odium, aut quid aliud Deo invisum, nihil mirum, quid ocius in antiquum habitum restituti sanemur, neque in flagitio persistamus : nam persistere damnationem habet inexorabilem. Jam annon et mors ingruit repente ? en heri episcopum invisimus ægrum, et deploratum offendimus, totum febribus exhaustum, totum dolore impotem, huc,

[27] Ephes. II, 6, 7 ; I, 20-23. [28] Ephes. I, 18, 19. [29] I Cor. XI, 28-31.

Digitized by Google

illuc respectantem necunde ope reperta, nisi conscientia, seu bona, seu prava. Quid ergo, annon idem nos quoque patiemur? quid vero, annon hæc somnium sunt, umbraque, ad supplicia futura? Ignis is non restinguitur, non moritur vermis, non tenebræ dissipantur, non vincula solvuntur, non Tartara fatiscunt, non stridor dentium cessat, cætera omnia sunt perennia tormenta. Quæ nos fratres, scio reputantes, non libidinum studio, non invidia, non livore, non ira ducamur, non obloquia, non mendacia agitemus, non aliud contrarium designemus, quin pacem et animi quamdam æquabilitatem tueamur, exstimulemur, bene mereamur, invicem divinitus amemus omniaque præcepta exsequamur, quo et pœnas evadamus, et æternam vitam consequamur per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, et sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO IX.

Ante sanctam Pentecosten. De sancti Spiritus degressu, et infelicis Euprepiani morte.

Fratres Patresque, pervenimus ad Pentecosten, ad sancti Spiritus degressum: quippe ait Dominus: *Expedit vobis ut ego vadam: si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos, et cum venerit ille, deducet vos in omnem veritatem* [30]. Hui promissum atque beneficium! non angelum, non hominem mittere est pollicitus, sed ipsum cognatum Spiritum. Igitur unigena Filio, expleto opere paterno, in cœlos ascendente, sanctus Spiritus descendit, non alius Deus (absit!), sed alius Paracletus, uti scriptum est [31], Deo nobis (benignitatem incredibilem!), solatio futuro. Sane afflictam mentem, vexatamque solatur ne in periculis succumbat: testatur Apostolus in hanc sententiam: *Foris pugnæ, intus timores, sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in adventu Titi* [32]. Animum solatur dæmonum terriculamentis attonitum, in irretentam quamdam fortitudinem præ audacia restaurans; auctor sanctus David in hæc verba: *Quoniam tu, Domine, adjuvisti me, et consolatus es me* [33]. Mentem hortatur inimicam, pacem ac quietem ducere; testimonio est hoc Apostoli dictum. *Pro Christo* [*deprecamur*] *legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo* [34]. Viden' indeprensam comitatem? viden' incomparabile munus? sursum unigena Filius ad Patrem pro nobis intercedit, quemadmodum scriptum est: *Qui et est ad dextram ejus, qui etiam interpellat pro nobis* [35], deorsum sanctus Spiritus multimodis solatur. Ecquid pro his Deo reddemus? fortasse illud nobis usurpare, ac dicere est: *Omnia ossa mea dicent: Domine, Domine, quis similis tibi? eripiens inopem de manu fortiorum ejus et egenum, et pauperem a diripientibus eum* [36]; ac rursum: *Adjutorium meum a Domino, qui fecit cœlum et terram* [37]; et: *Nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea* [38]; iterumque: *Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo* [39]. Itaque talem nacti Paracletum, sanctum Spiritum, vim invictam, magnum propugnatorem, et Deum atque socium, nequaquam expavescamus, Fratres Patresque, ad inimici terrorem, neu consternemur ab hostilibus malignis copiis, sed velut commilitonem eum habentes, comitemque ferendis et monasticis et confessoriis certaminibus, animose insuper, ac statario properemus, gradum quotidie facientes, non draconis fraudibus inescati, non perpetuis insultibus fracti, studio omni carnis exstincto, ut animi nostri tanquam ædes incendente. Mihi credite, non voluptas est, sed vehemens dolor; non oblectamentum est, sed consternatio [ἔκστασις φρενῶν *legi in Græco pro* ἔκτασις.] quædam, ac perdita mentis alienatio. Neque id nesciunt qui rabiem carnis abluant, et solius Dei cupiditate ducantur: quo quid suavius? quid felicius? Næ ille est in carne, ac supra carnem in mundo et supra mundum: in præsente vita, ac supra aspectabilia vivens, in quo lenibus sanctus Spiritus auris exciti æstus quidam gratiæ mentem quam maxime tranquillant.

Sed quid autem voluptatis studium victos tantopere diversos agit, et immutat, in terram: carnem atque sanguinem devexos, unde omnino alienemur a bono Deo?

Non audistis quid acciderit miserabili Euprepiano? jamjam enim nobis nuntiatur defunctus, et defunctus (heu meas æruminas) non temporali, sed æterna morte, abrupta in Evæ amplexibus vita. Heu quid passus est infelix! scitis quemadmodum prius super capite splendebat cum morigerationis, tum probitatis lucerna. Annon olim confessione obeunda mecum reclusus est? annon Sacendione ad Œconomi dignitatem provectus? annon ob præsentem confessionem in arenam descendit, bis flagris multatus, ac fortissime perpessus? Tum quid autem? habens, ut Œconomus, marsupium monasterii, et

Οὐκ ἠκούσατε, τί πέπονθεν ὁ ἐλεεινὸς Εὐπρεπιανός; ἄρτι γὰρ ἡμῖν ἀνηγγέλη ὅτι τέθνηκε. Καὶ τέθνηκε, φεῦ τῆς ἐμῆς ταλαιπωρίας! οὐ πρόσκαιρον, ἀλλὰ τὸν αἰώνιον θάνατον συμπλακεὶς τῇ Εὔᾳ καὶ ταύτῃ τὸν βίον ἀπορρήξας. Ὢ τί πέπονθεν ὁ τάλας! Ἴστε ὅπως πρότερον ηὔχει ὁ λύχνος ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτοῦ, τῆς τε εὐπιστίας καὶ εὐδρομίας. Οὐχὶ συναπεκλείσθη μοι πάλαι ὁμολογητικῶς; οὐκ εἰς οἰκονόμου προήχθη βαθμὸν ἐν τῷ Σακκουδίωνι; οὐκ ἐπὶ τῇ παρούσῃ ὁμολογίᾳ ἀπεδύσατο πρὸς ἀγῶνας δὶς μαστιχθείς καὶ ἐνεγκὼν ἄριστα; εἶτά τι ἔχων ὡς οἰκονόμος τὸ γλωσσόκομον τοῦ μοναστηρίου, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ βαλλόμενα θελχθείς τῷ χρυσίῳ καὶ περιπαρείς τῇ

[30] Joan. XVI, 7, 8. [31] Joan. XIV, 16. [32] II Cor. VII, 5, 6. [33] Psal. LXXXV, 17. [34] II Cor. V 20. [35] Rom. VIII, 34. [36] Psal. XXXIV, 10. [37] Psal. CXXIII, 8. [38] Psal. XCIII, 17. [39] Psal. CXVII, 6.

Digitized by Google

quæ injicerentur, auro illectus, atque avaritia contixus, heu, Christum Judæ instar prodidit, et virginitatis deposito voto [40], et Giezice [41] agris, vineis, bobus, ovibus coemptis.

φιλαργυρίᾳ κατὰ τὸν Ἰούδαν, προὔδωκεν, οἴμοι, τὸν Χριστόν. Τοῦτο μὲν ἀποδυσάμενος τὸ τῆς παρθενίας ἐπάγγελμα, τοῦτο δὲ Γιεζιτικῶς ὠνησάμενος ἀγροὺς καὶ ἀμπελῶνας, κτλ. (2).

Quare non ejus lepram modo contraxit, sed, uti reor, et tristius quiddam. En quid perfecit avaritia, fratres : fugiamus vitium, quæso, ut proditionis officinam. En quid exegit pervicacia : fugiamus tenebras quæ a Dominico cœtu divellant; fugiamus et reliqua cuncta vitia, quæ miserum animum nostrum lacessunt, furorem, invidiam, iram, studium sui, pervicaciam, successum ; fugite soli esse, ut condictam a Deo imprecationem fugiatis : nam, *Væ soli*, inquit, *quia cum ceciderit non habet sublevantem se* [42]; quod ei contigit quo de sermo est. Cui si socius fuisset, quantumvis cecidit, poterat rursum ope socii consurgere, rursum plangere delictum : cæterum qui haberet nullum, periit miser, in suum locum profectus. Digna, fratres, dolore atque planctu tragœdia est. *Qui stat*, inquit, *videto ne cadat* [43]; qui bene currit caveto ne prosternatur, prostratum cernens qui prius bene currebat. Angelum quis, opinor, facilius casurum quam fratrem cum duxisset, et tamen cecidit, dormitans, causaque avaritia est. Non fecissem vero de avaritia verba, nisi vererer ut nunc persecutione alius alio profugi, et incumbente vitæ viatici cura, si minus diligenter cavebitis, in avaritiæ escam ruatis. Hinc plerique nec comitem patiuntur habere, auro deliniti ; hinc nec amorem complecti spiritalem, vitiis contractis domesticis; hinc nec pedes quiescere possunt, quin obeunt huc, illuc, velut catelli, sicunde argentum a pio convertant; hinc nonnulli servos sunt mercati, servi vitiorum, amissa herili dignitate ; alii alia minime necessaria deproperant, in usumque comportant, venditores ac redemptores, agitando cauponario quæstu. Respectare Dei judicium, fratres, quem latebit nemo qui in abdito mentis quidquam designet, multo minus secundum exteriorem hominem. Videte mortis sententiam defunctis nunc quoque duobus fratribus, Milite, atque Barnaba, et ante eos aliis, ac nobis vicissim consecuturis. Ne quem, rogo, imparatum, ac minus instructum mors deprehendat. Non exigua est pernicies, Dei cœlestisque regni jactura, et supplicium pœnæque perennes, quas nec ingenio deformans mortalitas ferat, nedum in ignem profecta, quod futurum est, nisi quæ Deo placeant exsequatur. Igitur ut iræ minas, quæ contumacibus impendet, evadere possimus, agamus, obsecro, quæ jubeamur, Deo jam hinc serviamus, qua in parte quis sibi deesse aliquid sentiet, purgator, et animus ad Dei voluntatem innovator : prope est cunctis eum vocantibus, ac quotidie cum pœnitentiam admittit, tum peccata delet, nosque assidue ad amplectendam perennem vitam cohortatur. Quam et adipisci mereamur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO X.

In omnes sanctos. Martyres esse non solos qui sanguinem profundant, sed etiam qui vitam obeant divinam.

Fratres Patresque, festum festorum summum est sancta Pentecoste, quam peregimus ; sed festum quoque est et sanctorum omnium solemnitas, quam nunc contigimus. Ac cum proprium sit festi e bonis aliquid præclara cogitatione parare, recolite, si videtur, quot quantique sancti memorentur. Et quis cœli stellas enumeret, ac diffusam ad maris littus arenam? tot sunt martyres per orbem, qui adversariam potestatem fide vicerunt, procinctique ad tyrannicas acies, in ignem, gladium, feras, terrores omnes tetenderunt, qui supplicia ducerent pro deliciis, obtruncationem pro voluptate. Quin confidentia hac igneos carbones proculcarunt, rogos incensos restinxerunt, in natura peragendis natura majoribus, attonitos habentes tyrannos atque reges. Quid testati (3)? Jesum cum esse Christum tum Dei Filium, quo in nomine inesset vita sempiterna, auctoribus Scriptis. Ecquid ergo soli martyres sunt qui sanguinem profundant? Minime vero, quin ii quoque qui vitam obeant divinam ; ait enim Apostolus : *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, et speluncis, et in cavernis terræ* [44]. Et paulo post : *Tantam habentes nubem martyrum, deponentes omne pondus, et circumstans nos peccatum per patientiam decurramus propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, et consummatorem Jesum* [45]. Videne ut universe martyres vocavit omnes pietatis amantes, afflictamque vitam tolerantia trahentes? Quare et nos, fratres, numerati in hoc martyrio sumus : nam qui tolerantes vitæ ærumnas crucigeræ amplectamur, qui virginale votum tueamur, nec morigeratione detrectanda, in qua inest quiddam instar certaminis Jesum testamur et Christum esse, et Dei Filium, testamur judicium ac remunerationem futuram, testamur vitæ exactæ rationem reddituros ad terribile Christi tribunal, obsistentes diabolo, Christi inimico, torquenti, et assidua cogitationum ac lethalium voluptatum objectatione, velut flagris, urgenti negare nos esse Deum. Etenim quorum corrupta studia sunt, co-

[40] Catech. I. XXXVII. [41] IV Reg. V, 4 seqq. [42] Eccle. IV, 10. [43] I Cor. X, 12. [44] Hebr. XI, 37, 38. [45] Hebr. XII, 1.

(2) Fabric. *Bibl. græc.* Harles. t. X, 207.

(3) Alluditur ad etymon Græcum : nam μάρτυρες ἀπὸ τοῦ μαρτυρεῖν dicti, quod est testari.

Digitized by Google

dunt, atque obsequuntur perduelli rebus ipsis Deum esse negantes, secundum sancti Davidis sententiam. *Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus*[46]. Nam ni oblivionem Dei in hominum mentibus, quasique diffidentiam gignat, rationi non persuadeat carnis libidines peccati licentiam, ebrietatem, intemperantiam, comessationes, pocula, avaritiam, idololatriam, cæteras omnes insolentias persequi arreptamque inde mentem, a Deo abstractam, cogit post se abire, æterno simul inexstincti ignis supplicio conflando. Quam miserabilis fallacia, tristiorque fallaciæ finis et extremum ! Verum nos, fratres, ceu Christi martyres, adhuc præclaro martyrio fungamur, adhuc illustrem confessionem obeamus, gaudentes cum omnibus sanctis, quod meriti pro Christo martyrium sumus, genu Baali non inflexo, quæ carnis libido est, ac reliquæ vitæ voluptates. Ne credamus spectra suggerenti, unde obedientiam detrectemus ; quin quotidie velut in stadio contra luctemur, icti, neque præfracti ; animosi, non perculsi. Jam vero quod martyrii compendium ! Scitis ut martyrio in quoquam secundum vitam perfuncti socii sint eorum gaudii, rerumque pro quibus martyrio sunt affecti consortes ostendantur. Ergo hinc consectarium est et Christi martyres, ut eum in cunctis martyrio testatos, pro veroque testimonio pœnas intolerabiles perpessos, in futuro sæculo hæredes cum eo declarandos ; nam Apostoli hæc sententia est : *Cum Christus apparuerit, vita nostra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria*[47]. Cum quibus et nos, peracto nostro martyrio (longum est autem, per omnem vitam), bonis frui sempiternis, in ævumque cum Christo triumphare mereamur : quem gloria decet, et honor, atque cultus, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XI.

Dominica I. Doctrina de pace.

Fratres Patresque, pacis dies Dominica est : nam Dominus hoste in ea spoliato discipulis ait : *Pax vobis*[48]. Atque id locutus, non iis pacem modo præscripsit, in unove die, sed cum omnibus, tum perpetuo eamdem ingerit pacem, quemadmodum et nihili nobis. Igitur pacem habeamus, et inter nos agitemus ; hoc secundum exteriorem hominem, ne quas inimicitias cum quoquam fratrum teneamus, quin amore cunctos prosequamur (*In hoc enim*, inquit, *cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem*[49]) ; illud secundum interiorem, ut pace ac quiete fruamur lethalium vitiorum ; ita namque cum Apostolo dicere queamus : *Pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem et accessum habemus per fidem in gratiam istam, in qua stamus, et gloriamur in spe gloriæ Dei*[50]. Sin, qui natura simus mutabili, æstum in nobis exciri luctuosum contingat (nam fit omnino), tum vero in antiquum statum ocius recurramus, pacem habentes cum Deo : *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriæ solvens inimicitias, in carne sua legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem, et reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso*[51]. Hactenus Apostolus.

Idque opus est quod Dominus peregit, uti Patrem alloquitur : *Opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam*[52], id est, pace terram, cœlumque devinxit, nobis etiam pacis, et amoris filiis effectis. Sin objicias, Qui possumus non esse in perpetuo bello, dicente Apostolo : *Non est nobis colluctatio adversus carnem, et sanguinem, sed adversus principatus, et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum hujus sæculi, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus*[53] ? respondere licet, ostendere eum quantum, ac cujusmodi sit bellum, non bello nos lacessi : nam alibi scribit : *Consilia destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Christi. Et in promptu habentes, ulcisci omnem inobedientiam*[54]. Cæterum sic affectus, dubium non est quin bellum restinxerit, pacemque agat. Nec videri vobis, fratres, molestus debeo, qui hæc disseram, ac sim in iis, et hoc atque illud scruter et examinem ; id enim non est inutile, quin frugi in primis, oratione viam ad actionem sternente. Et alii dicant sane mundana, quotquot sunt mundani de agricultura, mercatu, quæstu, jactura, ac quæ alia sunt inania studia ; nos quid potius loquamur, quidve convenit loqui, nisi de animo, de fuga vitiorum, de parandis virtutibus, de corporis ab animo separatione, et de comparatione ad Christi tribunal, de judicio, de remuneratione, deque regno cœlesti ? cujus et nos hæredes effici contingat Domini nostri Jesu Christi beneficio : quem gloria decet, et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XII.

Dominica II. Oportere vitam nostram in Dei reverentia et amore transigi, deque obitu fratris Eudocimi.

Fratres Patresque, dies hæc quam agimus Dominicæ instar est Catechesis, si advertimus : in hac enim Dominus noster Jesus Christus vitiis projectos (4) instauravit ; in hac culpis, et carnis nostræ præputio mortuos in vitam reduxit ; in hac paradisum redaperuit, fruenda arbore vitali, quod est vivificum ejus corpus, atque sanguis ; in hac contra mortem insurgentes propheticum hoc usurpare possumus[55] : *Ubi tuus, mors, stimulus ? ubi tua*

[46] Psal. LII, 1. [47] Coloss. III, 4. [48] Joan. XX, 21. [49] Joan. XIII, 35. [50] Rom. V, 1. [51] Ephes. II, 13, 14. [52] Joan. XVII, 4. [53] Ephes. VI, 12. [54] II Cor. X, 5. [55] I Cor. XV, 55.

(4) In Gr. ἐῤῥιμμένους, legi, pro ἐῤῥημένους.

Digitized by Google

Orce, victoria ? victus es ab eo qui dixit : *Confidite, ego vici mundum*[56]. Tum autem ut Apostolice loquamur : *Conresuscitavit, et consedere nos fecit in cœlestibus in Christo Jesu, ut ostenderet in sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ tuæ, in bonitate super nos in Christo Jesu*[57]. Jam vero (o inenarrabile munus) ex quo ad quid perduxit ? e morte ad vitam, e tenebris ad lucem, e servitute ad libertatem, ex inimicitiis ad genuinam amicitiam, usque adeo ut Filii imaginis conformes redderet. Quæ hæc est ineffabilis benignitas ? quæ incomparabilis amoris erga nos magnitudo, ut unigenitum Filium pretium pro nobis omnibus daret ? equidem haud abs re est dicere : *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus*[58] ? Quamobrem redamemus eum qui nos amavit, pro eo moriamur qui mortem obiit pro nobis, aversi a carne atque sanguine, nec serpentis fraudibus inescati, nec vitæ voluptatibus diffluentes, nec fructu peccati degustato, unde mors profecta est ; siquidem scriptum est : *Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia ; terribilis autem quædam exspectatio judicii, et ignis æmulatio* (5), *quæ consumptura est adversarios*[59]. Itaque Deo cum reverentia atque observatione serviamus, vitam caute ac composite transeamus, cum discreta patientia ministeria tueamur, accurationem trahentes non in spiritalibus modo, sed etiam in carnalibus, et lignorum adustione, et aquæ effusione tenus, quorum, ut videtis, in hac insula penuria est, denique sententiam mortis habentes : nam et nunc Eudocimus (6) frater est ad Deum profectus. Sin nos obitus fratris non refrænat, ecquid tandem revocabit ? Si mortis arcanum minus erudit, ecquid a noxiis affectibus compescet ? Jam loquentibus nobis et de hoc atque illo consultantibus, repente dies ingruet horrenda. Sed nimirum iis horrenda est et infelix, qui ab sceleribus usurpentur, qui culpis obligentur quas haud confessi sint, male feriatis, immodestis, pervicacibus, cæterum jocunda, et lenis, ac benigna Dei amantibus, virtutum studiosis : modestis, morigeris, submissis. Quapropter vos cohortor, et commonefacio, fratres, cogitationibus iis susceptis, omni ope a flagitiis absistamus, Christi in pectore philtrum geramus, virtutibus perfuncti, quo sic vita peracta regnum cœleste teneamus per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XIII.

Dominica III. De mortis recordatione, deque vitæ defensione peractæ ad horrendum tribunal.

Fratres Patresque, dies enimvero est ex iis, quæ in Resurrectione censentur, sed habendus mihi de morte sermo est. Scitis enim crebros alium super alium fratrum Patrumque excedere vita : id quod nihil est aliud nisi monimentum, abituros nos quoque hinc quam primum. Abimus vero non in terrena ac mortalia loca, atque regiones, sed in perennes et immateriatas mansiones, unde ei redire nefas qui semel tetenderit. Sane cum terribilis mors est inaudita, tum terribilior ubi sub oculis teneatur : quod abhinc sex diebus in Chalciti præfecto cognovimus, quem nacti extremum spirantem ; obstupuimus factum, ut uno temporis momento et nobiscum erat, et a nobis abscessit, traditus sepulcro. Ac profecto terribilis auditio est, et insolens spectaculum. Igitur adhuc spirans beatus hanc edidit vocem : Paulum præventus sum, in eo dicto caput simul manumque commovens : modum vero haud detexit, sed nos unde hæc trepidatio, sensimus. Atque hæc dixi, non illum cavillatus (minime vero), quin me conterrens, ac vos communiens, ne quid prævertamur sub emigrationem ejusmodi vocem mittere, quin paratam et imperterritam, siquidem scriptum est : *Paratus sum, et non sum turbatus*[60] : quod haudquaquam consequamur, ni intenti semper, et quæ obita sunt præclare tueamur, et admissa corrigamus pœnitentes, assidue sic procincti tanquam in cœlum profecturi.

Nam cui, rogo, sistemur ? non judici cunctorum, atque Deo cui congenulabunt universi, cœlestes, terrigenæ, subterranei, eunctæque laudes concinent linguæ ? Ecquam reddemus rationem ? non omnium in vita gestorum qua factis, qua dictis, qua cogitatis ? Pol mi hæc : quoties complector animo, horrorem cient, peneque adsunt coram vobis licet esse imperterritis, vobis, inquam, qui dicto audientes vos præbetis, omneque studium in obedientia ponitis : nam ea veræ obedientiæ vita est. Etenim quam defensionem sibi parabunt ad horrendum Christi tribunal qui obedientia projecta solitarii degant, qui huc, illuc obeant errones, pedibus statum non habentes qui coempta servitia trahant ? heu meas ærumnas, ut expetendum vitium est ! quemadmodum retrocessere, iter ingressi vitæ monasticæ rectum ! *Melius*, inquit, *erat illis non cognoscere viam justitiæ, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo quod illis traditum est sancto mandato : contingit autem eis illud veri proverbii : Canis reversus ad suum vomitum, et sus lota ad volutabrum luti*[61]. Quid ais, bone vir ? ten' servum trahere, injugem mundi, exsulem, omnique carnali commercio solutum ? ergo capesis tibi uxorem quoque : duo hæc enim mundo, mundanisque tributa ; at qui serio vitam ineant crucigeram, ab utrisque sunt alieni. Sed, ut videtur, causa peccatum est : nam voluptatibus et aure dediti (addo et mulierosi), ne quis sit inspector, et

[56] Joan. xvi, 33. [57] Ephes. ii, 6. [58] Psal. cv, 2. [59] Hebr. x, 26, 27. [60] Psal. cxviii, 60. [61] I Petr. ii, 21, 22.

(5) Deflagratio : nam alterum illud nimium hebraizat.
(6) Addidi de conjectura, et orationis argumento.

Digitized by Google

qui in abdito perpetrata arguat, fratrem habere nolumus, sed solitudinem, hoc est, servorum mercatum, ipsi revera peccato venditi, et carnis atque sanguinis mancipia. Hinc dissidia, hinc offendicula, hinc atroces ac manifestariæ noxæ. Hinc mœstus, atque squalidus, et qui coarguam ac contestor, audior nusquam. Sed quæ est ejus sententia? *Si non venissem, et locutus fuissem eis, peccatum non haberent : nunc autem excusationem non habent de peccato suo* [63]; insons sum a talium sanguine miser. Ac poteram sane omnino aciem admovere ex præcepti jussu, sed posteaquam incumbit persecutio, adhuc differo, si nunc tandem e diaboli laqueis resipiscant, qui ab eo capti ad arbitrium teneantur. Cæterum vos Deo macti, qui una insimul estis, duo, tresve, quodque amplius est, et encomio majus, cœnobiace vitam ducitis, domi manentes, nec importune, nisi necessitas sit, prodeuntes, maxime in forum ac celebritates, invicem servientes, in eoque mundi domini, puri ab servorum sordido mercatu, cuncta ex Dei sententia, et ornate peragentes. Equidem vobis gratia, atque pax augetur, cœlestis Jerosolymæ bona visuris, per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XIV.

Post sancti Theodori memoriam. De vita obeunda divina, neu ad tentationes trepidemus.

Fratres Patresque, loquendum est nobis, nec diu tacendum : siquidem taciturnitas animo somnum contrahit, somnusque auctor mortis est, quem deprecatus David dicere : *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte* [64]. At concitatus in animo sermo fons aquæ est in vitam æternam salientis : quo quid utilius? Idque sciens beatus Apostolus, inquit : *Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes, et cohortantes invicem* [65]. Viden' jubere eum ut invicem doceamus, ac cohortemur, nec contenti simus ipsi nos commonere modo? Equidem vero quoties ad vos dissero proficere fateor, qui me ab hujus vitæ confusione revocem, et reprehendam, ad meaque commissa attentior fiam : nam profecto vita hæc confusio est, in quam sermones vitiosi vanæque inauditiones quotidie incumbant, diabolo quoque per contrarias cogitationes grassante. Quæ amoliri semper oportet sermone, ac conscientiam præbere puram et insontem, atque ad quid comparati sumus serio revolvere. Ad quid autem comparati sumus? Scilicet servituri vivo ac vero Deo, et *exspectaturi Filium ejus de cœlis quem suscitavit ex mortuis*, Jesum, *qui eripuit nos ab ira ventura* [66], auctoribus Litteris.

Jam nullus herum servus opperiens, nec judicem reus, dormit, et quieti atque facibus indulget, quin vigil, et experrectus : trepidat occursum : quem rursus Apostolus demonstrans, ait : *Ipse Dominus in jussu, et in voce archangeli, et in tuba descendet de cœlo, et mortui qui in Christo sunt resurgent primi : deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper cum Domino erimus* [66]. At quinam? Spiritu pauperes, lugubres, ab animo puri, mansueti, placidi, misericordes, obedientiæ jugo perfuncti, qui confessionem constantem servavere, hi cum eo sunt futuri; cæterum qui turpia committant, effrenes, qui confessionem aversentur, qui obedientiam detrectent, qui reliqua mala designent, ii nec tollentur in nubes, nec cum eo sunt futuri, quin (miserrimum) pœnas dependent, exitium perenne, Dominica facie, ac gloriosa majestate extorres, quod absit de vobis et cogitare et loqui. Igitur canendum est receptui, habendaque nobis ratio salutis, qui esse ob oculos discrimina sciamus : nam ecce præter alios et Ir. Gregorii œconomus comprehensus est, ac quid futurum sit nescimus, impendentque tentationes, ut apparet. Verum ne timeamus, neu ad ingruentes tentationes trepidemus. Quod si a nobis Deus est, quis contra nos? qui in superioribus periculis nobiscum fuit, quo pacto non et nobiscum sit in præsentibus qui stabiliat, ac contra omnia firmet, ut pollicitus est? Jam quid amplius molientur hostes? Iterum persequentur? At *Domini est terra et plenitudo ejus* [67]. Iterum in carcerem compingent? At nihil carcere propter Christum jucundius. Iterum flagris multabunt? At plurium coronarum auctores nobis erunt. Sin et occident, at occisus est et Dominus noster. *Si commorturi sumus*, inquit, *et convivemus* [68]. Talis erat beatus ac summus Christi martyr Theodorus, cujus peragimus memoriam, cuncta ob Christum cum gaudio passus. Hac fiducia et nihili nos quoque adhuc Deo serviamus, hac spe afflictiones omnes et angustias rerum toleremus, quo cum obedientia, tum confessione cœlestis regni hæreditatem quæramus per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XV.

Post Præcursoris memoriam. Dogmatica de sanctorum imaginum cultu et adoratione.

Fratres Patresque, heri Præcursoris memoriam feriatis omnino venit in mentem et obitæ in monasterio vitæ recordatio, ut tum cuncti in Dei domo eramus, concordes degentes, ut nunc alius alio sumus dispersi, in diversa loca atque regiones. Quanquam tum quod ob Christi sermonem sumus dispersi gaudere debemus, ex hoc præcepti mandato, *Gaudete, et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis* [69]; tum etiam quod Domini quiddam instar habemus, cujus hæc sunt verba : *Si me persecuti sunt, et vos persequentur; si sermonem*

[63] Joan. xv, 22. [64] Psal. xii, 4. [65] Coloss. iii, 16. xxiii, 1. [66] II Tim. ii, 11. [69] Matth. v, 12. [66] I Thess. i, 10. [66] I Thess. iv, 15, 16. [67] Psalm.

Digitized by Google

meum servaverunt, et vestrum servabunt; sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me [70]; revera namque ut Judæi Patrem ignorant, qui Filium defugerint, sic Iconomachi Christum ignorant, qui ejus imaginem detractent. Equidem cum perspicua veritas est, tum intelligens unus e mille. Ac videte, sultis, bipartitam eorum sacrilegam opinationem, nunc Christi imaginem nullam depangendam, nunc depangendam, sed velut quæ belli ac venatus monimenta locantur. Unde nec adorandum censent: siquidem nec equi imago, nec bovis, nec leonis, nec pardalis, nec serpentis, nec alitis, nec piscis adoretur. Ecquis (malum) sensu imbutus est, qui non his ingemiscat? qui a lacrymis temperet? itane haud vereri imaginem Christi, quam angeli venerantur, horrent dæmones, cum feris quadrupedibus, serpentibus, avibus et aquatilibus componere ac condecorare? o horribilem animi deformationem, atque horribiliorem audaciam! Tum quid autem? hominis imaginem hominem vocant, bovem bovis, asinum asini, camelum cameli, perdicem perdicis, eademque et in cæteris tam comparibus, quam disparibus seu animantibus, seu plantis ratio valet; cæterum Christi, aut Deiparæ, aut cujusque sanctorum, neque primigenio, neque effictitie nominari patiuntur, sed hoc tantum, imaginem vocant, cujus, non addentes, ne hinc teneantur, tanta impietate et imperitia scatent. Sed vacate hic mihi, fratres, et hoc insuper ad ea quæ sancti Patres, nosque diximus nauci coguoscite. Si loca, in quibus editus est Christus, adoranda, atque sancta et sunt et dicuntur, ac pulverem inde aut lapidem nactus, ceu sacrum complectitur thesaurum, quanto magis Christi venerabilis et adoranda est imago, in qua inest, velut in speculo, qui elucet atque adoratur? Ea est enim natura imaginis, ut repræsentati gerat faciem. Quin coli Romæ et apostolorum principis, Petri, claves intelligo quanquam Dominus [71] ei nequaquam claves est largitus quæ sub sensum sunt subjectæ, sed quæ intelligentia tenentur, ligaturo atque soluturo. At illi argento fabrefactas, proponunt adorandas, tanta est eorum religio. Ibique religionis quasi quoddam irruptum saxum ex Dominica sententia fundatum est, hic, ut apparet, cumulata irreligiositas, et improbitas. Quamobrem nauci hic ego cum animi mœstus, tum pœnam timens silentii, necessitate loquor quæ loquor, brevia, et perpauca. Scilicet cum sectari clam, palamque, et scripto, ac sine scripto impiam in Christum linguam moveant, nos domi resides non serio inter nos negotia tractemus: et qui Domini feremus iram? quo pacto imitabimur Patres, qui in similibus temporibus subticere, et percelli, proditionem censebant veritatis? Loquendum est ergo, audiendumque, et sermoni juxta ac operibus vacandum; etenim beati Apostoli non solum divino præconio, sed inculpata quoque vita terrarum orbem vicere, tenebriones illustrantes fatuos salientes, peram modo, baculumque portantes. Quos æmulati, fratres, utrinque laudem quæramus, præsentibus contenti, non pecuniis dediti, sine prædiis (quod non vestra equidem causa, sed erronum dixerim) non intempestive prodeuntes, non feminas contubernales habentes, unde mors conflata est. Quam si vitæ rationem sequemur, et Deo per nos gloria, ac confessioni, quæ præ manibus est, celebritas paretur, et hostes jam jam verecundia ad frugem sint redituri: sin minus sequemur, periculum est ne pro beatitudine perennes pœnas referamus. Cæterum pacis Deus, qui omnia convertit, atque in melius diffingit, tum Ecclesiam componat, tum vos imbuat prudentia, cunctosque in cœleste regnum conservet per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XVI.

In æstatis initium. De vitiorum carnificina et spirituali messe.

Fratres Patresque, æstas agitur, tempusque est laborum ac sudorum: nam prodeunt mortales ad opus, functionemque suam in vesperam, obstipi, rective, utcunque expedit: nec requietem sibi permittunt, dum messis sit, ac tritura peracta, quæ præ manibus sunt in horreum semina congesta. Quid ergo hic dicere est? nimirum si in carnalibus sic res habet, multo magis in spiritualibus necessario theorema habere, proposita est enim et nobis æstas. Quo pertinet Apostoli dictum: *Qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus et metet* [72]. Domini quoque ad discipulos hæc sententia est: *Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, et messis venit? Ecce dico vobis, levate oculos vestros, et videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem, et qui metit mercedem accipit: et congregat fructum in vitam æternam, ut et qui seminat simul gaudeat, et qui metit* [73]. En objectam nobis messem.

Quamobrem prodeamus alacres nos quoque, messuri, ac fructus congeramus, non carnales, sed spirituales, et qui perennes durent; sanctimoniam, pacem, charitatem, gaudium, lenitatem, tolerantiam, benignitatem, mansuetudinem, cæteras omnes virtutes. Hi spiritus sunt fructus, quos per habitum, quo discernamus, tanquam ventilare necesse est, hoc est, virtutem impermistam vitiis parare (exempli causa, amare, ac non voluptarie; æmulari præclara, at non invide; de fratre loqui, at non hostiliter), potiusque sincere exsequi Dei voluntatem, *bonam, bene placentem, ac perfectam*, uti scriptum est [74]. Sin oportet in horreum quoque conferre, hoc illud est nimirum quod humilitate quæritur præsidium, siquidem jubet Dominus: *Cum feceritis omnia, dicite: Servi inutiles*

[70] Joan. xv, 20. [71] Matth. xvi 19. [72] II Cor ix, 6. [73] Joan. iv, 35, 36. [74] Rom. xii, 1.

Digitized by Google

sumus, quod debuimus facere fecimus[75]; rursumque ait Apostolus : *Quid habes quod non accepisti; si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis*[76]? Hæc ea est messis, tantaque proposita contentio est, quæ non duobus, tribusve mensibus spectetur, quin ad vitæ se exitum tendat : tametsi comparata ad sæculum futurum, instar ducitur unius dieculæ. Ibi porro finis est nullus, ibi labores manuum suarum quisque comedet, ibi occabimus in præpotente ævi arbitro et hero : tantum adhuc membra hæc terrena perimamus, stuprum, libidinem, impudicitiam, pravam cupidinem, avaritiam; tantum obedientiæ adhuc jugum feramus, benevole alter alterum sustinentes, oneraque mutua portantes, ac sic Christi implentes legem, quemadmodum scriptum est[77]. Felicem vero qui cuncta præ cautione veretur; felicem qui plurimum contendit : ubi est enim major contentio, majus quoque et præmium est. Ac qui ministerio postremas deposcat, is primas auferet, quippe ait Dominus : *Qui in vobis vult esse summus, sit omnium postremus et omnium minister*[78]. *Sic Filius hominis non venit ut ministraretur ei, sed ut ministraret, et daret animam suam redemptionem pro cunctis*[79]. Hæc cum, fratres, cogitemus, tum agere properemus, vocem hanc inaudire : *Euge, serve bone et fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui*[80] : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XVII.

In æstatem. De spiritali messe contentaque Christi famulorum exercitatione.

Fratres Patresque, anni tempus est æstivum, ut videtis, passimque surgunt ad comportanda grana coloni, nec contentus labor, aut sol deflagrans opificem frangit, quin matutinus in vesperam decertat, nunc obstipus, nunc rectus, dum opus peragat, incumbens. Quid nos vero, qui famuli nuncupamur Christi? ecquid æstatem habemus? Pol sane quidem, ac cujusmodi Dominus noster Jesus Christus discipulis ostendit in hæc verba : *Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, et messis venit? ecce dico vobis, levate oculos vestros, et videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem, et qui metit mercedem accipit, et congregat fructum in vitam æternam, ut et qui seminat simul gaudeat, et qui metit*[81]. Igitur apparet ex dictis et sementem nobis, et messem propositas, neque eas tempore descriptas, quin juges ac perpetuas.

Metamus ergo hinc jam, fratres, alacriter, hoc est, doctrinam doctor; studium præfectus, ministerium minister, obedientiam subditus, quietem quietus, contentionem precarius, cuncta in omnibus cuncti, quoad ejus fieri potest. Scelus est A operarios carnales promptos opificia tractare, nos spiritalia studia segnes atque dissolutos adire; illos sudore fluentes a laboribus non abstinere, nos contentionis monasticæ fastidio duci. Annon objectum cœleste regnum est? an non vita perennis? annon ineffabile gaudium? Ecquid fas est ignavos summa et expetenda parare? nequaquam. Ut evigilandum sit omni ope, metendumque, non caduca ac mortalia, sed æterna, et immortalia, quo in nobis hoc usurpetur quoque *labores manuum tuarum manducabis, beatus es, et bene tibi erit*[82.71]. Ne quis dicat, Æger sum, nec metere queo : æger es corpore, at spiritu siquidem vis, qui bono fungare vales. Lacrymas habes, compunctionem habes, excubias mentis habes, pacem habes, ac sanctimoniam, quæ B in primis Deo cara sunt. Ne quis dicat : Afflictus sum, neque possum in pedes consurgere; velis modo et te surriget *qui suscitat a terra inopem, et de stercore erigit pauperem. Nunquid qui cadit non resurget, aut qui aversus est non revertetur*[72]? *vivo ego, dicit Dominus : nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat*[73]. Ecquis est ergo prætextus serius relictus, quæ plausibilis defensio, quominus omni studio quæ jubemur obeamus, bonisque quæ promissa sunt, potiamur? En laboravere sancti nostri Patres, consevere, messuere, vitam in horrea perennem congessere, ac nunc ovantes supremæ repræsentationem lucis exspectant, in qua uti sol micabunt. Quapropter ne committamus, fratres, C cohortor, ut a beatis illis separemur, neu brevibus et exiguis diebus, atque voluptatibus salutem prodamus, supplicium luituri immortale : sed quantum pote, certatim eos assectemur omnia ferentes, omnia sustinentes, quo cœlestis regni hæreditatem cernamus per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem, Amen.

SERMO XVIII.

In æstatem. De aversandis quæ in hac vita sint jucunda, bonisque ambiendis perennibus.

Fratres Patresque, frangit æstivum anni tempus corpora, labefactante insuper et pervigilio, ac fortasse ad Catechesis inauditionem torpemus. Sed D profecto ex Apostoli edicto vitam jussi comparare ceu quotidie obituri, obituroque Libitinaria loquente, et attentos auditores reddente, age nos quoque audire satagamus, quasique testamento legendo ils quæ dicantur accendamus.

Igitur testamentum est rerum quæ in carne positæ sunt, utpote carnale et quo de carnalibus jubetur, id est, hæreditas relinquitur uxori, liberis, fratribus, cognatis, ac si quid aliud mos præscribere est : cæterum hoc nostrum nihil ejusmodi declarat, sed quidnam? hospites nos esse in hoc solo, atque peregrinos, et qui in hunc orbem intulerimus

[75] Luc. XVII, 10. [76] I Cor. IV, 7. [77] Galat. VI, 2. [78] Marc. IX, 34. [79] Marc. X, 45. [80] Matth. XXV, 21. [81] Joan. IV, 35, 36. [82.71] Psal. CXXVII, 2. [72] Psal. CXII, 7. [73] Jerem. VIII, 4. [74] Ezech. XXXIII, 11.

Digitized by Google

nihil, proculdubio neque efferre aliquid posse, diffingique e caducis in incorruptos, ex ingloriis in gloriosos, e mortalibus in immortales.

Ut non erraverit qui id testamentum bonum nuntium vocet : siquidem et Apostolus multis partibus præstare censet [discedere] *dissolvi, et esse cum Christo* [78]; et alibi rursum : *Ego enim jam libor, et tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, de reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, justus judex. Non solum autem mihi, sed et cunctis qui diligunt adventum ejus* [79]. Videtin', ut hinc discessum velut bono nuntio prædicet? itaque cum hoc nostrum testamentum bonum nuntium sit, libenter audiamus quæ dicantur, et alacres exercitationem tueamur, animo ad carnalem nullam affinitatem converso, non ad parentes, non ad fratres, non ad cognatos. Et quid autem hæc illaque commemoro? ne ad ipsam quidem rerum naturam animus conferendus est. Enimvero quidam sanctorum Patrum, ubi cella prodiret, tegumentum capiti imponebat, ne aciem in solis jubar intenderet, causamque rogatus respondit : Ecquid est cur temporarium lumen videre velim? Ad eumdem modum et Dei studiosus, cunctis dimissis, solo divino amore et contemplatione nititur, ac cum oculis usurpet universum hoc omne, quod eis cœlum pertinet, Opt. Max. molitorem Deum admirans, ac collaudans, tum ocius præteritis, quæ sub sensum subjecta, in iis est quæ defugiant obtutum, qui hinc, suaviter bacchatus, spiritale quoddam gaudium, et lætitiam carpat. Talis erat patriarcha Abrahamus : scriptum est enim : *Fide Abraham demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac, et Jacob, cohæredibus repromissionis ejusdem; exspectabat enim fundamenta habentem civitatem, cujus artifex et conditor, Deus* [77]. Talis et magnus ille Moses : nam *fide reliquit Ægyptum, non veritus iram regis, invisibilem enim tanquam videns sustinuit* [78]. Tales et sancti omnes, nequaquam quæ cernerentur spectantes, nec cupiditate ducti temporalium, sed æternorum, in his, quantum plurimum potest, ad divinam imitationem deformati. Quod nos studium quoque paremus, nec quæ pulchra sint in hac vita ambiemus, nec carnaliter viventes demirabimur, quin iis potius altum ingememus, qui promissorum hæreditate bonorum condicta in auro, argento, ac pestiferis voluptatibus operam ludant, ultro in præclararum rerum cæcitatem se induentes. Cæterum nos, fratres, ut apostolice loquar, *revelata facie gloriam Domini speculantes* [79], supera quæramus, supera sapiamus ubi Christus est, ad Dei dexteram considens, ut de nobis quoque usurpare liceat : *Vos non estis de hoc mundo* [80], et *Vestra conversatio in cœlis est* [81]. In qua et sistamur indemnati sub remunerationis diem justique Dei judicii, ad horrendum Christi et indefraudabile tribunal, optandam vocem audientes, ad regnumque cœleste asciti per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XIX.

Post sanctorum apostolorum Quadragesimam. De tolerantia, et iis qui renuntiatum veniunt admittendis.

Fratres Patresque, abit tempus, ac decurrit. Quin præteriit sanctorum apostolorum Quadragesima, simul præbitis ærumnis, ob contractam æstu sitim, simulque solatio, ob spem : nam ea sitis potum nobis conciliat immortalitatis et quæ ori amarities siti quæritur paradisi dulcedinem parabit. Atque id scientes, fratres, cuncta quæ secundum Deum incidunt acerba læti spe præmii feramus. Cæterum *spes quæ videtur*, ut fert Apostoli dictum, *non est spes : nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per tolerantiam exspectamus* [82]. Itaque tolerantia virtutum summa perfunctio est. Tolerantia martyres cœlestibus devincti diadematis sunt, tolerantia sancti justitiæ præmium tulere. Quapropter utamur nos quoque tolerantia ad morigerationem, humilitatem, lenitatem, exercitationem in ministeriis, omniaque obedientiæ studia, ac parem iis mercedem capiemus. Equidem non me fugit obedientiæ jugum nec qui sit frangendæ labor voluntatis; sed dulcedinem quoque rursum teneo vitæ : nam qui voluntatem frangat ei cum iter facillimum, tum nullo negotio salus quæratur. Vacandum est ergo voluntati frangendæ, ac vita consequetur felix, et expedita. Obeuntur in cœnobio labores? at requies quoque. Plus altero laboras? at majus præmium habebis : siquidem *Unusquisque*, inquit, *mercedem suam accipiet secundum suum laborem* [83]. Alteri benevole succumbis? primas tenebis : nam *Qui voluerit inter vos primus esse, sit vester servus* [84]. Imbecillior es quam ut opera tractes graviora? at quæ putes ne neglige, quo in cunctis laudetur Deus. Ne quis esto ad bonum commune segnis. Hæc quanquam sunt persæpe memorata : tamen nunc quoque necessario in memoriam revocantur : neque enim est exiguum incumbens certamen. *Ecce posui*, inquit, *ante faciem tuam vitam et mortem* [85]. Igitur vitam arrepturis, mortemque æternam fugituris comparatus sermo, et exhortatio est, neque dubium mihi est nequaquam hæc vel nihili nobis, vel vobis qui inaudita frustra, ac sine compendio dicta. Enimvero admonendi estis, fratres, quantumvis in exsilio versamur ob Dei sermonem, nihilominus quasi qui in monasterio degamus, renuntiatum venientes non amandemus : id quod per fratres ubique dispersos præstabimus, jussos ejusmodi, quantum potest, admit-

[78] Philipp. I, 23. [79] II Tim. IV, 6, 8. [77] Hebr. XI, 9, 10. [78] ibid. 27. [79] II Cor. III, 18. [80] Joan. XV, 19. [81] Philipp III, 20. [82] Rom. VIII, 25. [83] I Cor. III, 14. [84] Matth. XX, 27. [85] Deut. XXX, 19.

Digitized by Google

tere, atque in contubernium cooptare. Sane cum decessere multi, tum allecti quoque sunt multi, cœtusque noster, tam defunctus quam superstes, frequentatur, ac per nos cohonestatur Deus, qui et nos cohonestabit, ut fert promissum. Ac cum qui est rector si sint et subditi, cohortor, caput cæteris, et tanquam regula statuti, sancte, juste atque pie vivamus, qui alios per nos ad sanitatem qua doctrinæ, qua vitæ dirigamus. Itaque clamor nullus obitor citra decorum, neu contentiosum colloquium, neu putidus sermo exiens ab ore, sed honestus, ad exædificationem frugi et utilis, ne quod operi nostro per ea crimen confletur, quin Domino Deo nostro in omnibus placeamus : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XX.

In Transfigurationem. Oportere nos animi pulchritudinem atque venustatem sine macula tueri : deque pœnitentia.

Fratres Patresque, hodie qui profestum agamus Transfigurationis divinæ, age, ex ea Catechesim struamus, paucis debitum verbis exsequentes. Igitur cunctæ feriæ Dominicæ corporalis degressus Servatoris nostri Jesu Christi suggerunt arcana, puta, quod editus sit in lucem, quod tinctus, quod crucifixus, quod sepultus, quod tertia die suscitatus, quod assumptus gloriose ; cæterum Transfigurationis festum futuri ævi statum depingit. Nam quemadmodum ejus facies ut sol reluxit, vestimentis lucis instar candentibus, haud secus et e cœlo quasi fulgur venturus est, præpotens, et illustris, omnibus judicandis, atque ut ei comites in sacro monte fuere Petrus, Joannes, et Jacobus, ita socii quoque sunt electi in cœlesti regno futuri, arcana apparitione divina, et ineffabili gaudio fruentes. Jam quis ad hæc comparatus est? quis ad eam lætitiam pervenire dignus? Quis alius, putas, nisi qui vitam habeat puram ac sine macula? siquidem Deus noster, purus cum sit, seu potius lux suprema, etiam puros asciscit ; animoque nobis puro indito, purum eum quoque a nobis exiget : nam ad imaginem divinam et effigiem creatus, dubium non est quin, qui simulacrum sit divinæ pulchritudinis, præditus sit et ipse pulchritudine. Atque id intelligens Melodus ait : *Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem* [86] : hoc est, animi mei decori, ne ad fœdas peccati libidines pronus, deformis redditus, Deo ac præmiis excidat divinis. Ergo explorare cognito talem nos animum tenere, pulchrum et formosum, quasique depositum Deo reddituros in suprema resurrectionis die, hortor ac admoneo, sane amemus pulchritudinem, hanc formositatem tueamur, nequaquam ad hujus sæculi bella, et carnis, atque sanguinis venustates conversi : neque enim sunt venustates, sed venustatum simulacra, seu, ut verius dicam, corruptela ac mutabilitas. Atque id rerum nos exitus docebit : nam qui hodie lepidus est et elegans, cras in sepulcrum conjectus, fœtidus, atque omnibus dirus est : adeo pulchrum est, ac amabile nihil, solaque venerabilis virtus. Quæ in primis consectanda, fratres : sin animum subinde claudicantem contingat fœdis cogitatis pollui, quod negandum non est (nam quis castam habere mentem glorietur?) at repurgandus quam primum, et in antiquum statum reducendus est, ne sceleri immoratus contrahat mortem. Neque si dicat quisquam expurgari nequire, multis facinoribus compunctum, quin audiat dicentem : *Si fuerint peccata vestra ut puniceum, quasi nivem dealbabo ; si autem fuerint sicut coccineum, velut lanam dealbabo* [87]. Videte ingens Dei beneficium, ut pœnitentem non expurgare pollicetur modo, sed ad florem quoque venustatis perducere. Neque obscura sunt exempla. David vates erat, lapsusque in adulterii et homicidii crimen, haud despondit animum, quin ocius pœnitudine usus, iterum vaticinium munus recepit. Manasses Israele duobus et quinquaginta annis (6) demoto ad frugem reversus, salutem est consecutus. Apostolorum coryphæus post abnegationem lacrymarum medicina rursum apostolatus tulit onus. Maria Ægyptiaca, ut alios præteream infinitos, quæ ad extremam mollitiem evasisset, posteaquam condigne se dejecit, ut ad summum virtutis culmen conscenderit tenetis. Itaque servari volenti impotentiæ prætextus nullus est nisi quis deploratus ultro se induat in mortem. *Sed cur te is perditum, Israelis genus* [88] ? audimus : cur vita proposita perenni, æternam mortem præferimus? Clamat quotidie benignus noster Herus : *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* [89], et nos onus abjicere peccatorum nolumus. Idem vociferatur : *Ego sum lux mundi : qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ* [90], et nos in diversum abimus, rebus ipsis testati, Iter tuum scire nolumus. Reliquum est ergo audire nos : *Ambulate in lumine ignis vestri et in flamma quam succendistis* [91] : atqui *hæc patrantes*, ait ille, *regnum Dei non consequentur* [92] ; sed hæc absit de nobis dici. *Vos enim amici mei estis*, inquit Dominus, *si feceritis quæcunque præcipio vobis* [93]. Igitur quæ jubemur omnia faciamus, unde amici nominemur, quo cœleste regnum erciscamur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXI.

In mortis recordationem : in quo et de obitu Michaelis sanctissimi metropolitani Synadensis.

Fratres Patresque, cum multæ celebritates in hoc ævo aguntur, divinæ et humanæ, tum una est

[86] Psal. xxix, 8. [87] Isa. i, 18. [88] Ezech. iii, 17. [89] Matth. xi, 28. [90] Joan. viii, 12. [91] Isa. l, 11. [92] Galat. v, 21. [93] Joan. xv, 14.

(6) Scilicet veri et immortalis Dei cultu, lege Cat. 113.

Digitized by Google

longa ac laboriosa, vitæ hominum cujusque curriculum : a qua profectus, porro obcas nullam, sed necesse sit diem ultimum manere, ignemque supremum, qui nostra omnia judicet, et expurget. Hac perfunctus et spiritalis pater Michael, sanctissimus metropolitanus Synadensis, ad Deum concessit : cujus et laudata vita, et illustris sermo est, eumque credimus inter cæteros Patres ac confessores ad Deum opitulatorem habere in confessione præsenti. Quamobrem haud triumphent cum animis infausti Iconomachi, defectos gloriantes Christi confessores, quin cognoscant insuper horum decessum Dei Ecclesiæ inconcussum haberi, nobisque superstitibus veri confirmationem, errore eorum cæco despuendo. Ac dum per charitatem operata fides salutem homini quærat, cohortor nunc quoque, ut alias semper, Dei exsequi præcepta, ad iterque esse procinctos, ob incertitudinem mortis : scitis enim et prædictum Patrem correptum repente acribus doloribus, et ignea febri, postridie fandi impotem, tertio die spiritum reddidisse. Quin ante eum et Athanasius, insignis Paulopetrii præfectus, nec diem ægritudini suffecit, sed ex hominibus e vestigio est sublatus. Audimus vero et nonnullos fulgure præventos deflagrasse, multosque omnino casus inopinos. Quapropter timendum, et animus arrigendus est, diabolo de die in diem nos lactante, dum adducat in anxiam illam supremam horam, in qua frustra et iners sit studium pœnitentiæ. Igitur non vos exterrent prædicta exempla, non horrore complent, cogitantes ut eum lingua divincta eloqui nequit, ut animus e corpore revulsus exit? cum multi astantes forsan, ac plorantes, opem ferento, nisi bona conscientia, nemine.

Quare admoneo, et obtestor : horam eam prævertamus confessione, lacrymis, comprecatione, obedientia, submissione, contento ministerio, omni denique honesto instituto, ne socordia, ac segnitie præventi, æterna morte sopiamur [24], quod sanctus David deprecatur. Sed fortasse dicet aliquis velle se, neque posse. Et quæ hæc (malum) est insania? nam si in iis posita sunt quæ naturam superant, equidem fateor quoque haud fas esse in aerem subvolare aut inambulare super æquor, quin nec loqui naribus, nec odorari lingua, quæ insitata, atque a natura sint aliena. Sin in iis quæ cum natura sunt conjuncta, in nostraque voluntate sita, mendax oratio est. Ut enim possumus diffundi ac ridere, ita contrahi quoque, atque lacrymari; ut vitiosis libidinibus, ac fœdarum cogitationum commercio pollui, ita lustrari et a vitiis expurgari; ut obdurescere, ac sceleribus insistere, ita ad frugem redire, et compungi. Sed nefaria libido, habitu in nobis contracto, eum ad virtutem imbelles, tum in *vitia valentes* reddidit. Nec desperandum est tamen (*minime gentium*), quin denuo incipiendum operaque danda ne quem diem horamve temere transeamus; sed intenti atque vigilantes, lustratique ac purgati, cum Deo copulemur, ut nobis quoque usurpare liceat, *Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua* [25], ac sic egregie quæ hic obeantur decursis, cum spe bona profecti, cœleste regnum consequamur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXII.

De obitu Joannis, sanctissimi metropolitani Chalcedonis, et quemadmodum redivivi invicem agnoscemus.

Fratres Patresque, superioribus aliquot diebus peregrinati ac reversi, pacem inter vos agentes, et compositos nacti, grates egimus Deo qui in modestia vestra gauderemus, id quod est proborum obedientium, ac stabilium in honesto; in quo et confirmemini magis magisque Domini nostri Jesu Christi beneficio, ut quemadmodum in nihili nostra præsentia, sic in absentia quoque indemnes vos, et sine noxa conservetis. Discessus vero causa, uti scitis, obitus erat Joannis metropolitani Chalcedonis, qui præclaro certamine decertato, cursu peracto, fide servata, abiit ad Deum parta illustri confessionis corona cum decessoribus nostris sanctis Patribus ac fratribus. Sed quoniam scatentibus pustulis decessit, ambigunt quidam an probe. Quid ni obierit probe? Atque equidem laborare ii mihi ignorantia videntur : nam, probe, an improbe? nequaquam in hoc vertitur, sic an sic defungare, sed an orthodoxam fidem et inculpatam habeas vitam. Quæ qui teneat, quantumvis scatentibus pustulis, quantumvis alio quocunque morbo vexatus, sive in terra, sive in mari expiet, nullam hinc contrahat infamiam : hæc enim non in arbitrio sunt nostro, quin posita in exploratis Dei judiciis, qui novit quo pacto quod in rationem sit cujusque tam vitæ prorogatione, quam mortis genere administret. Jam in alio nonnulli disputant ad audientium fraudem, minime se agnituros homines redivivos, cum Dei Filius cunctis judicandis advenerit; aiunt quippe: Scilicet mutati e caducis in incorruptos et immortales cum Græcus, Judæus, Barbarus, Scytha, servus, liber, mas, femina non erit, omnesque instar erunt geniorum, mutuo agnoscamus? Sed in primis respondendum quod nefas sit penes homines, id penes Deum fas esse : nam ad eum modum nec resurrectionem fatebimur, humanis rationibus subnixi. Qui enim potest diffluxum corpus, ac fors depastum a feris, seu alite seu pisce, atque id quidem multimodis et in seriem, supremo in die simul cogi? et tamen arcana Dei potestate tum cogetur, ac resurget, tum animus suum quisque corpus, qui cum vixit, agnoscet.

[24] Psal. XII, 4 [25] Psal. LXII, 9.

Digitized by Google

Quod si suum, dubium non est quin et proximi noverit. Tunc autem futurum judicium hac opinione tollitur; nam judicium in personis cognitis obitur. Nemo enim qui se non noverit trahit in judicium, sed quos noverit, quemadmodum scriptum est : *Arguam te, et statuam contra faciem tuam peccata tua*[96]. Igitur si mutuo non agnoscemus, nec judicabimur, cæterum non judicati, nec quæ in vivis promeruimus feremus. Jam qui implebitur hoc Domini ad apostolos dictum : *Sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel*[97], si quos judicabunt non agnoscent? Quo pacto autem et beatus Jobus duplos liberos est recepturus, si in cœlesti regno eos non agnoscet? siquidem partim hic recepit, partim promissum est fore ut consequente sæculo reciperet. Et alioqui sanctus David iis verbis[98] : *Frater non redimit, redimet homo?* fratrem ostendit agniturum fratrem. Ergo undique collectum ac constabilitum est stultum esse id problema, et impietate par Origenis fabulis. Verum nos, fratres, etiam atque etiam credamus et resurrecturos et incorruptos futuros, et agnituros mutuo, non in corruptelæ quibus prædiți sumus, idiomatis, sed pulchritudine affecti incorrupta, secundum arcanam Dei voluntatem, uti et majores nostri in paradiso, qui et ante transgressionem se agnoscebant incorrupti, et post transgressionem æque sub corruptelam subjecti. Sed hi aliter, aliter illi. Unde credendum fore ut fratrem agnoscat frater, liberos pater, uxor maritum, amicus amicum, addo et monachus monachum, confessorem confessor, commilitonem martyr, apostolus coapostolum, cuncti cunctos, quo omnium in Deo lætum domicilium sit, inter cætera beneficia notitiam quoque inter nos largito. Itaque cohortor, fratres, cum fidem constantem teneamur (nam quot diverticula videtis, quantæque habendæ Deo gratiæ quod errore obstricti nullo, fidem orthodoxam tenemus), tum sine macula vitam : scitis enim quemadmodum in nos spiret noctu et interdiu diabolus. At valebit nihil, fide ac amore in Deum reperiens munitos. Quamobrem adhuc stemus, et aufugiet a nobis draco; lacrymemur, et ignea ejus tela voluptatum exstinguemus, succumbamus sub præpotentem Dei manum et nos eriget : perseveremus ad extremum, et abscedet diabolus, ac nos in cœleste regnum evademus per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium, cum Patre ac sancto Spiritu nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXIII.

In appetentem sanctissimæ Deiparæ obitum. De spirituali quæ hic agatur celebritate regnoque acquirendo cœlesti.

Fratres Patresque, celebritates hic, illic pro tempore aguntur, uti et nunc Nicomediæ, ad quas confluunt mortales vendentes et ementes, sed id quidem aliquantisper rursumque solvuntur : cæterum quæ in animo posita est celebritas, una est, neque solubilis, quæ se cum cujusque porrigat vita, qua non aurum, non argentum, non vestes, non aliud fluxum ac caducum nundinemur, sed animi salutem, vitam sempiternam, cœleste regnum. In qua cum hominibus omnis ponenda opera sit plerique de ea parum sunt solliciti, omnemque studium, ac industriam in perituris, et inanibus consumunt. Enimvero nos, fratres, a scopo, ac præclaro mercimonio non aberremus, quin audientes Dominum dicentem : *Regnum cœlorum intra vos est*[99], diligenter id quotidie paremus, non aurum nec argentum solventes, sed fidem genuinam, vitam purgatam, morigerationem, tolerantiam, submissionem, lenitatem, et quæ perfectionis quoddam quasi vinculum est, charitatem[1]. Id adeo docet in Evangeliis Dominus in hæc verba : *Simile est regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas; inventa autem una pretiosa margarita abiit, et vendidit omnia quæ habuit, et emit eam*[2]. En estis vos autem belli mercatores, qui, omnibus dimissis, ac præ cunctis, pulchrum atque pretiosum unionem redemistis, hoc est Christum, tollenda cruce, et eo pone sequendo, ineunda sanctimonia ac probitate. Jam vero cum celebritas tempus sit hilare, ac vigil, et excitum, hilares simus nos quoque, et exciti in hac celebritate, fratres, qui salutem mercemur. Igitur egregius nundinator est qui cuncta præ cautione veretur, nusquam concitatus, egregius emptor est qui infamiam bonis verbis commutat; egregius artifex est contractus, qui sanguinem repudiat, ac spiritum præcipit, obeundo continere ministerio. Ac quoniam in ministerii mentionem incidimus, cum amplexemur eos qui in coquina diurnum demensum instruant, ceu plus laborantes oneraque mutua portantes, ac sic legem implentes cantatis, tum qui procurent in commune quæ usus, et necessitas ferat, ut eximios, probosque, ac in Domino œconomos. Neque aversemur quoque qui in psalmodiis chare et excite concinant, velut præmio majore dignos. Ac videsis cujusmodi sit vita nostra, quod institutum? felix mercimonium, quod peralacres sancti Patres sunt secuti, eoque et nos rite obito ac peracto, læti domum revertemur, ex hac beati Davidis sententia : *Convertere, anima mea, in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi*[3]. Quam nos quoque sub obitum cuncti supremam, et tanquam peregrinam vocem rumpamus, vitamque sempiternam ineamus per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXIV.

Prima indictione. De inexsuperabili Dei beneficio, et amore erga eum ac diaboli odio, deque submissione.

[96] Psal. XLIX, 21. [97] Matth. XIX, 28. [98] Psal. XLVIII, 8. [99] Luc. XVII, 21. [1] Coloss. III, 14. [2] Matth. XIII, 45, 46. [3] Psal. CXIV, 7.

Digitized by Google

Fratres Patresque, anni jam primus est ingressus, quo felix nuntium legitur in hæc verba : *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, et cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum*[4]. Igitur unigena Dei Filio propitiatore in orbem a Patre misso, et cæci videamus, et captivi liberemur, et confracti dimittamur. Ecquis est autem cæcus? qui voluptatum studio cæcutit. Quis captivus? qui præ fœdis cogitationibus est invisus. Quis confractus? qui sceleribus protritus. Quos equidem curat Dominus : neque enim corporum tantum, quin animorum quoque medicus est, nec tum aderat solum corporatus; sed adest et nunc, obtutum fugiens oculorum, qui eadem læta nuntia vulget, mundique auferat noxas, morbo omni a languore sanando. Itaque ne quis emaneto expers lucis, et medelæ, quin fidens adito, Dei sensurus beneficium, suique liberalitatem Servatoris. Ergo nihil nos (o humanitatem inauditam!) protulit in lucem, collapsos iterum erexit, tertium munus largitus est, perfectionem monasticam, jam peccantes insuper nec tum aversatur quidem, sed asciscit, afflictos confirmat, mœstos solatur, currentes delinit, fractos instaurat, lætos persanat, in Orci fundum lapsuros puniens benigne eripit periculis, ut merito haud abs re quisquam dixerit : *Nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea*[5]; et : *Impulsus eversus sum ut caderem, et Dominus suscepit me*[6]. At norunt singuli in quas tentationes sunt prolapsi atque ut clementem Deum in ærumnis opitulatorem sint evestigio nacti. Adhæc famelicos, quod attinet ad corpus, annuis terræ frugibus pascit, quod ad animum, sacris mysteriis, cura præ matre ac nutrice prosecutus, et amice complexus : nam mater lacte aliquantisper alit infantem, hic verus noster, et herus, parens, suum corpus atque sanguinem in cibum ac potum impertitur, idque perpetuo. O impervestigabilem bonitatem! o inexsuperabile munus! ergon' possumus non eum amare, atque colere, et irrevulse cohærescere? Pol ni sic affecti simus, conclamabit in nos cœlum, terra ingemiscet, ipsique nimii stuporis lapides accusabunt.

Quod ne fiat, amorem erga eum firmum tueamur, jure exosi, et adversati diabolum : nam ut beneficus competenter pro beneficio diligitur ac amatur, sic malignus pro suis æque facinoribus odio sit habendus. Quippe hic ille est vitæ nostræ pernicies, atque ab initio homicida[7], ut fert Domini dictum, hic ille est, qui genus humanum in mille sententias distraxit, multisque vitiorum saucial telis, et orbem terrarum deglutire cupit : in quem si odium non conferimus, nec invenire supplicium potest castigans, ut meremur, qui hosti ac sicario jungamur. Sed ab eo fugiamus, fratres, fugiamus quam longissime. Et quæ est autem fuga? pravarum qua cogitationum, qua actionum abstinentia, ut cum Deo contubernium, bonorum operum perfunctio est. Quamobrem asciscamus bonum, cum omni submissione, mansuetudine, modestia Dei servientes, haud ignari inane esse quidquid præclare obeatur, cui non præsidio sit submissio. Igitur qui inflatam animi mentem, tenemus, sub præpotentem Dei manum succumbamus, ne frustra cucurrerimus, quin macti omnes festinemus, persequamur, ruamus adepturi, quo cœleste regnum erciscamur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXV.

In vindemiam, ne vitiorum spinas atque tribulos edamus, sed virtutis botros fructificemus.

Fratres Patresque, equidem quid assiduo loquar, quidve afferam novum præ iis quæ a sanctis Patribus dicta teneamus, nihil nisi ea ipsa repetere, vobisque de iisdem disserere, in melius dux et prævius. Igitur agesis, hodie pauca quoque complectamur, ac si videtur, ex iis quæ in manibus sunt sermonem contrahamus. Ergo adest vindemia onustique fructu palmites, læti atque fausti, rari ac maligni, tristes sunt et ingrati. Hæc quid ad nos vero? dicat audientium quispiam. Pol quadrant perbene, siquidem et nos tropice Dei vinea vocamur. Ecquid fugit vos carmen quod repræsentatione gerenda decantatum est? annon hoc incinimus omnes? *Respice de cœlo, et vide, et visita vineam istam, et perfice eam, quam plantavit dextera tua*[8]. Domini quoque in Evangeliis hæc sunt verba : *Ego sum vitis, vos palmites : qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere*[9]. Itaque maneamus, fratres, in benigno Hero nostro, ceu ab eo quædam quasi vites consiti, eique virtutem tanquam botros fructificemus, quo felicitemur neu edendis vitiorum spinis, atque tribulis, teneamur hac sententia : *Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum exscinditur, et in ignem mittitur; exscinditur* inquam, per mortem, *et in ignem mittitur*[10], scilicet perennem, in quem conjicientur qui turpia patrarunt, qui fœdus projecere, qui corruptelæ sua dedere corpora, *nubes sine aqua*, ait ille, *quæ a ventis circumferuntur, arbores autumnales infructuosæ bis mortuæ, eradicatæ, fructus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera errantia, quibus caligo tenebrarum servata est in æternum*[11]. Quare Apostolus clamat : *Fugite fornicationem : omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis quoniam*

[4] *Isa.* LXI, 1, 2; Luc. IV, 18, 19. [5] Psal. XCIII, 17. [6] Psal. CXVII, 13. [7] Joan. VIII, 44. [8] Psal. LXXIX, 16. [9] Joan. XV, 5. [10] Luc. III, 9. [11] Jud. XII, 13.

Digitized by Google

membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, et non estis vestri? empti enim estis pretio [12]. Ergo cœlum non reveremur, atque terram, qui pretioso Christi sanguine coempti terga vertamus, ac repedemus? non nostri nos pudet pigetque, qui foris sancti videamur intus pleni fœditatis? quandiu utroque genu claudicamus? quousque unum iter non insistimus, *Væ*, inquit, *duabus viis ingredienti* [13], vitiorum puta, ac virtutis: hæc enim nulla mutua consuetudine tenentur. Nemo addictus servus partim hero, partim hosti serviat. Integros nos Deo, filii consecremus oportet: nam sic vitæ reddamur divinæ compotes. Quamobrem ne immoremur in sensilibus, ceu brutæ animantes, sed facultatibus animi cœlestia tueamur, sensus torquentes a caducis atque fluxis ad incorrupta, et imperdita, neu committamus ut cogitationum fraudibus ab artifice scelerum denuo fascinemur, quin ubi voluptatem, seu quod aliud flagitium serat, evestigio exigendus veterator est. Quo pacto? precibus, supplicio, lacrymis ac compunctione. Atque hæc ea est inaspectabilis lucta tantumque implacabile bellum est. Quare instar carnaliter pugnantium, spiritu ferventes, invitos profligemus hostes? atque ut illi spe præmii nec ita decedunt, sic nos quoque nec mille acceptis vulneribus revertamur, sed restemus insuper et prælium instauremus, Dei præsidio firmati. Date hoc sultis mihi, fratres: nam eo allaboro, pauca hæc sermocinans. Equidem cum in iis gaudeo qui feliciter currant, tum ingemo ubi quis prosternatur. Cæterum simus cuncti pernices, dediti recte factis, tolerantes in psalmodiis ministeriis, obedientia, humilitate, ac pacis Deus nobiscum futurus est per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXVI.

In Exaltatione: ne in fœda vitia nos præcipites agamus, neu voluptatem jucundam arbitremur.

Fratres Patresque, gaudium agitamus adventante festo quopiam Dominico, nec injuria, qui tum collustremur, quod inest in eo arcanum contemplantes, ut nunc quoque in Exaltatione pretiosæ ac vivificæ crucis; quantus est enim, quamque insolens triumphus, lignum nos, in quo pedes stetere Domini nostri Jesu Christi, in quo suffixus vitalem suum sanguinem profudit, non spectare modo, sed etiam complecti? Quem non laborem feras quo aurum cogas periturum? at in promptu nobis beneficium est: nam simul id contraximus, simulque collustrationem, sanctimoniam, libertatem. Tam exposita benignitas est, tam proclive munus religiose adeuntibus. Et optandum sit tamen imperditam tueri liberalitatem: solet enim quod facile donetur rejiculum videri. Nobis quidem ea, fratres, conservanda gratia est. Quamobrem ne sancta nostra labia mendacibus sermonibus, ac sine fruge verbis polluamus, neu aspectu meretricio collustratos oculos præstringamus, neu animum nitentem vitiosis cogitatis inquinemus, neu, ut Apostolus clamat, *regnet peccatum in nostro mortali corpore, ut obediamus ei in concupiscentiis* [scilicet corporis] *ejus, neu exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato, sed exhibeamus nos Deo tanquam ex mortuis viventes, et membra nostra arma justitiæ Deo, peccatum enim vobis non dominetur: non enim sub lege estis, sed sub gratia* [14]. Viden' ut peccatum in lege dominetur, at regnans in gratia justitia noxa omni liberet, et absolvat? uti scriptum est, *Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini* Jesu, *et in spiritu Dei nostri* [15]. Quapropter expurgationem reveriti, sanctimoniam tueamur. Quid nos in infamiam dejicimus, gloriosi instituti? quid corpus amplexamur plus quam deceat, paulo post in sepulcro dimittendum? quid voluptatem jucundam arbitramur, qui dolor sit revera mortiferi? nam equidem voluptas hamus est diaboli, inexstincti ignis suscitabulum; et tamen rapimur ad eam mortales quasi quidam deditiii servi. Enimvero quemdam audivi dicentem, vitio possessum, optabilius esse suspendio mortem quærere quam peccato servire: ut enim servo herus imperat acerbus, Abi, et abit, Veni, et venit; Fac hoc, et facit ad eumdem modum, ac multo impotentius, jubet sub se subjecto peccatum, Loquere fœda, et loquitur; Nefaria designa, et designat. Quin gemere atque trepidare Caini instar videtur, mari devectus naufragium veretur, per deserta profectus latrocinium timet; tonat, ac tonitru propter se accidisse credit; fulgurat, ac ne amburatur pavet; videns non videt, audiens non audit, sensus distortos gerens. Quid hac tristius vita? equidem censeo tradi bestiis præstare quam pestiferis vitiis, nam ibi corpus, hic animus cum corpore perit. Annon et probus æque, qui quidem liber peccato (nec voluptate solum sentio, quin aliis cunctis vitiis), gaudet, lætaturque, regnat pro probitate, interritus qua in mari, qua in terra: siquidem contubernalem habet Deum, ad quem clamat in adversis, *Non timebo mala, quoniam tu mecum es* [16], *Non timebo millia populi circumdantis me* [17]. *Non timebo dum turbabitur terra, et transferentur montes in cor maris* [18]. Eccam vitam jucundam, eccam felicem: quam et secuti, fratres, Dei misericordia, urgeamus quoque, et magis magisque consectemur, cuncta præ cautione verentes, omnigena obedientia perfuncti: omnigena humilitate compti, omnigenam animi puritatem contrahentes, qui quidem præ oculis obiri mortem cernamus. Jam enim et spiritalis nos Pater reliquit, Petrus, sanctissimus metropolitanus Nicææ: cujus et bea-

[12] I Cor. vi, 18-20. [13] Eccli. ii, 14. [14] Rom. vi, 12, 14. [15] I Cor. vi, 11. [16] Psal. xxii, 4. [17] Psal. iii, 7. [18] Psal. xlv, 3.

Digitized by Google

tus exitus est, in persecutione exstincti, cum eoque cœlestis regni hæreditate potiamur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXVII.

In sementem. De spiritali semente ac pervigilio in meditationibus divinis.

Fratres Patresque, sementinum tempus agitur, seminibus serendis quæ ex materia cohærent, frumento, aliisque qua tempestate homines videmus a nocte in noctem ad opera commeantes, ac serio satagentes ut quam optime et affatim serant ; unde præsidia corpori conquirant. Ecquid nos igitur, sementis coloni spiritalis, sterteremus, nec quæ par seremus, et qui famem patiamur æternam, quamve inveniamus rationem reddere socordiæ ? Quamobrem cum carnaliter serentibus acrius surgamus, tum largius seramus : siquidem, *Qui parce seminat, parce et metet ; et qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus et metet* [19]. At quid seremus ? preces, supplicia, intercessiones, gratiarum actionem, fidem, spem, charitatem : hæc sunt pietatis semina, hæc animi pabula. Jam in carnali semente sustinet colonus imbrem exspectans, dum accipiat tempestivum ac serotinum : at in hac nostra ipsi arbitrii simus pluere et rigare, hoc est compungi atque lacrymari, et cum volumus, et quantum lubet. Quæ cum in nostra potestate sita sit lidibo, cohortor, fratres, seramus plurimum nos quoque, ac plurimum rigemus, justitiæ tanquam stirpibus augendis, quo appetente messe, quæ ingenio deformetur, spiritalibus manus, simumque manipulis compleamus, ut audire mereamur : *Benedictio Domini super vos, benedeximus vobis de domo Domini* [20]. *Labores manuum tuarum manducabis, beatus es, et bene tibi erit* [21]. Atque hæc hactenus : nunc admonitos velim, fratres, brevitatem dierum crescere, et exundare noctes, utique tabescit pervigilio corpus, sic somniculositate autem curari ; curanda autem cute, simul vitia subolescunt. Ecquid est ergo dicere ? habet quilibet nostrum psalmum, meditationem habet, preces habet ? cuncta moderate obeuntor, cuncta ad animi compagem, ac complementum spiritus, ne nos Satanas per libidinem tentet. Neque id in somno duntaxat sentio, quin et in cibo, potu, cæterisque cunctis ; præsentissimum est enim moderatum, quod ab utrinvis digressu immunes nos, et indemnes tueatur. Cæterum, imperatore ab expeditione reverso, cogitationes fortasse in animos subrepunt, sollicitis quid Ecclesiæ rebus sit futurum, id est, nostris. Pol scriptum est : *Jacta super Dominum curam tuam, et ipse faciet* [22] ; et : *Si Deus pro nobis, quis contra nos* [23] ? qui ut superioribus annis vitam nobis procuravit, variis tentationibus, ac miseriis ereptis, sic deinceps procurabit quoque. Tantum digne Evangelio vivamus, cœlesti obeundo instituto, terrestrium hospites et advenæ : hic enim nobis portio, ac hæreditas nulla est. Nam quis in omni memoria vitam ingressus restitit, quo ercisceretur quidquam ? annon omnes qui ingressi essent, rursum ceu ex alieno solo sunt egressi ? Igitur hic exsilium degitur, verumque domicilium, hæreditas et adeptio in futuro sæculo est : in quo constituti, cum sanctis omnibus cœleste regnum ineamus per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXVIII.

In sementem. De fide, nec temere, ac sine fruge vitam consumamus, umbramque esse, atque somnium præsentia ad futura.

Fratres Patresque, semel quotannis terra consita agricolæ fructus annuos præbet, animus quotidie satum suscipiens doctrinæ in omni vita ægræ virtutis culturam reddat : ejusque hæc est causa, quod a pueritia hominis ingenium studio rapitur ad prava. Unde humanæ naturæ minus parabilis est virtus, nec vitiorum potiri quisquam possit, qui non luctatus sit et afflictatus labore longo atque diuturno. Id adeo sancti suis rebus gestis ostendunt, quasi quidam exercitores ac athletæ, pugna cum peccato defuncti. Quid aventes, quidve quærentes ? Bona promissa, quæ nec vidit oculus, nec audivit auris, nec mortalium cuiquam venere in mentem [24]. Quod exspectationis suæ pignus habentes ? fidem : nam qui rite credere est largitus, idem indubie sperare tribuit, qua illi spe prodigia ederent et ostenta. Hinc, ut ait sacer Apostolus : *Devicerunt regna, adepti sunt repromissiones, obturaverunt ora leonum, exstinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos ; alii autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem* [25].

Videtis quæ quantaque fidei facinora ? *Fides* vero *est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium* [26]. Hac firmati et nos, fratres, cum diabolo decertemus, vitiorum pestes profligemus. Ignis nunc accensus quoque carnis libido est, quam si lacrymis atque precibus exstinguamus, choros cum pueris agemus. Feræ sunt atroces fœda immansueta vitia : quæ si subjuganda carne, et obediente vita capistremus, cum Daniele triumphabimus [27]. Ac quid in exiguis laboribus promissa erciscamur æterna ? annon umbra : atque somnium sunt præsentia, si cum futuris conferantur ? Quanquam hæc quoque infra veritatem

[19] II Cor. IX, 6. [20] Psal. CXXVIII, 8. [21] Psal. CXXVII, 2. [22] Psal. LIV, 23. [23] Rom. VIII, 31. [24] I Cor. II, 9. [25] Hebr. XI, 33-35. [26] ibid. 1. [27] Dan. VI, seq.

Digitized by Google

comparatio est : qui enim potest finitum ævum cum infinitis componi? quo pacto cum sempiternis mundus, qui mox finiendus sit, committatur? Quod superest, ingens et infandum gaudium revolvamus eorum qui illic gaudebunt, ac puniendorum pœnas : quarum si vel cogitatione obstupemus, quanto magis est intolerabilis sensus? Igitur ne quis deinceps dies temere, atque dissolute labatur, qui inertem nobis et sine fruge vitam consumat, quin omnis supremus ducitor, ex divi Antonii præcepto, unde emendemur procinctique comparemur ad iter. At qui id ait, confiteri pote in cœnobio, suum quemque distinente ministerio? equidem apprime pote, si velimus, ac præ iis, amplius qui quietem sunt secuti : nam illic libertas, et auctoritas irreprehensa, ad mortis cogitationem segnis est; hic, quæ instar martyrii sit, repressio voluntatis, contentum ministerium atque incidens infamia, quam maxime habent in proclivi mortis sententiam. Sane beatus Apostolus dicens : *Quotidie morior, per gloriationem vestram, quam habeo in* Christo Jesu *Domino nostro* [23], non id usus quiete quin mille tentationibus districtus protulit. Quamobrem teneamus quod quærimus, nec mortis recordari dies noctesque omittamus; ita enim et pravam cupidinem, et ministerii neglectum, et ignaviæ tristitiam, et scelestum livorem, aliaque cuncta vitia Dei misericordia pellemus. Tum autem, ut ad exitum erit deventum, ceu eo recordatione mortis prævento, nequaquam terrore percellemur, sed placide sanctos angelos spectabimus, ac perennem vitam consequemur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXIX.

De gratiarum actione, deque adorandæ Christi imaginis doctrina, ac fratris Thaddæi confessione.

Fratres Patresque, cum salute nostra molienda complures modos largitus Deus est, tum unus, primusque est, gratiarum actio; ait enim Apostolus : *Primum gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in universo mundo* [29], ac nusquam non ostenditur agens gratias.

Quin exstat et in scala præmitti gratiarum actionem precibus oportere. Igitur Deo gratias agamus, primum quod nihili nos protulit in lucem, ad egregia facinora creatos, quæ præstituit obeunda, deinde quod adoptione per sacram tinctionem donavit : nam, *Quotquot susceperunt eum*, inquit, *dedit eis potestatem filios Dei fieri; qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt* [30]. Necnon quod ad hanc confessionem quoque post superiorem deduxit : in quo minime fallamur, et erremus, quin explorate sciamus unigenam Dei Filium carnem factum [31], uti clamat Joannes, et carne circumscribi, et imaginem tenere et in imagine coli. Nam quot exsortes Evangelii in errore irreligioso homines degunt? alii, affecti Evangelio, in religione naufragi et errones : ceu Iconomachi, Christum negantes descriptitium, aut imaginem tenere, aut in imagine coli, atque hinc salutiferam procurationem divinam, quantum in se est, demoliri. Quæ recogitantes, fratres, impigre Deo gratias agamus, agendis gratiis stimulemur, stimulati lacrymemur, lacrymati collustremur, collustrati salutem contrahamus, uti pollicitus sermo est. Neque enim fidem putemus uniformem : nam una est sane, augetur tamen ac minuitur, intellecta aut non intellecta, siquidem ait : *Modicæ fidei, quare dubitasti* [32]? et alibi : *Magna est fides tua, fiat tibi sicut credidisti* [33]; ac rursus : *Non inveni tantam fidem in Israel* [34]. En augetur, ac minuitur. Nec dicat quisquam : Idiota sum, et qui intelligere queam fidem? Pol clemens Deus radios cunctis explicat bonitatis. Jam quæ est Apostoli sententia? *Videte vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, et ignobilia mundi, et contemptibilia elegit Deus, et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret* [35]. Non in vobis ipsis spectatis quod disserui? non fratris Thaddæi recordamini, ut alios præteream, annon Scytha erat, et servitutem serviit, emancipatusque se in monasterium dedit, ac confessione tam nupera quam præsenti est perfunctus? igitur qui fidem intelligeret suam, ceu auctus est, tum ea, uti par est, complexa corona quoque obligatus martyrii, post triduum hinc sui certaminis profectus. Ad eumdem modum et nos, fratres, vivamus, non imperitiam prætexentes, sed quærentes, edoctique, et aucti pro fide : id quod continget si fidem vita consequetur honesta. Nam per charitatem operata fides salutem nostram complet ac absolvit : quippe animi tanquam corpus e duobus cohæret, neque, aut per se fides, aut per se vita tueatur, sed alterutrum alterutro incolume et constrictum. Quo sic incolumes nos quoque evadamus in virum perfectum, *in mensuram ætatis plenitudinis Christi* [36], promissis bonis potituri cum sanctis per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXX.

In S. Paulum Confessorem. De immenso Heri Christi in nos studio vitæque accuratione divinæ atque inculpatæ.

Fratres Patresque, ingens est et immensum Domini nostri Jesu Christi in nos studium, qui non

[23] I Cor. xv, 31. [29] Rom. i, 8. [30] Joan. i, 12, 13. [31] ibid. 14. [32] Matth. xiv, 31. [33] Matth. xv, 31. [34] Matth. viii, 10. [35] I Cor. i, 26-28. [36] Ephes. iv, 13.

Digitized by Google

solum degressus, prope longeque dissitis, uti scriptum est, pacem promulgarit [37], sed in cœlos quoque sublatus sanctos apostolos reliquerit, eodem nuntio ac legatione fungentes. B. Apostoli quidem hæc sunt verba : *Pro Christo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo : nam eum qui non noverat peccatum pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso* [38]. O immensam procurationem, o ineffabilem liberalitatem ! *eum qui non noverat peccatum pro nobis peccatum fecit.* Qui, et quo pacto ? nequaquam noxium peccatum sentit (minime gentium, siquidem peccatum non admisit, nec in ore ejus inventus dolus est), sed quod corruptam peccato nostram induit naturam ægritudinibus in se rejectis, morbisque, pro nobis saucius, ac fœdissima nece multatus : hoc est, *peccatum fecit.* Quamobrem : *ut nos efficeremur Dei justitia in ipso.* Quomodo ? qui noxio liberati peccato, viveremus in eo, ac moveremur. Quapropter et addit in hunc sensum : *Adjuvantes autem et exhortamur, ne in vacuum Dei gratiam recipiamus.* Videte ut hortatus præmuniat : quid est, *ne in vacuum Dei gratiam recipiamus ?* hoc est, ne iterum retrocedamus : neu iisdem vitiis, quibus nuntium dixerimus, obligemur, neu ictum Deo, et angelis testibus fœdus violemus, quin quid ? vitam obeamus novitiam, cœleste institutum piumque. Ac volo equidem vobis fando hunc defectus reconditiorem quamdam vim proponere sententiæ, ea est hujusmodi. Animus noster tribus ex partibus constat, participe rationis, irascente, et appetente. Participe rationis, ut recte in sanctam Trinitatem credamus ; irascente, ut in serpentem incandescamus, eo prorsum non admittendo, appetente, ut, qui nos architectatus est, Deum diligamus, ac amemus. His diabolus animi facultatibus conversis, et distortis, fabricari in nos perniciem cœpit ab extremo. Quo pacto ? per appetitionem, Adamo, decessore nostro esu decepto ; per iram, Caino ad Abelem fratrem interficiendum excito ; per rationem, provoluto genere humano ad cultum astrorum. Atque hæc via est qua in nos cædem est molitus hostis. Cæterum nos maneamus in quo simus conditi, fratres, qui a ternis animi facultatibus præsidium contrahamus, ac spiritum coornemus, neu claritatem perdamus, qua nos herus nobilitavit, Deo, Patrique adoptatus ; nam : *Quotquot susceperunt eum*, inquit, *dedit eis potestatem filios Dei fieri* [39]. Quamobrem qui Dei filii vocemur, ne hæreditatem ineamus ignis inextincti, neu qui Christi membra nominemur, fiamus membra meretricis. Ne in mundum, eaque quæ sint in mundo despectemus, neu in hac vita formosa oculis usurpemus quæ inania sint ac cadaca. Sane enim exple te per concessionem libidine omni carnis atque sanguinis : *Quæ utilitas* A *in sanguine meo dum descendo in corruptionem* [40] ? Despicesis in sepulcra, et qui voluptatum exitus tuere. Esto, prædia cogamus ac pecunias : quid tum postea ? scilicet nudi in orbem ingressi, proculdubio nudi exibimus quoque, nihil præter actiones comportantes, seu dextras, seu sinistras. Itaque clamat sanctus David : *Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Ut videam voluntatem Domini, et visitem templum sanctum ejus* [41]. Hæc vita est beata, hæc pars potior quam præcepere sancti Patres, et in primis, qui nunc est laudatus, sanctus Paulus confessor, cujus qui quantique labores, ac certamina, audivimus non nihil. Quos imitati B et nos fratres exercitationem hanc nostram, oppugnationem, qua affecti sumus, omnemque vitæ institutum teneamus, strenue currentes ; sin corruamus, ocius surgentes, victo perduelle diabolo, ut cum sanctis omnibus palmam nos quoque probitatis feramus per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

Ὥσπερ καὶ ὁ νῦν εὐφημηθεὶς Παῦλος ὁ μακάριος ὁμολογητὴς, οὗ ὅσα καὶ ἡλίκα τὰ ἐπαθλα, καὶ οἱ ἀγῶνες ἐκ μικροῦ ἠκούσαμεν, οὓς καὶ ἡμεῖς μιμούμενοι, etc.

SERMO XXXI.

Ante obitum sancti Patris Theodori. De judicio futuro, ac quemadmodum præsens oppugnatio aliis C *materia fit virtutis, aliis scelerum.*

Fratres Patresque, cum ægrotavi, tum precibus vestris rursum convalui. At quousque inibimus hoc rursum ? sane veniet omnino dies fatalis, cum hoc rursum, locum non habebit, quæ sejunctum à vobis hinc ableget. Neque ea tamen viduitas ducenda est : siquidem mendax non est qui dimissurum se viduos negavit [42], quin nobiscum futurum omnibus diebus, ad sæculi decursum [43]. Tum autem quod mutuo tunc cernemus, atque adeo fas sit dicere, inenarrabili gaudio, vitaque præditi sine fine. Jam quid passus sim in ægritudine nostis, ut frigore correptus fœdam succussationem pertuli, inde ardenti febre diem solidum petitus. Ego in malis positus mecum cogitavi, itan in futuro judicio a Tartari pœnis ad ignis gehennam revolvemur, binisque fors suppliciis, aut etiam, pluribus miser futurus est obnoxius ? certe seu unis, seu binis,

Ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες, ἠσθένησα, καὶ πάλιν εὐχαῖς ὑμῶν ἀνακέκλημαι. Ἀλλ' ἕως πότε μέλλομεν ἔρχεσθαι ἐπὶ τὸ πάλιν ; ἐλεύσεται δὴ πάντως ἡ ἐπιθανάσιος ἡμέρα, ὅτε οὐχ ἕξει χώραν τὸ πάλιν, χωρίζουσά με ἀφ' ὑμῶν καὶ παραπέμπουσα ἐκ τῶν ἐνθένδε. Ὁὐ μὴν διὰ τοῦτο λογιστέον ὀρφανίαν, etc. [FABRIC. *loc. cit.* 284.]

D

[37] *Ephes.* II. [38] II Cor. V, 20, 21. [39] Joan. I, 12. [40] Psal. XXIX, 10. [41] Psal. XXVI, 4. [42] Joan. XIV, 18.

Digitized by Google

ex his vitæ ærumnis conjectandum est intolerabilem fore Dei in noxios iram, ingentique in terrore, atque trepidatione [63] [Fabric. *loc. cit.* 284] teneri, ne in atroces eas pœnas labantur. Enimvero præsens oppugnatio aliis materies accidit virtutis, in qua tanquam lumina per orbem effulsere, vitæ instar habentes, meus, si dicendum est, triumphus in Christi diem, quid non egregium exsecuti? ad quam non emendationem progressi? qui tum sese qua tutantur, periculis exerciti, miseriis ut aurum deflagrantes, tum alios asciscunt multisque visi salutiferi sunt, et suæ classis, et extraneis cum quibus sim sane partiarius, ac (si cui probatur mecum collocari) aliis, et iis perpaucis, occasio scelerum, qui vitæ dediti licenti, quasique ab obedientia refugi, infamiam in se concivere: ut apposite cum Scriptura loquamur: *Caligat vultus facies eorum sicut fuligo* [64]: Quos equidem haud abs re inclamarim quoque. Nequam filii, horum reliquistis, vitæ jura monasticæ vertistis, non rite curritis, sed velut claudi divertitis, rapti huc illuc secedilis e comitatu, mulieribus vacatis, alii soli degentes, alii servos insuper parantes, nonnulli vitam obeuntes mercatoriam, præ avaritiæ studio. Non vos terret nec imprecatio vaticina, nec minæ apostolicæ, nec mea nihil cohortatio? Quin, ut intelligo, quidam eorum quoque inita cum puella consuetudine, ad raptum Deique repudium pedes adornavit. Ain vero, miser atque ærumnose? quoties ceciisti: *Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam* [65]? ten' inductum prorsus societatem cum serpente coire, qui Evam decepit, unaque decessorem Adamum pomario extrusit? ten' omnino cogitare, cui voto es desponsus virginali, negare Christum, ac peccato cohærescere, unde in orbem nex invasit? Non litteras audis clamantes in eos qui hæc admittant: *Vermis eorum non morietur, et ignis non extinguetur* [66]? non Apostoli sententiam tenes: *Fornicatores et adulteros judicabit Deus* [67]? Jam quid peracto scelere offendes? an non tenebras, et qui transadigat cor ensem; an non desperationis scrobem, ipsumquequi te in fraudem impulit, urgentem Satanam suspendio mortem quærere, ut olim Judam? Resipisce, tenebrio, fuge diaboli laqueum, perdite, neu plagis irretitor Orci, unde et Caini hic defungare vita, tremens, gemensque ac notos refugiens, et in futuro sæculo gehennæ igni damnere. Sed quid agam prædictis omnibus infelix uno in loco defixus? quid aliud quam gemam, ac contristabor, venturi nuntius mucronis? Qui si inaudient; atque ab erronea et in perniciem ferente via redibunt, sibi hospites sunt mihique futuri; sin minus, soli mala exantlabunt, soli quam accendere flamma gradientur, soli exitium perenne luent; Dominica facie ac gloriosa majestate extorres, cum illustris et admirabilis veniet in omnibus, qui prope ejus præceptis sunt A grassati, condigna iis præmia daturus? contrariis comparatis in eos pœnis jugibus affectis. Cæterum vos rite obitote, fratres, cohortor, ut ab vobis in improbos quoque virtutis divulgata oratio ad agnitionem eos deducat veritatis, omnibus contenti, omnia credentes, omnia tolerantes, quo cuncti in omnibus Deo placentes, et supplicium fugiamus, et cœleste regnum consequamur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXXII.

Ante Christi natalem: De natali Servatoris, adstrenue vita retinenda monastica.

B Fratres Patresque, jam Dei imminet adventus, lætaque est pro foribus dies: ingens est enim lætitia, qualis in omni memoria accidit nulla, Dei ad nos Filio degresso: qui non per spectra atque signa, ut olim majoribus, cernatur, sed per natalem e Virgine coram spectabilis prodeat in lucem quo ab omni æternitate neque felicius quidquam, neque e cunctis miraculis, quæ ab ævo patravit Deus, mirabilius. Ergo nuntiant arcanum angeli, natumque in terra cœlestem stella indicat, ac præcurrunt pastores edicta ineunda salute, præbentque regias magi, et insolens in re insolente carmen decantatur, venerabilem in supremis Deum pacem editum. Testatur id Apostolus in hæc verba: *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum et medium parietem maceriæ solvens, inimicitias, in sua carne legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem, et reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso* [68]. Hæc cum videre cuncti olim vates ac religiosi cupivere, tum nequaquam videre, nisi per fidem, nos et vidimus, et manu tractavimus: uti de verbo scriptum vitali est ac vita apparuit, et adoptionem tulimus. Sed quod Deo hostimentum dabimus pro cunctis beneficiis Pol princeps eloquius David est: *Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo* [69]. Quamobrem gaudeamus, fratres, quod meruimus nos quoque hostimentum Deo reddere pro cunctis beneficiis.

D Ecquod est autem hostimentum? crucigera, quam intulimus, vita, et confessio, in qua stamus, ac divinæ spe gloriæ triumphamus: quod indubie est martyrium. Id est adeo non in diem feriati, sed in omnem vitam: siquidem qui carne regantur, et flagitiis capiantur, nec feriari possunt, quantumvis feriati videntur, nec liberi sunt; quippe servi vitiorum sub peccatum venundati; nam equidem scriptum est: *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati; servus autem sustinet in domo in æternum, Filius manet in æternum* [70]. Igitur nos quoque, qui Dei filii gratia vocamur, manebimus in domo in æter-

[63] Matth. xxviii, 20. [64] Thren. iv. [65] Psal. cxxxviii, 7. [66] Isa. lxvi, 24; Marc. ix, 43. [67] Hebr. xiii, 4. [68] Eph. ii, 14-16. [69] Psal cxv, 13. [70] Joan. viii, 34.

Digitized by Google

num, si quam nacti originem sumus, constantem ad extremum tenebimus.

Quapropter sancto Spiritu firmati, monasticum hoc nostrum institutum tueamur, mutuoque moneamus, ad amoris ac bonorum operum instigationem, obedientiam, humilitatem, mansuetudinem aliaque cuncta studia præclara, nequaquam a proposito abescentes, quin magis magisque exciti, maxime quod diem imminentem cernimus : imminet enim Domini dies ingens et illustris, qua omnium judex patefiet, ac cum gloria videbitur, cum qua est Apostolis in divina transfiguratione conspectus, omneque coactum figmentum judicabit, suis cuique digna factis redditurus. Quem fas sit nos quoque cum sanctis universis leni intuentem vultu, ad regnumque cœleste receptantem, qua est benevolentia, misericordia, bonitate, spectare, macturn laude, et honore, atque cultu, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXXIII.

De mortis recordatione ac compunctione, habitus postridie memoriæ beati Patris Platonis.

Fratres Patresque, heri memoriam egimus B. Patris Platonis nec indebite, oportet enim spiritales filios Patri, quæ par est, tribuere. Neque id enimvero satis esse ad memoriam ducere, si canamus modo, ac consolatione fruamur corporali ; quin spiritaliter quoque gaudere, uti postulat hoc effatum : *Laudando justo populi lætabuntur*[51], scilicet lætitia spiritali et durabili : nam corporalis sensui paulisper adulata, avolat ; hæc insatiabilis ac imperdita est. Si quis vestrum lacrymatus est, si quis compunctus, si quis corde contritus, si quis Spiritum attraxit, et a vitiis recessit, vim sententiæ tenet, ac pol novit patris fratrisque memoria perfungi ; recordamini enim, fratres, superiorum dierum, quibus præsentem habebamus, et nobiscum obeuntem loquentemque ; tum autem nunc contemplemur ubi sit, quibus intersit, cum queis versetur cum ipse, tum fratrum singuli. An non id cogitanti ac sermone usurpanti, stupor incessit animum ? Quin si videtur, et nos ipsos despectemus : an non nos quoque paulo post hinc cedemus, et aliis memoria recolemur, quemadmodum nunc decessores recolimus ? sane, fratres, hæc in nos comparata vita est, hominesque sumus mortales, qui crastinum ignoremus. Nam quæ est vita nostra ? Vapor[52], uti scriptum est, qui aliquantisper conspectus perit ; flos vernus, qui mane florens, evestigio marcet[53]. *Homo sicut fenum dies ejus, tanquam flos agri sic efflorebit*[54]. Homo vanitati similis factus est, dies ejus sicut umbra prætereunt. *Omnis caro ut fenum, et omnis gloria hominis tanquam flos feni*[55] : *exortus est sol cum ardore, et arescit fenum et flos ejus decidit, et decor vultus ejus deperiit*[56]. Ita marcidi nos quoque hinc abscedemus. de sententia sanctorum : nam eorum sunt quæ memoravimus exempla.

Sed felicem qui sapit, Deumque requirit, felicem qui se premit quotidie in obedientiæ certaminibus, nequaquam refractarius, aut obmurmurans, quin audiens dicto, ad opera promptus, officio impiger, stimulabilis, benignus, affabilis, comis, ad exitum procinctus : quippe veniet, fratres, veniet finis, nec cunctabitur, veniet terribilis mortis dies, quasi quidam apparitor regius, non deorsum, sed e cœlis commeans, et animum compellans, Exi sis, quærit te cunctorum Rex, Deusque. Nos quidem fas sit precibus beati Patris in eam horam instructos reperiri, atque hinc intrepide profectos in perennem vitam commigrare per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac S. Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXXIV.

Mediis Festis. De ex hac vita decessu regnique requiete cœlestis.

Fratres Patresque, en ab anno in annum revolvimur, a tempestate in tempestatem, a festo in festum, neque status est in hac vita, quæ nobis omnibus linquenda est, intrandumque in Dei requietem. *Qui autem ingressus est in requiem ejus, et ipse requierit ab operibus suis, sicut et a suis Deus*[57], quemadmodum scriptum est. Ecquæ est autem requies ? nimirum cœleste regnum : ad quod instigans Apostolus, ait : *Festinemus ergo ingredi in illam requiem, ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum*[58]. Quid sibi volens ? Scilicet ut Israelitas recepit Deus introducturum se in promissum solum, cæterum contumacibus, et ab eo aversis, nequaquam contigit inire, sic ne nos quidem, minus audientes præceptis, in cœleste regnum intrabimus.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi semper, Hi errant corde ; ipsi vero non cognoverunt vias meas, ego juravi in ira mea si introibunt in requiem meam[59] : hic non annorum quadraginta agitur mora, sed quantum longissimum est vitæ cujusque spatium : quamobrem si minus operam dabimus ut omnia Dei præcepta exsequamur, affabitur nos quoque, scilicet, Ne meum ineatis regnum. Jam illis non ingressis, corruere membra in deserto, at nobis non ingressis, et corpus et anima in ignis gehennam detrudentur : quod eorum gravius supplicio est. Siquidem scriptum est : *Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione, duobus vel tribus testibus, moritur ; quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui Filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et spiritui gratiæ contumeliam fecerit*[60] ? Sed quænam eis causæ ingressum præclusere ?

[51] Prov. xxix, 2. [52] Jacob. iv, 14, 15. [53] Psal. lxxxix, 6. [54] Psal. ciii, 15. [55] I Petr. i, 24. [56] Jacob. i, 11. [57] ibid. 10. [58] ibid. 11. [59] Psal. xciv, 10, 11. [60] Hebr. x, 28, 29.

Digitized by Google

incredulitas, murmur, obloquium, contradictio, A durities, superbia, stuprum : hæc sunt quæ eos perdidere. Igitur hæc nos quoque lethalia vitia ut ignem fugiamus, minime diffidentes de Dei promissis, quin credentes quæ spoponderit præstare etiam posse, neu murmuremus, neu obloquamur, neu contradicamus, neu obdurescamus, neu superbiamus, potiusque invicem nos benignos ac benevolos præbeamus, alter alteri condonantes, quemadmodum et nobis per Christum condonavit Deus, semper Domini Jesu necem in corpore circumgestantes, ad mortemque pro Christo procincti, assidue redintegrati precibus, supplicio, lacrymis, cœlestium contemplationum spectaculis : quippe vita hac defuncti, non, ut illi, terram invademus manantem melle atque lacte, sed mansuetorum plagam, ubi vitæ et immortalitatis scaturigo est, ubi cœlestis Jerosolymæ pulchritudo, ubi triumphus atque gaudium, ubi illustratio beatæ ac præpotentis Trinitatis, per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXXV.

In divi Basilii memoriam. De virginitate, ac fratris Memnonis ad frugem reditione.

Fratres Patresque, qui in stadio decurrunt, non plus semel per annum decurrunt unoque temporis momento, ac sic abeunt e certamine, seu victores, seu victi. Cæterum qui virginitatis quoddam quasi stadium permeant, ii non unum diem, quin ætatem currunt, ac pol cursum qui obtutum fugiat oculorum, quippe in arenam progressi contra hostes invisos. Ut proculdubio virginitatis maxima perfunctio sit, ceu quæ cœli culmen attingat. Siquidem humana vita in duo tributa, matrimonium ac cælibatum, illud citimum componit orbem, hic superum complet ; illud præstitutum qui corruptelæ serviat, hic qui immortalitate resplendeat. Ac quemadmodum si hominem quis cernat alitem, non injuria miretur, ut hac hominis, hac angeli gerat faciem, ita sane qui virginitatem exerceat, insolens est hominibus juxta et angelis spectaculum : in carne est ac supra carnem, in mundo ac supra mundum, qua de causa et mundum liquisse dicitur, ut vitæ institutum mundo sublimius amplexus. Ostendunt D id adeo hæc Domini in Evangeliis verba : *Sunt eunuchi, qui de utero matris sic nati sunt, et sunt eunuchi, qui castrati sunt ab hominibus, et sunt eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum ; qui potest capere, capiat* [61].

Videtis ut hoc vulgo incapax donum est solisque tributum qui vitam iniere crucifixam ? Quamobrem lætemur, et inter nos collætemur, fratres, agendis etiam gratiis, quod Dei beneficio ad hanc dignitatem sumus vocati, qua illustretur Deus, et homines admiratione ducantur. Neque id duntaxat, sed quam potest circumspectissime vitam perducamus : nam multi ex hoc culmine tum nunc corruere, hi superbia confixi, illi segnes ac inertes : quorum utrovis animo pernicies contrahatur. Quodnam est ergo præsidium ? Avi in volatu positum præsidium est, quæ aucupis adventum sentiens, pennis diductis, supervolat, ac capturam effugit ; ad eumdem modum nos quoque, simul animorum nostrorum captator imminet diabolus, ceu volucres spiritu, sublimi arrepta contemplatione, supera quæramus, supera spectemus. Lævorem ille voluptatis subjectat ? Nos nobilitatem revereamur animi. Ille noxæ perpetrationem suggerit ? Nos judicii pœnam revolvamus. Atque hæc illis opponentes, et cogitatis cogitata repellentes, ab sacrilego servabimur. Jam quis certaminum finis ? Qui carnaliter B currant, temporaria corona, nos sempiterna ; illi gaudio mortali, nos immortali triumpho mactamur. Ac nos, fratres, beatos, si spem, qua præfisi triumphamus, ad extremum constantem retinemus. Igitur instemus, hortor, precibus, supplicio, compunctioni, lacrymis, humilitati, obedientiæ, confessioni, ministerio, cæterisque laboribus monasticis, ac Deo duce contra hostem victoria potiemur. Sed hæc hactenus. Quod proximum est, de fratre Memnone, posteaquam utcunque jam resipuit, amplectendus nobis est, ne æquo longiore tristitia obruatur. Quanquam hoc habeo dicere, qui peccatum faciat non servum modo esse peccati [62], ut fert Domini sententia, sed C etiam piis exsecrabilem, ac fors pudet nos eum vel salutare, ne quid peccato inquinemur. Sed quoniam Dominus noster Jesus Christus nepotem, facultatibus in meretrices profusis, reversum non est aversatus, nec nos aversemur, lætique fratrem amplexemur, ac grates agentes de emendatione gratulemur, eique quæ in rem sint poscamus : ita enim quæ jubeamur agentes, ceu Verbi discipuli, cœleste regnum erciscemur per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXXVI.

Post lumina. Ad constantiam in confessione obeunda, deque fratre Theoduli decessu, dictus mediis festis.

Fratres Patresque, superioribus annis feriati, D nondum ferias ut nunc temporis Domino Deo nostro peregimus, scilicet in æde sacra, ac fratrum majore comitio : videtis enim et frequentiores choros, et plures mensas, idque, qui in alieno solo degamus. In quo est cur gaudeamus, ac tremamus quoque ; illud, qui Dei promissorum fruamur eventu ; hoc, qui indigni simus accipere, ne immemores bonorum, beneficum provocemus suam nostri procurationem claudere ; nam equidem si beneficia memores tenemus, timide eum et formidolose colentes, etiam etiamque confirmat Deus nec defectum iri farinæ capedinem, nec

[61] Matth. xix, 12. [62] Joan. viii, 34.

Digitized by Google

minutum olei ampullam [63]. De cætero spectate, fratres, ut feriæ decedunt, celebritates solvuntur, dies prætermeant, atque hinc quilibet abimus : jam obiit et frater Theodolus, atque hic e primis, et obedientia spectatus, et in confessione constans, flagris ob Christum, ac carcere multatus, vitaque in persecutione defunctus : quo quid illustrius? tot nostros fratres (siquidem ad centum et amplius crescit numerus), stellarum instar fulgentes, in quæ abjecti loca sunt, indidem sacra sua corpora tum coævis, tum posteris ad orthodoxiæ testimonium reliquisse.

Neque solum de hac nostra tanquam republica loquor, sed etiam qui ex aliis contuberniis ad necem petiti decessere : nam pol eos haud accenseam, qui ante oppugnationem sedatam ad monasteria revertere, quasi quidam desertores milites : quippe scriptum est : *Pax, et non erat pax* [64]; et : *Ubi te inveniam, illic te judicabo* [65]. Ergo hic ingens est Dei Ecclesiæ tibicen, tantam habuisse nubem martyrum pro Domini nostri Jesu Christi, Deiparæ, omniumque imagine sanctorum adoranda. Quamobrem ut pignus aliud nullum suppetat, id unum satis est cordatis probandæ veritati.

Quapropter hostes pudeat, qui diversam opinionem sunt secuti : etenim quis (malum!) qui eorum religionem propugnaret, ærumnas eas suscepit? Minime vero, quin velut noctivagæ animantes in nocte hæresis volant, ac prælidunt, at lucescente die, ortoque Lucifero orthodoxiæ, abdunt se in cavernas sacrilegæ suæ mentis et ingenii. Sed nimirum ignis sui luce, et quam accendere, flamma grassantur : nos, fratres charissimi, a Deo constructi super apostolorum vatumque ac divinorum Patrum fundamento, firmi consistamus, nullisque inposterum humanis terriculamentis præfracti.

Cæterum infracti simus, si ex Apostoli præscripto, aurum, argentum, pretiosos lapides superstruamus, non ligna, fenum, stipulam, ignis fomenta [66] : nam sic stabilitum nihil est quod demovere in Deum fiduciam queat. Ac revereamur, fratres, et festi quod obiimus arcanum. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum* [67], uti scriptum est : itaque ne simus ultra maledicti, Christus nos in suo sanguine lavit per regenerationis lavacrum, ac renovationem spiritus, ne ad fœda facinora, detestati, redeamus. Sin minus, apparitionis suæ die (crediderim) nos affabitur in hæc verba : Equidem concorpores ac conformes vos reddidi, et mea membra meretricis membra effecistis ; a peccatis ablui, macula nulla, aut ruga, aut simili quoquam præditos, et vitiorum pædorem redamplexi, scelerum fuligine sordetis ; animam beata luce, sanctum largitus Spiritum, replevi, et mentem redhibuistis sedem grassatricibus noxis ; hæredes designavi æternorum bonorum, et perduellem meum cohæredem cœpistis. Quod superest, abite, detestabiles, in ignem perpetem, diabolo ejusque satellitibus paratum [68]. Sed nequaquam, fratres, diram eam vocem, ac atrocem stomachum sentiamus, quin omni ope conemur vitam anteactis, consentaneam ducere, puritatem complexi, lacrymas profundentes, animi tanquam stimulis scatentes, quæ in manibus sint officia peragentes, sollicite in opere divino noctu et interdiu excubantes, ne qua illapsus hostis animum negligentem trucidet : nam utinam vel vigilantes draconem fugiamus, tantum abest ut paulum dormitantes! Socors labilisque natura est, dicet quispiam. Fateor equidem quoque uti in eamdem sim conscriptus ; sed quoties id accidet, toties expeditior confessio, pœnitudo, contritio cordis, ad frugem reditio, in antiquum statum revertendi celeritas. Atque his quotidie perfuncti, cum voti compotes fiamus, tum, optanda voce audienda, regnum ineamus divinum per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXXVII.

Post lumina. Nequaquam feriandum crapula atque poculis, deque recordatione mortis.

Fratres Patresque, jam feriæ transiere, cum Natalis tum Epiphania, quas et agere meruimus in hac ora id quod molestum non est, quin in primis perjucundum, quod ejus gratia, qui se inanivit, servique formam suscepit nostrapte causa [69], extorres, capite ac fortunis oppugnamur. Nam quid aliud est feriari quam Deo cohærescere? Cohærescit autem quis Deo vel maxime rerum quæ materiæ tenentur fuga, atque hujus mundi repudio. Jam quid de iis dicemus qui in desertis et antris, atque montibus ac terræ cavernis victitant? minime eos feriari? At præ aliis feriantur, in quiete positi ac pol sublimius et divinius, siquidem qui feriari ducant in deliciis, crapula, comessationibus, poculis, sibi se fraudem struere ignorant. Quos et deplorant sacræ Litteræ in hæc verba : *Epulati estis super terram, et in luxuriis enutristis corda vestra, ut in die occisionis* [70] : similes sunt enim porcis ad laniena comparatis, quorum deus ingluvies, et in infamia triumphus. Quamobrem verius penes nos est feriari, si attendimus, dignamque voto ac Christi confessione vitam ducimus. Equidem videmur, fratres, ut dies præterequitent, tempusque rotæ instar volutum hos adducat per ortum, illos abducat per mortem, ætate non una et æquali ; quin senes ante juvenes, et juvenes ante senes, parentes ante liberos, ac liberos ante parentes, omne caput promiscue, Deo sic procurante, quo ob incertitudinem mortis cunctis instrueremur ad iter. Itaque vigilemus, et animum arrigamus, ne mors ingruens repente minus paratos offendat, frustraque

[63] III Reg. XVII, 12. [64] Jerem. VI, 14. [65] Ezech. VII, 3. [66] I Cor. III, 12. [67] Galat. III, 13. [68] Matth. XXV, 41. [69] Philipp. II, 7. [70] Jac. V, 5.

Digitized by Google

ac sine fruge pœnitentia ducamur. Nescitis ut superioribus diebus subito in valetudinem incidi, nec longe abfuit quin anima hæc in inferno habitaret? Etsi in præsens vero convalui, non omnino in posterum tamen, quin necesse est jam inde senem a vobis abscedere, atque ad patres fratresque proficisci : tantum precamini ut probe conscius, vitaque obita inculpata. Igitur adhuc doloribus distentus, cogitabundus mecum sic loquebar : Si hic tantus labor est, quantus imminentis judicii futurus? ac si tres quatuorve dies ærumnas non perpetimur, qui perenne supplicium feramus? Hæc cum vobis consulam quoque meditari, et revolvere, tum circumspecte degere, quod ad hominem attinet externum, cum omni probitate, humilitate, laborum contentione, tolerantia; quod ad internum, quam arctissime animum servare, neu veteratorem sinere serpentem, draconem illum grandem, insusurrare, et in nos insilire, neu Dei famem sedem comparare vitiorum, quin puros præbere Deo, atque hinc vitam agere beatam etiam ante futuram. Nam quid beatius quam puro et insonte animo præstando pacem cum Deo agitare? quod nequaquam fiat ni præcedant labor, preces, lacrymæ, compunctio, alacritas, fervor spiritus : siquidem neque his instructos captare hostis cessat, bellumque implacabile conflare. Atque id faciet, qui in cœlos tendentes cernat. Sed profecto haud sunt pares hujus temporis ærumnæ ei quæ in nos ostendetur gloriæ. Quare cunctis contractis copiis atque viribus, quæ in spe fideque sitæ, profligare bellum et vafriciem dæmonis dissolvere certemus, imitati in stadio currentes, qui tanta contentione confligunt, ut in extremo cursu anhelent, ac vix spiritum trahant. Atque his diurnus interim cursus et mortalis proposita corona est, nobis quandiu vivamus[1], eaque de causa et corona immortalis quæritur, et præmium perpes : quod, et peracto fortiter cursu assequi omnes contingat per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria, et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXXVIII.

De Patrum imitandis vitiis, manendoque in quo vocati divinitus sumus.

Fratres Patresque, lectione Patrum vitas recolentes, stupemus, nec immerito : stupendi enim sunt, qui hac præditi carne, angelica quadam vita obeunda, omnique vitio soluti, Deo complacuerint. Quanquam non stupere convenit solum, quin debite quoque imitemur necesse est; hoc est, subditus subditum, quietus quietum, solitudinarius solitudinarium, præfectus præfectum : nam qui fructus sit nequaquam suæ tanquam classis, sed alienum sequi et effingere? hinc præterquam quod fructum facias nullum, in exploratam perniciem ferare; hinc multi contuberniis suis peregrinandi, si diis placet, studio relictis, gradu cecidere, nec quæ ambirent tulere. Atque ut omittam veteres historias, intra ætatem nostram exigamus sermonem. Ecquid Psalterio, qui dicebatur, profuit ad stylum profectio? an non reductus inde est mente captus ac jam nec subditus est, nec stylita? Quid Sapritæ idem contulit stylus? an non degressus inde est ob orthodoxiam, lapsusque in hæresim, proditor factus veritatis, ac nunc oppugnator est acerrimus? Sed nostram rempublicam inspectemus quoque. An non Petrus, qui jam olim probe subditum gessisset, pietatis causa, scilicet, in solitudinem discessit? unde cujusmodi sit reversus, quemve dederit finem, scitis qui experti estis. An non et Amphilochius, qui adhuc superest, stylita in primis, ac deinde factus Clusius, nunc indecore huc illuc palatur? noxaque hæc diaboli est aliena subjicere, quo suis privet et exspoliet. Quapropter clamat Apostolus, *Unusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc permaneat apud Deum* [11]. Vocatus es qui te dederes quieti? ne cura subditum. Vocatus es qui subditum gereres? ne cura quietum. In quam quisque classem est conscriptus, Deo placeto : habet utervis exempla sua, ad quæ necesse est vitam componat. Itaque tu sequere obedientia prælustres : quos? inquam. Non priscos tantummodo sanctos, quin nostri quoque ætas : imitare beatum Domitianum, cujus fervida fides; imitare beatum Zosimum, sine fuco morigerum; imitare beatum Marcum, qui probris ac contumeliis pro bono omine ductis, constans in habitu suo permansit : imitare beatum Terentium, qui complures annos ægris in coquina famulatus, non tædio fractus claudicavit, sed invitatus quoque ut inde se conferret, haud induxit animum, maleus divexari ministerio; imitare cæteros fratres, permultos, et obedientia insignes, quorum sunt in vitæ libro nomina : hos imitare, non solitudinarios. Igitur solitudinem montesque Pater Joannicius cum subditis habeto, tu tene te, obedientia et alieno solo contentus. Non oppugnatur nunc ille, tu oppugnare ob justitiam : ille in carcerem non compingitur, tu pro Domino in carcerem es compactus; non cæditur ille, tu cæsus es propter Christum : quanto hæc illis antistant? Ac dicam equidem et de me quiddam inglorius, posteaquam vobis indigne caput sum impositus. Ecquid deseram præfecturam et in solitudinem concedam, aut aliam ullam quæ se offeret vitam? At non id capitis est neque pastoris, quem par est pro ovibus vitam impendere. Quare nec vos aliud quam quod estis meditari ac moliri decet : quippe hinc sterilitas, et propositæ dissidentia vitæ, illinc obedientiæ, quam requirimus, fecunditas manat. Quamobrem ut cuique largitus Deus est, qualem quemque vocavit, sic obito, sic vitam instituito, sic Deo placeto, quo audire mereatur : *Euge, serve bone et fidelis; super pauca fuisti fidelis super multa te consti-*

[11] I Cor. VII, 24.

Digitized by Google

tuam, intra in gaudium Domini tui[73] ; cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XXXIX.

In Patrum vitas. Sanctorum nobis Patrum vitas imitandas.

Fratres Patresque, nihil est vel felicius nostrate vita, vel instituto sublimius, si quales nominamur vivimus, nec nomenclaturæ contrariam vitam degimus. Monachus est enim qui in unum contuetur Deum, unum desiderans, uni imminens, unum procurare satagens, pacem et sibi cum Deo molitus, et aliis auctor quoque : at qui hæc minime teneat, contraque æmulatione, rixis, dissidio ducatur, næ is *cæcus est, et manu tentans* (7), uti scriptum est, *oblivionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum*[78]. Quæ cur dixerim scitis qui obnoxii estis. Nec dico equidem quo iterum contristem, quin ut in posterum communiam, ne in eadem crimina ruatis. Patrum memoria exsulabat detractio, et detrahentes audiens vel obturabat aures, vel bono commutabat ; nunc facile calumniis aurem præbemus, tamque avide inaudimus, quam non lectionem usurpari audiamus. Patrum tempestate nihil sequius dicebatur, quin benigne modesteque ; nunc clamose, iracunde, vultu (8) distorto : quo quid inhonestius ? Patrum ætate non agitabatur murmur, sed quod daretur quisque capiebat cum gratiarum actione, ut hinc dulcescerent amara, oblectarent inamœna ; nunc murmuramus, hæc illaque causantes, neque id nobiscum, sed in publico, quo plures paremus qui commurmurent, ac Deum gravius irritemus.

Non hæc, fratres, sic fas fieri est, nec monasticæ vitæ hæc insignia sunt. Haud exiguum crimen maledicere est. Siquidem, *Maledici*, inquit, *Dei regnum non possidebunt*[74]. Nec leve peccatum murmurare : nam, *Nec murmuraveritis*, ait, *sicut quidam eorum murmuraverunt, et perierunt ab exterminatore*[75]. Quin nec minimum futire scelus ; quippe exstat hæc sententia : *Omnis sermo malus* (8*) *ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus, ad ædificationem frugi* (9), *et utilis, ut det gratiam, audientibus, et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis*[76]. Non comminationem sentitis, Dei nos provocare spiritum futientes ? non timemus, rationem vel otiosi verbuli daturi in judicio, uti Dominus interminatur ? Cur non igitur deinceps arrigimus animum ? cur non apparamur, qui ad ingruentia procincti offendamur ? Injuriam sensisti ? fer æquo animo contumeliam, in te opprobrium suffocans ; nam, *Turbatus sum*, inquit, *et non sum locutus*[77] ; ita evanuerit injuria, tuaque perpes maneat virtus. Vescum quid, potumve secus quam velles accepisti ? gratulare de præsentibus : siquidem quod tu aversare sæpe, habens pro malo, vel degustare optent alii. Ac ni hæc adsint, quo obedientiam censemus : quidve hac gloriamur ? neque enim vel continentia, vel pervigilio, vel solicubio, vel alio quoquam labore commendatio quæritur, quanta voluntatis coercitione, quasique martyrii cujusdam cœnobiaci repræsentatione certaminis : *Deponentes igitur omnem malitiam, et omnem dolum, simulationes et invidias, et omnes detractiones*, ut Apostolorum jubet coryphæus, *sicut modo geniti infantes rationabile sine dolo lac concupiscamus, ut in eo crescamus, si tamen gustavimus quoniam dulcis* (10) *est Dominus*[78], vitæque desiderio teneamur sempiternæ ; neu admoneri detrectemus, nec defatiscamus, assidue nos a lapsu revocantes. Qua insignes adorea, immortalitate donabimur per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XL.

In Patrum vitas. De vita obeunda novitia, ut sacro habitu simus professi.

Fratres Patresque, quemadmodum esurientes cibum capere, ac sitientes bibere avemus, sic divini audiendi sermonis desiderio teneamur oportet : nam quæstum faciemus audiendo maximum, qui seu ignavi simus, ignaviam ponamus, seu prompti, promptiores reddamur : ut probe res habeat utrinvis. Ecquis igitur præsens futurus sermo est ? *Sic Deus dilexit mundum*, inquit, *ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam*[79].

Neque hoc, dedit modo, sed ad mortem quoque, et eam crucis. Quo pacto ? Servi diabolo ob Adami noxam tenebamur, morti regnabamur, sub peccatum venundati, obnoxii corruptelæ, et tanquam dedititii. Ergo venit unigena Dei Filius, pro omnibus se impendens, qui non solum mortis obligatione solutos, sed a peccatis ablutos quoque in suo sanguine, regnum, atque sacerdotes Deo, et Patri suo fecit, uti scriptum est[80]. Viden' acrem præpotentis amorem ? viden' humanitate clementiam majorem ? Quam inexplorata benignitas ? quam impervestigabilis bonitas, quam in nos effudit copiosam per Jesum Christum Servatorem ? Quid nos tandem ad hæc nauci dicamus, quidve cogitemus ? iterumne ultro in vitia feramur, servitutem ambiamus, infamiam, corruptelam, supplicium asciscamus ? *Absit*, ait Apostolus, *qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in*

[73] Matth. xxv, 21. [74] II Pet. i, 9. [75] I Cor. vi, 9. [76] I Petr., ii, 15. [77] Joan. iii, 16. [78] Apoc. i, 6. [79] I Cor. x, 10. [80] Ephes. iv, 30. [77] Psal. lxxvi, 5.

(7) Hallucinatur : nam Græce est μυωπάζων.
(8) Διαστοφῆς προσώπου *erat in Græco ; emendavi* διαστροφῆς.
(8*) Putidus.
(9) Χρείας, auctor et vulgati cod. habent. Vet. interpr. *fidei* vertit, aliam lectionem secutus.
(10) Incorrupte erat in nostro χέ. nam verum est χρηστός.

Digitized by Google

illo? An ignoratis, quia quicunque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? consepulti ergo sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus [81].

Itaque vitam, fratres, obeamus novitiam, uti et habitu sumus professi, justi, piique vivamus, quemadmodum sanctos decet, pace ac concordia præditi, augusti, circumspecti, insontes, sine vitiis, qui non uti olim in errore, fraudibus ducamur, dum præsumptionem fugiamus, ut ignem, super fidei rupe nostræ defixi: nam hoc novitas est. Quæ antiquitas? Voluptas, qua captus decessor Adamus, pomario extorris, flebilem subiit vitam; invidia, qua Cainus æstuans, Abelem germanum ob prærogativam munerum peremit: ex quo tremens gemensque pervixit. Ex his geminis sceleribus mille mala inhæsere mundo, hinc diluvium, quod orbis terrarum stirpem internecione delevit, hinc Sodoma et Gomorrha igne atque sulphure cinefactæ, A exemplum sunt nobis. Videtis quid admiserit peccatum appetitus oculorum, ac impotentia vitæ? Sed tamen ut prædictum est, Dei misericordia revocati et asserti, in adoptionem rediimus. Itaque consistamus in libertate in quam nos Christus vindicavit, ac qua ab eo cohonestati sumus gloriam tueamur, cuncta hæc inania respuentes, cuncta ob Christum in secundis habentes, seu infamiam pro honore, seu afflictationem pro triumpho, seu verbera pro deliciis, seu oppugnationem pro beatitudine, seu mortem pro vita ducentes, quemadmodum et protulere, quos hodie recoluimus, SS. Patres fratresque nostri, quorum sunt in vitæ libro nomina. Quo nos quoque ineundo vitæ instituto, cum hic tanquam luminaria apparebimus B in orbem, vitæ instar habentes, tum in futuro sæculo cœleste regnum erciscemur per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XLI.

De Patrum contemplanda vita, æmulandis eorum recte factis.

Fratres Patresque, per hos dies sanctorum vitas Patrum legentes dici non potest quem fructum capiamus, quove gaudio fruamur. Cedo enim, quid sit jucundius quam eorum contemplari immortales actiones, miracula, contra dæmones victorias? Ut lapides ipsi, medius fidius, sentire mihi fructum videantur: quanto homines magis in quibus inest ratio, et ingenium? Ergo hinc illustratur mens humana, cæco quasi quodam carnis sensu deposito, hinc animus stimulatur, ad amorem divinum plumescens. Atque ut verius dicam, ii sunt Dei in Eden pomarium, non materiatis stirpibus, sed spiritus tanquam fructibus pictum et ornatum, ubi fragrat vitalis odor, ubi serpens non vulnus intulit, sed accepit, non exegit, sed ut, par erat, proscriptus est. Jam cum hæc Domini sit sententia: *Regnum cœlorum intra vos est* [82], non erraverit qui cœleste regnum eos nuncupet, in quibus benignus residens Deus, ceu rex quidam munificus, donativa tribuat in servos. Quid deinceps mihi cum his de- D texis regiis, levi gloria, ventreque perituro? quid cum auro, argento, pellucidis vestibus, et quæ alia sunt tineæ pabula? quid cum plausu, susurris, ac inani sursum deorsum vectationis studio? Equidem nec digna sunt comparatione, nisi quæ est lucis cum tenebris, vitæ cum morte, veritatis cum insomniis. Quæ cum ita sint, fratres, gaudium agitemus ingens et illustre, qui potiorem nacti partem, tanti stirpe generis censeamur selecti, ac nobilitate fulgidi divina. Quin æmuli quoque effin-

ΛΟΓΟΣ ΜΑ'.

Περὶ τοῦ ἀναθεωρεῖν ἡμᾶς τοὺς βίους τῶν Πατέρων· πρὸς τὸ ζηλοῦν τὰ τούτων κατορθώματα (10*).

Ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες· ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις ἐπειδὴ ἀναγινώσκομεν τοὺς βίους τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν, ὅσης ὠφελείας ἀπολαύομεν, καὶ ὑπόσης εὐφροσύνης μεταλαμβάνομεν, οὐδὲ ἔστιν εἰπεῖν· τί γὰρ γλυκύτερον, εἰπέ μοι, τοῦ ἀναθεωρεῖν τὰς τούτων C ἀθανάτους πράξεις, τά τε θαύματα, καὶ τὰ κατὰ τῶν δαιμόνων νικητήρια; Ἐμοὶ δοκεῖ λίθους ἐπαισθάνεσθαι τῆς ὠφελείας, μὴ ὅτι γε λογικὸν ἄνθρωπον. Ἐντεῦθεν οὖν φωτίζεται νοῦς ἀνθρώπου, ἀποτιθέμενος τὸ τῆς σαρκὸς ζοφῶδες φρόνημα· ἐντεῦθεν κατανύσσεται ψυχὴ, ἀναπτερουμένη πρὸς θεῖον ἔρωτα. Καὶ εἰ δεῖ τἀληθέστερον εἰπεῖν· οὗτοί εἰσιν ὁ ἐν Ἐδὲμ παράδεισος τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐνύλοις φυτοῖς, ἀλλὰ τοῖς καρποῖς τοῦ πνεύματος ποικιλόμενός τε καὶ ὡραϊζόμενος, ἔνθα πνοὴ ζωῆς εὐωδιάζουσα· καὶ οὗ ὄφις οὐκ ἔτρωσεν, ἀλλ' ἐτρώθη· οὔτε ἔξωσεν, ἀλλ' ἐξωστρακίσθη, ὥσπερ ἦν ἄξιον· καὶ εἰ κατὰ τὸν λόγον Κυρίου, *Ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν*, » οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι καὶ βασιλείαν οὐρανῶν αὐτοὺς ἀποκαλέσας· ἐν οἷς ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ἡμῶν ἀναπαυσάμενος, οἷά τις βασιλεὺς φιλόδωρος, τοῖς ἑαυτοῦ θεράπουσι διανέμει τὰ χαρίσματα. Τί μοι λοιπὸν πρὸς ταῦτα τὰ κάτω βασίλεια, καὶ τὸ κενὸν δοξάριον, καὶ ἡ καταργουμένη κοιλία; τί δὲ ὁ χρυσὸς καὶ ὁ ἄργυρος, καὶ τὰ διαφανῆ περιβλήματα, καὶ ὅσα ἄλλα σητός ἐστι δαπανήματα; τί δὲ ὁ κρότος καὶ ὁ θόρυβος, καὶ τῆς ἄνω καὶ κάτω περιφορᾶς ἡ ματαιοπονία; ἆρα οὐδὲ παραβολῆς εἰσιν ἄξια, ἢ ὅσον φῶς πρὸς σκότος, καὶ ζωὴ πρὸς θάνατον, καὶ ἀλήθεια πρὸς ὀνείρατα. Οὐκοῦν ἐπεὶ ταῦτα οὕτως ἔχει, χαί-

[81] Rom. vi, 2-4. [82] Luc. xvii, 21.

(10*) Catechesis hæc xxxvii[a] est in cod. 81 apud Nanios, p. 164, ubi primus titulus ita se habet: Εἰς τοὺς βίους τῶν Πατέρων.

Digitized by Google

ρωμεν, ἀδελφοί, χαρᾷ ανεκλαλήτῳ, καὶ δεδοξασμένῃ· ὅτι τῆς κρείττονος μοιρᾶς ἐτύχομεν· καὶ ὅτι τοιούτου γένους σπέρμα χρηματίζομεν· γένους τοῦ ἐκλεκτοῦ καὶ τῇ θείᾳ εὐγενείᾳ ὑπεραστράπτοντος· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ζηλοτυποῦμεν καθ' ὅσον οἷόν τε τὰ ἐκείνων κατορθώματα· ὡς ἂν μὴ κενὸν ὄνομα φέρωμεν· μόρῳωσιν μὲν εὐσεβείας ἔχοντες· τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. Τοιγαροῦν ὥσπερ ἐν ἰατρείῳ ὅτι ἕκαστος πρὸς τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν τὸ φάρμακον ἐκλέγεται, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμεῖς, πρὸς τοὺς ὁμοταγεῖς ἀποβλέποντες, ἐντεῦθεν ποριζώμεθα ἕκαστος τὸ ὠφέλιμον. Τοίνυν ἐγὼ ὁ ἄναξιος, πρὸς τοὺς ἀξιοθέως ποιμάναντας· ὁ οἰκονόμος πρὸς τοὺς πιστῶς καὶ φρονίμως οἰκονομήσαντας· ὁ κελλαρίτης, πρὸς τοὺς εὐδιακρίτως καὶ εὐσυνειδότως κελλαρεύσαντας· οὕτως ὁ κανονάρχος καὶ ξενοδόκος· οὕτως ὁ ὀψοποιὸς καὶ ὁ ἀριστητάριος· οὕτως ἕκαστος ἐν τῇ ἑκάστῃ διακονίᾳ ταττόμενος. Ἔχομεν γὰρ, εἰ βουλοίμεθα, τὰ παραδείγματα. Μήτις οὖν ἐπὶ πάσῃ παρακοῇ, ἀλλ' ἐκ πρώτης κλήσεως ἡ ἀπάντησις· τὸ γὰρ λέγειν· Μικρὸν καὶ πάρειμι· καὶ τοῦτο ἐπὶ τοῦ οἰκονόμου, τῶν ὑπευθύνων τέ ἐστι καὶ κατακρίτων· μήτις παραίτησις διακονίας· ἀλλὰ μέχρι θανάτου ἡ εὐπείθεια· τοῦτο γὰρ ἡ μοναχικὴ τελειότης· μήτις μεμψίμοιρος, τὸν τῇδε τόπον καταιτιώμενος, ὡς οὐκ ἔχοντα τοῦτο κἀκεῖνο. Ὁ γὰρ τοιοῦτος ὑπόδικός ἐστι τῷ κρίματι τῶν γογγυσάντων ἐν τῇ ἐρήμῳ· ὧν ἐξαίσιος ὁ ὄλεθρος· ἀλλά τινες ταῦτα, οἱ ἀπαίδευτοι, οἱ ἀκαρτέρητοι, καὶ ταῖς φρεσὶ νηπιάζοντες, οἷς τὸ ἀναπνεῖν τὸν ἀέρα οὐκ ἄξιον, μὴ ὅτιγε τοσούτων ἀπολαύειν ἀναπαύσεων. Πλὴν ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ἡμῶν καὶ τοὺς ἄφρονας σωφρονήσειε, καὶ τοὺς πεπαιδεύμενους ἔτι συνετίσειε, καὶ πάντας σώσειε εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A gamus eorum, quantum possumus, recte facta, ne cassum nomen geramus, deformatione prædicti pietatis, vim et potestatem negantes. Igitur ut in officina suis quisque morbis medicinam deligit, ita sane et nos in suos singuli tanquam gentiles intuentes quæstum inde contrahamus. Ego hic indignus in Dei instar pastores, œconomus in œconomia fideliter prudenterque functos, promus-condus in eos qui discrete ac sincere id exsecuti sunt munus: ad eumdem modum canonarcha, hospes, obsonator, structor, singuli in singula officia descripti. Exempla quidem certe, si volumus, habemus. Ergo ne qua in quoquam contumacia sit, quin ad primam inclamationem accurrito (quippe dicere: Mane venio, præsertim œconomo, non ca-
B ret culpa et flagitio), ne qua officii detrectatio, sed vel in necem sequacitas (id est enim monastica perfectio), ne quis querulus locum hunc incuset, ut hæc illaque non habentem. Nam hic crimine tenetur eorum, qui in solitudine murmurantes fœde periere [85]. At ea quinam? indocti, impatientes, mente pueri, indigni qui vel aerem ducant: tantum abest ut his commodis fruantur. Verum clemens Deus tum erudiat amentes, tum augeat prudentia catos, omnesque in suum cœleste regnum conservet per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre ac Sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XLII.

In Chrysostomi ac S. Ephræmi memoriam. Nihil beatum in humanis præter virtutem, quæ sola beatitudine digna est.

Fratres Patresque, hominum plerique opes, plerique potentiam, plerique delicias, plerique voluptatem beatam prædicant. Quorum beatum est nihil: siquidem haud permanent æterna, sed cum ævo hoc intereunt. Quin multis ne hic quidem suffecere, visaque sunt simul, et instar somnii possessorem fugere. Sola digna est beatitudine virtus, quæ et immortalis habeatur et se obtinentes beatos præbeat.

Nam obeamus animo quot ab ævo præpotentes ac delicatuli fuere, quorum nullius exstet cum laude memoria: cæterum virtute præditorum in-
D exstincta gloria est. Evidens id est ex iis quæ actitemus: heri beatum Chrysostomum celebravimus: hodie prælustrem Ephræmum, cras alium e sanctis, ac sic in annum ceu luminaria coorti sub festa, in laudes ora omnium solvunt, nostrisque ad Deum gressibus præluceunt. Vera hæc igitur sacra sententia est: *Quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut ipse sit primoge-*
C *nitus in multis fratribus; quos autem prædestinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et justificavit; quos autem justificavit, illos et glorificavit* [84]. Quid ergo ad hæc dicimus? num vocationis ejus et honoris sumus exsortes? Nequaquam: quin est et nihil nobis cum crucigera vita, tum beatitatis honorarium: quippe obimus in hanc horam pro Christo discrimen, præter superiores egregiæ confessionis triumphos. O admirandam virtutem! qualia suis cultoribus largitur? Atque hæc indidem sane: quid vero in futuro sæculo? Ecquæ eam beatitudinem et adoream exsequatur oratio? de qua ait Dominus: *Tunc justi fulgebunt sicut sol* [85]; nam quia is sol justitiæ est, justos quoque, ceu sibi conformes, instar solis micaturos promisit. *Si tamen*
D *compatimur*, inquit, *ut et conglorificemur* [86]; idemque alibi: *Pater, quos dedisti mihi volo ut ubi sum ego et illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi* [87]. Videtin' quo abibimus? Ubi Christus est, ad Dei dextram considens, ubi gaudium, et ovatio, ubi angelorum tripudia, ac cœtus eorum, qui in cœlos principes sunt conscripti, ubi gentiles, nostri fratres patresque, eo mox abeundum, gavi-

[85] Num. xvi, 1. [84] Rom. viii, 30. [85] Matth. xiii, 43. [86] Rom. viii, 17. [87] Joan. xvii, 24.

Digitized by Google

suris in eo, *qui in virtute sua dominatur in æternum*, uti canit beatus David [88], non centenis, nec millenariis annis, sed perpetuis sæculis, ac finem non habentibus. Ad hæc quis idoneus? Quis? qui diem omnem, horamque vigilat intentus, ne animo dormitet: nam dormitabundis, ceu feræ, ingruunt vitia, et animum prensant. Cæterum quandiu pro statione excubemus, non prædatur latro, nec serpens rapit. Quamobrem vigilandum est, ac quæ dixi contemplanda, neque non quæ contrariis e contrario condicta supplicia sunt, ignis inexstinctus, tenebræ extimæ, vermis immortalis, et quæ alia sunt, quo his implexi ac distenti cogitatis, hostiles laqueos evadamus, nulloque contracto crimine hinc profecti, cœleste regnum consequamur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XLIII.

In sanctum Antonium, et martyrem Thaddæum. De divina liberalitate, vitaque ineunda Dei illice ac formosa.

Fratres Patresque, semper Dei liberalitate fruentes, semper ei quoque agamus gratias oportet, mente fervida, et qua par est acrimonia, quo auctiorem ejus benevolentiam paremus. Vide enim sis quale hoc præsens beneficium est: an non Agarenorum metu sedibus extorres, in quo sumus abjecti loco, velut in solitudine, pavit, idque complures dies? an non hic instaurationi fenestram patefecit; ubi ædes augusta, domicilia venusta, atque hic a quo sumus excepti, suffragatur frater? Ut in nos ingens clementis Dei procuratio sit: nam quid fieri oportuit, neque factum est? Sub fugam panes, vina, pisces, cætera necessaria profudit, ac plus necessariis etiam, ut stupori essemus spectantibus. Pro quibus nauci quisque nostrum non damnas modo est agere grates, sed animam quoque in necem dedere: itaque, cohortor, acriorem ejus amorem inflammemus, toti cum eo cohærescamus, vicem gratissimam reddamus (11). Quamnam? vitæ hic institutum quoque venerando ejus nomini gloriosum et illustre, hoc comprobando effato: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est* [89].

Quin Apostoli hæc alicubi est sententia: *Deo gratias qui semper triumphat nos in Christo, et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo iis qui salvi fiunt, et in iis qui pereunt* [90]. Viden' ut Dei fragrantia sit virtute præditus, ubicunque locorum versetur? neque enim fas est virtutem tegi, quin eam consectatus passim innotescat, scriptumque est: *Non potest civitas abscondi supra montem posita* [91]. Ergo civitas est animus, mons culmen virtutum: quo qui conscendere, ceu luminaria fulgent in orbem, vitæ instar habentes, mea in Christi diem gloria. Hunc nos, fratres, sacrum montem conscendamus quoque: quem superare nequeamus, ni his inferis primum relictis, id est, carnis animique libidinibus, atque hic vitæ peditis voluptatibus, quorum fuga virtutis est assensus. Quamobrem mens februator a sordidis cogitatis, oculus rite intueri eruditor, auris flagitiosæ auditioni clauditor, lingua futire coercetor, manus retrahitor a contrectandis quæ minime decet, pes dirigitor in concordiæ pacisque viam, cuncta ad ambitionem Christianam membra instituuntor, ac consecrantor: nam ambitiosus vel maxime est Christus animi vitiis purgati. Quippe hic inferus præstantem corpore, cœli Rex Deusque, Spiritu scitum legit et amplectitur, quantumvis facie pannosa, cæcum, exuccum, claudum, aliisque cunctis præditum, quæ fœda hominibus apparent. Hinc ignobiles nobiles, inglorii gloriosi, inopes opulenti; hinc beati apostoli e piscatoribus terrarum orbis principes; hinc sanctus Antonius, qui illiteratus foret, doctis doctior; hinc, ut affiniore utar exemplo, Thaddæus noster e Scythicis natalibus, ac servitutis jugo, uti nostis, ad confessionis Christianæ fastigium evasit, mundoque factus conspicuus est. O infandam clementis Dei humanitatem! quam facilem nobis ad se ingressum præbuit! siquidem non perductor opus est, non pecuniæ, non humana ulla temeritas, sed adhibenda solum voluntas, omnisque confecta res est; nam penes quemvis, qui quidem velit, bonum est qua parvum, qua magnum, qua doctum, qua indoctum, quemadmodum et penes cernere volentem sole frui. Ergo vis in cœlis præstare? arripe hic extremas. Vis Dei filius vocari? animum a vitiis tranquilla. Vis Dei oculis collustrari? serva justitiam. Cæterum ad hæc quis idoneus? Quis? pernix arripere disciplinam, exsequi justitiam, opes eogere divinas. Sed fas sit et nobis, pari studio vitalibus obitis præceptis, cœleste regnum cum sanctis omnibus inire per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper in omnemque perpetuitatem Amen.

SERMO XLIV.

Ne quid in fratres per favorem obeatur, aut ab œconomo, aut quovis alio, in officio sibi credito, sed benevole et amice, quo semper laudetur Deus.

Fratres Patresque, forsan contristavit vos superior catechesis, qua proscidi frequentes. Quamquam id expedit quoque, nam secundum Deum tristitia gaudium molitur, et benevola verberatio revocat ad officium, atque hoc denique Apostoli dictum probatur, *Per arma justitiæ a dextris et*

[88] Psal. LXV, 7. [89] Matth. V 16. [90] II Cor. II, 14. [91] Matth. V, 14.

(11) Tale aliquid deest in Græco.

Digitized by Google

a sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam[92], utrisque enim regimur, ac pati utraque necesse est, neque aut frangi laudibus, aut reprehensione concidere. Enimvero rursum me ad eumdem sermonem confero. Quid hoc scilicet? oportere ministrantem, æque ac cui ministretur, sollicitum esse in ministerio (œconomum, inquam, vicarium, cellarium, obsonatorem, structorem, et qui alii in ministerio positi sunt) ne sub ejus sententiæ exsecrationem cadat: *Maledictus qui facit opera Domini negligenter*[93], quin potius hanc Dominicam commendationem mereatur: *Quis, putas, est fidelis servus, et prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? beatus ille servus, quem, cum venerit dominus ejus, invenerit sic facientem, amen dico vobis quoniam super omnia bona sua constituet eum*[94]. Viden' quem, quantumque honorem tribuat probe ministranti? igitur et maligne ministranti contrarium judicium irrogabit. Eam ob rem vos cohortor, fratres, quod cuique officium creditum est, integre tuetor, unde et concelebret Deum, et salutem sibi quærat. Œconomus quæ corpus postulat tribuito, suum cuique impertiens, non delectu ac per favorem quid agens, sed benevole et amice. Cellarius videto ut cibos in fratrum commune paret sincero instaurationis eorum desiderio, neu quid neglectum habeat, aut corruptum in cellario. Obsonator conscientiam servato in jure, ac condimentis, ut officium ad Deum referens. Structor mensam tergito, et ministrarios urceos, fratribus ceu Deo ministrans. Ad eumdem modum alii aliis obeundis ministeriis. Neque hæc dico, ut quibus ministratur instigem in ministros: quin ut, in quo quisque est vocatus, officio satisfaciat, Deum respectans, a quo mercedem præstoletur. An non et nauci hic ego procurationem sum sortitus, ac pol maximam? Ergo ut me convenit pro animis vestris sollicite vigilantem unumquemque et privatim, et publice hortari, Deique jus, et æquum, ac ingruentem mucronem promulgare, ita vestrum sit quoque ministeria impigros obire. At flamus, fratres, magis magisque unum corpus, unaque mens, ut in unam spem acciti et vocati, mutuo adamantes, ceu mutua membra, mutuo sustinentes, mutuo amplexi, mutua onera portantes, neu committamus ut mutando consilio decursum ignave tempus sub exitum revocemus, quin simus perpetuo parati, procincti, in spem arrepti, sinceri, inculpati, ut cum bona conscientia hinc profecti cœleste regnum nanciscamur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XLV.

Fratrum tumultuatorum reprehensio, ac monitoria de modestia doctrina.

Fratres Patresque, paulum a vobis peregrinati, et iterum reversi, tumultuatos offendimus (nam oportet et in publicum patefieri), tantaque insolentia, ut quidam manus extenderint, ac alter alterum atrociter prehensarint, nec citra iram et clamorem.

Enimvero de altero minus est novitium, quippe laico, ac nondum in hanc civitatem censo; de altero impendio mirum, monachum, mundo crucifixum, carne præditum quasi quibusdam clavis suffixa, id flagitium fecisse. Ergon' te, frater, de cruce esse degressum? ergon' clavis exsolutum Judaice Christo manus intulisse? nam, *Qui fecit*, inquit, *uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecit*[95]. Non te hæc testatum timuisset? Non spectatores fratres et hospites refugisse? *Sic luceat*, ait, *lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est*[96]. Tu ei contra hoc tuo scelere tenebras effudisti, ut per te Dei nomen contumeliis laceratum sit.

Heu me sontem! ad quod vitæ fastigium vocati, quo descendimus, pari indignitate vitiosis laicis suscepta! Etenim quod ille pugnam occepit, inquit. Hanc non audiisti herum ministro dicentem, qui pugnum ingessisset, *Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis*[97]? et in patibulo rursum: *Pater, dimitte illis peccatum: non enim sciunt quid faciunt*[98]. Quo exemplo debebas et opprobriis petitus collaudare, et pulsatus deprecari, et vexatus contumelia blandiri: at tu bonum minime imitatus, videsis cujus effectus es simulacrum. Hæccine est catecheseon præmonitio? hoc Apostoli scitum, et edictum: *Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a vobis, cum omni malitia*[99], ut et manus consereretis, et crines carperetis, et alter alteri fauces angeretis? Dei quidem calcata lex est, et *argentum nequidquam*, ut vaticinis utar verbis, *argentarius cudit*[1], frustraque infelix, ac sine fruge laboro.

Sed tamen nec sic absistam quin meas partes exsequar, præsertim nec paucos habens serio audientes. Unde igitur ei immodestiæ causa? necesse est enim crimen non incessere solum, sed etiam medicinam ostendere. Sane hæc sons molita conscientia est fastus animi, prava immeditatio: Si id, ait, mihi dicet, hoc respondero; si id faciet, par fecero. Deinde ex incidente quopiam prætextu irritatione coorta, ibi tum quæ intus sunt consilia agitata prodimus in apertum: nam hæc ejus explorata sententia est: *Ex abundantia cordis os loquitur: bonus homo de bono thesauro profert bona, et malus*

[92] II Cor. VI, 7. [93] Jerem. XLVIII, 16. [94] Matth. XXIV, 45-47. [95] Matth. XXV, 40. [96] Matth. V, 16. [97] Joan. XVIII, 23. [98] Luc. XXIII, 34. [99] Ephes. IV, 31. [1] Jerem. VI, 30.

Digitized by Google

homo de malo thesauro profert mala [2]. Itaque sit animus nobis bonorum consiliorum thesaurus, ac non modo non proferemus mala, aut pugnabimus, quin dextram ferienti malam præbebimus et sinistram [3], aliaque cuncta ex evangelico præcepto feremus. Sed *cur te is perditum, Israelis genus* [4]? haud abs re hic dicamus quoque, qui de die in diem vitam trahimus segnem, et sine fruge, ligurire ac permadere equidem sciti et oppido laudati? Ergo haud muniamur quo minus acerbemur, præfuramus, irascamur, clamemus, unde tanquam tela injuriæ proferantur, atque his etiam graviora? En edico equidem vobis sub instauratore omnium Deo, ac Jesu Christo, qui egregiæ confessionis coram Pontio Pilato testimonium peregit, *Servatote præceptum*, ut vociferatur Apostolus, *sine macula, irreprehensibile* [5], ne me adigatis atroces in vos pœnas statuere; quin gravitate ac modestia præditi, et me sontem oblectetis, et Deum procuretis, æternis bonis fruituri Domini nostri Jesu Christi liberalitate atque beneficio, cui gloria, et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XLVI.

In pugnatores. De pace ac mansuetudine, comitateque et virginitate.

Fratres Patresque, nec me alloquii salubris, nec vos frugi auditionis satietas capiat necesse est; sed utrique ad utrumvis sic animemur, ut aquam haurire scientes. Atque id est argumentum profectus, hæc occasio salutis; sternunt enim ad res viam sermones, honesti ad honestas, contrarii ad contrarias. Igitur qui agere honesta cupiamus, honestis sermonibus ac probis contuberniis utamur, ne aberremus ab officio: quod Apostolus docens scribit in hæc verba: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus, ad ædificationem frugi et utilis, ut det gratiam audientibus, et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis* [6]. Et rursum: *Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a vobis, cum omni malitia: estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem; sicut et Deus in Christo donavit nobis* [7].

Videtis quid edicat? quæ accuratio præcepti? Et quos alloquens vero? non monachos, sed omnino omnes mundanos. In monachos quidem hæc quadrent: *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt, cum vitiis et concupiscentiis* [8], ceu scelerato facinori inagiles. Quæ cum ita sint, viderint nunc pugnatores quo supplicio sint digni, qui non pugnarint modo, sed invicem manus quoque injecerint. Ten' adhuc laicis accensum in monachum involasse? ten' ausum qui monachus sis, obedientiæ, ut sic dicam, candidato fustem illidere? Itaque non monachus es, sed monomachus; non exercere, sed latrocinare; non pacis, sed iræ filius es.

Scilicet non ex injuriis profecta vulnera, et vulnerum asseclæ neces? Ergo hoc suscepto scelere, quibus convenit pœnis subjicientur, ne in pejus provehantur. Cæterum vos, charissimi fratres, ceu discipuli mansueti, ac pacem largientes heri, placide mansueteque degite, pacem amplexi cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua Deum contuebitur nullus, maxime reveriti Dominicum corpus atque sanguinem, quo simus potiti. Quamobrem, ne qui imbutus animus est sine macula donis, tumultibus, insania, fœdis desideriis imbuitor; neu os, immortali hausto fonte, sordidos sermones, ac cloacas inanes edito; neu oculi, augusto sanguine piati, efferum cernunto, et aspectus meretricios fingunto; neu manus, sacris contractis opibus, quæ nefas sit attrectato; quin cuncta membra proinde ac Christi membra custodiuntor atque servantor. Equidem cum virtus ardua omnis summique voti est acquirere, tum virginitatis instar nulla est: nam hæc illa est quæ jam olim in pomario reluxit, prius quam decessoribus a serpente oblata fraus est, et Christi effecta Mater, et angelos ex hominibus molita est: quippe matrimonii et origo hæc extremum, corruptela est; et virginitas mundum ad immortalitatem surrigit.

At qui eam paremus? dicat quispiam. Qui aliter censent nisi laboribus mille ac sudoribus? ubi est enim ingens perfunctio, studium quoque opus est summum. Quocirca ut irruentes acutus ensis concidat, ad eumdem modum et animus Dei timore quasi quodam fabrefactus igne, et aqua temperatus lacrymarum, diabolica sensa obtruncato, prædæque habeto: sin accidat obtundi, rursum temperator, cædendis non mille solum, quin decem millibus quoque, uti est in Davidem jactatum: siquidem multi qui nos e sublimi oppugnent, milleque instructa in nos acie nequam spiritus: quibus objicere se ad extremum, Christi militem ac vere luculentum victorem probat. Sed divina misericordia et consceleratis venia contingat, et nobis, qui rite currimus ad cuncta Dei præcepta exsequenda, insuper alacritas, regnum adepturis cœleste per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XLVII

Permittendum non esse ut pravæ in nobis cogitationes resideant, ac de non pulsando

Fratres Patresque, nihil agimus magnum, postridie Sabbati bis terve vos alloquentes, quin si fas foret vel quotidie factitare, præberet id non exiguum commodum: etenim quotidie omnes labimur, interque nos cohortationem vicissim, atque adjumentum requirimus, quo surrigamur, et in priorem revertamur statum: nam equidem status est virtus, ab eaque declinatio vitium est atque nominatur.

Jam id gravissimum quisque, ac projectissima

[2] Matth. XII, 34. [3] Matth. V, 39. [4] Ezech XXXIII, 11. [5] I Tim. VI, 14. [6] Ephes. IV, 29, 30. [7] ibid. 31, 32 [8] Galat. V, 24.

Digitized by Google

vita scelus censeat, actione defungi; puta stupro, adulterio, libidine, fœditate, et quæ alia sunt flagitia, quorum et permolesta lex est; at diligens, et accuratus, nec deformationes animi turpes, ac quæ hinc corpori titillatio quæritur, insontes habet, cunctaque satagit abolere, et a noxiis affectibus quietem ducere : quod est pacem habere cum Deo per Christum Jesum Dominum nostrum [9], ut Apostolus loquitur.

In qua animus collocatus, vehemente gaudio ac voluptate inexsaturabili fruitur, Dei notionibus inerrans, et infandæ majestatis contemplationi penitus immersus, ut sui obliviscatur quoque, sin eo statu demotus, brutis desideriis trahatur, tunditur, jactaturque, ut a fluctuante mari agitata navis, ac ni opifer instet Deus, et naufragium patiatur.

Itaque danda est opera, fratres, ne residere in nobis pravas cogitationes sinamus, sed evellamus radicitus : siquidem nactus serpens inspectandi locum, ac paulatim subeundi, plane haud absistit ni mortem pepererit. Ergo ait Scriptura : *Hic tibi tuebitur calces* [10], id est, actionis finem et extremum, *tu ei caput*, hoc est cogitationis incursum. Igitur obsistamus deinceps animose incursibus, palantesque, cogitationes prædemur, et salsum quasi quoddam peccati mare dividamus; quo cum Davide nos quoque dicere queamus, *Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium* [11]. Cæterum non id vitium duntaxat animum conturbat et evertit, quin vel maxime furor : nam, *Turbatus est*, inquit, *a furore oculus meus* [12]; et : *Furor illis secundum similitudinem serpentis* [13], et, *Furor insinuamentum stabulatur* [14], et, *Impetus furoris ejus ruina est ei* [15]. Qui unde nascitur nisi ex arroganti ac contempore sensu, qui se aliquid arbitretur, atque in subditum ferociat? quippe animi submissus, herum imitatus, lenis et sedatus est, non contendens neque clamans. Ac si quid accidat, magis fert injuriam quam infert, feritur, non refert. At quibus de agitur, non solum furiose contumeliis certant, sed pulsare audent quoque, et pol habitu conjunctos fratres; tum incusati de temeritate, respondent nequaquam se Canone teneri, postquam, inquiunt, non per nos, sed per alios pulsavimus, advocata in sceleris patrocinium e Scala sententiola, qui non videant coactum esse eum sermonem, et æqui exsortem. Ipse id adeo ostendit Pater, Apostoli verba suggerens, atque hæc scribens : *Argue, increpa, obsecra* [16], non etiam pulsa. Quapropter si haud pulsare jussit, quis addere aut demere ausit de editione apostolica? Præterea si non per se, sed per alium pulsare liberat culpa, omnes cædis crimine tyranni absolvuntor, qui non per se, sed per suos lictores, vates ac martyres peremere, nec jam ullus dixerit, Illic et ille supplicio hunc et illum affecere, sed lictores edere vestiget, quod oppido est insulsum. Jam qui apostolici canonis edictum negligetur, episcopum, aut sacerdotem, aut diaconum pulsantes seu fideles scelerate, seu infideles per injuriam, abdicari jubens? An fugit, scilicet, sanctum Spiritum recordari per alium verberis? Sed apagesis has nugas ab iisque qui pecuniis sint (12) creati, exemplum capiat oratio. Ecquid qui non per se, sed per alienas manus seu acceperint, seu dederint, canonicam effugiunt abdicationem? Minime gentium. Idem hic quoque de furoris fœtu habendum censendumque est, quem tolli ex animis sit necesse, æque ac pravam cupidinem, nec dextra sinistrave, sed via regia, id est evangelicis et apostolicis legibus, sit grassandum; ita enim sanctorum vestigiis obeuntes, in vitam cum iis æternam occurremus per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XLVIII.

De obedientia, et concordia, atque pace.

Fratres Patresque, rursum accingor ad sermonem, maxime qui Apostolum audiam dicentem, *Attende tibi et doctrinæ, hoc enim faciens, et teipsum salvum facies, et eos qui te audiunt* [17], itaque fari me necesse est, vos autem aures præbere, ac quæ sitis edocti in opus deducere.

Quid igitur nunc sumus dicturi? De vita nostra corporali, qui, etsi in exsilio, tamen cœnobiace degamus, non unus alterve, sed complures in simul.

Ac cum cœnobii commoda et opes non habemus, tum labores allucramur; nam juges commeant fratres, patresque, et hospites amici, atque pauperes, quibus omnibus occurrere ac satisfacere, neque exigui spiritus est, nec minimæ molestiæ.

Prudens ergo ac vigil œconomus sit oportet, ceu Dei œconomus, quanquam id profuturum est nihil, si non vicarium quoque habebit collegam et concordem, hic cellarium sequacem, cellarius adjutantem se obsonatorem, cæterosque cæteri consentaneos. Scilicet ut uno in corpore multa insunt membra, quæ invicem omnia procurant, seu unum laboret, cunctis condolentibus, seu cohonestetur, cunctis gratulantibus : haud secus in hac republica quoque, ni eadem ratio servetur, non cœnobium sit, non pax et concordia, sed tumultus ac dissidium. Quæ cum ita sint, qui audet quisquam ex libidine moveri, aut jam lucente die privato studio vel opificio vacare, neque ad bonum publicum prodit? Qui inducit animum advocatus operi negare, neque se vel in iis quæ vires superent præbere, sane non se is gerit subditum, nec fratrem, sed

[9] Rom. v, 1. [10] Gen. v, 15. [11] Ps. LXV, 12. [12] Psal. VI, 8. [13] Psal. LVII, 5. [14] Eccle. VII, 10. [15] Eccli. XXVII, 33. [16] II Tim. IV, 2. [17] I Tim. IV, 16.

(12) Id est, dignitates ecclesiasticas adepti.

Digitized by Google

hospitem. Etsi id autem contigit, saltem deinceps cavetote, ne qui deprendetur immodestiæ pœnas expetat. Non auditis quid Apostolus edicat? *Estote invicem benigni, misericordes, donantes invicem sicut et Deus donavit nobis*[18]. Quamobrem demus operam nos quoque vicissim, et alter alteri dederit, mutuis ferendis oneribus legem implentes Christianam[19], uti scriptum est. Admonui vos ante, et nunc jam admoneo, ne cogitationum frangamur æstu, quin cum sancti Spiritus lætitia vitæ quoddam exercitæ certamen peragamus, ducem ac perfectorem fidei Jesum respectantes, qui et precanti vota tribuat, et victoriam vincere volenti.

Nescitis ut jamjam repente accidit tempestas, restitutum de integro cœlum est? Idem in cogitationibus valet, paulum conturbant, et denuo abscedunt. Atque utinam iis plane haud capiamur! nam quidni pacem habemus in animis perennem? sed nequaquam fas est, postquam sub mutabilitatem subjecti nec diem permanemus iidem, nedum perpetuo.

Jam videsis mihi atrocitatem diaboli, siquidem instat repulsus, ac tenebræ eum sit, in angelum se quemdam lucidum diffingit, dolo nos intercipere volens. Verum facessat a nobis draco dicamusque, Non te, Christe, negamus, non beatam confessionem mentimur, non virginitatem prodimus, non generositatem projicimus, neque enim estis nescii, fratres, e quibus in quæ recidimus. An non e sordibus in majestatem, ex ignoratione in scientiam, ex ignominia in gloriam, additaque ratio, scientia, laus est, ac manus et oris dexteritas? equidem vere auro contra pretiosiores estis pro aurea vestra obedientia, filii. Ecquid ergo opus est porro? patientia, nam *Patientia vobis necessaria est*, inquit, *ut voluntatem Dei facientes reportetis promissiones*[20]. Quasnam? ipse ait Dominus: *Vado parare vobis locum, et si abiero parare vobis locum, iterum venio et accipiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego et vos sitis. Et quo ego vado scitis, et viam scitis, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis*[21]. Quocirca hæc cogitantes, ac quæ sanctis ostendenda summa et ineffabilis gloria est, prospectantes, cuncta leniter feramus, seu esuriendum est, esuriamus; seu vapulandum, vapulemus; seu moriendum, moriamur, perennis vitæ hæreditatem adituri per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XLIX.

Sexto Excarnaliorum. De abstinentia, ac confessione quæ incumbat.

Fratres Patresque, præsentes dies plerique ferias appellant, per quos helluentur vinoque bacchentur, ignari abstinentiam eos profiteri carnium, non crapulæ, et ebrietatis functionem, nam id Græcarum feriarum proprium est, Christianorum, uti frugalitate, nec corporis pro libidinibus curam gerere[22], quemadmodum Apostolus docet. Sed agat sane ut lubet mundum quæ in legem abierit insania, nos intemperantiam, fratres, vel in eis quæ jam vesci est permissum fugiamus, scientes eam peccati esse matrem. Etenim decessor noster Adamus, quandiu ab interdicto esu se abstinebat in pomario, lætabatur ac ovabat, mactus divinis obtutibus et intuitis; victoque incontinentia vetita arbore percepta, extemplo pomarii deliciis proscripto mortis genitrix intemperantia facta est.

Sodomitæ quoque perditi præ cupediarum affluentia luxu, iram in se contraxere Dei, sulphure ignique obruti. Nec non et Esau ille exosus, avaris oculis inescatus, pauxillo edulii prærogativam vendidit ætatis. Quin Dei populus cibo potuque capiendo sedere, ac surrexere ludere. Neque his diversa sunt quæ per hos dies factitantur, comessationes, ebrietas, clamores, diabolica tripudia, quæ non interdiu solum obeantur, sed magnam quoque partem exigant noctis. Tantum intemperantia malum est per quam in orbem mors invasit, ut habendæ sint nobis Deo gratiæ, qui ab inani eo instituto assertos in hanc felicem transtulit vitam, in qua non intemperantia agitetur, sed moderatio; nec ebrietas, sed sobrietas; nec turbæ, sed pax; nec tumultus, sed quies; nec turpiloquium, sed gratulatio; nec flagitium, sed castitas, ac sanctimonia, et integritas. Ex hac divini nostri prodiere Patres, qui Deo duce vitia calcavere, dæmones fugavere, cum angelis certavere, prodigia edidere, cœlestem gloriam peperere, mundo admirationi fuere: quorum unus est beatus Antonius, cujus vitam legimus, ac quemadmodum a Deo in hoc eis cœlum completu sit evectus perspeximus, ut terræ quoque reges magnum ducerent ad eum scribere, scriptamque ejus adire vocem. Horum nunc nos quoque beatorum vitam sequimur, imitarique probat monastica perfectio, mundi despectus, patriæ, generis, amicorum, patrimonii repudium, subjectio, morigeratio, præsens confessio, oh quam capite fortunisque oppetimur. Quamobrem gaudeamus, et invicem gratulemur, quod hæc nobis largitus Deus est, ac vitam agimus spiritalem, in qua liceat, si velimus, quotidie feriari, et gaudio sine fine potiri. Itaque, cohortor, tum studium hoc nostrum monasticum, tum confessionem firmiter tueamur: nam sparsa equidem fama est imminere rebus nostris imperatorem, ac mirum ni veniet repente apparitor regius. Verum ne consternemur rumore, quod si a nobis Deus est, quis contra nos? Scilicet qui ante opitulatus est, non opituletur et imposterum? tantum stemus animose, tantum circumspecte caveamus, viresque ipse præbebit, qui ex ejus voluntate vita ad extremum perfuncti cœleste regnum consequamur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

[18] Ephes. IV, 32. [19] Galat. VI, 2. [20] Hebr. X, 36. [21] Joan. XIV, 2, 4. [22] Rom. XIII, 1 seqq.

Digitized by Google

SERMO L.

Dominica Excarnaliorum. De magno et illustri Domini nostri Jesu Christi die. Extremis Excarnalibus dictus.

Fratres Patresque, lex est universalis hodierno die mundanos esu carnium defungi, magnumque in iis voracitatis ac bibacitatis certamen videas agitari, nec non et fœda ludicrorum spectacula, quæ vel referre turpe est; ac quos par erat frugaliter uti, et de præsentibus Deo gratulari, seseque ad imminens convivium, ut meretur, comparare, diabolicis acti fraudibus, alia omnia faciunt, alium se excepturos pro alio demonstrantes. Quorsum hæc autem mihi dicuntur? ut ne eodem nos quoque inopes monachi mentem dimittamus, neu eorum desiderio ducamur, quod nequaquam dignum sit desiderio, sed planctu; quin oculis in Evangelio, quod hodie sit audiendum, defixis, de quo et cantatus Canon est, magnum et illustre Domini nostri Jesu Christi adventus diem cogitemus, qua judex ovibus dextra, hædis sinistra collocatis, illos hac felice et optatissima voce compellabit: *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi* [23], his diram ac tristissimam eam sententiam loquetur: *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus* [23*]. Hæc horrore sunt, medius fidius, et pavore, ac consternatione plena: quæ nos juxta atque illos oportet reputantes accidere et allacrymari.

Deumque propitium parare, priusquam ad experientiam sit deventum rerum quæ audiantur. Ac cum sic obeant illi, nos, cohortor, Evangelica præconia pernices audiamus, timide atque trepide Deo servire satagentes, cuncta ex animo vitiositate remota; omnique invicem præclaræ functionis inducta scientia, penita misericordia, benignitate, submissione, mansuetudine, lenitate, seu quid aliud est eximium et laudatum, quo digna obita Christi Evangelio vita cœleste regnum erciscamur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria, et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LI.

Quarto Tyrophagiorum. De fiducia atque in præsenti periculo constantia.

Fratres Patresque, institueram hodie de continentia disserere, postquam in foribus S. Quadragesima est: sed quæ rumoribus jactantur nequaquam id agere permittunt, mente ac sermocinatione alio traducta: jam enim vobis edixi superiore Catechesi imminere rebus nostris imperatorem, et nunc aiunt per Nicomedem minas intentare.

Quibus si occurremus egregie, omnino haud sustinebit. Sed efficiat sane quod animum induxit, quid tum? postea scilicet rursum oppugnari rursum est coronari, ac quo majores sunt ærumnæ, hoc sancti Spiritus major consolatio est: nam Apostoli hæc sunt verba: *Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra. Sive autem tribulamur, pro vestra consolatione et salute* (13), *quæ operatur in tolerantia earumdem passionum, quas et nos patimur, (et spes nostra firma est de vobis) sive consolamur, pro vestra consolatione et salute, scientes quod sicut socii passionum estis, sic eritis et consolationis* [24]. En iis verbis ostendit socios nos esse vicissim in solatiis et ærumnis, ceu unum corpus, unamque mentem, ut in unam spem quoque accitos ac vocatos. Quamobrem ne in posterum concidamus, fratres, neu doleamus, quin una omnes consurgamus, tanquam eximii Christi milites, arma ferentes non carnalia, sed Deipotentia, quæ arces evertant, id est prudentiam, fortitudinem, temperantiam, justitiam, Christi hic quoque exsecuti sententiam, *Cum persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam* [25]. Quo extorres ne quid esuri simus, bibiturive, aut amicturi curemus: ipse enim dixit: *Non te deseram, neque relinquam* [26], ut vel indidem fenestram sit aperturus, atque adjumento nobis in omnibus futurus. Ecquid non gaudeamus, his affecti promissis? non ovemus, qui Dominici simus discipuli? sic persecuti sunt et sanctos apostolos, quos Dominus affatur in hæc verba: *Beati estis cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me: gaudete in illa die, et exsultate* [27]: itaque gaudii sunt atque exsultationis præsentia, quæ inenarrabilem lætitiam, vitam perennem, ac sine fine regnum concilient: *In viam gentium ne abieritis*, ait, *et in civitates Samaritanorum ne intraveritis* [28], hoc accipiendum in hæreticos. Quapropter eorum neu ecclesias, neu domos ineamus, quin ubicunque pacis filius, semen pietatis est, eo divertamus, inibique versemur, uti et proximis temporibus; caveamus qui veritatem fingant, qui præfectos se dicant, neque sint, sed plani qui errent, et in errorem impellant, deludant ac deludantur, quorum justa damnatio est, tueamur consolidam fidem, tum integram vitam, alterutrum alterutro non lædentes, quin utrinque integri et perfecti. Quæ proposita confessio est, de Domini nostri Jesu Christi incarnatione ducitur, ut qui eum neget repræsentari pictura, neget et corporatum conspectum: idem est enim corporatum esse conspectum, ac repræsentari pictura. Qui sacram ejus imaginem non adoret, Dominum non adorat: inest scilicet in imagine princeps exemplar, atque in principe exemplari repræsentati cujusque imago elucet et adoratur.

Sin adorare se Iconomachi dicant, mentiuntur: nam, *Confitentur*, inquit, *se nosse Deum, factis au-*

[23] Matth. xxv, 34. [23*] ibid. 41. [24] II Cor. i, 5-7. [25] Matth. x, 23. [26] Josue i, 5. [27] Matth. v, 11. [28] Matth. x, 5.

(13) Paulo aliter hæc in Græcis vulgatis et Latino interprete leguntur. Nos auctoris citationem fideliter proposuimus.

Digitized by Google

tem negant [29]. Quare Christum nos ejusque imaginem, Deiparam ejusque imaginem, sanctos eorumque imagines adoremus; quam apostolicam doctrinam a sanctis Patribus acceptam vobis, filii fratresque, porro ceù depositum concedo, per sanctum Spiritum, qui inhabitat in vobis, illæsam et incorruptam conservandam. Quod superest, deprecamini pro nobis, ut ore reserando sermonem tribuat Deus, quo sermoni resistamus neu exspectationem frustremur, unaque vobiscum imminens certamen sine fraude obeamus, cunctis cœleste regnum adepturis per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LII.

De continentia ac comprecatione, habitus sexto Tyrophagiorum.

Fratres Patresque, vitam hanc nostram sæpe prædicans felicem, non id adulatione, quin veritate equidem facio, nec qui deplorare mundanos velim, sed qui alacriores vos cupiam reddere : nam et hodie scitis quæ in mundo gerantur, crapulæ ebrietas, comessationes, pocula, clamores, tripudia, ac quæ alia fanatica sunt. Maligni facinora, *quorum damnatio est*, quemadmodum scriptum est [30]. Cæterum nostra haud ejusmodi vita est, sed qualis? Deum noctes diesque laudamus ad præscriptam a sanctis Patribus legem, psalmodiam excipit psalmodia, lectionem lectio, comprecationem comprecatio, mens cogitationum magistra est, animus in meditandis divinis oraculis deditus, silentium agitatur tempestivum, colloquium competens, invicem servimus, invicem propugnamus, omniaque modo, et tanquam de menso reguntur. Sin corporale opus est solatium in festo, ne id absonum quidem : auditis enim quid Judæ herus imperet : *Quod facis fac citius : hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid dixerat ei : quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quod dixisset ei Jesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis ut aliquid daret* [31]. Viden' ut festi ac pauperum cura ducebantur? quod inopes nos quoque obire, ut videtis, animum inducimus. Sane agendæ Deo gratiæ, qui nos in hanc vitam dignatus conscribere est, non pro operum quæ fecimus meritis : siquidem nihil egimus in terris bonum, sed pro ejus misericordia gratuita vocatio est. Ut obstrictus sit unusquisque nostrum semper animi dicere contritus : Ecquis ego sum, Domine mi Deus, quæve patria domus, studio complectare? Atque hæc penes nos, quæ in mundo invenias rarius : nam nocti succedit dies in hujus sollicitudine ævi, opum fraudibus, cæterisque curis, ut vel respirare quis nequeat, alter alteri pauperiem facit, alius cum alio confligit, effusa sunt in terram, ut in vaticine loquar [32], stupra, furta, mendacia, diræ, aliaque quæ nec facile recenseam. Eaque cuncta memoria beatus Chrysostotomus complexus princeps censuit ægre quotam orbis terrarum partem servari : quæ equidem terribilis, sed tamen vera est oratio. Ut in ea sententia lugendum ac mœrendum ei sit, qui serio habeat sensum. Scilicet non fratres sumus inter nos omnes? non ex uno sanguine, eademque terra? Non vel jumentum cernens in præcipitium ferri, misericordia tangare? quo magis fratrum et confidelium? Hinc Apostolus crucis hostes Christianæ plorare [33], pro assiduo animi dolore comprecans [34]; hinc Jeremias Israelis stirpem lamentari variaque lamenta exarata relinquere; hinc magnus ille Moses Deum inclamare : *Si remittis, remitte sane hanc eis noxam; sin minus, dele me quoque e tuo libro* [35]. Sanctique eumdem cuncti affectum secuti, pro aliis deprecari. Ut nobis etiam, si assectari eos amamus, non res nostræ spectandæ modo sint, sed et pro mundo comprecandum, miseratione ductis eorum qui vitam agant perversam, qui hæresi teneantur, qui in errorem sint abducti, qui in ethnicis caligent, breviter, omnium mortalium, postquam jubet Apostolus *obsecrationes, et orationes fieri pro omnibus hominibus* [36] : ita enim nobis ipsis præ reliquis emolumentum quæramus, compuncti, habituque defuncti vitioso : quo et exsoluti perennem inire vitam mereamur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LIII.

Dominica Tyrophagiorum. De jejunio, et quemadmodum serii ac morigeri subditi verum jejunium sit propriæ excidium voluntatis.

Fratres Patresque, benignus Deus, qui vita imbutos ex anno in annum ductat, benevole ad hoc quoque jejunii tempus perduxit, in quo unusquisque piorum uti lubeat certet, alius in continentia deditus, duplam exigens triplamve, alius in privilegio, tantum tantillumve pervigilans, alius congeniculationi plus vacans, alius alteri cuiquam functioni, planeque ingens per hos sacros dies studium atque diligentiam cernas : cæterum qui morigeretur serio, sub obedientia positus, non definito ullo tempore, quin perpetuo idem obtinet certamen. Quodnam? nequaquam gerere se ex sua libidine, sed ducis regi deformatione : quod cum aliis cunctis studiis sublimius est, tum martyrii habeat diadema. Quanquam est et nobis mutatio ciborum, adgeniculandi contentio, ac psalmodiarum accessio, secundum traditionem ab origine descriptam. Itaque cohortor, jejuniorum munus læti capiamus, non mœstitiæ præferenda, quemadmodum docemur [37], sed cum animi hilaritate obeuntes, neu pravitate, detractione, ira, mal-

[29] Tit. I, 16. [30] Rom. III, 8. [31] Joan. XIII, 27-29. [32] Osee IV, 2. [33] Rom. IX, 2. [34] Rom. X, 1. [35] Exod. XXXII, 32. [36] I Tim. II, 1. * *Addidi lucis causa, neque enim sunt in Græco.* [37] Matth. VI, 16.

Digitized by Google

gnitate, invidia ducti, quin mutuam pacem et amorem agitantes, comes, morigeri, misericordiæ bonorumque fructuum pleni, quietem tempestivam trahentes (siquidem in contubernio inquies damnosa est), verba opportune facientes (quippe aliena frugi quiete muta), in primisque cogitationum magisterio invigilantes, qui nequaquam aperiamus vitiis fenestram, neu locum diabolo demus. *Si Spiritus*, ait, *potestatem habentis ascenderit super te locum non inveniat* [38]: ut lacessere inimicus queat, ingredi non item, nostrique ipsorum heri simus. Igitur ne diabolo fores pandamus, quin mentem undique, ceu Dei sponsam, muniamus cogitationum sagittis intactam et illæsam: nam sic domicilium Deo animus fiat, et audire mereamur: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [39]. Breviter: *Quæcunque sunt vera, quæcunque augusta, quæcunque justa, quæcunque casta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus*, ut Apostoli utar verbis, *hæc agite* [40], pacis vobiscum Deo futuro per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LIV.

De jejunio, vacuitateque libidinum, primis jejuniis dictus.

Fratres Patresque, Quadragesimæ tempus cum universo anno compositum simile est intempestuosi portus, quo confluentes cuncti mortales tranquillitate fruantur spiritali: neque enim monachis solum, quin laicis quoque, parvisque juxta ac magnis, præstitibus, subditis, regibus, sacerdotibus, omni generi et ætati hæc anni tempestas salutifera est.

Quippe urbes ac territoria magis supersedent rixis et tumultibus: subeuntque vicissim psalmodiæ, laudes, supplicia, preces: quibus clemens placatus Deus pace imbuit mentes, noxasque condonat, si ex animo sincero timide ei trepideque accidamus, et illacrymemur, promissa in posterum emendatione. Sed cum mundanis ecclesiastici censores agunto ex officio (egent namque ut in stadio currentes concertantium vocibus, sic jejunantes magistrorum solatio), equidem, venerandi, caput vobis impositus, vobiscum disseram, atque id breviter. Enimvero jejunium animi quædam renovatio est; ait enim sacer Apostolus: *Quantumvis qui foris est noster homo corrumpitur, tantum is qui intus est renovatur de die in diem* [41]. Quod si renovatur, proculdubio ad primigeniam pulchritudinem comitur, comptusque in amorem pellicit stipulatum in hæc verba: *Ego et Pater veniemus, et apud eum mansionem faciemus.* [42] Quamobrem si id jejunii beneficium est, ut Dei nos domicilium reddat, prælati id, fratres, suscipere debemus, nihil offensi victus tenuitate, scientes Dominum, qui splendide præbere posset, in solitudine aliquot millia pane et aqua accepisse: ut nihil dicam insolentiam alacritate lenitam citra molestiam futuram. Cæterum jejunium non cibis definitur modo, quin omni scelerum abstinentia, quemadmodum SS. Patres edixere. Quare abstineamus, cohortor, ignavia, segnitie, detrectatione, invidia, rixa, malignitate, studio nostri, ad privatam normam vivendi licentia, ac pol noxio insuper cupidine, siquidem et jejunantibus veterator imminet serpens. Sane, aspectu pulcher, atque esu jucundus erat qui me interfecit fructus, audimus dicentem. Ac videsis mihi ut pulchrum nominet non natura, sed aspectu: etenim quasi quis floridum rubro cortice tenens punicum, meram putredinem deprendat; ad eumdem modum voluptas quoque dulcedinem fingens inauditam, ilicet felle amarior tractata reperitur, præque omni ancipiti mucrone animum lancinans captum. Id adeo passus est prædecessor Adamus, ab serpente inescatus, qui simul interdictum attigit cibum, mortem invenit pro vita. idemque cuncti exinde hactenus sunt experti, quos in fraudem impulit draco. Scilicet quemadmodum tenebrosus ipse in angelum se lucidum diffingit, ita sane et malum bono, amarum dulci, cæcum splendido, fœdum venusto, mortiferum vitali commutare et convertere novit, atque hinc sceleratus minime cessat mundum assidue deludere. Verum nos, fratres, nequaquam variis iis fraudibus in diversum feramur, neu idem patiamur quod aves, quæ in objectam avide escam ruentes, laqueo inhærent aucupis, quin reductis vitiorum involucris, sagaciter merum scelus dispectemus, ac refugiamus serio. Neque non expediti simus ad psalmodias pro tempore, prompti ad laudationes, assidui in lectionibus, congeniculantes in horas pro modulo, exercentes munificia (siquidem honestum laborare est, nec dignus habitus est qui non laboret cibum capere), mutua onera ferentes, quandoquidem hic imbellis, robustus ille est, cibo, potu, aliisque paratis necessariis, ne in perditis æmulemur, sed in honestis; ad extremum invicem benevoli, liberales, comes, morigeri, misericordiæ bonorumque fructuum pleni. Ac Dei equidem pax, quæ omne superat ingenium [43], mentes animosque muniat vestros, quo cum insontes principem nunc Resurrectionis diem prævertatis, tum in futuro sæculo, cum redivivi consurgemus, cœleste regnum adeatis per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LV.

Primæ hebdomadis sexta. De incorrupta quasi quadam animi domo virtutem exornanda functione.

Fratres Patresque, ædes excitantes mundani sumptuosas, nequaquam sibi requietem concedunt, noctu et interdiu laborantes, solliciti, anxii, dum ad finem opus adducant, tantumque iis inest studium,

[38] Eccle. x, 4. [39] Matth. v, 3. [40] Philipp. iv, 8. [41] II Cor. iv, 16. [42] Joan. xiv, 23. [43] I Thess. iii, 16.

Digitized by Google

ut tota indidem mens occupetur, ac consideret quemadmodum et fastigium fiat tecto commodum, et picturatum marmoribus solum, nec sine reliqua majestate, aspectum curiosis jucundissimum præbeat : ac si quis adeo ab ea cura velit abstrahere ringantur, ceu extrema injuria affecti. Ecquid nos autem, qui non caducam, sed perennem domum fabricemur, nec quæ e saxis lignisque struatur, sed e spiritalibus gratiis poliatur, torpebimus, et eorum a tergo consequemur industriam ? scilicet non ea summa contumelia sit ? Jam illæ, et carni deditis hominibus exceptis, et heris compluribus mutatis, ad extremum solitariæ dissolventur, hæc hospitio sanctum Spiritum capit : siquidem *Templum Dei sumus vivi, et Spiritus Dei habitat in nobis* [44], ut divinus Apostolus ait. Quin abeuntes hinc quoque concomitatur, manens in cœlis indissolubilis et æterna. At quæ est ejus ædificii materies ? virtutum functio. Ac capesis mihi in primis Dei timorem, quasi quodam fundamento locando, nam *Initium sapientiæ timor Domini est* [45] : tum autem prudentiam, fortitudinem, temperantiam, justitiam, quæ invicem nexæ, et charitatis tanquam vinculo coagmentatæ ac consertæ, *crescant in templum sanctum Domino* [46], auctoribus litteris. Hanc nos ædem, fratres, assidue moliamur, neu virtutum ornare pulchritudinem cessemus, quo domesticum habeamus sanctum Spiritum, vitæque delicio geniorum in nos ora hominumque vertamus. Ac cum una virtutum continentia sit, in eamque nunc temporis potissimum incumbamus, Deo laudem tribuamus, qui unum ejus stadium decurrerimus. Equidem facies pro solito sunt mutatæ, at mutatione, me hercule, egregia, coorto e continentia pallore renitentes ; ori amaritiès quæsita est, contracto tanquam felle præ cibi tardius sumptione sed imbutæ dulcedine mentes, spe allatæ. Scilicet inter se hæc depugnant, ut uno victore cogat necessitas alterum succumbere : itaque lætemur additi meliori. Enimvero dicat fortasse quispiam in perfectione ponendum, quotidie te cibo defraudare. Fabulæ : sane enim quidem haud nos Dominus jussisset panem poscere quotidianum perpetem ; non Elias quotidie in deserto epulum a corvo, non Paulus, qui ante divum Antonium solitudinem coluit, diurnum panem divinitus accepisset, non magnusmet Antonius plus diurno ac septimano jejunio prætulisset quotidie paulo quam necessitas ferat comesse minus, opinor, hac de causa. Nam quia corpus solidum diem fatigatum sensibus languet, ceu cursor equus, atque instaurationem desiderat, necessario quoque naturæ instituit architectus ut diurno pabulo teneretur, quo vividum deinceps foret, non cassum, et enerve ; quod iis accidit qui duplas, ac quinqueplas trahant : quippe nequeat aut identidem congenulari, aut in psalmodiis sonorum loqui, aliave expedite munia præstare, nisi quod insolens nimirum facinus est. Quamobrem non jam porro diurnus imperfectioni cibus ducitor, quin oppido in perfectis habetor ad modum normamque præscriptam. Atque o factum bene, quod res nostrates paternis constitutæ sunt scitæque regulis. Vobis quidem etiam etiamque sanitas tum corporis, tum animi firmitas tribuatur, qui immortali veroque Deo serviatis, ac supremam diem maneatis, qua solis micetis instar cum sanctis, regni hæreditate aucti cœlestis per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LVI.

Dominica primæ hebdomadis. Ne supra vires in divinis studiis nitamur, ac spiritalibus animum spectaculis pascamus.

Fratres Patresque, cum arduum omne est initium, tum jejunii ingres sus mutatione ciborum atque studiorum, difficultatem quamdam et asperitatem parat. Lenitur tamen ac tractatione assidua mollitur : quo hæc pertinet sententia, *Omnis disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris ; postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ* [47]. Quamobrem nos quoque una hebdomada jejunii transmissa, in posterum alacriores per experientiam reddamur, alacritatem scientes corpus juxta animumque firmare, levia comparantem quæ gravia sint, proclivia quæ ardua, uti segnities contra gravia quæ levia sint, ardua quæ proclivia. Neque vero in studiis supra vires nitamur, quin cum spiritali quadam valetudine tueamur et corporis sanitatem : quid enim prodest accelerare in principio, ac mox ruere ? ut circumspecte potius sit eundum, ad distantiam tuenti diversorii. Sed quoniam quæ contentionem habeat dies parere ignaviam solet, honestis occupationibus et spiritalibus animum spectaculis pascamus, non his mundanis, in quibus inest vanitas, ærumnæ, confusio, ac amaror, sed quæ cum dulcedine sunt lætitiaque permista. *Dei sum recordatus*, ait ille [48], *ac gavisus*. Igitur in Deo mens deligitor, in cœlestibus visis, in paradisi pulchritudine, in æternis mansionibus, in angelorum tripudiis, in superna vita ; ubi sint pii noxiique manes, cujusmodi adventus prælustris Dei et Servatoris Jesu Christi futurus : sub quem ex oraculo divino *cœli magno impetu transient, elementa vero calore solventur, terra autem et quæ in ipsa sunt opera, exurentur* [49], tum autem ut animus conjux quisque corpus assumet, quam numerosa sit hominum corona, ab Adamo ad ævi decursum pertinens, quam terribilis Christi vultus, solis radiis præfulgens, ecquam ejus vocem audiemus ad extremum, quæ instauratio futura tum justis ad cœleste regnum ascitis, tum in perennes pœnas sontibus dimissis : hæc nos, fratres, par est curare, ac cogitare, in iisque versari, ceu qui

[44] I Cor. III, 16. [45] Psal. CX, 10. [46] Ephes. II, 21. [47] Hebr. XII, 11. [48] Psal. XLII, 5. [49] II Petr. III 7-10.

Digitized by Google

extra mundum positi, cœlique cives. societate nulla teneamur eorum qui carnaliter vivant, unde exstimulemur, lacrymemur, collustremur, atque hic vita obita quieta, in spem eriganur futuris perennibus bonis fruendi per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LVII.

Secundæ Hebdomadis quarta. De animo a noxiis affectibus servando.

Fratres Patresque, primæ hebdomadis jejunio defuncti invicem alii quam fuerimus apparemus, graciles, ac decolores. Quanquam etsi *exterior corrumpitur homo*, ut Apostoli utar verbis, *at interior renovatur de die in diem* [80] : nam quasi corpus videmus præ deliciis pingue, et renidens per continentiam in animo consectarium credere est. Ut afflictando corpore animo pulchritudinem peperimus, eam nimirum, quam sanctus David desiderans, precabatur, *Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem* [81] : eaque ipsa et beatus Paulus confirmat Christo nos desponderi, *Despondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri a simplicitate quæ est in Christo* [82]. Viden' beneficii amplitudinem, ut sponsum habeamus Christum ? viden' pronubum, ut de incolumitate nostra sit sollicitus ? Ergo abditæ in cubili instar juvenculæ est animus noster, quæ ut virorum abstinet obtutu, intra cubiculum se continens, omnemque adhibens industriam quo se incorruptam servet, dum tempus venerit nubendi, ad eumdem modum animus quoque omni studio a noxiis peccati affectibus purum se in decessum tueatur oportet sub quem egressus corpore ceu cubili quodam, si quidem formosus est, egregiis actionibus splendens, sanctos oblectet angelos, neque injuria ; sine flagitio deformis, volupe sit dæmonibus, in Christi probrum, quod tum dictu, tum cogitatu miserabile est.

Sane eam ob rem corporis repressio, et austeritas, quæ tanquam frenum carnis appetitiones retundat, ne aurigatorem excutiat mentem, non hac solum tempestate, quin per omnem vitam agitatur : nam quid aliud monastica vita est quam vitiorum continentia, cogitationum magisterium, luctaque perpes cum hostibus invisis ? Acerba ea sunt (fateor) carni, sed *quod in præsenti est momentaneum et leve tribulationis nostræ*, uti scriptum est, *supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur* [83]. Igitur ob inaspectabilia bona, quæ vel per transennam videre optant angeli, ob sponsum cui conciliati sumus, Christum, hortor et obtestor, fratres, animos puros conservemus a noxiis salutem facinoribus, a sordidis cogitatis, quæ nos inquinent, auctore Domino, malum nec cogitantes, quandoquidem cogitando accenditur, velut ignis, desiderium, quin procul vitiis siti, ac primo incursu tentatorem propulsantes, animumque præclaris actionibus ornantes, et quæ in manibus est, continentiam alacrius obeuntes, quo puri hinc profecti, cum incredibili gaudio in cœlum commigremus, thalami lætitia cœlestis fruituri, per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LVIII.

Secundæ hebdomadis sexta. De concordia, et amore, ferendisque generose virtutis laboribus, regno acquirendo cœlesti.

Fratres Patresque, equidem in vobis gaudeo, qui concordes obeatis, ac pacem agitetis, tempus patienter jejunii perferatis, quod ad salutem vestram, nostramque spem pertinet sane ; quantum est enim in contubernio pax, et concordia bonum, malis de medio sublatis, immodestia, inquietudine, responsatione, inobedientia, detractione, superbia, ac si quæ alia flagitia sunt ? Scilicet ii cum in primis commodum sibi quærunt, tum aliis exemplum propositi virtutis, quæstum hinc quoque faciunt maximum : nam quemadmodum qui noxas comparent detestationis, sic qui exacuant virtutem collaudationis sint hæredes. Neque equidem, fratres, de eximio statu : vitaque laudata decidamus, neu ab amore divino conquiescamus : siquidem scriptum est : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et ex tota virtute tua* [84]. Enimvero qui sic diligit, non exsaturatur, non labascit, non ignavia torpet, quin igni addit ignem, et alacritate alacritatem provocat, positis in animo virtutum tanquam gradibus, atque e robore in spiritale robur grassatur, idque incessanter. Non carnales operarios videtis, ut in futilibus ac caducis laborent ! non naupegos coram cernitis, ut totum desudent diem, nec tantillam sibi requietem tribuant ? Quamobrem ? quo pauxillum auferant argenti et quæ usus postulat domesticus comportent. Nos diis opibus parandis, regno acquirendo cœlesti, bonis perennibus fruendis, pœnis fugiendis sempiternis, non cuncta patiamur cum omni alacritate, atque vigilantia, si vel sanguinem necesse est fundere, parati cum pro Domino impendere ? Sane, obsecro, fratres, stemus animose spe gaudentes, ærumnas tolerantes, precibus instantes, manuficiis intenti, psalmodiis, versibus, lectionibus ; qua occupatione teneamus animum, et ab inanibus studiis abstrahamus, siquidem desidia mater peccati est, labor animi custodia.

Non tamen ut ea propter de statu dejiciamur, quin præferentes morigerationem, modestiam, adjurationem proximi, cæteraque cuncta quæ ad animi

[80] II Cor. IV, 16. [81] Psal. XXIX, 8. [82] II Cor. XI, 2, 3. [83] II Cor. IV, 17. [84] Deut. VI, 5.

Digitized by Google

salutem conferunt ; denique comprecari, et pro dispersis huc illuc fratribus, nam de iis laboro equidem quoque, quin haud contuear coram, ut evaserit quisquam. Nec non et pro me supplicantes, cui tum sermo reserando tribuatur ore, tum innocens vita, quo utrimvis ego juxta, vosque servemur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LIX.

Dominica Secundæ hebdomadis. De transeundo læte, atque expedite jejunio, æternæ spe vitæ.

Fratres, Patresque, præstans jejunium est, insignibus suis præditum : ea sunt pax, mansuetudo, serenitas, humilitas, obedientia, mutuum studium, et quæ alia genera sunt virtutis ; at jejunantibus diabolus contraria satagit obtrudere, ac præfidentes, iracundos, stomachosos, turgidos præstare, quo emolumento damnum afferat majus. Nobis quidem faciendum non est ut impuri consilia nescire videamur, placideque, leniter, mansuete ac composite obeundum, benevole invicem ferendis, qui id Deo acceptum non ignoremus ; etenim, nec si collum ut manubrium repandes, et saccum insternas, cineremque, sine his ei perplaceas. Sane cum jejunio reprimitur, arescitque corpus, tum animus dilatatur, ac refloret : nam *quantum is qui foris est noster homo corrumpitur*, ait ille, *tantum is qui intus est renovatur de die in diem* [55] ; rursumque : *Id quod in præsenti est momentaneum, et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis* [56]. Itaque præmium spectantes æquanimi virtutis labores patiamur : *Deo, et Patri gratias agentes, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filii dilectionis suæ* [57]. Scilicet non ejus sine macula corpus, atque sanguinem in dies percipimus ; quo quid suavius ? quid delicatius ? siquidem vescentibus cum pura conscientia perennis vita quæritur. Non quotidie cum Davide, aliisque sanctis Patribus consuescimus, tractandis monumentis ; qnæ hac animo major. consolatio ? Non humanitus affinium, mundique studium, abrupimus ; quid hoc beatius quoque, ac sublimius ? *Nostra conversatio in cœlis est : unde etiam Salvatorem exspectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humanitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ secundum operationem quæ etiam possit subjicere sibi omnia* [58]. Quamobrem gaudeamus, fratres, et ovemus, omni despuenda voluptate. *Omnis caro ut fenum, et omnis gloria hominis tanquam flos feni. Exortus est sol cum ardore, et arefecit fenum, et flos ejus de-*

A *cidit, et decor vultus ejus deperiit* [59]. At virtutis manet in ævum functio. *Tristatur aliquis vestrum ?* (Dei germanus inquit) *oret. Æquo animo est ? psallat* [60]. Noxio ullo scelere tentatus, ut assidue tentator urget, sustineto audiens dicentem : *Beatus qui suffert tentationem : quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Dominus diligentibus se. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis eà* [61], ait Dominus : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LX.

Tertiæ Hebdomadis quarta. De repentino hinc abscessu; et a fœdis desideriis accurate prohibendis sensibus animoque.

B Fratres Patresque, haud debebamus, sancto præsente Patre ac magistro, verba facere, sed tamen pro consuetudine paulum quiddam dicamus. Ergo ætas nostra, uti cernitis, quot diebus carpitur, ad mortemque propinquamus, atque hinc abscedere necesse est, et ad Fratres Patresque jungi, ut vigil opus sit attentio, ac mens instructa. Sane historiam legi (13) audivimus diluvii atque hanc Dominicam in Evangeliis sententiam, *Quemadmodum in diebus Noe epulabantur, potabant, matrimonia contrahebant, emebant, vendebant, et repente irruit diluvium, sic erit et in adventu Filii hominis* [62-67] Ac fors miramur ut tum agebant securi, nec trepidi, atque timidi, igitur videamus ne quod incessimus, eodem inscii teneamur ipsi. C Enimvero haud jam paratur arca, quæ centum expleatur annis, quin referta in dies spectatur, in quam subeundum est, jam quotidie mors obitur, unoquoque abeunte fratrum, nostraque hæc illorum est atrocior fortuna, ut summa adhibenda cautio sit. Nec pol veto quin edamus, bibamus, vestimentis induamur (non id equidem sentio), sed seu edamus, seu bibamus, seu quid agamus, cuncta ut in Dei gloriam agamus [68], neu quam Judæis, Græcisve, aut Dei Ecclesiæ offensionem præstemus, quod Apostolus jubet, sane cohortor, sane obsecro, fratres : *Implete gaudium meum*, ut ejusdem utar verbis, *quo idem sapiatis, eamdem charitatem habentes, unanimes, idem sentientes, nihil per contentionem nec per inanem gloriam, sed in humilitate, superiores sibi invicem arbitrantes* [69]. In primisque sensus coercentor, visus, auditus, odoratus, tactus, gustatus, per quæ mors irrumpat ; animus refrenator, ne ad nefaria feratur, neu fœdis nequidquam inhærescat, neu simulacra fingat vitiosa, neu scelerata desideria concipiat, unde emolumentum, ac voluptas minime capiatur, quin (14) dolor contra, et calamitas, ut usum præstemus nullum. Igitur una est in qua acquiescamus voluptas animus purus, ac vacuitas spectans

[55] II Cor. IV, 16. [56] Ibid. 17. [57] Coloss. I, 12. [58] Philipp. III, 20, 21. [59] Isa. XL, 6, 7. [60] Jac. V, 13. [61] Jac. I, 12. [62-67] Matth. XXIV, 27. [68] II Cor. V, 31. [69] Philipp. II, 2, 3.

(13) Vat. sequor in quo est, ἀκούομεν, non ἀκούωμεν. Sensum, non verba citat ex Matth. XVIV, 37.

(14) In Vat. ὀδυνώμεθα, lego pro ὀφυνόμεθα, quod non assequor.

Digitized by Google

libidines. Quam ad voluptatem evocati, et quod e libidinum vacuitate gaudium nascatur, ne ignavia torpeamus, quin properemus, atque urgeamus serio defectum omnem studio instaurare, Deum habituri propitium : nam prope est se exspectantibus Deus. Eaque obita vita, cœleste regnum consequemur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXI.

Tertiæ hebdomadis præparatoria. Committendum non esse ut periculis nos objectemus, ac de jejunio.

Fratres Patresque, heri tempestas, hodie tranquillitas, heri tumultus, hodie quies. Sane habendæ Deo gratiæ, qui et depulit periculum, et vos constabilivit, qui infracti maneretis in exspectatione minarum, hoc verorum Christianorum, hoc germanorum monachorum est, perpetuo instructos esse ad discrimen pro virtute, nihil divino antiquius præcepto quidquam ducere. Igitur aggressi ac locuti quæ locuti sunt hostes, recessere, non tam vobis consternatis, quam ipsi reveriti. Vobis quidem præmium Deus tribuat luculentum, qui ejus causa vexari animum induxistis; etenim, ut est misericordiæ largus, virtutem capescentem vel ob propositum muneratur. Quanquam nec depulsum est periculum, quin hæret etiam etiamque, maxime quod edicta passim a principibus eduntur ne quis hæreticæ consuetudinis sinatur exsors. Ergo audiamus Apostolum dicentem : *In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere*[70], qua sententia docet nec temere nos periculis objectare, nec rursum Dei sermonem subticere; nam *Quod si subtraxerit se*, inquit, *non placebit animæ meæ*[71]. Atque hæc hactenus, nunc provectum jejunium est, ac magis magisque nos instigat niti alacriter in posterum, ut cuique videatur, non tristes, aut coactos. Hilarem enim jejunatorem amat Deus. Etsi cœnobiaca regula aut permittit ex sua quemque libidine regi, normaque hæc est continentiæ subditis communis, propriæ coercitio voluntatis. Igitur eximium est jejunium, quod vitia domet, subigatque spiritui carnem ; eximiæ lacrymæ, quæ animum abluant, et extergeant a flagitiis, purumque comparent Deo, eximia comprecatio, quæ mentem aligeram præstet, ac contubernalem Deo reddat eximius amor, qui sua passim ad proximi frugem negligat ; eximia alacritas, quæ labores leniat, quasique juventa animum imbuat, senem molita juvenem. Quamobrem læti, alacresque simus, tempus est psalmodiæ ; prodeamus studiose, opificii ; operemur sedulo, silentii ; sileamus honeste, alloquii ? alloquamur circumspecte, atque ut semel dicam, honeste omnia, decenterque geramus, quemadmodum jubemur, citra tumultum, ac verborum insolentiam siti. Jam congeniculationi modus adhibetor, et solemnis versificatio pro cujusque viribus obitor, corporis simul sanitate tuenda. Ac pacis Deus ad dierum principem, Christi resurrectionem, perductos regno augeat cœlesti, ubi non est *esca et potus, sed justitia, et pax, et gaudium*, uti scriptum est, *in Spiritu sancto*[72], quo large imbuamur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXII.

In sanctos XL Martyres, de Dominicis imitandis suppliciis.

Fratres Patresque, quam honesta accidit nobis ab hoc monasterio secessio; nam cur libertas nostra ex aliena censeatur conscientia ? cur præterquam quod frugem nullam facimus ? serio nos insuper multemus ; Igitur quantum licuit, ac permisit tempus, indulsimus ; nunc cum tempore vocante oppugnationem pro Christo detrectarint, quemadmodum et alii nonnulli, audienda hæc vaticina sententia est : *Exite de medio eorum, et separamini, dicit Dominus*[73]. Sin alii aliter in iis faciunt, rationem Deo reddent in die judicii, mihi quidem per flagitium videtur his concedas, an hæreticos toleres. Cæterum videtis ut discidium hoc a mundo compulit abstractos ad miserias, ærumnas, famem, vexationem, carcerem, necem. Quanquam superare in his omnibus pro studio debemus, quo nos prosequatur Deus, qui animum se conspicatus sitientem, consolidat, quo ferre pro se supplicia queat. Testimonio sunt cum alii, tum sancti XL Martyres, quorum impræsentiarum egimus memoriam : nam equidem nefas dicere est natura quam nos alia præditos fuisse, sed amore Deum ex animo complexi, e calamitate robur contraxere, qui invisum corporati hostem vincerent, ac tale tantumque prælium conficerent, quod Christiani omnes celebrant. Enimvero felicem qui vel tantillum Christi suppliciis communicet, ad necem petatur, æque ac petitus ille est ; comprehendatur ut ille, contumeliis laceretur ut ille, vapulet ut ille, in carcerem compingatur, ut ille. Jam videsis et cur exaratum, *Si commortui sumus, et convivemus ; si sustinebimus, et conregnabimus : si negaverimus, et ille negabit nos ; si non credimus : ille fidelis permanet, negare seipsum non potest*[74], huic promissa ! quæ, et cujusmodi minæ ! De cætero demus operam, fratres, certemus, quæ jam Christi obita beneficio sunt, minime pudefacere, exsilia, compedes, flagra. Et si haud compediti omnes sumus, haud multari omnes flagris, sed nimirum vitæ hoc societas miseriarum quædam est societas : nam seu unum dolet membrum, cuncta

[70] Coloss. IV, 5, 6. [71] Hebr. X, 38. [72] Rom. XIV, 17. [73] Isa. LII, 11 ; II Cor. VI, 17. [74] II Tim II, 11, 12.

Digitized by Google

condolent; seu cohonestatur unum, cuncta gratulantur. Quin simus amplius unum corpus, unaque mens, ut in unam spem acciti, et vocati, Christum caput habentes, quo, accepti Deo, cœleste regnum ineamus per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXIII.

Historicus de Christianis per Bulgariam in sancta Quadragesima ob esum carnium peremptis.

Fratres Patresque, libet hac Catechesi narratione quadam vos ad lætitiam cohortari, ea est hujusmodi. In Bulgaria, ut explorate conscii retulere, sceleratum a principe exiit edictum, fratres manu captos Christianos carnibus per Quadragesimam vesci, dictoque vitam obsequentes habere, inobsequentes perimi. Qua confirmata impii promulgatione, cœtus agitare, et fletum frequentes, ac lamenta cum uxoribus, liberisque ducere, hinc legis studio Christianæ, illinc corporalis terrore mortis, denique (heu nuntium miserandum) victi, infami jusso succumbere. Ergo his avulsi quatuor, et decem, ex adverso stantes, hortari ne cederent, neu obsecundarent, citraque legem Christianam carnes comessent. Quibus in verbis occurrere vulgus, et obtestari, cederent necessitati, neu temere se irent perditum, rursumque per pœnitentiam resipiscerent, at non illi credere, ac remollescere, Deum spectantes, et beatitudinem promissam. Hoc eorum Scytha perspecto implacabili obnixu, consilium capere per unum cæteros expugnandi, interfectique liberos atque conjugem Scythis mancipio tribuere, ut emolliti hinc cæteri traherentur : qui inflexi manere magis, Christianos se exclamantes, mortuique partiarios fratris, igitur in ea professione excarnificati et ipsi, in Domino decessere. Videtin' ut nunc regni Evangelium divini obeatur quoque? *Qui amat patrem aut matrem*, inquit, *plus quam me, non est me dignus: et qui non accipit crucem suam, et sequitur me, non est me dignus*[75]; ac rursus : *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam*[76]. Ergo hi præstandis Evangelicis præceptis morem Deo gerentes, martyrii se corona obligarunt, sanctos imitati Machabæos, duplo numero : siquidem ii septem, hi quatuordecim, iique ne suillam gustarent contra legem, hi ne carnem ullam caperent præter normam Christianam; quod absolutius quodammodo videtur : quippe erat iis omnino interdicta suilla : his licebat in necessitate uti; quamvis, neque damnari, ut ait divinus Basilius, sed quia profectum erat ab Scythis edictum, ad religionis præjudicium spectans, animum non induxerunt : quin pro Christi amore cuncta in secundis habuerunt. O beatissimos viros! o felicissimum mercatum! uno temporis momento quietem pacisci sempiternam. Age vero quid ad hæc respondebunt qui hæreticam consuetudinem præjudicium negent? nam si Christianitatis præjudicium ejus carnium est, quanto magis consuetudo nefariis operata sacris? Ubi sunt autem qui positum in imagine Christi martyrium diffitentur? etenim si martyres sunt qui esum refugere carnium, quanto hoc illustrius martyrium est, qui eum minime abnegemus? Sed tenebris obsiti nimirum, tenebrosa loquuntur, vitiisque suis alios quoque impedire satagunt : nos quidem, fratres, clementem cohonestemus herum, qui se cohonestantes cohonestet, nostraque etiam memoria martyres ostendat, atque id serio cum animo reputemus.

Quod si aspectu viles homunculi, parum docti, uxorii, aucti liberis, cuncta præ Christi studio projecere, quanto nos debemus magis, injuges, mundo extorres, ubi tempus vocet, æmulatione duci sanctorum? Sed id quidem uno præstituto die, ac simul Christus vocabit : nunc perstemus in martyrio quod in animo situm, et perenne est. Ne Baali accidamus, fratres, neu impetiti cogitatis, pareamus, quin ignea maligni tela exstinguamus lacrymis, precibus, animi quibusdam stimulis, cæteris afflictationibus corporis, dicturi et nos cum Apostolo : *Quotidie morior per vestram gloriationem, quam habeo in Christo Jesu Domino nostro*[77]; ac cum Davide : *Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis*[78]; cum quibus cœlestis regni hæreditatem adeamus per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXIV.

In Annuntiationem prior. De corporata Domini nostri Jesu Christi œconomia agitandisque spiritalibus feriis habitus Annuntiationis die.

Fratres Patresque, adest Annuntiatio, agiturque Dominicarum princeps feriarum : ut non hoc solum feriari sit necesse, quod vulgus hominum

ΛΟΓΟΣ ΞΔ'.

Εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας [a] *τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ὅτι δεῖ πνευματικῶς ἑορτάζειν* [b] *ῥηθεῖσα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Εὐαγγελισμοῦ.*

Ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες· ὁ Εὐαγγελισμὸς πάρεστι, καὶ τῶν Δεσποτικῶν ἑορτῶν ἐστιν ἡ πρώτη· καὶ ὀφείλομεν ἑορτάζειν, οὐχ ἁπλῶς, κατὰ τοὺς πολλούς, ἀλλὰ

[75] Matth. x, 38. [76] ibid. 28. [77] I Cor. xv, 31. [78] Psal. xliii, 22.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Cod. οἰκονομίας. [b] Cod. ἑωτάζειν, et sic infra.

Digitized by Google

μετὰ κατανοήσεως καὶ σεβάσματος τοῦ μυστηρίου. Τί δὲ τὸ μυστήριον; Ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἀνθρώπου γίνεται, μεσίτῃ ἁγίᾳ Παρθένῳ χρησάμενος, ἐν αὐτῇ τε οἰκήσας, καὶ ἐξ αὐτῆς ἑαυτῷ [c] ναὸν [d] ἀναπλάσας, καὶ τέλειος γενόμενος ἄνθρωπος. Διὰ τί; Ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ [e], καθὼς γέγραπται. Ἵνα τὴν υἱοθεσίαν [f] ἀπολάβωμεν· ἵνα μηκέτι ὦμεν δοῦλοι, ἀλλ' ἐλεύθεροι· μηκέτι ἐμπαθεῖς, ἀλλὰ ἀπαθεῖς· μηκέτι φιλόκοσμοι, ἀλλὰ φιλόθεοι· μηκέτι κατὰ σάρκα περιπατοῦντες, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. *Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα περιπατοῦντες* [g] *τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν· οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα, τὰ τοῦ πνεύματος· τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς θάνατος· τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ζωὴ καὶ εἰρήνη. Διότι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἐχθρὸν* [h] *εἰς Θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ* [i] *ὑποτάσσεται· οὐδὲ γὰρ δύναται. Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται.*

A facit, quin cum intelligentia, venerationeque mysterii. Ecquod est autem mysterium Deo natum hominem natum fieri, tanquam sequestra usum sancta Virgine, et in ea stabulatum, ædemque inde quamdam sibi molitum, hominemque factum perfectum. Quamobrem? ut eos qui sub lege erant redimeret, quemadmodum scriptum est, et adoptione donaremur, non jam servi porro, sed ingenui futuri non affectibus concitati, quin liberi, ac soluti; non mundi, sed Dei amantes, non carnaliter obeuntes, sed spiritualiter. *Qui enim secundum carnem obeunt, quæ carnis sunt sapiunt; qui vero secundum spiritum, quæ sunt spiritus sentiunt: nam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita, et pax: quoniam sapientia carnis inimicitia est in Deum: legi enim Dei non subjicitur; nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt* [79].

Αὕτη ἐστὶ, ὡς ἐν συντόμῳ εἰπεῖν, τοῦ μυστηρίου ἡ δύναμις· καὶ διὰ ταῦτα ὀφείλομεν [j] πνευματικῶς ἑορτάζειν, καὶ πνευματικῶς ἀναστρέφεσθαι, ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ, ἐν ἀγάπῃ, ἐν πραότητι, ἐν εἰρήνῃ, ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρηστότητι, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, ὡς ἂν μὴ κενὴν καὶ ἄπρακτον τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οἰκονομίαν [k] τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἐνδεικνύωμεν.

Hæc est breviter vis mysterii: eaque de causa feriandum est nobis, et obeundum spiritaliter, pietate, probitate, amore, mansuetudine, pace, lenitate, benevolentia, animi sanctimonia præditis, ne segnem, ac inanem Domini nostri Jesu Christi procurationem, quantum inest in nobis, præstemus.

Οὐ μὴν ἀλλὰ ὀφείλομεν καὶ προσεύχεσθαι καὶ λυπεῖσθαι ὑπὲρ τοῦ κόσμου. Διὰ τί; Ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἦλθεν, ἵνα σώσῃ [l] τὸν κόσμον, καὶ ὁ κόσμος ἀθετεῖ αὐτόν. Ἀθετοῦσιν αὐτὸν φυλαὶ καὶ γλῶσσαι· ἀθετοῦσιν αὐτὸν τὰ βάρβαρα ἔθνη· ἀθετοῦσιν αὐτὸν οἱ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπικεκλημένοι τὸ ἅγιον· οἱ μὲν διὰ πίστεως ἐν διαστρόφου, οἱ δὲ διὰ πονηροῦ βίου. Τί δ' ἔδει ποιῆσαι, καὶ οὐκ ἐποίησεν; Θεὸς ὤν, ἄνθρωπος γέγονεν [m]· ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι [n] θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· ἔδωκεν ἡμῖν ἐσθίειν τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ πίνειν τὸ αἷμα [o] αὐτοῦ· ἠξίωσεν ἡμῶν καλεῖσθαι πατὴρ, ἀδελφὸς, κεφαλὴ, διδάσκαλος, νυμφίος [p], συγκληρονόμος, τὰ ἄλλα πάντα ἃ οὐκ ἔστιν εὔκαιρον λέγειν. Καὶ ὅμως ἀθετεῖται, καὶ ὅμως φέρει· *Οὐ γὰρ ἦλθον, φησὶν, ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλὰ ἵνα σώσω τὸν κόσμον.*

Nec non et pro mundo comprecari tristarique debemus: Quid ita? quod venit ad mundi incolumitatem Dei Filius, mundusque eum serio repudiat, tribus, linguæ, barbaræ nationes, et qui augusto ejus nomine vocentur, partim fide corrupta, partim flagitiosa vita. Quid factum oportuit, neque fecit? homo effectus, qui Deus esset, se dejecit, ad necem morigeratus, ac pol Crucis [80]; corpus vescendum præbuit, bibendumque cruorem; nec dedignatus est nominari pater germanus, caput, magister, sponsus, coheres, aliaque cuncta, quæ referre sit alienum; et repudiari patitur tamen, nam *Non veni*, inquit, *ut judicem mundum, sed ut salvificem mundum* [81].

Τί οὖν ἐστιν ἐν τούτοις εἰπεῖν, ἀδελφοί; Ὅτι οἱ γνήσιοι μαθηταὶ ἐν ταῖς ἀθετήσεσιν τῶν συμμαθητῶν λυποῦνται, δεικνύντες τό τε πρὸς τὸν διδάσκαλον, καὶ τὸ πρὸς τοὺς μαθητὰς ἀγαπητικόν· ὡσαύτως καὶ οἱ γνήσιοι δοῦλοι ἐν ταῖς ἀποστασίαις τῶν ὁμοδούλων τὸ αὐτὸ πάσχουσιν.

Ecquid ergo in his, fratres, dicendum est? genuinos discipulos in condiscipulorum dolere repudiis, tum præceptoris, tum condiscipulorum ostendentes amorem: idemque genuini servi in conservorum perfidiis sentiunt.

Διὰ τοῦτο προστάσσει ὁ μέγας Ἀπόστολος ποιεῖσθαι ἡμᾶς *δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας* [r] *ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων, ὑπὲρ βασιλέων, καὶ πάντων τῶν ὑπεροχῇ ὄντων.* Αὐτὸς

Itaque jubet magnus Apostolus *obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones obire pro omnibus hominibus, pro regibus, et omnibus qui in sublimitate sunt* [82], de se id alibi testatus in hæc

[79] Rom. VIII, 5-7. [80] Philipp. II, 8. [81] Joan, XII, 47. [82] I Tim. II, 1, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[c] Cod. ἑαυτῷ. [d] Cod. ναιὸν. [e] Cod. ἐξαγοράσει. [f] υἱωθεσίαν. [g] Rom. VIII, 5, ὄντες. [h] Rom. VIII, 7, ἔχθρα. [i] Cod. οὐκ. [j] Cod. ὑφείλωμεν. [k] Cod. οἰκονομίαν. [l] Cod. σώσει. [m] Cod. γέγωνεν. [n] Cod. μέχρη. [o] Cod. αἷμα. [p] Cod. νύμφιος. [q] Cod. εὐχαριστείας. [r] Cod. abest prop. ἐν, quæ legitur I Tim. II, 2.

Digitized by Google

verba : *Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto, quoniam tristitia mihi magna est, et continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem* [83]. Viden' amoris vim? viden' culmen amicitiæ? Neque aliud Moses apparet Deo loquens, *Si remittis, remitte sane hanc eis noxam; sin minus dele me quoque e tuo libro, quem scripsisti* [84].

Igitur nos quoque, ceu genuinos discipulos, non adulterinos haud nostra solum spectare par est, quin et pro fratribus, totoque mundo angi, ac comprecari : ita enim accepta Deo facientes, perennis vitæ hæreditatem cernemus per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXV.

In Annuntiationem secunda. De Virginitate.

Fratres Patresque, posteaquam adest Annuntiatio, pauca quædam ex ea vobis disserere conabor, hinc ostendens virginitatis summum esse votum, quod amplecti meruimus. Nam cui Gabriel dixit angelus. *Ave, gratia plena; Dominus tecum* [85]? non sanctæ Virgini Mariæ? Ex qua corpore contracto Deus, et Verbum homine se devinxit? Non ex beata Virgine?

Scilicet virginitas est quæ cunctorum edidit vitam regina virtutum, sponsa, atque pronuba Christi. Ac, si placet, Paulum dicentem audiamus, *Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori. Divisæque sunt mulier, et virgo : innupta cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta et corpore, et spiritu : quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro* [86]. Viden' orationis vim, quemadmodum haud otium ducant nuptiæ Dominica curare, sed mundana? ut virginitati potior tributa pars sit.

Quin primas in cœlesti quoque regno obtinet virginitas : siquidem in beati Joannis Apocalypsi legitur in hæc verba : *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati : virgines enim sunt* (15); *hi sunt qui sequuntur Agnum, quocunque ieris* [87]. Papæ, qua

A τοῦτο περὶ αὐτοῦ ἀλλαχοῦ λέγων. *Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης τῆς συνειδήσεώς μου ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, ὅτι λύπη μού ἐστι μεγάλη καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου· εὐχόμην* [a] *γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν* [t] *κατὰ σάρκα.* Εἶδες ἀγάπης δύναμιν; Εἶδες ὕψος φιλίας; Τοῦτο καὶ ὁ Μώσης φαίνεται πρὸς τὸν Θεὸν λέγων· *Εἰ μὲν ἀφεῖς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μή, κἀμὲ ἐξάλειψον* [u] *ἐκ τῆς βίβλου, ἧς ἔγραψας.*

Οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς, ὡς γνήσιοι μαθηταί, οὐ νόθοι, οὐ μόνον ὀφείλομεν τὸ καθ' ἑαυτὸν σκοπεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου, B καὶ λυπεῖσθαι, καὶ προσεύχεσθαι. Οὕτω γὰρ τὰ ἀρεστὰ Κυρίῳ ποιοῦντες κληρονόμοι γενησόμεθα ζωῆς αἰωνίου, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ ΞΕ'.

Εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν λόγος ϛ'. Περὶ παρθενίας.

Ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες', ἐπειδὴ ὁ Εὐαγγελισμὸς πάρεστι, τοῦ Εὐαγγελισμοῦ ὑμῖν βραχέα τινὰ πειράσομαι [v] διαλεχθῆναι, δεικνὺς ἐντεῦθεν, ὡς μέγιστόν ἐστι τὸ τῆς παρθενίας ἐπάγγελμα, ὅπερ ἀσπάσασθαι κατηξιώθημεν. Τίνι γὰρ ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ εἶρηκε· *Χαῖρε, κεχαριτωμένη* [x], *ὁ Κύριος μετὰ σοῦ*; Οὐχὶ τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ Μαρίᾳ; Καὶ ἐκ τίνος σαρκωθεὶς C ἐνηνθρώπησεν αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ λόγος; Οὐκ ἐξ αὐτῆς τῆς μακαρίας Παρθένου;

Παρθενία τοιγαροῦν ἐστιν ἡ βλαστήσασα τὴν ζωὴν τῶν ἁπάντων. Παρθενία ἐστὶν [y] ἡ βασίλισσα [z] τῶν ἀρετῶν. Παρθενία ἐστὶν ἡ νύμφη καὶ νυμφεύτρια [a] Χριστοῦ· καὶ, εἰ βούλεσθε [b], ἀκουσώμεθα τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος· *Ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ· ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. Μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ* [c] *καὶ ἡ παρθένος· ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι· ἡ δὲ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί.* Ὁρᾶτε τοῦ λόγου τὴν δύναμιν· πῶς οὐκ ἄγει σχολὴν ὁ γάμος μεριμνᾶν τὰ τοῦ Κυρίου, ἀλλὰ τὰ τοῦ κόσμου; Τῇ D παρθενίᾳ οὖν ἡ ἀγαθὴ μερὶς ἀποκεκλήρωται.

Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν παρθενία [d] τὰ πρωτεῖα φέρεται· καὶ γοῦν γέγραπται ἐν τῇ Ἀποκαλύψει τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τάδε· *Οὗτοί εἰσιν* [e] *οἱ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν· παρθένοι γάρ εἰσι· οὗτοι εἰσιν* [f] *οἱ ἀκολουθοῦντες*

[83] Rom. IX, 1, 3. [84] Exod. XXXII, 31. [85] Luc. I, 28. [86] I Cor. VII, 32, 34. [87] Apoc. XIV, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Addi hic codex pluribus illis potest, qui hoc loco legunt εὐχόμην pro ηὐχόμην. [t] Abest μου, quod penes Paulum leginus. [u] Cod. ἐξάληψον. [v] Cod. Βράκεα ει πειράσωμαι. Post πάρεστι deest περί. [x] Cod. κεχαριτομένη. [y] Cod. ἔστιν et sic porro. [z] Cod. βασίλεισσα. [a] Cod. μεριμνητρία. [b] Cod. βούλεσθαι. [c] Norunt eruditi, multiplicem esse tum apud Græcos tum apud Latinos et legendi et interpungendi hujus loci rationem. Retinendam porro hic eam censui, quam in codice reperi. [d] Cod. παρθενεία. [e] Cod. hic et infra, οὐτοὶ εἰσιν. [f] Cod. Barber. omittit voces, οὗτοί εἰσιν.

NOTÆ.

(15) Decrant in nostro, quæ ex Vat addidi.

Digitized by Google

τῷ ἀρνίῳ ὅπου ὑπάγει. Βαβαὶ τῆς παρεδρίας, ἧς ἐξ ὠθησαν οἱ τὴν παρθενίαν ἑλόμενοι [5], οἱ συνεπόμενοι Χριστῷ καὶ συνευφραινόμενοι.

Ἀλλὰ σκοπήσωμεν, ἀδελφοί, ὅτι καθόσον μέγα, καὶ ὑπερφυὲς τὸ κατόρθωμα, κατὰ τοσοῦτον καὶ ὁ λυμεὼν [b] τῆς ζωῆς ἡμῶν διάβολος ὑπὲρ πάντα τὰ πάθη ἐν τούτῳ πειρᾶται ἡμᾶς καταβαλεῖν. Καὶ ὅπους μὲν κατέβαλεν ἐξ αἰῶνος, τίς ἂν καὶ ἐξαριθμήσειεν; Ὡς δὲ ἐγὼ ἤκουσα παρὰ τοῦ εὖ εἰδότος, ὅτι καὶ νῦν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἄνδρα πολλοῖς ἔτεσιν ἐξησκηκότα καὶ θαυμαστὸν τῷ βίῳ τοσοῦτον ἴσχυσεν ὑποσκελίσαι ὁ δράκων, ὡς μὴ μόνον ἐξαρνον αὐτὸν γενέσθαι τοῦ ἁγίου σχήματος, ἀλλὰ καὶ γυναῖκα περιάγειν μοιχικῶς. Οὗ τί ἂν γένοιτο ἐλεεινότερον; Καὶ τοιαῦτα μὲν τὰ παρὰ τοῦ διαβόλου τεχνάσματά τε καὶ ἀποτελέσματα.

Ἡμεῖς δὲ, παρακαλῶ, ἀδελφοί, φυλάξωμεν αὐτοὺς, ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ, αἰδούμενοι τὸν νυμφίον ἡμῶν Χριστόν· μὴ προδιδόντες τὸν ἐμπιστευθέντα θησαυρὸν τῆς παρθενίας· μηδὲ ταὐτὸν πάθοιμεν τοῖς ἰχθύσιν, οἳ δελεάσματι σαρκὸς τὸ ἄγκιστρον καταπίνοντες, τὸν θάνατον εὑρίσκουσιν· ἄγκιστρον γάρ ἐστιν ἡ ἡδονὴ φθείρουσα, οὐχ ἡδύνουσα, θανατοῦσα, οὐ ζωογονοῦσα· ἧς ῥυσθείημεν [i] δυνάμει Θεοῦ δυναμούμενοι, καὶ πρὸς τὸ ἐξῆς ὠφθείημεν εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι, ἕως ἂν ἐμπνέωμεν, ἵνα νικητικῶς τῶν ἐνθένδε μεταχωροῦντες τύχωμεν βασιλείας οὐρανῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, κ. τ. λ.

A prærogativa sunt affecti qui virginitatem complectantur, ut Christum triumphabundi comitentur?

Quanquam reputemus, fratres, quam ingens et incomparabilis functio est, tam nos, vitæ pestem, diabolum præ cæteris sceleribus hoc prosternere moliri. At quot in omni memoria prostraverit quis enumeret? certe in Asia nunc quoque, ut de quodam intellexi probe conscio, quemdam complurибus anni exercitum, vitaque memorabili, tam profligate dejecit, ut non sacrum modo negarit habitum, quin mulierem adulterio circumductet: quo quid miserabilius? Atque hæ diaboli sunt artes et facinora.

B

Nos quidem, fratres, cohortor, ceu oculi se quisque pupillam tueamur, sponsum reveriti Christum, neu creditum virginitatis thesaurum prodamus, idemque patiamur quod pisces, qui carunculæ inescatione hamum glutientes, se induunt in mortem; namque hamus est voluptas perdita, non jucunda: lethifera, non vitalis. Qua divinis viribus firmati liberemur, et in futurum sinceri, ac insontes videamur, dum spiritum ducamus, ut ovabundi hinc profecti, cœleste regnum ineamus, per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXVI.

Mediæ hebdomadis quarta. Pascha hoc simulacrum esse futuri et æterni, deque patientia ac fortitudine.

Fratres Patresque, jam præterequitat Quadragesima, animusque Pascha impendente lætatur, ceu conquieturus in eo, et tanquam rude donandus multorum laborum. Quorsum hic institutus mihi sermo est? quod vita omnis nostra quasi quædam Quadragesima est, æternum intuens Pascha. Nostrum hoc quidem, etsi venerandum et ingens simulacrum tamen est illius; uti prædicant (16), Patres, siquidem hoc diecula est ac præterit, illud in comitatum æternumque est.

Unde tristitia, dolor, lamenta profugere; ubi gaudium, lætitia, triumphus sempiternus; ubi murmur feriantum, cœtusque agitantum corona, et jugis spectaculum lucis; ubi felix Christianum prandium, perennibus bonis referta mensa, potus novitius, de quo ait Christus: *Non bibam amodo de hoc genimine vitis, dum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei* [88]. De quo regno in cœlos abiturus discipulos alloquitur in hæc verba: *Vado parare vobis locum, et si abiero paratum vobis locum, iterum venio, et accipiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego et vos sitis. Et quo ego vado scitis, et viam scitis* [89]. Ac rursum: *In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et vos in me et ego in vobis.* Et alibi: *Pater quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego et illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi; quia dilexisti me ante constitutionem mundi* [90]. Quæ non ad apostolos solum, quin ad nos pertinere quoque hæc ejus est sententia: *Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro his qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint* [91]. Quid his consolabilius verbis? quid reverentius? quam non emolliant mentem? quem animum non pungant? Vel lapidem fors naturam, dicat quispiam, nedum cor humanum. Atque hæc cogitantes tulere quæ tulere sancti, ærumnas pro gaudio ducentes, res arctas pro amplis, certamina pro deliciis, exercitationes pro quiete, necem pro vita: igitur nos quoque, qui idem urgemus stu-

[88] Matth. xxvi, 29. [89] Joan. xiv, 3, 4. [90] Joan xvii, 23, 24. [91] ibid.

VARIÆ LECTIONES.

[5] Cod. ἐλώμενοι. [b] Cod. ὀλυμαιῶν: Barberin. omittit artic. ὁ. [i] Cod. ῥυσθήημεν.

NOTÆ.

(16) Nazianzenum lege Orat. εἰς τὸ ἅγιον Πάχα.

Digitized by Google

dium, pariterque quærimus Pascha, præsentia, cohortor, animose, ac fortiter feramus, non labantes, non ignavia torpidi, quin fervidius exciti; observantes et improbum serpentem qui varietatem in nos exerceat vitiorum, in angelum se lucidum diffingat, res insolenter convertat, tenebras lucem, amarum dulce ostentet. Sic decessorem inescavit Adamum oculis præstrictis, ac formosum molitus quod formosum non esset atque hinc per esum pomario proscripsit. Nos quidem certe usus quis sit edocti, scilicet impostor, haud prodeamus Dei præceptorum pomario neu præbendo fructu formoso, aciem eo mentis, aut corporis dimittamus, posteaquam inescamur, sed obtutum omni ope fugiamus. Ecquis est autem fructus qui formosus appareat? studium carnis, pravum noxii cujusque vitii desiderium. Quorum detrectando periculo, incolumes evademus, et Pascha in ævum cum sanctis obeamus, per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXVII.

Mediæ hebdomadis sexta. Vitiis obire, ac virtutibus reviviscere, id demum esse feriari quotidie Dominique Deo Pascha agitare.

Fratres Patresque, dies imminet Paschæ posteaquam Deo duce medium jejunium præteriimus. Sed quid autem properamus Pascha occupare, quod adeat, abeatque? non id annorum permultis egimus curriculis? Igitur præsens transibit quoque; nihil est enim in hoc sæculo constans, quin dies umbræ labuntur instar, vitaque nostra ceu pernix eques decurrit, dum urgeamur ad metam. Quid? annon, ait, amabile Pascha est? sane, fateor amabile vel in primis, sed quod in dies obeatur. Quodnam? expurgatio scelerum, contritio cordis, lacrymæ ab compunctione profectæ, puritas conscientiæ, terrestrium carnificina membrorum, adulterii, impudicitiæ, libidinis, noxii desiderii, ac quæ aliæ sunt fanaticæ noxæ. Quæ qui paraverit, non in annum semel, sed, ut sic dicam, quotidie Domino peroptabile celebrat Pascha; at qui non habeat quæ dixi, vitiisque regatur, ne is feriandi sit impos: nam qui ferietur, cui Numen ingluvies, qui carnis flagret libidinibus, qui invidia tabescat, qui immersus avaritiæ, qui ambitione possessus, qui aliis involuti sint facinoribus? nisi quis dicat sane et febricitantem valere, et naufragum vehi prospere. At non id ratio fasque patitur, nequit enim qui in tenebris versetur collustrari, nec qui sceleribus bacchetur feriari. De vobis quidem spondemus meliora conjunctaque saluti. Scilicet non aliud vita nostra est quam festi apparatus: nam videsis quæ obeantur, psalmodiam excipit psalmodia, lectionem lectio, meditationem meditatio, comprecationem comprecatio, quasi quidam agens nos, Deoque conserens orbis. Quam hæc vere splendida, et eximia vita est! quam beata, ac præfelix! Igitur demonstrato quod quærimus Pascha, serio id urgeamus, fratres venerandi, et obeamus assidue pro virili, vitiis exstincti, ac virtutibus redivivi, instar Domini; siquidem luit pro nobis supplicium, exemplar quoddam relinquens, quo vestigia sequeremur sua. Neque hæc dissero ut aliorum judices fiamus (nam suum quisque onus geret), quin perspecto, quod divinitus habeamus, beneficio, grates agamus præbitori, honoremus beneficum, vicem hero reddamus, qui non solum præsentia tribuerit, sed sincere se ad extremum colentibus bona insuper sit promissa daturus, æternum illud, et cœleste Pascha: quod adipisci omnes contingat Domini nostri Jesu Christi liberalitate atque beneficio: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXVIII.

In Ver. Oportere nos renovari in antiquum per incurrentium aspectabilium, et inaspectabilium tentationum tolerantiam.

Fratres Patresque, hieme profligata, et appetente vere, omne hoc universum reflorere videmus, hoc est, stirpes floridas, terram virescentem, aves murmurantes; cætera novitia cuncta, in iisque gaudemus, ac Max. Opt. molitorem Deum laudamus: qui hanc rerum naturam in annum reparet et convertat, neque injuria. *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna ejus virtus et divinitas* [91]. Quanquam haud hic consistendum est nobis, quin ulterius eundum, intraque nos summæ rerum contemplanda ratio. Quinam? renovationem hanc habere hiemem causam: neque enim ad venustatem tenderit, ni ante nives, imbres, ventos subierit. Ad eumdem modum animus quoque ni ærumnarum prius, miseriarum, discriminum quasi quadam conspersus nive sit, nequaquam se induit in florem, aut fructificat: passusque, et fructificat, et felicitate fruitur divina, quemadmodum scriptum est: *Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem; et generans herbam opportunam illis a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo* [92]. Igitur et nos, fratres, omnem patiamur ærumnam; omnem miseriam, omnem incurrentem aspectabilem et inaspectabilem tentationem, ipsum hoc quod ducimus jejunium, esurientes, sitientes, cæteris afflictationibus ferendis, quo fructificemus felicitateque divina fruamur. Neque id duntaxat, quin ad epulas Jesum invitemus; ut enim mundi nos oblectamur spectaculo, ita is animi pulchritudine nostri. Jam qui sunt fructus? amor, gaudium, pax, lenitas, benignitas, beneficentia, fides, mansuetudo, continentia: hæ huic epulæ, hæc invitatio est. Ac felicem qui eum pascat, ab quo vicissim perennibus bonis pascatur, felicem qui invitet, abs quo in cœlesti regno redin-

[91] Rom. I, 20. [92] Hebr. VI 7.

Digitized by Google

vitetur. Vah, qui hic tecto capiat regem, gaudet ac triumphat; quo magis qui regum Regem, Dominum dominorum? capi quidem hæc ejus indicio est sententia: *Ego et Pater veniemus, et apud eum mansionem faciemus* [96]. Ac rursum: *Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me, qui autem diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum* [97]. Quibus editis promissis, non feramus modo, quin læti omnia feramus, tam præsentia, quam quæ rumoribus jactentur, atque metuantur, audientes Apostolum dicentem: *Nunc gaudeo in passionibus pro vobis, et adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore ejus, quod est Ecclesia* [98]; divumque Jacobum: *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habeat, ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes* [99]. Viden' ut tentationes gaudio, ac voluptati sint ærumnæ; ita enim sunt quæ negotiatione quadam divina commutentur, atque id vitæ institutum sancti iniere. Quo nos quoque obeundo nisu, ac renisu, et eorum vestigiis grassati, cœleste regnum erciscemur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXIX.

In divi Platonis memoriam. Qui in ærumnis ac miseriis vitam transiere, incredibili alienaque dolori voluptate frui.

Fratres Patresque, cum homini omni sermonem, remve ineunti ærumnæ in primis, et difficultas quæritur, tum extremo certamine gaudium ac lætitia. Sane lacrymabundus, secundum carnem, rusticus serit, exsultabundus metit, profectusque in prælium miles lugere solet, ovabundus redit: igitur ad metam nos quoque evecti continentiæ, priorum afflictationem laborum minime recordemur, læti præsentibus, Herumque laudantes. Quin splendeatis et in posterum studiis præclaris; nam equidem testor jejunii tempus egregie obivisse, sine pugna, citra tumultum, morigeros probe compunctos, suum quemque officium satis superque functos. Ac grates præpotenti Deo, qui vires contulit explendi. Idemque, fratres, exemplar capiamus sub hujus exitum vitæ, cum a sua quisque functione cessabimus, vitaque nostra Christus patefiet, Deo, et Patri regnum traditurus, auctoribus Scripturis, omni exstincta potestate, imperio, potentia: siquidem haud tum sancti supplicia, ac pro virtute sentient certamina, quin incredibili, alienaque dolori voluptate in ævum perfruentur. Quinam ii; præ lege illustres, et in lege Patres, vatesque Abrahami, ac Mosis instar; in gratia, beati Apostoli, laureati martyres? omnis sanctorum chorus, ac præ his insuper:

A Eximius Præcursor, quem in (17) adulteri reprehensione regis Pater imitatus Plato est, cujus hodie memoriam celebravimus.

Ὁ μέγας Πρόδρομος, οὗ μιμητὴς ἠξιώθη γενέσθαι ἐν τῷ ἐλεγμῷ τοῦ μοιχεύσαντος βασιλέως Πλάτων, ὁ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν, οὗ δὲ τὴν μνήμην σήμερον ἑορτάζειν ἠξιώμεθα. FABRIC. *loc. cit.* pag. 280.

Cumque egregii magistri cogat necessitas egregios esse et discipulos, cognoscendo ex arbore fructu, hortor, et obtestor, gradiamur nos quoque eadem norma, iisdemque vestigiis, quibus tum ille, tum cæteri Patres fratresque de studio monastico, ac confessione quæ incumbat, remittentes nihil:

B Jam enim audieritis sine dubio quid infelix Alexander admiserit, ut obedientiam juxta, et confessionem abjurarit. Quod unde contraxit, nisi qui solitarius obiret, (quod equidem frequenter solitariis objecto) studioque nummorum Judaico flagraret? igitur herum uterque gloriosum prodit, hic Judæis, ille Judæorum gregariis Iconomachis.

Ἤδη γὰρ πάντως ἠκούσατε τί πέπραχεν Ἀλέξανδρος ὁ δύστηνος. Ἐξηρνήσατο καὶ τὴν ὑποταγὴν, καὶ τὴν ὁμολογίαν. Καὶ πόθεν τοῦτο πέπονθεν, ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ εἶναι αὐτὸν μεμονωμένον, ὃ πολλάκις ἐγκαλῶ τοῖς μεμονωμένοις, ἐκ τοῦ φιλάργυρος γενέσθαι κατὰ τὸν Ἰούδαν. Ἀμφότεροι οὖν προέδωκαν τὸν Κύριον τῆς δόξης, ὁ μὲν τοῖς Ἰουδαίοις, ὁ δὲ τοῖς ὁμόφροσι

C τῶν Ἰουδαίων εἰκονομάχοις. [FABRIC. *Bibl. Græc* Harles, 281.]

Ut merito Apostolus clamet, *Radix omnium malorum est avaritia, quam quidam appetentes erraverunt a fide, et confixerunt se doloribus multis* [98]. Neque hic possum quin plerosque vestrum haud abs re equidem tangam. Quamobrem? quod ambitione, ac primatu homo futilis caperetur, ludicro seriam ei noxam comparastis, quasi quodam Pontifice eo creando. Quod is ludicrum, diabolo plenus, extulit in opus: indeque quod infortunium contraxit? fidei naufragium fecit, merces amisit virtutis, contristavit nauci nos quoque, Dei Ecclesiæ fraudem, quantum in se est, attulit. Sed benignus Deus qui obrutam interitus profundo mentem

D educit, tandem aliquando eum facti pœnitentem revocet a lapsu, et temeritas, ac futilitatis gratiam vobis faciat, omnesque nos in suum cœleste regnum conservet, per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXX.

In Quadragesimæ finem. De cunctis patiendis supplicis, et Domini ac sanctorum imitatione.

Fratres Patresque, fors contristaverit vos superior catechesis, agitari in nos pericula professa. *Sed quia hæc locutus sum vobis*, ait Domi-

[96] Joan. XIV, 23. [97] ibid. 21. [98] Coloss. I, 24. [99] Jac. I, 3. [98] 1 Tim. VI, 10.

(17) Constantinum intelligit, juniorem Irenes imperatricis filium, de quo infr. Cat. 74.

Digitized by Google

nus, *tristitia implevit cor vestrum; sed ego veritatem dico* [99]. Apostolus rursum : *Mihi quidem haud dictu molestum, vobis præsidio est* [1]; itaque, cohorter, spiritali omni præsidio firmemur. Ac si in opus rumor prodeat, Deo duce, occurramus quam fortissime; sin minus, ne sic quidem alienum frugi futurum est, benigno Deo apparatum eum probante citraque plagas, et labores propositum munerante. Cæterum jam in extremis Quadragesima est, tempusque insignem attulit coronidem, id est, vitalium Servatoris recordationem vulnerum, unde est qui vel maxime consolatione fruamur. Nam si Herus Deusque pro peccatis nostris est comprehensus, quid magnum si nos quoque, inutiles servi, pro eo comprehendamur ? si nexus ille, ac constrictus, in custodiam ducitur, quid novum si et nos idem quod herus patiamur ? enimvero vel permolestum est nequaquam hæc contingere. Quin si vel vapulare necesse est, vapulemus, si vel pugnis accipi, pugnos, si vel conspulari, sputa ; si vel necem denique obire, illustrem patiamur necem. Ac beatum qui vel partim Christi suppliciis communicet ; hoc felicitas est, hoc immortalitas. Non audimus quid Apostolus dicit : *De cætero nemo mihi molestus sit : ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto* [2]? Ac si diceret : Nemo me contemnat, nam equidem Regis Opt. Max. in meo corpore insignia fero. Talis erat cum beatus Ignatius, qui deiferum se vocavit, quod Christi in se supplicia ferret, tum divus Eustratius, qui in tormentis vociferatus diceret : Nunc scio in me vivere Christum. O beatissimas voces ! O ter felicissimos animos ! Quorumnam vero agimus memoriam ? quorum celebramus natales? quibus fana augusta molimur ; quorum veneramur reliquias ? non martyrum ? non confessorum ? non sanctorum ? Qui hic tanta aucti gloria, dici ac cogitari nequit, quanto et cujusmodi splendore in futuro sæculo fruentur. Hæc illa est egregia negotiatio ; hic ille felix contractus, exiguis laboribus ac certaminibus æterna et immortalia parare. Quos imitemur, fratres, nos quoque, ac cum augusto sanguine nostrum misceamus ; etenim potest ; nam nec dispar natura est, nec mutatus qui dicat : *Videte, videte quia ego sum, et non sum mutatus* [3]. Ex æquo omnes deamat, pro omnibus defunctus, inconsumptum quoddam omnibus delicium propositus omnium salutis amans, æque ejus sunt divitiæ. Siquidem *Dives*, inquit, *in omnes qui invocant illum* [4]. Igitur eum in præsentibus invocemus, et vires ac robur animis largietur amplectamur, et hostes nostros aspectabiles, atque inaspectabiles nauci præbebit, præstolemur, ac nos resurrectionis mortuorum die, et adventus, coronabit, quem et insontes prævertamus, ac pro tribunali sistamur inculpati, defensione obita præclara per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXI.

Lazari Præparatoria. Cavendum nobis esse a diaboli vafritie, neu secessiones agitemus.

Fratres Patresque, Domini in Evangeliis hæc sunt verba : *Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum, ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua* [5] ; idemque parum adfuit quin nobis quoque fieret nauci. Verum haud permisit ter Optimus supra vires afflictari, quin cum periculo præbuit et exitum, quo perferre valeremus. Neque vero quid sentiam nescitis : equidem fraternum vestrum in ærumnis connixum, ac conspirationem probo, ut acceptum Deo, et frugi, ac laudabilem, secundum hoc Apostoli effatum : *Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatum est sollicitudinem ? sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam in omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse in negotio* [6]. Scilicet ea verorum fratrum est affectio, quam et ratio desiderat : ait enim : *Sive patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra* [7]. Ac tuere, sodes diaboli studium et industriam, quemadmodum ceu leo rugiens oberret, vestigans quem devoret, quem intercipiat, seu partim, seu solido : siquidem partim potitus, minime conquiescat, quin in pejus properet semper, dum peccati exigat mortem. Exempli causa, tentat in primis qui accessum patiamur, tum autem ut vitiosum animo loquamur ita pollutam porro mentem et infectam, habitu demovet naturæ, amentem, brutam cæcam molitus, quæ ambiat nefaria, pro luce tenebras, amaritiem pro dulcedine, mortem pro vita. Atque hæc comparata est tentatoris in nos pestis. Cæterum nos, fratres, animos omni ope tueamur, nequaquam locum diabolo dantes, quin negantes ilicet accessum, sin vincamur, quod proximum est ne polluamur. Sin id patiamur quoque, ne immoremur, atque in peccati perpetrationem devolvamur : quod evenire ex præsumptione solet, ac veterum recordatione rerum. Sed præsumptionem, rerumque novitiam, et tanquam reducem usurpationem fugiamus : nam cogitatione indidem versari quid aliud est quam mente in Ægyptum reverti ? Atque id secundum exteriorem hominem cavendum est ? secundum interiorem, quæ Apostolus jubet : *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus, ad ædificationem frugi et utilis ut det gratiam audientibus, et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia ; estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit nobis* [8]. Præterea secessiones fugiamus quoque, ut

[99] Joam. XVI, 6. [1] Philipp. III, 1. [2] Galat. VI, 17. [3] Malach. III, 6. [4] Rom. X, 12. [5] Luc. XXII, 31. [6] II Cor. VII, 11. [7] I Cor. XII, 26. [8] Ephes. IV, 29-32.

Digitized by Google

auctores lapsuum : hem, intra caulam sunt fratres, tu extra es? in silentio fratres, tu gannis? dormiunt fratres, tu huc, illuc damnatis vagare locis? hinc illæ noxæ, hinc ruinæ. Quid segrege flt ove? non prædæ est feris? ad eumdem modum et qui e fratrum contubernio secedat. Sed nequaquam sic, fratres, nequaquam, quin ornate omnia, decenter, accurate, serio gerantur, quasique in oculis divinis, qui occulta æque, ac aperta, et diurna, nocturnaque speculetur, nec corporis juxta et animi motus omnes nesciat; quo sic nullam Judæis, Græcisve, aut Dei Ecclesiæ fraudem comparemus. Atque hæc hactenus, nunc cum finem habeat Quadragesima, Deum laudemus qui firmatos in ejus laboribus perfungi ea tribuit en abiit molestia, manet præmium, tenuatum est corpus, animus pinguefactus. Equidem tum pinguescatis, tum consecremini magis magisque, solidaque mens, et animus, atque corpus in Domini nostri Jesu Christi adventum irreprehensa serventur, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXII.

Hebdomada majore de salutifero supplicio, deque submissione ac patientia, doctrina.

Fratres Patresque, sacer est hodiernus dies atque venerandus : etenim hinc auspicatur herus pro nobis supplicia sustinere crucis, ut fert hoc Davidicum dictum : *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum, adversus Dominum et adversus Christum ejus*[9]? siquidem convenere simul sceleratum in Dominum consilium agitantes ac negatum veterator Judas, discipulus, fraudulento suavio prodit. Ergo trahitur vinctus arbiter, cunctorum judicio sistitur, interrogatur, respondet, respondenti (o historiam horrendam) pugnum ingerentem servum leniter compellat : *Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene, quid me cædis*[10]? verborum insolentia petitur, illuditur, subsannatur, contumeliis laceratur, inspuitur, colaphis cæditur, vapulat, crucem conscendit, conscensa, pro interfectoribus precatur : *Pater, dimitte illis peccatum, non enim sciunt quid faciunt*[11]; potum fel aceto temperatum ducit, perforatur lancea, denique moritur immortalis. Hæc sunt, ut summatim dicam, Heri supplicia : eaque qui inaudiat catus, non irascitur, non irritatur, non efferatur, non intumescit, non fratrem calcat, non invidet, non ambitione ducitur, quin submissus, ac contritus, terram se cineremque putat, societatem desiderat Christi suppliciorum, mortuo satagit conformari, quo in resurrectione particeps fiat gloriæ. Vos quidem certe et communicavisse partim, et communicare Dominicis suppliciis par confidere est, nam videte ubi sitis. Non ob ejus sermonem et testimonium in exsilio ac persecutione? non olim pericu- A lum quoque compedum fecistis? non per ludibrium cruorem effudistis? aliquot athletice fratres obiere? Igitur hic nobis Dominicus triumphus, munusque suppeditat. Quoniam vero ad extremum felicitas secura nemini est, tum quod facilis conversio est, tum etiam quod incertum quid cras pariturum sit, cohortor, state in Domino inflexi, et invicti, ceu uno in animo unaque mente, pariter evangelicam fidem propugnantes, nulla in re ab adversariis exterriti, aut offendiculum præbentes, quin Dei ministros undiquaque probantes, obedientia, submissione, mansuetudine, lenitate, patientia multa, nam : *Patientia*, inquit, *vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes reportetis promissionem; adhuc enim modicum aliquantulumque, qui venturus est veniet et* B *non tardabit*[12]. Et quid autem ringimur ærumnis, ac non potius inducimus animum pro Hero in dies mori? siquidem scriptum est : *Si commortui sumus, et convivemus; si sustinemus, et conregnabimus; si negaverimus, et ille negabit nos; si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest*[13]. Jam quod sensuri sunt gaudium sancti cum venientem cœlitus Herum spectabunt magnifice angelis stipatum, qui se cum incredibili triumpho coronatum vocet, contubernalis porro in omnem perpetuitatem futurus? quem habituri sunt dolorem qui Evangelium detrectarunt, jussaque repulere qui quidem pœnas dabunt, auctoribus Scripturis : *Exitum perenne a facie Domini, et a gloria virtutis ejus, cum* C *venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt*[14]. Quæ contemplati, ac reputantes, fratres, magis magisque a cunctis corporis animique nos inquinamentis purgemus, sanctimoniam obeuntes in Dei timore, avidi in melius, nitentes in perfectius, vitia perosi, virtuti cohærentes, pro fraterno amore invicem benevoli, honore alter alterum præferentes, haud studii segnes spiritu ferventes, Domino servientes, spe gaudentes, in ærumnis tolerantes, precibus instantes qua sinceritate præditi, tum imminens digne Pascha obeamus, tum bonis frui perennibus mereamur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXIII.

In hebdomadam majorem. De Domini Herique nostri Jesu Christi supplicio.

Fratres Patresque, cum alias semper Domini nostri Jesu Christi supplicia ad mentem revocata animum pungunt et exstimulant, tum his maxime diebus, cum finem singula cœpere. Quænam hæc autem sanguinarium in eum consilium, Judaica comprehensio, ad necem ductatio, causæ pro tribunali Pilati dictio, interrogatio, castigatio, colaphi, sputa, contumeliæ, ludibria, crucis conscensus, manuum ac pedum suffixio, fellis degustatio, ictus lateris, et quæ cum iis alia micuere, nec capere queat mun-

[9] *Psal.* II, 1, 2. [10] Joan XVIII, 23. [11] Luc. XXIII, 34. [12] Hebr. X, 37. [13] II Tim. II, 12, 13. [14] II Thess. I, 9, 10.

Digitized by Google

dus, nec digne recensere valeat non dicam mortalis, sed nec cunctæ angelorum linguæ ; nam cogitemus, fratres, ingens hoc atque ineffabile arcanum. Qui animorum consilia retegit Deus, omneque perspicit humanum cogitatum, hic ille est qui capitis sistitur judicio, qui præpotente jussu universa librat ; hic ille est qui in sceleratorum manus deditur, qui obligatam in nubibus undam ex æquo tempestive inserit solo, hic ille est qui colligatus raptatur, qui cœlum palmo, ac terram mensus pugillo est, lanceque montes libravit ; hic ille est qui servi pulsatur dextra, qui florum varietate uber imbuit terræ ; hic ille est qui spinis inglorie coronatur, qui in pomario vitalem arborem consevit ; hic ille est qui ligno infelice pendet. O immania, et inaudita miracula ! quæ tum intuitus sol defecit ac una contenebravit, tum sentiens concussa terra est, et perrupta saxa, cunctaque Heri injuriis conversa machina. Jam inanimis, ac sine sensu elementis, ceu animalis, sensuque imbutis, præ Dominico terrore atque usurpatione spectaculi attonitis, et immutatis, nos (malum) ornati ratione, pro quibus obiit Christus, inexstimulari, ac lacrymis alieni per hos maneamus dies ? scilicet non bardis simus bardiores, non lapidibus duriores ? Nequaquam, fratres, nequaquam quin positi in stupore quodam divino, egregieque conversi, fletum provocemus, vitia trucidemus, injuriam compensantes injuria, vulnus vulnere mutantes, partim obedientia, partim confessione obnixa. Non videmus quot studii sint suscitabula divini, quis pro amico carcerem coluit ? quis necem pro amasio suscepit ? Enimvero clemens Herus pro damnatis non unum, alterumve, sed mille supplicia peregit, ut merito hæc recogitans Apostolus, vehementique divini sensu perfruens amoris, scribat in hæc verba : *Certus sum quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro* [15] : nam eo studio nos amplexus Deus est, *ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat*, uti scriptum est, *sed habeat vitam æternam* [16]. Huic studio quod obmoverent hostimentum sancti habentes nullum, corpora sua, sanguinemque monastice juxta, et athletice obtulere, Davidicum hoc exsecuti carmen : *Quid retribuemus Domino pro omnibus quæ retribuit nobis* [17] ? Quam nos, fratres, assidue vocem usurpemus quoque inexaurata ei quadam animi voluntate servientes, ac magis magisque in melius nitentes, quo cum sanctis hæreditatem, erciscamur æternorum bonorum, per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXIV.

In Michaelem, regno impie functum, tam pro fide corrupta, quam pro nefarie inducta conjuge, nec in periculis consternemur.

Fratres Patresque, *mihi quidem haud dictu molestum vobis præsidio est* [18], inquit Apostolus, quod inops equidem pro virili quoque haud facere desistam, nunc cohortans, nunc commovens, nunc vos præmuniens, si qua effugiam vobiscum venturam immorigeris cladem.

Cæterum esse et nunc immorigeros cum multa sunt exempla, tum unum capitale in imperatore, non solum fide corrupta, sed etiam nefarie inducta conjuge, quibus, quis non ingemiscat, et indoleat comparata rursum in Ecclesiam noxa, pestique peste ac persecutioni addita persecutione? Fugit vos, fratres, quid sub Constantino accidit, parente ejus, quæ nunc monasticum exuta vota imperatoriam dignitatem induit ? non uxore electa legitime ducta : et alia surrogata, adulterium de Domini sententia patratum est, indeque oppugnationes, ac calamitates Dei Ecclesiæ conflatæ, non ab uno scelus in complures permanans nostrum infecit orbem ? Idem agi et nunc videat qui mente præditus inducat animum pro vero afflictari ; nam cæteris nec curæ est tantillum, stupidis fortuna, seu, ut propius dicam, imperii dedicitiis, cui Proteus se ex libidine gerant. Nos enimvero, fratres, inconcussæ stabilitatem fidei tueamur, in veroque præceptorum judicio constantiam, non qui plausibilibus quorumdam inventis deludamur. Ac si videtur, silentium in primis complectamur ; siquidem : « Prudens ait, in tempore illo tacebit, quia tempus malum est [19] ; » tum autem apparemur, ne fors oppugnatione hac abjectos haud citra pericula homunciones dimittant. Ecquis vero est apparatus ? nimirum excelse omnia ferre, nec Christiano antiquius amore quidquam ducere, quin cum Davide fari : *Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo* [20] ; atque hoc apostolicum ; *Mihi vivere Christus est, et mori lucrum* [21]. *Væ mundo a scandalis*, ait ; *necesse est enim venire scandala, ut qui probati sunt manifesti fiant* [22]. Viden' ut in scandalis lecti retegantur Deo, ac tentationum igni probatus auriformis animus ostendatur ? Jam malorum insolentes, haberemus ceu imperiti cur sollicitaremur nunc laude hac non semel, iterumve quin sæpius gustata, nactique hoc divinitus beneficium pro Christo perpeti, nequaquam consternemur, dicamusve, Iterum tentatio ? sane iterum tentatio. Cedo enim sis, num finita est hostium, qui aciem fugiunt oculorum, cum carne, atque sanguine lucta ? num stadium solutum Dei petentum ? solvetur id quidem eum hinc abierimus ; cæterum quandiu corpore teneamur, omnino bellum sunt et discrimina præsto. Enimvero de tentationum prorogatione sanctorum

[15] Rom. VIII, 38, 39. [16] Joan. III, 16, 17. [17] Psal. CXV, 12. [18] Philipp. III, 1. [19] Amos V, 13 [20] Psal CXVII, 6. [21] Philipp. I, 31. [22] Matth. XVIII, 7.

Digitized by Google

stomachatus nemo est, ærumnisve tolerandis mutatus, quin ait David : *Tribulatio et angustia invenerunt me, mandata tua meditatio mea est* [23] ; et Jeremias : *Non sum te sequendo defessus, et diem hominis non desideravi* [24]. Apostoli vero hæc sunt verba : *Libentissime gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi : propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo : cum enim infirmor, tunc potens sum* [25]. Idem nobis studium ducendum est, dicendumque socium habentibus Christum, ac commilitonem in conflictibus, quippe *Haud te deseram*, inquit, *neque relinquam* [26]. Cæterum si pro nobis Deus est, quis contra nos? Jam si vulgus hominum gaudet pro caduco pugnare rege, quanto nos magis pro supremo decertare, et in arenam descendere? Igitur ei proposito insistamus, fratres, seu ingruat tentatio seu non ingruat. Quanquam imminet ab hoste perpes, si minus conspicua certe invisa, positæque sunt in tentatione coronæ, et in bello victoria, ac qui gravia sit perpessus, næ is præmia quoque referat ingentia, nos quidem hac e vita ovabundi profecti, vitam cum sanctis perennem ineamus per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXV.

Committendum non esse ut licentia abutatur, qui Christianam ineat vitam, gratulandumque subeundis molestiis, præmium intuentibus futurum.

Fratres Patresque, equidem vellem unumquemque vestrum coram spectare, omnesque impertiri pro viribus sermone qui vestram elaborem salutem, ac præfecturæ timeam periculum, sed posteaquam minime id oppugnatio permittit cohortor tum conjunctos, tum devinctos pariterque cunctos circumspecte sibi cavere, tam indidem in hospitio quo utamur, quam ubicunque locorum versemur, nihil citra constitutum facientes ; non licentia alter in alterum abusi, non colloquia cum pueris crebra agitantes, (tantum abest ut cum mulieribus dicam) quin ubi necessitas cogat videre, alloquive cauti, qui mentem surrigamus, et oculos dejectemus ; nam aiunt Litteræ : *Virginem ne contuere, neu cum psaltria consuesce, ne forte scandalizeris in suppliciis ejus* [27].

Omninoque ceu Deum habentes præsentem ac motus omnes, et actiones corporis, animique tuentem, sic degitote, atque obitote, quem in locum secretus quisque est gratulati et subeundis discriminum molestiis, qui repositam speculemini mercedem, neque enim injustus Deus est ut facinus vestrum ac laborem sit oblitus amoris quem erga eum testati estis ex quo primum secessionem fecistis ; qui mundo, et mundanis relictis, parentibus, fratribus, stirpe, patria, corpus insuper ad certamen objectis qua obedientiæ, qua confessionis, quæ incumbat, scilicet quam illustris professio vestra est, tam illustrius præmium non mundanos cernitis, aterantur, atque afflictentur, hi agricolationem urgentes, publica stipe, et exactionibus gravati, ut ægre potum sibi, ac cibaria procurent, illi militia terra, marique perfuncti, bello lacessentes, atque lacessiti, cædentes cæsique? quorum nos omnium immunes, vivo veroque Deo servimus. Non ut aliud nullum suppetat, vel hoc satis est ad voluptatem, gratulationem, triumphum? sane obsecro, fratres. Ut circumspecte insuper sit vivendum, qui ornate cuncta, decenterque obeamus, abstinentes, et corporis libidines, quæ cum animo conflictentur, primo incursu repellentes mentisque puritatem parantes, quo sincere hinc profecti, bona ineamus æterna per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu nunc et semper in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXVI.

De mortis recordatione, odioque mundi, ac mundanorum.

Fratres, Patresque, quam eximia Catechesis, quam frugi admonitio est? quæ intentos ad officii functionem, vigilesque præstet. Id adeo facere negligamus nunquam, neu cessemus a cogitatione, et amore divino ac corporis dejunctu ; siquidem paulo post dejungemur, ac moriemur quemadmodum cuncti majores, in alium mundum aliud ævum, aliam abituri vitam, immensam, et infinitam. Nostra hæc sane instar somnii, umbræque est, quæ exiguis terminetur annis. Nec spatium consequamur oculis temporis quantum longissimum ab orbis fabrica ad sæculorum pertinet decursum, quin cujusque vitam, quemadmodum ad Davidicas pervecta metas, atque id in perpaucis, minime ulterius tendat. Hæc enimvero arbitrati omnes obivere sancti, hac spe, ut Apostolus testatur, decessere : *Non acceptis repromissionibus sed a longe eas aspicientes, et salutantes, et confitentes ; quia peregrini, et hospites sunt super terram, qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Et siquidem ejus meminissent de qua exierunt, haberent utique tempus revertendi, nunc autem meliorem appetunt, id est cœlestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum ; paravit enim illis civitatem* [28]. Hæc urbs nostra, hæc patria est, hic Patres fratresque nostri, spiritales ac carnales. Jam quid amplectendam porro hanc temporariam vitam ducimus? quid in ejus studio quasi quibusdam clavis defigimur? quid irrevulsi ad exitum luctamur? Amentum est nolle ab exsilio redire domum, aut e bello in pacem restitui. Nos quidem, charissimi fratres ceu prudentes, et qui secessionem eapte causa fecerimus, mundo mundanisque relictis, vel vitam meditationem quam-

[23] Psal. cxviii, 143. [24] Jerem. xvii, 16. [25] II Cor. xii, 7, 10. [26] Jos. i, 5. [27] Eccle. ix, 5. [28] Hebr. xi, 13.

Digitized by Google

dam obitus præstemus, qua meditatione cunctam exigamus libidinem, segnitiem, torporem, ignaviam, vitiositatem, quo sic Deo accepta facientes, bona erciscamur æterna, per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXVII.

De vera, ac genuina obedientia, et confessione, studioque Dei præceptorum.

Fratres Patresque, aliud vestrum carnale est demensum ; aliud spiritale, illud porrectum ab œconomo, in cibis, potu, vestimentis locatum hoc a me nauci, in sermone, doctrinaque situm. Atque ut illud necessario præbetur, ita hoc necessario debetur quoque ut nihil faciam magnum, qui hæc vobis segmenta ac mendicabula disseram verborum, quin tremam et extimeam, ceu rationem daturus animorum vestrorum non regi, præsidi imperatori, sed omnium judici, atque Deo, cui congenuculabunt universi, cœlestes, terrigenæ, subterranei cunctæque laudes peragent linguæ, qua in cogitatione pavescant illustres vita, ac sermone sancti nedum infelix ego. Verum opitulamini obsecro, vobis juxta, mihique, ut amantes fratrum, virtutis functione vobis, precibus mihi etsi mea est vestra functio, atque e contrario, posteaquam corpus unum ac membra sumus vicissim, *et sive patitur unum membrum*, ait ille, *compatiuntur omnia membra sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra* [39]. Et par est sane ; ut vestrarum ego rerum satago, sic vos mearum satagere ; nam ego in vobis, ac vos in me estis, pro studio et amore, eaque norma veræ fraternæ reipublicæ cœtus describitur. Ergo obedientiam mihi vestram insignem genuinam servate (non illam cauponaria fide) in qua nati, educti, adulti Dei beneficio ad confessionis divinæ culmen evasistis, primis alterisque periculis defuncti, non reges timuistis, non magistratus expavistis ad certamina, plagas, exsilia, compedes, supplicia expediti, celebritatem peperistis, ut omnibus perspectum est, quamobrem ne committite, fratres, ut hanc vestram virtutem prodatis, neu infamiam gloriæ quæratis, neu eximium nomen in fœdum vocabulum vertatis, quin superioribus sequentia egregie superstruite, undiquaque muniti ; intus, extraque divinis tecti præceptis, tentationem omnem et ærumnam vincentes, atque superantes, certi hoc quoque adhuc nos in acie, ac periculis versari, ignaros quid cras pariturum sit. Quanquam si pro nobis Deus est, quis contra nos ? qui Filio non pepercit, quin pro nobis omnibus præberetur, scilicet non cum eo cuncta largiatur ? sic sperate, sic præfidite. Eaque spe, et fiducia grassati, nihil dubito quin sanctorum in cœlesti regno cohæredes sitis, ac partiarii futuri per Christum Jesum Dominum nostrum ; cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXVIII.

De audiendis serio sacris Litteris.

Fratres Patresque, omnes homines cum aures habemus oculosque, tum minime omnes audimus, ac videmus, nec nisi auriti et perspicaces. Ergo ait Dominus in Evangelio, *Qui habet aures audiendi, audiat* [40] ; ac de inobsequentibus vates : *Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, et aures ut non audiant* [41]. Quamobrem necesse est quæ legantur serio, non leviter et obiter audire, ne in minas incidamus, sed hoc usurpemus scriptum : *Disciplina Domini aperit mihi aures* [42]. Equidem qui sic audiat, inaudit, compungitur, purgatur, illustratur, ovat, exsultat, ut fert Davidicum carmen : *Exsultate, justi, in Domino* [43], cuncta hæc umbram æstimat fugacem, omniaque pro stercoribus ducit, quo Christum lucretur, exempli gratia, audit discipulos alloquentem : *Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos modicum, et mundus me jam non videt ; vos autem videtis me quia ego vivo et vos vivetis* [44] ; et rursum : *Ego sum vitis vera, vos palmites* [45]. Iterumque : *Vos amici mei estis, si feceritis quæcunque ego præcipio vobis.*

Jam non dico vos servos, quia servus nescit quid faciet dominus ejus ; vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audivi a Patre meo nota feci vobis [46]. Et alibi : *Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, et ego dispono vobis testamentum æternum, ut edatis, et bibatis in æternum super mensam meam in regno meo* [47], hæc, aliaque similia Dei audiens studiosus, non lætatur modo, quin mori Christo quotidie animum inducit. Sane id institutum cuncti iniere sancti et his studiis quasi quodam celebri triumpho suum Dei desiderium ostentarunt, quippe ait Jeremias : *Non sum te sequendo defessus, et diem hominis non desideravi* [48]. David quoque : *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi ? calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo* [49]. Apostoli vero hæc sententia est : *Nobis donatum est a Deo, pro Christo, non solum ut in eum credamus, sed ut etiam pro illo patiamur* [50]. Nec Apostoli secus : *Verberati*, inquit, *gaudebant, quoniam digni habiti sunt pro nomine Christi contumeliam pati* [51]. Bre iter iis vocibus omnes suum Christi studium demonstrant. Igitur audiamus, fratres, nos quoque quæ dicantur acuta, et amabilem Deum studio, ac amore prosequamur, assidue pro cunctis quæ in nos contulit bonis gratulantes, quos in primis ad salutem delegerit in monastici sanctimonia voti, tum autem orthodoxa fide præditos, nec palabundos colere se, atque venerari concesserit ; nam quot fraude, astutiaque mortalium impulsi sunt in errorem, ac fuci plausibilitate decepti ?

[39] I Cor. XII, 26. [40] Matth. XIII, 9. [41] Rom. XI, 8 ; Isa. VI, 9, 10. [42] Isa. L, 5. [43] Psal. XXXII, 1. [44] Joan. XIV, 18. [45] Joan. XV, 5. [46] Ibid. 15. [47] Luc. XXII, 28. [48] Jerem. XVII, 16. [49] Psal. CXV, 12, 13. [50] Philipp. I, 29. [51] Act. V, 41.

Digitized by Google

quot fame afflictantur, non panis, aut aquæ siti, quin verbi audiendi divini, quemadmodum scriptum est [42]? Nobis quidem, ceu opipara quædam mensa, præbita sanctorum doctrina est, alio hinc sermonem quasi quasdam condiente cupedias, inde alio velut aurum, divina moliente verba, ac serio aliis, aliisque hinc, et inde acclamationum delicias comparantibus: ut non abs re porro cum Apostolo dixerimus: *Si Deus pro nobis, quis contra nos? qui proprio Filio non pepercit, sed pro omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit? Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat, quis est qui condemnet? Christus qui mortuus est, imo qui et resurrexit a mortuis, qui et est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis* [43], videlicet Deum ac Patrem, suumque regnum est perenne daturus: quem gloria decet et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXIX.

Nequaquam mœste, quin fortiter obeundum ad quod vocati simus divinitus opus.

Fratres Patresque, segnitiem nostram excitans Apostolus, scribit in hæc verba: *Gaudete in Domino, semper iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota sit* (18) *omnibus hominibus. Dominus prope est, nihil soliciti sitis, sed in omni oratione, et obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ fiant ad Deum* [44]. Quamobrem ne torpeamus; quin vivide, atque fortiter obeamus ad quod vocati simus divinitus opus: nam equidem Deus est qui e vita communi ad professionem nos monasticam vocavit, qui incolumi quadam veste, hilarique toga amicivit, qui a legis exsecratione redemit, factus pro nobis exsecrabilis. Itaque consistamus in libertate in quam a Christo sumus asserti, neu servitutis rursum teneamur jugo, neu fœdus cum vitiis ineamus. Servus manu missus paratitius, nequaquam inducat animum servitutem denuo servire, ab eaque profugus longissime, gaudet quod servili tyrannide sit exclusus, etsi haud malum est omnino servitus; nam Apostoli hæc sententia est, *Servus vocatus es? non sit tibi curæ (sed et si potes fieri liber, magis utere) qui enim in Domino vocatus est, Domini, similiter et qui liber vocatus est, servus est Christi* [45]; atque interim, mancipatus, negat sub servitutis venire jugum, quo nos debemus magis, peccato liberati, procul abscedere.

Nescimus quid in nos designarit? non pomario proscripsit? non mortales ex immortalibus effecit? non in hanc luctuosam introduxit vitam? non mali auctor omnis et fuit et nunc est? Ut fugiendum sit nobis, ceu pessimum, odio prosequendum, ut odio dignum, potiusque diligenda virtus, quæ angelos comparet mortales, atque adeo deos, secundum illud, *Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes* [46]. Ecquæ est autem vis virtutis mundi propudium amorque divinus. *Nemo enim potest*, ait, *duobus dominis servire, non potestis Deo servire et mammonæ* [47]. Non virtuti, et inhærere vitio potestis', nam luci cum tenebris communio nulla est. Jam levia sunt Dei præcepta; grave, ac nefas potius', insulse contendere qui contrariis potiamur; arbitrarique virtuti juxta, et vitio vacare, id est, carnalibus desideriis, ac spiritalibus facinoribus. Enimvero si ad perfectionis evasimus mensuram, pol Deo gratiæ, a quo est omne beneficium, munusque perfectum, pol stabiles consistamus, divino timore tuti, ab habituque præclaro immobiles, et inflexi; sin quid desit urgeamus, nitamurque ad perfectionem contingere donec fungendi imminet tempus, fide præfirmi, spe alites amore devincti, submissione nitentes, obedientia compti, patientia explorati, confessione relucentes, cæterisque cunctis recte factis velut ad amussim politi, ceu veri monachi, ceu minime mendaces subditi seu probi Christiani, ceu Dominici servi, quo cum expedite hic vitam peragamus, tum supremis bonis potiamur, per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXX.

Doctrina de fide.

Fratres Patresque, debitum nunc quoque demensum vobis offerimus sermonis, tenue id quidem, ac mendicum, sed quod necessario offeratur tamen, ne ob silentium nos damnemur, vosque aliquantulum solatium capiatis: nam ut maxime id e sanctorum lectione Patrum sentiatis, nihilominus nostram hanc etiam nauci requiritis doctrinam, ac præ illa, hanc ausim dicere, ceu illa historice recitata, hac in faciem dictata, et arguendo instituta, ait enim, *Arguam te, et statuam contra faciem tuam peccata tua* [47]. *Si non venissem, et locutus fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo* [48]. Quod absit de vobis dicere; siquidem haud sermocinamur, ut immorigeris, ac flagitio constrictis (minime gentium), quin ut morigeris filiis, ut charissimis natis, ut unanimis, et qui concorpores sitis, ac commilitones, quo gaudeatis, quo proficiatis, quo sinceri, et irreprensi in Christi diem evadatis, Christianorum pleni fructuum probitatis, in gloriam laudemque Dei. Ut vobis comparata sit oratio; nam qui aquæ scaturiginem e prærupta olim caute Israelitis præbuit, quid mirum si e lapidea hac mente brevem oratiunculam extundat? Quam haurientes, Deo gratulemur, qui alimenta ac potum conferat, vitamque instruat nostram velut in solitudine, hic de-

[42] Amos VIII, 11. [43] Rom. VIII, 31, 34. [44] Philipp. IV, 4-6. [45] I Cor. VII, 21. [46] Psal. LXXXI, 6. [47] Matth. VI, 24. [47] Psal. XLIX, 21. [48] Joan. XV, 22.

(18) Γενέσθω auctor citat, γνωριζέσθω habent evulgati.

Digitized by Google

gentum. Sed quoniam priscæ historiæ meminimus, contemplemur, si libet, quæ tum immorigeris evenere, de quibus Apostoli hæc sunt verba, *Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo: nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut et illi concupierunt. Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare, et bibere, et surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, et ceciderunt una die viginti tria millia; neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentaverunt, et a serpentibus perierunt; neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, et perierunt ab exterminatore* [80]. Quæ contemplati, fratres, iræ causas divinæ, pravum desiderium, murmur, Christum tentare fugiamus. Quinam is tentetur autem? incredulis illapsis cogitatis, ut proloquamur. Ergo necessaria præbebit? ergo hostile bellum feremus? ergo hoc illudque patiemur? nequaquam, fratres, (incredulorum ea sunt, atque dubitantium:) quin quid creduli omnia passuros.

Sic Noachus credulus diluvii internecionem evasit, arcam fabricatus; sic Abrahamus credulus parens multarum factus nationum est; sic Moses credulus mare ceu terram peragravit; sic pueri creduli tergemini in igne quasi quemdam duxere rorem, nec conflagrarunt; sic Daniel credulus leonum illæsus faucibus exivit, atque, ut breviter dicam, sic sancti omnes sanctimonia, sic probi probitate, sic martyres defuncti martyrio sunt. Ita creduli nos quoque cuncta patiamur, Christoque duce vincamus coronas adepturi probitatis, atque hanc ejus audituri palmariam vocem: *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi* [80]. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXXI.

De amore erga profectum; neu futilitate occupemur vitæ, sed in melius provehamur.

Fratres Patresque, studio vos alloquor, non necessitate, et si necessitas imposita mihi est, illoquendi: etenim zelo prosequor divino, quantumvis noxius valdeque in vestro gaudeo profectu. Sin accidit frequenter ut vos contristem, quemadmodum pridie, at ne id quidem quo contristemini, quin eximium cognoscatis meum in vos amorem (siquidem castigat serio quem quisque deamat, et quis est filius vero, quem non castigat pater?) quo perfecti integrique sitis, nulla in re defecti, nam alioquin et amplector, et obedientes, ac morigeros testor, patriaque præcepta obeuntes, quanta haud scio an ulli nostra memoria subditi diligentia. Nec pol adulor, quin vera prædico; nam quis tam unanimus patri, aut obsequens profecto est in Dominicis mandatis, quam vos illustres estis undiquaque? Testimonio sunt exsilia, persecutiones, compedes, miseriæ, ac vel in sanguinem renixus, ineundo cum peccato certamine, quanquam haud id vestrum est. Dei beneficium est, a quo et laus suppeditat. Igitur alii sibi pecunias habento, prædia, monasteria, collegia; mihi ad celebritatem satis est vos duntaxat habere, in quibus me ostentem, scilicet mea estis lætitia, corona, vita et alacritas, ac si quid aliud insigne est. Tantum cohortor egregio et studio minime supersedere, nec modum tenere boni, et ascensus quasique qui carnales ambiant pecunias inexsaturatum plus habendi desiderium contrahunt, sic vos in spiritalibus ad extremum halitum finem nullum facere in melius provehendi, siquidem haud sunt pares hujus temporis ærumnæ ad eam gloriam quæ in nos exhibenda est. Non vitas intuemini sanctorum, quod laboribus ac sudoribus sint exactæ? non martyria sanctorum, quot cruoribus sint suppliciisque confecta? Quamobrem? quo Christum lucrarentur, quo bona pararent quæ mentem et ingenium superant, posteaquam temporalia sunt quæ videntur, quæ non videntur sempiterna. Non sol eximius est? at is quoque jamjam in tenebras abibit. Non eximia luna? at ea quoque haud lumen edet. Non eximiæ stellæ? at eæ quoque collabentur. Non eximium cœlum? at id quoque ceu vestimentum veterascet, cunctaque mutabuntur, novis cœlo atque terra parandis, uti scriptum est, ac vita subitura felice, et ineffabili, quæ socia Christo conjunctaque maneatur. Atque hæc sunt promissa, ex iisque cogitatis præsidium contrahamus quæ sensibus capiantur iis quæ sensum fugiant vincentes, studiumque carnis divino coercentes, ac quemadmodum Apostolus docet: *Quæ sursum sunt, quærentes, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapientes, non quæ super terram* [81], ceu hominum plerique, qui tanquam sues cogitationum luto volutentur, vitiorum obruti lacunis, quorum exitus pestis, atque in ignominia gloria est. Cæterum nostra in cœlis vita est, unde et sospitatorem manemus Dominum Jesum Christum, quem et spectare mereamur benigne in regnum nos asciscentem, mactum gloria et imperio cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXXII.

Operam dandam ut ab omni inquinamento purgemur per pœnitentiam, quam Dei munere habeamus.

Fratres Patresque, vulnus vos mei pedis contristavit, nec injuria; nam læto, mœstoque pariter consentitis, ceu fratris studiosi, ceu patris amantes. Ego hinc vero catechesim molior. Quo pacto? sane ob mea saucius peccata, ilicet opem, ac medicinam postulavi, quo factum est ut totum hoc triduum versari nequierim vobiscum, tum autem Dei misericordia curatus, denuo interesum vobis, et inerro. Idem in animi morbis usu venit: accepit quis ex

[80] I Cor. x, 10. [80] Matth. xxv, 34. [81] Coloss. III, 1.

Digitized by Google

aspectu audituve in mente vulnus? Fanatica correptus animi deformatione, scelerata cupidine, ira, furore, odio, invidia, rixa, contumacia, aliove lethali ullo facinore flagrat? e vestigio opus medicina est (ea est autem pœnitentia, id est, compunctio, fletus, lamenta, contritio cordis, cætera pœnitentiæ pharmaca); indeque persanari, et in priorem redire statum, quod ni fiat, peccatum peccato, vulnus vulneri deprendimur addentes, incurabili morbo, lethifera quadam peccati ægritudine conflanda, sed nequaquam sic, fratres, quin cavendum in primis ut ne peccemus, nam quid animo jucundius puro, et inconcussa vitiis mente? sin accidat peccare quoque, ut est labilis natura nostra, extemplo corrigendum, nec vel ad horam incuratum sinendum quidquam est, quippe instar furis mors est, nec qua hora fur veniet tenemus, concubia nocte, an gallicinio. Jam imparatum e corpore recedere plenum est periculi, sistique Christi tribunali perhorribile. *Vivus est enim*, ait ille, *sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti, et pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus* (19) *compagum quoque ac medullarum et discretor cogitationum, et intentionum cordis, et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus, omnia autem nuda, et aperta sunt oculis ejus, ad quem nobis sermo* [82]. Ac si ægre sospitatur probus, his sic habentibus, inquam, impius atque sceleratus ubi comparebunt? si Daniel vates judicio per visum conspecto attonitus inhorruit, quid nos passuri sumus, cum ad res erit deventum? *Fluvius*, inquit, *igneus trahebatur coram eo, millia millium assistebant ei; et decies millies centena millia ministrabant ei, judicium sedit, et libri aperti sunt* [83], quæ ubi contingent, ecquis subsistet, ecquis præfidet, nisi qui recta imbutus fide est atque actione præclara, qui fortitudine, justitia, temperantia mactus obsecutus ac subjectione perfunctus? Igitur cavendum est omni studio, fratres, horaque metuenda mortis, atque hinc in oras parandus exitus, nec committendum ut incautos fallat homicida hostis, qui semper socordia præsens dimittat, et in futurum exsecutionem subjectet mandatorum: nam is est serpens, delusor, ac qui facinorum modos ingerat diversos. Quem ne ignoremus, quin assidue divina ope repulsum profligemus. Equidem vos hanc in horam frequens huc convocavi; quo tria hoc ex ore verba audiretis, interque vos solatium vicissim mutua admonitione caperetis: siquidem præstans admonitio est, animum usquequaque novitium comparans. Quod Patrum in morem facitantes, novi explorate, ac confido, salutem quæsituros, et Deum propitium paraturos, regno adipiscendo cœlesti, per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXXIII.

Gratulatoria, qui fratres adventantes haud pœnitende domo capiamus.

Fratres Patresque, agendæ sunt nobis Deo gratiæ pro bonis quæ largitur, maxime hoc in hospitio, quod, et si profugis, ceu in monasterio degentibus, satis superque est, unde adventantes domo capiamus.

Videtis quot juges hinc inde commeant fratres, (nec immerito; nam quo alio respectent nisi in Deum prorsus, ac tenuitatem nostram?) videtis et alios fratres Patresque, inopes, ac deploratos, divertentes, peneque dies sine invitatione est nullus, neque in his omnibus tamen necessaria defecere, quin superflua quoque præbita frugalitas est. Enimvero quid aliud dicamus quam haud frustra esse qui promiserit, *Quærite primum regnum Dei, et justitiam ejus, et hæc omnia vobis adjicientur* [84], nobis quidem sunt adjecta, frumenti, vini, olei fertilitas, et quæ alia fert necessitas, cunctaque spe majora sunt, nec sufficimus, aut agendis gratiis ut benignitas meretur vocem habemus rumpere. Sin nimirum invitationibus cogimur in arctum ac comprimimur, at videsis merces, lausque ad Deum quanta, ipsi monasteria tenentes admirantur, siquidem quæ iis haud facere contingat, nobis peragere tribuit Deus. Quamobrem? divina agnoscenda potentia, quæ spe fideque præstanda, non humanis officiis obeatur. Mihi certe res nostrates similes Israelitarum in deserto erroribus videntur, quadriennium hodie nec serentibus, nec metentibus, suppeditat indeficienter alimenta corpori Deus, non manna cœlitus pluens, sed horrea reserans habentium, non e caute aquam ciens, sed piorum nobis vinarias cellas profundens, cæteraque largitus quæ haud facile recenseam. Non hoc mirum, insolens, laudabile? Addam et aliud apostolice, *sicut egentes nos quidem, multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes, et omnia possidentes* [85], tantum in nos clementis Dei beneficium est, tantaque liberalitas: ut periculum sit ne honorum ignoratione injuriam benefico faciamus. Sed advertamus animos, fratres, una omnes serio, tam qui hic degitis, quam qui commeatis, ac Dominica seduli præcepta exsequamur, mutuoque moneamus, ad amoris, ac bonorum operum instigationem, non projecte viventes, nec carnis, animive libidinibus perfuncti, nec murmurantes, instar priscorum: nec Christum tentantes, ut tum ii, poteritne hæc, illaque Deus porro sufficere? equidem scriptum est, *Omnia possibilia sunt credenti* [86]. Nobis quidem quæ ad salutem faciant credulis tum postulata Deus cuncta præbeat, tum adjumenta corporis; vitæque peragremus solitudinem, luce illustrati veritatis, et Amaleciten profligemus qui aciem fugiat oculorum validis instructi armis spiritus, atque haud pro-

[82] Hebr. I, 13. [83] Dan. VII, 10. [84] Matth. VI, 33. [85] II Cor. VI, 10. [86] Marc. IX, 22.

(19) Σώματος. Erat in nostro, sed emendavi ex Vat. πνεύματος. Ac sic est in divo Paulo.

Digitized by Google

missum equidem solum invadamus (siquidem nihil ad nos momentanea ac caduca), quin cœleste regnum ineamus; certus est enim qui stipulatus dixit, *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* [57]. Cui gloria et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXXIV.

Nequaquam occasionem quærentibus præbendam, deque ineundo cum vitiis conflictu.

Fratres Patresque, præsentibus malis haud abs re hoc Apostoli usurpemus, *Tentatio non nos apprehendit nisi humana* [57*], quod ob dominum Theoctistum, eximium senem, diximus, velut omnino nostrum. Ecquæ est autem tentatio? quod is in insulam Chalciton est relegatus, ejusque sacerdos, a contubernali delatus: ceu immemor principum, crudelissime tergo vapulavit. Ut mihi quidem conflari in nos pericula videantur, et si plerumque reperimur ipsi in ea nos inducere, qui enim possunt monasterium tenentes non memoriam agitare principum (scilicet non incolumes in urbe fratres: Patresque degentes hæreticis conciant tumultum?) *Exite de medio eorum* [58], *et separamini, dicit Dominus, et immundum ne tetigeritis* [59], hi contra facientes, sustinent contraria. Nos enimvero nauci profugimus urbanos, hac in ora considentes, ut ne occasionem quærentibus præbeamus, ac nos indemnes hactenus tutatus Deus est, tuteturque etiam porro, si cavebimus, neque effutiemus hoc et illud, nec levibus et improbis sermonibus aurem tribuemus. Quæ Apostoli sententia est? *Sermo vester semper in gratia sit, sale conditus ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere* [60]; rursumque Dei germanus inquit: *Sic loquimini, et sic facite sicut per legem libertatis judicandi* [61].

Quamobrem demus operam circumspecte ne intempestive in periculum ruamus, quin imminens malum ceu laqueum evadamus. Atque hæc tentatio est humana, id est levis; cæterum dæmonum, ea vero est pergravis, et implacabilis, qui nobis vexandis in dies, horas, momenta dediti, perdifficilem conflictum, arduamque cum primis victoriam præstant. Sed quoniam nihil non diligentia confit resistamus, ac Christo duce vincemus; nam is est qui nobiscum perferat certamina, quandoquidem *Sine me*, inquit, *nihil potestis facere* [62]. Quam in tentationem satagamus non incidere, neu diabolo in manum convenire, ubi haud brevis agatur in insulam relegatio, quin a Deo projecti in extimas tenebras portatio, nec tanta, tantillave flagra, sed immensa, æterna, infinita siquidem *Surgent*, ait, *qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in resurrectionem judicii* [63]. Itaque timeamus, fratres, porro, ac contremiscamus, cunctis contractis opibus, quæ in intestini nobis Spiritus potentia sunt, viribusque locatæ, *consilia destruentes*, uti scriptum est, *et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, et in promptu habentes ulciscentem inobedientiam* [64], idque jugiter. Atque hoc improfligabile bellum est, hoc multiplex et diuturnum martyrium, nam qui assiduis petitus cogitatis minime defetiscatur, accidatve Bahali, quin repugnet, ac vitia transiliat, cupidinem, furorem, iram, timiditatem, næ is martyrio in dies multetur, habeatque qui cum Paulo dixerit, *Quotidie morior, per gloriationem, quam habeo in Christo Jesu Domino nostro* [65]. Quin sub certaminis fine audeat effari, *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi corona justitiæ quam reddet mihi Dominus in illa die, justus judex* [66], quod eloqui nos quoque universi queamus, comptique justitiæ corona regnum ingredi cœleste per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXXV.

Doctrina de noxia fugienda voluptate.

Fratres Patresque, quantum certamen incumbat doctori pro discipulis Apostolus ostendit ad Timotheum in hæc verba: *Insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia, et doctrina; erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt* [67]. Equidem vero absit ut sic affectus vobiscum sermociner, sed quia veternosa, pronaque natura nostra, quæ est oblita præceptorum quasi calcar, orationis stimulum et tanquam verbera assidue requirat, quo evigilet ac propositum sibi gaudium cernat, nam quid enim, non promissum cœleste regnum est? non vita immortalis? non ineffabilis lætitia? non pomarii deliciæ? non pares angelis honores? non requies sempiterna? Jam cur vincula, carcer, exsilia, ærumnæ, tormenta, neces expetuntur? non ut promissa consequamur bona, atque intentas pœnas fugiamus? Videsis martyres cruorem lætos effundentes, et alacres ad ensem, ignem, bestias, cæteraque cuncta supplicia abeuntes; videsis et sanctos cum animi voluptate corpus afflictantes, atque in servitutem redigentes nihilque arbitrantes virtute suavius. Itaque quid nos stertimus porro? quid diffundimur? quid perniciosis ac pestiferis vitiis occumbimus, quæ telo cor acutius vulnerent? *Exite de medio eorum, et separamini, dicit Dominus* [68], non abs re hic usurpemus quoque, quamobrem secedamus ab eis, ceu Sodomis, ac Gomorrha, igni atque sulphure ambustis, carnisque sensis depositis, quæ spiritui reluctentur, et repugnent, a servili studio asseramur, animis inventuri requietem,

[57] Matth. v, 10. [57*] I Cor. x, 13. [58] Isa. LII, 11. [59] II Cor. VI, 17. [60] Coloss. IV, 6. [61] Jacob. I, 25. [62] Joan. XV, 5. [63] Joan. V, 29. [64] II Cor. X, 6. [65] I Cor. XV, 31. [66] II Tim. IV, 7. [67] II Tim. IV, 2. [68] II Cor. VI, 17.

Digitized by Google

nam quid requietius mente est, quæ vitiis imper- A cita cum Deo agitet pacem? hoc gaudium ac triumphus, hoc felix suavitas, sacraque est voluptas.

Quapropter si frui volumus, perditam carnis voluptatem fugiamus, unde corruptela atque mors nascitur; siquidem *Qui seminat*, inquit, *in carne sua, de carne et metet corruptionem; qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam* [69]. Sin apparere volumus gloriosi, vanam, et hanc gloriolam contemnamus, compti humilitate, omnique præclara functione absoluti; ita enim tum expetite præsentem vitam transigamus, tum bona adipiscamur futura Domini nostri Jesu liberalitate atque beneficio. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque B perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXXVI.

De gratiarum actione, neu in tentationibus vacillemus.

Fratres Patresque, triennium jam hoc vitam insolentem ducimus, nec prorsus oppugnati, nec citra oppugnationem manentes, ex quo et invicem visimus, et ultro citroque commeamus, quod humanitatis opus est divinæ; nam qui vacillantes superioris intervallo oppugnationis videret, cum custodias contraxit, tum adhuc orthodoxiam differt pro impervestigabili justitiæ suæ judicio. Atque id sic quidem. Ego vero, qui leviter despectarem, paucos credebam ob Dominum vexatos, nunc cernens quo- C tidie, ut sic dicam, quot adventent fratres, pene juvenesco, posteaquam tot sunt qui Babali haudquaquam genu flexere, quin Domino ceu lucidas se stellas conservarunt, quacunque ejus dominium patet, ut ætas hæc habeat quoque quod ad posteros glorietur, vere inesse in nobis Deum. Nec deperdidit Ecclesia robur, ut verax Domini fert promissum, quin ei illisi ab ævo cunctis cum spumæ instar marinæ sunt dissoluti, tum ea, ut irrupta cautes, in eadem fide, ac confessione permanet, itaque gaudere in eo, et exsultare debemus, ac Pol vigilare, et advertere procincti, ne fors iterum repente ingruat tentatio. Scilicet non hoc agitur, ut semel, bisve, aut sæpius periclitemur; sed ad extremum tuenda confessio est, nec qui ferantur extimescendi rumores, aut D flagra metuenda, quæ lacerare corpus videantur, aut quæ carnem compedes premant, aut alia quævis humana noxia, quin solus terribilis Deus habendus, cujus omnia nuta labefactentur, solæque pavendæ pœnæ immortales, quarum infanda experientia est; ceterum quæ in manibus sint seu adversa, seu prælata, somniorum similima, celerrime exspirant, siquidem scriptum est, *Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum* [70]. Adhæc depugnandum quoque est cum persecutore, qui obtutum fugiens oculorum, *in dies* nos lacessit, ac non sensibilibus loris, sed inaspectabilibus cogitatis ferire haud supersedet, atque incendere, non igni cum materie permixto, sed pravis desideriis, cæterisque vitiis animos tentat et oppugnat. Igitur *state succincti lumbos vestros in veritate*, ut est in Litteris, *et induti loricam justitiæ, et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, et galeam salutis assumite, et gladium spiritus, quod est Verbum Dei* [71]. Quæ nos nauci quoque præcepta apostolica locuti, pariter cohortamur in ærumnis minime defetisci, aut in tentationibus vacillare, scientes qui amplius tentetur, ei amplioris coronæ occasionem quæri. Vires quidem præbeat Deus; nam potest sane quæ promisit exsequi, ac nos eonfirmare, qui non flagra solum, quin ignem, gladium, bestias aliaque cuncta patiamur, quod Apostolus præfidens scribit in hæc verba: *Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos* [72]; et, *Certus sum quia neque mors, neque vita, neque principatus, neque potestates neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro* [73]. Equidem sic affecti martyrium in dies vel ante martyrium, jugeque certamen vel ante certamen obeamus, partem cum martyribus habituri per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXXVII.

Ne possessiones paremus, neu solitarii degamus.

Fratres Patresque, summum beneficium nobis tribuit Deus pro se oppugnationem, quemadmodum in Evangeliis ait, *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* [74], etsi videndum est nobis, ne vitam obeuntes beatitudine indignam oppugnationem in pœnam habeamus. Igitur necesse est in primis qui oppugnetur minime solitarium degere, quin cum altero fratre convivere, siquidem, *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum* [75], inquit Dominus. Deinde non nisi necessario prodire, sed quo in loco diversetur manere, inibique operam dare precibus, supplicio, lectioni, psalmodiæ, opificio reliquisque studiis præclaris, aspectum fugere muliebrem, ab omni fratre immodeste se gerente abstinere, lætitiam gratulationem agitare, in spem arrectum [animum], et præsentibus contentum, pro Christoque subeundis suppliciis paratum; ubi est enim oppugnatio, consequuntur et supplicia. Quibus sic se habentibus, ubi sunt qui solitarii degunt, ac væ erciscuntur? nam *Væ soli*, ait, *quia cum ceciderit, non habet sublevantem se* [76]. Ubi sunt qui servos tenent, et monachorum libertatem amittunt; qui agros, vineas, boves, mulos mercantur, ac lepram contrahunt Giezis? hinc argenti, hinc lucri studium,

[69] *Galat.* VI, 8. [70] Psal. LXIII, 8. [71] Ephes. VI, 14, 15. [72] Rom. VIII, 37. [73] ibid. 39. [74] Matth. V, 10. [75] Matth. XVIII, 20. [76] Eccle. IV, 10.

Digitized by Google

hinc stabilitas, fraternique convictus detrectatio, et singularis, atque ex sua cujusque libidine vita; hinc vestra causa ab exteris gentibus Dei nomen contumeliis laceratur, ut Litteræ loquuntur; hinc animi lapsus exsistunt, qui enim potest non labi projecte vivens: *Nescitis*, inquit Apostolus, *quia templum Dei estis, et spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus* [77]; rursumque: *Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque avari, neque fures, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt* [78]. Atque hæc iis dicta sunt qui communi vita teneantur, at non idem nobis, sed quid? *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis* [79], et: *Vos non estis ex hoc mundo* [80], et: *Vestra conversatio est in cœlis* [81]. Itaque quid beatitudinem perdimus porro? quid confessionis generositatem conspurcamus? quid ni fratres imitamur probe viventes, quorum illustris vita est, lausque ab Deo, ac hominibus? Non et nos tandem destertemus? non resipiscemus? non salutis curam agemus? non obitus diem præ oculis sumemus? Quo pacto ad Christi tribunal sistemur? ecquam reddemus rationem, qui otiosi pœnas verbuli daturi, in majoribus, ac prægravibus vincamur? Verum destertamus, vel serius, fratres, resipiscamus, vitia profligemus, tenebrarum opera deponamus, armaque lucis induamus, animos omni custodia tuentes, undiquaque Deo placentes, quo sic incolumes perennium hereditatem bonorum ineamus per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO LXXXVIII.

De mortis recordatione.

Fratres Patresque, quod animo tantum, tanquam tile bonum est, ac mortis recordatio? de qua et disserere invitor ab Clææ episcopo defuncto, quem vos morientem minime vidistis, nos, qui vidimus, oppido et fructum, et stimulos quosdam sensimus, quæ in eo gererentur in nobis contemplati. Ergo excessit ille, ac discessit, ceu qui tabernaculum fabricatus destruit, in hanc vitam minime rediturus; non ei cœlum utile deinceps, non terra, non mare, non sol, non luna, non stellæ, non hunc porro aerem ducet, non gutture clamabit, non oculis cernet, non auribus inaudiet, non naribus odorabitur, non manibus attrectabit, non pedibus ambulabit, non aliud, parvum magnumve, cum hac vita conjunctum exsequetur, quæ quidem ei sit præclusa, ac remunerationis maneat judicium: nam equidem nobis remuneratio insuper reposita est, quemadmodum scriptum est, *Ethi omnes, testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur* [82]. Ecquid nos igitur, fratres? quid aliud, nisi quod idem subibimus? Non æque moriemur? non æque in terram revertemur, unde assumpti sumus? non æque pulvis ciuisque fiemus? Inspectemus monumenta, videamus in quid vitæ desinat status. Quid ærumnosum hoc amplectimur corpus, quod postpaulo terræ ac vermibus tradetur? quid vitiis involvimur, quibus sub obitum occurremus? Sane hic adhuc spirans duos sibi dicebat apparere virum et feminam, hanc statura sublimem, illum brevem et gibbosum, qui se coargueret ac crudelibus verbis acciperet; quapropter et ingemebat, plorabundus, obituinque detrectans, ac prætrepidus. Non videtis cujusmodi sententia sit mortis? non aspicitis ut ante mortem quoque actores, et accusatores dæmones habeamus? Etenim sic habet, quæ hic obita amplectamur cogitata, ea et in decessu spectabimus. Igitur si *providemus Dominum in conspectu nostro semper* [83], ut Litteræ loquuntur, si custodem vitæ angelum revolvimus, si hos illosque sanctos contemplamur, eosdem videbimus quoque supremum spirantes; sin haud ita, sed vitiosos contra characteres, ac diabolicas mentis deformationes cogitamus, iisdem occurremus, id quod est miserandum et capitale. Quamobrem contendamus haud deprendi in iis simulacris, quin animi sub obitum puri reperiri, quo cum fiducia dicamus nos quoque, *In pace in id ipsum dormiam, et consopiar* [84]: sopor est enim mors probo, quemadmodum et Dominus inquit, *Lazarus amicus noster consopitus est, sed vado ut a somno excitem eum* [85]. Sin sopor est, nimirum causa est requietis, et auspicandæ perennis occasio vitæ, ut ait sacer Apostolus: *Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium factus;* ac rursum: *Absorpta est mors in victoria; ubi est, mors, stimulus tuus? ubi est, Orce, victoria tua? Stimulus autem mortis peccatum est, virtus vero peccati lex. Deo autem gratiæ qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum* [86]. En absorpta mors est, en victoria data, siquidem confirmat: *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei* (20) [87]. En apertum est cœlestis stadium regni, en ter felix propositum certamen, victori corona, ac vitæ delicium; itaque vincamus et nos, fratres, diabolum, vitia proculcemus, omnino a flagitiis expurgemur; virtutes comparemus, quo et inquilini fiamus paradisi, et vitali arbore fruamur, per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

[77] I Cor. III, 17. [78] I Cor. VI 17. [79] Galat. V, 24. [80] Joan. XIII, 11. [81] Philipp. III, 20. [82] Hebr. XI, 39. [83] Psal. XV, 8. [84] Psal. IV, 9. [85] Joan. XI, 11. [86] I Cor. XV, 55 seqq. [87] Apoc. II, 7.

(20) Τοῦ Θεοῦ μοῦ est in Vat. a nostra lectione est textus, ab illa, vet. int. Latinus.

Digitized by Google

SERMO LXXXIX.

Omni studio et alacritate salutem moliendam.

Fratres Patresque, sua cuique tempestivitas rei est, uti postulat scriptum; at saluti moliendæ perpes, et assidua; nam Apostoli hæc sententia est, *Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite*[88]. Enimvero tribus his functionibus salus nostra describitur, siquidem semper gaudere probitatem conciliet, sine intermissione orare diabolo in nos locum haud permittat, in omnibus gratias agere evidens sit amoris indicium divini. Igitur utrinque exacti, Deo placeamus, animum minime despondentes, neu socordia dissoluti in ministeriis, et opificiis, ac psalmodiis, quin cum omni lenitate cuncta obeuntes, ut eximii multiplicis divinæ gratiæ œconomi. Non milites videmus, ut regem alacres comitentur? et quonam vero? in bellum, homicidia, neces. Ac nihilominus ob præsentem gloriam, et opes fluxas, prompti in omnia ruunt, nos qui ad cœleste regnum, vitam sempiternam, ineffabilem lætitiam vocemur, segnes ac præfractos, non alacres nos, et excitos Deo præbeamus, ceu egregios Christi milites? Legite quem manu teneo librum; videte, inquam, ac cognoscite in eo Patrum virtutes, quæ in iis alacritas, qui spiritus fervor, quæ certamina; tum autem quemadmodum cohonestati sint eapropter a clemente Deo quasi quidam dii comparati, pro miraculis, et quæ edidere, prodigiis. Illic præfulsere non solum qui ab origine formosi vitium nescivere, sed etiam qui proturbati in fœda facinora cecidere, pulcherrima usi pœnitentia, ut socordiæ prætextus, aut contemptus nemini sit relictus, nisi quis plumbeus sane est, expersque sensus, quem Apostolus affatur in hæc verba, *Surge qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus*[89]. *An divitias bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundum autem duritiam tuam, et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in diem iræ, et revelationis, et justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus*[90]? Videsis, contemptor, ac minas extimesce, atque e contemptus exsurge somno, siquidem et mors imminet repente. En et Candidus frater pie decessit et præivit, alter et alius consequetur, nec manet indidem quisquam, cunctique obibimus. Equidem felicem qui probe pervixerit, nam Pol merces coemit immortales, ac quæstum fecit sempiternum, alacritate atque diligentia paratis quæ prima et præcipua sint. Ac postea quam celebritas adhuc obitur, prostatque cœlestis regni mercatus, agite, cohortor, fratres Patresque, vigilemus omnes, atque excubemus, diaque et immortalia mercemur, quo cum fratribus cunctis cœleste regnum erciscamur per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XC.

Faciendum non esse ut diabolo fores pandamus admittendis pravis cogitatis.

Fratres Patresque, equidem vobis haud citra laborem pauca hæc, nihilique dissero verba, sed quoniam, ut fert Apostoli dictum, munus præfecti est laborare in verbo, et doctrina, communi bono necessarium, exiguum eum laborem lætus suscipio, siquidem et pastor cum laborat grege pascendo, tum mercedis spe lætatur, id est summi pastoris demerito. Nec Pol frugi alienus sermo est, quantumvis forsitan credunt nonnulli sermocinationem prodesse nihil; qui enim potest non fructum facere tam qui inaudiat prompte, qui quidem sit pro virtutis studio coronandus, quam negligens, cui pudorem boni neglectus afferat? Verum, cohortor, et prompti insuper promptitudine certemus, et negligentes consurgamus; nam tempus est acceptum, tempusque salutis, quod si perdimus, inveniemus nunquam.

Igitur nec dies segniter deinceps, ac negligenter transito, quin perennes cogamus opes, supplicia, preces, alloquia, gratulationem, lacrymas, stimulos, collustrationem, honestas contemplationes, neu ex ingenio nostro æstimemus alienum, quin suam quemque salutem in abdito moliri arbitremur, utcunque foris alius appareat. Annon Patrum memoria permulti, qui nihil esse viderentur, iis qui aliquid viderentur illustrius fulsere? postquam et nostra ætate, et in hac republica nostra, id est exemplis probatum, multique ex ignobilibus ac contemptis splenduere, maxime in confessione Christiana. Unde id, sodes? meo judicio, non tam ex opera et industria propatula, quam intestino quodam statu. Ubi est enim constitutio pacata, puritasque mentis, et mansuetudo, ac tranquillitas, ibi virtutis finitio est, indidemque aspicit Deus, quemadmodum scriptum est, *Ad quem respectem nisi ad mansuetum, ac tranquillum, et trementem sermones meos*[91]? Ut danda opera sit cuique purum se a conscientia præstare Deo, neu diabolo fores pandere, admittendis pravis cogitatis; nam simul admittimus, quid patiamur tenetis, qui efferamur, atque immutamur, et amaritiem carpimus, non voluptatem; contraque cum resipiscimus qui pacati, ac sereni, melle suavius degimus, velut in portu siti. Valdeque mirum est, virtute dulci comparata, et amabili, atque expetenda, vitio amaro ac lethali, diroque, quid hoc (malum) capiamur, ac non potius ad perfectionis habitum diffingamur. Etsi sic autem plerumque vincimur pro imbecilli natura, et qui a pueris impendio ad mala ingeniis incumbamus, at ne tædeat certe ad frugem nos recipere; ac videns Deus labores, pro nobis propugnabit; belloque lacessitos æternis præmiis donabit,

[88] I Thess. v, 16. [89] Ephes. v, 14. [90] Rom. II, 10. [91] Isa. LXVI, 2.

Digitized by Google

et ærumnis defunctos probitatis corona obligabit, sanctis accensos, ac suopte regno affectos. Quem gloria decet, et honor atque cultus cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XCI.

De alacriter obluctando in scelestorum conflictu dæmonum.

Fratres Patresque, adhuc sermocinamur quorsum ac quo evadent quæ feruntur, nec mirum, nam in iis rumoribus sermocinari mens assolet. Verum, si videtur, crebra sermocinatione dimissa, nobiscum ipsi vacemus, ad conflictum, qui in nos imperspicue conflatur noctu, et interdiu, intenti, ne, corporalem spectantes, in animo vulneremur. Ecqui sunt autem perduelles? scelesti dæmones, nequam spiritus, mundi potentes tenebrosi hujus sæculi, quorum immensæ copiæ, atque in nos implacabilis ferocia. Quanquam ne timeamus, neu consternemur, habemus nos quoque socium ac propugnatorem, sanctum Spiritum, Dominumque nostrum Jesum Christum, qui miseriis morbisque nostris susceptis atque sublatis, tentationes perpessus, tentatis succurrere potest. Quem et inclamemus cum fiducia, *Judica, Domine, nocentes me, expugna impugnantes me, apprehende arma et scutum, et exsurge in adjutorium mihi. Effunde frameam, et conclude adversus eos qui persequuntur me* [92]. » Nam equidem nos persequuntur hostes, ac necem sitiunt, instructis secundum semitam noxis, cunctisque dolis tentantes in peccati scrobem nos impellere. Enimvero ceu milites nos quoque instemus vicissim quasi quodam fidei et amoris thorace, ac velut galea spe induti salutis quippe iis armis bellum profligatur. Jam illud mirum, positas ipso in bello coronas, in corporali certe, ni luctatus adversarium prosternas, haud quaquam coronare, hic si haud prosternare ab adversario, coronam sis indeptus. Evidens id est ex eo quod sanctorum Patrum cuidam revelatum est de discipulo, qui oppugnatus septies abire absque commeatu, totidem patientia coronas quæsivisset, quamobrem si in bellis positæ sunt coronæ, leniter cohortor, bellum patiamur, haud diuturnitate pugnæ præfracti. Non beata Sara per annos quadraginta acriter ab adultero oppugnata dæmone est, nec obtorpuit tamen? non eodem modo et quidem e subditis oppugnatus, ac rogatus a præfecto, vellet ne deoraret Deum quo bellum a se removeret, animum non induxit? videbat enim positas in bello victorias. Cui exstinguendo bello nihil tam prævalidum ac preces, lacrymæ, contritio cordis : igitur ut invaserit hostis, aut etiam vulnus præ negligentia dederit, immisso in animum libidinis telo, illicet precibus utamur, et a nobis aufugiet; lacrymemur, ac carbo exstinctus sit erroris submisse nos geramus, et nos Deus extollet. Ac felicem sane qui se urget in dies in opere divino, qui obedientiæ molestias perfert; nam certamen obedientia maximum est qui castitatem incorruptam tuetur, ne is ad prælii finem deveniens cum omni alacritate, et ineffabili voluptate hinc abscedet, nihil sollicitus de auditione mala, uti concinit sanctus David. Non triumphatores videmus hilares, ac prælætos domum reverti conflictus, et victoriæ signa ostendentes? idem in eo cogitemus, qui inaspectabili bello perfunctus præclarum certamen decertavit, ut in urbe vægrandi conspicuus apparebit, cujus opifex, atque architectus Deus est plausu exceptus angelorum, auctusque divinitus corona, ac requietem sortitus sempiternam ad quam nos quoque venire mereamur Domini nostri Jesu Christi beneficio : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XCII.

Titubandum non esse in diuturnitate discriminum, quin referendam ad Deum rationem.

Fratres Patresque, equidem studium nostrum, et ad Deum preces ad pacem Christianæ pertinent Ecclesiæ : nam quid utilius pace ad quietam ac tranquillam obeundam in nostris monasteriis vitam? Quanquam haud par credere est expedire id omnino, sciendumque, quo diuturnius sit discrimen hoc majoris explorationis causam præberi. Ergo ait Apostolus : *Placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo ; cum enim infirmor, tunc potens sum* [93], quamobrem quousque, et quandiu dimissis, referamus ad Deum rationem, qui utiliter plane temporum spatia dispensat. Audi Litteras dicentes, *Tentavit Deus Abraham* [94]. Ecquid leviter, sodes? nequaquam, quin et compluribus annis, et tentationibus multis, tandemque absoluta fide compertum alloquitur in hæc verba : *Nunc cognovi quod timeas Deum, et non pepercisti filio tuo charissimo propter me* [95]. Tentavit et Jobum tum majoribus certaminibus, tum annis permultis ; ac cernens denique tolerantia perfectum, in hanc sententiam compellat. *Ne me aliter existima hæc in te exempla statuisse, quam ut probus appareres* [96]. Ad eumdem modem cœteros vates, sanctosque apostolos, ac beatos martyres, et pios omnes atque probos, frequentibus miseriis, ac quamplurimis annis exploratos multatosque, ascivit denique, ut de nobis idem sit cogitandum. Nondum, ad cruorem restitimus cum peccato confligentes, nondum sat incanduimus ærumnis, nondum fidei explorationem sinceram præbuimus, hæc nimirum spatii causa est. Et alioquin cum plerique resipuisse, lapsi viderentur, quanquam haud animo recto, quin ficte, ac qui foro uterentur, eos qui sint tempestas probat, cujusmodi sunt Heracleotes atque Catharinus, qui monasteriorum cupidine suorum, seu, ut verius dicam, studio rerum quæ occidant, et intereant, rursum ad imperatores defluxere. De quibus merito hoc usurpes : *Utinam frigidus esses,*

[92] Psal. xxxiv, 3. [93] II Cor. xii, 10. [94] Gen. xxii, 1. [95] ibid. 12. [96] Job xl, 1 seqq.

Digitized by Google

aut calidus; sed quia tepidus es, et nec calidus, nec frigidus, evomam te ex ore meo [97]. Equidem nec laudaverim, qui confessione peracta, non se abstinuere quin de monasteriis suis curarent, quasi quidam bifrontes, nostræque factionis, et hæreticæ? nostræ ob confessionem, hæreticæ ob monasteriorum retentionem ; pacem amplexi ante pacem, ac periculis quantum in se foret, defuncti ante orthodoxiam, adhuc petitur Christus, et se in monasteria recepere ; adhuc diris sancti obligantur, ac se obnoxios hæreticis præbuere, cum vel lapides oporteret conclamare, et contestari pericula ipsaque contumeliam Christi lugere, ac deplorare ligna. Scilicet qui monasterium tenet inibive residet? qui dicere queat capite se ac fortunis peti? qui pacem flagitet præ pace qua perfruatur? Sed hæ diaboli sunt artes, quo cum inanem confessionem reddat, tum Christianam elevet persecutionem, cunctosque, ut videtur, inquient.

Quanquam minime id evaluit, Christi beneficio ; nam extorres degunt complures, qui confessionem obeunt accurate, nec clari ab initio solum, sed usi pœnitentia quoque, qui quidem pulsi obnixu monasteriis, ærumnosam cœpere vitam, quorum in numero et nos nihili simus, qui religione juxta ac vita constantes, et inconcussi pacem agitemus cum Deo per Dominum nostrum Jesum Christum. Quæ si inest in nobis, nec si terrarum orbis æstuet, fraudem contrahamus, Christo pro nobis propugnante. Cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XCIII.

De iis qui corporis inescati voluptatibus per pœnitentiam se ad frugem recepere.

Fratres Patresque, nullum est impedimentum servari satagenti, nec detinens prætextus quo minus vel ad scelerum metam provectus resipiscat. Ac veram esse eam sententiam cum multa sunt exempla, tum unum e multis in Davide latronum duce, quod præparatoria legimus, siquidem ostendit sermo et qui erat ante, sicarius, ac facinorum plenus, et quemadmodum conversus, Deoque conjunctus per habitum monasticum, tam evaserit probus, ut vel occupatos diabolo persanaret ; nam ait ad eum Genius : David, David, scelerum tibi Deus veniam fecit, erisque jam hinc qui prodigia patres. In quo ingens est humanitas divina, non cædibus ei tantum condonatis, sed signifero quoque eo instituto. Vin' et alterum videre? eccum Manassem, qui, Israele annis duobus ac quinquaginta in animis colendis simulacris seducto, facti pœnitens sincere, cum donatus salute est, tum carmen concinuit Deo, quod hodieque canit Ecclesia Dei. Nam quod attinet ad eos qui inescati corporis amore se ad frugem recepere, quod sint, quamque numerosi, nec recenseam, in quibus est et dius David, post adulterium cædemque, vaticino recepto munere. Maria certe Ægyptiaca ab inexpletis nequitiis ad angelicum genus profuga vitæ, emeruit et præsagitionem, ut nulla ratione cuique sit prætextus relictus, quin per pœnitentiam ad salutem denuo recurrat. Quibus exemplis alacriores nos quoque, optima speremus, credamusque si illapsos in profundum vitiorum incredibili Deus misericordia revocavit, ac restituit, nos quidem sane servaturum qui se urgeamus dies noctesque. Ac nemo hic frugem audiens nocentis, dicito, Hiccine ut his suaviter usus perfruatur et illis? mihi credite, neque his, neque illis qui peccato sit obstrictus suaviter utatur, nam quæ (malum) suavitas est adulterare, potari, opibus inhiare, peculari, cæterisque vitiis teneri? non ii mentem gerunt fœdis libidinibus ardentem, quasi qui febribus laborent? Ut hæc verior sit oratio, tum hic eos puniri, tum in futuro sæculo æternum puniendos ; et voluptates perditas ac pestiferas amplexis ingemendum sit ; illacrymandum, non suaviter gaudere sontes, atque impudici credendi ; cæterum qui virtutem præferat, in eaque vivat, ne is utraque lucretur, ac jugi arcana voluptate pro innocentia fruatur, quemadmodum sancti, in Deo assidue gaudentes, cunctaque studio divino posthabentes. Quos imitati et nos fratres, lætemur, et invicem gratulemur, saluti, exercitationi, tolerantiæ, morigerationi frangendæ voluntati, (id quod martyrium est) cæteris studiis, ac certaminibus inhærentes, quo his absolutis perennem vitam erciscamur per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XCIV.

De iis quæ molesta in vita cœnobiaca credantur, ac sint prælata, ob spem in cœlis repositam.

Fratres Patresque, enimvero arctam esse et afflictam monasticam vitam ex hac Dominica sententia liquet : *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me* [98]. Jam mundanorum quoque oppido acerbam spectacula clamant. Nec de omnibus loquor, (nam quis amplificet quæ gerantur singula dicendo,) quin e bello dilapsos, si videtur, contemplemur modo, non amissis quæ tenebant universis, nudi propemodum e Barbarorum fugere manu? non partim habiti ignominiose sunt, et in exsilium missi, ac pol primores, partim dignitate moti, partim huc, illuc dispersi tremunt, et inhorrent præ iis quæ mox patientur? Criminique datur quod in acie non mansere, ac periere ; etenim tantum ab iis studium et obsequium flagitatur, ut vel corpus animamque negligant, si sit necesse in gratiam principis. Cæterum nostra cum sanctus Spiritus lætitia conjuncta (21) pugna est, ut præliatum sit quod acerbum videatur, ob

[97] Apoc. III, 16. [98] Matth. XVI, 24.

(21) Θλῖψις est in Vat. quo est, ærumna, pro ἄθλησις, quod placet.

Digitized by Google

spem in cœlis repositam. Ergo haud suffundimur pudore, qui, gloriolæ his, ac præmioli causa tot tantaque subeuntibus, contraque jubentes mutire audientibus, pro tam maximis et cœlestibus, nec tantillam ærumnam leniter feramus? Quænam est autem ærumna? quod præter voluntatem forsan ministerium jussum, cibus, potus, vestitus, calceamenta, locus, modusque obedientiæ, aliud quid ejusmodi mentem conturbans. Hæc enim vero ut sunt molesta, non adeo tamen, ut ab officio dimoveant, siquidem haud sunt pares hujus temporis miseriæ ad eam gloriam quæ in nos exhibenda est. Pro quibus si vel amburamur quotidie pati, sit necesse, nedum ut tam levibus de causis ac tolerabilibus ringamur. Atque hæc minime disserui quo contristemur, quin amorem videamus, quo nos clemens prosecutus Deus est, qui (22) communi vita sacerdos in hanc sacram professionem, cœlestemque conscripsit. Qui nec quæ exigat a nobis ad usum exigit suum, quandoquidem plenus est ter optimus, et nullius indigus, sed nostra ipsorum gratia, ut beneficium capiamus, ac servemur, itaque, fratres, omni dubitatione remota, per tolerantiam mentes incolumitemus, cunctam incidentem tentationem superantes, nullis victi cogitatis, quantumvis probandis nobis, et explorandis ingruere sinantur, vitamque nostram male habere, quo præfidentes cum Apostolo nos quoque dicere habeamus: *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur; aporiamur, sed non destituimur; persecutionem patimur, sed non derelinquimur; dejicimur, sed non perimus, semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes*[99]. Quo adhibendo studio, vitaque procincta, Deo complacentes, cœleste regnum ineamus per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XCV.

De arcto, et angusto itinere, lætoque vitæ diversorio perennis.

Fratres Patresque, qui longinquo ac salebroso itinere proficiscuntur, cum laborant, et viæ subeundis molestiis dolent, tum boni spe diversorii dolores perferunt, ac labores depellunt, alacriter semper contenteque ulterius tendentes.

Quorsum hoc mihi exemplum? scilicet proficisci nos quoque in hac vita itinere quodam, ac pol arcto, et afflicto, atque longo, valdeque laborioso (quis enim negat?), siquidem necesse est virginitatem ac continentiam dum vivimus tueri, morigerationem atque obedientiam servare vividam, *consilia destruere et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigere omnem intellectum in obsequium Christi*[1], ac quæ A his alia consectaria sunt pro monastica vita. Quanquam, hic quoque finis prælatus est. Quisnam, sodes? immortalitas, quam certissimus Deus se præstolatis præbere stipulatur. Quamobrem cuncta hic acerba ob immortalitatem, fratres gratulanter, atque patienter feramus, cohonestantes nostro in corpore, spirituque Deum. At qui cohonestetur Deus dicam unum in modum. Ante biduum nos laici huc venere speculatum, simulque sedentes conspicati, ac manibus alia purgantes, et ore Davidicos hymnos exsequentes, Deum laudarunt, gratulati, frugemque senserunt, atque hæc comprobata Dominica sententia est. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est*[2]. En equidem cohonestatis vestro in B corpore, spirituque Deum hac in parte. At enim et cohonestetis insuper assidue omnem in modum, qui Deo digne obeatis. Ac quoniam mortales æmulatione plurimum ad agendum inducimur, *Neque zelaveris facientes iniquitatem. Quoniam tanquam fenum velociter arescent, et quemadmodum olera herbarum cito decident*[3], quin proba, honestaque effringito. Sane hic quidem arti cuiquam dediti, non a pejoribus, sed egregiis, operis sui exemplar petere laborant, verbi gratia, faber ab artificiose fabricante, pictor ab erudite pingente, planeque rudes ac minus imbutos nemo, quin expertos et imbutos satagit imitari: hæc si in materiatis ac pereuntibus lex atque regula est, quanto hac in arte, et scientia magis, quæ artium et scientiarum C summa est, nostram ad proborum exempla vitam componere debemus, non contrarios sequi. Ergo imitemur qui a pueris se ad senectam subditos gessere, non dico antiquitus sanctos quin nostro in contubernio illustres imitemur; qui simplicitate diaboli vafritiem solvere, et alacri obedientia præstanda, curriculum quoddam monasticum probe decucurrere; ac, si vultis, jubentem se imitemur, ut ipse Christum, rursumque edicentem: *Deum imitarentur, sicut filii charissimi, et ambularent in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem, et hostiam Deo in odorem suavitatis*[4]. Jam nostrapte causa Christus oblationem se Deo, et hostiam tradidit, ac nos nec D tantillam ærumnam agendis gratiis feramus? opprobriis petitus Christus est, pro hoc effato, *Improperia improperantium tibi ceciderunt super me*[5], ac nos vel minimum impeti a quoquam, et insimulari negemus? scilicet sanctorum simus consortes, quorum vestigia minime sequamur? scilicet cum Christo regnemus, cujus neci non conformemur, nec societatem coeamus pœnarum? *Et si justus vix salvatur, impius et peccator ubi parebunt*[6]? Videte accurationem, quemadmodum justus vix salvatur, ut nihil dicam probum esse non posse qui

[99] II Cor. IV, 10. [1] II Cor. X, 5. [2] Matth. V, 16. [3] Psal. XXXVI, 1. [4] Ephes. V, 2. [5] Psal. LXVIII, 30, 21.

(22) Κοινοβίου erat in nostro, sed emendaveram κοινοῦ βίου, quod inveni in Vat.

Digitized by Google

impatiens sit, labori alienus, veteres offensas reminiscens, indeque incensus ac concitatus, nec cum Deo agitans pacem. Igitur hæc designantes necesse est a conjunctione cœnobica revelli, atque hinc abductos incidere in judicium perenne, Pol amens dicam quod sum dicturus, non subditum egi quoque? non præfectum habui? non œconomum? non spiritualem juxta ac carnalem patrem? non spirituales æque fratres, et carnales? inter quos velut in igni degebam, hinc inde petitus, contraque duas adversarias vitas depugnans. At servari, nisi tolerantia, nequibam, ac ni confiterer debite, mihique crimina ascriberem semper, neque enim potest aliter in ærumnis animus pacari. Vos quidem estis qui estis, (nam vel id sufficit dictum) et docere me, ac corrigere tentatis, ceu rudem, et eorum quæ dicantur iuscium, cum vel pueris sit evidens suggestione vos diabolica cieri. Non sub potentem Dei manum succumbitis, in qua inest suavitas, ac voluptas, et securitas? Confiteri videmini nec confessio est quæ obeatur, quin comitium rixis aperiis, quasique prætorium tribunal, in animorum perniciem vestrorum, meæque miseri dignitatis, et omnium qui audiant. Dolent, opinor, quæ retuli. Pol doletis, sat scio; at loquor sollicitus et ipse, atque ut causam pro quoque vestrum in die judicii dicturus. Sed cum scriptum est: *Nunc tempus acceptabile, nunc dies est salutis*[7], malignitate ex animis sublata, benefacere discamus, purosque nos beneficio præbeamus, priusquam Domini dies terribilis et illustris appetat, in quo vel otiosi rationem verbuli reddemus, ut quanta optima potest conscientia hinc profecti, habeamus qui perennem vitam nanciscamur per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XCVI.

De fratris Carterii secessione, deque pace, ac concordi doctrina.

Fratres Patresque, equidem crebro ad vos disserens haud necessario disserere videbar, ceu qui jam perfecti essetis in officio, nec moneri opus haberetis; nunc, ut video, vel in primis necessario, postquam et me sic disserente, minime cessat in plerisque vestrum inquies, ac seditio moveri in quo et demiror quemadmodum qui doctores agere pro tempore deberent, adhuc puerescant, stolidi, et amentes nequaquam. Enimvero causa est defecta charitas: nam si ex Apostoli sententia: *Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflat, non indecore se gerit, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati; omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet*[8], nimirum hac absente oriuntur contraria vicissim, incredulitas, secessio, pertinacia, spes, atque tolerantia nulla. In his positi, qui Dominici discipuli vocemur? ipso clamante, ac dicente: *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si charitatem habueritis ad invicem*[9]; et alibi rursum, *Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos*[10], igitur charitatem, ac veritatem non habentes, quin inimicitias, pugnas, dissidia, non Christo erudimur, sed Christi inimico, quantumvis acerba est oratio. Jam quo vivimus miselli, quo aerem ducimus, haud obeuntes quæ grata et accepta Deo? quem fructum Carterius fecit, segressus a nobis, atque in aliud consortium profectus? Sane cum noxium est, et improbum prorsus, ex alio in aliud consortium migrare; tum id citra præfectum committere, qua non suspicione dignus est? maxime accusato eo, et damnato, atque reprehenso. Quas ob res, ut videtur, qui id a nobis adjumentum, suæque secretum conscientiæ minime concoqueret, missionem poposcit, ac pol imbecillitate hominis inductus, ne majori tristitia obrueretur, in gravius malum illapsus, fecit commeatus gratiam. Demum deprensus est, frustra, ac nequidquam hunc, et illum causatus, abitus prætextus coegisse, atque hinc vobis dedisse turbas, equidem, *Qui vos conturbat judicium portabit, quicunque est ille*[11], quemadmodum scriptum est. Porro ubi quis responsare cœperit, sic habeto, agi illicet perniciem, qui si æqualibus responsat, habet fortasse quo animo satisfaciat? sin majoribus, judicium est dissidii, et interitus ejus qui responset. Quamobrem, fratres, si is inconsulte ac noxie fecit, vos quidem certe consulte atque probe agitote, pacem amplexi cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua Deum contuebitur nullus solliciti ne quis divinæ gratiæ sit exsors, ne qua acerbitatis radix solescens negotium facessat, qua frequentes polluantur. Quid hoc verbi est? uti probum quemdam zelum ostendatis innocentes, malignitatem exosi, et aversati, neu hostes ducatis, quin ut fratres, moneatis, Apostoli commendatione digni, cujus alicubi hæc sunt verba: *In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse in negotio*[12]. Sane hæc, fratres, non insultans equidem, ac vos lacessens sermocinor, quin amice parceque exemplum super filiis Heli reformidans, tum propter me, tum propter vos ipsos, sin arbitramini secus, jamjam apparent dies, cum hæc vobis lingua subtrahetur, ac tum scietis quæ nauci hic ego dicebam fuisse vera. Cæterum pacis Deus, qui cunctos vult sospitari, et in notitiam venire veritatis, tum revulsum a nobis velut ovem, haud permittat sub os animivori cadere Draconis, tum vos, eximios suos agnos in præceptorum caula tueatur, quæ accepta ei sint agentes per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

[7] I Pet. IV, 18. [8] II Cor. VI, 2. [9] II Cor. XIII, 7. [10] Joan. XIII, 35. [11] Joan. VIII, 32. [12] Galat. V, 10. [13] II Cor. VII, 11.

Digitized by Google

SERMO XCVII.

Declinandos esse qui suppliciis multati rursum sectariis accessere.

Fratres Patresque, iterum concitatum est bellum, ut aiunt, ac pol intestinum, quo quid acerbius, trucidare invicem Christianos? ergo orandus nobis assidue Deus est, ut subditi quiescant, tam quod ad regnum attinet mundanum, quam quod ad fidem, ob quam hic considemus. At considentes haud par considere est obiter projecteque, quin caute in primis, et circumspecte, ne aliis prædicantes ipsi improbi simus, quod ob eos diximus, qui suppliciis multati, rursum sectariis accessere. Quorum missilia nuper refugimus accipere, ut noxia conjunctaque cum animi periculo, qua re cognita quidam inter nos Patres indignati, ceu hinc turbis accensis. Nos enim vero turbas accendi deprecamur, nec possumus tamen, utut conturbentur nonnulli, de veritate quidquam remittere, ac confessionem polluere Christianam, conspirationis crimen veriti, uno dicente Vatum: *Sacra profanis non discernebant, sed erant eis omnia polluta*[12]? Necnon Apostolo: *Quæ participatio justitiæ cum iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? quæ conventio Christi ad Belial? quæ pars fideli cum infideli? qui consensus templo Dei cum idolis*[14]? Ac rursum, *Subtrahere vos ab omni fratre ambulante inordinate; et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis*[15], et iterum: *Si is qui frater nominatur est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum ejusmodi nec cibum sumere*[16]. Igitur cuncta hæc mentem conterrent, ac distinent, eaque gratiam quamvis potius miseriam et ærumnam perferre animum induximus, quam præsidium ac salutem prodere. Equidem cum scriptum sit: *Sive patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra; sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra*[17], vosque membra sitis germana, atque intestina nostra viscera, non potui quin edicerem præsentia, quo sciretis, et scientes condoleretis, ac quæ hinc eventura sint videretis, siquidem ait: *Virtute fungens exspecta ob eam tentationes*[18]. Jam per vos ipsi judicate, obsecro, quod dixi æquum sit ob veritatem monasteriis pulsos, eademque prodenda monasteria retinentes, pares cernere, et consortes putare. Ego et nequidquam pulsi sunt extorres, et pro his olim nequidquam propugnavimus, atque impostores adeo deprehendimur, aliis, sic aliis alter loquentes, ac jure ingement nobis qui confessionem obeant accurate, si accessisse iis videbunt qui noxam in Dei Ecclesiam compararunt. Quin absit vero ut accedamus, et in nos insuper exitium conflemus. Pol jampridem quatenus tempus postulabat indulsimus, nec injuria, nunc urgendum ædificium sit, nec retractandum; nam: *Quod si subtraxerit se*, inquit, *non placebit animæ meæ*[19], et: *Vos non estis subtractionis, filii in perditionem, sed fidei, in acquisitionem animæ*[20]. Viden' ut retractationem nominet, ad perniciem? Itaque hæc ejusdem Apostoli sententia est, *Mundus sum a sanguine omnium vestrum, non enim subterfugi quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis*[21]. Quamobrem nos quoque apostolica doctrina, ac sanctorum adeo Patrum subnixi, qui eadem et ipsi cum apostolo loquuntur, ab hæretica consuetudine eorumque qui mutato consilio his accessere, abstinentes, confessionem accuratam tueamur, in qua stamus, ac divinæ spe gloriæ triumphamus, cæterisque cunctis functionibus ceu adamussim poliamur, quo perfecti, integrique simus, nulla in re defecti. Ac Dei pax, quæ omnem superat mentem, animos sensaque nostra custodiat per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XCVIII.

De obsequendo præfecto, gratanterque ferendo obedientiæ certamine.

Fratres Patresque, equidem in vobis gaudeo, qui in omnibus morem geratis, ac nihili meis verbis obsequamini seu afflicti, seu hilarati, seu reprehensi, seu collaudati, etsi haudquaquam id est a vobis, quin Dei munus est, et obedientiæ veræ, minimeque fucatæ argumentum, quæ ingens habet præmium, ac mercedem certaminis, quemadmodum sancti Patres edixere. Sin certamen est, habet nimirum pugnas, et conflictus, postquam martyr citra supplicium nemo est, nec laureatus qui non legitimum certamen confecerit, quamobrem nos quoque haud defetiscamur quodam quasi martyrio perfungi conscientiæ, læte universa ferentes objurgationes ceu flagra, voluntatum coercitionem ceu obtruncationem, cogitationum impetus, ceu accensas a diabolo pyras. Non restinguitur ignis nisi aqua suffusa, nec fœdæ libidinis flamma, nisi lacrymis affusis; haud curatur labor nisi restauratione quietis, nec mens gravata cogitatis nisi ex oneratione, quam confessio præstet. Apertaque sunt remedia salutis, et hactenus etiam atque etiam in Domino valetis, *si quis autem vestrum indiget sapientia*[22], ut Dei germanus vociferatur, *postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat, et dabitur ei. Postulet autem in fide, nihil hæsitans; qui enim hæsitat similis est fluctui maris, qui a vento movetur, et circumfertur. Non ergo æstimet homo ille quod accipiat aliquid a Domino, quia vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis*[23], quapropter ne ambigamus, neu precibus agitandis dubitemus; quin gratulati, ac cum fiducia sincera Deum votis flagitemus, et consequemur sine dubitatione petita, atque insolens exstinguetur ignis, cognitaque diffugient inimica ac Deo duce propositum obedientiæ

[12] Ezech. xxii, 26. [14] II Cor. vi, 16. [15] II Thess. iii, 6. [16] I Cor. v, 11. [17] I Cor. xii, 26. [18] I Cor. xi, 35. [19] Hebr. x, 38. [20] ibid. 39. [21] Act. xx, 27. [22] Jacob. i, 5. [23] ibid. 8.

Digitized by Google

martyrium peragetur. Cæterum vos, fratres, scire velim loculos nostros non nimium abundare stipe, quin erogari, non augescere, nunc præsertim cum defecit et vinum, qua re imbecilliores percellimini, sentio. Verum confidite, propere adjumentum attulit Deus, pro frumenti copia vinique, ac quæ alia fert necessitas, necnon afferat et insuper, si ei toti incumbamus, quæ placeant agentes, nec de fiducia demoti, quæ ex eo suppeditet, qui quidem dixerit: *Non te deseram, neque relinquam* [24]; ac rursum: *Quærite primum regnum Dei, et justitiam ejus et hæc omnia adjicientur vobis* [25]. Quæ si destituant plerumque, nihil mirum, quin exploratio, ac periculum est virtutis. Non probus erat Jacobus patriarcha? at fame interim pressus, majores nostros in Ægyptum ablegavit frumenta coemptum. Non probus Elias vates? qui nihilominus Sarephtam in Sidonem concessit, pone viduam clamans: *Sume sis mihi aquæ pauxillum in capedinem, bibituro frustumque panis comesuro* [26], non aliud postulans quam parabile, ac necessarium alimentum. Et quis vero? Elias, qui cœlum obseravit lingua, ne pluviam præberet, rursumque precatus supplicium solvit, et refixit, nos viles intus, extraque. Qui etsi quid ejusmodi feramus, minime sit alienum, nec moleste patiendum, quin gratulandum in inopia juxta, ac copia, nam ea Christi discipulorum nota est, non perdite murmurantem. Quo suscepto studio, et consilio, facile cum hæc adversa transeamus, tum bona adipiscamur futura, per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO XCIX.

Dei inhærendum formidini, quo pestiferos dæmonum incursus fugiamus, deque Psalmodia.

Fratres Patresque, nuper egressis Agarenis illicet consternati timuimus, solliciti ne in cruentas impiorum manus incideremus, ne injuria, cæterum agi et dæmonum incursus, id vero minime cogitamus, nec metuimus ne incauti a malignis spiritibus capiamur. Enimvero in hostibus qui spectentur cum temporarius est incursus, tum eminus tumor delatus volentibus potestatem facit huc, illuc diffugere, quod dici, inaspectabilibus nequit, qui noctes, dies, in horas insultibus in nos dediti nec respirare] (pene dixerim) permittunt. Ut plus hic opus sit formido majorque custodia, ne capiamur, quin pestiferos eorum incursus fugiamus, at quo fugiamus? ad Deum scilicet; nam *Deus noster refugium, et virtus*, ac ille, *adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis* [27]; et: *Immittetur angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos* [28]: rursumque: *Qui confidunt in Domino sicut mons Sion, non commovebitur in æternum qui habitat in Jerusalem* [29]. Igitur Dei formidine, ac fiducia prædiți nequaquam hostes pavebimus. Jam illud reputemur, haud captum iri nisi panis, et aquæ penuria præsidium. Quid his simile in nobis? lacrymæ, ac verbum Dei, per quæ animus pascitur, et incolumitatur, quorumque defectu perit, ac proditur. Ergo *habitet in nobis verbum abundanter* [30], ut aiunt Litteræ, nec lacrymæ desint. Quin obitus indidem et proditio, quemadmodum ferunt. Quid hoc iterum rei? intestina nostra vitia, studioque carnis excitata animi sensa, quæ, ut insidiatores, inimicis ostium dæmonibus aperiant. Sed ii profligandi sunt nimirum, et omni ope cavendum ne civitas nostra, id est, mens, expugnetur, neu a peccato dejectemur, neu fœdus cum noxiis sceleribus ineamus, quin immaneamus virtuti, in qua conditi sumus, ad conditoris laudem, meumque sontis in Christi diem triumphum. Porro autem cum heri vobis succensuerim ob psalmodiam, obsecro ac cohortor, decore riteque psallere, non obiter, et supine confuseque. Id equidem haud sontem me offendit, sed pol sanctum Spiritum, qui edixerit, *Psallite intelligenter* [31]: at intelligenter psallere nequeamus, ni id observetur, ne, choro frequentando, versum auspicemur dum prædictus sit absolutus seu contenta, seu exilis psalmodia fiat, seu lentius, seu concitatius eat versus. Sin accidat torpor, et ignavia, certe succurrito alter alterum, in primisque decorum conservator quod si est in aliis pulcherrimum, quanto magis in alloquio divino? Annon in turbis deformationes animi fœdæ, ac captivitas quædam accidit mentis, contraque inest in decoro tum studium et contentio major tum suavitas, siquidem ait: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel ori meo.* Igitur hortor obtestorque, summa ope nitamur hanc virtutem acquirere quoque, invicem adjurantes, ac corrigentes in canendo; nam sic intelligenter psallentes, animis voluptatem oppido quæramus, et exemplum aliis simus luculentum; atque in hoc etiam Deum denique colentes, perennem vitam erciscamur per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO C.

Dirigi mentem dextre oportere ad immensam opificii pulchritudinem divini.

Fratres Patresque, huc ingenium semper, huc invigilet animus in monasticum certamen, opusque divinum, non huc illuc paletur, ceu manucaptus, scilicet haud aqua mare, aut aspirantem aer defecit; multoque nos minus egregia cogitatio destituat necesse est, in Dei miraculorum pelagus infinitum spectantes quibus mens inerrans nequaquam agit otium qui in hac vita operam ludat, ac se vitiosis obliget cogitatis, siquidem motu prædita perenni conquiescere nequit, quin ferri necesse est quocunque dirigatur, seu dextre, seu sinistre. Ac si dextre, fari hæc Davidica queat: *Domine, in volun-*

[24] Jos. I, 16. [25] Matth. VI, 33. [26] III Reg. XVII, 10. [27] Psal. XLV, 2. [28] Psal. XXXIII, 8. [29] Psal. CXXIV, 1. [30] Coloss. III, 16. [31] Psal. XLVI, 8.

Digitized by Google

tate tua præstitisti decori meo virtutem [32]; sin sinistre, versum sequentem, *Avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus* [33]: nam equidem aversum Deo est inane studium, animique perturbatio lethalis sontes feriæ. Quamobrem demus operam dextre ut perpetuo dirigatur, et eximia spectacula cernat. Quænam? Angelicas ac cœlestes copias, ingens mihi atque incomparabile decus, splendidas apostolorum, vatum, martyrum, et omnium sedes proborum, cœli convexum, radios solares, jubar lunare, astrorum tripudia, ac quæ alia sunt subjecta sensibus, non quo immoretur in iis, quin totius universa per ea molitorem Deum speculata, pulchritudinem quam habet incorruptam tueatur. Sane ornavit nos Deus, primum in paradiso, dignitate simulacri, et imaginis quamlibet inobedientia nos deartuavimus, ac confudimus; deinde in gratia per regenerationis lavacrum, sanctique Spiritus renovationem, quem effudit in nos copiose per Christum Jesum Servatorem nostrum, quanquam hic degeneravimus; quoque tertio in virginitatis professione, cunctis condonatis admissis, contraque nos chirographo crucigera quadam vita æque ac tinctione deleto. Igitur in sua mens pulchritudine maneto, ut audire mereatur, *Tota candida es, amica mea, et macula non est in te* [34]. Sin et maculam conflet (23), posteaquam mutabiles sumus, nec purus a sordibus quisquam, aut qui animum se habere castum glorietur, at enimvero lacrymis purgemur, ait enim, *Lavabis me, et super nivem dealbabor* [35]; rursumque, *Lavamini, mundamini, auferte scelera ex animis vestris* [36]. Ac felix mens quæ sic assidue se purget, omnique studio libera, soluta, studium, amorem, cupidinem solum teneat, Deum mortemque in dies jucunde præstoletur, nam veniet omnino, ac debitum nos quoque persolvemus. Atque utinam pie, sancteque, tum reliquiis cujusque nostrum spectantibus, ac psallentibus sacris futuris, ceu lecto utensili, ceu probo instrumento, tum animo a sanctis angelis in perennem vitam asportando, per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CI.

De Heri Christi incarnatione, ac transfugis deplorandis fratribus, de nobisque muniendis doctrina.

Fratres Patresque, rarum est auditorium, aliquot digressis fratribus. Quanquam nec præsens negligendus auditor unus, siquidem ait Dominus: *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis; dico enim vobis, quia angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui est in cœlis: venit enim Filius hominis salvare quod perierat* [37]. Hui incredibile beneficium, venit ad fugitivum servum herus in habitu servili, ut eum servitute diabolica liberaret! venit lux vera quæ petierat drachmam vestigatum, ut e tenebris eum peccati revocaret. Igitur necesse est nauci nos quoque, bonum imitatos, unicuique vestrum laborare, ac sermocinari, et pol impendere vitam. Atque utinam ales efficiat, volaturus, ac singulis contuberniis quieturus, cunctis videndis: et pro officio compellandis; nec iis solum, qui in Caini via, fraudeque Balami grassatis. Quosnam hos inquam? Leontium, Hermiam, Nectarium, nostri, ac religionis transfugas, qui præfecturam sceleris tulere præmium, quos si spectem, alloquar; ut aliud nihil, saltem consoler animum miser. Ac videre velim et qui, pro meis criminibus, sacro habitu projecto in nefarium se facinus induere, plus quo ejuler, quorum unus Pegasius ille, quem ferunt eo flagitii provectum, ut regia dignitate populo imperitet, bella moveat, homicidia patret, et vitam vero homicidio abrupisse. O calamitatem! in quod miserandus præcipitium ruit! primum contubernio profugus huc illuc itare, quo alluberet, ceu brutum pecus interiens, tum monachum exutus, tragœdia quam audivimus defungi. Quapropter, hortor, tum pro (24) eis comprecamini, tum vos munitote, ne quid de contentione monastica remittatis, nam paulatim remittendo, ac relanguendo, in perniciem animus impellitur. Eam ob rem et nunc solitarios degentes miseror, ac deploro ut facilem diabolo prædam objectos; etenim si e caula ovem arripit lupus, scilicet non extra ovile palabundam nactus interimat? Nescitis qua in nos insania præditus diabolus sit? quippe ingruit cunctis, non tamen ut misellis monachis; ac cum internecione gaudet multorum, tum in primis triumphat si monachum unum quempiam prosternat, eaque gratia luctatur, instat, contendit, obedientem ab obedientia retrahere, quietum e quiete, stylitam e stylo, clusium e claustro, qua avocatione captum incitet quo lubet. Ut qui se in suis modulis, locisque teneant virtutis, insuperabiles sint diabolo, laqueis altius sublati, igitur et nos, fratres, præbitis in hostem divinitus usi viribus in fugam eum cogamus, Dei formidine tecti, qui cœlestibus sensis impurum feriamus, non ab eo profectis succumbamus, quo victoria hic potiti justitiæ coronam referamus, per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CII.

De veteratoris vafritie serpentis, ac quemadmodum vera submissione, viaque regia grassati, multiformes dolos evadamus.

Fratres Patresque, cum hodiernus me dies cunctis postulat disserere, tum iis in primis qui modo advenere, ut jam pridem jejuni nostri sermonis expertibus. At qui futurus sermo est? ut Christiana

[32] Psal. xxix, 8. [33] ibid. 9. [34] Cant. iv, 7. [35] Psal. l, 9. [36] Isa. i, 16. [37] Matth. xviii, 11.

(23) Φανῇ μωμᾶσθαι est in nostro melius. Vat. φθάνῃ.

(24) Secutus sum Vat. in quo est ἐκείνων pro ἐκείνου.

Digitized by Google

dignam oppugnatione vitam obeamus, omni exercenda pietate, atque probitate, ceu morigeri filii? non qui olim in ignorantia libidinibus conformemur, deque studii contentione monastici quidquam remittamus; nam videtis, fratres ut diabolus tanquam leo rugiens oberret, quærens deglutire quempiam. At nunc cernens persecutione sejunctos, vehementius instat, qui prædari animum gliscat. Sed intenti semper, et ubique vigilemus, divinis tecti præceptis, atque is locum non inveniens, pudefactus abscesserit; siquidem nactus, penitius irrumpat, nec desistat, dum mactet ac interimat. Nescimus quot peremit ab orbe condito, non primigenium mortalem voluptate victum pomario proscripsit? non Cainum in fraternam cædem armavit? non Judam apostolico exscidit cœtu, cunctorum vitæ proditorem molitus? non innumeros affos neci tradidit? Idemque est qui nunc quoque urget, insidiatur, decipit, peneque mundum deglutit, quem difficile, et impendio sedulum sit evadere. Nec conatur solum incunda dissoluta, ac licente vita, sed etiam exercitatione degenda accurata prosternere, et in diversum nos impellere, varius, multisque se technis, ac fraudibus diffingens, atque in nos laqueos in terra complures explicans, secundum beati Antonii revelationem, quos et sola effugit humilitas, uti fertur.

Qua nos usi quoque, diverticula ejus, et errores devios evadamus, grassari regia neque huc, illucque declinante, quin præcepti norma traditi obeuntes, ac præcessorum vestigia Patrum sequentes, quorum in cœlis vita est. Igitur a vitiosis cogitatis mens retrahitor, animus divina oracula meditator, os in Dei laudem reserator, oculus rite cernito, auris inanes fabulas ne admittito, manus ad opificia moventor, pedes modeste gradiuntor, cibus potusque obitor moderatus, somnus ad amussim componitor, neu citra necessitatem egressus, neu quæ mortem afferat licentiæ, neu aliud quid insolens agitator, quin cuncta sancte prudenterque geruntor. Neque vero spatium longum est, et finis imminet certaminum. Ecquod est autem laborum præmium cœleste regnum. Pro quo fratres, magis magisque decertemus, luctemur, sin corruimus, at iterum resurgamus; sin obdormiimus, at rursum evigilemus, vim inferamus naturæ, membra hæc terrena perimamus, virtutes acquiramus, (quæ equidem mihi quoque edico, obsitus et ipse imbecillitate, ut eadem vobiscum natura præditus) quo sincere mnes, et insontes hinc profecti, perennem vitam consequamur per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CIII.

De divinis exsequendis præceptis, ac justis in negligentes minis.

Fratres Patresque, molitor Deus qui e nihilo A nos protulit in lucem, velut in schola quadam in hac vita collocavit, regni sui Evangelium discituros. Igitur prædicatum discipulos mittens jubet in hæc verba: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis*[38]. Quænam sunt autem quæ mandavit? in antiquo fœdere, ut partim dicam, Non occides, non adulterabis, non furabere, non falsum testimonium dices in novo his majora, et accuratiora; nam *Dictum est* ait, *antiquis: Non occides; qui autem occiderit, reus erit judicio; ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo temere, reus erit judicii. Rursus dictum est antiquis: Non adulterabis; ego autem dico vobis quia omnis qui viderit mulierem ad con-* B *cupiscendum eam, jam adulteravit eam in corde suo. Rursus dictum est: Non pejerabis; ego autem dico vobis non jurare omnino. Rursus dictum est, Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum; ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, bene precamini exsecrantibus vos, benefacite his qui oderunt vos*[39]. Viden' quod utriusque fœderis discrimen? illo actiones vetante, hoc vel occasiones, unde actiones exsistant, ne hinc radices agat peccatum, itaque si nec legaliter, nec Evangelice, sed ethnice, ut sic dixerim, obimus quid tum temporis patiemur? *Nolite errare*, inquit, *neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque avari, neque fures, neque* C *ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt*[40], eaque de causa, uti sæpe, et nunc præmuniens edico, ne quis solitarius degito, neu supine fertor, neu aurum cogito, neu servum teneto, neu equum, neu bovem alito, neu quid aliud tractato citra persecutionis normam, unde graviora, et atrociora facinora manent. Tametsi sunt e vobis qui contra verum obstinate contenditis, quorum a sanguine sum insons; neque enim subterfugi quin divinum jus edicerem, nec reticui venturum immorigeris ensem. An irritamus Deum? num fortiores eo sumus? Jam vero *et securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum exscinditur, et in ignem mittitur*[41]. Non exemplum timetis, non minas ex- D horrescitis? non mortem pavetis, quæ mox obeunda est?

Qui horribiles angelos tueamur, eductum nos e corpore venientes; qui longum illud immensumque iter peragremus, viatico non instructi? qui tribunali sistamur Christi, cui congenulabunt universi, cunctæque laudes offerent linguæ, fœdam conscientiam tenentes? Ut ablegari sit necesse ubi non exstinguitur ignis, non moritur vermis; ubi fletus, ac dentium stridor agitatur, quod ne accidat, fratres, agite venerabundi illacrymemur clementi Deo, et eum coram prævertamus, confessione, precibus, compunctione, lacrymis, supplicio, jejunio, castitate, omni præclara functione. Enimvero is est

[38] Matth. xxviii, 20. [39] Matth. v, 44. [40] I Cor. vi, 10. [41] Matth. vii, 19.

Digitized by Google

scelerum nostrorum placamentum, nec se in nos offirmavit, minimeque revertentem aversatur, quin asciscit : ut meretricem, ut prodigum, ut latronem. Sane, obsecro, fratres consurgamus, excitemus, contendamus, quo velut pueri studiosi e schola discedentes læti domum revertuntur ; sic nos quoque ceu genuini Evangelii discipuli in perennem vitam ovabundi commigremur, per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CIV.

De sincero veroque amore, ac morigeratione erga præfectum, et horrendo justi judicis examine.

Fratres Patresque, quæ superiori Catechesi propter tum præsentes disserui, æger ac dolens disserui, at quæ de vobis nunc habeo dicere, ea vero sunt meliora, et cum salute conjuncta, qui Dei Opt. Max. beneficio morem tenuitati nostræ obsequentes geratis, nihil citra constitutum agentes. Quod non mihi gaudium modo est, ac triumphus, sed præ me adeo vobis, qui virtutem ante cœpistis; quid est enim suavius, lætius, jucundius quam ad præscriptum vivere, nec pro libidine quidquam obire subditum? hoc vera morigeratio est, hæc beata vita, (20) hoc præmolestum quoddam, et immolestum, ut sic dixerim, certamen; præmolestum ei qui adhuc suis studiis teneatur, immolestum ei qui suapte studia præfregerit, ut apostolice ausit dicere : *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus* [42]. Scilicet qui nequaquam ex sua libidine vivat, per præfectum quasi quemdam sequestrum Deo vivit, *revelata facie gloriam Domini speculatus, et in eamdem imaginem transformatus a claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu* [43], quemadmodum scriptum est. Enimvero hic mundi est securus, interitus morte, lætam, ac quietam peragens vitam totus consecratus Deo, cæterum qui suapte voluntate, projectis obedientiæ legibus, nitatur, sibi volens, sibi placens, hæ is vitam trahat afflictam, qui a diabolo captus ad arbitrium teneatur. Qui ut jejunare videatur, aut pervigilare, aut alia virtute fungi, illaudata functio est posteaquam *Omne quod non est fide, peccatum est* [44], et alioqui quod ad communem regulam non agatur, cum proprium est agentis, tum alienum a pietate. Ut merito eos reprehenderim, vos laudem, ac cohortor inhærere pulcherrimæ morigerationi, tolerantiæ, frangendæ voluntati, fidei, spei, charitati, cæteris obedientiæ studiis, qua re et salutem quæratis, et exemplar egregium toti contubernio sitis sane, obsecro, fratres, siquidem abest minimum quin jamjam veniam adventans, nihilque cunctetur, supremo imminente die quo in tenebris perpetrata pateflant, animique consilia retegantur, veniet horrendus, ac qui defraudari nequeat judex, qui subditum subdito, præfectum præfecto, episcopum episcopo, prætorem prætori, regi aggreget regem, et alterutrum ex alterutro corrigat, ac refutet, *et unicuique reddat secundum opera ejus, iis quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem, et incorruptionem quærunt, vitam æternam ; iis autem qui sunt contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, et indignatio, tribulatio et angustia* [45], uti canitur. Quod pertimendum est, omnique studio cavendum, ne sub obitum bonorum operum inanes deprendamur, quin honestarum feraces functionum spectemus. Sin obluctatur hostis quo minus virtutem obeamus; quod negandum non est, qui quidem homicida sit ab initio, neu steterit in veritate, cum non sit veritas in eo, quemadmodum ait Dominus; at fortitudine in eum, ac magnanimitate utamur, laboribus, studio, precibus, supplicio, lacrymis adhibendis, atque is succumbet, Deo in certamen coeunte, nostraque imbecillitate juvanda perennem victoriam præbente per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CV.

De expurgando a sceleribus animo, ineundisque virtutis laboribus.

Fratres Patresque, fors animum dicere inducat quispiam frugem ex his Catechesibus nullam percipi, sed profecto, ut mihi videtur, vel in primis percipitur. Scilicet quod aratrum terræ, et aqua sitienti, id gnave audienti Catecheticus sermo est. Unde enim mens corrumpitur? unde in fratrum rebus publicis bella, rixæ, dissidia? nonne ex eo quod doctrina, ac castigatio non obitur? Quæ ubi sint ibi serenitas, atque pax est, ubi pax, et serenitas ibi sanctus Spiritus conquiescit. Qua de causa equidem timide cupideque disserere, castigare, hortari, ac commonere satago, si qua possim ab omnigenis diaboli tentamentis vos meque servare, quanquam fateor operam vos quoque non minimam conferre, maxime primores, omnesque me ad bonum opitulatores habere. *Ego plantavi*, ait ille, *Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit* [46] : ut non mea solius, quin vestra omnium sit functio, seu potius Dei, ab quo cuncta in homines recte facta manant. Itaque, cohortor, quod cuique obtigit munus ad publicam frugem urgetote, animique domicilium Deo construuntor, nam Apostoli hæc sententia est, *Si quis superædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam, uniuscujusque opus manifestum erit ; dies enim declarabit, (quia in igne revelatur) et uniuscujusque opus quale sit ignis*

[42] Galat. II, 20. [43] II Cor. III, 18. [44] Rom. XIV, 23. [45] Rom. II, 8. [46] I Cor. III, 6.

(25) Hæc in nostro fœde mutilata erant, quæ in Vat. integra offendi.

Digitized by Google

probabit [47]. Observemus quid dicat, quemadmodum auro, argento, lapidibus pretiosis virtutem comparet vitium, lignis, feno, stipula, quibus judice igni explorandis, tenera conflagrabunt, superstitibus duris. Ac terribiliorem comparans sermonem, addit in hæc verba : *Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus : templum enim Dei sanctum est, qui estis vos* [48]. Hui beneficium, Dei nos templum nominari ! hui minas, qui Dei templum corrumpamus, corruptum iri divinitus : quamobrem ne Dei templum corrumpamus, fratres, neu Spiritum habentes domesticum scelerum domicilium fiamus, neu a vitiis asserti iterum diabolo servitutem serviamus, quin *stemus sinceri, et sine offensa, repleti fructibus justitiæ per Jesum Christum in gloriam et laudem Dei* [49], quemadmodum scriptum est. Igitur sit animus noster vigil semper, ac contentus, qui timore divino, et assidua mortis deformatione imbuatur, ubi is enim obeatur labor, subeundi locum peccatum habeat nullum. Sin reses stupidaque mens sit ; tum vero subolescere libido, quæ nos incitet ac conturbet, minimeque dimittat, dum in priorem statum postliminio revertamur. Ut inducendus sit animus qui pro virtute laboremus, quo vitam ineamus felicem nitamur pro bono, quo perenni requiete potiamur ; ploremus, quo gaudere in Domino queamus ; arcto, et afflicto itinere grassemur, quo hinc manantem alienam dolore vitam consequamur. Enimvero is præstantissimus quæstus, ea summa est felicitas, exiguis pro virtute certaminibus, ac laboribus immensa, et immortalia bona parare quæ assequi omnes contingat Domini nostri Jesu Christi liberalitate atque beneficio. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CVI.

De vitæ navigatione nostræ sollicite, vigilenterque regenda.

Fratres Patresque, instar maris humana vita est, in qua cuncti, ceu navigium, corpus hoc ingressi, imaginario trajicimus ; nec definito quonam tempore ut qui sub sensum subjectum æquor permeent, nunc navigantes, nunc in portum appulsi, quin assidue navigamus, dies, noctesque, nec citra fluctus, ac tempestatem, ut nihil dicam atrox pelagus objectum, neque atrox solum, sed impendio vastum, vitæque curriculo nostræ descriptum. Quod dici non potest quantis procellis præ malignis spiritibus inhorrescat, quotve incurrant dæmones piratæ, qui nos demergant. Id adeo non ignorans sanctus David precabundus dicere : *Libera me ab his qui oderunt me, et de profundis aquarum. Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum.* Quod si David, talis, tantusque extimescere, ac ne demergeretur rogare, quod et passus aliquando est, dormitans, quid nos nauci dicamus, quantumque convenit timere, et ne idem subeamus precari ? Ergo animus noster quasi quidam gubernator est qui ubi vigilet intentus, vitiorum arceat procellas minimum cogitatis quæ ingruant aspersus, defetiscatur hæreses, flagitium intromittat, ceu mundanæ, quoddam flumen, sentinaque gravatus, ingens naufragium faciat peccati, quod cum triste est auditu, tum tristius cogitatu. Tum sollicita ac periculosa vitæ navigatio nostræ est ; ut intente vigilanterque retinendum sit gubernaculum, et eminus profligandæ vitia ac confestim irruentes fœdæ cogitationes arcendæ, ne his immorati demergamur. Neque hæc vero ad juniores tantum pertinet oratio quin ad seniores quoque, et in exercitatione provectos, postquam ne hos quidem intentos diabolus omittit, de quibus exstat hæc alicubi magni ac divini Basilii sententia (26) : Tristissimum spectaculum, post pervigilia, post afflictiones, post contentas preces, post uberes lacrymas, post viginti aut triginta fors annorum continentiam, ob animi supinam negligentiam cunctis exspoliari. Equidem id infelix tum vidi tum audivi, et illacrymatus illacrymor, cogitans quemadmodum tot opes virtutum, ac tot annis congestæ, uno temporis momento diaboli periere fraude, nudo et inutili relicto quasi quodam exercitore pietatis, tam ingens est salutis nostræ mysterium, tantaque diaboli atrocitas, in cœlum, nos unde excidit, tendentes conspicati. Atque is ejusmodi sane est, tantaque nobiscum vesania confligit : cæterum nos, fratres, qua parvi, qua magni, qua juvenes, qua senes, unanimes universi, Deo duce, studiis multis, ac laboribus quæsita satagamus nequaquam per negligentiam perdere, mundi secessionem, obedientiam, temperantiam, lacrymas, confessionem, tam nuperam quam præsentem ; quin vigiles excubemus, pansum spei velum habentes, qui Spiritus regamur auris, dum sub exitum vitæ ad immortalitatis portum appellamus, virtutis tanquam mercimoniis cœleste regnum laturi per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CVII.

De mortis recordatione, neu supine sacra percipiamus.

Fratres Patresque, heri ut apparitor regius advenit, illico expavimus, inexspectato adventu consternati, intellectoque haud propter nos advenisse, extemplo solvimus timorem. Quæro igitur qua de causa timuerimus, scilicet qui imperatori ob præsentem confessionem parum grati, quin exosi, ac detestabiles essemus ; nam si germani fuissemus amici, nimirum ovassemus, scientes boni cujusquam gratia proculdubio venisse. Quorsum hoc autem mihi proœmium ? enimvero ani-

[47] I Cor. III, 13. [48] Ibid. 17. [49] Philipp. I, 11.

(26) D. Basil. Orat. Εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν Παροιμιῶν.

Digitized by Google

mus quoque qui præclara vita benignum Deum paraverit, sub exitum e corpore missum a cunctorum rege ad se satellitem lubens, et imperterritus spectabit, lætusque se conferet ad herum; sin secus deprendatur, turbet, ac prætrepidet necesse est, nec fiducia prælitus, nec opitulante quoquam. Hic quidem sane et amicus, et frater solentur, ac terrorem depellant, quorum est inibi pecunia cunctorum, angelo atrociter, et acerbe miserum animum raptante. Ac fors timuerimus in his verbis. Pol si terrorem attulit auditus, ecquid in re præsenti patiamur; qui ad Christi tribunal animus is compareat; coram igneum flumen trahitur, secundum Danielem vatem, astantibus centenis millibus, ac ministrantibus decies millenis millibus præsto est severus, et inde fraudabilis judex, agiturque, de evangelica sententia, vel segnis examen verbuli, quæ qui tum animus feret? Equidem cum horrendum est in viventis Dei manus incidere, tum horribilius ubi justissimam audiat sententiam æternis suppliciis traditus. Quamobrem, fratres, hortor, et obtestor, reconciliemur ante obitum Deo, benignumque paremus, venturos ad nos angelos acquiramus amicos, vigilem animi oculum habeamus, mentem inexpugnatam teneamus, qui haud declinemus, ab assiduo cum vitiis conflictu, sin pauxillum lapsemus, evestigio surgamus, ac frequente fletu ignea perduellis tela, Christiano inducendo studio, exstinguamus. *Multum valet deprecatio justi assidua*[51], ut preces, atque instigationes mutuas requiramus. Multum lacrymæ, ac compunctio valent, et ante omnia, ac cum omnibus, sacrorum perceptio, in qua nescio quo pacto segnes animadvertens, impendio miror, qui quidem, si adsit Dominica, adeatis mysteria, sin alio die cœtus frequententur, minime coeatis. Pol liceat in monasterio vel in dies communicare, nunc rarius, ac vix convenitur. Neque hæc dissero, qui vos velim leviter, et obiter accedere, scriptum est enim, *Probet seipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat, qui enim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini*[52]. Non id igitur dico (minime gentium) quin ut communionis studio quantum plurimum potest purgati, compotes flamus muneris; nam propositus vitæ est perceptio panis, siquidem ait Dominus, *Ego sum panis qui de cœlo descendi; si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita*[53]; ac rursum: *Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo*[54]. Viden' ingens et ineffabile beneficium; non mortem obiit solum pro nobis, quin epulum se præbuit quoque. Quid hoc validi demonstrantius amoris; quid animo magis salutiferum? Jam cibo, potuve proposito communi, defit nemo quin percipiat quotidie, ac ni percipiat oppido ringatur; nunc obmoto non communi, sed vivifico pane, nec communi, sed immortali poculo, indifferens quiddam, nec prorsus necessarium remur? scilicet non ea summa imperitia, et amentia est? Etsi id accidit vero, saltem imposterum caveamus, haud ignari quæ vis muneris, ac quantum pote purgati, sacra percipiamus, quin manuficio vacantes ubi signum edatur, opere relicto donum asciscite studiose. Id adeo nobis, ut arbitror, sem potius ut res habet magno sit adjumento, qui fruendi præparatione puri, et insontes conservemur, nam communicandi negligentia qui possumus non vitiis capi? Quin et vitæ futurum est viaticum perennis, quam adipisci mereamur Domini nostri Jesu Christi liberalitate atque beneficio. Cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem Amen.

SERMO CVIII.

Pernices esse oportere ad certamina virtutis.

Fratres Patresque, inquietum quiddam est natura virtus, quæ haud cesset niti in anticum, quin prædites se in melius provehat semper, quod demonstrans Apostolus ait, *Non quod jam acceperim aut jam perfectus sim, persequor autem si comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo Jesu*[55]; et iterum: *Quæ quidem retro sunt obliviscens ad ea vero quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis in Christo Jesu*[56]. Ut quies sit ab virtute nulla, nam ab virtute quies vitii est exordium. Itaque nec nos quiescamus, fratres, a virtutis curriculo, sed assidue pernices, ac novitii e robore in robur provehamur, dum in virum adultum evadamus, *in mensuram ætatis plenitudinis Christi*[57]. At qui id fiet? si diem solidum læti exigemus. Exempli causa, adest mane? illicet e somno consurgamus, precibus inhærentes. Absoessimus inde? alacres opus arripiamus, simul carmina Deo cum animis canentes, simulque manuficiis dediti. Finitus dies est? gratulati, compunctique, dormitum concedamus, qua vicissitudine hanc Davidis sententiam comprobetis, *Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam*[58]. Ne segnis dies obitor, mente tanquam manucapta, neu in stupris ac libidinibus nox transitor, non dico qui hæc perpetremus (minime vero), quin nec cogitemus quidem; nam uti corpus, sic animum castum veritatis flagitat oratio. At enim desideriis ducimur? quid desiderabilius virtute cujus iucunda et inexsaturata est voluptas? Pulchritudinem amamus! quid Hero amabilius, cujus renident pulchritudine cuncta? cæterum pravi cupidines mentem externatam fera omni crudelius depascuntur. Ut non voluptas ea sit, sed luctuosa vita. *Nolite errare*, inquit, *caro, et sanguis regnum Dei possi-*

[50] Psal. LXVIII, 26. [51] Jac. V, 16. [52] I Cor. XI, 29. [53] Joan. VI, 50, 51. [54] ibid., 55. [55] Philipp. III, 12. [56] ibid. 14. [57] Ephes. IV, 13. [58] Psal. XVIII, 3.

Digitized by Google

dere non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit[59]. Cedosis vero quem amplexum peccatum non infamia replevit, afflixit, neci tradidit? quem amplexa virtus non evexit, ac mundo conspicuum reddidit? Duos e multis excipe. Amnonem et Josephum: non illum sororis incestus jugulavit? non hunc castitas ab Ægyptia regno donavit? Tam amabilis, et expetenda, ac salutifera est virtus! et frequenter tamen impendio erramus, qui mortem pro vita complectamur, tenebras pro luce prensemus, corruptelam pro immortalitate deamemus; quo quid miserabilius? Unde igitur, ait, qui boni amatores velimus esse, nequivimus? Quod non vere volumus, sed fictitie, siquidem pro arbitrii libertate omnino quod volumus amplectimur. Enimvero studium a pueris ad prava, ut videtur, habitum in nobis contraxit vitii tenacem. Sed quæ est Apostoli sententia? *Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ: sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem*[60]: hoc est, parem oportere industriam conferre in virtutem. Itaque, fratres, adhuc pulsare insistamus, planeque fores clemens aperiet Deus, quæ accepta sibi sint in nos molitus, ac perennem vitam largitus per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CIX.

De obitu fr. Theososti, atque obeunda pie sancteque vita.

Fratres Patresque, jamjam explorate cognovimus Theososum fratrem obiisse, de quo dicendum est nonnihil, posteaquam vir fuit probus, a permultis laudatus, qua monachis qua laicis, qui et subderet, et subditum gereret, *pro iis quæ passus est tentatus*, ut Apostolice loquar, *potens et iis qui tentantur auxiliari*[61]; quare complures probos secundum Deum filios contraxit, idemque ob veritatem miserias, æruminas, calamitates, ac pericula non minima suscepit, in quibus et defunctus, ad Dominum concessit. Quorsum hæc autem mihi dicta? ut in fratre exemplar quoddam rerum nostrarum tueremur; qui sancte et honeste obeuntes, æque simus ab alio post mortem laudandi, illices quidam præclare posteris objecti æmulationis; sin sequius, non solum non laudemur, quin æterni pœnis supplicii multemur, quod terribile est tum cogitatu tum dictu. Jam videsis mihi ut hinc vicissim abscedimus, ac quo abimus, tum quæ hic nobis sit vitæ in paucos prorogatio dies, ad virtutis explorationem, et tanquam periculum victuris, inde morituris, ac sic discessuris ubi perpetes maneamus. Hæc prudentum recolere est, eaque qui recolat, tremit, et formidat, qui studio semper obeat quotidie, ac corporis quasi quamdam manumissionem præstoletur indeque ad incumbens munus, et impositam provinciam animetur, usque adeo, ut juges labores laboribus addat; nam unde, sodes, prælia sanctorum maudita, diuturna tolerantia, pertinax morigeratio, in senectutem subjectio, atque his insuper majora? unde martyrum certamina, membrorum lanienæ, sanguinis profusio? non qui animis usurparent, præcipitem vitæ curriculi brevitatem, comparitionem ad horribile tribunal, æterna et infinita supplicia? Scilicet hinc eis tolerablia cuncta, hinc atrocium pœnarum ceu in corporibus alienis perpessio. Ac beatam quæ hæc dies noctesque cogitet mentem, quæ velut hospes, et advena vitam transiens, ævum maneat felix, ac securum, de quo Apostoli hæc sunt verba, *Nam expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat; vanitati enim creatura subjecta est, non volens sed propter eum qui subjecit eam in spe, quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei*[62]. Viden' ut promittitur fore ut totum hoc universum a corruptela restauretur, atque e servitute in libertatem natura rerum omnis diffingatur? Cujusmodi vero is deinceps dies de quo ait sanctus David, *Melior est dies una in atriis tuis super millia*[63]: rursumque apostolorum coryphæus: *Dies Domini sicut mille anni*[64]: et apostolus Paulus: *Configuratus morti ejus: si quo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis*[65]. Huc nos quoque animum, fratres, atque mentem contendamus, huc studia conferamus, huc cogitata et ingenium traducamus, hic vota ac desideria figamus, qua occupatione sæculi hujus principem lateamus, qui cum tentare nos potest, tum prosternere nequit, contentionis jam armis monasticæ tectos. Quem opto equidem nauci non effugere vos modo, sed etiam superare, corona mactos probitatis, per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CX.

De lætifica vita nostra, neu defetiscamur in adversarii lucta.

Fratres Patresque, cum omnes homines semper in Domino gaudere Apostolus jubet[66], tum soli, ut apparet, veri monachi gaudent, qui non uxoris, non liberorum, non servorum, non pecuniæ, non prædiorum, non alterius cujusquam eorum quæ ambiant carnales sollicitudine ducantur, unumque ineant studium solum, qui placeant Hero. Quod pol studium juge est in Domino gaudium, nam ubi matrimonium est, ac servitus, et quæ ex iis molestiæ manant; misera hæc hominum generi divinitus insita distractio, qua distinerentur, ut fert Salomonis sententia[67]: difficile est in Domino gaudere, mente ab iis quæ prædixi a sancta Dei recordatione demota, in qua situm in Domino

[59] I Cor. xv, 50. [60] Rom. vi, 19. [61] Hebr. ii, 18. [62] Rom. viii, 21. [63] Psal. lxxxiii, 11. [64] II Petr., iii, 8. [65] Philipp. iii, 10. [66] Philipp. iv, 4. [67] Eccle. i, 1 seqq.

Digitized by Google

gaudium est. Itaque qui e numero simus in Domino gaudentum, lætemur, et inter nos collætemur, fratres, exspectando virginitatis ac paupertatis præmia a remuneratore Deo, qui mercedem vel frigidæ est pollicitus [68], nedum tam grandium, et ingentium facinorum ; nam profecto summa est, ac præcellens virginitatis functio, conjunctaque cum angelica vita, quæ hominem revocet ad originem, in paradisum, cum nuptiæ, atque servitus nusquam vitaque quædam secura, et innoxia degeretur. Sin te haud lætari, quin dolere dicas, quænam, rogo, causa est doloris ? Quod culpas admisisti ? At eæ per secessionem, et obedientiam, ac confessionem sunt remissæ. An quod cogitatis in dies ferire? At signum id quoque est coronæ, neque enim bello alienum quisquam sed bellatorem coronat; nec in arenam non progressum, quin egregie pugna defunctum donativo prosequitur. Non videtis ut unde tristari dicimur, hinc lætari habeamus ? quamobrem lætemur , fratres, spiritali agendo gaudio instantes, et acrius ad diaboli fraudes obluctantes, qui ejus insultus precibus ac supplicio frangamus, et submissione atque obedientia laqueos dissipemus ; tum autem lacrymis, ac compunctione quasi quemdam Pharaonem demergamus, et profitendis edendisque culpis procul in fugam vertamus, cæterisque cunctis recte factis divina ope prosternamus. Pol fraudum multiplex, atque artifex scelerum est, qui nos interficere quærens, tum captare quo ingruat tempus, tum recipere se norit, ceu victus, scilicet, ut irruens repente, imparatum animum nactus, quod vult efficiat. Nos enimvero pro statione siti excubemus ; vigilemus, mentis oculum insopitum tenentes, studioque fervens ingenium divino : qua re stabiles, ac invicti maneamus, sane, obsecro, neu obeundo bello torpeamus, neu in adversarii pugna defetiscamur. Finis imminet certaminum, atque abest minimum quin jamjam veniat adventans nihilque cunctetur, aut cujusque nostrum decessu, aut totius universi decursu peragendo, qua tempestate apparebit e cœlo, angelicis copiis stipatus, igneaque flamma , et infanda majestate obsitus, cum quidem *Videbit eum omnis oculus*, quemadmodum scriptum est, *ac qui eum pupugerunt et plangent super eo omnes tribus terræ* [69]. Quam id terribile spectaculum est, et omni consternatione majus! Gestient tum quidem qui præclarum certamen decertarunt, qui in periculis perstitere, qui probitatem amavere, qui morigerationem obivere, qui obedientiam peregere, qui omnino in omnibus Deo placuere. Quibus accensi nos quoque, æternis bonis fruamur, per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXI.

De tolerantia, ac compunctione.

Fratres Patresque, equidem locutus loqui, ac cohortari insistam cohortatus, qui quidem sim sollicitus, posteaquam et caput obsidet senectus, et horrendum est præfecturæ judicium, quid possum non extimescere, ac præcupere non hæc pauca eloqui solum, quin nauci hanc vitam quoque pro vestrum singulis impendere? Igitur audiamus, fratres, Apostolum dicentem : *Tempus breve est porro, ut et qui habent uxores tanquam non habentes sint, et qui flent tanquam non flentes, et qui gaudent tanquam non gaudentes, et qui emunt tanquam non possidentes, et qui utuntur hoc mundo tanquam non utentes : præterit enim figura hujus mundi* [70]. Quid est, *præterit figura hujus mundi?* id est, labitur, præterequitat nec vel diuturnam stabilitatem obtinens, sed qui heri nitidus, hodie squalidus, qui heri in re splendida, hodie in miseria est; nunc extollitur ille, nunc alter dignitate ruit ; hic e paupere fit dives, alius e divite pauper, milleque mutationibus, atque vicibus ærumnosa nostra subjecta vita est, nihil possidens constans. Unde id accidit vero ? nimirum ex olim inscitia nostra : nam contempto, quod in paradiso accepimus, sancto præcepto , fraudeque serpentis voluptate illecti, haud abs re calamitosæ ac mutabilis vitæ tanquam in manum convenimus. Ob quam et Domini nostri Jesu Christi adventus agitetur, qui origini redditos in ævum restituat insons atque alienum dolori, ut prudentum sit, et proborum, in instabilibus firmum, in mutabilibus immobilem consistere; quorum id est autem, nisi crucifixorum mundo, Herumque sequentum? Enimvero ii nos sumus, Christi beneficio, fratres venerandi, qui secessione facta illustri, obedientia defungamur, rerum pulcherrima, qua in antiquum velut postliminio revertamur ; etenim paradiso ob inobedientiam, ac contumaciam proscriptos voluit ter optimus Deus per obedientiam et obsequium recuperare paradisum. Quamobrem gaudeamus in obedientia nostra, qua in perennem vitam reducamur. Verum et in conflictu pertinacia, et in ærumnis tolerantia requiritur; nam si secundum carnem haud citra ingentes labores ac sudores victoria paratur, quanto magis qui vitæ hic curriculum victor decurrat, virilis in primis et magnanimus sit oportet? Itaque stemus, hortor, animose, qui quotidie vigiles excubemus traducto in solum Deum desiderio, in eoque contemplando defixi, lacrymosi, tacti compunctione, precibus supplicio reluctantes, itaque sancti Spiritus gratiam ducentes, nulla enim re tantopere delectatur Deus, ac mente a vitiis pura, nec tam odoratum redolet pratum, quam animus virtutibus fragrans. Sin accidit dormitare, at evigilandum est quamprimum, ac si vel septies in diem admittere

[68] Matth. x, 42. [69] Apoc. i, 7. [70] I Cor. vii, 26, 31.

Digitized by Google

contingat, septies resipiscendum, quo facto, admittamur ; si vel septuagies septies id patiamur, toties adhibenda pœnitentia, nec spe frustrabimur, ut divinum fert promissum ; tantum insistamus, cohortor, neu defetiscamur, quin a lapsibus nos revocemus. Jam finis imminet certaminum, propinquant gaudium, et triumphus, ac coronæ probitatis, quas et consequi mereamur Domini nostri Jesu Christi liberalitate atque beneficio : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXII.

De supremo die, et adventu illustris Dei, ac Servatoris Jesu Christi.

Fratres Patresque, cum angustum ingenium meum et exilis loquendo lingua est, tum necessitate equidem satago vos alloqui. Ecquid est autem necessitas ? prælecturæ judicium, ergaque vos amoris debitum, partim ratione pro vobis Deo reddenda sub judicii tempus in quo et prætrepido misellus, partim bono pastore haud verba solum, quin vitam pro ovibus impendente. Itaque, fratres, adeste, quod felix faustumque sit, fœdus porro in supremum diem paciscamur, reconciliemur Deo priusquam implacabilis mortis adventet hora, siquidem exstat hæc sententia : *Non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi* [71] ? Non fratres quotidie rapi cernimus? non videmus quemadmodum ut oves habemur ad lanienam comparatæ, hodie incolumes, cras nulli? En assumptus est et Fr. Liberius, cujus, medius fidius, mors percussit animum, inventi, ut aiunt, repente in cella exsanguis, in latus jacentis, specie consopiti. Atque hic ei finis; noster qui cessurus sit nescimus quave morte simus defuncturi ignoramus : nam ecquid subito, an ægritudine præcepti? num in sicco, an in liquido? num soli, an fratribus juncti? Enimvero quis Dei mentem perspexit, aut ei a consiliis fuit, qui diem, horam, modum, locum sui teneat finis ? ut pol terribilis sententia sit mortis, et horrendum in immortalis Dei manus incidere, nec possim non cohortari ut solliciti, intentique semper, divina tractemus. Quæstorem ille egit, inquit, sub tali imperatore, hic dynastam, alius opes, alius regnum quæsivit. Et quantula hæc, sodes, quæ somnii labantur instar? *Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis* [72]. *Omnis gloria hominis tanquam flos feni* [73]. Quæstum quidem certe optimum fecere Dei electi, partis dignitatibus perpetuis. Quibusnam? Alii apostolorum, alii vatum, alii martyrum, alii sanctorum, alii quamlibet postrema, at salvorum tamen, quorum insunt in vitæ libro nomina, inexstincta gloria est, et ineffabilis triumphus. Hos imitemur fratres, et unam minimum dignitatem ineamus, postquam nec invidetur beneficium, et volenti cuivis expositum bonum est, qua parvo, qua magno, qua erudito, qua proletario, qua seni, qua juveni ; sin secus, in cœlestem thalamum non admissis fores herus præcludet : *Væ*, inquit, *homini illi, per quem Filius hominis tradetur ; bonum erat ei si natus non fuisset homo ille* [74]. Neque dubium est quin de proditore loquatur, etsi haud abs re et in quemvis dicatur, qui salutem suam prodat. Non adventum reputamus illustris Dei, ac Servatoris Jesu Christi? non ignem inexstinctum, æternaque tormenta, et intoleranda revolvimus? O qui hæc intelligat, quasique solers gubernator seipse gubernet, immersamque animi mentem ab improbis spiritibus conservet! Nos, me Hercule, qui tranquillam, et quietam, ac compositam Christi beneficio vitam cœpimus, adhuc prospere vehamur, adhuc læti cuncta patiamur, singulis muniendis divino timore membris. Igitur oculus curiose tueri prohibetor, auris inanes fabulas ne admittito, lingua detrahere vetator (siquidem ait : *Qui detrahit fratri suo, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi, et judicat legem* [75]), manus pro virili operator, postquam otiosum nec comesse apostolica sententia est [76], pedes in viam pacis diriguntor, animus ad pravos sermones ne declinato, neu in flagitiis prætextus captator, sed ornate omnia decenterque geruntor, quo egregie cuncta obeuntes bona adipiscamur æterna : per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXIII.

De fide, et amore, ac virginitate.

Fratres Patresque, duo sunt quæ homini salutem quærunt, fides et amor. Vos quidem si errare in fide cernerem, pol de ea sererem verba, operamque darem qui vos in orthodoxam sententiam restituerem : nam : *Sine fide impossibile est placere Deo : credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, et inquirentibus se remunerator est* [77]. Sed cum a fide, Christi beneficio, valeatis, qua subnixi, divinæ spe gloriæ triumphatis, age hac omissa de actione breviter disseramus. Igitur hortor vos, fratres, nunc quoque, ut alias semper, accurate studium obire monasticum, animi sensis quasi quodam modimperatore præfecto, sollicitos de virginitate, re oppido quam pretiosa, quam cum amplexi Dei misericordia sumus, tum ea expugnanda tentat inimicus omni industria qui in salutem nostram grassetur : neque enim nescit hoc facinore obeundo Dei nos quiddam instar habere, ut ejusdem contra jactura cum jumentis comparemur : siquidem scriptum est : *Homo cum in honore esset, non intellexit : comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis* [78]. O quot veterator in omni memoria carnis libidine cepit! quin instat nunc quoque, et senes juxta, ac juvenes, nec projectos

[71] Psal. VI, 6. [72] Psal. LXXV, 6. [73] Isa. XL, 6. III, 10. [74] Hebr. XI, 6. [75] Psal. XLVIII, 13. [76] Matth. XXVI, 24. [77] Jac. IV, 11. [78] II Thess.

Digitized by Google

solum, sed etiam accuratos, decepit, in omne pro-pemodum caput his usus armis. Quod architectari incipit venenum fœdis admissis cogitatis, accen-samque carnis, atque sanguinis desiderio mentem ad eloquenda nefaria provocat : qua ausa porro seu proprium, seu alienum tractare membrum, mortem exigit, et absolvit : nam : *Concupiscentia cum conceperit*, inquit, *parit peccatum ; peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem* [79]. Quam nos, fratres, æternam mortem, ac deploratum animi morbum fugiamus. Enimvero scabiei similis mihi videtur. Itaque quasi qui scabiem defricet oblectari videtur, neque oblectatur, quin serio cruciatur, et eo magis, quo plus defricet ; ad eumdem modum libidine captus dolorem, non voluptatem, æstum, non quietem, mœrorem, non oblectamentum capit, miserandus, exspes, attonitus, qui vel umbras extimescat, ut nihil dicam futurum judicium. Ecquæ est autem mali fuga ? constans obnixus ad incursum. Ergo ut ingruit (nam pol ingruit, neque mirum, seu animi negligentia, honestam contemplationem non habentis ; seu inimici invidia) extemplo saucius consurgito, precator, gemito, lacrymator ; atque id evestigio dilabetur, tu in Domino conquiesces : nihil est enim tam animo suave quam a vitiis tranquillitas ac libertas. Non Herum audimus dicentem ? *Omnis qui facit peccatum servus est peccati : servus autem non manet in domo in æternum, filius manet in æternum* [80]. Age vero qui liberati a peccato ad adoptionem evaserimus, rursum peccato mancipemur ? qui sub præpotentem Dei manum convenerimus, fœdus cum diabolo paciscamur ? Minime gentium. *Si enim quæ destruxit iterum hæc ædifico*, ait quodam loco Apostolus, *prævaricatorem me constituo* [81]. Quamobrem ne prævaricatores sacrorum fœderum fiamus, neu diabolo servitutem serviamus, semel asserti, neu supplicium nobis quæramus : in diem supplicii, et apparitionis justique Dei judicii, in quos exstet hæc sententia : *Vermis eorum non moritur, et ignis non exstinguitur* [82]. Quin consistamus in libertate in quam nos Christus vindicavit, dira exsecrati ostenta draconis, qui non huic sceleri tantum, sed aliis omnibus quotidie obnixi reluctemur, invidiam calcantes, malignitatem, odium fraternum, cæteraque cuncta facinora perosi, quo pœnis fugiendis æternis cœleste regnum ineamus, per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc, et semper in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXIV.

De monastica vita, obnixuque in hæresi præsente.

Fratres Patresque, equidem haud vos absistam egregia hac nomenclatura ciere fratrum Patrumque, verum id vobis, ac genuinum conscius nomen ; nam veri ii sunt fratres Patresque qui præ parentibus, fratribus, stirpe, patria, cunctis quæ spectent, Deum complexi, congregem quamdam ineant vitam, quorum una mens, et animus, parens Deus, urbs cœlestis Jerosolyma. Scilicet ii vos estis, fratres Deo charissimi, atque ut Scripturæ verbis indigitem, *genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes enuntietis ejus qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum* [83]. Siquidem admirabile est vel in primis vita monastica lumen, in quam acciti, laudes promulgemus cœlos tegentis majestate. Hic quidem certe prudentia, temperantia, fortitudo, justitia est, hic maligni tropæa, ac Christiana victoria, *quorum arma non carnalia sint, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentum, et omnem altitudinem extollentum se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentum omnem intellectum, in obsequium Christi* [84]. Sin aspectabiles quoque adversarios tuemur, deformemus animo, quot quantæque Dei Ecclesiam oppugnationes invaserint ab ævo. Quorum oppugnari est, quorum despui, et interfici, nisi crucifixorum mundo ? Atque ut omittam vetera, omnisque in memoria no-

ΛΟΓΟΣ ΡΙΔ'.

Περὶ τῆς μοναδικῆς πολιτείας καὶ ἀντιπαρατάξεως ἐπὶ τῆς ἤδη ἐνισταμένης αἱρέσεως (2).

Ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες, οὐ παύσομαι τούτῳ τῷ καλῷ ὀνόματι τῆς ἀδελφότητος καὶ πατρότητος προσαγορεύειν ὑμᾶς, εἰδὼς ὅτι ἀληθὴς ὑμῖν ἡ κλῆσις, καὶ ἀψευδὴς ἡ προσηγορία· ὄντως γὰρ ἀδελφοὶ ἀληθινοὶ καὶ Πατέρες οὗτοί εἰσιν, οἵτινες ὑπὲρ γονεῖς, ὑπὲρ ἀδελφούς, ὑπὲρ γένος, ὑπὲρ πατρίδα, ὑπὲρ πάντα τὰ ὁρώμενα, ἠγάπησαν Θεόν· τὴν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ζωὴν καταδεξάμενοι· ὧν καρδία καὶ ψυχὴ μία· καὶ ὧν Πατὴρ ὁ Θεὸς, καὶ πατρὶς ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ. Τοιοῦτοι οὖν καὶ ὑμεῖς, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ Κυρίου· καὶ ἵνα ἀπὸ τῆς Γραφῆς ὑμᾶς καλέσω· *Γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, λαὸς εἰς περιποίησιν· ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς.* Θαυμαστὸν γὰρ ὅτι φῶς, ἡ μοναδικὴ πολιτεία, εἰς ἣν ἐκλήθημεν· καὶ ἐν ᾗ ἐξαγγέλλομεν τὰς αἰνέσεις τοῦ καλύψαντος ἀρετῇ τοὺς οὐρανούς. Ἐνταῦθα οὖν ἐστι φρόνησις, σωφροσύνη, ἀνδρεία, καὶ δικαιοσύνη, ἐνταῦθα τὰ κατὰ τοῦ Πονηροῦ τρόπαια, καὶ ἡ ἐν Χριστῷ νίκη· *Εἴγε τὰ ὅπλα ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων, λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ·* εἰ δὲ καὶ πρὸς τοὺς ὁρωμένους ἐχθροὺς ἔστιν ἀπιδεῖν, ἐννοήσωμεν τοὺς ἀπ' αἰῶνος διωγμοὺς, ὅσοι καὶ ἡλίκοι κατέλαβον τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ,

[79] Jac. I, 15. [80] Joan. VIII, 34, 35. [81] Galat. II, 18. [82] Marc. IX, 43. [83] I Petr. II, 9. [84] II Cor. X, 4, 5.

(2) CXV[a] est apud *Cod. Nanios*, pag. 165.

Digitized by Google

καὶ τίνων τὸ διώκεσθαι, τίνων τὸ τύπτεσθαι καὶ ἀποκτείνεσθαι· ἀλλ' οὐ τῶν ἐσταυρωμένων τῷ κόσμῳ; καὶ ἵνα τὰ πάλαι παρήσω, ἐπὶ τῆς παρούσης γενεᾶς καὶ ἐπὶ τῆς ἤδη ἐνισταμένης αἱρέσεως ὁ λόγος· τίνες μέχρις αἵματος ἀντεκατέστησαν πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι· οὐχὶ οἱ μακάριοι Πατέρες καὶ ἀδελφοὶ ἡμῶν, οἵ τε τῆς καθ' ἡμᾶς μονῆς, καὶ οἱ τῶν ἄλλων; Μοναχῶν οὖν ἀληθῶς τὰ τοιαῦτα κατορθώματα καὶ ἀθλήματα, καὶ μοναχοὶ τὰ νεῦρα καὶ ἐδραιώματα τῆς Ἐκκλησίας· καὶ τοιοῦτον καὶ τηλικοῦτον τὸ ἄξίωμα, ὅπερ κεχάρισται ἡμῖν ὑπὸ τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ἐπειδὴ ὅπου οἱ θησαυροί, ἐκεῖ καὶ οἱ κλέπται παρεδρεύουσιν· θησαυροὶ δὲ ψυχῆς αἱ ἀρεταί, παρακαλῶ καὶ ὑπομιμνήσκω, γρηγορῶμεν, νήφωμεν, ἀσυλαγώγητοι διαμένειν, μήτε ὑπὸ ἡδονῆς κατασυρόμενοι, μήτε ὑπὸ θυμοῦ ἐξαγριαινόμενοι, μήτε ὑπὸ ἀπιστίας σκοτιζόμενοι, μήτε ὑπὸ ἀνεξαγορευσίας περιστατούμενοι, μήτε ὑπό τινος ἄλλου πάθους κατακυριευόμενοι· ἀλλὰ ἀνώτεροι τῶν ὀλεθριῶν παθῶν ὄντες, ἴωμεν προθυμίᾳ πρὸς τὸ ἐξῆς, μέχρις ἂν καταντήσωμεν εἰς τὸ πέρας τοῦ βίου. Τάχα λυπεῖ ἡμᾶς ἡ ἀκοὴ τοῦ τὰ μοναστήρια ἡμῶν ὑπὸ τῶν τοῦ Κυρίου ἐχθρῶν διαφθείρεσθαι· ἀλλ' οὐδεμία λύπη τοῦτο· μοναστήριον γὰρ καὶ ναὸς Θεοῦ ἡμεῖς ἐσμεν, πρὸς οὓς καὶ λέλεκται· *Εἴτις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός.* Καὶ ἄλλως, ὅτι πολλάκις ἐφθασαν διαφθαρῆναι ὑπὸ τῶν διωξάντων ἡμᾶς, καὶ πάλιν τῇ τοῦ Θεοῦ προμηθείᾳ, εἰς τὸ ἀρχαῖον ἐπανέδραμον. Τάχα καὶ τοῦτο σκεύει ἡμᾶς, ὅτι μὴ κατὰ πολλοὺς τῶν δεδιωγμένων κατέχομεν τὰ μοναστήρια, ἀνοικοδομοῦντες καὶ φυτεύοντες, καὶ ὅσα ἄλλα καλλιεργοῦντες· ἐγὼ δὲ τοσοῦτον αἰσχύνομαι· εἰ γὰρ ὑπὲρ τῆς καταστροφῆς τῆς πίστεως ὁ διωγμὸς καὶ ὁ σύμπας ἀγών, ταύτης μὴ ἐπανορθωθείσης, ἀλλ' ἔτι βλασφημουμένου τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ, τῶν τε ἁγίων Πατέρων ἡμῶν ἀναθεματιζομένων, ἔστιν ἄρα τις ὠφέλεια τῆς ἐπικρατήσεως, καὶ οὐχὶ μᾶλλον βλάβη ὁμολογουμένη, καὶ προδοσία τῆς ἀληθείας; Τίς ἐξ ἡμισείας δραμὼν, ἦρεν ἔπαθλον, ὁπότε οὐ τελείως δραμεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ νομίμως, διηγόρευται. Φησὶ γάρ· *Καὶ οὐδεὶς στεφανοῦται, εἰ μὴ νομίμως ἀθλήσῃ.* Οὐκοῦν ἀφέμενοι τοὺς τοιούτους διαλογισμοὺς, εἴπερ καὶ πάρεισι, καὶ πόρρω τὰ λοξὰ παραδείγματα ἀποπεμπόμενοι, ἑνὸς ἐχώμεθα μόνου, τῆς διπλῆς ἡμῶν ὁμολογίας τῆς τε κατὰ πίστιν καὶ κατὰ λόγον· πεποιθότες τῇ ὑποσχέσει τοῦ ἀψευδοῦς λέγοντος, *Ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.* Ἧς γένοιτο ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν (3).

stra ac præsente hæresi exigatur oratio, qui vel in necem restitere, ineundo cum peccato conflictu? non beati Patres, fratresque tam nostri cœtus, quam externi? Ut monachorum procul dubio hæc facinora sint, et certamina, monachique nervi, ac tibicines sint Ecclesiæ. Atque hæc tanta est nostra dignitas, quam Dei Opt. Max. beneficio tenemus. Sed quoniam ubi sunt thesauri, indidem fures subsident, animique thesauri sunt virtutes, hortor, et admoneo, vigilemus, atque excubemus, qui indirepti maneamus, non voluptate pessum euntes, non furore efferi, non perfidia caligantes, non confitendi insolentia æstuantes, non alio quoquam scelere possessi; quin lethalibus vitiis intacti, alacres ulterius nitamur, dum vitæ metam pertingamus. Jam dolet fortasse rumor monasteria nostra ab dominicis hostibus corrumpi? Enimvero haud is dolor est, postquam monasterium, ac Dei fanum nos sumus: in quos et edita hæc sententia est: *Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus* [85]. Et alioqui sæpe ab inimicis corrupta, Dei procuratione, in antiquum redierunt. Sed fors inquietos habet quod monasteria non tenemus æque ac, plerique capite, fortunisque petiti, ædificiis, rusticatione et id genus elegantia carentes? Equidem tantum abest ut commovear, valde ut me pudeat illorum: nam si omne in eversa fide discrimen, ac conflictus vertitur, ea non instaurata, sed adhuc contumeliis divino lacerato nomine, sanctisque Patribus devotis, quod retentionis compendium? imo apertum est dispendium, et proditio veritatis. Quis medio cursu honorarium tulit? postquam haud integer modo, quin legitimus editur cursus: ait enim: *Nemo coronatur, nisi legitime certaverit* [86]. Quare his dimissis, si qua exstant, cogitatis, productisque depravatis exemplis, unam urgeamus geminam nostram confessionem, qua fidei, qua sermonis, freti hoc ejus promisso, qui certo stipuletur: *Quærite primum regnum Dei, et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis* [87]: quod et consequi mereamur Domini nostri Jesu Christi liberalitate atque beneficio, cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

[85] I Cor. III, 17. [86] II Timoth. II, 5. [87] Matth. VI, 33.

(3) Monasticam vitam magnis, ut vides, hic laudibus extollit sanctus abbas. Conqueruntur vero nostra ætate multi, quod regularia instituta, ipsique regulares despiciantur. Sed, pace illorum dixerim, nemo unquam erit tam insigniter potens, nemo captiosis eloquentiæ illecebris adeo pollens, ut quatuor hæc præstare possit. I. Ut regularia, sanctæque sedis judicio probata instituta a sapientibus viris non commendentur, ab Evangelii derisoribus non contemnantur. II. Ut regulares qui ab instituto desciscunt, cum a sapientibus, tum ab insipientibus non vituperentur. III. Ut in regularium cœtibus nullus sit non probus, nullus non propositi tenax ac disciplinæ. IV. Ut qui sui ordinis regulas observant, eos maxima Christianorum pars benevolentia non prosequatur, minime vero, eaque abjectissima et exsecrabilis hominum pars, nempe increduli, atque athei, illos odio, aut saltem contemptui non habeant.

Digitized by Google

SERMO CXV.

De mortis recordatione, obituque fratris Jacobi ac de pœnitentia.

Fratres Patresque, quandiu ad vos disseram nauci, vosque jejunam hanc audietis vocem, quæ admoneat officii ? non et nunc fratrum duo, Jacobus, ac Basianus, alter ad Deum concessit, alter in foribus versatur mortis ? Num immortales nos erimus ; non idem ducemus quod prægressi, poculum ? Ut bene cum eo agatur, porro qui id assidue revolvat vitamque suam meditationem comparet mortis ; ubi est enim mortis meditatio, proculdubio vigor, stimuli, lacrymæ, suavitas, nitor, studium potiorum, et quæ orbem superent, consequuntur. Quæ simul absunt, ibi tum pravæ cogitationes oriri, quas in Evangelio Herus vetuit, quæ captos lanci- B nent, ac vitæ amantes pertrahant in errorem. Nobis quidem recordanda semper et assidue mors est, operaque danda ne fœdis obeundis libidinibus, quin ex divina voluntate reliquum vitæ in carne tempus peragamus, nam pol anteactum sufficit curriculum quo corporis, animique desideriis satisfecimus, satis superque est structarum diabolo fraudum, qui ab honestis studiis diversos in nefariis cupidinibus susque deque jactarit, unde emolumentum cepimus nunquam, contraque damnum, ac infamiam ; nunc tempus est acceptum, diesque salutis. *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra*[88], sanctus Spiritus clamat, etenim prona in vitium anima adversa natura nostra, quæ nec diurnam stabilitatem haberet, benevole nunc, et hodie præ- C stituit, ne cui liceret pœnitentiam defugere, quin seu graviter, seu leviter conscelleratus, seu olim, seu nuper, salutari audito præconio in dies se, minime cunctatus, instauraret, atque renovaret. En quæ Dei Opt. Max. benignitas, celerem noxæ medicinam facilemque moliri. Curantur quidem certe et secundum carnem saucii, sed pol lente, quo persanati cum hoste iterum confligant, nobis cum vulnere conjuncta medicina est modo si propulsare inimicos evestigio velimus. Quamobrem ne committamus quin diurna obeunda pœnitentia renovemur animo, neu occasionem præbeat segnitiæ acceptum seu mente, seu verbis, aut actione vulnus, sed quoties occumbamus, toties resipiscamus, Dei D reveriti judicia, et omni ope flagitia deprædati. Enimvero Moses, Dei servus, in monte explicans manus, Amaleciten profligare, qui simul relangueret, ibi dum hic præpollere ; ad eumdem modum et mens sceleribus appetita, superato ceu monte precum, sensisque ad Deum, quasi quibusdam manibus protentis, Amaleciten in fugam vertat, qui obtutum fugiat oculorum ; sin remittat, imperium patiatur, Ecquid facto opus est ergo ! quid aliud, quam manu ingruente hostili, mentem juxta ac manus ad Deum tendere, qui eripere queat a morte? Quare profugis inimicis, nos adorea obligati victoriæ cœleste regnum erciscemur per Christum A Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXVI.

De aspectabilibus, et inaspectabilibus. quæ in manibus sint periculis ac miseriis, vitaque adipiscenda felice.

Fratres Patresque, jam jam huc spiritali appulso fratre, domino Eustratio, haud vos arbitror citra quæstiones consistere, adventus causam sciscitantes, neque mirum, cum occasio subsit, quæ quæstiones eas provocet. Sed ignoscite, non omnibus semper fas detegi negotia est, nec nisi fratrum primoribus, quod ab ipso Domino nostro Jesu Christo docemur, qui nunc sanctis omnibus discipulis cœlestis regni aperit arcana : nunc assumptis Petro, Jacobo, ac Johanne, iis solis exhibet spectacula. Quanquam ut partim sciatis vos quoque, ob Ecclesiam est adventus : profitetur namque, ut a consciis, et concilii tempus, et fidei instaurationem, et exsulum revocationem. Ad quæ accurate respondimus quæ deceret, nihil dissimulantes, Dei beneficio, quod edici oporteret, unde et conjecturam facimus iterum nos pericula ac miserias manere. *Sed nihil*[89] *horum vereor*, ait beatus Apostolus (lepidum est enim hæc ejus verba usurpare), *nec facio animam meam pretiosiorem quam me, dummodo consummem cursum meum cum gaudio, et ministerium quod accepi a Domino Jesu, testificari Evangelium gratiæ Dei*[90], idem et nos fratres, pro data fidei mensura sentiamus, loquamurque, qui in martyriis pro Christo gaudeamus, ad supplicia parati, nec, crebro periculis defuncti, rursum periclitari detrectemus ; quin audientes, *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum*[91], animum inducamus multa perpeti, et perferre, quo felici hoc ingressu potiamur. Ac fors nihil accidet Dei misericordia diri ; expedit tamen constituta habere quæ formides ante terrorem, ut egregie, bello commisso, in aciem prodeamus ; facilis est enim animus vinci imparatus, qui haud procinctus derepente ineat certamen. Jam quid terrores commemoro ? in dies certamen, in dies prælium agitatur, non perspicuum, sed imperspicuum, nec corpus, sed mentem vulnerans et interimens, quod animi tanquam lumbis succinctis, ac justitiæ armis induti, ceu eximii Christi milites, alacres nec oscitantes depugnemus. Nemo dormiens tropæum statuit, nec resupinatus messem colligit ; quin ingens utrinque opus est sudor, et industria ; sin illic se ita res habet, quanto magis in nostrate bello, ubi missilia quasi quidam radii fulguris incumbant, hinc arietans nefaria libido, inde ambitio, hinc invidia, inde blasphemia ? Artesque diabolo multæ, animum tentanti quaquaversum labefactare, ac velut devorandum poscere, ut desperata quilibet vita erumpat in hæc verba : *Nisi*

[88] Psal. xciv, 8. [89] Act. xx, 24. [90] ibid. [91] Act. xiv, 21.

Digitized by Google

quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea[93], etsi in his omnibus superamus per eum qui nos adamavit, sane *in Deo faciamus virtutem*, ut Davidice loquar, *et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros*[94]: *ipse est enim pax nostra qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriæ solvit, inimicitias, in sua carne*[95], id est, qui victum diabolum proculcavit, parta hinc nobis victoria quoque præmioque victoriæ cœlesti regno condicto, quod assequi omnes contingat per Jesum Christum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXVII.

De fratris Memnonis lapsu. Neu solitarii degamus pestiferis noxis evadendis, quæ per sensus contrahantur.

Fratres Patresque, equidem cum vos undiquaque satago cohortari, hinc inde occasiones corrogans; tum audito in Bithynia quiddam insolens accidisse, sermonem hinc exordiar. Ecquid contigit vero? Aiunt pardalim non unam, quin duas, ac tres, repente visas, non boves habere infestos, non oves, non aliud animal ullum, sed homines solum, ut oppidani vehementer exterriti, solidam se noctem intra ædes concludant, dum lucescat dies. Sane indicium id est iræ divinæ. Sed dicam in primis quo hæc mihi petita serviat oratio. Enimvero insunt in nobis feræ permultæ, et pol atroces, scelesti spiritus; atrox fera libido est, furor, invidia, vanæ gloriæ cupiditas, ac quæ alia sunt scelerata facinora, quæ haud nocturna, quin diurna audacia devorandum animum captent, et impetant frequentes. Ut beatus apostolus Petrus edicat in hæc verba, *Sobrii estote, vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens devorare quemquam*[96]; rursumque sanctus David deprecabundus scribat : *Nequando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat*[96]. Jam quid agendum in iis? quid aliud, quam in cœlestis præsidio Dei stabulandum, intraque sensuum errores resistendum? Etenim cum oculi pendent vagi ac sublimes, pestiferas aures fabulas admittunt, os infanda loquitur, mens fœdis inerrat; tum animus vero ceu per lesqua palatus, quæ divina nulla procuratione tenentur, feris occumbit. Id adeo et nunc Memnon passus miserandus, diabolo prædæ est, cujus non eruentam vestem intueor, ut Jacobus olim patriarcha Josephi sui filii, quin interemptam peccati mucrone mentem. Scilicet parens mortis peccatum est : hoc decessorem Adamum, immortalem gratia, mortalem reddidit ; hoc internecionem diluvio attulit mundo ; hoc Sodoma, ac Gomorrha[97], et vicinas incendit urbes; hoc quemlibet nunc quoque æternæ morti concipientem se tradit. Quod fugiamus, fratres, ut ignem, atque utinam igni potius, ferro, bestiis, quam lethabilibus vitiis occumbamus. Age vero unde hic corruit miser? non aliunde, quam qui solitarius degeret ; neque enim veritas fallat, Væ, accinens, soli, qui si cadat, Non habeat se sublevantem[98]. Atque id equidem veritus, haud omisi quin ei juxta, ac cæteris edicerem, quod edico in præsentia quoque, ne quis degeret solus, neu prodire deaveret, neu otiose huc illuc itaret, neu cum feminis consuesceret, amore, velut igne, hinc accendendo. Quibus qui audiens dicto obedit, et obsequitur, in Domino sospitatur, qui detrectat, a diabolo captus, interit. Enimvero etsi ab ejus sanguine insontem me conscio, quem quidem haud celaverim quin imminentem prædicerem mucronem, tamen non possum non ejulari, ac tanquam proprio ingemiscere membro. Quin habeo, charissimi, quod accusem vos quoque ; quid ita? Scriptum est in Actis apostolorum : *Factum est quasi horarum trium spatium, et Saphira uxor ipsius nesciebat quod factum fuerat*[99]. Certe in publico acta fabula est, et frequente vulgi corona. Sed erat indidem nimirum circumspectio, molestia, Dei reverentia ; hic aliquot me superioribus diebus secreto ad vos quiddam locuto, statim dissipatus sermo est, inde Constantinopolim, hinc Prusam usque. Ut mihi quidem consilia in angustum cogantur, seu loquenti, seu non loquenti, quod efferuntur quæ vulgari minime oporteret; non loquenti quod hæreo qui agam recte, non usus consultoribus. Itane desipimus, fratres; itan' impotentia linguæ intempestive in periculum ruimus? nequaquam id est verorum discipulorum, sed hostium. Ne ineptiamus tantopere, quæso, quin circumspectio deinceps, modestia, Dei reverentia, ac regula demum adhibetor, quo, peracta ex Dei libidine vita, ei placentes, hæreditatem ineamus æternorum bonorum per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXVIII.

De irreclini confessionis et obedientiæ tuenda constantia, ac suis cuique muniis accurata contentione vigilique gerendis.

Fratres Patresque, alii aliis rebus narrandis oblectantur, et se ostentant, miles bellicis, nautæ marinis, coloni rusticis, singulique singulas secuti artes ac scientias, iis quæ conferant ad singulas ; neque est, breviter, quisquam, qui non studiis capiatur suis. Nostræ haud sane in his positæ gerræ, et urbanitas, postquam nec sunt carnalia nostra, quin de animi salute, de placendo Deo, de hinc abscessu, de instauratione futura, atque ut Apostolus loquitur, *quæcunque sunt vera, quæcunque augusta, quæcunque justa, quæcunque casta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus*[1], hæ nobis fabulæ, hæc

[93] Psal. xciii, 17. [94] Psal. cvii, 4. [95] Eph. ii, 14. [96] I Petr. v, 8. [96] Psal. vii, 3. [97] Gen. xxxii, seqq. [98] Eccle. iv, 10. [99] Act. v, 7. [1] Philip. iv, 8.

Digitized by Google

studia sunt, quo quid festivius simul, ac beatius? Id adeo ex amborum videas fine, nam illorum ut origine, sic fine ad hoc ævum soluto, (Ubi enim est sapiens? ubi scriba? ubi disceptator hujus sæculi? quis humanis officiis clarus perstitit in vita, ut cum sonitu non memoria perierit cunctorum?) noster et ingressus, et finis indissolutus, ac perennis habetur. Scilicet amplexos se virtus efficit deos, etsi vera hæc ejus sententia est: *Ego dixi, dii estis, et filii Excelsi omnes*[1]. Hui quo affecti beneficio sumus: hui quam experti liberalitatem! ut ovabundis, ac Servatori Deo jubilatis serio laudes sint obmovendæ, et frequentandis carminibus vitulandum, quos jam olim ad incolumitatem delegerit, animi præditos sanctimonia, veraque fides Dominoque nostro Jesu Christo gloriæ per hunc habitum quærendæ præstituerit. Ergo stabiles in fide consistamus, fratres, confessionem irruptam teneamus, genuinam obedientiam servemus, virginitatem illæsam tueamur, unum amorem sponsum habeamus Christum generis hominum formosissimum, unam hæreditatem cœleste regnum, supernæque bona Jerosolymæ; cæterum caro, sanguis, divitiæ, gloria, ac quæ alia sunt inania, valento, et a nobis longissime abscedunto. Enimvero quandiu in hac carne sumus, præsto est bellum, neque enim fuerit virtus, ni præsens sit bellum. Sin accidit manucapi cogitatis, nihil miremur, quin ocius resipiscamus, unum timentes quod exerceatur peccatum, ut mortiferum, ac prohibens a Deo et cogitatis cogitata repellamus, studiaque studiis vicissim exigamus. Neque hic vero torpescamus, postquam id agit dæmon, ut belli diuturnitate ignavos comparet quo obnixui defatiscamus; cui si instemus, ferendo, atque obsistendo diabolo, pol victoriam cernamus parata in cœlis laurea, Dei perhibente germano, *Beatus qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ quam repromisit Deus diligentibus se*[2]. De cætero, gaudete in Domino, fratres. Qui munia geritis, haud ignoratis quod ex iis præmium petatur; qui disciplinas exercetis, cavete ne his Deum irritetis. Tempus est opificii? opificia obeamus. Vacatur? disciplinam obeamus. Sin est in opere frater, tu in disciplina, non amicum te geris, quin alienum exhibes fratrum. Non Apostolum audies dicentem, *Si esca scandalizat fratrem meum, non manducaba carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem*[3]? Tu fratrem non scandalizas modo, sed etiam citatus emanes, causas ac prætextus quærens, neque reputans tibi te supplicium cogere in diem supplicii, et adventus, justique Dei judicii. Verum ne id fiat Apostolo pareamus jubenti: *Omnia honeste et secundum ordinem fiant*[4], opificia in primis, disciplinæ in secundis. Atque adeo opitulemur vicissim, uti decet sanctos, ac vitam alter alteri impendamus, ceu fratres germani, quo cum illustretur Deus, tum nos bene re gesta perennem vitam erciscamur per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXIX.

Qui divinis exsequendis præceptis Deum exquirat, nequaquam consternari sub decessum ad dæmonum adventum, deque mortis recordatione, et amore.

Fratres Patresque, proposita communi multa omnium morte, ac cœlestis spe regni, et ignis gehennæ minis, ecquid fas est aut me alloquii, aut vos cedere ac pigere auditus? Minime vero, quin utrumvis assidue sit agendum, et eo magis, quo imminentem contuemur diem; nam omni homini quavis ætate dies imminet supremus, *ac terribilis quædam exspectatio judicii, et ignis æmulatio, qui consumpturus est adversarios*[5], uti loquitur sacer Apostolus. Ut deinceps minime sit torpendum, nec vel diecula segniter atque inscienter agenda, quin vigilemus intenti, exquiramus Deum, ut est in Psalmis[6], incolumi animo futuro. At qui exquiratur Deus? nimirum exsequendis præceptis, ad beatitudinem præscriptum, hoc est, submissione, mœstitia, mansuetudine, mentis munditie, pace, ac sanctimonia agitando. Quibus præstandis qui exquirens deprendatur, ne is invenerit Deum, et invento, sub decessum securus, minime consternetur ab dæmonibus, aut angelorum trepidet adventu; ceu amicos aggressus, lætusque abiens ad Herum, qui egregium viaticum, bonam conscientiam deportet; cæterum qui se nequaquam sic instruxerit, in calamitates inextricabiles irruat necesse est; non habens quo respectet, aut qui se tutetur. Hic quidem certe qui in carnificum, exempli causa, incidat manus, aut barbarum mare, aut succussum solum, aut aliam quampiam necessitatem funestam, haud se evasurum desperat; illic spes omnis erepta est salutis, opem ferente ac defendente nemine, non angelo, non homine, non patre, non matre, non fratre, non amico, non alio quoquam e cunctis, ingentique contracta trepidatione, et inconsolabili dolore, miser hinc abit animus. Quæ cum terribilis descripta est oratio, tum rei veritatem non attingit, scilicet ea esse perhibentur quæ sui amantibus, ac refractariis bona, et adversa comparavit Deus, quæ nec oculus spectarit, nec audiverit auris, nec mortalium cuiquam venerint in mentem. Ea propter, fratres, cohortor inoblitam mortis agitari memoriam, membrisque hac interfectis terrenis, animo voluptatum erui cupidinem: quo enim nobis studium carnis, unde haud fructum capiamus, contraque cruciemur, ut revolubile omne est peccatum? Intueamur, si videtur, in monumenta, visuri quem ambimus pædorem, nam ea est mortalitas omnino, quæ ordiens e corruptela, in corruptelam desinat, cunctaque hominis gloria quasi quidam flos herbæ est: virtus

[1] Psal. 81, 6. [2] Jac. I, 12. [3] I, Cor. VIII, 13. [4] I, Cor. XIV, 40. [5] Hebr. X, 27. [6] Psal. XXVIII, 5.

Digitized by Google

indirepta habetur. Eaque sancti complexa, Deum cepere quorum sunt in cœlis spiritus, sacra in terris averruncа corpora, miraculis, et ostentis, ac prodigiis operata. Enimvero, ut incidit de miraculis sermo, exercentur miracula nunc quoque quemadmodum audimus, neque mirum, postquam spiritus, quæ tum fungebatur, gratiam ne nunc quidem religio est feriari; sed non temere credendum est rumoribus, siquidem exstat hæc sententia: *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint* [9]. Sane cum multi in orbem venere vates, tum permissi sunt hæretici complures, scitaque retrectantes divina, et olim et nunc, quibus compertum est providentiæ modis, ostenta, ac prodigia patrare, ut hinc demoveri, et abduci minime sit necesse, quin veri discipuli, ad proditam ab Hero notam explorandi sint. Quænam ea nota est? *In hoc*, inquit, *cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem* [9]. Unde Apostolus edoctus scribit in hæc verba: *Si linguis hominum loquar, et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens; et si habuero prophetiam, et noverim mysteria, et omnem scientiam, et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum; et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest* [10]. Vides in quod fastigium charitatis? ut regina est cunctis antecellens Spiritus donis? quæ nec dilabi unquam potest, mirionibus tandem dilapsis, posteaquam in Evangeliis ait Dominus: *Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo dæmonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? et tunc confitebor illis quia nunquam novi vos, discedite a me qui operamini iniquitatem* [11]. Quam horrendum, me hercules, judicium, ac peracerba sententia est! Quod superest, fratres, charitatem, et ei conjuges fidem spemque sectemur, acturi quam qui miracula designent securius, verique Dominici agniti discipuli, cœleste regnum inituri per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXX.

Committendum non esse ut mundo crucifixi vitæ inhient ineptiis, quin proficiendum in melius.

Fratres Patresque, dies horarum, septimanæ dierum, menses septimanarum, anni mensium labuntur instar, tempusque decurrens ad supremum Domini nostri Jesu Christi adventus diem incitat promiscuos, quo ejus oculis nuda sunt, et aperta cuncta, ut est in litteris; nec jam est cur incassum porro æstuent mortales, auro, ac cohortibus rex præfidat, supellectilem, et pecuaria venditet dynasta, in incertis divitiis spem collocet avarus, vitiorum inhæreat lacunis voluptarius, postquam ita res ferunt, ut lugendum sit in dies, ac mœrendum, et animus pro virili expurgandus, priusquam mortis appetat judicium, quo pœnas evadamus, quæ refractariis impendent. Hi enimvero, ut cum Scriptura dicam: *Quæcunque ignorant blasphemant, quæcunque autem naturaliter tanquam bruta animalia norunt, in his corrumpuntur. Væ iis*, inquit, *quia in via Cain abierunt, et errore Balaam mercede effusi sunt, et in contradictione Core perierunt* [12]; Sed vereor ne hæc eos sententia proscindens, præclara nomina, impetat nos quoque; nam cum ob paternam hæreditatem alius confligat, longis susceptis itineribus, alius stipes sollicite satagat augere, alius avare ac monacho indigne, hoc et illud urgeat mercari, scilicet non eadem ii supplicia merentur? Jam habent quo se illi defendant, etsi frigide, tamen quod uxores ac liberos procurent; nobis, qui mundo crucifixi unam habeamus crucem thesaurum, quæ purgatio relicta est quin his admissis gravius puniamur; siquidem scriptum est: *Potentes potenter tormenta patientur* [13]; et: *Judicium durissimum in his qui præsunt fiet* [14]; ac rursum: *Cui commendaverunt multum, plus petent ab eo* [15]. Agite vero, insulsissimi mortalium, itane dediti nugis falsa quæritis, ac patrocinio sceleribus invento, causas, non causas, exilia prætexitis? *Dispicite in antiquas generationes, et videte*, aiunt Litteræ, *quis speravit in Domino, et confusus est? aut quis permansit in timore ejus, et despexit illum* [16]? Non Abrahamus Dei jussu patria extorris, parens multarum factus nationum est? Non Jacobus patriarcha solo instructus pedo in Mesopotamiam degressus, dives revertit? Non Josephus venum abductus in Ægyptum, regi par evasit? Non vates Elias pulsus ab Jezabele, non pera comportata, per corvum pascitur? Non apostoli nudi ac inermes ad præconium profecti, terrarum orbem devicere? Non ipsi vos superioribus annis capite et fortunis oppugnati, certas stipulationes probastis? Unde hæc igitur improbitas, quæve hæc ineptia est? Enimvero, ut videtur, Israelitarum instar priscorum, Dei obliti beneficia sumus, Christumque tentamus, ut eorum quidam tentarunt. Sed quid de iis effatur? *Quadraginta annis proximus fui generationi huic et dixi: Semper hi errant corde; ipsi vero non cognoverunt vias meas: ego juravi in ira mea si introibunt in requiem meam* [17]. Videte, fratres, ne eadem nobis dicantur, qui ingrati erga beneficium, præsenti fortuna iniquius utamur. Hinc quiescere pedes minime sinuntur, huc illuc palantum, hinc judicia vicissim, ac verborum conflictus urgemus, proinde ut extranei, hinc soli, nec cum fratre degimus. Sin cum fratre, imaginario quidem certe, qui enim possis, comite ascita dulci, avaritia, cum qua paciscare, unanimem tenere fratrem?

[9] I Joan. IV, 1. [9] Joan. XIII, 35. [10] I Cor. XIII, 1-3. [11] Matth. VII, 22. [12] Jud. X, 11. [13] Sap. VI, 7. [14] ibid. 6. [15] Luc. XII, 48. [16] Eccli. II, 11. [17] Psal. XCIV, 10, 11

Digitized by Google

Minime gentium. Væ iis, ceu reprobis, nam haud quaquam de vobis, fratres, aut hic illic divine obeuntibus loquor, sed de iis qui profligate, neque ad præscriptum quod deformavimus vivant. Qui ut vel tandem redeant ad frugem, rectique gradiantur, precemur, quo pereat nemo, quin omnes incolumitemur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXI.

De mortis recordatione, seneque quodam venerando defuncto.

Fratres Patresque, cum multæ utiles historiæ sunt animo stimulando, tum æquè utilis habetur nulla ac mortis promulgatio; nam terribile dictu, et cogitatu arcanum, mors est. Igitur et nunc sene defuncto venerando necesse est porro ad communem frugem de eo pauca recensere. Sane a pueritia in senectutem profundam vita obeunda monastica Deo servivisse, luculentum seni encomium est ; deinde quod inter confessores est illustris, qui comprehensus ab impio Leone ad satietatem pœnas dederit, et tergo omni, ac pectore trecenis loris conciso, et facie pugnis alapisque contusa, ut duo etiam dentes exciderint. Tandem aliquot post annis, e carcere eductus ac liber dimissus, ex instituto priori (stylita enim fuerat), rursum se abdidit in cellam, multisque defunctus miseriis et angustiis, supremo vitæ curriculo evoluto, animam reddidit, ut impius scelere, se obstrinxerit, nequidquam, athleta ad Deum laurigero profecto. Nos enimvero, fratres, quid agamus quidve cogitemus ? Quanto tempore supervivemus, longo, an exiguo ? Scilicet norit quisquam quid cras pariturum est ? Pol monimento satis superque mors est, postquam quod vidimus in fratre, haud multo post accidet in nobis, nemine metam transcendente mortis. Itaque mortis porro obliviscamur nunquam, ne perpetua opprimamur ; neu præsens amemus ævum, ne cum Deo inimicitias agitemus, siquidem scriptum est : *Qui voluerit amicus esse sæculi hujus, inimicus Dei constituitur* [18]. Fugit vos, inquam, mundi consuetudinem haud permittere ut animus studio ducatur exitus e corpore. Nam quemadmodum Israelitæ satagebant, qui erepti ex Ægyptia servitute promissum solum invaderent, ad eumdem modum nitamur et nos oportet, ut e servitute quadam corporis, quæ corruptela obcatur, egressi in penitius velum penetremus, quo anteambulo pro nobis Jesus irrupit, hoc est, in cœlestis Jerosolymæ bona. Igitur mundi adhuc nugas detestemur, virtutes avide contrahamus, dias mercemur opes, preces, lacrymas, puritatem, nitorem, innocentiam, quæ vitæ sunt viatica perennis ; cæterum escam, potum, vestitum, et quæ alia sunt necessaria corpori amplectamur, quatenus vitæ, ac functioni serviant Dei præcepto- A rum. Quo in studio si curriculum exigemus, diurnas ferias agamus læti in dies, et impavidi mortis, nec si vel mille cruciatus intendentur, securam conscientiam demergant ; sin maligni, invidi, pervicaces cæterisque imbuti sceleribus degemus, heu fucos et ludibrium ! Scilicet ea diurna nex est, ac judicium ante judicium, tum autem mors ingruet quasi quidam rugiens leo aut amens ursa. Jam qui æternam perniciem miser exantlet animus, exstat sane hæc sententia : *Si judicium primum a nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Evangelio ? et si justus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt* [19] ? Quare trepidi semper, ac sollicili, fratres charissimi, firmi, et immobiles consistamus, assidue macti in opere divino, certe nequaquam frustra esse B eum in Domino laborem. De fratre Socrate, scitis quemadmodum venerit ab Oriente, probanda obedientia tarditatem excusans. Eum volebamus hic retinere, ut spectatum fratrem ; sed quoniam scriptum est : *Beatus qui habet semen in Sion, et propinquos in Jerusalem*, rursum redire eum sivimus, per quem misericordiam pararemus, etsi est quod gaudeamus, fratres, constitutum a sanctissimo patriarcha Sioni e cœtu, ac republica nostra, qui in Ecclesiarum matre sacerdotio et œconomia fungeretur. Quod superest, sanctus Deus tum eum tum nos conservet, omnique impleat benefica voluntate, ac præpotente fidei propagatione, illustrando per nos Domini nostri Jesu Christi nomine, nobisque C per eum secundum gratiam Dei denique nostri Jesu Christi : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXII.

De serviendo fortiter ac constanter Deo, studiique curriculo monastici contente exigendo.

Fratres Patresque, eximium studium a pervigilio ad audiendum sermonem coeuntum, atque e robore in robur grassantum ; quamlibet enim haud suppeditat nobis par oratio dicendo, tamen posteaquam ad sanctorum Patrum exemplum frequentatur, non abs re est, quin vel in primis utilis. Enimvero in sermone ac doctrina Patres laborabant, beatum Apostolum imitati, cujus in actis D hæc sunt verba : *Per triennium nocte et die non cessavi, cum lacrymis monens unumquemque vestrum* [20] ; idemque alibi : *Qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, et doctrina ; dicit enim Scriptura : Non alligabis os bovi trituranti ;* et *Dignus est operarius mercede sua* [21]. Videtin' ut necessaria doctrina est ? nam quemadmodum stirpes edendis fructibus scaturiginem postulant aquæ, sic virtute exercenda magistri vocem discipuli, atque ut eæ haud irrigatæ arescunt, ita et hi non edocti defetiscuntur. Qua de causa equidem monere instigor, et hortari, ac pol interdum refutare, et incessere,

[18] Jac. iv, 4. [19] I Petr. iv, 18. [20] Act. xx 31. [21] I Tim. v, 17, 18.

Digitized by Google

si qua mecum vos quoque servare possim, vos quidem, fratres, in Domino valentes, ac præpotenti contracto robore, armaturam induite divinam quo diaboli fraudibus obsistere queatis, qui haud dormiat sane, quin adversum nos vigilet, et eo magis, quod animos conspicit luctæ incumbentes. Qui ubi invadat (nam invadit noctu, atque interdiu), stemus animosi, accurramus ad eum qui e morte liberet peccati, precibus adhibendis contentis, nec sine fervidis lacrymis, ac facesset ocius inimicus ; scriptum est enim in Psalmis : *Invoca me in die tribulationis tuæ, et eruam te, et honorificabis me* [22]. Vulnus inflixit hostis ? at Dominus sanavit. Turbavit ille? atqui imperavit mari, sileret, conticesceret ; fluctuantes in nobis cogitationes sedavit. Atque o munificentiam ! vix invocari cœpit, cum benefice ac liberaliter prævertens, vota tribuit precanti, nubeque quadam tristitiæ discussa, egregiis animi sensis ineundis, luce afficit mentem. Et quid non agat scilicet ; nam qui nostrapte causa se obtulit in necem, ac pol crucis, qui potest non una secum omnia largiri ? Ut insistendum sit, fratres, qui ei fortiter serviamus, nos a lapsibus revocantes, studiique curriculum monastici contente decurrentes, certi extremo in certamine repositas coronas. Ergo utamur confessione frequenti, postquam frenum non peccandi confessio est ; utamur submissione, qua ignea maligni tela frangamus ; utamur fide, sine qua Deo placere nefas. Jam miramur forsan, ac demiramur, quemadmodum fœdis cogitatis, quamlibet certantes, capiamur, sed patimur id nimirum ob prævaricationem in Adamo, nam *Regnavit*, inquit, *mors ab Adam usque ad Mosem, etiam in eos qui non peccaverant in similitudinem prævaricationis Adæ* [23]. Alteque in naturam libidinum lues et contagio pervasit, quæ etsi in Christi adventu regenerationis lavacro, sanctique Spiritus instauratione sanata in antiquum statum revertit, tamen quæ corrupta semel ægritudinem contraxerit, facile negligentia ruit in libidinem. Enimvero ii sancti evasere, reverentia, et amore divino temperata quasi quadam mentis acie, qui cum ad præsidium sibi sufficerent, tum manum aliis porrigerent, dæmonia fugarent, infinita ederent miracula ; quorum etsi a vita absumus longe, imitari quidem certe, quantum fieri potest, conemur, clemente Deo tam nostrum exile munus accepturo, quam illorum præclara facinora, ac regnum utrisque suum præbituro per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXIII.

De itinere spiritali impigre ineundo, vitæ hic aversandis deliciis, deque mansionis beatitudine nostræ.

Fratres Patresque, solent viatores instigare vicissim, et excitare ad iter incumbentes, nec dextra, sinistrave deflectere, sed via regia grassari, ac pol cibum, potum, somnum capere moderatum, quo diætæ temperamento itineris ærumnas leviores comparent. Quorsum hoc mihi proœmium? Plane et per vos capitis, qui viatores quidam in hac vita simus, plenum ingressi mille iter laboribus, cohortari, et animare invicem in certaminibus oportere, minimeque palabundos excurrere ; cibi, potus, somni continentes, ne hinc gravati torpescamus ad iter ; nec non vitæ hic deliciis aversis, ac viatores nequaquam huc illuc se convertant, dextrorsum aut sinistrorsum, iterque solum urgentes, quo festinent diversorium respectent. Ac nos diversorii felices, seu potius mansionem felicem, quæ haud temporaria, sed æterna, neque in caduco, sed immortali posita solo est, ubi gaudium, pax, triumphus agitetur, de qua Domini in Evangeliis hæc sunt verba : *In domo Patris mei mansiones multæ sunt, si quominus dixissem vobis : Vado parare vobis locum, et si abiero parare locum, iterum venio, et accipiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego et vos sitis. Et quo ego vado scitis, et viam scitis* [24]. Viden' ingens, et incomparabile promissum ? Quis non exsurgat porro? quis non irruat? quis non avidus sempiterna hæc tabernacula invadat ? quorum incensus desiderio David canere : *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum ! concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini* [25]. Nam equidem jucunda ea tabernacula sunt, hic quasi quidam dedititii obimus, aliquantillum constante vita, postquam et sæculum hoc omne pro diecula ad futurum ducitur. Ut nihil sit cur cum mundo consuescamus porro, aut præsentibus inhiemus, aut non dicam in hoc et illud studium feramur, sed ne in cœli quidem, terræ, maris, lunæ, solis, stellarum, ac quæ alia sunt conspicua ; quæ enim mox deseremus, iis quid nequidquam inhæremus ! *Unam petii a Domino*, inquit, *hanc requiram ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, ut videam voluptatem Domini et visitem templum sanctum ejus* [26]. Quo qui pervaserit, næ iis liberatus sit ab ærumnosa ea die, de qua ait vates : *Utquid vos quæritis diem Domini ? ea quidem tenebræ, et non lux est* [27]. Quin, beatus Apostolus quoque diem appellat iræ, scribens, in hanc sententiam : *Thesaurizas tibi iram in diem iræ, et revelationis, et justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus* [28]. Atque ut exemplo rerum quæ in nos incurrant ærumnosæ ejus diei simulacrum quoddam proponam, revocemus ad memoriam, si videtur, hominem jamjam huc appulsum, qui a dæmonio multatus strangulabatur, ardens, et animi æstuans, ac vociferans dies noctesque, statum, et requietem obtinens nullam. Quod hominis leve supplicium censetis ? Minime gentium. Jam id somnium cum sit adfuturum, illud, fratres, qui perferamus, ignem inexstinctum, sine morte vermem, mille alia perennia tormenta ? Ve-

[22] Psal. XLIV, 15. [23] Rom. V, 14. [24] Joan. XIV, 2, 4. [25] Psal. LXXXIII, 3. [26] Psal. XXVI, 4. [27] Amos, V, 18. [28] Rom. II, 5.

Digitized by Google

rum non nobis, Domine, non nobis, quin fas sit cunctos Dei liberalitate, ac sanctorum, et beati precibus Patris ex his omnibus ereptos bona consequi promissa per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXIV.

Aperiri fores vitiis non oportere, operamque dandam qui fœdis cogitatis vacemus.

Fratres Patresque, lapsum est tempus nonnullum ex quo solemni catechesi, interque nos officiis vicissim prohibemur, extorres huc illuc præ Agarenorum incursu. Quanquam qui jubeamur *benedicere Dominum in omni loco dominationis ejus* [29], ne hic quidem torpescamus, qui pro virili statum, exercitationem, opificia, et quæ in aliis sita honesta conversatio est, urgeamus quæ videantur rerum quæ minime videantur exemplar capientes; nam si metu ne incideremus in Agarenorum manus aufugimus, hic hærentes, quanto debemus magis timore ne inimicis, qui obtutum fugiant oculorum, in manum conveniamus, quam longissime, quanquam tutissime abscedere? At qui est abscessus? peccati fuga, quo, acinacis instar, animum omnem internecare satagit diabolus. Quod fugiamus quam maxime, fratres, vel usque ad cogitationes, unde in verba prorumpens, desinat porro in actionem. Difficile est autem, ac prope deploratum, nequaquam fœdis cogitatis capi. Quibus si occupemur, certe amoliri ocius nitamur precibus, lacrymis animi quasi quibusdam ærumnis, quæ ex divina formidine nascantur, ut ne peccatum exigant mora, atque id quotidie, siquidem inest in nobis perpes implacabile bellum, neque aliter fas evadere est, quam ingenti, contentoque magisterio mentis, cum præsidio cœlesti. Non videmus quæ excitata sit per hoc triduum in mari tempestas? eadem est et vitiorum, ac pol gravior, postquam hic animi agitur naufragium. Jam illius auctor Deus est, qui, ut ex usu sit, præstituto tempore mari ventos immittat; hujus nosmetipsi: liceat enim velut in portu degere tranquillis, qui haud aperiamus vitiis fores. Sin aperimus, flant in nos spiritus maligni, et ingens cooritur tempestas, nec salutem, nisi repressis evestigio turbis, consequamur. Quorsum nos autem turbari, ac fluctuare, et naufragium extimescere? cur non tranquilla pace fruimur, sed spontaneum in nos atrox exitium conflamus? Non arcessimus insaniæ qui e portu profecti sub tempestatem, fluctibus mergantur? enimvero multo nos sani putandi minus, qui in vitiorum tempestatem ultro ruamus. Scilicet quas non excitet procellas impotens in animo spirans desiderium? non huc, illuc impulsos tanquam suffocat, demersos? Non invidia pariter mentem externat, animum juxta ac corpus saucians? non pervicacia tenebras ingeniis obducit, remissa et effeta comparans? non singula, breviter, mortales habitu quodam demovent naturæ, ac brutos moliuntur? Itaque fugiamus porro, fugiamus pestifera vitia, fratres, ne in nos quoque hæc Dei sententia dicatur: *Non permanebit spiritus meus in eis, qui carnes sunt* [30]. Carnes vero haudquaquam sensit universe (nam et Deus Verbum factus caro est), sed carnale studium nimirum, quod fœdis libidinibus defixum, instar ferarum, minime appetitum conferat in Deum. Quo Deo Opt. Max. consecrando, uti postulet hoc effatum: *Vestra conversatio in cœlis est* [31], audiamus potius: *Vos non estis ex hoc mundo, sicut et ego non sum ex hoc mundo* [32], quo quid beatius, non solum secundum imminens ævum, sed etiam secundum præsens? qui quidem a fœdis libidinibus alieni, non carne regamur, quin spiritu ducamur. Hoc beatitudo, hoc suavitas, hoc felicitas, hoc angelica vita est atque is, medius fidius, in mundo vitæ quiddam obtinet instar, diadema gerentibus venerandus, mundi arbiter, et herus, simulacris satur divinis, ad decessum paratus, a morte imperterritus. Ii et nos, fratres, evadere pro viribus certemus (etenim fas est, si solido velimus), iique facti, tum vitam hanc omnem hilarem exigemus, quotvis ac quantavis secundum carnem incidant acerba, tum in futuro sæculo cœleste regnum erciscemur, æternis bonis cum sanctis omnibus fruentes per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXV.

De obedientia, ac qui cunctis obeundis muniis cum fide puraque mente animemur.

Fratres Patresque, equidem servi veritus judicium qui talentum abdidit in terram, ad quem ait Dominus: *Serve male, et piger, oportuit te committere pecuniam meam nummulariis, et veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura* [33], necessario hæc verborum dissero segmenta. Vestrum est autem, qui egregii quidam nummularii sitis, in opus educere sermonem, quem Dei beneficio et eduxistis, me hercules, et educitis, pro insigni obedientia vestra. Quanquam sunt in vobis qui nec

ΛΟΓΟΣ ΡΚΕ'.

Περὶ ὑπακοῆς καὶ τοῦ μετὰ πίστεως καὶ ἐν καρδίᾳ, ἐπὶ πάσῃ διακονίᾳ προθυμεῖσθαι (4).

Ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες, δεδοικὼς τὸ κρῖμα τοῦ τὸ τάλαντον ἐν τῇ γῇ κρύψαντος, πρὸς ὃν φησιν ὁ Κύριος· *Δοῦλε πονηρὲ καὶ ὀκνηρέ, ἔδει σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις, καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ*, ἀναγκαίως φθέγγομαι ταῦτα τὰ βραχέα ῥήματα· ὑμῶν δέ ἐστι λοιπὸν τῶν καλῶν τῶν τραπεζιτῶν, εἰς ἔργον προαγαγεῖν τὰ λεγόμενα· ἅπερ χάριτι Θεοῦ καὶ προάγετε, διὰ τῆς ἀγαθῆς ὑμῶν ὑποταγῆς, ὅμως ὅτι εἰσί τινες ἐν ὑμῖν, οἵ τινες οὐ μόνον τὸ δοθὲν προσεξεργάζον-

[29] Psal. cii, 22. [30] Gen. vi, 3. [31] Philipp. iii, 20. [32] Joan. xvii, 14. [33] Matth. xxv, 27.

(4) Apud *Cod. Nan.* cxxi[a] exsistit, p. 167.

Digitized by Google

ται, ἀλλὰ καὶ ὅπερ ἔχουσι μικροῦ δεῖν ἀπολύουσι· τίνες δ' ἂν εἶεν οὗτοι; Οἱ τὰς διακονίας παραιτούμενοι, καὶ τὸ συγχώρησον ἀντί τινος δικαιώματος προβαλλόμενοι. Τί λέγεις, ἀδελφέ; μέχρι θανάτου τὴν ὑπακοὴν ἐπηγγείλω, καὶ νῦν παραιτῇ τὴν διακονίαν περὶ ἣν εὐφυῶς ἔχεις ἐκ χάριτος Θεοῦ (5); Ἀλλ' ὅτι, φησὶ, δέδοικα διαπλεῖν τὴν θάλασσαν· ἐξ ἀπιστίας, ἐκεῖ φοβούμενος φόβον, οὗ οὐκ ἔστι φόβος· εἰ γὰρ πεποιθὼς ἦς τῇ ὑπακοῇ, οὐ μόνον διαπλεῖν τὴν θάλασσαν, ἀλλὰ καὶ γυμνὸς τῷ σώματι χωρεῖν κατὰ τοῦ ὕδατος· μιμούμενος τὸν ἀοίδιμον ἐκεῖνον ὑποτακτίτην· ὃς τῇ πατρικῇ ἐντολῇ ἐπερειδόμενος, οὐκ ἔδεισε τὸν φοβερὸν ἐκεῖνον ποταμὸν περάσαι, ἀλλὰ διαπεράσας, ἔμεινε μηδὲν παθὼν ὡς ἐκστῆσαι τοὺς ἐπιβλέποντας. Ὑπακοὴ τοίνυν καὶ θηρία ὑποτάσσειν οἶδε· καὶ μόρτυς τοῦ λόγου, ὁ ἐκ πατρικῆς προσταγῆς δεσμεύσας τὴν ὕαιναν· ὑπακοὴ καὶ ἐν νεκροῖς θαυματουργεῖ· καὶ τοῦτο ἐδιδάχει ὁ ἐκ τάφου φωνήσας Ἀκάκιος. Καὶ τί τοῦτο κἀκεῖνο λέγω; αὐτὸς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὑπήκοος γενόμενος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, τὴν σωτήριον τοῦ κόσμου οἰκονομίαν ἀπειργάσατο. Καὶ τοιαῦτα μὲν τὰ τῆς ὑπακοῆς κατορθώματα· τὰ δὲ τῆς ἀπειθείας ἐγκλήματα βούλει μαθεῖν; Ἐννόησον τὸν Ἀδάμ· ὃς ἐπειδήπερ ἤκουσε Θεοῦ τῆς ἀπειρημένης βρώσεως ἀπογευσάμενος, θάνατον εἰς τὸν κόσμον εἰσήγαγεν. Ἐννόησον τὸν Σαούλ· καὶ εὑρήσεις· καὶ αὐτὸν παρακούσαντα τοῦ ἁγίου Σαμουὴλ, καὶ ὁμοῦ μὲν τὴν βασιλείαν, ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν ζωὴν εἰς τὰ ὄρη τὰ Γελβουὲ ἀπορρήξαντα. Ἐννόησον πρὸς τούτοις καὶ τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ ἐκεῖνον· ὃς τῇ ἀπάτῃ τοῦ ψευδοπροφήτου εἰς παρακοῆς ἔγκλημα ἐμπεπτωκὼς, λέοντι κατάβρωμα παραδίδοται. Τί δαὶ Πέτρος ὁ μακάριος ἀπόστολος; οὐχὶ παραιτησάμενος νίψασθαι ὑπὸ τοῦ Κυρίου δι' εὐλάβειαν, ἀκούει· *Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ.* Τί δαὶ ὁ ἐν τῷ ἁγίῳ Εὐθυμίῳ τὴν τοῦ κτηνίτου διακονίαν ἀπαναινόμενος δι' ἃς ἐδόκει εὐλόγους προφάσεις, οὐχὶ παρ' αὐτὸ αὐτὰ ἥρπασε τὰ δαίμονα κληρωσάμενος; Τοιοῦτον τὸ κρῖμα τοῦ παραιτουμένου τὴν διδομένην διακονίαν· τοῦ ἀντιλέγοντος· ἀντιλογίας γὰρ διεγείρει πᾶς κακὸς ὑποτακτίτης· ὁ δὲ Κύριος ἄγγελον ἀνελέμονα εἰκότως πέμπει αὐτῷ, ὅλως ἐπειδὴ ἓν σῶμά ἐσμεν οἱ πολλοὶ, ὁ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη, καὶ ὁ μὲν ἐπέχει τόπον ὀφθαλμοῦ· ὁ δὲ ὠτὸς, ὁ δὲ ῥινὸς, ἄλλος γλώσσης· ἕτερος χειρὸς, καὶ ἄλλος ποδός. Ἐὰν οὖν μὴ πάντα τὰ μέλη τὰ οἰκεῖα ἐνεργῇ, ἀλλὰ φιλονεικοῖη ὁ ὀφθαλμὸς ἀκούειν, καὶ τὸ ῥοῦς ὀσφραίνεσθαι, καὶ ἡ ῥὶς φθέγγεσθαι, καὶ ἡ γλῶσσα χειραπτεῖν, καὶ ἡ χεὶρ βαδίζειν· οὐχὶ τὸ ὅλον σῶμα οἰχήσεται καὶ διαφθαρήσεται; Οὐκοῦν ἐπὶ ταῦτα οὕτως ἔχει, ἕκαστος τὴν

A augeant sortem, et parum abest quin quod habent prodigant. Quinam hi, sodes? qui officia recusent, ac pro æquo objectent, Comitare. Quæ hæc, malum, est oratio? itan' obedientia vel in necem condicta, nunc officium detrectas ad quod per Dei gratiam sis idoneus? Ergo obedientia corruit. At enim vereor, inquit, trajicere mare. Pol præ pervicacia vetere, formidine ductus ubi formidandum sit nihil, nam obedientia præfidens, non solum mare trajicias, quin vel nudo corpore insilias in aquam, nobilem illum subditum imitatus qui paterno nixus præcepto, haud extimuit atrox flumen tranare, trajectoque illæsus perstitit, ut obstupescerent videntes. Quin domat obedientia feras, cui orationi testimonium dicet qui paterno jussu hyænam vinxit. Ea-
B demque edit in mortuis ostenta, quod locutus e monumento Acacius confirmat. Et quid hæc illaque commemoro? ipse unigena Dei Filius obsequens in mortem, ac pol crucis, sospitam orbi terrarum procurationem peregit. Atque hæc sunt obedientiæ facinora. Sed vin' et pervicaciæ crimina cognoscere? Cogitasis Adamum, qui Deo inobediens, cibo gustato interdicto, necem intulit in mundum; necnon et Saulum, quem immorigerum Samueli, regnum juxta ac vitam invenies in monte Gelboe amisisse. Iis accedat divinus ille, qui falsi mendacio vatis inobedientiæ damnatus, pabulum traditur leoni. Quid, beatus apostolus Petrus non a Domino lavari præ reverentia detrectans, audit: *Si non lavero te,*
C *non habes partem mecum* [36]? Quid, qui in sancto Euthymio pecorarii munus defugisset, justis de causis, quas credebat, non evestigio spumans dæmonem contraxit? Hoc judicium est detrectando indicto munere: obloquenti etenim pravus omnis subditus obloquia concit, meritoque Deus crudelem ei genium immittit. Enimvero, ut semel dicam, multi unum corpus, et alter alterius membra singuli sumus, oculique vicem alius gerit, alius aurium, alius narium, alius linguæ, alius manus, alius pedis. Sin membra suas quæque partes non exerceant, sed audire oculus certet, odorari aures, eloqui nares, palpare lingua, itare manus, qui potest non universum diffluere atque interire corpus? Quæ cum ita sint, suo quisque officio satisfacito, et quam accepit
D gratiam divinitus, ad publicam frugem conferto, nostra in Dei manu posita reputans, neque aut mare naviganti omnino inibi moriendum, aut in sicco degenti indidem decedendum, sed quam ab orbe condito tempestatem, finem, locum benignus statuit Deus, id cuique extremum cessurum. Atque hæc disserui non tam eorum de quibus sermo est

[36] Joan. XIII, 8.

(5) Perspicue hinc apparet, monachos « obedientiam usque ad mortem » professos fuisse, ut etiamnum faciunt. Levinii quidem interpretatio id satis clare non exprimit: sed in Græco textu res est clarissima. Ille sic vertit: « Quinam hi sodes? Qui officia recusant, ac pro æquo objectent, Comitare. Quæ hæc, malum, est oratio? itan' obedientia vel in necem condicta, nunc officium detrectas ad quod per Dei gratiam sis idoneus? » Sed clarius ac fidelius hæc vertamus. « Hi vero quinam sunt? Qui ministeria detrectant, et suum illud, Ignosce, quasi quamdam excusationem prætendunt. Quid ais, o frater? Obedientiam usque ad mortem professus es, et nunc ministerium recusas, cui per Dei gratiam idoneus es? »

Digitized by Google

(nam obsecundos jam accepi), quam omnium audientium causa, ut obnixe ac contente quæ pacta conventa Deo teste, atque electis angelis iniimus, re et opere præstemus, neu tergiversemur, quamlibet mortiferum sit quod injungitur, id enim Patres ac magnus in primis Basilius, jubent. Qua degenda vita, nequaquam sontes moriamur, quin pro justitia vivi, cœleste regnum consequamur per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

τυρι Θεῷ καὶ τοῖς ἐκλεκτοῖς ἀγγέλοις ἐδώκαμεν, κἂν θανάσιμον ᾖ τὸ ἐπιταττόμενον. Οὕτως γὰρ κελεύουσιν οἱ Πατέρες, καὶ πρό γε πάντων ὁ μέγας Βασίλειος, καὶ οὕτως διαζῶντες, οὐκ ἀποθανούμεθα τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλὰ ζήσομεν τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ τύχωμεν βασιλείας οὐρανῶν· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ [Κυρίῳ (5*)] ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν

διακονίαν αὐτοῦ πληροφορείτω· καὶ ὃ ἔλαβε χάρισμα παρὰ Θεοῦ, λυσιτελείτω πρὸς τὸ κοινῇ συμφέρον, ἐννοῶν ὅτι ἐν χειρὶ Θεοῦ τὰ ἡμέτερα, καὶ οὔτε διὰ τὸ ἐν θαλάσσῃ πλεῖν, πάντως ἐκεῖσε τελευτᾷν, οὔτε ἐν τῇ ξηρᾷ διατρίβειν, ἐκεῖσε ἔστι θνήσκειν. Ἀλλὰ καθὼς ὁ ἀγαθὸς ἡμῶν Θεὸς πρὸ καταβολῆς κόσμου ὥρισε, καὶ χρόνον καὶ τόπον καὶ τρόπον, τὸ ἑκάστου ἀποβήσεται τέλος. Καὶ ταῦτα διῆλθον, οὐ τοσοῦτον διὰ τοὺς περὶ ὧν ὁ λόγος· ἤδη γὰρ ἔλαβον αὐτοὺς δι' ὑπακοῆς, ἀλλὰ διὰ πάντας τοὺς ἀκροωμένους, ἵνα προσέχωμεν ἀσφαλῶς· καὶ ἃς ἐπαγγελίας ὑπὸ μάρταύτας ἐναργῶς ἀποπληρῶμεν, καὶ μὴ ἀναδύεσθαι

SERMO CXXVI.

Qui genuina obedientia, ac secessione suscepta, mundo sint crucifixi, alacres amplecti corporis devictum oportere.

Fratres Patresque, paulum in præsentia decubui, quanquam animi perculsus, abscessurum me a vobis credidi. Sed quo longiorem mihi vitam? aut quanto tempore supervivam miser? Videtis quem admodum urget senium, et æqualibus defunctis, meæ decedendi imminent vices. Quid ergo? doleamus in eo? minime vero. Doleant sane si volunt, qui secundum carnem vivant, conjugibus, liberis, pueris, ancillis, prædiis, pecuniis, ac quæ hic alia sunt vitæ studia, quibus et capiuntur, dimittendis, nos, quibus crucifixus est mundus, solaque superest crux, pro genuina obedientia, et secessione, non lugubre, sed lætificum mortis arcanum habeamus necesse est. Ac quid nos dico? cunctis adeo Christianis prælæte amplectenda dejunctio est, siquidem ante Domini nostri Jesu Christi adventum mors in homines imperium posita ob prævaricationem in Adamo, vel sanctis dira et terrifica, veniat simul Christus, omnium vita, mortem pro omnibus gustavit [35], *viam nobis initians novam, ac viventem per velamen, id est, carnem suam*, uti scriptum est [36], ibi tum mors absorpta victoria est, nec jam defuncti in orci regiam deportamur, sed in cœleste regnum subvehimur, neque in tenebris, atque in umbrosa morte dormimus, quin abimus in lucem immortalem, ævumque quoddam securum et innoxium, quod sui amantibus promisit Deus. Ut nihil sit cur decessum fugiamus, qui ultro in primis sit prensandus, eoque magis, quo paratiores simus ab animi procinctu; miserum est enim, fratres, præteritum tempus sub exitum revocare, ac dies poscere vivendi ad quæstum virtutum; miserum est, inquam, et ærumnosum. Equidem qui sic deprendatur, næ is impendio turbetur atque afflictetur necesse est, qui non ad honorarium certaminum, sed ad supplicia scelerum prodeat e corpore, terribilibus obviis spectaculis. Quod ne patiamur, quæso, et admoneo, parati ad exitum semper, omnem supremum vitæ

[35] Hebr. II, 9. [36] Hebr. x, 20. [37] Psal. CXIV, 7.

(5*) Deest apud Nan.

diem credamus, ut a D. Antonio docemur, qua ineunda ratione, nec dissoluti simus, nec præfracti, nec torpidi, nec inertes, nec pervicaces, nec immorigeri, nec effrenes, nec ridiculi, quin obsecundi, faciles, stimulabiles, vividi, mansueti, placidi, sinceri, citra offensam, omni honesto dediti, instar sanctorum, qui hac obita vita promissis bonis potiantur. Atque hæc dixi, non vos solum, quin me adeo præmuniens, quo hoc apparatu defuncti sub exitum impavidi et imperterriti, hæc Davidica loquamur : *Converte, anima, in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi* [37]; et : *Placebo Domino in regione vivorum* [38]; quam et cuncti assequamur Domini nostri Jesu Christi liberalitate atque beneficio : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXVII.

Fortiter et animose ad pericula resistendum, quæ humanitus conflentur.

Fratres Patresque, haud abs re est loqui, et audire, ad publicam frugem neque ad virtutem nequidquam apparamur ac procingimur; nam si id agentes, sparsa jam in urbe fama de fide nonnulla, evestigio expavimus, turbati, scilicet, impræmeditati, vehementius attoniti, animum desponderimus? Ut sermocinari expediat, et præstrui, quo in re præsenti, adjuvante Deo, egregie pugna defungamur. At qui est rumor? post scelestam synodum quæ ad fidei ruinam nuper est agitata, post diris obligatos Patres, post oppugnationem duodecennem, post exsilia, compilationes, carcerem, contumelias, flagra, neces, totoque mundo jactationem, proinde ac si nihil insolens sit actum, trahimur a principibus verba cum sceleris antesignanis conferre; neque id solum, quin dictorum, ac controversiarum arbitros capere primores e magistratu, quibus despectare in nostratia nefas, ut ait quodam loco Gregorius Theologus, tantum abest ut judices admittamus sacrorum dogmatum.

Scilicet magistratui divinitus tributus gladius est, postquam exstat hæc sententia : *Nam non est*

[38] Ibid. 9.

Digitized by Google

timori magistratus boni operis, sed mali[39]. Et: *Non sine causa gladium portat, vindex ei qui malum agit*[40], quemadmodum et opitulum probis; cæterum sanctis apostolis cum divinorum dogmatum potestas, a Spiritu profecta, tum proscribendi, atque solvendi, siquidem Domini ad eos hæc sunt verba: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt*[41]. Ac rursum: *Quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata et in cælo: et quæcunque solveritis super terram, erunt soluta et in cælo*[42]. Certum est autem, ut iis dictum sit, itidem et hactenus vicissim successoribus edictum, ut in iis judicem capere magistratum nihil sit aliud quam datam apostolis a Spiritu potestatem abrogare. Jam qui pertingant ad ardua veritatis decreta, vitæ perfectione absoluti nulla? scribente Apostolo: *Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam autem non hujus sæculi, nec magistratuum hujus sæculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram, quam nemo magistratuum hujus sæculi cognovit: si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent*[43]. Videtin' gloriosum Dominum in cruce egisse magistratum? ut nunc quoque; si augustæ ejus imagini tribunal detur magistratus, non absre dixerimus rursum Judaismum quemdam, ac Pilati tribunal agitari. Quin defugere cum impiis in concionem venire, ea quoque divina sententia est; ait enim: *Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos*[44]. Consequenter divinus Apostolus jubet: *Non contendere verbis, sine ulla fruge, ad subversionem audientium*[45]. Nec abludit et defer Ignatius, scribens in hunc sensum: « Præmoneo vos hominiformium ferarum, hæreticorum, quos non solum non admittere debetis, sed ne occurrere quidem, si potestis. » Singulique sancti, ne catechesim longam faciam, idem contestantur. Quæ cum sic edicantur, qui audeamus sacra in utravis controversia scita violare? Nequaquam, nec si mors impendeat. Ut necessario detrectemus, fratres, non quod veri effecta sit oratio: sane enim quidem, pro præcepto, quo stabilire fidei sermonem jubeamur, volentibus principibus parati sumus ad apologiam, Domini nostri Jesu Christi beneficio, qui accingat viribus imbelles et facundiam vel mutis præbeat. Atque hæc illa fabula est quæ rumoribus jactetur. Cæterum vos animosi, ac spiritu præfirmi, ne committite ut exterreamini ab adversariis; quin, ceu Christiani quidam milites, fidei armis amicti, stabiles et immobiles consistite. Enimvero miles qui expertum bellis, ac triumphatorem habeat ducem, timere nescit; quin animos, et signa confert. quo nos debemus magis animari, qui copiarum arbitrum cœlestium, ac totius universi monarcham, opitulum et commilitonem in periculis, quæ humanitus conflentur, teneamus. *Confidite*, ait Dominus, *ego vici mundum*[46], igitur confidamus nos quoque, certi victoria potituros, cum eo quem imperio mactum cunctorum omnis gloria decet, et honor, atque cultus, cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXVIII.

De obedientia, ac frangenda voluntate.

Fratres Patresque, cum defectos virtute catechetica verberat oratio, tum iterum persanat, nam hoc ipsum, dolere ob defectum eorum quæ deceat obiri instaurationem, in animis clam moritur *quæ secundum Deum est tristitia*, auctore Apostolo, *pœnitentiam in salutem non pœnitendam operante*[47]. Sed contemplemur, si lubet, quibus in rebus posita sint quæ nos contristent. Quod cogitata ingruant impura, quæ hostium vicem serio arietent in mentem? etenim scriptum est: *Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum, si exsurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo*[48]. An quod grave est obedientiæ jugum? atenim exstat hæc sententia rursum: *Bonum est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua, qui solitarius insimul Deo serviet*[49]. Iterumque, *Jugum meum suave est, et onus meum leve*[50]. An quod nihil habet obedientia privum? at hoc enim apostolicum quoque est: *Ecce enim, ait, nos reliquimus omnia, et secuti sumus te, quid ergo erit nobis*[51]? Ac promissum, dii boni! quam venerabile, et illustre. Scilicet non autem et vos æque omnibus dimissis herum comitati, alius parentes deseruit, alius fratres, alius conjugem, atque liberos, alius ædes, alius agros, cuncti, omnibus præstantius, voluntates? quod arduum est cum primis in hominibus; enimvero seu contentum jejunium dicas, seu pervigilium, seu solicubium, seu insolentiam lavandi, seu solitudinem, seu quod aliud studium divinum, libera quadam fungentis voluntate obeuntur; porro autem quod libera voluntate obeatur, quamlibet grave est natura, voluntate quidem certe leviter confit quod frangenda voluntate, quantumvis leve videatur, difficulter tamen conficitur. Ac facinus id adeo sancti Patres obtruncationem sciverunt, quod in alium cadat neminem quam subditum genuinum, qui et fari cum Apostolo queat: *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus*[52]: nam qui nequaquam ex sua libidine vivat, tanquam sequestra præfecti voluntate, Deo vivit. Quin imitatur et eum qui dixerit: *Descendi de cælo non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem qui misit me, Patris*[53]. Videtin' quod instituti fastigium sit? non æmulum Christi, non apostolicum est? Nec pol adulor, quin exploratam eam sententiam veritas testimonium dicit. Sin homines sic defunctis haud encomia texunt, nihil hinc eis gloriæ

[39] Rom. XIII, 3. [40] Rom. XIII, 4. [41] Joan. XX, 22. [42] Joan. XVI, 19. [43] I Cor. II, 6 8. [44] Matth. VII, 6. [45] II Timoth. II, 14. [46] Joan. XVI, 33. [47] II Cor. VII, 10. [48] Psal. XXVI, 3. [49] Thren. III, 27. [50] Matth. XI, 30. [51] Matth. XIX, 27. [52] Galat. II, 20. [53] Joan. XI, 38.

Digitized by Google

decedit, postquam minime videt Deus proinde ac mortales, aliudque Dei, aliud hominum judicium est, et ignobilis plerumque iis qui illustres appareant, sub præmii diem honoratior cernetur : siquidem scriptum est : *Erunt novissimi primi, et primi novissimi*[55]. Igitur gaudete et tremiscite, partim ob Dei beneficium, partim ob ingenii conversionem, qui non iidem perpetuo maneamus. Atque ut apostolice loquar : *Consideremus invicem, in provocationem charitatis, ac bonorum operum*[56], qui haud defetiscamur frangenda voluntate, in qua omnis vertitur oratio, nec dissolvamur officiis obeundis, quin alacritate potius firmemur, mutuo sustinentes, mutua onera portantes, ceu confratres, ceu unanimes ceu concorpores. Quo agitando in dies certamine, cursuque peragendo, nihil dubito quin coronam gloriæ feretis, quæ minime marcescat, per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium, cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXIX.

Contenta accuratione cum inaspectabilibus inimicis confligendum vitandumque hæreticorum consortium.

Fratres Patresque, equidem curta nostra est cohortandi facultas, re ac sermone tenuis, et vos tamen hortari atque ab animis pro virili excitare est necesse. Nam si in stadio currentes acclamationem desiderant sequentum, egentque in præliis certantes commilitonum stimulis, quanto vos oportet magis; qui cum inaspectabilibus inimicis bellum inieritis, tanquam delibutos verborum, ut sic dixerim, calcaribus, serio animis procingi, qui lucta haud in dieculam, quin per omnem vitam defuncti, parta illustri immortalitatis laurea victoribus, sempiterni pudoris infamiam victi exigatis? Verum ne id patiamur, fratres, neu exspectatione frustremur, sed accuratione contenta, ac pertinaci obnixu, contra diabolum, Deo duce, victoriam cernamus, neque enim nescitis ut carnaliter pugnantes toti sint exciti. Quorum aiunt ora mutari, et alios pro aliis apparere, præ serio furore, animique præsentia, ut tum temporis nec conjugum, nec liberorum, nec parentum, nec fratrum, nec cujusquam alterius meminerint omnino, præsto in bellum mente, ingenio, atque corpore ad eumdem modum affecti nos quoque secundum interiorem hominem, terrore hostium nullo teneamur necesse est, quin alacritate acuamur et ardeamus animis, ceu egregii Christiani milites. Eosque conspicati perduelles, cedent oppugnatione; sin formidolosos, ac præfractos cernant, ibi tum arcum tendere, et impuris cogitatis, quasi quibusdam telis mentem lancinare. Quanquam nec sic desperandum est, quin recuperata per pœnitentiam sanitate, iterum pugnandum, atque id perpetim, nam pol ejusmodi bellum est invisum quod per orbem pertinet terrarum. Ac si placet, ingenii oculis sublatis intuemini, sultis, omne hoc universum quod eis cœlum patet iis cædibus refertum : neque enim irreligiosos duntaxat, et hæreticos, nec stupris, atque adulteriis deditos, ac qui id genus flagitia designent, sub mucronem adigit draco, sed ab his quoque haud alienos et societatem coeuntes, si hæc vera est oratio : *Qui tangit picem inquinabitur, et qui communicat superbo, similis ei fiet*[56]. Sane insimulamur in præsentia, qui venditantem se quemdam pro orthodoxo, ac perpetuo cum hæresi consuescentem, vetuerimus ab orthodoxo in sacra mentione, dia obeunda mystagogia, edi, et offerri, nam si in decessu, minimum, prævertisset per confessionem sacris potiri, liceret quidem certe pro eo oblationem facere orthodoxo, nunc in hæretica consuetudine exstinctus, qui potest in orthodoxam communionem inseri? Enimvero hæc Apostoli sententia est : *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? panis, quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? quoniam unus panis, unum corpus multi sumus; nam omnes de uno pane participamus*[57]. Igitur a pari hæretici communio panis, atque calicis, adversarum partium est, unumque exsors Christi efficit corpus societatem ineuntes, postquam *nec societas luci ad tenebras, nec participatio justitiæ cum injustitia, nec pars fideli cum infideli, nec consensus templo Dei cum idolis*[58], ut idem alibi clamat. Ut lugendum sit in iis, ac cum orandum pro adhuc vivis quo diaboli laqueos evadant, tum de nobis gratulandum, quos jam olim Deus ad incolumitatem asciverit, animi sanctimonia, fideque præditos vera, qui religione tuenda orthodoxa, vel in præsentem ei confessionem serviremus, qua insonte, et integra defunctos, regno augeat cœlesti per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium cum Patre, ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXX.

De mortis recordatione, ac virginitate.

Fratres Patresque, alia aliis præfinita est tempestas (alia est enim sementis, alia messis, alia pacis, alia belli, alia quæstus, alia feriarum), animi saluti nulla non idonea, omnisque commodus dies, si velimus. Ergo irrequieti simus ad honesta, pernices, novitii, dicta in opus educentes : nam *Non auditores*, ait, *legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur*[59]. Sane seu bellum agatur, quod aciem fugiat oculorum, fortiter sit pugnandum, ac Deo duce coorta diabolica sensa profliganda, ne immorata exigant mortem, seu messis obeatur spiritalis, animosa metendum quasique in horreum quoddam perennis viatica vitæ comportanda, ne perenni fame enecemur. Enimvero juge tempus est precum, lacrymarum, recon-

[55] Matth. xix, 30. [56] Hebr. x,24. [56] Eccli. xiii, 1. [57] I Cor. x, 16, 17. [58] II Cor. vi 14-16. [59] Rom. ii, 13.

Digitized by Google

ciliamdorum facinorum, regni rapiendi cœlestis, ut nihil sit cur deinceps cunctemur, diffindamur, et emendationem de die in diem trahamus. Scilicet non mundi præterit figura? non quotidie innumerabiles decedunt? non tumuli patentes genus infelix humanum, ut sic dixerim, agunt in triumphum? non cognatum terra excipit corpus? Num perpetes [nos autem sumus mansuri?] non recolimus quot e republica nostra, ut hoc memorem solum, abierint? Ubi beati olim patres? ubi fratres spirituales ac carnales? ubi conterranei? ubi sodales? ubi concantores? quorum penes nos soli habitus exstant, cassi rerum et inanes. Sed obliti, ut videtur, stipulationum, si qui est in manibus fratris obitus, patrisve, illico ad mentem redimus, stimulamur, subrigimur, at simul aliquantillum abiit tempus, ibi tum pactorum ac stimulorum pertinax oblivio est. At non dii itidem sancti, qui vita omni meditatione quadam parata mortis, indies mori, (et mirum) vivere, indies mundo apostolice crucifigi, indies ad Deum studio proficisci, vitam degentes vere felicem ac amabilem. Non exemplo terremini decem virginum? *Ecce*, inquit, *sponsus venit, exite obviam ei* [66]. Igitur prudentes cum splendidis lucernis obviæ, in thalamum penetrare, seræ ob bonorum operum penuriam stultæ clamare in hæc verba: *Domine, Domine, aperi nobis* [67], quibus ille respondens dicere: *Amen, amen dico vobis, nescio vos* [68], addens: *Vigilate, quia nescitis diem illum, neque horam* [69]. Vigilandum est ergo, et animus excitandus, qui arrectus stimuletur, lustretur, februetur, renidescat, ne ingruente subito morte, excludamur, nemine aperturo, aut adjumento futuro. Prævertamus una omnes serio, inquam, parare opera discessu amica Deo, piger evigilato, inobediens obedito, elatus succumbito, durus mollitor, flendi insolens stimulator, confessioni alienus confitetor, ignavus operator, cuncti cuncta exsequuntor, atque addam, me hercules, mulierosus refrenator. Quid hoc verbi est? ne cum mulieribus consuescito, ac commorator diutius, unde flagitii exardescat ignis, ac sacrarum Litterarum audienda sententia: *Deligabit aliquis ignem in sinu, nec deuret vestimenta, aut ambulabit super carbones ignis, nec plantas comburet* [70]? Itidem qui ad mulierem se conferat maritam: marita est autem tum virgo quoque, seu monacha, tum quæ viduitatis se obligavit, quarum sponsus gloriosus Deus est. Atque hæc quidem oberrones huc illuc, qui ex libidine vivant quærendo sceleri prætextu, parum memores Dominici jussi, eruendum oculum qui te scandalizet [71], nedum aliter affectos. Ad vos quidem hoc habeo dicere, debemus nos firmi imbecillitatem ferre infirmorum, et honestatis exemplum objici perversis quod cum estis per divinam gratiam, tum sitis insuper, Dei beneficio, ac sospitemini, per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium, cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXXI.

De studio, vitaque nostra dia et felice.

Fratres Patresque, alio in prioribus dicendi usus exordio, nunc percontabundus inflo. Ac quæro equidem de monastici, quod obeamus, studii certamine, quid arbitramini, fratres? tenemusn' quod vestigamus, et immortali potimur ævo, spe affecti sospita, an desumus vero officio? Enimvero, quantum ex apparenti, haud vos opinor vel tantillum subditilis, ut sic dixerim, scitis, atque regulis defuisse, quod salutis caput vestræ est, et incolumes porro, ac sine fraude introrsum conservemini, quo nauci hic ego per vos sentiam beneficium. Sane utrique Deum prædicemus, qui potiori dilecta parte, et tanquam ad Jesu pedes considentes, sermocinantem audiamus [72]. Ergo anguntur alii, ac de plurimis laborant, conjugibus, liberis, prædiis, pecuniis, nostra hæc una procuratio est, qui Domino placeamus, alii terreno cæsari merent, cujus imperiis coguntur, quamlibet ad mortem, inservire, nostra spontanea militia est, regis ter optimi Christi cum omni libertate jussa obeuntum, honorario quodam militiæ, regno condicto inconcusso, alii fluxi atque exilis quæstus gratia longum et arduum iter exigunt. nobis in æde divina concordibus obire, ac dies noctesque amplitudinem Dei usurpare faucibus licet, non aurum hinc caducum lucraturis, sed opes indireptas et æternas. Qua in re ut insit molestia quædam, ac contentio, seu sensilis, seu invisa (nam pol inest), certe ob sermonem divinum, spemque facillima est, qui in angustiis exporrecti, lætemur in ærumnis ea; hæc enim vita degitur quæ vei adversis charos ad se alliciat. Quis non deamat et amplectitur parentes? atque his tamen præ Dei studio relictis, hominum nati huc incumbunt. Quid conjugio devinctius, postquam de Domini sententia duo unum sunt corpus, sectos tamen evangelicus gladius huc ablegat. Sane hic principatum repudiat princeps, divitias flocci æstimat dives, penuriæ obliviscitur inops, viduitatem amolitur viduus, addam et derepta purpura regem his accenseri. Scilicet par Christiani corporis honor, portusque quidam est publicus salutis. Jam obita morte, non luctus atque planctus agitatur, secundum vitæ amantes, quin composita inhumatio defuncti est, quem nec conjux inclamet, nec liberi quiritentur, nec cognati ejulent, hoc et illud revocantes, læteque prodeatur, ac cum spe bona efferatur, sin et lacrymis opus, næ hæ quidem citra fas, ob spiritalem digressi amicitiam, postquam et Dominus super Lazaro flevit [73], naturam demonstrans. Quæ hac vita in omni memoria felicior quod præ hoc institutum patefactum est Deo conjungens, ut non abs re Davidice dicamus: *Illic mandavit Dominus benedictionem, vitam*

[66] Matth. xxv, 6. [67] ibid. 11. [68] ibid. 12. [69] ibid. 13. [70] Prov. vi, 27, 28. [71] Matth. v, 29. [72] Luc. x, 39. [73] Joan. xi, 35.

Digitized by Google

usque in sæculum [74]. Igitur gaudeamus, fratres, et invicem gratulemur, agendis etiam atque etiam gratiis, ac de amando serio clemente Deo, qui nos e tenebris in lucem, ex ignominia in gloriam, e sordibus in splendorem acciverit; nam scitis qua origine quisque et quibus parentibus satus, cum quibus coierit, quorum frater vocetur; quorum contubernio utatur. Ac dico equidem et in exteris personis. Quæ ingressus quidam, et exordia sunt futurorum promissorum, siquidem absoluto ac confecto quod incumbat certamine et obsequio irrevulso certantes, proferendis obedientiæ fructibus quibusdam, tanquam in paradiso, vel ad ministeria prompti, omni honestate functi, ad indictas morigeris leges atque normam, ad extremum consequemur quæ nec vidit oculus, nec audivit auris, nec mortalium cuiquam venere in mentem [75], sui amantibus parata divinitus, quæ et cuncti nanciscamur Domini nostri Jesu Christi liberalitate atque beneficio. Cui gloria et imperium, cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXXII.

De obitu fratris Gregorii, atque ad decessum apparari perpetes oportere.

Fratres Patresque, mortis nuntii increbrescunt, cominus et eminus auditi hac tempestate, maxime spiritualium fratrum patrumque; enimvero præter alios et frater Gregorius nos reliquit, cujus tum laudata vita est, tum exitus felix, in periculis pro Christo defuncti. Quid tum vero? scilicet, necesse est omnes omnino hinc abire, qua parvos, qua magnos, qua senes, qua juvenes, una in omnes mortis statuta multa, alio prius, alio posterius obituro. Ut serio sit cogitandum quid animo e corpore segresso patiemur? Nam qui sodes adventum feramus geniorum, nequaquam armis induti lucidis? qui eam viam peragremus, haud comportatis æternæ vitæ viaticis? qui mundi principem evadamus, de quo ait Dominus: *Venit princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam* [76], minus liberi ab servilibus vitiis? *Beatus*, inquit, *servus ille quem cum venerit dominus ejus, invenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum* [77]. Ecquam optatissimam vocem. *Si autem dixerit malus servus ille in corde suo: Moram facit Dominus meus venire, et cœperit percutere conservos suos, manducet autem et bibat cum ebriosis, veniet dominus servi illius in die qua non sperat, et hora qua ignorat, et dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis: illic erit fletus, et stridor dentium* [78]. Non ad eam comparationem pavemus? non ad minas corporibus tabemus? scilicet fabulæ sunt, et oratio cassa? Pol nec rei significatæ veritatem vis assequitur verborum, neque enim fletus ille est ut hic noster, nec dentium stridor huic similis, tantumque interest, quantum inter somnia ac veritatem, postquam illic non exstinguitur ignis, A hic exstinguitur; non moritur vermis, hic moritur. Sed quis solers et exquisitus, quis perspicax et auritus? siquidem potest nec videre videns, nec audire audiens, præ animi stupore mentisque cum vitiis commercio. Quis laudatum a Domino luctum possidens, et indies se ab inquinamentis hinc inde expurgans, neque in crastinum rejiciens? *Sufficit enim*, ait, *diei malitia sua* [79]. Quis studio studium committens Dei, omnique hinc libidine solutus, qui cum Davide dicat: *Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua* [80]? O innocentiam felicem! nos quidem simus necesse est, et eum in modum jubent apparemus sacræ Litteræ, animis ardentes, fide armati, spe alites, ad exitum procincti. Igitur hortor ac obtestor, ceu quotidie morituri obeamus, B pro virili nos urgentes, certi violentum quiddam esse virtutem, quæ in acclivia trahat, uti vitium in proclive, lacrymas contrahamus lustricas, quas contritio cordis animique submissio gignat, amicos sanctos angelos paremus, agitanda insonte vita qui sub decessum leniter nos ad herum perducant. Atque hæc dissero, non qui bonum aliquid obierim, quin obire satagam vobiscum, ut damnas loquendi nec subticendi. Delque vos prosequens amore, quo felices cuncti perennem vitam erciscamur, per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium, cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXXIII.

C *De salutari confessione, ac quo affectus beneficio quisque est, impertiri cæteris oportere.*

Fratres Patresque, cum tacere cupio, tum loqui compellor, illud ne vos contristem, hoc de præcepti mandato: nam, *Loquere*, inquit, *et ne taceas, propter quod ego sum tecum* [81]; etsi id enim Domini est ad Apostolum dictum, omnibus tamen præfecturam sortitis convenit oratio. Sane estis vos quoque Dei populus ac sacer populus, addam et numerosus, si universa spectanda respublica est. Sed quamobrem vobis indolui superioribus diebus, ac dolore minime ferendo? nimirum, ut apparet, confessio nulla est, ingens ea et opitula virtus. Qua si meliores effici viderem, pol lætarer, ut exsolutus molestiis, postquam non exigui laboris alienos morbos curare D est, nunc qui agi diversos e contrario animadvertam reputo causam. Igitur unde hæc in vobis licentia, sodes, ac quæ hinc nascitur indignitas! non qui haud evulgetis, quin tegatis pestifera animi censa? Scelerum quidem certe aditus in nobis, et tanquam radix fœda cogitatio est quæ publicata, Dei misericordiam, profligetur tecta paulatim exeat in opus tenebrarum. Hinc animi interneciones, hinc secessus, hinc fuci atque ignorantiæ prætextus. At enim, bone vir, rationis impotes animantes per se sciunt noxias escas refugere, ut nihil dicam hominem, per sacram tinctionem omni mactum esse boni scientia. Tenus Scripturæ sententiam non au-

[74] Psal. CXXXII, 5. [75] 1 Cor. II, 9. [76] Joan. XIV, 30. [77] Matth. XXIV, 46,47. [78] ibid. 48–51. [79] Matth. VI, 34. [80] Psal. LXII, 9. [81] Act. XVIII, 9.

Digitized by Google

disse? *Originali mundo haud pepercit Deus, sed octavum Noe, justitiæ præconem, custodivit, diluvium mundo impiorum inducens* [82], non hoc tenere? civitates Sodomorum ac Gomorrhæ, in cinerem redactas, eversione damnasse Deum, exemplum eorum qui impie essent acturi ponentem [83], denique non clamantem sæpe Apostolum sensisse? *Nolite errare; neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque avari, neque fures, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt* [84]. His tu auditis qui malum nescire prædicas? scilicet verba hæc sunt et prætextus. Sed quid agam talium magistris : qui cum hortari oporteret ac præmunire, suoque discipulum exemplo stabilire, nomenclaturam gerunt inanem, ab re vacui. Enimvero omnis ævi memoriam, resque gestas sanctorum Patrum lustratore, seu, ut propius dicam, in nostra republica quod dixi spectatore. Qualem beatum Gregorium abbas Dorotheus, qualem ter felicem Thaddæum abbas Arsenius, qualem inclytum Jacobum abbas Lucianus, quales cæteros, ne sim prolixus, cæteri fecere? *Habenti*, inquit, *dabitur, et abundabit, ei autem qui non habet et quod videtur habere auferetur* [85]. Non minas timetis? non reformidatis quem reformidant universa? Igitur hortor et obtestor, ut affectus beneficio quisque est, provinciæ satisfacito, cunctaque velut in oculis divinis obeuntor. Ne quis deinceps inconfessus degito, ignavus ac dissolutus, neu cibi et potus impotens, unde libidines gignantur, neu inquietus ac rabula, qui collegium conturbet. Auden' omnino cum laico pugnas conserere verborum et improbis colloquiis certare? Ergo haud monachus es, sed facinorosus ; non pacis, sed iræ filius. Atque hæc quinam juvenes, nec vel mutire digni. Quanquam *debemus nos firmi imbecillitatem infirmorum sustinere, et non nobis placere. Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem ; etenim Christus non sibi placuit, sed, sicut scriptum est: Improperia improperantium tibi ceciderunt super me* [86]. Quamobrem multemur contumeliis nos quoque una cum Christo, ac pro Christo, omniaque ad institutæ ab eo vitæ exemplar agere satagamus, quo Deo placentes cœleste regnum ineamus, per Christum Jesum Dominum nostrum : cui gloria et imperium, cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

SERMO CXXXIV.

Obstupendum non esse, qui a præfecto carpamur, regnumque ineundum cœleste per frequentes miserias.

Fratres Patresque, sacræ Scripturæ hæc sententia est : *Ego diligentes me diligo, et qui quærunt me invenient me* [87], ac signum explicat amoris in hæc verba : *Qui autem diligit, serio castigat* [88]. Sane ad hoc vobis statutus, equidem non potui quin priore catechesi carperem frequentes, *non ut contristaremini* (adeo id Apostoli dictum usurpare), *sed ut sciretis charitatem quam habeo abundantius in vos* [89], qui et afflictis condoleam, et lætis congratuler. Nam ad quem alium respectem, aut de quo doleam læterve, nisi de vobis? qui mei fratres, filii, patres, amici, cognati, amor, voluptas, gaudium, corona sitis, ac si quod aliud nomen edere est studii et amoris. Vosque itidem testor non ab parentibus, non fratribus, non genere, non patria, non alia re quapiam conspicua pendere, quin ab Deo duntaxat, ac post Deum ab tenuitate nostra, ut habendæ sint Deo gratiæ, qui tam sinceris animis devinxerit, amantes ac redamatos, amplectentes ac redamplexos, unum corpus unamque mentem, ut in unam spem quoque accitos atque vocatos. Quod superest, lætemur, et inter nos collætemur, fratres, neu stupeamus, qui interdum carpamur, sed profectam ab amore, atque in commune frugi disciplinam leniter feramus. Scriptum est enim : *Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris ; quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit* [90]. Quin ait et Apostolus : *Si disciplinam sustinetis, tanquam filiis vobis offert se Deus. Quis enim filius quem non corripit pater? sin extra disciplinam estis, cujus participes facti sunt omnes : ergo adulterini estis, et non filii* [91]. Jam opibus ac imperiis, et si quid aliud est quod ambiant mortales, haud citra laborem acquirendis, quin magno cum labore atque studio, Deum, ac divina præmia parare, expeditum quiddam, et facile remur, nec mille plenum ærumnis, ex sudoribus, non id extremæ amentiæ est indicium? Enimvero audimus : *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum* [92], arctaque et afflicta via est, quæ in perennem vitam deducit [93]. Quamobrem, sodes, quod inhærere renuentes hilari ævo quo frueremur, ac lætitiæ quondam in pomario infinitæ, ruere in calamitosam tristemque vitam maluimus inscite. Neque aliter eo revertamur, quam miseriis exerciti, instar Domini nostri Jesu Christi, *qui proposito sibi gaudio*, ait ille, *sustinuit crucem confusione contempta* [94]. Quanquam quæ secundum Deum incidant acerba, spe lenita æternorum bonorum, ne acerba sunt quidem, præsensque tempus sanctis feriæ quædam credebatur, quod hinc sanctus David testatur, inquiens : *Exsultate, justi, in Domino* [95], jugi declarando triumpho. Hinc beatus Apostolus, eadem loquens : *Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete* [96]. Quæ etsi luctuosis et lacrymabundis, pugnaque quadam exercitis, ac pro honesto varie multatis dicebantur, tamen secundum Deum tristitia probis occasio ducitur lætitiæ, ut nos etiam fratres, tanquam feriatos

[82] II Petr. II, 15. [83] ibid. 6. [84] I Cor. VI, 9, 10. [85] Matth. XXV, 29. [86] Rom. XV, 2, 3. [87] Prov. VIII, 17. [88] Prov. XIII, 24. [89] II Cor. II, 5. [90] Hebr. XII, 5, 6, [91] ibid. 7, 8. [92] Act. XIV, 21. [93] Matth. VII, 14. [94] Hebr. XII, 2. [95] Psal. XXXII, 1. [96] Philipp. IV, 4

Digitized by Google

quotidie, divinis patiendis miseriis certare tolerantia par sit, nequaquam fractos diaboli technis atque præliis, quin si quid interdum dormitemus, citraque carceres quosdam officii vel animo, vel sermone, vel actione feramur, ocius surgentes, qui in priorem statum recurramus, et ardentibus studiis Deo serviamus, certi bellatorem ac pugnacem militem a rege honorarium ferre, non fugacem et imbellem. Quod nos inaspectabile bellum ad extremum usque spiritum urgentes, æternis præmiis Dei beneficio quærendis, cœleste regnum consequemur, per Christum Jesum Dominum nostrum. Cui gloria et imperium, cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

EJUSDEM ORATIONES

EX FABRICIO, GRETSERO, ANGELO MAI EXCERPTÆ.

I.

In diversitate ciborum cavendum, et de temperantia. Die Dominica sanctorum Patrum, cap. 10.

(FABRIC. *Biblioth. græc.* t. XII, p. 303.)

Fratres et Patres mei, quandoquidem os indignum quotidie coram vobis aperirem, o filii desideratissimi, meumque simul firmamen, non hoc satis ducerem pro salutis vestræ desiderio sollicitudineque qnibus indesinenter occupor. In hoc enim, licet peccator, intentus versor nocte dieque, hoc spiro, ambio, persequor, hoc est vita mea. Mortem laudarem propter quam proficiscentibus fratribus relaxor, oblata vobiscum colloquendi per litteras occasione.

Quomodo, fratres mei, Pascham sanctificati degistis? Quomodo sanctos resurrectionis Dei hominis in pietate pertransistis dies? Non me fugit vos purificatos, illuminatos, exaltatos, sanctificatos perfectosque esse in gratia Domini mei, concordiam et charitatem inter vos exercentes, et omnibus vigili ardentique studio incumbentes : hoc enim demonstrant plures vestræ epistolæ, mihi vestræ fidei vim præcelsasque virtutes significantes. Deus, qui vos ita justificavit, et in omni bono firmavit, magis ac magis abundantissimo subsidio servet et custodiat vos mei luces, faces, oculos, brachia, et quidquid sanctissimum. Ex præsentibus videte, filii mei, bonum difficile acquisitu, facileque non caventibus perditum, et quo longiori tempore repertum fuerit, eo citius minima negligentia diffugere. Tempus præsens cavete : ver adest, quo corpus ad agitationem sollicitatur; caro nostra terrena ad actus terrestres tendit.

Et nunc terra fimo saturata et lætificata germinat, germinat et floret; sic et caro variis cibis potibusque saturata ex necessitate spinas cupiditatum diffundit. Illam continete et apostolico modo castigate, modeste illi providentes et solummodo

A'.

B *Ὅτι χρὴ προσέχειν ἑαυτοὺς ἐν τοῖς διαφόροις βρώμασι, καὶ περὶ ἐγκρατείας. Τῇ Κυριακῇ τῶν ἁγίων Πατέρων*, κεφάλ. ι'.

Ἀδελφοί μου καὶ Πατέρες, ἐὰν καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ ῥυπαρὸν ἡμῶν στόμα ἀνοίγωμεν πρὸς ὑμᾶς, ὦ τέκνα πεποθημένα καὶ σεβάσμια, οὐκ ἀρκετὸν ἡγούμεθα διὰ τὸν περιόντα ἡμῖν πόθον, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ σώζεσθαι ὑμᾶς ἐπικειμένην ἡμῖν φροντίδα· εἰς τοῦτο γὰρ, κἂν ἁμαρτωλοί ἐσμεν, ἀδολεσχοῦμεν νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ περὶ τούτου καταγινόμεθα, καὶ τοῦτο ἀναπνέομεν, καὶ τούτου ἐφιέμεθα, καὶ τοῦτο ἐκζητοῦμεν, καὶ τοῦτο ἡ ζωὴ ἡμῶν. Καὶ ὁ ἐπαινετὸς θάνατος, διὸ καὶ τὸ νῦν ἐξερχομένων τῶν ἀδελφῶν ἀνεπνεύσαμεν, εὑρόντες τὸ συλλαλεῖν ὑμῖν ἐν τοῖς γράμμασι.

Πῶς τοίνυν, ἀδελφοί μου ἡγιασμένοι, ἐπασχάσατε; καὶ πῶς διέρχεσθε ἐν εὐσεβείᾳ τὰς τῆς ἁγίας ἀναC στάσεως θεοφωτίστους ἡμέρας; Οἶδα δὲ ὅτι καθαίρεσθε καὶ φωτίζεσθε, καὶ ὑψοῦσθε, καὶ ἁγιάζεσθε, καὶ τελειοῦσθε ἐν τῇ χάριτι τοῦ Κυρίου μου, ἔχοντες τὸ εἰς ἀλλήλους ὁμονοητικὸν καὶ ὁμόψυχον, καὶ ἀγαπητικὸν, καὶ διεγηγερμένον ἐν πᾶσι καὶ μεγαλοπρόθυμον. Τοῦτο γὰρ ἐπιδηλοῦσιν αἱ διαφόρως ἐπεισερχόμεναι ἐπιστολαὶ ὑμῶν, ἀναγγέλλουσαι ἡμῖν τὸ τῆς πίστεως κραταιὸν ὑμῶν, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς ὑψηλότατον. Καὶ γοῦν Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ οὕτως ὑμῖν ταῦτα χαρισάμενος, καὶ τοιούτους ὑμᾶς κατορθώμασι στηριξάμενος πλειόνως καὶ μειζόνως, καὶ διαρκεστάτως διατηρήσοι καὶ διαφυλάξοι ὅλως ὑμᾶς τοὺς ἐμοὺς φωστῆρας καὶ λαμπτῆρας, ὀφθαλμούς τε καὶ βραχίονας, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν ὁσιοτάτων. Βλέπετε τοίνυν, τέκνα μου, καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος, ὅτι τὸ καλὸν καὶ D δύσκτητόν ἐστι, καὶ τοῖς μὴ προσέχουσιν εὐάλωτον, καὶ τὸ πολυχρονίως εὑρεθὲν, ῥᾳδίως διὰ μικρᾶς ἀμελείας διαφεύγοιεν. Προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος καιροῦ, ὅτι ἐαρινός ἐστι, καὶ τοῦ σώματος κινητικός. Καὶ ἡ σὰρξ ἡμῶν γῆ οὖσα ζητεῖ γηΐνως ἐνεργεῖν.

Ἡ τοι νῦν γῆ κοπριζομένη καὶ πιαινομένη ἀναφύει καὶ βλαστάνει καὶ ἀνθοφορεῖ. Καὶ ἡ σὰρξ τὸ αὐτὸ τοῖς διαφόροις βρώμασι καὶ πόμασι πιαινομένη, ἀνάγκη τὰς τῶν παθῶν ἀκάνθας ἀναμερίζειν. Περιλάβετε ταύτην, καὶ ὑπωπιάσατε ἀποστολικῶς, καὶ

Digitized by Google

πρόνοιαν αὐτῆς εἰς ἐπιθυμίαν μὴ ποιεῖσθε, ἀλλὰ τὰ δέοντα καὶ αὐτάρκη χορηγοῦντες μένετε ζῇν ἐν τῷ πνεύματι. Λοιπὸν μέτρον καὶ ἐπὶ τοῦ ἄρτου, καὶ ἐπὶ τοῦ οἴνου. Καὶ ὁ μὲν οἶνος, εἰ καὶ δίδοται εἰς πόσιν, ἀλλὰ κατὰ μικρὰν παρηγορίαν καὶ ἐν καιροῖς ἑορταστικοῖς, καὶ ἐν τοῖς κοπωδεστέροις ἔργοις, ἢ ἐν τοῖς νοσηλευομένοις, ἢ ἐν τοῖς ἀθυμοῦσιν, καὶ ἐν τοῖς πρὸς ὁδὸν ἀπαίρουσι. Ἐπεὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὀφείλει λαμβάνεσθαι μέχρι μιᾶς κράτεως, ἢ καὶ δύο τὸ πολύ. Τὸ γὰρ γεροντικόν τι ἀσφαλίζεται, οἴδατε. Οὐ τοίνυν ἀπείργειν ὑμᾶς βουλόμενος τῶν βρωμάτων, τέκνα μου, ταῦτα λέγω· Καταργείσθω γὰρ τὰ βρώματα, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· ἀλλὰ τὴν ὄντως τροφὴν ὑμᾶς ἐφιέμενος ἔχειν, διὰ τοῦτο ἐν ὑπομνήσει τίθημι τοὺς λόγους. Θέλω ὑμᾶς ἐσθίειν καὶ πίνειν, ἀλλ' ἁρμοδίως, καὶ θεοπρεπῶς καὶ σωστικῶς, πρός τε δύναμιν τοῦ σώματος, διὰ τὰ πρὸς χρείαν κατεπείγοντα ἔργα. Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι τῆς ἐγκρατείας ταύτης καὶ ἀποστερήσεως τῶν τοῦ κόσμου ἡδέων κρεωφαγιῶν, καὶ οἰνοποσιῶν, καὶ λουτρισμάτων, καὶ θερμασμάτων, καὶ καρυκευμάτων, καὶ ζωμευμάτων ἑτοιμάζεται ὑμῖν ὁ θεῖος ἐκεῖνος παράδεισος, ὁ ἔχων τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τὸ ὕδωρ τῆς ἀθανασίας, καὶ τὸν γλυκασμὸν τοῦ πνεύματος, καὶ τὸ ἀμήχανον, καὶ ἀπερινόητον κάλλος τῆς εὐχροίας τῶν ἀῤῥήτως ὁρωμένων, καὶ ἀθεάτως θεωρουμένων αἰωνίων ἀγαθῶν ὑμῖν τὸ ἀπολαύειν καὶ τρυφᾷν ἐκεῖσε ταμιεύεται; Ἐκεῖ φθάζοντες, ἐκεῖ μικρὸν ὅσον διὰ θανάτου, φάγεσθε καὶ πίεσθε ἀκορέστως καὶ αἰωνίως.

Καὶ γὰρ ἐνταῦθα, τέκνα μου, ἐὰν ἐπ' αὐτῶν τῶν βασιλευόντων λάβωμεν, οὐ τρυφὴ, ἀλλὰ τροφὴ σκωλήκων ἡ ἀπόλαυσις αὐτῶν, οὐδὲ εὐζωΐα, ἀλλὰ δυσζωΐα ἡ ἄνεσις αὐτῶν, οὐδὲ χαρὰ, ἀλλὰ λύπη ἡ χαροποίησις αὐτῶν, οὐδὲ κατάσχεσις, ἀλλὰ ἀπόσχεσις ἡ κληρονομία αὐτῶν, καὶ ὄντως ματαιότης ματαιοτήτων ἡ εὐδαιμονία αὐτῶν. Οὕτως ὁ μείζων αὐτῶν βασιλεύσας, καὶ τῶν ἡδέων τοῦ κόσμου ἀπολαύσεων προείρηκε Σολομών. Ἔχετε δὲ ὑμεῖς τὴν φίλην ὑμῶν ἐγκράτειαν, τὴν σύζυγον ὑπακοὴν, τὰς θυγατέρας τοῦ Κυρίου, τὴν ἁγνείαν, τὴν παρθενίαν, τὴν ἐλεημοσύνην, τὰς ἱερὰς νεάνιδας, τὴν κατάνυξιν, τὴν ταπείνωσιν. Ἀναβλέψατε εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ ἴδετε ποῦ ἡ κατοικία ἡμῶν, καὶ ποῦ ἡ κεφαλὴ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, καὶ ὁ κοινὸς Πατὴρ πάντων, καὶ ἡ πόλις ἡμῶν ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἡ μήτηρ Παύλου καὶ Πέτρου, καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς ἁγίων. Ὄντως ἐὰν ἐπιμένητε, ἐνικήσατε, ἐὰν διαρκέσητε, ἐστεφανώθητε, ἐὰν οὕτω τελειωθῆτε, ἀνοιγήσονται ὑμῖν αἱ πύλαι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ τότε μου μνημονεύσετε τοῦ τάλανος καὶ ἀσώτου, ὅλως ὁρῶντες, μὴ εἰς κρίσιν ἀποπεμπόμενοι, ἀλλὰ δεήθητε καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ, ὦ τέκνα μου, ἵνα με ὁ Θεὸς σὺν ὑμῖν διασώζων διασώσῃ, καὶ δῷ πνεῦμα συνέσεως, καὶ καταρτισμὸν ψυχῆς, εἰς τὸ ἀνὰ μέσον ὑμῶν θεοπρεπῶς ἀναστρέφεσθαι. Ταῦτα μὲν ἐν τῷ τέως ἐλαλήσαμεν, ἔπειτα καὶ ὁ οἰκόνομος, ᾧ προέγραψα, ἐξιλεύσεται. Ὑμεῖς δὲ εὑρίσκοντές τινας γραμματοφό-

A necessarium et sufficiens impendentes, vitamque in spiritu portate. Cæterum in cibo et vino temperate. Vinum quidem, si bibendum præbeatur, solummodo ad parvum levamen, in festivis diebus, aut iis qui graviori opere, morbo, debilitateque laborant, aut tandem iter proficiscentibus; alias vero solummodo accipiendum usque ad unum mistionis haustum, aut ad duos, quod plurimum est. Senes tamen haud nescite illo corroborari. Non quia velim vos a cibis absterrere, talia loquor, o filii; amoveantur cibi, ut dicit Apostolus, sed quia vos necessariam solummodo alimoniam habere concedo, memoriæ vestræ admonitiones commendo. Volo vos edere et bibere, sed modeste, ut Deo placet, salubriterque, ut vim corpus in neces-
B sariis laboribus habeat. Nonne scitis hac temperantia abstinentiaque lætarum quæ fiunt in mundo carnis comessationum, vini potionum, balneorum, caldariorum, exquisitorum ciborum, condimentorumque parari vobis divinum paradisum, in quo signum vitæ, aqua immortalitatis, dulcedo spiritus, et pulcherrimus neque arte neque cogitatione concipiendus color æternorum bonorum quæ, postquam visa contemplataque sint, neque narrari neque pingi possunt; vobisque deliciosam omnium harum divitiarum fruitionem reservari. Sustinentes hic paululum, quantum usque ad mortem, insatiabiliter æternumque manducabitis et bibetis.

C Etenim hic, filii mei, si ab ipsis regibus audiamus, eorum non deliciæ sed lumbricorum nutritio voluptas est, non felix sed infelix vita mollities, non lætitia sed luctus gaudium, non occupatio sed expulsio hæreditas, et vere vanitas vanitatum felicitas. Sic iste qui maxima cum gloria regnavit, Salomon, de dulcissimis mundi voluptatibus locutus est. Vos autem retinete vestram temperantiam et fidelem obedientiam, Domini filias, sacrasque virgines puritatem, castitatem eleemosynamque, compunctionem et humilitatem. Sursum spectate ad cœlum, et videte ubi nostra habitatio, ubi nostrum caput et Pater omnium Christus, ubi nostra civitas Jerusalem cœlestis, mater Petri et Pauli et proximorum illis sanctorum [1]. Si restiteritis, vincetis; si perseveraveritis, coronabimini; si perfecti fueritis, aperientur
D vobis regni cœlorum portæ. Et tum mei, miseri saluteque indigni, recordamini, accurate providentes ne in judicium sim mittendus. Precamini pro me, o filii, ut Deus vobiscum salvet me, spiritum intelligentiæ animæque instaurationem concedat, et in medium vestri ex illius voluntate redeam. Ista eadem antea dixi; (quæ ferens ad vos), postea œconomus, cui scripta dedi, abibit. Vos autem, si quosdam inveniatis ad litteras mittendas, non abstinete quin mihi nuntietis quomodo se res vestræ habeant. Contendite, filii mei, ad manualia opera

[1] Galat. IV, 26.

Digitized by Google

et ad curam pecorum, agrorum et vinearum, omnia ad votum et ordinem facientes [1]. Præi fortiter, fili Acacie, et vos omnes fideles fratres mei, operantem ex Deo sequimini, ut bene sit vobis, et lucis filii fiatis. Nuper cum Patre Ammonio Patrem Bartholomæum, et visitatorem filium meum necessitatum præsentium causa misi; et jamjam vela daturum est navigium, ea quæ sunt vobis necessaria portans. Scitote a me, dignitatis vices gerente, receptos fuisse fratres, inter quos erat Pater Abraimius, in civitate illustris factus, vir pius et Deum quærens. Precamini ut in Domino perficiantur. Salutant vos dominus pater meus, Pater vester œconomus, œconomi adjutor, protopresbyter Athanasius, studiorum præfectus Barsanuphius et reliqui fratres nostri. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis sit. Amen.

ρους, μὴ διαλίπητε ἂν τι πέμποντες ἡμᾶς τὰ καθ' ὑμᾶς; ὅπως ἔχει, καὶ ἀγωνίσασθε, τέκνα μου, εἰς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ὑμῶν, εἰς ἐπιμέλειαν τῶν κτηνῶν, τῶν χωρῶν, τῶν ἀμπελώνων, πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν ποιοῦντες. Ἠγοῦ καλῶς, τέκνον Ἀκάκιε, ἅπαντες ὑμεῖς, οἱ πιστοὶ ἀδελφοί μου, ἐνθέως ἕπεσθε τῷ προάγοντι, ἵνα εὖ ὑμῖν γένηται πᾶσιν, καὶ ἔσεσθε τέκνα φωτός. Ἄρτι δὲ σὺν τῷ ἀββᾷ Ἀμμωνίῳ ἀπεστείλαμεν καὶ τὸν ἀββᾶν Βαρθολομαῖον, καὶ ἐπιτηρητὴν ὡς τέκνον ἡμῶν ἐπὶ ταῖς παρισταμέναις χρείαις. Συμφθάζει δὲ μικρόν τί ποτ' ἐξελθεῖν καὶ τὸ σκάφος μετὰ τῶν χρειῶν ὑμῶν. Ἵνα δὲ γινώσκητε ὅτι καὶ ἀδελφοὺς ὑπεδεξάμεθα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ σχῆμα ἔχοντες, ἐξ ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ ἀββᾶς Ἀβραΐμιος, τῆς πόλεως γεγονὼς ἐπιφανὴς ἄνθρωπος, καὶ ἀνὴρ εὐσεβὴς καὶ ζητῶν τὸν Θεόν. Εὔξασθε, ἵνα ἐν Κυρίῳ καταρτίζωνται. Προαγορεύει ὑμᾶς ὁ κύριος καὶ πατήρ μου, καὶ πατὴρ ὑμῶν ὁ οἰκονόμος, ὁ παροικονόμος, ὁ πρωτοπρεσβύτερος Ἀθανάσιος, ὁ ἐπιστημονάρχης Βαρσανούφιος, ἡ λοιπὴ πᾶσα ἀδελφότης. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

[1] I Cor xiv, 40.

II.

Oratio sancti Patris nostri Theodori (7), *monasterii Studitarum antistitis, in adorationem pretiosæ et vivificæ Crucis media Quadragesima.*

Β'.

Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Θεοδώρου, ἡγουμένου τῶν Στουδίου, λόγος εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, ἐν τῇ Μεσονηστίμῳ.

(GRETSER. t. II, p. 251.)

Exsultationis et lætitiæ dies ista est, quia lætitiæ signum prostat. Laudis et confessionis chorea instituitur, quia sanctissimum lignum demonstratur. O pretiosissimum donum! Euge, qualis in aspectu splendor! Non præ se fert speciem ex bono et malo commistam, ut lignum illud in Edem, sed totum pulchrum et speciosum est et visu et gustatu. Est enim lignum, vitam non mortem procreans, illuminans non obscurans, introducens in Edem non educens; lignum illud. in quod Christus, velut rex

Ἀγαλλιάσεως καὶ εὐφροσύνης ἡμέρα, ὅτι τὸ σημεῖον τῆς χαρᾶς πάρεστιν· αἰνέσεως καὶ ἐξομολογήσεως χορεία, ὅτι τὸ πανάγιον ξύλον ἐμφανίζεται. Βαβαὶ τοῦ ὑπερτίμου δώρου! Εὖγε οἵα τῆς ὄψεως ὡραιότης! οὐ σύμμικτόν τινα καλοῦ τε καὶ κακοῦ ἔμφασιν ἔχουσα, ὡς τὸ πρὶν ἐν Ἐδὲμ ξύλον, ἀλλ' ὅλον ὡραῖόν τε καὶ καλὸν καὶ ὁρώμενον, καὶ μεταλαμβανόμενον. Ξύλον γάρ ἐστι ζωοποιοῦν, οὐ θανατοῦν· φωτίζον, οὐκ ἀμαυροῦν· εἰσοικίζον, οὐκ ἀποικίζον τῆς Ἐδέμ· ξύλον ἐκεῖνο, ἐν ᾧ Χριστὸς ἐπιβάς,

(7) Magni nominis apud Græcos est Theodorus Studites, abbas seu antistes monasterii, quod *Studium* appellabant. Celebrant Græci festum ejus 11 die Novembris; cum hoc Encomio in Menologio, τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου, *Sancti Patris nostri Theodori Studitæ*. Vixit sub Iconomachis imperatoribus Copronymo, ejusque filio Leone, et sub Orthodoxis Constantino et Irene, et Nicephoro. Fratrem habuit Josephum archiepiscopum Thessalonicensem, cujus orationem de Exaltatione supra reperies. Præter hanc Homiliam, huc usque tenebris sepultam, quod quidem ego sciam, exstat tom. XI Surii Encomium in sanctum Platonem, suum in gubernatione monasterii Studiani antecessorem, et liber dogmaticus de honorandis imaginibus, vel potius fragmentum ex quadam de imaginibus catechesi, ut et aliud ex Epistola quadam de hæresibus, tom. III *Biblioth. sanctorum Patrum*. Exstant ejusdem in Græcorum Ritualibus libris varii hymni; nam et inter poetas ecclesiasticos et hymnographos ponitur iste Theodorus a Græcis. Prodierunt ante aliquot annos catecheses ejusdem Theodori, interprete ex Græco Joanne Livineio. Multa cum suis tulit tum propter imaginum venerationem, cujus invictus propugnator erat, tum propter dissensionem cum Tarasio patriarcha, ejusque succesore Nicephoro, de qua ipse nonnulla in Vita sancti Platonis, et præterea Cedrenus et Zonaras. Diversus ab hoc Theodoro est ille, de quo Cedrenus pag. 376 : Οὗτος ὁ ὅσιος Ἰωάννης καὶ μελῳδὸς ὠνομάσθη, μετὰ Κοσμᾶ ἐπισκόπου τοῦ Μαϊουμᾶ, καὶ Θεοφάνους ἀδελφοῦ Θεοδώρου τῶν Γραπτῶν. Ubi interpres : *Hic sanctus Joannes una cum Cosma Majumensi episcopo, et Theophane fratre Theodori, Graptorum episcopi*. Male. Vertendum enim : *Cum Theophane fratre Theodori, qui duo cognominati sunt* γραπτοί, a notis seu iambis faciei inscriptis, jussu Theophili imperatoris, ut narrat Cedren. fol. 427. Ita eosdem infra fol. 442 vocat ipse Cedren. Ἠριθμοῦντο τοῖς ἑστιάτορσι καὶ Θεοφάνης, καὶ ὁ τούτου ὁμαίμων Θεόδωρος, οἱ Γραπτοί. Ubi recte interpres. Fuere ex convivarum numero Theophanes quoque et ejus frater Theodorus, quos a notis faciei impressis Graptos vocant. Ex quo loco corrigere poterat Xylander suum illum priorem errorem. Γραπτοὺς autem vocatos esse a scriptura illa in facie, liquet itidem ex responso Theophanis ad Theodoram, quæ cum Theophanem attentius intueretur, ὑπὲρ ταύτης τῆς γραφῆς ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ ἀδεκάστῳ βήματι δικασόμεθα σὺν τῷ ἀνδρί σου καὶ βασιλεῖ. In Bibliotheca Messanensi in archimandritatu S. Salvatoris exstat homilia Josephi archiepiscopi Thessalonicensis (qui fuit frater Theodori Studitæ) in sanctam crucem in media Quadragesima. (POSSEVINUS, in *Append. ad Apparatum sacrum.*)

Digitized by Google

ὥσπερ βασιλεὺς ἐπὶ τεθρίππου, τὸν τὸ κρατος ἔχοντα A τοῦ θανάτου τὸν διάβολον ὤλεσεν, ἀπαλλάξας τῆς τοῦ τυράννου δουλείας τὸ ἀνθρώπινον γένος· ξύλον ἐκεῖνο, ἐν ᾧ ὁ Δεσπότης καθάπερ ἀριστεὺς πληγεὶς ἐν πολέμῳ, χεῖράς τε καὶ πόδας σὺν πλευρᾷ τῇ θεοσώμῳ, ἰάσατο μωλώπων ἁμαρτίας, τὴν ὑπὸ τοῦ πονηροῦ δράκοντος τραυματισθεῖσαν ἡμῶν φύσιν· καὶ εἰ δεῖ προσθεῖναι τὸν ὕμνον, ξύλον ἐκεῖνο, ἐν ᾧ τὸ Δεσποτικὸν ῥυὲν αἷμα, ἐνίησι δύναμιν ἀμαχωτάτην, ὑφ' ἧς φλέγονται δαίμονες, καὶ κόσμος φωτίζεται.

Τίς λοιπὸν οὐ προσδραμεῖται προσβλέψαι τὸ πολύευκτον θέαμα; τίς οὐκ ἐπιθυμήσει περιπτύξασθαι τὸ θεόπλοκον ἔρνος; Ἥκετε, ἀθροίσθητε, πᾶσαι φυλαὶ καὶ γλῶσσαι, πᾶν γένος καὶ πᾶσα ἡλικία, πᾶν ἄξίωμα καὶ πᾶν πολίτευμα, ὅσον ἱερατικόν τε καὶ βασίλειον, ἄρχον τε καὶ ἀρχόμενον. Ἐπείπερ θεοτελὴς ἡ πανήγυρις, δοκοῦσί μοι καὶ ἄγγελοι περιχαρῶς ὑπαντῆσαι τῇ πανηγύρει, ἀπόστολοί τε ὁμοθυμαδὸν συγχορεύειν, προφητῶν ὅμιλος, μαρτύρων στίφος, δικαίων ἁπάντων ὁμήγυρις. Ὧ γὰρ τροπαίῳ χριστομιμήτως κατίσχυσαν τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως, κλέος οὐράνιον καταστεψάμενοι, πῶς μὴ οὐχὶ καὶ ἐπὶ τῇ τούτου ἐμφανείᾳ πρόσεστι συνευφραίνεσθαι; Δοκοῦσί μοι καὶ οἵστισι μὴ αἴσθησις, συνήδεσθαι τάχα· γῆ, φημὶ, ἡ τὸν τοιοῦτον καρπὸν οἷα μήτηρ ἐκ λαγόνων δεδωκυῖα· πάντα τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ ὡς ὁμωνυμίᾳ τιμώμενα· ὁ ἀειλαμπὴς ἥλιος, σελήνη ἡ πολύφωτος, ἀστέρες οἱ μαρμαίροντες, αὐτὸς ὁ οὐρανὸς ὁ μέγας οὗτος καὶ πολύστροφος· ἐπείπερ πᾶσα ἡ διὰ τοῦ σταυρικοῦ πάθους πρὸς τὸ κρεῖττον ἀμειψις.

Ἀναχρουσάτω τοιγαροῦν Δαβὶδ τὴν πνευματικὴν κιθάραν, ἅδων ἐκεῖνα εὐκαιρότατα· *Ὑψοῦτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν καὶ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὅτι ἅγιός ἐστι.* Συναδέτω καὶ Σολομὼν ὁ σοφίᾳ ἀνυπέρβλητος· *Εὐλογεῖτε ξύλον δι' οὗ γίνεται σωτηρία.* Σήμερον τοιγαροῦν ἡ Ἐκκλησία ὤπται παράδεισος, τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐν μέσῳ προφέρουσα, ἐφ' ᾧ οὐκ ἀπατηλὸς δαίμων ἀπατῶν που τὴν Εὔαν, ἀλλ' ἄγγελος Κυρίου παντοκράτορος περιέπων τὸν ἐπερχόμενον. Σήμερον προσκυνεῖται σταυρὸς ὁ πανάγιος, καὶ ἡ Χριστοῦ ἀνάστασις εὐαγγελίζεται. Σήμερον προσκυνεῖται ξύλον τὸ ζωοπάροχον, καὶ ὁ κόσμος ὅλος ἀναζωπυρεῖται πρὸς αἴνεσιν. Σήμερον προσκυνεῖται ὁ τριμερὴς σταυρὸς, καὶ τὰ τετραπέρατα ἑορτάζει χαρμόσυνα. D Ὡς ὡραῖοι, φησὶν, *οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά!* Ἀλλὰ γὰρ μακάριοι καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ, εἰποιμι ἄν, τῶν βλεπόντων τὸ τῆς εἰρήνης τοῦ παντὸς τρόπαιον, καὶ τὰ χείλη τῶν προσπτυσσομένων τὸ ὑπεράγαθον τοῦτο σύνθεμα. Ἄφθονος ἡ χάρις ἅπασι πρόκειται ἀέναος, ἡ κρήνη ἁγιασμὸν πηγάζουσα, οὐδένα οὐδαμῶς ἀποσειομένη ἐκ δαψιλοῦς ἀγαθότητος, ἀλλὰ καὶ τὸν

A in quadrigam, ascendens, diabolum, qui mortis potentiam habebat, perdidit, humanumque genus ex tyranni servitute vindicavit. Lignum illud, in quo Dominus, tanquam præstantissimus pugnator, in prælio manibus, pedibus, divinoque latere vulneratus, male factorum vibices curavit, naturam videlicet nostram a pernicioso dracone sauciatam; et ut aliquid ex hymno desumam, lignum illud, in quo Dominicus sanguis stillans insuperabilem virtutem instillat, qua dæmones uruntur, et mundus illustratur.

Quis de cætero non accurret, ut hoc exoptatissimum spectaculum intueatur? Quis non desiderabit cœleste hoc germen amplecti? Venite, congregamini, omnes tribus et linguæ, omnis gens, B et omnis ætas, omnis dignitas, omnis status, seu sacerdotalis, seu regalis, seu imperans, seu subditus. Cum a Deo concio hæc et panegyris coacta sit, videor mihi videre angelos lætis vultibus ad hunc conventum approperare, apostolosque concordibus animis collætari, gaudioque exsilire; similiter et prophetarum cœtum, et martyrum turbam, omniumque justorum multitudinem. Quomodo enim fieri potest ut ostensione ejus trophæi, gaudio non compleantur, quo, ad imitationem Christi, adversarias potestates devicerunt, cœlesti gloria redimiti? Videntur mihi et illa quæ sensu carent, voluptatis quoque sensum aliquem percipere, terra, inquam, quæ fructum hunc velut mater ex utero protulit, omnia ligna silvarum ob C cognationem honorata, sol perpetim splendens, luna luciflua, stellæ rutilantes, ipsum cœlum, vastum illud multarumque conversionum corpus; quia ex passione crucis omnis in melius commutatio processit.

Quocirca David spiritualem suam citharam pulset, admodum opportune illa concinens: *Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctus est* [1]. Accinat et sapientissimus Salomon: *Benedicite lignum, per quod fit salus* [2]. Eapropter hodie Ecclesiæ paradisus esse videtur, lignum vitæ in medio proferens, in quo deceptor dæmon non residet, Evam in fraudem impellens, sed angelus Domini omnipotentis qui prodeuntem crucem defensam præstat. Hodie crux sanctissima adoratur, et resurrectio Christi annuntiatur. Hodie adoratur lignum quod vitam suppeditat, totusque mundus ad laudes exsuscitatur. Hodie tripartita crux adoratur, et quatuor fines orbis diem festum lætitiæ plenissimum agunt. *Quam speciosi*, inquit, *pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona* [3]! Atqui et beatos prædicaverim illos oculos qui pacis hujus universitatis trophæum conspicantur, beata illa etiam labia, quæ præcellentissimum hoc signum exosculantur. Copiosa gratia omnibus proposita est. Perennis fons, ex quo sanctificatio emanat; nec quemquam ab hac tam larga ubertate repellit, sed

[1] Psal. XCVIII, 5. [2] Sap. XIV, 7. [3] Rom. X, 15; Isa. LII, 7; Nah. I, 15.

Digitized by Google

et purum, am puriorem reddit, eumque, qui flagitiorum sordibus contaminatus est, expiat, superbum et elatum contrahit, segnem tardumque corde excitat; dissolutum, disciplinæ jugo astringit, durumque et inflexibilem mollit; siquidem aliquis, votis vitæ in melius commutandæ conceptis, accedat, nec audacter, nec arroganter divinis hisce rebus propinquet; cum crux pudentes et verecundos amet; eos autem, quibus contrarii mores, quam maxime aversetur.

A ἡγνισμένον ἐπικαθαίρουσα, τῶν τε πεκηλιδωμένων μολυσμῶν ἀπαλλάττουσα, τὸν ὑπεραύχενα συστέλλουσα, καὶ τὸν νωθροκάρδιον διεγείρουσα, τὸν παρειμένον σφίγγουσα, καὶ τὸν ἀτεράμονα μαλάττουσα, εἴπερ ἕκαστος ἐγγύαις ταῖς πρὸς τὸ κρεῖττον τὴν προσέλευσιν ποιήσοιτο, ἀλλὰ μὴ τολμηρῶς καὶ αὐθαδῶς τοῖς θείοις προσπελάσειεν, ἐπείπερ τοὺς αἰδήμονας οἶδε προσίεσθαι, ἀποστρέφεσθαι δ' ὅτι μάλιστα τοὺς ἄλλως ἔχοντας.

Hoc vivificum lignum oculis usurpatum medicinam fecit ei, qui ex intuitu blandientis ligni in paradiso quasi incantatus fuit, aspectui. Quando lignum hoc labiis et oculis applicamus, a mortiferi ligni gustatu et contactu confestim liberamur. O magnitudinem doni, quod nunc publice prostat! O ter felicem beatitudinem! Prius per lignum interempti, nunc per lignum vitam reperimus; prius a ligno decepti, veteratorem serpentem in ligno sepulimus. Novæ et pergrinæ profecto commutationes. Pro morte datur vita, pro corruptione incorruptio, pro dedecore gloria. Non abs re ergo exclamavit sanctus Apostolus: *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo*[a]? Nam summa illa sapientia, quæ ex cruce quasi efloruit, mundanæ sapientiæ jactantiam et supercilium stultitiæ redarguit. Omnigena bonorum species, quæ ex cruce exstitit, malitiæ et nequitiæ germina amputavit. Hujus ligni figuræ duntaxat et præsignificationes, jam inde ab exordio mundi rerum maxime mirabilium notæ fuerunt et indices.

B Τοῦτο τὸ ζωοποιὸν ξύλον ὁρώμενον τὴν ἐκ τῆς τοῦ θελκτικοῦ ξύλου προσβλέψεως γοητευθεῖσαν ἡμῶν ἐν παραδείσῳ ἴασατο δρασιν· τοῦτο τὸ ζωοποιὸν ξύλον προσαπτόμενοι χείλεσί τε καὶ ὄμμασι τῆς γευστικῆς τοῦ θανατηφόρου ξύλου ἀπαλλαττόμεθα προσψαύσεως. Ὦ τῆς προκειμένης μεγαλοδωρεᾶς! ὦ τῆς τρισολβίου μακαριότητος! ἐπειδὴ τὸ πρὶν διὰ ξύλου τεθανατώμεθα, ἐν ξύλῳ τὴν ἀθανασίαν εὑράμεθα· ὑπὸ ξύλου κατασοφισθέντες τὸ πρότερον, ἐν ξύλῳ τὸν σοφιστὴν ὄφιν ἀπεκρουσάμεθα. Τὰ ἀνταλλάγματα ξένα! Ἀντὶ θανάτου ζωή, ἀντὶ φθορᾶς ἀφθαρσία, ἀντ' ὀνείδους δόξα! Εὐκαίρως οὖν ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος βεβόηκεν· *Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ.* Ἐν γὰρ σταυρῷ ἡ ὑπέρσοφος σοφία ἐξανθήσασα, τὰ αὐχήματα τοῦ κόσμου σοφίας ἐμώρανεν· ἐν σταυρῷ παντὸς εἴδησις ἀγαθοῦ καρποφορήσασα, τὰ τῆς κακίας βλαστήματα ἀπεξέτεμε. Τούτου τοῦ ξύλου καὶ τύποι μόνον θαυμασίων εἰσὶν ἐξ αἰῶνος ὅτι μάλιστα γνωρίσματα.

Vide enim quisquis sciendi desiderio teneris. Nonne Noe exiguo ligno cum filiis et uxoribus, et cum omnis generis animalibus diluvii exitium divino decreto effugit? Nonne Jacob positis in canalibus lignis, detractis prius corticibus, eo tempore, quo ascendebant oves, totos greges magna omnium admiratione suos fecit? Quid vero virga Joseph, cujus fastigium patriarcha Jacob adoravit, aliud est quam symbolum ejus quod nunc adoratur vivifici ligni? Quid vero rursus virga Moysis? Nonne figura crucis? nunc quidem aquam in sanguinem transmutans, nunc fictitios serpentes magorum devorans, modo ictu et impulsu suo mare dividens, jam cursu converso maris undas reducens, hostesque submergens; eos vero, qui legitimus populus erat, conservans. Talis fuit etiam virga Aaronica, crucis figura, eodem die frondescens, legitimumque sacerdotem demonstrans. Quanquam longum nimis faciam, si omnes crucis præsignificationes in unum conducere nitar. Hanc enim prænotavit Abraham, cum filium colligatum lignorum strui imposuit. Hanc designavit Jacob, cum manibus permutatis filiis Joseph benedictionem impertiit. Agedum, ipsum quoque Moysen figuram crucis habeto, qui extensione ma-

C

D

Ὅρα γάρ, ὁ φιλομαθής! Οὐχὶ ξύλῳ μικρῷ Νῶε σὺν υἱέσι καὶ γυναιξὶ, πρὸς δὲ παντὶ γένει ζώων κατακλυσμοῦ δλεθρον θεοκρίτως ἐκπέφευγεν; οὐχὶ ξύλοις παρέθηκεν Ἰακὼβ ἐκλελεπισμένοις ἐν τοῖς λήνοις, κατὰ τὴν ἐπίτεξιν τῶν θρεμμάτων τεθαυμασμένως εἰς ἑαυτὸν ἀπηγάγετο; τί δὲ, ἡ ῥάβδος Ἰωσὴφ, ἧς προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον Ἰακὼβ ὁ πατριάρχης, πάντως τι ἄλλο ἢ σύμβολον τοῦ νῦν προσκυνουμένου παρ' ἡμῖν ζωοποιοῦ ξύλου; τί δὲ πάλιν ἡ τοῦ Μωσέως ῥάβδος; οὐ τύπος σταυροῦ; πῇ μὲν τὸ ὕδωρ εἰς αἷμα μεταβάλλουσα, πῇ δὲ τοὺς ψευδωνύμους ὄφεις τῶν ἐπαοιδῶν κατεσθίουσα, καὶ ἄρτι μὲν κρούσματι τὴν θάλασσαν τέμνουσα, ἄρτι δὲ ἐπιστρεπτικῶς τὴν ὑγρὰν συνάπτουσα, καὶ τοὺς μὲν δυσμενεῖς καταποντίζουσα, τοὺς δὲ γνησιεύοντας διασώζουσα. Τοιαύτη καὶ ἡ Ἀαρωνῆτις ῥάβδος, ἀντίτυπος σταυροῦ, αὐθήμερον ἐξανθήσασα, καὶ τὸν γνήσιον τῆς ἱερωσύνης ὑποδείξασα. Καίγε μακροεπεῖν δόξαιμι, συνάγων τοῦ σταυρικοῦ τύπου τὰς ἐμφάσεις. Τοῦτο μὲν, ἡνίκα Ἀβραὰμ συμποδίσας Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἐπέθηκεν αὐτὸν ἐπάνω τῶν ξύλων· τοῦτο δὲ, ὁπότε Ἰακὼβ, εὐλογῶν τοὺς υἱοὺς Ἰωσὴφ, ἐναλλὰξ τὰς χεῖρας μετεσχηματίσατο. Δεῦρό μοι λάβε καὶ αὐτὸν δὴ Μωϋσέα τῇ τῶν χειρῶν ἐκτάσει τὸν Ἀμαλὴκ τροπούμενον. Φέρε δὴ, φέρε καὶ

[a] Galat. VI, 14.

Digitized by Google

τὸν Ἐλισσαιὲ καθιέντα ἐφ' ὕδωρ τὸ ξύλον, καὶ τὸν σίδηρον ἐκ βάθους ἀνέλκοντα. Τούτου δὴ τοῦ τύπου οὐ μόνον ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ χάριτι πολλὰ τὰ τεράστια· ἐν νίκαις δὴ βαρβάρων, ἐν δρασμοῖς δαιμόνων, ἐν ἀπαλλαγαῖς νόσων, ἐν ἄπασιν ἄλλοις ὧν οὐκ ἔστι τῆς ἀναμνήσεως ἀριθμός.

num Amalecitas in fugam vertit. Agedum et Elisæum accipe demittentem in aquam lignum, ferrumque ex profundo attrahentem. Hujus figuræ non modo in Veteri Testamento, sed et in lege gratiæ multa suppetunt mirabilia, in victoriis de barbaris relatis, in fugandis dæmonibus, in depulsione morborum, in plurimis aliis, quæ sigillatim percensere infinitum sit.

Ὁρᾷς ὅση δύναμις ἐν τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ, ὦ βέλτιστε; Εἰ δὲ δεῦρο τοσαύτη, πόση δ' ἂν εἶεν ἐν τῷ τύπῳ τοῦ ἐσταυρωμένου Χριστοῦ; δῆλον γάρ, ὅτι καθ' ὅσον προφερέστερα τὰ πρωτότυπα, κατὰ τοσοῦτον καὶ τὰ παράγωγα προὐργιαίτερα. Καὶ τίς, φησὶν, ἐν τοῖς προειρημένοις ὑποδεδήλωται τύπος Χριστοῦ, συνιέναι ζητῶ. Αὐτοὶ δὲ, φημὶ, οἱ τυποῦντες τὸν σταυρόν. Ὡς γὰρ ἡ τῶν τοῦ Μωσέως χειρῶν ἔκτασις ἑτύπου σταυρὸν, οὕτως αὐτὸς δὴ Μωσῆς ἐσταυρωμένον Χριστὸν, τροπούμενον τὸν ἀόρατον Ἀμαλὴκ, κἂν τοῖς ἄλλοις παραδείγμασι τοῦθ' ὑπολῃπτέον, συνεκφαινομένου θατέρου τύπου θατέρῳ. Ἀλλ' ἐκεῖ, φησὶν, ἔμψυχος ὁ τύπος. Τί δὲ περὶ ἀψύχου σοι ὁ λόγος; Ὅτι κἀπὶ τοῦ σταυρικοῦ τύπου, ὅταν ἄψυχον τὸ ὁρώμενον, ἐφ' ὃ καὶ περὶ ὃ τὸ τεράστιον, ὅμως παραπλησίως τῇ σταυροειδεῖ εἰκόνι συνεκφαινομένῃ, ἔν τε ἐμψύχοις καὶ ἀψύχοις ἡ χριστοειδὴς εἰκὼν τερατουργεῖν εἴωθεν, ὡς ἐν αὐτῇ ἔχουσα τήν τε μορφὴν καὶ τὸ εἶδος τοῦ ἀρχετύπου, καὶ τοσοῦτον ταυτιζομένη τῇ τε τιμῇ καὶ προσκυνήσει, ὅσον καὶ κατὰ τοὔνομα, παντί που δῆλον. Καὶ ταῦτα εἰ καὶ παρεκβαλικώτερον, ἀλλ' ὅμως εἰς ἔλεγχον καὶ ἀνατροπὴν τῆς εἰκονομαχικῆς αἱρέσεως, ὡς ἀνατρεπούσης τὸ τῆς οἰκονομίας Χριστοῦ μυστήριον. Ὁ γὰρ ἀναιρῶν τὴν εἰκόνα, συναναιρεῖ δηλαδὴ καὶ τὸ πρωτότυπον, εἴπερ θάτερα τῶν ἅμα, καὶ τῶν πρός τι τοῖς νοῦν ἔχουσιν.

Vides, charissime, quanta in signo crucis potentia? At si hic tanta, quanta erit in typo crucifixi Christi! Perspicuum namque est, quanto excellentiora sunt prototypa, tanto etiam præstantiora esse ea, quæ ad prototypa repræsentanda instituuntur. Et quis, dixerit forte quispiam, typum Christi prædictis temporibus gessit? Equidem cognoscere id aveo. Respondeo illos ipsos, qui crucem adumbrarunt. Quemadmodum enim extensio manuum Moysis crucem præfigurabat, sic ipse Moyses figuram gerebat Christi, qui inaspectabilem Amalec in fugam conjecit, licet aliis itidem exemplis id ostendi queat, altera juxta alteram posita et elucescente figura. At ibi, objiciat quis, viva spiransque figura est. Cur igitur tu de inanimi loqueris? Ideo de hac loquor, quia etiam in typo crucis, quando id quod cernitur, et in quo, et circa quod mirabile quiddam patratur, vita animaque caret, imago ad Christi similitudinem efficta, similiter ut crucis imago, quæ typo illo repræsentatur, opera admiranda perpetrare solet, velut ea, quæ in se speciem et formam prototypi continet, et eatenus idem cum illo honore et adoratione sicut et nomine, effecta: quod per se manifestum est. Hæc etsi nonnihil extra propositum dicta videantur, valent nihilominus redarguendæ et refellendæ iconomachorum hæresi, quæ mysterium œconomiæ et dispensationis Christi evertit. Nam qui tollit imaginem, is nimirum et prototypum tollit; sunt enim ex illis, quæ ad se mutuo referuntur, ut norunt, qui mentem non amiserunt.

Ἐπὶ δὲ τὸν σταυρὸν ἐπιτέον, καὶ οἱονεὶ ἐντρυφητέον τῇ τῆς ἁγίας προσηγορίας διατριβῇ. Σταυρὸς, χρημάτων ἁπάντων χρῆμα πολυτιμότερον· σταυρὸς, Χριστιανῶν ἀσφαλέστατον καταφύγιον· σταυρὸς, Χριστοῦ μαθητῶν ἐλαφρότατον ἐπωμάδιον· σταυρὸς, τετρυχωμένων ψυχῶν παραμύθιον εὐπαρηγόρητον· σταυρὸς, τῆς εἰς οὐρανὸν πορείας ὁδευτήριον ἀνεμπόδιστον. Σταυροῦ στάσις καὶ εὖρος, τοῦ οὐρανίου κήτους περιληπτικώτερον διάμετρον· σταυροῦ σθένος καὶ κράτος, ὄλεθρον πάσης ἀντικειμένης δυνάμεως· σταυροῦ εἶδος καὶ σχῆμα, πάντων σχημάτων εὐσχημονέστερον ὅραμα· σταυροῦ βολὴ καὶ ἔλλαμψις, ἡλίου λαμπρότερον ἔξαλμα· σταυροῦ χάρις καὶ δόξα, χαρίτων ἁπασῶν χαριέστερον δώρημα· σταυρὸς, οὐρανοῦ καὶ γῆς εἰρηνοβράβευτον συναπτήριον. Σταυροῦ τοὔνομα ἁγιασμὸς, ὅτι μάλιστα καὶ γλώσσαις λαλούμενον, καὶ ἀκοαῖς ἀκουτιζόμενον. Σταυρῷ νενέκρωται θάνατος, καὶ Ἀδὰμ ἐζωοποίηται· σταυρῷ κεκαύχηται πᾶς ἀπόστολος, καὶ μάρτυς ἐστεφάνωται, καὶ ὡσίωται ὅσιος· σταυρῷ Χριστὸν ἐνδεδύμεθα, καὶ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀποτιθέμεθα· σταυ-

Sed nunc ad crucem redeundum est, ejusque præconiis percensendis non sine oblectatione immorandum. Crux pecuniis omnibus pecunia pretiosior. Crux Christianorum tutissimum perfugium. Crux discipulorum Christi levissimum onus humeris impositum. Crux afflictarum mentium dulcissima consolatio. Crux viæ in cœlum ductrix, cui nullum impedimentum objici potest. Crucis status et latitudo cœlestis ceti, capacior diameter. Crucis robur et potentia, exitium omnis adversariæ potestatis. Crucis figura et species omnibus figuris spectatu concinnior. Crucis radius et collustratio, sole splendidior emissio et lucis ejaculatio. Crucis gratia et gloria, omnibus gratiis gratius donum. Crux cœli et terræ pacificatrix et conciliatrix. Crucis nomen, sanctificatio, maxime si lingua proferatur, et auribus percipiatur. Cruce mors necata est, Adamque vitæ restitutus. Cruce gloriatus est quilibet apostolus, et omnis martyr coronatus omnisque sanctus sanctificatus: Cruce Christum induimus, veteremque hominem exuimus.

Digitized by Google

Cruce in unum ovile, oves Christi, collecti et ad supernas caulas destinati sumus. Cruce ventilabimus inimicos nostros et cornu salutis sustollimus. Cruce perturbationes fugamus, vitamque supra hum nam instituimus. Qui crucem fert humeris, is imitator fit Christi, et gloriam cum Christo palam assequitur. Crucem cum angelus videt, decoratur, et diabolus confunditur. Latro cruce reperta in paradisum intrat, et latrocinia cum regno commutavit. Qui crucem effingit, is formidinem dissolvit, pacemque recuperat. Qui crucem custodem habet, is prædonibus non fit præda, sed illæsus permanet. Quisquis crucem amat, hic mundum odit, fitque amator Christi. Crux Christi, Christianorum celeberrima gloriatio. Crux Christi, apostolorum peculiaris prædicatio. Crux Christi, martyrum regale diadema. Crux Christi, prophetarum pretiosissimus ornatus. Crux Christi, finium lucidissimus nitor. Crux Christi, nam ut cum re viva loquar, protege eos, qui te incenso pectore celebrant, conserva, qui te fideli mente amplectuntur et osculantur. Guberna in pace rectaque fide subditos. Adduc omnibus Christi resurrectionis diem lætissimum, custodiens pontifices, antistites, imperatores, monachos, promiscuamque multitudinem et convenas omnes in Christo Jesu Domino nostro. Cui gloria et potentia, cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A ρῷ σεσηκειώμεθα Χριστοῦ πρόβατα, καὶ τῇ ἄνω μάνδρᾳ συνταττόμεθα· σταυρῷ κερατιοῦμεν τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, καὶ κέρας σωτήριον αἴρομεν· σταυρῷ τὰ πάθη τροπούμεθα, καὶ ὑπερκοσμίως ζῆν προαιρούμεθα. Σταυρὸν ὁ φέρων ἐπ' ὤμων, Χριστοῦ μιμητὴς γίνεται, καὶ Χριστῷ σαφῶς συνδοξάζεται· σταυρὸν ὁρῶν ἄγγελος ὡραΐζεται, καὶ διάβολος καταισχύνεται· σταυρὸν λῃστὴς εὑρηκὼς, εἰς παράδεισον εἴσεισι, καὶ λῃστείας βασιλείαν ἀντηλλάξατο· σταυρὸν ἁπλῶς ὁ τυπῶν διαλύει δείματα, καὶ εἰρήνην ἀντασπάζεται· σταυρὸν ὁ ἔχων φρουρὸν διαμένει ἄσυλος καὶ φυλάττεται ἀπήμαντος· σταυρὸν πᾶς τις φιλῶν, μισεῖ κόσμον, καὶ ἐραστὴς γίνεται Χριστοῦ. Σταυρὲ Χριστοῦ, τὸ τῶν Χριστιανῶν πολυθρύλλητον καύχημα· σταυρὲ Χριστοῦ, τὸ τῶν ἀποB στόλων περιούσιον κήρυγμα· σταυρὲ Χριστοῦ, τὸ τῶν μαρτύρων βασίλειον διάδημα· σταυρὲ Χριστοῦ, τὸ τῶν προφητῶν ὑπερτίμιον ἐγκαλλώπισμα· σταυρὲ Χριστοῦ, τὸ τῶν περάτων παμφαέστατον ἀγλάϊσμα· σταυρὲ Χριστοῦ, καὶ σοὶ ὡς ἐμψύχῳ διαλέγομαι, σκέποις τοὺς θερμοὺς ὑμνολόγους σου, σώζοις τοὺς πιστῶς περιπτυσσομένους σε, ἅγοις εἰρηνικῶς τε καὶ ὀρθοδόξως τὸ ὑπήκοον, φέροις τὴν Χριστοῦ ἀνάστασιν πᾶσι χαρμόσυνον, φρουρῶν ἱεράρχας τε καὶ ἄνακτας, μοναστὰς καὶ μιγάδας ἅπαντας, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

III.

In vigiliam sive stationem Luminum.

Γ'.

Εἰς τὴν παραμονὴν τῶν Φώτων.

(Ang. Mai, *Bibl. nov.* t. IV, p. 16.)

1. Luminum præludia splendidis contemplationibus collustremus : in ipsis insistentes aquis, claritatem uberem participemus spiritu splendificati, et luminis auctorem Jesum, Patris splendorem, eximiis gratiarum actionibus celebremus. Purificatus est Israel primo, cum in montem igne flagrantem, caligine procellaque plenum, conscensurus esset. Sed ne sic quidem ascendit, quia haud tutum negotium erat; sed infra substitit tremens, et multiformi terrorum specie attonitus. Ipse quoque Moyses materiale calceamentum solvit, dum sacratam De vestigiis terram pararet attingere, quo tempore ardentis rubi mirabiliter visui initiabatur, qui prævia majoris mysterii imago erat. Idem facere Jesus quoque Navi filius ab angelo jussus fuit, ne solum D calceatis pedibus prorsus calcaret, propter debitam terræ sanctæ venerationem. Quid autem tres adolescentes? Nonne animis corporibusque sanctificatis ad voracem ignem accesserunt, atque ita caloris vis in roscidam ipsis qualitatem conversa est? Quod quale quantumque prodigium fuit, dum idem ignis vehementia duplici, dignos pœna ultus est! Quid Daniel desideriorum vir, nonne ante purificante jejunio usus, cum leonibus in contubernio fuit, incolume corpus illinc referens?

α'. Τῶν Φώτων τὰ προαύλια φωτοφανέσι θεωρίαις ἐποπτεύσωμεν· εἰς αὐτὰ εἰσβαίνοντες τὰ ὕδατα, πλουσίας τῆς αἴγλης μεταλάβοιμεν, φωτοειδεῖς ἐν πνεύματι γενόμενοι, καὶ τὸν τοῦ φωτὸς αἴτιον Ἰησοῦν τὸ πατρικὸν ἀπαύγασμα πανευφήμοις εὐχαριστίαις εὐφημήσωμεν. Ἀγνίζεται Ἰσραὴλ πρότερον ὀπηνίκα τῷ ὄρει κεκαυμένῳ πυρὶ, σκότους τε καὶ θυέλλης πεπληρωμένῳ προσβαίνειν ἔμελλεν· καὶ οὐδ' οὕτως ἀνεισιν, ἐπεὶ μὴ ἀσφαλές· εἱστήκει δὲ κάτω ἔντρομος τοῖς πολυειδέσι φοβερισμοῖς Θεοῦ ἐκδειματούμενος. Ὑπολύεται καὶ αὐτὸς Μωϋσῆς τὸ ὑλῶδες ὑπόδημα, τῆς θεοστιβοῦς γῆς ψαύειν προερχόμενος, ὁπότε τῆς φλογοφορούσης βάτου ἐμυεῖτο θαυμαστικῶς τὸ θεώρημα, μείζονος μυστηρίου οὖσης προτύπωμα. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ πρὸς τοῦ ἀγγέλου παρακελεύεται μὴ τοὐδαφος ἐνδεδυμένοις ποσὶ προσεγγίζειν ὅλως, διὰ τὸ τῆς ἁγίας γῆς σεβάσμιον. Τί δὲ οἱ τρεῖς νεανίαι; οὐχ ἡγνισμέναις ψυχαῖς τε καὶ σώμασι τῷ παμφάγῳ πυρὶ προσβάλλουσι, τῆς καυστικῆς αὐτοῖς ἐνεργείας μεταβληθείσης εἰς δροσοειδῆ ποιότητα; ἐφ' ᾧ καὶ τὸ θαῦμα ὅσον καὶ ἡλίκον, διπλαῖς ἀντιῤῥόποις ἐνεργείαις τοὺς ἀξίους ἀμειψάμενον! Τί δὲ Δανιὴλ ὁ τῶν ἐπιθυμιῶν ἀνὴρ; οὐ τῇ καθαρτικῇ νηστείᾳ προχρησάμενος συνδιαιτᾶται λέουσι ἀπήμαντον τὸ σῶμα ἀπενεγκάμενος;

Digitized by Google

β'. Ἀλλὰ βούλει ἐπὶ τὴν νέαν μετελθεῖν σοι τὸν λόγον; Ὅρα Παῦλον τὸν μέγαν τῆς ἀληθείας κήρυκα τριημερονύκτῳ νηστείᾳ τὴν παρασκευὴν ποιησάμενον, εἶθ' οὕτως πρὸς τῇ ἐκτενεῖ δεήσει τὸ ἀληθινὸν φῶς Χριστὸν ἐνδυσάμενον. Βλέπε καὶ Ματθαῖον τὸν εὐαγγελιστὴν προῦργου τὴν τῶν ἐνόντων ἀπόταξιν ποιησάμενον, αὐτούς τε τοὺς τελωνικοὺς λόγους ἀτελεῖς καταλιπόντα, καὶ οὕτως μαθητεῦσαι τῷ Ἰησοῦ ἑλόμενον. Καὶ οὕπω λέγω ὅτι καὶ Ζακχαῖος πρότερον χαμόθεν ὑψωθεὶς καὶ σῶμα καὶ διάνοιαν, οὕτω τὸν Ἰησοῦν ὑφέστιον πεποίηται, σὺν ὑποσχέσει κρείττονι, καὶ τῆς κρείττονος ἀξιοῦται προσφωνήσεως· καὶ μὴν Κορνήλιος τετραήμερον νενηστευκώς τε καὶ προσευξάμενος, τηνικαῦτα ὁρᾷ τὸν ἄγγελον εὐαγγελισάμενον τὰ καταθύμια, καὶ τῶν ἐλπίδων ἐπιτέτευκται. Σὺ δὲ, ὦ βέλτιστε, ἵνα τοὺς ἄλλους παρήσω λέγειν, οὐκ ἄνευ εὐλαβείας καὶ πολλῆς προφυλακῆς τοῖς θείοις προσερχόμενος, οὕτως ἁπλῶς καὶ ἀπαρασκευάστως τῷ ὑπερφαεῖ μυστηρίῳ προσελεύσῃ, δι' οὗ σοι καὶ ἡ ἐν πνεύματι ἀπότεξις, καὶ τὸ υἱὸς φωτὸς κεκλῆσθαι; καὶ οὐ φοβῇ μή ποτε ταυτὸν πάθοις τῷ ὀφθαλμοῖς ἀσθενέσιν ἀντωπεῖν ἐπιχειροῦντι πρὸς τὸν ἥλιον;

2. Sed vin' ad Novum Testamentum tibi flecti sermonem? Specta Paulum, magnum veritatis præconem, trium dierum noctiumque jejunio se comparantem, atque ita non sine constante oratione, vero lumine Christo circumvestitum. Videsis etiam evangelistam Matthæum perutiliter rebus suis valedicere, et ipsas telonii rationes imperfectas deserere, atque ita Christi discipulatum arripere. Nondum Zachæum memoravi, corpore ac mente de terra sublatum, Jesum convivio excepisse, cum egregia sua promissione, qua meliorem Christi allocutionem promeruit. Item Cornelius quatriduo jejunans et orans, vidit denique angelum jucunda sibi nuntiantem, composque voti factus est. Tu vero, optime (baptizande), ut alios nunc appellare omittam, etsi non sine religione longisque excubiis ad hæc sacra accedis, nihilominus tam temere atque imparatus ad splendidissimum mysterium ades, in quo tua spiritalis fit nativitas, et unde lucis filius appellaris? Nec vereris, ne id patiaris, quod homini infirmis oculis solem spectare volenti solet accidere?

γ'. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο καλῶς, ὡς οἶμαι, προδιέτεθη καὶ διετυπώθη, φέρε ὡς οἷόν τε χωρήσωμεν ἐπὶ τὰ Προφώτια, καὶ ἴδωμεν κεκαθαρμένοις ὀφθαλμοῖς ὅπως τὸ ἀληθινὸν φῶς ἐξ αὐτῆς γεννήσεως ἀνατεταλκὸς, μέχρι τοῦ φωτογενοῦς βαπτίσματος πρόεισι θεολογούμενον· οὕτω γὰρ ὁ νοῦς τῇ ἱστορίᾳ συνεπόμενος φωτίζοιτο, καὶ ὁ λόγος ἐφαρμογῇ τὴν διήγησιν ποιήσοιτο, ἐφ' ἑκάστῃ τελετῇ ἐπιθεωρῶν τὰ προσήκοντα. Ἄρτι τοιγαροῦν ἐκ Παρθένου γεννηθεὶς ὁ ὑπερούσιος, ἀγγέλους ὑμνῳδοὺς τοῦ μυστηρίου παρίστησι· καὶ σκοπῶμεν τὸ ἀπόῤῥητον· τί; Ἵνα γνωρισθῇ πᾶσιν ὅτι ὃν κατ' ἀρχὰς τῇ γενέσει τῶν ἄστρων ὡς γενεσιουργὸν ὕμνησαν ἄγγελοι, τοῦτον νῦν γεννηθέντα καὶ ὀφθέντα ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς εἶδει ὑμνοῦσι καὶ δοξάζουσι· διὸ καὶ ἀστὴρ αὐτὸν μηνύει πᾶσι, καὶ οὕτως ὑπὲρ τὴν τῶν ἀστέρων φύσιν δεικνύμενος, τῇ τε τοπικῇ κινήσει, καὶ τῇ ἡμερινῇ λάμψει· τί δήποτε; Ὡς ἂν κἀντεῦθεν δηλωθῇ ὑπερφυὴς ὁ κυηθεὶς, ἄνθρωπος μὲν τὸ ὁρώμενον, Θεὸς δὲ τὸ νοούμενον. Ἐντεῦθεν τὸ τῆς περιτομῆς θεώρημα, οὐδ' αὐτὸ ἀμοιροῦν θεολογίας τοῖς ἐπεσκεμμένως ἔχουσι· τὸ γὰρ ἐπικληθὲν αὐτῷ Ἰησοῦς ὄνομα, κατὰ τὴν τοῦ ἀγγέλου προανάῤῥησιν, ἐπείπερ ἐστὶ Σωτῆρος ἔμφασιν ἔχον, θείας φύσεως γνωριστικόν ἐστι, παντί που δῆλον· μηδὲ γὰρ ἐπιπεμπέτω τὴν γλῶσσαν ἐνταῦθα ὁ θεομάχος διὰ τῆς τοῦ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ὁμωνυμίας προεξηγούμενος, ὡς οὐκ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ σχετικῶς αὐτῷ συναφθέντος τεθειμένον. Οὐδὲ γὰρ, ἐπείπερ πολλοὶ κύριοι, καὶ οὐ κατὰ φύσιν οὗτοι· πρὸς δὲ καὶ θεοὶ, ἀλλ' οὐδ' αὐτοὶ κατὰ φύσιν· ἀλλ' εἷς Κύριος, εἷς Θεὸς ὁ κατὰ φύσιν ἀληθής· οὕτω καὶ πολλαὶ προσηγορίαι Ἰησοῦ, ἀλλ' εἷς Ἰησοῦς ὁ τῶν ἁπάντων Σωτήρ.

3. Sed quia hoc egregie, ut existimo, jam dispositum fuit et constitutum, age quoad fieri potest ad hoc pervigilium veniamus, purgatisque oculis observemus, quomodo verum lumen jam inde ab ipsa nativitate ortum, usque ad splendidum baptismum comite divinitate procedat. Sic enim mens historiam discurrens illustrabitur, et oratio nostra idoneam narrationem faciet, tum in singulis divinæ vitæ gradibus quod apprime decet considerabit. Nuper ergo ex Virgine natus incomprehensibilis Deus, angelos mysterii hymnologos fecit. Et arcanum, quæso, animadvertamus. Quodnam vero? Nempe ut omnibus notum fieret, quod illum quem initio mundi, cum astra conderentur, tanquam Creatorem hymno celebraverant, nunc humanitus natum, et in specie nostra visum, hymnis celebrant atque honorant. Ideoque et stella cunctis illum significat, stella scilicet præter suam naturam semet exhibens, tum locali motu, tum etiam diurno splendore. Cur id? inquam. Ut hinc etiam supernaturalis appareret qui natus erat, et homo quidem cerneretur, Deus tamen intelligeretur. Sequitur circumcisionis contemplatio, ne ipsa quidem theologia carens, si modo intenta mente fiat. Nam Jesu nomen impositum, juxta angeli prædictionem, quia Servatorem sonat, divinæ naturæ significativum esse nemo non videt. Neque vero hic vibret linguam Dei aliquis hostis, propter Jesu Nave filii homonymiam, dicens non fuisse hoc nomen tanquam Deo Verbo impositum, sed homini cujus cum illo vetere convenientia aliqua fuit. Neque enim, etiamsi multi domini sunt, haud tamen natura sunt tales; vel si multi dii, ne hi quidem reapse tales; sed unus Dominus, unus Deus suapte natura verus. Sic etiam multi sunt nomine Jesu appellati, ut tamen unus sit Jesus omnium Servator.

δ'. Ἐντεῦθεν ἀνῆκται εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ οἷα τὰ

4. Deinde Hierosolymam deportatus est; et quæ-

Digitized by Google

nam ejus qui illum ulnis excepit Simeonis verba fuerint, scimus; nempe quod esset salutare Dei, paratum ante faciem omnium populorum, et lumen ad gentium revelationem [5], et si quid aliud hujusmodi de illo pronuntiavit, id æque de Patre theologice dici posse judicandum est. Namque etiam Pater, Servator lumenque in oraculis nominatur. Qui porro eamdem appellationem substantive participant, iidem eamdem quoque se habere naturam produnt. Itaque Filius Patri ait : Omnia mea, tua sunt; et tua, mea : reciprocatione secundum naturam affirmata, non secundum personarum terminum : hoc enim Sabellianæ confusionis commentum est, quod rejicimus. Postea in Ægyptum descendit, et quidem deportatus. Sed audi quid dicat Isaias : *Ecce Dominus levi nubi insidens veniet in Ægyptum, et cuncta Ægypti idola coram eo commovebuntur* [6]. Quid clarius dici potuit de Deo incarnato illuc adventante? Mox de Ægypto revertitur, et incolatum Nazareti delegit, unde etiam agnomen contraxit. Tu vero ne cogitationibus fluctues, dum Dei descensum reditumque audis, et localem motum ac transmigrationem. Nam si Verbum sine corpore intelligeretur, non temere mentem nostram commoveri ac perturbari contingeret : sed quia cum corpore est, nihil est absonum aut inconsequens : namque ut Deus in carne apparuit; ita loca mutat Deus in carne, et alias quaslibet vitæ carneæ proprietates admittit.

A τοῦ ὑποδεξαμένου αὐτὸν ἐν ταῖς ἀγκάλαις Συμεὼν ῥήματα, ἴσμεν· τὸ γὰρ σωτήριον Θεοῦ ἡτοιμασμένον κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν, φῶς τε εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ εἴ τι τούτοις ἕτερον αὐτὸν ἀποκαλέσαι, ἐπ' ἴσης τῷ Πατρὶ εἶεν θεολογούμενα· ἐπεὶ καὶ ὁ Πατὴρ καὶ Σωτὴρ καὶ φῶς πρὸς τοῖς λογίοις ὠνόμασται· τὰ δὲ τῆς αὐτῆς ὀνομασίας ὑπαρκτικά, καὶ τῆς αὐτῆς ἂν εἴη φύσεως δηλωτικά. Καὶ γοῦν Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα φησί· Πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά· τῆς ἀντιστροφῆς κατὰ τὸν τῆς οὐσίας δηλονότι λόγον ὁμολογουμένης, οὐ κατὰ τὸν τῶν ὑποστάσεων ὅρον· τοῦτο γὰρ τῆς συγχύσεως Σαβελλίου τὸ φρόνημα, ὅπερ ἠρνήμεθα. Ἐντεῦθεν κάτεισιν εἰς Αἴγυπτον καὶ ὑπειλημμένος [cod. ὑπειλημμένον]· ἀλλ' ἄκουσον τί φησιν B Ἡσαΐας· *Ἰδοὺ Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξει εἰς Αἴγυπτον, καὶ σεισθήσεται πάντα τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ*· οὗ τί ἂν γένοιτο γνωριμώτερον, Θεὸν ἐν σαρκὶ εἶναι τὸν ἐκεῖσε ἀφικόμενον; Ἐντεῦθεν ἐξ Αἰγύπτου ἐπάνεισιν, καὶ εἰς Ναζαρὲτ οἰκεῖν εἵλετο, ἀφ' ἧς καὶ τὴν ἐπωνυμίαν εἴληφε· σὺ δὲ μήπω ὀλιγιάσῃς τοῖς λογισμοῖς ἀκούων ἐπὶ Θεοῦ κάθοδον καὶ ἄνοδον, τοπικήν τε κίνησιν καὶ μετάθεσιν· εἰ μὲν γὰρ χωρὶς σώματος ὁ Λόγος ἐξηκούετο, ἦν εἰκὸς τὸ ἐπισεῖον τὸν νοῦν καὶ θορυβοῦν· ἐπεὶ δὲ μετὰ σώματος, οὐδὲν ἀπηχὲς οὐδὲ ἀνακόλουθον· ὡς γὰρ ἐφανερώθη Θεὸς ἐν σαρκί, οὕτω καὶ τόπους ἀμείβει Θεὸς ἐν σαρκί· καὶ ὅσα ἄλλα τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς ἰδιώματα προσίεται.

C

5. Hinc jam annos duodecim natus in medio doctorum sedet, audiens et interrogans, prudentibusque responsis audientes obstupefaciens. Age vero quisnam illa ætate tam mira diceret, nisi omnino incarnatus Deus? Tum etiam a Matre interrogatus, quæ revelari ab eo Dei gloriam optabat, rei gestæ rationem reddidit. Viden' quanta in brevi narratione theologia sit? et quomodo Dominus gloriæ, ceu rex quidam magnifice ex regalibus thalamis, maternis, inquam, visceribus, prodiens, dextra lævaque hymnis celebratur? Merito ergo tonitrui filius Joannes clamavit : *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis* [7]. Sed ecce Joannes e deserto veniens, peregrinum D Israelitis et exoptatum spectaculum, Dei angelus et apostolus primus electus. Oportebat enim tanti regis talem esse militem, et pontificis maximi tantum ministrum. Et intelligamus mysterium, quale quantumque sit. Quia fieri non poterat, quin paranympho præsente sponsus quoque adesset, et clamante voce Verbum pariter audiretur : quid accidit? quidve prudenter curatum est. Secedit puerulus Joannes a publicis locis in abstrusa, ceu lucerna quædam sub modio in deserto præter naturæ ordinem degens. Ibi supernas audit voces, et divinis visionibus dignus habetur; et ineffabilibus initiatur

ε'. Ἐντεῦθεν δωδεκαετὴς γενόμενος ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων κάθηται ἐπαΐων καὶ ἐπερωτῶν καὶ ταῖς ἐμμελέσιν ἀποκρίσεσιν ἐξιστῶν τοὺς ἀκούοντας. Τίνος δ' ἂν καὶ εἴη ἐν τοιαύτῃ ἡλικίᾳ τηλικαῦτα ἐξαίσια φθέγγεσθαι, ἢ πάντως Θεοῦ σεσαρκωμένου; Ἀλλὰ γὰρ καὶ ὑπὸ τῆς μητρὸς ἀνακρινόμενος, φιλοπευστούσης μαθεῖν τὴν ἀποκάλυψιν τῆς πατρικῆς αὐτοῦ δόξης, τὸν λόγον ἀποδίδωσιν. Ὁρᾷς ὅσον ἐκ σχεδιασθείσης διηγήσεως ὑπεδείχθη τὰ θεολογούμενα; καὶ ὅπως ὁ Κύριος τῆς δόξης οἷά τις βασιλεὺς εὐπρεπῶς ἐξ ἀνακτορικῶν θαλάμων τῶν μητρικῶν δὴ σπλάγχνων προερχόμενος τῇδε καὶ τῇδε ὑμνηται; Εἰκότως οὖν ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς Ἰωάννης κέκραγεν· *Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν (καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς) πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.* Ἀλλ' ἤδη καὶ Ἰωάννης ἀπὸ τῆς ἐρήμου προερχόμενος, τὸ ξένον Ἰσραηλίταις καὶ πολύευκτον θέαμα, ὁ Θεοῦ ἄγγελος, καὶ ἐν ἀποστόλοις προχειροτόνητος· ἔδει γὰρ τηλικούτου βασιλέως τοιοῦτον εἶναι τὸν στρατιώτην, τοῦ μεγίστου ἀρχιερέως τοσοῦτον τὸν ὑποφήτην· καὶ νοῶμεν τὸ μυστήριον οἷον καὶ ἡλίκον. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐνεδέχετο τοῦ νυμφαγωγοῦ παρόντος, μὴ καὶ τὸν νυμφίον συμπαρεῖναι, καὶ τῆς φωνῆς βοώσης μὴ καὶ τὸν Λόγον ἀκουτίζεσθαι, τί γίνεται, καὶ τί τὸ οἰκονομούμενον; Συστέλλεται εὐθὺς ἀπὸ σπαργάνων ἀπὸ τοῦ

[5] Luc. II, 30, 32. [6] Isa. XIX, 1. [7] Joan. I, 14.

Digitized by Google

ἐμφανοῦς εἰς τὸ ἀφανέστερον ὁ Ἰωάννης, καθάπερ τις λύχνος ὑπὸ μοδίῳ ἐν τῇ ἐρήμῳ ὑπερφυῶς ἐνδιατώμενος· κἀκεῖ θείων ἀκούει φωνῶν καὶ θεοπτίας ἀξιοῦται· ἄῤῥητά τε μυσταγωγούμενος καὶ ἐκδιδασκόμενος, καθάπερ ἔτι ὢν ἔμβρυος, τίς εἴη ὁ Ἰησοῦς, ὅτιπερ Υἱὸς Θεοῦ, καὶ ἐφ' ᾧ τὸ σημεῖον τῆς πνευματοειδοῦς περιστερᾶς, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ βαπτίσων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

atque edocetur, sicut olim adhuc embryo cognovit, quis esset Jesus, nempe quod Dei Filius, et quod supra quem Spiritus in columbæ specie descenderet, is foret qui in Spiritu sancto esset baptizaturus.

ς'. Ἐπειδὴ δὲ ἦκε τὸ μέτρον τῆς ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τέλος εἴληφεν ἡ περίοδος τῆς τριακονταέτους παρατάσεως, τηνικαῦτα ὁ μὲν λύχνος ἐπὶ τὴν λυχνίαν καιόμενος, καὶ φαίνων τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ ἀγαλλιάσιμα· (εἴπερ δεῖ οἰκίαν ὑπολαμβάνειν τὴν Ἰσραηλιτικὴν Συναγωγήν·) τό τε ἀληθινὸν φῶς ἐπιφαινόμενον καὶ φωτίζον τὸν κόσμον. Ὦ τοῦ θαύματος! ὁ ἥλιος πρὸς τὸν ἀστέρα, ὁ λόγος πρὸς τὴν φωνήν, ὁ νυμφίος πρὸς τὸν φίλον, οἰκονομίας εἵνεκα, ἵνα διὰ τῆς ἐπιβιβάσεως πληρουμένης ἐν τῷ Ἰησοῦ πάσης δικαιοσύνης, ὁ μὲν αὐξάνει, εὐαγγελικῶς εἰπεῖν, ὁ δὲ ἐλαττοῦται. Πῶς γὰρ ἂν καὶ οὐκ ἦν ἐλαττοῦσθαι τὸ λυχνιαῖον φῶς, μᾶλλον δὲ καὶ πάντη ἐκ μέσου ἀπεῖναι, τοῦ τῆς δικαιοσύνης Ἡλίου ἤδη τοῖς θαύμασι μαρμαρύσσοντος ἐξαίσια; βλέπεις ὅσος ὁ χρονικὸς ἀριθμὸς τῆς σωματικῆς ἐντελείας, ἐν ᾧ ὑπετάσσετο τοῖς γονεῦσιν Ἰησοῦς; *Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ!* Δι' ἣν αἰτίαν ἄρα; Ἄλλος μὲν οὖν ἄλλο λεγέτω, τῶν ὑψηλῶν τῇ θεωρίᾳ καὶ τὰ βάθη τοῦ Πνεύματος ἐγνωκότων· ὡς γοῦν ἐμοιγε δοκεῖ, δυοῖν ἕνεκα· ἵνα καὶ υἱέσι τὸ πρὸς τοὺς γονέας ὑποτακτικὸν διὰ τῆς οἰκείας ὑποταγῆς ὁ πάντων νομοθετῶν νομοθέτης νομοθετήσῃ, τάς τε μεθηλικιώσεις ἁγιάσοι· καὶ τρίτον, μὴ ἀποξενωμένον τι καὶ ἀπεοικὸς τῆς καθ' ἡμᾶς βιοτῆς, ἐν ᾗ μάλιστα τὸ τέλειον ἡμῖν πρόσεστι, τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν ὁ παντέλειος ἐπιδεικνείοι· ὅπου γε καὶ οὕτω τῆς ἀνδρικῆς ἡλικίας τὸ τέλειον ἔχοντος, ἐτόλμησεν Ἄρειος ἄψυχον αὐτοῦ τὸ σῶμα ἀποφῆναι· Ἀπολινάριος δὲ κατὰ συνδρομὴν ἀσεβείας ἄνουν αὐτὸν φληναφῆσαι· ὁ δὲ νῦν Μανιχαῖος (1) κατὰ προοῦχουσαν ἀσέβειαν, ἄγραπτον αὐτὸν δογματίσαι. Καὶ σκοπῶμεν ὅση ἡ διαφορότης θατέρου πρὸς θάτερον. Ὁ μὲν οὖν τῷ ἀψύχῳ προϊστάμενος, ἐξίστησι ζωῆς τὸ Δεσποτικὸν σῶμα· τὸ γὰρ ἀμοιροῦν ψυχῆς, καὶ ζωῆς ἐστιν ἐκτὸς δηλονότι· ὁ δὲ τὸ [*cod.* τῷ] ἄνουν, τῇ ἀλόγῳ συντάττει οὐσίᾳ· ἐπείπερ πᾶν ἄνουν, καὶ ἄλογον· ὁ δὲ τῷ ἀγράπτῳ, οὐδὲ ὅλως φύσει σώματος τὸ σῶμα δοξάζει· εἴπερ τῷ ἀπεριγράπτῳ συνακολουθεῖ τὸ ἀσώματον. Εἰ γὰρ σῶμα, πᾶν δὲ σῶμα ὑπ' ἀφὴν καὶ χροιάν ἐστι τελοῦν, τὸ δ' ἐν τούτοις ὑποπίπτον ἐξ ἀναγκαίου ἕπεται, εἰ μὴ ληρῶμεν, καὶ τὸ περιγράφεσθαι· ὡς εἰ μὴ περιγράφοιτο, πάντη τε καὶ πάντως τοῦ οἰκείου ὅρου ἐξοιχήσεται εἰς τὸ ἀσώματον ἀνατρέχον· οὐδὲν, ὡς ἔοικε, τὸ ἐπισχεῖν γλῶσσαν ἀσεβοῦσαν ἐπικουρουμένην κράτει ἐξουσίας.

6. Sed postquam venit mensura plenitudinis ætatis Christi, et triginta annorum periodus est absoluta, tunc demum lucerna ardere in candelabro cœpit, et lætitiam domesticis splendore suo creare (si tamen domum reputare oportet Synagogam Israeliticam) : tunc verum apparuit lumen quod mundum illuminat. O portentum! Sol venit ad stellam, Verbum ad vocem, sponsus ad amicum; et id quidem dispensationis mysterio, ut gradatim completa in Jesu justitia, hic quidem cresceret, ut evangelicis verbis utamur, ille vero minueretur. Quomodo enim non minueretur lucernæ lumen, imo et omnino tolleretur de medio, cum jam sol justitiæ immensis prodigiorum splendoribus refulgeret? Cernis quanto corporalis ætatis spatio sub parentum suorum potestate Jesus fuerit? *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei* [a]! Cur ea res, inquam? Alii alia dicant, qui sublimia intelligunt, et profunda spiritus norunt. Quantum mihi quidem videtur, duæ causæ fuerunt, nempe ut obedientiam parentibus subjectione sua legislator legislatorum, lege firmaret, ac ætatum transitiones et gradus sanctificaret. Tertia quoque causa fuit, ne insolitum aliquid et vitæ nostræ inusitatum, præsertim matura ætate, in suæ vitæ genere hic perfectissimus homo exhiberet. Ecce enim etiamsi ad id virilis ætatis complementum devenit, ausus est Arius corpus ejus exanime affirmare : Apollinaris, impietate æmulus, ipsum sine mente commentus est : hodiernus denique Manichæus incircumscriptum ipsum per summam impietatem dogmatizat. Et observemus quæ sit horum inter se differentia. Qui exanimem esse contendit, vitam denegavit dominico corpori : nam quod anima caret, vita alienum est, ut patet. Qui autem absque mente fecit, is illum cum bruta substantia numeravit : nam quidquid sine mente est, ratione quoque caret. Qui denique incircumscriptum esse vult, ne corpoream quidem naturam corpori concedit : etenim incircumscripti consequens est incorporeum. Nam si corpus est, omne autem corpus tactui atque colori obnoxium est; quidquid his qualitatibus subest, necesse est (nisi forte nugari volumus) ut circumscribatur : adeo ut nisi circumscribatur, a sua prorsus definitione excidat, et in rem incorpoream dissolvatur. Nihil tamen videtur linguæ intemperantiam cohibere posse, quæ sæculari potestati serviat.

ζ'. Ἀλλ' ἀνακτέον τὸ ὄμμα ἐπὶ τὰς προφητικὰς θεοπτίας καὶ θεωρητέον ὅπως ἐν αὐταῖς ὑποτυποῦται τὸ ἱερώτατον βάπτισμα· εἰς τοῦτο γὰρ καλεῖ ἡ συν-

7. Sed convertendus est oculus ad visiones propheticas, videndumque quomodo sacratissimus ab his baptismus portendatur; huc enim nos vocat

[a] Rom. XI, 33.

(1) Dicit novos Manichæos seu Paulicianos Iconomachos.

Digitized by Google

sermonis series. Quid ergo Isaias ait? inde enim verba sumimus : *Lætare, sitiens desertum, quia apud te fons erupit, et rivus in terra sitiente.* Humanam scilicet naturam alloquitur, quæ in deserto veluti erat absque bonorum ex fide operum fecunditate: ideoque adoptionis laticem optanti, scaturiit baptismi aqua, amnici fluenti instar, Jordanes fluvius. Quid inde? *Erit arida in paludem*, id est in uberem fidem : *et terræ sitientis loco, aquæ fons*, ipse nimirum adoptionis fons : *ibique erit avium tripudium*, ex baptismo videlicet renatarum [9] : nam tropice baptizati avibus comparantur, quia sub rerum initio aves ex aquis productæ traduntur. Quid autem Gedeonis concha humore plena? Maternam adoptionis piscinam narratio illa significat; et quidem rotunda figura, et quaquaversus polita, ut innocentiæ speciem præbeat; in quam defluit intellectualis velleris salutaris ros Spiritu sancto plenus : unde regenerantur novelli initiati Dei filii, carnis et sanguinis nativitate mutata : ac tantopere in virum perfectum aucti, ut suo tridentali, id est Trinitatis cultu, dæmoniacum populum debellare queant. Quid item illa Eliæ tempore circa altare et victimam terna aquæ effusio? Puto hinc significari vel triplicem Dei beatissimi super baptizatum invocatam personam, vel ipsius baptizati triplicem immersionem. Naaman etiam ex aqua, Elisæi mandato, purgatus totus emersit : *Restituta est enim*, inquit Scriptura [10], *caro ejus ceu pueri parvuli, et mundatus est.* Symbolum jam tum id fuit baptizatorum : recens enim, et priorum deletis culparum stigmatibus exit, quisquis spiritu perficitur.

8. Atque ut gratuitum quoque spiritalis regenerationis beneficium esse cognoscas, audi Isaiam dicentem : *Sitientes, venite ad aquam; et qui non habetis argentum, ad emendum accedite* [11]; omni enim volenti gratia patet; qua qui non potitur, vitæ jacturam facit. Sed hæc nos partim tantum delibamus ac participamus, nam paupercula etiam mens suas facit oblationes, pervigilium hoc quantum potest sanctificans. Tu vero mecum specta quæ oculis sunt subjecta : piscinæ aquis implentur, fontes ac fistulæ, rivi et stagna, Spiritus receptacula proponuntur : aquarum natura ad summum honorem evehitur. Lumina multiplicia nocte hac sacra, siderum instar, toto orbe parantur. Stat in singulis urbibus oppidisque præco celso loco sacra faciens, aquasque sanctificans per divini Spiritus in ipsas adventum; quarum utinam participatione sanctificemur, et deinde omnes splendido spiritu illustrati appareamus, in Christo Jesu Domino nostro. Cui gloria et potentia cum Patre et sancto Spiritu, nunc et per sæcula sæculorum. Amen.

[9] Isa. xxxv, 1, 6, 7. [10] IV Reg. v, 14. [11] Isa. lv, 1.

(2) Dicit Iconomachos Leoni Armeno imp. gratificantes.

A ἐχεια τοῦ λόγου. Τί οὖν φησιν Ἡσαΐας (2); ἔνθεν γὰρ ἐλόντες εἴπομεν· *Εὐφράνθητι, ἔρημος διψῶσα· ὅτι ἐρράγη ἐν ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ φάραγξ ἐν γῇ διψώσῃ.* Τῇ ἀνθρωπίνῃ δηλονότι φύσει ἡ προσφώνησις, ἐν ἐρήμῳ οὔσῃ τῆς ἐκ πίστεως καὶ ἀγαθῶν ἔργων καρποφορίας· καὶ διὰ τοῦτο τὸ τῆς υἱοθεσίας; νᾶμα διψώσῃ ἐρράγη τὸ τοῦ βαπτίσματος ὕδωρ, καθάπερ τι ῥεῦμα ποτάμιον τὸ τοῦ Ἰορδάνου ῥεῖθρον· κἀντεῦθεν τί; *Καὶ ἔσται ἡ ἄνυδρος εἰς ἕλη,* τουτέστιν εἰς ἀμφιλαφῆ πίστιν· *καὶ εἰς τὴν διψῶσαν γῆν, πηγὴ ὕδατος ἔσται·* αὐτὴ δηλαδὴ ἡ κρήνη τῆς υἱοθεσίας· *καὶ ἐκεῖ ἔσται εὐφροσύνη ὀρνέων,* τῶν ἐκ τοῦ βαπτίσματος δηλονότι ἀναγεννωμένων, ὀρνέοις τροπικῶς ἐοικότων διὰ τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ὑδάτων καὶ τὴν ὕπαρξιν ἐσχηκέναι. Τί δὲ κατὰ B τὸν Γεδεὼν πλήρης λεκάνη ὕδατος; Τὴν τῆς υἱοθεσίας μητρόμοιον κολυμβήθραν ὑποσημαίνει ὁ λόγος, κυκλοτερῆ τε οὖσαν τῷ σχήματι, καὶ πάντοθεν ἀποτετορνημένην, τῇ τῆς ἀναμαρτησίας ἰδέᾳ· ἐφ' ᾗ ἀπερρύη ἡ τοῦ νοητοῦ πόκου ἰαματικὸς δρόσος πλήρης Πνεύματος ἁγίου· ἐξ ἧς ἀναγεννῶνται οἱ νεοτελεῖς Θεοῦ παῖδες, τὴν ἐκ σαρκὸς καὶ αἵματος ἀμειψάμενοι γέννησιν· καὶ τοσοῦτον εἰς ἄνδρα τέλειον ἀνατρέχοντες, ὡς καταπαλαίειν τῇ Τριαδικῇ λατρείᾳ τὸ δαιμόνιον φῦλον. Τί δὲ ἡ κατὰ τὸν Ἠλίαν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν τε καὶ τὸ ὁλοκαύτωμα τρισσευομένη τοῦ ὕδατος ἐπίχυσις; Οἶμαι δηλοῦν ἡ τὴν τρισσὴν τῆς θείας μακαριότητος ἐν τῷ βαπτιζομένῳ ἐπιβοωμένην ὑπόστασιν, ἢ τὴν τρισσὴν αὐτοῦ τοῦ τελουμένου κατάδυσιν· ἄνεισι δὲ Νεεμὰν ἀπὸ τοῦ ὕδατος κατὰ C τὴν Ἐλισσαιὲ διαταγὴν κεκαθαρμένος ὅλος· *Ἐστρεψεν γὰρ,* φησίν, *ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν ὡς παιδαρίου μικροῦ, καὶ ἐκαθαρίσθη.* Σύμβολον ἤδη τοῦτο τῆς ἁπάντων τῶν βαπτιζομένων ἁμαρ[τη]τικῆς καθάρσεως· νεοθαλὴς γὰρ πᾶς τις καὶ ἄσπιλος τῶν προκατεοτιγμένων πλημμελημάτων ἄνεισιν ὁ τελεσθεὶς ἐν πνεύματι.

η'. Εἰ δὲ βούλει γνῶναι καὶ τὸ ἄμισθον τῆς πνευματικῆς ἀναγεννήσεως, ἄκουσῃ τοῦ Ἡσαΐου λέγοντος· *Οἱ διψῶντες, πορεύεσθε ἐφ' ὕδωρ· καὶ ὅσοι μὴ ἔχετε ἀργύριον, βαδίσαντες ἀγοράσατε·* παντὸς γὰρ τοῦ προαιρουμένου τὸ χάρισμα, καὶ οὗ μὴ τυχεῖν, ζωῆς ἐστιν ἀπότευξις. Ἀλλὰ τούτων μὲν ἀπὸ μέρους ἡ λῆψις καὶ μέθεξις· ὅτι καὶ ἐκ πενιχρᾶς διανοίας ἡ προκόμισις ἐφ' ὅσον οἷόν τε ἀφοσιουμένης τὰ προεόρτια. Σὺ δέ μοι ἄθρει οἷα τὰ ὁρώμενα· D κολυμβῆθραι ὑδάτων πεπλήρωνται, πηγαί τε καὶ κρῆναι, ποταμοί τε καὶ λίμναι, δοχεῖα τοῦ Πνεύματος πρόκειται· ἡ φύσις τῶν ὑδάτων εἰς τιμὴν ὑπέρτιμον προέρχεται· φῶτα πολυειδῆ τῆς ἱερᾶς νυκτὸς δίκην ἀστέρων κατὰ πᾶσαν τὴν ὑπουράνιον ἑτοιμάζεται· εἱστήκει δὲ κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν κήρυξ ἐπὶ τοῦ μετεώρου ἱερεύων τὰ θεῖα, καὶ ἁγιάζων τὰ ὕδατα διὰ τῆς ἐπ' αὐτὰ τοῦ θείου Πνεύματος ἐπιφοιτήσεως· ὧν τῇ μεθέξει ἁγιασθείημεν, καὶ τῇ ἐξῆς ὀφθείημεν ἅπαντες φαεινοὶ τῷ παμφαεῖ πνεύματι· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Digitized by Google

Δ'.

Λόγος κατηχητικὸς τῇ ἁγίᾳ μεγάλῃ Κυριακῇ τοῦ Πάσχα.

IV.

Oratio catechetica in sanctum magnum Paschatis diem dominicum.

(Ang. Mai, *loc. cit.* p. 24.)

A

5. Sed enim quænam mens complectatur, vel oratio exæquet, quot quantaque ibi cecinerunt, dixerunt, laudativo præconio extulerunt theologi viri? At postquam justis sacris functi fuerunt, sancteque sancta peregerunt, ecce adfuit ipse Dominus cum gloria fortitudinis suæ omnique cœlorum exercitu. Et invisibiliter quidem incorporei (angeli), corporaliter autem apostoli divinorum magnalium hymnistæ erant. Mista erat, o fratres, panegyris atque chorus cœlestium ac terrenorum (nec quisquam miretur nostram Deo dignas res narrantem orationem), Angelorum, Archangelorum, Dominationum, Thronorum, Principatuum, Potestatum, Virtutum, Cherubinorum, Seraphinorum, apostolorum, martyrum, justorum : quorum alii deducebant, alii præcedebant, alii subsequebantur, alii stipabant, cunctique una voce cum jubilis clamabant : Cantate Domino, laudate Dominum, benedictus Dominus super justo monte sancto ejus, et exaltetur cœlum in sublime. Quis ergo audivit par canticum a sæculo, o Philochristi? quis hujusmodi exsequiarum pompam? Quis unquam talem transitum novit, quali Mater Domini mei digna fuit? Neque id immerito, quandoquidem nemo illa excelsior, quæ omnium maxima C fuit. Horret spiritus meus, dum transitus tui magnalia, o Virgo, recogitat. Perhorrescit mens mea, dum tuæ dormitionis admirabilitatem reputat. Hæret lingua mea, dum tui reviviscentis mysterium enarrat. Nam quis digne auditas faciet omnes laudes tuas, et narrabit cuncta mirabilia tua? Quænam mens satis sublimi facundia eloquetur? quænam lingua magnisona prædicabit? tua, inquam, decora effabitur, res tuas describet, merita tua verbis exprimet, vel tua mirabilia exæquabit mysteria, celebritates, festos dies, laudationes, encomia? Quamobrem ad hoc quoque mysterium celebrandum infirma est, viribus impar, et attingendo scopo inepta convincitur. Tu enim superemines, excedis, incomprehensibiliter superas, altitudine, magnitudine, sublimissimam D quamlibet cœli partem : sanctitatis quidem splendore lucem solis, meritorum jure angelorum dignitatem, et cujuslibet incorporeæ rationalis substantiæ intellectualium et intelligibilium virtutum.

6. Sed, o illustrem splendidamque, sic enim læ-

ια'. Χαίροις, πύλη κεκλεισμένη, δι' ἧς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ εἰσελήλυθεν καὶ ἐξελήλυθεν, κατὰ Ἰεζεκιὴλ τὸν θεοπτικώτατον.

ιβ'. Χαίροις, τὸ ἀλάξευτον χειροῦψηλότατον ὄρος, ἐξ οὗ ὁ ἀκρογωνιαῖος ἀποτέτμηται λίθος, κατὰ Δανιὴλ τὸν θεολογικώτατον.

ε'. Καὶ ποῖος νοῦς χωρήσειεν, ἢ τίς λόγος ἐφίκοιτο, ὅσα ἐκεῖσε ἦσαν, ἔφασαν, ἐμακάρισαν οἱ θεολόγοι; Ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ εἰκότα ἱερούργησαν ἱερῶς, καὶ ἁγίως τὰ ἅγια ἐπετέλεσαν, ἰδοὺ παρεγένετο καὶ ὁ Κύριος μετὰ δόξης ἰσχύος αὐτοῦ καὶ πάσης στρατιᾶς οὐρανοῦ· καὶ ἀοράτως μὲν ἐλειτούργουν οἱ ἀσώματοι, σωματικῶς δὲ οἱ ἀπόστολοι ὑμνῳδοὶ τῆς θείας μεγαλειότητος ἐδείκνυντο· συμμιγὴς ἦν, ἀδελφοί, ἡ πανήγυρις καὶ ὁ θίασος οὐράνιός τε καὶ ἐπίγειος B (καὶ μὴ ξενιζέτω ὁ λόγος τὰ θεοπρεπῆ ὑπογράφων), Ἀγγέλων, Ἀρχαγγέλων, Κυριοτήτων, Θρόνων, Ἀρχῶν, Ἐξουσιῶν, Δυνάμεων, τῶν Χερουβικῶν, καὶ Σεραφικῶν, ἀποστόλων, μαρτύρων, δικαίων, τῶν μὲν προτρεχόντων, τῶν δὲ προσυπαντώντων, τῶν μὲν ἡγουμένων, τῶν δὲ προηγουμένων, τῶν δὲ ἑπομένων, τῶν δὲ παρεπομένων, πάντων φωνῇ μιᾷ ἐν εὐφροσύνῃ βοώντων· Ἄσατε τῷ Κυρίῳ· αἰνέσατε τὸν Κύριον· εὐλογημένος Κύριος ἐπὶ δίκαιον ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ· καὶ ἀνυψωθήτω ὁ οὐρανὸς εἰς τὸ μετέωρον· τίς οὖν ἤκουσεν ἐξ αἰῶνος τοιοῦτον ἐξόδιον, ὦ φιλόχριστοι; τίς ἔγνω τηλικαύτης κηδείας προπομπήν; τίς ἦσθετο τοιαύτης μεταβάσεως πώποτε, οἵας ἡ Μήτηρ τοῦ Κυρίου μου ἠξίωται; καὶ οὐκ ἀπεικός· ἐπειδήπερ οὐδέ τις ὑπέρτερος αὐτῆς δέδεικται, μειζοτέρας C οὔσης ἁπάντων· φρίττει μου οὖν τὸ πνεῦμα τὸ μεγαλεῖον τῆς μεταστάσεώς σου, ὦ Πάρθενε, διενθυμούμενος· ἐκπλήττεταί μου ὁ νοῦς τὸ τῆς κοιμήσεώς σου θαυμάσιον ἀναλογιζόμενος· συνδέδεταί μου ἡ γλῶττα τὸ τῆς παλιγγενεσίας (10) σου μυστήριον ἐκδιηγουμένη· τίς γάρ ἐστιν ἐκεῖνος, ὃς ἐπαξίως ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις σου, διηγήσαιτο πάντα τὰ θαυμάσιά σου; ποῖος νοῦς ὑψηγορῶν ῥητορεύσει; ποῖα γλῶσσα μεγαληγοροῦσα φθέγξεται, καὶ τὰ σὰ ἐξείποι, τὰ σὰ παραστήσει, τοῖς σοῖς προσβάλλει ῥήμασιν, ἢ τῶν σῶν ἐφικνεῖται θαυμασίων τελετῶν, πανηγύρεων, ἑορτῶν, διηγήσεων, ἐγκωμίων; μεθ' ὧν καὶ τοῦ παρόντος μυστηρίου ἀσθενεῖ, ἀτονεῖ, ἀποτυγχάνει, ἀπελέγχεται· καὶ γὰρ ὑπερέχεις, ὑπερβάλλεις, ὑπερτερεύεις ἀσυγκρίτως, ἐν ὕψει καὶ μεγέθει τοῦ ἀνωτάτου πόλου, ἐν ἀγνείᾳ λαμπρότητι τοῦ ἡλιακοῦ φάους, ἐν παῤῥησίᾳ οἰκειώσει τῆς ἀγγελικῆς ἀξίας, πάσης τῆς ἀΰλου καὶ λογικῆς οὐσίας νοητῶν τε καὶ νοερῶν δυνάμεων.

ς'. Ἀλλ' ὦ τῆς ἐπιφανοῦς σου καὶ λαμπρᾶς (δι'

[29] Ezech. XLIV, 2. [30] Dan. II, 45.

(10) De Deiparæ corpore resuscitato et in cœlos assumpto, copiose item Trombellius in citato operis tomo dissert. 46. Videndus insuper Benedictus XIV; *De festis* lib. II, cap. 8. Rem attingit etiam Atto Vercellensis in sermone 17, inter illos a nobis editos. Inter vetera scripta eminet Pseudo-Hieronymus tract. *De assumptione B. Mariæ*, ad Eustochium. Studita autem noster ecclesiasticam traditionem tenere se nunc indicat vocabulo παλιγγενεσίας. Et quidem pluribus verbis Damascenus, orat. 2, de dormitione Deiparæ, n. 14. Nunc adde Epiphanium monachum nuper a cl. Dresselio editum.

Digitized by Google

ἡδονῆς γὰρ ἔχω λέγειν) πανηγύρεως! Ὦ τῆς σημειοφόρου καὶ θαυματοποιοῦ μεταστάσεώς σου! Ὦ τῆς ζωοπαρόχου καὶ ἀειφθαρτοδωρήτου ἐνταφιάσεώς σου τῆς φωτοκυήτορος! ἀλλὰ τὰς νεφέλας διασχοῦσα, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνιοῦσα, καὶ εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰσιοῦσα ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεώς τε καὶ ἐξομολογήσεως κατευλογῆσαι ἀξίωσον, Θεοτόκε, τὰ τῆς οἰκουμένης πέρατα· πρεσβείαις σου τοὺς ἀέρας εὐκρατοῦσα, τοὺς ὄμβρους εὐκαίρως δωρουμένη, τοὺς ἀνέμους εὐθετοῦσα, τὴν γῆν εὐκαρποῦσα, τὴν Ἐκκλησίαν εἰρηνεύουσα, τὴν ὀρθοδοξίαν κρατύνουσα, τὴν βασιλείαν φυλάττουσα, τὰ βάρβαρα ἔθνη ἀποσοβοῦσα, ἅπαν τὸ Χριστιανῶν φῦλον περιέπουσα· εἶτα καὶ τῆς ἐμῆς τολμηρίας συγγινώσκουσα· σοῦ γάρ ἐστι τὸ λόγιον, καὶ σὺ, ὦ Μήτηρ Θεοῦ τὸ ἐσόμενον προφητικῶς ἐμελῴδησας· Ἰδοὺ γάρ, φησὶν, ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί· ἐπεὶ οὖν οὐχ οἷόν τε διαπίπτειν σου τὸν θεόφραστον λόγον, δέξαι κἀμοῦ τοῦ ἀναξίου σου οἰκέτου τὴν κατὰ δύναμιν πρόσρησιν· καὶ Ἀπόδος τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου· σθένει τε τῶν πρεσβειῶν σου στηρίξόν με, σὺν τῷ διαφέροντί μοι Πατρὶ, καὶ τῇ ἀνατεθειμένῃ ποίμνῃ· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ παντοκράτορι Πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A tanter aio, solemnitatem tuam! O prodigiosum plenumque stupore transitum tuum! O vitæ incorruptelæque datricem sepulturam tuam, o lucis Parens! Sed nubes permeans, et in cœlum conscendens, et in Sancta sanctorum ingressa in voce exsultationis et confessionis, benedicere digneris, o Deipara, orbi terrarum; intercessionibus tuis aerem salubriter temperans, imbres idoneo tempore donans, ventos apte regens, terram frugiferam faciens, Ecclesiam tranquillam, orthodoxiam firmam, imperium tutum; barbaras autem gentes longe submovens, universum Christi populum protegens; postremo meæ quoque audaciæ parcens. Tuum enim hoc fuit effatum: Tu, Mater Dei, prophetice quod futurum erat cecinisti: *Ecce* enim, inquiens, *ex hoc* tempore *beatam me dicent omnes generationes* [**]. Quia B igitur divinitus inspirata verba tua excidere nequeunt, recipe mei quoque indigni famuli tui, quam pro viribus dixi, orationem: et *Redde lætitiam salutaris tui* [***]. Precum tuarum robore confirma me, cum præsule meo parante, et cum grege commisso: in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et honor atque dominatio cum Patre omnipotente, et vivifico Spiritu nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

Ϛ'.

Εἰς τὴν σύναξιν τῶν οὐρανίων ταγμάτων.

α'. Ἀρχιστρατήγων ἡμᾶς νοερῶν περιήχησαν σάλπιγγες, καὶ θείων ἱερῶν λειτουργῶν περιήστραψαν χάριτες· ὑμνολόγων γρηγόρων πρὸς ὕμνους ἐγρηγορέναι συνήθροισαν τάγματα, καὶ τάξεις ἀΰλων ὑλικοῖς σύνυμνοι χορείαν συνέστησαν· ὁ τῶν ἄνω χοροστάτης καὶ τῶν κάτω, ἐν τῷ αὐτῷ οἴκῳ ταξιαρχεῖ σήμερον· καὶ τίς γὰρ οὗτος, ὁ τοσοῦτος Μιχαὴλ πρὸς χάριτος Θεοῦ λαμπρυνόμενος, καὶ βροτοῖς θείων ἐλλάμψεων μεσίτης γενόμενος; νόμοι μὲν οὖν καὶ θεοπαγεῖς ὁμοῦ καὶ πανδίκαιοι, ταῖς ἀρχιδότοις πρὸς ἄνδρας ἐξεφάνθησαν θεοτυπίαις (10*), καὶ μάλιστα πλείστους ἐξ εὐεργετῶν δωρεὰς κομιζομένους, μὴ ἀμνήμονας ὁμοῦ τε καὶ ἀγνώμονας καθίστασθαι πρὸς τοὺς αὐτοῦ προστάτας, ἀλλὰ μὴν τέως ἦν ἔχει πᾶς πᾶσαν φύσεως δύναμιν κηρύττειν τὰς χάριτας· προστάται τοίνυν ὀξεῖς ὁμοῦ καὶ θερμοὶ πρὸς Θεὸν, καὶ πρέσβεις θνητῶν ἄοκνοι ὁμοῦ τε καὶ ἄπαυστοι, οἱ ἐκ φιλανθρώπου Δεσπότου λαβόντες τὸ φιλάνθρωπον, φιλάνθρωποι ἄγγελοι, τὸ πρωτόκτιστον ἐξ ἀκτίστου φωτὸς μεταδοτικῶς τοῦ φωτὸς φωτιζόμενοι· ἄγγελοι, ὁ πρῶτος μὲν πρὸ τοῦ κόσμου ὑπερκόσμιος κόσμοις, καὶ τούτῳ τῷ κόσμῳ τὸν ὑπερκόσμιον κόσμον Χριστὸν προκηρύξαντες· ἄγγελοι οἱ ἀμεσιτευτοι μεσῖται πρὸς Θεὸν τῶν βροτῶν, θεοὶ τῇ θεώσει ἐκ Θεοῦ, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει λεγόμενοι· ἄγγελοι τῆς

VI.

In cœlestium ordinum cœtum.

(Ang. Mai. *Biblioth. Nov.* t. IV, p. 1.)

C 1. Summorum ducum spiritalium nos tubæ circumsonuerunt; divinorum ad sacra ministrorum nos gratia circumfulsit; vigilum agmina hymnodicorum ad vigilandum in canticis nos congregarunt; ordines immateriales cum materialibus concinentes choream ducunt; cœlestium idem ac terrestrium præcentor in eadem æde omnes hodie moderatur. Quis hic porro? nempe tantus ille Michael gratia Dei splendidus, et mortalibus etiam divinorum luminum factus conciliator. Leges igitur et a Deo latæ et justissimæ, supremis apud homines patefactæ sunt revelationibus, ut ii qui plurima a benefactoribus dona retulerint, ne sint immemores simul et ingrati adversus patronos suos, sed ut pro sui quisque ingenii viribus gratias agant. Patroni D igitur prompti simul et fervidi apud Deum, et legati mortalium impigri et assidui, a benigno Domino benignitate instructi, amatore hominum angeli; primo lumine ab increato lumine impertiti; angeli, qui fuistis primus ante hunc mundum mundus supermundialis, quique huic mundo supermundialem adhuc mundum, id est Christum, nuntiastis; angeli proximi apud Deum pro mortalibus intercessores, dii ob conjunctionem cum Deo non tamen proprie dicti: natura

[**] Luc. I, 48. [***] Psal. L, 14.

(10*) In appendice tomi VIII, p. 285, Operum S. Joan. Chrysostomi legitur mediocre excerptum, verbis plerumque mutatis, hujus sermonis Theodori. Auctorem non novit Montfauconius, ideoque sermonem, ut Chrysostomo suppositum spuriumque, incautus contempsit.

Digitized by Google

angeli, supernæ liberæ civitatis liberi incolæ, imo qui estis superna illa libera Hierosolyma, quæ mater est liberatorum omnium a Christo ; angeli animatus intellectualis ignis, Dei flamma rationalis ; angelis, lucidi, excelsi, aeremque transcendentes æterni montes, unde nos *Deus illuminat mirabiliter a montibus æternis* [31] : angeli janitores parati supernarum sedium atque stationum : *Quam dilecta sunt tabernacula tua, Domine virtutum ! concupiscit et deficit anima nostra ad atria tua, Domine* [32]. *Quoniam lumen exsultationis et salutis in angelicis justorum tabernaculis* [33] ; *et in voce exsultationis et confessionis, in jubilis feriantium ; in loco tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei* [34]; *in quo omnes angeli Dei potentes virtute, facientes sermonem ejus* [35] ; in quo vitæ simplicitas, pacifica et quieta ; *in quo est magnus et formidabilis supra omnes qui in circuitu ejus sunt* [36] ; in quo sacrum silentium triumphalium hymnorum ; in quo ineffabilium mysteria sacratissimarum laudum ; in quo invisibiles revelationes ineloquacium et tamen late audiendarum hymnologiarum ; in quo lux [sine vespere vigilum oculos illustrat ; in quo Dei intellectuali habitaculo, illorum est astrorum collectio, angelicarum, inquam, virtutum, nobis ad meliora faventium : sunt enim angeli in ministerium ad nos missi a Deo, propter eos qui salutem sunt adepturi.

2. Angelicarum virtutum incorporearum, qui est immortalis exercitus, cooperator simul Dei et minister, diversæ sunt stationes, diversæ appellationes, diversæ dignitates, una substantia quæ varias habet operationes : sunt hi ordines hymnologici, cœlorum custodes, Deo coram astantes : sunt ordines interiores, et item exteriores qui portæ cœli appellantur ; sunt ordines superiores, et item inferiores, qui superioribus aliquando aiebant : *Attollite portas, principes, vestras* [37] : sunt ordines qui mittunt, sunt etiam qui mittuntur : sunt ordines qui initiant, et item qui initiantur : diversorum angelorum diversi sunt ordines. Angeli per aerem volitant, sanctorum animas ab aereis spiritibus protegentes. Hoc significans patriarcha Jacobus moriens dicebat : *Angelus qui eruit me de cunctis malis* [38]. Quamobrem angelis terrestris orbis cura commissa est, Dei jussu opportunam providentiam impendentes. Angelus unicuique animæ Christiani veri datus est a Deo ad tutelam et conservationem : *Ne des*, inquit, *in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te* [39]. Et rursus : *Videte*, inquit, *ne quem ex his minimis contemnatis qui in me credunt : dico enim vobis, quia angeli eorum vident faciem Patris mei qui in cœlis est* [40]. Quemadmodum autem singulis suis animabus angelus a Deo donatus est, ita etiam unicuique integræ fideli genti unus angelus a Deo provisor traditus est : *Consti-*

ἄνω πόλεως τῆς ἐλευθέρας ἐλευθεροπολῖται, ἥ γε ἡ ἄνω ἐλευθέρα Ἱερουσαλήμ, ἡ μήτηρ πάντων τῶν συνελευθέρων Χριστοῦ· ἄγγελοι, τὸ ἔμψυχον καὶ νοερὸν πῦρ, ἡ λογικὴ Θεοῦ φλόξ· ἄγγελοι τὰ φαεινὰ καὶ ὑπέρτερα καὶ μετέωρα ὑπερόρια καὶ αἰώνια δρη, *Δι' ὧν φωτίζει ἡμᾶς θαυμαστῶς ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων*· ἄγγελοι πρόσκηνοι ἑτοιμασταὶ τῶν ἄνω σκηνῶν καὶ μονῶν· *Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων ! Εἰς ἃ ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχὴ ἡμῶν εἰς τὰς αὐλάς σου, Κύριε. Διότι φῶς ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας ἐν ταῖς ἀγγελικαῖς σκηναῖς τῶν δικαίων· καὶ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως, ἐν ἤχοις ἑορταζόντων, ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς, ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ· ἐν ᾧ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ, δυ-* B *ϖατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ*· ἐν ᾧ ἁπλότης ζωῆς εἰρηναία καὶ ἀστασίαστος, *Ἐν ᾧ μέγας καὶ φοβερός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς περικύκλῳ αὐτοῦ*· ἐν ᾧ ἡ κρυφιόμυστος σιγὴ τῶν ἐπινικίων ὕμνων· ἐν ᾧ αἱ ἀπόῤῥητοι θεομυστίαι τῶν παναγεστάτων αἴνων· ἐν ᾧ αἱ ἀόρατοι θεοφωτίαι τῶν ἀφθέγκτων καὶ διαπρυσίων ὑμνολογιῶν· ἐν ᾧ ἡ ἀνέσπερος φωτοχυσία τὰ ἄϋπνα τῶν ἀσωμάτων καταυγάζουσα ὄμματα· ἐν ᾧ οἴκῳ Θεοῦ νοερῷ, ἐκείνων τῶν ἀστέρων ἄγυρις, ἀγγελικῶν, λέγω, δυνάμεων συνεργουσῶν ἡμῖν πρὸς τὰ κρείττονα, ἀεὶ πρὸς διακονίαν πρὸς ἡμᾶς ἐκ Θεοῦ ἀποστελλόμενοι, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν.

β'. Ἀγγελικῶν δυνάμεων τῶν ἀσωμάτων, στρατευμάτων ἀθανάτων, ἐν οἷς Θεοῦ ὑπουργοὶ ὁμοῦ καὶ C λειτουργοὶ διάφορος ἡ στάσις, διάφοροι αἱ προσηγορίαι, διάφοροι αἱ ἀξίαι, μία ἡ οὐσία, πολυτρόπους ἔχουσα τὰς ἐργασίας· τάξεις ὑμνολογικαί, καὶ οὐρανῶν φυλακτικαί, καὶ Θεῷ ἀμέσως παραστατικαί, τάξεις ἐσώτεραι, τάξεις ἐξώτεραι, αἵ καὶ πύλαι οὐρανῶν προσαγορεύονται· τάξεις ὑψηλότεραι, τάξεις κατώτεραι, αἵ πρὸς τὰς ἀνωτέρας ποτὲ ἔλεγον· *Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν*· τάξεις ἀποστέλλουσαι, τάξεις ἀποστελλόμεναι, τάξεις μυσταγωγοῦσαι, τάξεις μυσταγωγούμεναι· διαφόρων ἀγγέλων διάφοροι αἱ τάξεις· ἄγγελοι τῷ ἀέρι ἐφίπτανται, τὰς ψυχὰς τῶν ἁγίων ἐκ τῶν πνευμάτων τοῦ ἀέρος διασώζοντες· καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ πατριάρχης Ἰακώβ, φησι τελευτῶν· *Ὁ ἄγγελος ὁ ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν*· διὸ καὶ ἄγγελοι τὴν ἐπιγείου κόσμου D διοίκησιν ἐμπιστεύονται, νεύματι Δεσποτικῷ ποιούμενοι τὴν πρέπουσαν πρόνοιαν· ἄγγελος πάσῃ ψυχῇ Χριστιανοῦ ἀληθοῦς ἐμπεπίστευται ὑπὸ Θεοῦ εἰς τήρησιν καὶ ἀντίληψιν· *Μὴ δῴης γάρ*, φησὶν, *εἰς σάλον τὸν πόδα σου, καὶ οὐ νυστάξει ὁ φυλάσσων σε.* Καὶ πάλιν· *Ὁρᾶτε*, φησὶ, *μὴ καταφρονήσατε ἑνὸς τῶν ἐλαχίστων τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*· ἀλλ' ἑκάστῃ μὲν ψυχῇ ὡς θεοσεβεῖ ἄγγελος ὑπὸ Θεοῦ δεδώρηται· ἑκάστῳ δὲ ὅλῳ πιστῷ

[31] Psal. LXXV, 5. [32] Psal. LXXXIII, 2, 3. [33] Psal. CXVII, 13. [34] Psal. XLI, 4. [35] Psal. CII, 20. [36] Psal. LXXXVIII, 8. [37] Psal. XXIII, 7. [38] Gen. XLVIII, 16. [39] Psal. CXX, 3. [40] Matth. XVIII, 10.

Digitized by Google

ἔθνει εἷς ἄγγελος εἰς πρόνοιαν ὑπὸ Θεοῦ παραδέδω- A
ται· Ἔστησε γάρ, φησιν, ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ· δι' ἀγγέλων οὐρανίων, Θεοῦ μυστηρίων ἐπὶ γῆς μετάδοσις· δι' ἀγγέλων, ὑδάτων καὶ πηγῶν τήρησις ὁμοῦ τε καὶ ἴασις· δι' ἀγγέλων τοῖς ἀξίοις πειρασμῶν λύτρωσις· Παρεμβαλεῖ γάρ, φησὶν, ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς· δι' ἀγγέλων καὶ μαρτύρων τῶν λειψάνων τήρησις· Κύριος φυλάσσει πάντα τὰ ὀστᾶ αὐτῶν, εἰ καὶ μυστικώτερός πως τούτων τῶν ὀστέων ὁ λόγος· δι' ἀγγέλων καὶ Θεοῦ τηροῦνται θυσιαστήρια, καὶ ναοὶ τῶν πιστῶν διαφυλάσσονται· δι' ἀγγέλων δεήσεις καὶ προσευχαὶ ἀπὸ γῆς πρὸς οὐρανὸν τῷ Θεῷ προσάγονται, ὁμοῦ τε καὶ αἱ θεῖαι δωρεαὶ τοῖς ἀνθρώποις παρέχονται· καὶ πᾶν μικροῦ δεῖν ἐπὶ γῆς Θεοῦ δι' ἀγγέλων τελεῖται B
μυστήριον.

tuit enim, inquit, *fines gentium secundum numerum angelorum Dei*[41]. Per cœlestes angelos, Dei mysteria orbi terrarum communicantur; per angelos fit aquarum fontiumque custodia simul et medela, per angelos tentationibus qui digni sunt liberantur; *Castrametatur enim*, inquit, *angelus Domini in circuitu timentium eum, ut ipsos liberet*[42]; per angelos martyrum quoque reliquiæ custodiuntur: *Dominus custodit omnia ossa eorum*[43], quanquam mystica potius hoc loco est ossium appellatio; per angelos altaria Dei custodiuntur, et fidelium templa servantur; per angelos preces orationesque de terra in cœlum ad Deum deferuntur, simulque divina dona hominibus exhibentur; omne denique propemodum Dei mysterium per angelos in terra perficitur.

γ'. Οὕτω ποτὲ τέταχεν ὁ Θεὸς ἀψευστεῖ τὰ Χερουβὶμ εἰδότα τηρεῖν τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, τοῖς ἀναξίοις ἀπρόσιτον· οὕτω σχηματίζει τῷ Ἀβραὰμ, τρισάγγελον αὐτῷ ἐν εἴδει ἀνδρῶν ἐπιστήσας χορὸν, τὸν τρισάγιον τῆς Τριάδος μηνύοντα θεσμόν· οὕτω τε αὖθις δύο ταύτης τῆς ἀγγελικῆς Τριάδος ἐν Γομόροις ἐμφανίζει τῷ Λὼτ, δεικνὺς ἐπί τι τῶν ἐκεῖσε τιμωρῶν ὅτι ὁ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν πᾶσαν κρίσιν δέδωκε τῷ Υἱῷ, συμπαρόντος αὐτῷ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φυσικῶς· οὕτω καὶ Ἰακὼβ ὀπτάνεται παλαιστὴς ἄγγελος, εἰς νόμου τύπον τοῦ δι' ἀγγέλου λαληθέντος· οὕτω καὶ Μωϋσεῖ τῷ πάνυ ἐν πυρὶ φλογὸς ἀγγέλων ὁ πύρινος ποταμὸς ὀπτάνεται, τὴν ποηφόρον πυράρδευτον ἀλυμάντως περιφλέγων βάτον, C
προδιαγράφων Θεοῦ ἐν ἀκανθηφόρῳ τῆς ἁμαρτίας φύσει βροτῶν ἀσύγχυτον ἕνωσιν· οὕτω δι' ἀγγέλων ὠλοθρεύετο τότε ταχίστῃ τινὶ ἀψοφητὶ χειρὶ ἀξιφὶ τῇ νυκτὶ Φαραωνίτιδος γωνῆς τὰ πρῶτα νεογνὰ, ἀβλαβῶς τηρουμένου τοῦ τῶν Ἑβραίων φύλου· οὕτως συνεδοῦντο ἐν σχοίνῳ, ἀγγελικῇ τῇ χειρὶ ἀλινήκτῳ βυθίῳ πηγῇ, ἄξονες τοῖς ἄξοσι σὺν τριστάταις στρατηγοῖς· ὅθεν καθορῶντες δὴ οἱ ἀλάστορες τὰς ἀγγελικὰς αὐτὰς συμποντιζούσας δυνάμεις, ἔλεγον· Φύγωμεν ἀπὸ προσώπου Ἰσραὴλ, ὅτι Κύριος ὑπὲρ αὐτῶν πολεμεῖ τοὺς Αἰγυπτίους. Οὕτω μετὰ τοῦτο αὖθις ἐν στύλῳ πυρὸς μορφωθεὶς ἄγγελος θεῖος, ὁδηγὸς ὡς Χριστὸς τοῦ λαοῦ, ἀνεδείκνυτο ἀπλανής, οὗ τὸ κάλλος τοῦ προσώπου νεφέλης περιβαλλόμε- D
νος εἶδος, τὰς ἐπαύλεις καὶ καταπαύσεις τῷ λαῷ διακελεύεται· οὕτω προσιόντων πρὸς τὸ τῆς νομοθεσίας ὄρος τῶν νομοθετουμένων, διὰ πλειόνων ἀγγέλων τὰς θεοτύπους ἐδέχοντο πλάκας, τῶν μὲν ἠχούντων σάλπιγγας ἦχῳ, τῶν δὲ τὸ ὄρος πυριμορφούντων, καὶ ἄλλων ἐν γνόφῳ καὶ ζόφῳ καὶ θυέλλῃ τοῦτο διακαπνιζόντων πρὸς τὸ ἔμφοβον καταστῆσαι λαὸν, Θεοῦ ἀφοβίαν νοσοῦντα· αὖθίς τε πάλιν δι' ἀγγέλου Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ τὴν κατὰ τῶν ὁμοφύλων εὐηγγελίζετο νίκην· καὶ ὅπως πλείονας ἀγγέλους τῷ ἀρχαγγέλῳ συνάψωμεν (πείθομαι γὰρ τῷ ἑαυτῶν ἀρχιστρατήγῳ ἀεὶ συνευφραίνεσθαι), ἄγγελος μέν ποτε

3. Sic olim vere Deus constituit Cherubinos qui vitæ lignum apte custodirent, ne indignis iter ad illud pateret. Sic Abrahamo speciem obtulit, misso ad eum trium angelorum in humana forma choro, qui sanctissimum Trinitatis significavit decretum. Sic rursus duos ex illa angelica Trinitate ostendit Loto in Gomorrhorum urbe, per pœnam ibi inflictam demonstrans, a Patre neminem judicari, sed omne judicium Filio esse traditum, sancto quoque substantialiter Spiritu intercedente. Sic etiam Jacobo apparuit luctator angelus, ad legis typum quæ per angelum edicta fuit. Sic etiam Moysi illi magno in ignis flamma angelorum igneus fluvius visus est, herbidum rudum igne irriganset sine detrimento amburens, portendens scilicet Dei cum spinosa peccatis mortalium natura inconfusam adunationem. Sic per angelos celerrima quadam sine gladio manu, silente nocte, Pharaoniticæ genituræ primi surculi pessumdati fuerunt, incolumi Hebræorum populo. Si angelica manu, fune veluti, alligati fuerunt, natantes in profundo stagno, axes axibus, cum ducibus ac tribunis. Quamobrem illi exsecrabiles visis angelicis quæ submergebant virtutibus, dixerunt: *Fugiamus a conspectu Israelis, quia Dominus pro ipso pugnat contra Ægyptios*[44]. Sic deinde rursus sub igneæ columnæ specie angelus Dei, dux minime devius veluti Christus populi, apparuit; cujus pulcher vultus nebulæ forma obvolutus, stationes pausasque eidem populo designabat. Ita accedentes ad legislationis montem ii, quibus lex danda erat, per plures angelos a Deo scriptas receperunt tabulas, quorum alii tubis personabant, alii montem ignea specie vestiebant, alii obscuritate tenebris atque procella fumantem illum reddebant, ut perterrefacerent populum, cui insitus erat morbus Deum non timendi. Postea vero per angelum Jesus quoque Navi filius victoriam de popularibus suis relatam nuntiavit. Atque ut plures angelos archangelo copulemus, credo enim eos cum suo semper duce in gaudio versari, angelus olim Hierosolymis Israelem vastabat,

[41] I Reg. II, 8. [42] Psal. XXXIII, 8. [43] ibid. 21. [44] Exod. XIV, 25.

Digitized by Google

donec magnus David boves in area Sionis immolans cum ipsis triturantibus curribus eos obtulit holocaustum. Atque ita populi plagam inhibuit. Quam hinc nobis cogitationem injiciens, vel quam admonitionem? Nempe quod solum per crucis ligna oblatum Christi sacrificium, Dei iram adversus mundum sedavit. Illic enim vere magnus Dei Phinees (zelator) constitit, factaque pro nobis propitiatione, clades cessavit.

A ἐν Ἰερουσαλὴμ τὸν Ἰσραὴλ δωλόθρευεν, ἕως ἀνὸ μέγας Δαβὶδ τοὺς ἐν τῇ ἅλῳ τῆς Σιὼν θεοθυτήτας βόας, ἐν τοῖς ἁλωηφόροις τούτους ὁλοκαύτωσε, καὶ οὕτω τὴν τοῦ λαοῦ πληγὴν ἔπαυσεν· ἵνα τί πάθωμεν, καὶ τί παιδευθῶμεν; ὅτι μόνη ἡ διὰ τῶν ξύλων τοῦ σταυροῦ προσενεχθεῖσα Χριστοῦ θυσία τὴν τοῦ Θεοῦ ἀπειλὴν τῆς οἰκουμένης κατέπαυσεν· ἐκεῖ γὰρ, ὡς ἀληθῶς ὁ μέγας Θεοῦ Φινεὲς ἔστη, καὶ ἐξιλάσατο ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις.

4. Illud quoque animadvertere æquum est, quoniam ipse supremus dux trahit nos ad orationem de angelis prosequendam; curnam cum sint unius omnes substantiæ, non unam neque similem figuram aspectumque in terram advenientes ostendant hominibus? sed modo adolescentulorum speciem præ se ferant, modo militum, aliquando etiam equitum, item animalium sex alis et multis oculis instructorum, insuper leonum, boum, aquilarum, interdum etiam equorum igneorum, necnon rotarum et curruum? Divus ergo Isaias cum divinam illam adeoque tremendam vidit Dominicam sessionem in sublimi throno, in quo (ut ipse videbat) universi mundi Deus considebat, astitisse dixit illi in forma sex alis instructa, celsissimas angelicorum simul et cherubicorum ordinum potestates; et duabus quidem alis facies suas velasse, aliis vero duabus pedes suos operuisse [duabus denique reliquis volasse [48].] Jam dum supernas atque inferiores partes circumtegerent, significabant videlicet, hac oblata specie, tum superis in cœlo, tum inferis in terra invisibile esse, arcanum, et obtectum divinitatis mysterium. Vel ob id fortasse utramque extremitatem tegebant, quia res ante Dei Verbi Christique de cœlo adventum incomprehensibiles sunt, itemque illæ post ejusdem assumptionem. Attamen mediis illis, quæ incarnationis tempore evenerunt, credens Ecclesia in cœlum tanquam alis convolat. Fortasse item per hoc vultum pedumque velamentum, nobis innuunt sanctissimi Seraphini, neque initium neque finem divinæ naturæ spectari, aut comperiri, aut intelligi posse. Nam faciei tegumentum invisibilitatem denotat increatæ naturæ; pedes autem vicissim velati, significant haud posse quemquam Deo accedere aut propinquare.

B

C

D

5. Deinde ait divus propheta, visionis hujus spectator, plenam fuisse domum gloria Dei. *Notus* enim *in Judæa Deus*, et *apud Israelem* tantummodo *magnum nomen ejus* [49]. Sed tamen notum erat spiritibus intellectualibus, præsciis et perspicacibus, incarnationis sedentisque in throno Verbi Dei mysterium: et quod ab hominibus ceu homo cernendus foret, et incorporeus corporandus, et qui vel ipsis immaterialibus invisibilis erat, ab materialibus quoque per carnem aspiciendus; atque universam terram gloria sua et laudibus beneficiorum suorum

δ'. Σκοπῆσαι δὲ θέμις κἀκεῖνο, τοῦ ἀρχιστρατήγου ἡμᾶς χειραγωγοῦντος ἐπὶ τοῦ τῶν ἀγγέλων λόγου· πῶς οὖν μιᾶς οὐσίας ὄντες οὐ μίαν οὐδὲ ὁμοίαν τὴν μορφὴν καὶ τὴν ὀπτασίαν ἐπὶ γῆς ἐπιδημοῦντες ἐπιδείκνυνται ἀνθρώποις; ἀλλὰ ποτὲ μὲν νεανίσκων μορφὴν ἐπιδείκνυνται, ποτὲ δὲ στρατιωτῶν, καὶ ἄλλοτε ἱππέων, καὶ πάλιν ἐξαπτερύγων καὶ πολυομμάτων, καὶ αὖθις λεόντων, εἶτα βοῶν, καὶ πάλιν ἀετῶν, ποτὲ δὲ καὶ ἵππων πυρίνων, καὶ πάλιν τροχῶν καὶ ἁρμάτων; Ἡσαΐας μὲν οὖν ὁ θεῖος, ὅτε τὴν θείαν καὶ φρικωδεστάτην ἐκείνην καὶ Δεσποτικὴν προεδρίαν τοῦ θείου καθεώρακε θρόνου, ἐν ᾧ, ὡς ἐώρα, ἐνίδρυτο ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἐν ἐξαπτερύγων εἴδει παριστάναι ἔφασκεν αὐτῷ τὰς ἀνωτάτω τῶν ἀγγελικῶν ὁμοῦ καὶ χερουβικῶν τάξεων δυνάμεις· καὶ ταῖς [cod. αἱ pro ταῖς] μὲν δυσὶ, φησὶ, πτέρυξι τὰ οἰκεῖα συνεκάλυπτον πρόσωπα, ταῖς δὲ ἄλλαις δυσὶ τοὺς οἰκείους πόδας συνέσκεπον, [καὶ ταῖς δυσὶν ἐπέταντο·] τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω περικαλύπτουσαι μέρη· σημαίνουσαι μὲν διὰ τοῦ ὑποδείγματος, ὅτι καὶ τοῖς ἄνω ἐν οὐρανῷ, καὶ τοῖς κάτω ἐπὶ γῆς ἀόρατον καὶ ἀπόκρυφον καὶ συγκεκαλυμμένον ὑπάρχει τὸ τῆς θεότητος μυστήριον· ἢ τάχα διὰ τοῦτο τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη ἔσκεπον διδάσκοντες, ὅτι καὶ τὰ πρὸ καταβάσεως τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ ἀκατάληπτα, ὡσαύτως καὶ τὰ μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀνάληψιν· τοῖς δὲ ἐν τῇ σαρκώσει, μέσοις ὡσανεὶ πτεροῖς, πιστεύουσα ἡ Ἐκκλησία, εἰς οὐρανὸν ὑψιπετεῖ· ἴσως διὰ τοῦ ὑποδείγματος τῆς σκέπης τῶν προσώπων καὶ τῶν ποδῶν ἐκεῖνο ἡμῖν αἰνίττονται τὰ πανάγια Σεραφὶμ, ὅτι οὔτε ἀρχὴν οὔτε τέλος τῆς θείας φύσεως ὁρᾷν ἢ ἐξευρεῖν ἢ ἐννοεῖν δυνατόν· ἡ μὲν γὰρ τοῦ προσώπου σκέπη, τὸ ἀόρατον ἐδήλου τῆς ἀκτίστου φύσεως· ἡ δὲ τῶν ποδῶν πάλιν, τὸ ἀπρόσιτον καὶ ἀπροσπέλαστον.

ε'. Εἶτά φησιν ὁ θεῖος προφήτης ὁ ταῦτα ὁρῶν, ὅτι καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. *Γνωστὸς ἦν τότε ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Θεὸς*, καὶ *ἐν τῷ Ἰσραὴλ μόνῳ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ*· ἀλλ' ὅμως; ἦν τοῖς νοεροῖς προεωρακότα τὰ διορατικὰ τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ ἐπὶ θρόνου καθεζομένου Θεοῦ Λόγου μυστήριον· καὶ ὅτι ἐπὶ γῆς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος μέλλει ὀπτάνεσθαι, καὶ ὁ ἄσαρκος σαρκοῦσθαι, καὶ ὁ αὐτοῖς τοῖς ἀΰλοις ἀόρατος, καὶ τοῖς ὑλικοῖς γίνεσθαι διὰ σαρκὸς ὁρατός· καὶ πληροῦν πᾶσαν τὴν γῆν τῆς δόξης καὶ τῆς αἰνέσεως καὶ τῆς χάριτος αὐτοῦ· ἐκ-

[48] Isa. I, II, passim. [49] Psal. LXXV, 2.

Digitized by Google

πλαγέντα τὴν ἄφραστον καὶ ἀκατάληπτον συγκατάβασιν, καὶ θαυμάσαντα τὴν ἄῤῥητον ἣν εἰς ἀνθρώπους ἔμελλεν ἐνδείκνυσθαι τὴν ἑαυτοῦ ἀποκάλυψιν, εὐχαριστίας ὁμοῦ καὶ ἐκπλήξεως ἀνακεκράγεσαν ὕμνον βοήσαντα, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ· τὴν μέλλουσάν τῶν Ἐκκλησιῶν δόξαν προφητεύοντα Χριστὸν τὰ μακαριώτατα Σεραφίμ· διό φησιν ὅτι ἐπλήσθη πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ· ὅρα τί γίνεται· Ἐπήρθη, φησί, τὸ ὑπέρθυρον ἀπὸ τῆς φωνῆς, τουτέστιν ἐπήρθη ἡ ἄνωθεν συνέχουσα τὸν Ἰουδαϊκὸν ναὸν καὶ λαὸν σκέπη καὶ ἀντίληψις, καὶ ἐπλήσθη ὁ οἶκος καπνοῦ, ἤγουν ἐρημώσεως καὶ σκότους, πλάνης καὶ ἀγνωσίας· προσέχετε μετὰ ἀκριβείας, παρακαλῶ· ὅτε ἦν ἡ γῆ πᾶσα ἄδοξος ἐν πλάνῃ καὶ ἀγνωσίᾳ, πλήρης ἦν ὁ οἶκος τοῦ ναοῦ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ δόξης· ὅτε δὲ πᾶσα ἡ γῆ πλήρης δόξης καὶ ἐπιγνώσεως Θεοῦ γέγονε, *Τότε ὁ οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ ἐπλήσθη καπνοῦ*, σβεσθέντος αὐτοῖς τοῦ νομικοῦ λύχνου· ὅπως φησὶν ὁ Χριστὸς, οἱ μὴ βλέποντες ἡμεῖς, βλέψωμεν· οἱ δὲ βλέποντες Ἰουδαῖοι, τυφλοὶ γένωνται· ἀλλὰ ταῦτα μὲν Ἡσαΐας.

ς'. Ἰζεκιὴλ δὲ πάλιν, ὁ πρὸς θεοπτίας, εἴ καί τις ἄλλος, τὸν νοῦν ἐπιτηδείως ἔχων, οὐ μόνον δὶς ἀλλὰ τετράμορφα ζῶα τοὺς ἀνωτάτω τῶν ἀσωμάτων ἀγγέλων τεθεώρηκε νόας, προδιατυποῦντας οἶμαι σαφῶς καὶ ἐν αὐτοῖς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Ἐμμανουὴλ ἐκ Παρθένου μυστήριον· περιείχετο γὰρ ἐν τοῖς ζώοις εἶδος ἀνθρώπου καὶ σχῆμα βοὸς καὶ τὸ τρίτον λέοντος, τὸ δ' ἀνώτερον τούτοις, ἀετοῦ· ὡς γὰρ ἄνθρωπος, ἀληθῶς ἐφάνη ἐπὶ γῆς Χριστὸς, ὁ ὄντως ὁμοῦ Θεός τε καὶ ἄνθρωπος· ὡς βοῦς εἰς σφαγὴν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας· ὡς λέων, δυνάμει ἐκ νεκρῶν ἐξεγερθεὶς ἀνέστη· ὡς ἀετὸς, εἰς οὐρανοὺς ὑψωθεὶς ἀνελήφθη· ἢ καὶ οὕτως πάλιν ἐπὶ Χριστοῦ ἐκληπτέον τὰ ζῶα· ἄνθρωπος, ὡς λόγος λογικὸς καὶ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, διὰ τὸ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ νοῦ νοερὸν καὶ ἀόρατον· βοῦς, ὡς δυνατὸς ἀρχιερεὺς καὶ τὸν ζυγὸν τοῦ σταυροῦ ἐπὶ τὸν ὦμον φέρων, καὶ ἡμῖν τοῖς ἀλόγοις ἐν τῷ τόκῳ συμφατνιάσας ἐν Βηθλεὲμ, καὶ τὸν σπόρον τοῦ εὐαγγελικοῦ λόγου πάσῃ τῇ γῇ καταπείρας· λέων ὡς βασιλεὺς ἡμῶν τῶν ποτε ἀγρίων καὶ ἀνημέρων καὶ αἱμοβόρων καὶ σαρκοβόρων ἀκαθάρτων ἐθνῶν· *Ἐβασίλευσε* γὰρ, φησὶν, *ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη*· οὐ μόνον δὲ λέων ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ σκύμνος λέοντος, ὥς φησι περὶ αὐτοῦ Ἰακὼβ, τουτέστι βασιλέως υἱὸς, ἐκ βασιλικοῦ πατρὸς προελθών· διὸ καὶ ἀετὸς ὡς βασιλεὺς τῶν οὐρανίων πετεινῶν πτερωτῶν, νοερῶν ἀγγελικῶν ἁγίων δυνάμεων· πτερωτῶν, ὡς ἡμῶν τῶν τοῦ Χριστοῦ νεοττῶν σκεπαστικῶν οὐσῶν καὶ φρουρητικῶν· πτερωτῶν, ὡς εὐκινήτων καὶ τῶν γηΐνων πάντων ὑψηλοτέρως ἐχόντων· πτερωτῶν, ὡς τῷ θείῳ ἔρωτι ἀεικινήτως καὶ ἀκορέστως ἐχόντων· πολυομμάτων, ὡς τῷ θείῳ φωτὶ πλουσίως ἐλλαμπομένων, καὶ ὑπό τινος ὕλης πρὸς θεωρίαν οὐκ ἀντισκοτουμένων· διὸ

A repleturus. Ideoque attoniti ob eam insperatam et incomprehensibilem condescensionem, mirantesque ineffabilem quam hominibus Verbum facturum erat suimet revelationem, gratiarum simul et stuporis hymnum canebant clamantes : *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth, plena est omnis terra gloria ejus* [47]; Christum videlicet, qui Ecclesiæ gloria futurus erat, ita vaticinabantur beatissimi Seraphim; idcirco, aiunt plenam universam terram gloria illius. Vide quid factum sit. *Elevatum est superliminare a voce clamantium* [48], id est sublatum fuit, quod Judaicum templum populumque continebat septum et tutamen, et domus fumo repleta, id est solitudine, tenebris, errore et inscitia. Attendite diligenter, quæso. Quando universa terra B in ignominia errore et inscitia versabatur, tunc Judaici templi ædificium plenum gloria fuit. Quando autem universa terra gloria et Dei cognitione plena evasit, tunc *domus* Israelis *fumo repleta est* [49], extincto ipsis legali candelabro; ut, sicut Christus dixit [50], nos antea nihil videntes, videremus : et qui videbant Judæi, cæci fierent. Hactenus Isaias.

6. Ezechiel item [51], qui ad Dei visiones, si quisquam alius, mentem comparatam habuit, non ut biformia tantum, sed ut quadriformia animalia, supernas incorporeorum angelorum vidit mentes, præfigurantes, ut reor, manifeste his formis incarnati in Virgine Emmanuelis mysterium. Erant in animalibus forma hominis, figura bovis atque leonis; et his sublimior, aquilæ. Namque ut homo, vere C apparuit in terra Christus, qui vere Deus simul est et homo. Ut bos, ad cædem propter mundi salutem. Ut leo, potenter a mortuis resurrexit. Ut aquila, in cœlum sublimis conscendit. Vel aliter etiam de Christo explicanda sunt animalia : homo, ut Verbum rationale et imago Dei invisibilis, propter animæ ac mentis intellectualem vim et invisibilem : bos, ut potens sacerdos, et crucis jugum humeris ferens, et nobiscum ceu irrationalibus, partus tempore, apud Bethleemum in præsepi repositus, semenque evangelici verbi per universam terram disseminans. Leo, ut rex noster, qui tunc eramus silvestres et sævi et sanguinolenti et carnivori impurique ethnici : *Regnavit* enim, inquit D Scriptura, *Deus super gentes* [52]. Neque leo tantum Christus, verum etiam leonis catulus, ut ait de illo Jacobus [53]; id est regis filius, ex regali patre procedens. Ideo etiam aquila, ut cœlestium volucrum alatorum rex, id est angelicarum, intellectualium ac sanctarum potestatum. Alatos dicit, ceu nos, qui Christi sumus pulli, contegentes ac tutantes : alatos, ut agiles, et supra terrena omnia alte volantes : alatos, ut divino amore incessanter et sine satietate fruentes. Multioculos quoque dicit, ceu divino lumine abundanter illustratos, nullaque materia quominus contemplentur infuscatos. Ideo spiritus

[47] Isa. VI, 4. [48] ibid. 5. [49] ibid. [50] Matth. XIII, 14. [51] Ezech. I, 1 seqq. [52] Psal. XLVI, 9. [53] Gen. XLIX, 9.

Digitized by Google

etiam dicuntur, ut immateriales, incorporei, invisibiles, immortales, haud crassi sed aerei, gratiæque beneficio incorruptibiles et inexstinguibiles.

καὶ πνεύματα λέγονται, ὡς ἄϋλα καὶ ἀσώματα καὶ ἀόρατα καὶ ἀναψηλάφητα καὶ ἀθάνατα καὶ ἀπαχῆ καὶ ἀέρια (11), καὶ χάριτι ἄφθαρτά τε καὶ ἀνόλεθρα.

7. Rem tibi persuadeat etiam ille angelus Domini, qui cum ipsius Domini specie venit ad Azariam ejusque socios [84]; is qui cum sit igneus spiritus, rogum frigefecit; qui roris potius quam ignis feracem flammam effecit. Quodque miraculo mirabilius est, eos quos intra ventrem flamma conceperat, peperit illæsos: qui autem extra suum conceptum erant, eos ut impios pessumdedit. Hoc nimirum divinæ virtutis robur, angeli potentia fortissima, adeoque valida ut universum mundum uno temporis puncto possit pessumdare Testis Senacherimi, per unum angelum, Chaldaica nocturna clades, qua centum octoginta quinque millium multitudo tacite et absque gladio interfecta fuit [85]: quod ut nunc celerrime de præsentibus quoque Chaldæis fiat, Deum rogamus. Item translatus satis leviter fuit ab angelo immateriali materialis carneusque Habacucus de Jerusalem finibus Babylonem usque, cibum ferens propheta sodali suo prophetæ Danieli, qui lacus carcere detinebatur: ingressusque est illuc et rediit incolumis [86], ob figurandam Christi sepulturam, lacus sigilla intacta conservans: ut sicut Christus ex morte inferisque, sic etiam propheta ex feris anthropophagis rediret incolumis, demittens potius orco eos qui ipsum ad orcum detulerant. Sicut contra Chaldæos, ita hoc contigit decreti Dei incorruptum judicium, *qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem ardentem* [87]; prout in sacris Litteris beati angeli sæpe nominantur, ceu humanarum passionum purgatores, amburentes castigantesque quæ sunt Deo contraria, lucemque obscuratis mortalibus impertientes.

ζ'. Καὶ πειθέτω σε ὁ ἄγγελος Κυρίου εἰς αὐτοῦ τοῦ Κυρίου συγκατελθὼν τὸ εἶδος τοῖς περὶ Ἀζαρίαν, ὁ πυρέμψυχος καὶ τὴν πυρὰν ψύχων, ὁ δροσοφόρον ἀντὶ πυρφόρου ἀποτελέσας τὴν φλόγα· τὸ δὲ τοῦ παραδόξου παραδοξότερον, ὅτι οὓς μὲν ἔνδον ὡς ἐν γαστρὶ συνέλαβεν ἡ φλὸξ, ἀπεκύησεν ἀβλαβεῖς· οὓς δὲ ἐκτὸς ἀσυλλήπτους ἀμφ' αὐτὴν περιεῖχεν, ἐλυμαίνετο ἀσεβεῖς· τοῦτο ῥοπῆς θείας δυνάμεως ἀγγέλου ἐξουσία παναλκὴς καὶ οὕτως ῥωμαλέα, ὡς καὶ κόσμον ὅλον ἐν ἀκαριαίῳ δυναμένη ὀλοθρεύειν· καὶ μάρτυς ἡ κατὰ Σεναχερὶμ ἑνὸς ἀγγέλου θείου Χαλδαϊκὴ νυκτολεθρία θνῆσις, ἀψοφητὶ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδων πληθὺν ἀξιφὶ θανατώσασα· ἢ δὴ τάχιστα καὶ νῦν τελεῖσθαι ἐν τοῖς παροῦσι Χαλδαίοις (12) Θεὸν ἱκετεύομεν· μετεκομίζετο δὲ καὶ κούφως ὑπὸ ἀγγελικοῦ ἄϋλου ὁ ἔνυλός τε καὶ σαρκοφόρος Ἀββακοὺμ ἐξ ὀρίων Ἱερουσαλὴμ πρὸς Βαβυλῶνα, ἐπιφερόμενος ὁ προφήτης τῷ συμπροφήτῃ Δανιὴλ τροφὴν, λάκκου φρουρᾷ τότε ὑπάρχοντι, καὶ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθε ἀλυμάντως, εἰς Χριστοῦ τάφου τύπον τηροῦντας ἐνλακκίους σφραγῖδας· ἵν' ὡς ἐκ θανάτου καὶ ᾅδου Χριστὸς, ἀνέλθῃ καὶ προφήτης σωθεὶς ἐκ θηρῶν ἀνδρολέθρων ἀντιχαλῶν τῷ ᾅδῃ τοὺς αὐτὸν ἐν τῷ ᾅδῃ κατενέγκαντας· καθάπερ ἐπὶ τῶν Χαλδαίων, ἰσοτύπως γεγένηται αὖτη ἡ τῆς ψήφου Θεοῦ ἀδέκαστος δίκη, *Τοῦ ποιοῦντος τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον*· καθ' ἃ ὑπὸ τῶν ἱερῶν λόγων οἱ μακάριοι προσαγορεύονται ἄγγελοι, οἶμαί που, ὡς καθαρτικοὶ πολλάκις τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν, καυστικοὶ καὶ τιμωρητικοὶ τῶν ἐναντίων Θεοῦ, καὶ φωτὸς μεταδοτικοὶ τοῖς ἀφωτίστοις βροτῶν.

8. Equorum quoque figuris repræsentantur, ut Zacharias ait [88], quia res divina quælibet facili cursu utitur. Item quasi igneæ rotæ visi sunt, ceu qui cœlestem sphæram circumeunt simul et habitant. *Vox* quippe *tonitrui tui in rota* [89]. Quare et curru igneo Elias Thesbites de terra assumitur [90]: qui typus manifestus fuit, quadrijugus scilicet currus, quoniam ex quatuor elementis concreta est nostra natura, non sine qua in cœlum sursus conscendit qui hanc gestavit et rexit, prout voluit, Deus Verbum. Equi autem regalium currum, sanctorum angelorum imago erant: *Currus* enim *Dei*, inquit, *decem millia convivantium et festum agentium* [91]. Aspexit etiam Daniel in visione virum humana prorsus specie in throno sedentem, Antiquum dierum Deum: *Et millia millium*, inquit, *assistebant ei, et mille myriades ministrabunt ei* [92].

η'. Ἵπποι δὲ πάλιν ὁρῶνται τοῖς σχήμασιν, ὡς Ζαχαρίας φησὶν, ὡς ὀξυπόρως παντὶ τῷ θείῳ διατρέχοντι· τροχοῖς δὲ πυρίνοις ὡς τὸν οὐράνιον περιπολοῦντες ὁμοῦ καὶ οἰκοῦντες τροχόν· *Φωνὴ* γὰρ φησὶ, *τῆς βροντῆς σου ἐν τῷ τροχῷ*· διὸ καὶ ἐν ἅρματι πυρὸς Ἡλίου ὁ Θεσβίτης ἀπὸ γῆς ἀναλαμβάνεται· ὅπερ τύπος ἦν σαφὴς, τὸ μὲν τέθριπτον ἅρμα ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων συγκειμένης ἡμῶν φύσεως, μεθ' ἧς καὶ εἰς οὐρανὸν ἄνωθεν ἀνῆλθεν ὁ ταύτην φορέσας καὶ ἡνιοχήσας καθὼς ἠβουλήθη Θεὸς Λόγος. Οἱ δὲ ἵπποι τῶν βασιλικῶν ὀχημάτων ἁγίων ἀγγέλων ὑπῆρχον ὑπόδειγμα· *Τὸ γὰρ ἅρμα τοῦ Θεοῦ*, φησὶ, *μυριοπλάσιον χιλιάδες εὐθηγούντων καὶ ἑορταζόντων*· εἶδε δὲ καὶ Δανιὴλ ὡς ἐν ὁράσει ἄνδρα πάλιν ἀνθρωπόμορφον ἐπὶ θρόνου ἐνδρυμένον, τὸν Παλαιὸν τῶν ἡμερῶν Θεόν· *Καὶ χίλιαι χιλιάδες*, φησὶ, *παρειστήκεισαν αὐτῷ καὶ μύριαι*

[84] II Paral. xxvi, 17 seqq. [85] IV Reg. xix, 35. [86] Zachar. i, 8. [87] Psal. lxxvi, 19. [90] IV Reg. ii, 11. [91] Psal. lxvii, 18. [92] Dan. vii, 9. [87] Psal. ciii, 4; Hebr. i, 7. [88] Dan. xiv, 32 seqq.

(11) De substantia angelorum notæ sunt Patrum variæ opiniones. Videsis saltem Petavium.

(12) Intelligit, puto, Theodorus Mohammedanos qui ex intima Asia adversus Græcum Christianorum imperium magnis viribus adventabant.

Digitized by Google

μυριάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ· ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐν τῇ Παλαιᾷ, ὡς ἐν ὁράμασι καὶ ὀπτασίαις διετυποῦντο· ἐπεὶ οὔτε οὐσίαν Θεοῦ οὔτε μορφὴν, οὔτε σχῆμα οὔτε εἶδος οὔτε κάλλος τις τῶν ἐν σαρκὶ εἶδε πώποτε, οὔτε εἰδέσθαι δύναται, ὡς ὁ ἱερὸς ἡμᾶς διδάσκει Λόγος· ἀλλ' οὔτε ἀγγέλου τὴν οὐσίαν ἢ τις ἴσχυσεν ἢ ἐθεάσατο.

A Sed hæc quidem, et quæcunque hujusmodi sunt, in Vetere Testamento visionibus et apparitionibus figurabantur; quoniam Dei substantiam neque formam, neque figuram, neque speciem, neque pulchritudinem quisquam in carne vivens unquam aspexit, neque aspicere potest, ceu sacræ nos docent Litteræ. Sed ne angeli quidem substantiam quisquam potuit videre.

θ'. Οὐκοῦν δεῦρο ἀπὸ τῆς σκιᾶς ἐπὶ τὴν Καινὴν Διαθήκην διάβηθι, καὶ τὰς ἀγγελικὰς τρανότερον διακονίας κατόπτευσον· ἥκει μὲν οὖν ποτε χοράρχης καὶ τῶν προκρίτων ὁ ἔξαρχος τῆς ἀνωτάτω φύτλης τῶν ἀσωμάτων λειτουργῶν, ἐκφάντωρ θεομύστης τῶν ἀπορρήτων τοῦ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους μυστηρίων, Γαβριὴλ ὁ θεοείκελος λάτρις φερέχαιρος χαροποιὸς πρὸς τὴν βροτείαν φύσιν, καὶ πρὸς πανάφθορον κόρην· πρὸς ἣν εἰσῆλει τὴν μορφὴν αὐτοῦ κατ' οὐσίαν, ὡς ἔστιν ἐπιδεικνὺς τῇ πανσέμνῳ· μόνη γὰρ ἡ ἁγία Θεοτόκος, ὥς φασιν, ἀγγελικὴν ὡς ἔστι καὶ ὡς γέγονεν, ἰδέσθαι δεδύνηται, ἵν' ἐκ τοῦ κάλλους τοῦ δουλικοῦ ὑπερθαυμάσῃ τὸ κάλλος τὸ Δεσποτικόν· διὸ καὶ προστάξει θείᾳ εἰσῆλει πρὸς αὐτὴν ὁ ἀρχιστράτηγος, κάλλος ἀμήχανον αὐτῇ ἐνδεικνύμενος, καὶ μορφὴν αὐτῶν τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων λαμπροτέραν τυγχάνουσαν, ἠρέμα προσδιανοίγων τῇ ἀφθόρῳ τὴν πανάφθορον τῆς οἰκείας μορφῆς ἰδιότητα· ὅθεν καὶ εἶδεν εἶδος μικροῦ καὶ ἀΐδιον ἀπορροῆς ἀνταπαύγασμα· εἶδεν ὥραν ὑπὲρ ὥραν ὡραΐσμένην ὡραιότητος· εἶδε κάλλους λαμπηδόνα ξένην ἢ κατὰ συνήθειαν· εἶδεν οὐσίας ἀσωμάτου μαρμαρυγὰς ὑπερβαλλούσας τὰς ἡλιακάς· εἶδε λογικοῦ ἑωσφόρου ἀείζωον αὐγήν· εἶδε φλόγα ψυχικὴν, νοεροῦ φάους συναστράπτουσαν αἴγλην· ὅθεν ὡς οὐκ ἄϋλον κατατέθεικεν ἡ πάνσεμνος τοῦ ἀγγέλου τὴν θεωρίαν ὁμοῦ καὶ συντυχίαν, ὡς ἰδοῦσα ὃ ἄλλη οὐκ ἐδέξατο φύσις.

9. Age itaque ab umbris ad Novum Testamentum transi, et angelica perspicacius ministeria contemplare. Venit aliquando chori ductor, et electorum superni cœtus incorporeorum ministrorum princeps, mysticus arcanorum Dei mysteriorum apud homines revelator, Gabriel, Deo similis famulus, gaudii et lætitiæ nuntius mortalium naturæ, ad integerrimam puellam; ad quam est ingressus, formam suam, qualis ejus substantia est, venerendæ Virgini ostendens. Sola enim sancta Deipara, ut aiunt, angelicam uti reapse est, utque creata fuit, naturam videre potuit, ut in famuli formositate Dominicam pulchritudinem admiraretur. Ideo divino mandato ingressus est ad eam archangelus summam ei pulchritudinem ostendens, formamque ipsis radiis solaribus lucidiorem, sensim aperiens puræ Virgini purissimam formositatis suæ proprietatem. Unde etiam vidit speciem, æterni propemodum fluenti reflexum splendorem. Vidit formositatem formositate majorem, ornatum ipsius ornatus: vidit peregrinum splendorem et præter solitum: vidit incorporeæ substantiæ fulgores solaribus superiores: vidit rationalis luciferi semper vivum splendorem: vidit animatam flammam, intellectualis lucis rutilantem claritatem. Quare tanquam non immaterialem veneranda Virgo excepit angeli visionem atque occursum; ceu quæ viderat, quod alii nunquam contigit naturæ.

ι'. Δεσμεῖται δὲ καὶ Ζαχαρίας τῇ ἀφωνίᾳ ἁγίου ἀπιστήσας ἀγγέλου· ἐπεὶ γὰρ ἔμελλεν εἰς φῶς προέρχεσθαι ἐκ γαστρὸς ὁ τοῦ φωτὸς πρόδρομος τοῦ ἀληθινοῦ Ἰωάννης, ἡ *φωνὴ* δηλονότι *τοῦ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ* ἡμῖν τοῖς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας, τοῦ νόμου γέροντα λέγων· οὗ τύπον ἐκκληρῶν ὁ πατὴρ Ζαχαρίας, προτίκτει τοῦ Χριστοῦ μῆνας ἓξ τὸν Ἰωάννην· *Οὐκ ἦν γὰρ ἐκεῖνος τὸ φῶς*· καὶ διὰ τοῦτο πρὸ ἓξ ἔχει τὸν Ἰωάννην· μεθ' ὃν Χριστὸς ἐτέχθη, ὡς ἑβδόμη τις ἡμέρα· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὡς ἀληθῶς ἡμῶν μυστικὴ τῶν Σαββάτων ἀνάπαυσις, ἣν εὐλόγησεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ ἡγίασεν· ὅτι ἐν αὐτῇ καὶ δι' αὐτῆς κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ· καὶ αὐτός ἐστιν ὄντως ἀληθὴς τῆς μεγάλης βουλῆς τοῦ Πατρὸς Ἀρχάγγελος, καὶ αὐτὸς Κύριος ὁ Θεὸς δυνάμεων· διόπερ αὐτῷ ὑπείκουσι καὶ δουλεύουσι καὶ διακονοῦσιν ἐν παντὶ τρόπῳ καὶ τόπῳ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας αὐτοῦ οἱ ἅγιοι καὶ φιλάνθρωποι ὡς φιλανθρώπῳ Δεσπότῃ οἱ ἄγγελοι· καί ποτε μὲν αὐτοῦ γεννηθέντος τὸ κατὰ σάρκα, ἄγγελοι πρωτογνώστως τοῖς ποιμέσιν ἐπέστησαν, μυσταγωγοῦντες τούτους τῇ ἐν Βηθλεὲμ αὐτοῦ φατ-

10. Mutus fit Zacharias, qui angelo sancto non crediderat: quia scilicet processurus erat ex utero in lucem, veræ lucis præcursor Joannes, *vox* nimirum *clamantis in deserto* [63], nobis qui ex gentium Ecclesia sumus, legis senectutem edicturus: cujus typum gerens Zacharias giguit sex ante Christum mensibus Joannem: *Non* enim *erat ille lux* [64]; ideoque ante sex menses suscepit filium Joannem. Post quem Christus natus est, ceu septima quædam dies. Ipse enim vere nobis est mystica Sabbatorum requies, cui benedixit universalis Deus, et eam sanctificavit; quia in ipsa et propter ipsam ab omni opere suo requievit. Et ipse est reapse verus magni paterni consilii archangelus, ipse Dominus ac Deus virtutum. Quapropter ipsi subjiciuntur, et serviunt, atque ministrant omnimodis et omni loco per omne incarnationis tempus sancti et benigni ceu sancto et benigno Domino angeli. Etenim nato illo in carne, angeli primæ notitiæ auctores pastoribus fuerunt, nuntiantes hujus apud Bethleemum in præsepi nativitatem. Moxque admirantes magnum ejus et insperatum in paupercula forma hu-

[63] Isa. XL, 3. [64] Joan. I, 8.

Digitized by Google

manationis 'mysterium, *Gloria in excelesis Deo*[65] magnifice elataque voce clamarunt. Item angelus, ceu luminare cœleste in stellæ figuram conversus, viæ dux fuit magis, vocans ad viam quæ dicit: *Ego sum via*[66]. Rursus oraculum edit angelus, post magorum discessum, Josepho, ut cum Matre ac Jesu in Ægyptum migraret. Discedituque fugiens Deus ab homine, arcano œconomiæ consilio, haud equidem mortem timens, qui est hominum judex, sed tibi figuram exemplumque præbens, finesque timoris et virilis animi, quandonam et ubi et quare opportunitate in cunctis utendum sit. Non tamen usque ad Ægyptum tantummodo angelorum famulatus Dominum suum comitatus est, sed etiam ex Ægypto reditum angelus Josepho indixit.

11. Deinde vero quid? Alia quoque ab angelis factitata reperies. Angeli siquidem ad Jesum baptizatum ministrandi gratia in deserto accesserunt: non quod unquam a Domino suo abfuissent, sed ut tu, o fidelis, crederes, hominem baptizatum et munditiem conservantem, angelos invisibiliter ministros custodesque habere. Unde et in Probatica piscina, ad baptismi figuram, angelus sanationes faciebat: qua in piscina magni consilii angelus Christus homini jam triginta et octo annos paralytico salutem contulit: ipse tricesimo vitæ suæ anno baptizatus, et illius quinque sensus fide Trinitatis prodigiose, sanans. Sed parum abfuit, quin quod est præ cæteris summum et mirabilius, in sacris historiis de angelis relatum, indictum præterirem. Quale vero est hoc? Illi scilicet circa Christi vivificum sepulcrum inexspectati et multiformes angeli, quorum vere peregrini et relatu majores fuerunt eo in loco sermones atque prodigia. Qua in re illud in primis sedulo animadvertes, quomodo cuncti Christo dilecti terrigenæ currere illuc dicantur, sed supernæ naturæ absque cursu illic sedentes appareant. Petrus itaque exsurgens ad monumentum currebat; sed alius discipulus Petro citius præcucurrit. Et Maria Magdalene currit, venitque ad Simonem Petrum. Et aliæ Mariæ currebant nuntium ferentes discipulis. Sed ei illæ apud Marcum mulieres cursim a monumento fugerunt. At non ita angeli cursu utuntur, sed illic sedent, alius ad caput, alius ad saxi pedes, ubi corpus Jesu jacuerat, et alii quidem intra, lapidi insident.

12. Quid ergo hinc discimus? Nempe eos qui nondum divina mysteria susceperunt, ceu terrigenas, merito currere, sicut etiam Paulus ait[67], ut comprehendant. Nam ad dilectum qui currit, cursu utitur. Ideo sedisse dicuntur apud sepulcrum sanctissimi angeli, ceu jam gnari divinorum resurrectionis mysteriorum: sed alius quidem ad caput sedet, quia fortasse excelsioribus mysteriis initiatus: alius ad pedes, quia fortasse inferiorum ali-

A νοθέτῳ γεννήσει· καὶ αὖθις ἀγασθέντες τὸ μέγα καὶ παράδοξον αὐτοῦ τῆς πτωχοπρεποῦς ἐνανθρωπήσεως μυστήριον, τὸ, *Δόξα*, λαμπρῶς, *ἐν ὑψίστοις Θεῷ*, διαπρυσίως ἐκέκραγον· καὶ ἄγγελος ὡς φωστὴρ οὐράνιος εἰς ἀστέρος τύπον μορφωθεὶς, τὴν ὁδὸν ὡδοποίει μάγοις καλῶν πρὸς τὴν ὁδὸν τὴν λέγουσαν· *Ἐγώ εἰμι ὁδός*· χρησμοτοδεῖ δὲ καὶ πάλιν αὖθις ἄγγελος, ἀναχωρησάντων τῶν μάγων, Ἰωσὴφ, σὺν τῇ Μητρὶ καὶ Ἰησοῦ τὴν ἔπαρσιν ποιεῖσθαι ἐπ' Αἴγυπτον· καὶ οἴχεται φυγὰς Θεὸς ἐκ
B βροτοῦ οἰκονομικῶς, οὐ φρίττων θνητὸν ὁ κριτὴς τῶν βροτῶν, ἀλλά σοι τύπον καὶ εἰκόνα διδοὺς, καὶ ὅρους δειλίας καὶ ἀνδρείας, πότε καὶ ποῦ καὶ καιρὸν εἰδέναι τοῖς πᾶσιν· οὐ μέχρι δὲ Αἰγύπτου ἡ τῶν ἀγγέλων πρὸς τὸν ἑαυτῶν Δεσπότην λειτουργία, ἀλλὰ καὶ ἀπ' Αἰγύπτου ἄγγελος τῷ Ἰωσὴφ μηνύει τὴν ἔξοδον.

ια'. Εἶτα τί; καὶ τὰ ἄλλα περὶ ἀγγέλων εὕροις· ἄγγελοι μὲν τῷ Ἰησοῦ βαπτισθέντι ἐν τῇ ἐρήμῳ εἰς διακονίαν προσέρχονται· οὐχ ὅτι πώποτε τοῦ ἑαυτῶν Δεσπότου ἀπέστησαν, ἀλλ' ὅπως σὺ πιστωθῇς ὁ πιστὸς, ὅτι βαπτισθεὶς καὶ φυλάττων τὴν κάθαρσιν, ἀγγέλους ἀοράτως πρὸς διακονίαν καὶ τήρησιν κομίζεται· ὅθεν καὶ ἐν τῇ Προβατικῇ κολυμβήθρᾳ εἰς τύπον τοῦ βαπτίσματος ἄγγελος τὰς ἴασεις ἐνεδείκνυτο, ἐν ᾗ ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος ὁ Χριστὸς, διὰ τριάκοντα καὶ ὀκτὼ ἐτῶν τῷ παραλύτῳ ἐχαρίσατο ἴασιν· τριακονταέτης βαπτιζόμενος, καὶ τὰς πέντε τούτου αἰσθήσεις τῇ πίστει τῆς Τριάδος παραδόξως ἰώμενος. Μικρῷ καὶ αὐτὸ τὸ πάντων κορυφαιότατον
C καὶ θαυμασώτερον ἐν πράγμασιν ἱεροῖς περὶ ἀγγέλων φερόμενον, τῷ λόγῳ παρέδραμον· ποῖον δὲ τοῦτο; τοὺς κατὰ τὸν τῆς ζωῆς Χριστοῦ ζωηφόρον τάφον παραδόξους τε καὶ πολυτρόπους ἀγγέλους, ὧν ὡς ἀληθῶς ξένα καὶ ὑπὲρ λόγον τὰ κατὰ τόπον κηρύγματα καὶ θαυμάσια· ἐν οἷς σκοπήσεις ἐπιμελῶς πρὸ τῶν ἄλλων ἐκεῖνο, πῶς μὲν ἅπαντες οἱ Χριστῷ προσφιλεῖς γηγενεῖς τρέχειν ἐκεῖ λέγονται, αἱ δὲ φύσεις αἱ ἀνώτεραι ἀδρομὶ καθέζεσθαι φαίνονται· ὁ μὲν οὖν Πέτρος ἀναστὰς ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον· ὁ δὲ ἄλλος μαθητὴς προέδραμε τάχιον τοῦ Πέτρου· καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ τρέχει καὶ ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον· καὶ αἱ ἄλλαι Μαρίαι ἔδραμον ἀπαγγέλλουσαι τοῖς μαθηταῖς· καὶ αἱ κατὰ τὸν Μάρκον ὁμοίως ἐν δρόμῳ ἔφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου· ἀλλ'
D οὐχ οὕτως ἐνθάδε δρόμῳ ἐμφαίνονται καθήμενοι, ὁ δὲ πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ ἄλλος πρὸς τοῖς ποσὶν, ὅπου ἔκειτο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ· καὶ οἱ μὲν ἐντὸς, οἱ δὲ ἐκτὸς ἐπάνω τοῦ λίθου καθήμενοι.

ιβ'. Τί οὖν διὰ τούτων μανθάνομεν; ὅτι οἱ μήπω τὰ θεῖα καταλαβόντες μυστήρια, ὡς γηγενεῖς, δικαίως τρέχουσιν, ὡς καὶ Παῦλός φησιν, ἵνα καταλάβωσι· πρὸς γὰρ τὸ ποθούμενον ὁ τρέχων τρέχει· διὸ καθῆσθαι λέγονται ἐν τῷ τάφῳ οἱ πανάγιοι ἄγγελοι, ὡς ἤδη γινώσκοντες τὰ θεῖα τῆς ἀναστάσεως μυστήρια· ἀλλ' ὁ μὲν πρὸς τῇ κεφαλῇ κάθηται, ἴσως ὡς τὰ ὑψηλότερα μεμυημένος μυστήρια· ὁ δὲ πρὸς τοῖς ποσὶ, τάχα τῶν κατωτέρων τινῶν μυστηρίων καὶ διακονιῶν

[65] Luc. II, 14. [66] Joan. XIV, 6. [67] I Cor. IX, 24.

Digitized by Google

λειτουργὸς γινόμενος· καὶ οἱ μὲν ὁρῶντες ὡς τὰ κρυπτότερα διασκοποῦντες θαυμάσια τῆς θεότητος· οἱ δὲ ἐκτὸς, ἴσως ὡς τὸ τῆς σαρκώσεως Χριστοῦ θαῦμα κηρύττοντες· καὶ ἄλλος ἐν τοῖς δεξιοῖς κάθηται, ψυχῶν δικαίων καὶ δεξιῶν Θεοῦ μυσταγωγὸς γινόμενος· ἀλλὰ καὶ νεανίσκων προσώποις ὡραϊσμένοι ὁρῶνται, τῶν νεανίσκων καὶ ἀθραύστων καὶ ἀγηράτων καὶ ἀφθάρτων, καὶ τὸ εὐσταλὲς καὶ φιλάρετον τῆς ἑαυτῶν φύσεως πρὸς Θεὸν διὰ τῆς νεανισκοφανοῦς αἰνιττόμενοι ὥρας· ὅθεν καὶ ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις, ὁμοῦ τε ἵνα δείξωσι τὸ λαμπρὸν καὶ ἄσπιλον καὶ ἐρωτικὸν τῆς Χριστοῦ ἀναστάσεως, καὶ τὸ ἄῤῥυπον καὶ ἀπαθὲς καὶ ἀκηλίδωτον χάριτι τῆς ἑαυτῶν φύσεως· ἐπεὶ γὰρ δεύτερον φῶς μετὰ τὸ πρῶτον, ὅ ἐστι τὸ φῶς τῶν φώτων, λέγεται ἄγγελος· τούτου χάριν καὶ ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις, καὶ ὡς ἀστραπὴ, καὶ ὡς χιὼν οἱ πανίεροι οὗτοι φωστῆρες τοῖς ἀξίοις ἐμφαίνονται· ἐν οἷς οὐ πάρεστιν οὐ χρῶμα, οὐ σῶμα, οὐ πτέρυγες, οὐκ ἐνπηχεῖς βραχίονες, οὐ θριξοφόρος κορυφὴ, οὐκ ὄρθιον ἀνάστημα, οὐδ' ὅλως τι τῶν κατὰ τὴν ἔνυλον ὁρωμένων ἢ κινουμένων φύσιν. Εἰ πολλάκις ἐν θείαις ὀπτασίαις ἀνθρωπομόρφως ἐπιφαίνεσθαι λέγονται, ἀλλ' οὐδ' αὐτὰς ταύτας ἃς περικείμενοι προσηγορίας, τῆς τούτων οὐσίας σημαντικὰς ὑπειλήφαμεν, ἀλλὰ πρὸς τὰς οἰκείας μᾶλλον ἐνεργείας ἐκ Θεοῦ, καὶ τῶν θεολόγων ἀνδρῶν ἐκομίσαντο· καί γε ὤφελον· καὶ γὰρ ἐμοί γε σκόπευσον οὕτως. Ἄγγελοι, ὡς ἀγγέλλοντες ἀνθρώποις τὰ θεῖα βουλεύματα καὶ ἄλλοθεν ἄγοντες. Ἀρχάγγελοι, ἵνα σὺ μάθῃς καὶ ἐν ἀνθρώποις τάξιν καὶ κατάστασιν, ἧς τύπος καὶ ἡ Ἐκκλησία καθέστηκεν. Ἀρχαὶ δὲ πάλιν λέγονται, ὡς ἐξάρχουσαι πρὸς διδασκαλίαν καὶ φωτισμὸν τῶν κατωτέρω προσταγμάτων. Ἐξουσίαι, ὡς βασιλικὰ καὶ δεσποτικὰ περικείμεναι ἀξιώματα. Δυνάμεις, ὡς χάριτι πάσης ἀσθενείας καὶ πάθους καὶ θανάτου ἀνώτεραι. Θρόνοι, ὡς ἐπαναπαυομένου τοῦ Θεοῦ τῇ τούτων πολιτείᾳ καὶ λειτουργίᾳ. Κυριότητες, ὡς ἐμπεπιστευμέναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς πρόνοιαν καὶ σωτηρίαν καὶ χειραγωγίαν τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, καὶ ὡς ἀδούλωτοι χάριτι πάσης λοιπὸν ἐμπαθοῦς κινήσεως καὶ ἐκπτώσεως. Σεραφὶμ, ὅπερ τῇ Ἑβραίων φωνῇ πύρωσις ἑρμηνεύεται, ὡς ἑτέρων καθαρτικαὶ καὶ φωτιστικαὶ οὐσίαι τυγχάνουσι· τὰ δὲ ἀνώτατα πάντων καὶ πλησιόθεα Χερουβὶμ, ὅπερ πάλιν πλῆθος ἑρμηνεύεται γνώσεως.

A quot mysteriorum atque officiorum minister erat: et alii quidem spectantes, quasi secretiora rimantes prodigia divinitatis: alii extra, fortasse utpote incarnationis Christi prodigium prædicantes: et alius in dextera parte sedet, quia justarum et in dextera Dei collocandarum animarum magister. Sed et adolescentium pulchrorum formis decori apparent, adolescentium, inquam, integerrimorum, senii et corruptelæ expertium, qui constantem naturæ suæ erga Deum virtutem, juvenili formositate designant. Quare et vestibus apparent fulgentibus, ut simul demonstrent splendidam, immaculatam amabilemque Christi resurrectionis speciem; et collatam ipsorum naturæ a divina gratia munditiem, impassibilitatem, atque impeccantiam. Etenim se- B cundum lumen post primum, quod est luminum lumen, dicitur esse angelus. Propterea et in vestibus splendidis, et veluti fulgur, aut nix, hæc sacratissima luminaria dignis apparent: quibus alioqui neque color est, neque corpus, neque alæ, neque brachia vel cubiti, neque comati vertices, neque erecta statura, neque aliud quidquam ex his quæ in materiali natura cernuntur aut moventur. Et quanquam sæpe in divinis visionibus humana specie apparere dicuntur, non tamen has ipsas quas gerunt appellationes, eorum substantiæ significativas putamus, sed eas potius a propriis Dei nutu operationibus, atque a theologis hominibus sortiti sunt. Et quidem ita fieri oportuit. Nam mecum, quæso, considera. Angeli (nuntii) dicuntur, quia C nuntiant hominibus divina consilia, et aliunde afferunt. Archangeli, ut discas in hominibus quoque constitutum ordinem esse debere, cujus rei typus Ecclesia est. Principatus item dicuntur, quasi principes ad magisterium et illuminationem ordinum inferiorum. Potestates, ut regali dominicaque dignitate præditi. Virtutes, ut gratiæ beneficio cujuslibet infirmitatis, passionis ac mortis immunes. Throni, ceu Deo in horum conversatione et ministerio considente. Dominationes, ceu quibus Deus commisit curam, salutem, directionemque humani generis, et quia gratiæ beneficio nunquam servient ulli passionum motui et lapsui. Seraphim, quod nomen in Hebræorum lingua igneam accensionem D interpretamur, tanquam aliorum purgativæ et illuminatoriæ substantiæ. Cherubim, quod item vocabulum interpretamur plenitudinem scientiæ.

ιγ'. Ταύτην ἡμῖν ὁ ἀρχιστράτηγος τῶν ἀγγέλων σήμερον περὶ ἀγγέλων εἰπεῖν ὑφηγήσατο· αὗταί τε τῶν ἀσωμάτων ἐννέα τάξεις, καὶ δεκάτη ὁ ἄνθρωπος· ἔστιν οὖν δέκα τάξεις ἢ δραχμαὶ, περὶ ὧν φησιν ὁ Χριστός. « Εἴ τις γυνὴ ἔχουσα δραχμὰς δέκα, ἐὰν ἀπολέσῃ μίαν ἐξ αὐτῶν, οὐ δὲ ἅψασα λύχνον ἀναζητήσει ταύτην; καὶ ἐὰν εὕρῃ, συγκαλεῖται τὰς φίλας καὶ τὰς γείτονας, λέγουσα, Συγχάρητέ μοι ὅτι ηὗρον τὴν δραχμὴν ἣν ἀπώλεσα· » ἢ τις ἦν καὶ τὸ πρόβατον τὸ ἀπολωλὸς ἐκ τῶν ἐννενηκονταεννέα τῶν μὴ ἀπολωλότων· ὅπερ ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος οὐχ ὑπερεῖδεν, ἀλλ' ἀνεζήτησε, καὶ εὑρὼν ἐπὶ τὰ ὄρη

13. Hanc nobis hodie materiam summus dux angelorum ex alto obtulit dicendi de angelis. Hi sunt novem incorporeorum ordines: decimus autem ordo homo. Sunt itaque decem ordines totidem drachmæ, de quibus Christus ait: « Mulier habens decem drachmas, si unam ex his perdiderit, nonne accensa lucerna quæret eam? Et si invenerit, amicas congregat vicinasque, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram. » Idem decimus ordo, seu homo, est ovis quæ perierat inter nonaginta novem incolumes; quam egregius pastor, bonus atque benignus, non neglexit,

Digitized by Google

sed conquisivit, inventamque in montibus collibusque ethnicis male errantem et idolis immolantem revocavit, et impositam humeris reduxit ad non erroneum gregem eam quæ devia fuerat, atque inter cœlites reducem connumeravit, et æterno regno dignatus est; quo nobis omnibus potiri contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo gloria sit Patri et sancto vivifico consubstantiali Spiritui, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

καὶ τοὺς βουνοὺς τοὺς Ἑλληνικοὺς κακῶς πλανώμενον καὶ θυσιάζον ἐπέστρεψεν, καὶ βαστάσας τῇ ποίμνῃ τῇ ἀπλανεῖ τὸ πεπλανημένον, εἰς οὐρανοὺς ἀναγαγὼν συνηρίθμησε, καὶ τῆς βασιλείας τῆς αἰωνίου κατηξίωσεν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ ὁμοουσίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

VII.

In nativitatem sancti prophetæ Præcursoris Baptistæ.

(Ang. Mai, *loc. cit.* p. 33.)

1. Si vocali alicui lusciniæ verno tempore suaviter resonanti nostra similis esset oratio, laudare aliquantum magnam illam veritatis vocem, quæ hodie nascitur, forsitan posset: sed cum gracilis atque absona sit oratio nostra, quomodo laudabit magnum decus prophetarum? quomodo celebrabit eximiam apostolorum dignitatem? quomodo glorificabit peregrinam martyrum gloriam? Porro hoc mihi quoque considerandum est, quod in aliis quidem sanctis, alius alium laudavit, celsus celsum, minor minorem: sed ejus qui nunc laudatur, ante omnes ipse Christus, Deus ac veritas, laudes pronuntiavit. Ait enim: *Major Joanne Baptista inter natos mulierum non surrexit* [68]. Quia igitur tanta suppetit magno Præcursori sublimisque laus a supremæ auctoritatis Verbo; num is adhuc indiget exiguo nostro sermone, o studiosi auditores? Absit; sed servile persolventes debitum, et Patris jussum exsequentes, et quasi ex sola Præcursoris mentione sanctificandi simus, nostram audaciam ostendemus.

2. Agedum igitur diem festum jam celebremus, ad natalem honorandum frequenti multitudine conveniamus, neque accolæ tantummodo, verum etiam universa intellectualis Jordanis regio. Videamus peregrinum mysterium; spectemus negotium hodie præter omnem spem patratum; consideremus Zachariæ res, vicissimque narremus quæ Elisabetæ sunt. Non ex obscuris ergo parentibus, ut hinc etiam maximus appareat Præcursor, sed ex illustribus inclytisque nascitur. Nam alter quidem erat veluti Aaron propter canos et dignitatem, sacerdotali veste indutus: pectorali, inquam, et superhumerali, podere, fimbriata tunica, cidari, atque zona, quæ omnia auro, gemmis, hyacintho, byssoque erant variata: atque ita in Sancta sanctorum ingrediebatur per tempus

[68] Matth. xi, 11.

Z'.

Εἰς τὸ γενέσιον τοῦ ἁγίου προφήτου Προδρόμου Βαπτιστοῦ (13).

α'. Ἀηδόνι τινὶ πολυφώνῳ εὔηχα κελαδούσῃ περὶ τὰς ἐαρινὰς ὥρας ἐοικὼς ἡμῖν ὁ λόγος, εὕρεν ἂν τάχα ἐκ μικροῦ ἀνυμνῆσαι τὴν μεγάλην φωνὴν τῆς ἀληθείας σήμερον ἀποκυουμένην· ἐπεὶ δέ ἐστιν ἰσχνοεπὴς καὶ δύσφωνος ἄγαν, πῶς ὑμνήσει τὸ μέγα τῶν προφητῶν κλέος; πῶς αἰνέσει τὸ ἐξαίρετον τῶν ἀποστόλων γέρας; πῶς δοξάσει τὸ ξένον τῶν μαρτύρων σέβας; Καί μοι σκοπητέον τοῦτο, ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἁγίων, ἄλλος ἄλλου διεῖληφε τὰ ἐγκώμια, ὑψηλὸς ὑψηλοῦ, καὶ μετρίου μετριώτερος· τοῦ δὲ νῦν εὐφημουμένου πρὸ τῶν ἄλλων, αὐτὸς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡ ἀλήθεια· φησὶ γάρ· *Μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐκ ἐγήγερται.* Ἐπεὶ οὖν τοσοῦτος περίεστιν ὁ ἔπαινος τῷ μεγάλῳ Προδρόμῳ ἀνυπέρβλητος ἐκ τοῦ ἀνωτάτω Λόγου, μή τι ἄρα ἐνδεής ἐστι τῆς ἡμετέρας βραχυλογίας, ὦ φιλακροάμονες; Ἄπαγε· ἀλλὰ δουλικὸν ἀποτινύντες χρέος, καὶ Πατρικὸν (14) ἀποπληροῦντες ἐπίταγμα, καὶ ὡς ἁγιασθησόμενοι ἐκ μόνης τῆς περὶ τὸν Πρόδρομον ὑπομνήσεως, τὸ τολμηρὸν ἡμῶν ἐπιδεικνύμεθα.

β'. Δεῦρο δὴ οὖν λοιπὸν τὴν ἡμέραν ἑορτάσωμεν, τὰ τοῦ γενεσίου πανηγυρίσωμεν, οὐχ οἱ περίοικοι μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ τοῦ νοητοῦ Ἰορδάνου (15) περίχωρος· ἴδωμεν τὸ ξενοπρεπὲς μυστήριον, ἴδωμεν τὸ παραδόξως τελούμενον σήμερον, κατανοήσωμεν τὰ τοῦ Ζαχαρίου, ἀνθομολογησώμεθα τὰ τῆς Ἐλισάβετ. Οὐκ ἐξ ἀγεννῶν τοίνυν γονέων, ἵνα κἀντεῦθεν δειχθῇ μέγιστος ὁ Πρόδρομος, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐπισήμων καὶ περιδόξων· ὁ μὲν γὰρ Ἀαρών τις καὶ τὴν πολιὰν καὶ τὴν ἀξίαν, τὴν ἱερατικὴν στολὴν ἠμφιεσμένος, τὸ περιστήθιόν φημι, τὴν ἐπωμίδα, τὸν ποδήρη, τόν τε κοσσύμβρωτον χιτῶνα, τὴν κίδαρίν τε καὶ ζώνην, τὰ ἐκ χρυσοῦ τε καὶ λίθων καὶ ὑακίνθου καὶ βύσσου πεποικιλμένα· καὶ οὕτως εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰσιὼν, κατὰ τὴν ἐφημερίαν τῆς ἱερουργίας· ἡ δὲ τῆς Σάρρας ἰσοκλεὴς, καὶ μᾶλλον δὲ

(13) Orationem hanc exhibuerat Latine tantummodo Combefisius in *Bibliotheca concionatoria*, t. VII, p. 129. Nos nunc Græce primum ex Vaticano codice eruimus. Jam Combefisii interpretationem sæpe libenter secuti sumus, sæpe etiam ab ea discessimus, tum ob alias causas, tum quia Combefisius Græcas dictiones non una vice prave omnino explicaverat; id quod philellenes vere a me dici comperient.

(14) Satis constare videtur Studitam ætate juvenili plerasque has panegyricas orationes dixisse; quo tempore nonnisi jussu vel episcopi sui vel abbatis monasterii concionari poterat. Quem morem in Gregorio quoque Antiocheno videsis apud nos t. II, p. 557.

(15) Jordanes baptismi symbolum in musivis Romanis. Hic dicit baptizatos omnes, id est Christianos.

Digitized by Google

ὑπερκλεὴς, ὡς καὶ τῇ Θεομήτορι ἀγχιστεύουσα· γεννᾷ γὰρ ἐκ στειρώσεως κατ' ἐπαγγελίαν οὐκ Ἰσαὰκ δοῦλον Θεοῦ κληθέντα, ἀλλ' Ἰωάννην τὸν φίλον γνήσιον Κυρίου χρηματίσαντα. Ὦ ἀγόνου νηδύος τοιοῦτον κυοφορησάσης παῖδα! ὦ ἀκάρπου ἀρούρας τηλικαύτην βλαστησάσης ἄσταχυν· διὰ τοῦτο οὐκ ἀποκνητέον τὰ τοῦ μεγαλοφωνοτάτου Ἡσαΐου καινώτερόν πως καὶ πρὸς αὐτὴν ἀποφθέγξασθαι· *Εὐφράνθητι, στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα· ῥῆξον καὶ βόησον, ἡ οὐκ ὠδίνουσα*, ὅτι ἐξήνθησας ἐκ τῆς ἐρήμου μήτρας τὸ κρίνον τῆς ἁγνείας, τὸ ῥόδον τῆς πνευματικῆς εὐοδμίας, τὸν λειμῶνα τῆς ἀγαθοφόρου ἐγκρατείας, τὸν ἡμεροφανῆ λαμπτῆρα τῆς Χριστοῦ ἐπιφανείας, Ἰωάννην τὸν θεοπρόβλητον στρατιώτην τοῦ οὐρανίου βασιλέως, τὸν ἄριστον τῆς Χριστοῦ νυμφαγωγὸν Ἐκκλησίας, τὸν ἀσίγητον μάρτυρα τῆς ὄντως ἀληθείας, Ἰωάννην τὸν διαπρύσιον κήρυκα τῆς μετανοίας, τὸν ἐν σώματι ἄγγελον τοῦ Κυρίου, τὸν ἐκφάντορα τοῦ Ἀμνοῦ τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· καὶ οὐδ' ἂν αὐτοῦ περιλάβοιμι τὰς ἀξίας, κἂν πλείω προσθείην τῆς κλήσεως τὰ ὀνόματα· πολυώνυμος γάρ τίς ἐστι, καὶ πολυάξιος, τὸ μεῖζον παρὰ πάντας τοὺς χριστοὺς Κυρίου κεκληρωμένος.

A ministerii sui. Illa vero Saræ gloria æqualis, vel potius superior, utpote Dei Matrem propinquitate contingens. Parit enim ex sterilitate secundum promissionem, haud Isaacum Dei servum vocatum [69], sed Joannem qui verus Domini exstitit amicus. O sterilem uterum, qui talem gestavit filium! O infructuosum agrum, qui tale tantumque spicum germinavit! Quamobrem non est cunctandum verba illa vocalissimi Isaiæ novo quodam modo de ipsa dicere: *Lætare, sterilis quæ non paris; erumpe et clama, quæ non parturis* [70], quoniam ex deserta matrice tua lilium efflorait sanctitatis, rosa spiritalis suavitatis, pratum utilis continentiæ, fax interdiu quoque conspicua Christi adventus, Joannes a Deo electus miles cœlestis regis, optimus B Ecclesiæ Christi paranymphus, testis nunquam tacitus ejus, quæ vere est, veritatis, Joannes pœnitentiæ canorus præco, cum corpore angelus Domini, index Agni qui tollit peccatum mundi. Neque possim ejus complecti dignitatem, quantumvis nomina appellationum multiplicem; permultos enim titulos dignitatesque habet, majus præ omnibus Domini unctis officium sortitus.

γ'. Καὶ γοῦν τιμᾶται καὶ Ἰσαὰκ τοῦ προπάτορος τὸ γενέσιον, ὅνπερ Σάρρα συλλαβοῦσα καὶ τεκοῦσα υἱὸν εἰς γῆρας, εἶτα καὶ εἰποῦσα, *Τίς ἀναγγελεῖ Ἀβραὰμ ὅτι θηλάζει Σάρρα παιδίον;* ἐφ' ᾧ καὶ μεγάλην δοχὴν ποιῶν φαίνεται ἐν ἡμέρᾳ τῆς αὐτοῦ ἀπογαλακτίσεως. Καὶ τιμᾶται πάλιν Σαμψὼν [τὸ C γενέσιον] τοῦ τεχθέντος Μανωὲ κατ' ἐπαγγελίαν, ἐκ στείρας καὶ αὐτὸς προερχόμενος· ὃς, φησὶν, οὐ πίεται οἶνον καὶ σίκερα, καὶ οὐ μὴ φάγῃ πᾶν ἀκάθαρτον· καὶ αὐτὸς ἄρξεται σώζειν τὸν Ἰσραὴλ ἐκ χειρὸς ἀλλοφύλων. Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, ἵνα τὰ τῶν ἄλλων παραθέω, καὶ Σαμουὴλ τοῦ τὰ ἔμπροσθεν βλέποντος, ὃν ἔτεκεν ἡ πολυΰμνητος Ἄννα τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς Ἑλκανᾷ, ἀναθεμένη ἐκ βρέφους τῷ Θεῷ. Ἀλλ' οὔπως τῆς Ἰωάννου τετυχήκασι μεγαλειότητος, ἀγαπητοί· διότι οἱ μὲν πρὸ νόμου τοῦ γραπτοῦ, οἱ δὲ μετὰ νόμων· Ἰωάννης δὲ ὁ υἱὸς Ζαχαρίου τοῦ ἱερέως καὶ Ἐλισάβετ τῆς θαυμασίας, προεισόδιον ἄνθος τῆς Χριστοῦ παρουσίας, ἀνέθαλλε μέσον νόμου καὶ χάριτος ἀναφανείς· προηύγασε γὰρ ὁ νοητὸς ἑωσφόρος, σημαίνων τὴν ἀνατολὴν τοῦ Ἡλίου τῆς δικαιοσύνης· D προέδραμεν ὁ στρατιώτης δηλῶν τὴν τοῦ παμβασιλέως ἐπιδημίαν· ἦλθεν ὁ νυμφαγωγὸς μηνύων τὴν ἐπιστασίαν τοῦ νυμφίου· καὶ οἱ μὲν μετά τινας καιροὺς τῆς ἀποκυήσεως, ἢ προεφήτευσαν, ἢ ἐτερατούργησαν· ὁ δὲ ἔτι ἐγκυοφορούμενος, Πνεύματος ἁγίου ἐμπέπλησται, καὶ θαυματουργὸς ἀναδέδεικται.

3. Sane in honore habetur Isaaci quoque progenitoris nativitas, quem cum concepisset Sara filium et in senectute peperisset, dixit: « *Quis nuntiabit Abrahamo quod Sara filiolum lactet* [71]? » Quocirca magnum quoque constat patrem fecisse convivium die ablactationis ejus. Honoratur item natalis Samsonis, quem Manue filium suscepit secundum promissionem, de matre sterili similiter ortum; qui, ut ait Scriptura [72], bibiturus non erat vinum neque siceram, nec immundum quidquam manducaturus; idemque initium facturus salvandi Israelis de alienigenarum manu. Præter hos, ut alios omittam, Samuelis, qui res in antecessum videbat, honoratur natalis; quem peperit celeberrima Anna viro suo Helcanæ, et ab infantia Deo dicavit. Sed isti non assecuti sunt Joannis excellentiam, o dilecti; nam partim ante legem scriptam fuerunt, partim post legem. Joannes autem Zachariæ sacerdotis et mirificæ Elisabetæ filius; pullulavit flos præcedens Christi adventum, medius inter legem et gratiam apparens. Præluxit enim intellectualis lucifer, ortum Solis justitiæ significans: præcessit miles regis universalis adventum denuntians: venit paranymphus sponsum adesse portendens. Et alii quidem aliquanto post nativitatem tempore, vel prophetaverunt, vel miracula ediderunt; hic autem adhuc gestatus in utero, Spiritu sancto repletus erat, et prodigiorum auctor apparuit.

δ'. Τοιγαροῦν ἔοικέ μοι τοιοῦτόν τι, ἵν' ὡς ἐν εἰκόνι παραστήσω τὸ μεγαλοπρεπὲς τοῦ Προδρόμου· ὥσπερ τις οὖν βασιλεὺς ἐκ τῶν ἀνακτόρων βασιλικῶς

4. Quamobrem venit mihi in mentem, ut imagine quadam magnificentiam Præcursoris repræsentem. Sicut enim rex ex palatio regaliter procedens, ha-

[69] Gen. XXIV, 14; Dan. III, 35. [70] Isa. LIV, 1. [71] Gen. XXI, 7, [72] Judic. XIII, 14.

Digitized by Google

bet primo præcedentes lictores et sceptriferos, deinde consules, præfectos et ordinum ductores, postremo aliquem majore dignitate præditum; post quem statim rex, nemine interjecto apparet, auro et claris lapidibus fulgens; ita mecum cogita de vero unicoque omnium rege Christo Deo nostro. Huic enim per carnem in mundum ingressuro, præcesserunt patriarchæ, Abrahamus videlicet, Isaacus, Jacobus: deinde Moyses Dei interpres, Aaron atque Samuel, et universa prophetarum turba. Postremus apparuit Joannes, moxque statim Christus Dominus; de quo ille dixit: *Qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat*[75]. Et qui ultimus ordine est, dignitate major pro proportione exstitit. Sic ergo et prophetarum et apostolorum et aliorum omnium præcipuus fuit, juxta verax Verbum magnus Præcursor; illorum quidem ut subsequens, horum ut præcessor. Sed agesis evangelicam aperientes historiam, audiamus quænam Zachariæ nuntiata sint.

A προερχόμενος, ἔχει μὲν πρῶτα ἡγουμένους, ῥαβδούχους τινὰς καὶ σκηπτροφόρους, ἔπειτα ὑπάτους, ὑπάρχους τε καὶ ταξιάρχους, ἔσχατον δέ τινα ἀξιωματικώτερον, μεθ' ὃν εὐθὺς ὁ βασιλεὺς ἀμέσως ἐπιφαίνεται χρυσῷ καὶ λίθοις διαυγέσι καταλαμπόμενος, οὕτω μοι νόει καὶ ἐπὶ τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου τῶν ὅλων βασιλέως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· μέλλοντος γὰρ αὐτοῦ διὰ σαρκὸς εἰσιέναι ἐν τῇ οἰκουμένῃ, προηγήσαντο μὲν πατριάρχαι, οἷον Ἀβραάμ, Ἰσαάκ, Ἰακώβ· ἔπειτα Μωϋσῆς ὁ θεοφάντωρ, Ἀαρών τε καὶ Σαμουὴλ, καὶ πᾶς ὁ τῶν προφητῶν ὅμιλος· ὕστατος δέ πως πεφανέρωται Ἰωάννης· καὶ εὐθὺς ὁ Δεσπότης Χριστὸς περὶ οὗ φησιν· *Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν*· καὶ ὁ ἔσχατος τῇ τάξει μείζων τῇ ἀξίᾳ, κατὰ τὸ ἀνάλογον ἀποδέδεικται· οὕτω τοίνυν καὶ προφητῶν καὶ ἀποστόλων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων πρώτιστος κατὰ τὸν ἀληθῆ Λόγον ὁ μέγας Πρόδρομος, τῶν μὲν ὡς ἐφεπόμενος, τῶν δὲ ὡς προηγούμενος· ἀλλὰ γὰρ τὴν εὐαγγελικὴν ἱστορίαν ἀναπτύξαντες, ἀκουσώμεθα τίνα τὰ τοῦ Γαβριὴλ πρὸς τὸν Ζαχαρίαν ἀπαγγελλόμενα.

B

5. *Apparuit ei*, inquit, *angelus Domini, stans a dextris altaris incensi. Et conturbatus est Zacharias videns, et timor irruit super ipsum*[76]. Nempe quia terribilis est angelica visio, et terribili in loco ostensa. *Quam terribilis est*, inquit, *locus iste! non est hic aliud nisi domus Dei*[76]. Neque est mirandum, si cum justus sacerdos esset, turbatus est timorque in eum irruit; siquidem et Daniel desideriorum vir, videns obstupuit, et in faciem cadens ore hiante fuit, propter angelicæ eminentiæ splendorem incomparabilem[76]. *Apparuit ei*, inquit, *angelus Domini*. Quid ad hæc nobis dicunt hi semichristiani, qui angelorum imagines fieri nolunt? Si angelus ab homine visus fuit, ergo omnino figuram induerat, haud aliter quam cernebatur. Visus est autem tali figura, quali antea Moysi in monte Sina circa propitiatorium, Cherubini in typo ostensi fuerunt. Quod si incorporeum et non figuratum, juxta ostensum typum delineatur, quidni corporeum et figuratum, colori, tactui, tribusque dimensionibus obnoxium, qualis fuit Servatoris species, non figurabimus, ad evidentem non phantasticæ incarnationis ejus demonstrationem? Neque sic a nobis circumscribi putent hi stulti deitatem, quæ neque verbis exprimi potest, neque comprehendi, cujus nulla est positura, nulla figura, nullus locus, nulla quantitas, nulla qualitas, nec aliquid aliud ex iis, quæ sunt intra fines circumscriptionis, propterea quod sit infinita et incomprehensibilis. Nam nunc etiam si simplicis hominis imaginem effingimus, haud certe animam immaterialem et figuræ incapacem figuramus, quod fieri prorsus nequit; sed utrique convenienter quæ sunt propria tribuimus; nempe incircumscripto incircumscriptionem, circumscripto circumscriptionem, prout veritatis ratio nobis suadet. Sed ad propositum denuo revertendum est.

ε'. *Ὤφθη αὐτῷ*, φησὶν, *ἄγγελος Κυρίου, ἑστὼς ἐκ δεξιῶν τοῦ θυμιάματος· καὶ ἐταράχθη Ζαχαρίας ἰδὼν, καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτόν*· ὡς φοβερά τις καὶ ἡ ἀγγελικὴ ὀπτασία, καὶ ἐν φοβερῷ τόπῳ καταφανεῖσα· *Ὡς φοβερὸς γὰρ*, φησὶν, *ὁ τόπος οὗτος! οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλ' ἢ οἶκος Θεοῦ*. Καὶ οὐ θαυμαστὸν εἰ δίκαιος ὢν ὁ ἱερεὺς ἐταράχθη, καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν, ὅπου καὶ Δανιὴλ ὁ τῶν ἐπιθυμιῶν ἀνὴρ, ἰδὼν ἐθαμβήθη, ἐπὶ πρόσωπόν τε πεπτωκὼς καὶ ἀχανὴς γεγονὼς, τῇ τῆς ἀγγελικῆς ὑπεροχῆς ἀσυγκρίτῳ λαμπρότητι. *Ὤφθη αὐτῷ*, φησὶν, *ἄγγελος Κυρίου*. Τί φάσιν ἡμῖν πρὸς ταῦτα, οἱ μὴ εἰκονίζοντες ἡμίχριστοι (16); εἰ ὤπται ἄγγελος ἀνθρώπῳ, πάντως καὶ εἰκόνισται οὐδαμῶς ἄλλως ἢ ὡς ὤπται· ὤπται δὲ ἐν τοιᾷδε μορφῇ, καθ' ἃ καὶ Μωϋσῇ πρότερον ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ τὰ περὶ τὸ ἱλαστήριον Χερουβὶμ ἐν τύπῳ δεικνύμενα· καὶ εἰ τὸ ἀσώματον καὶ ἀσχημάτιστον κατὰ τὸν δεδειγμένον τύπον περιγράφεται, πῶς τὸ ἐνσώματον καὶ σχηματιζόμενον ὑποπίπτον χροιᾷ τε καὶ ἁφῇ, καὶ ταῖς τρισὶ διαστάσεσιν, οἷον τὸ τοῦ Σωτῆρος εἶδος, οὐκ εἰκονίσομεν πρὸς ἐναργῆ τῆς ἀφαντασιάστου αὐτοῦ σαρκώσεως ἀπόδειξιν; Καὶ μὴ συμπεριγράφειν ἡμᾶς ἐν τούτῳ ἡγήσωνται οἱ ἄφρονες τὴν θεότητα, ἧς οὐκ ἔκφρασις, οὐ κατάληψις, οὐ θέσις, οὐ σχῆμα, οὐ τόπος, οὐ ποσότης, οὐ πηλικότης, οὐκ ἄλλο τι τῶν περιγραφῆς ἔνδον διὰ τὸ ἄπειρον καὶ ἀπερίληπτον· ἐπεὶ καὶ ἐνταῦθα τὸν ἁπλῶς ἄνθρωπον εἰκονίζοντες, οὐ τὸ τῆς ψυχῆς ἄϋλον καὶ ἀνείδεον συνεικονίζομεν πάντως, οὐ γὰρ ἐνδέχεται, ἀλλὰ καταλλήλως τὰ οἰκεῖα ἑκατέρῳ ἀπονέμομεν· τῷ ἀπεριγράφῳ τὸ ἀπερίγραφον, καὶ τῷ περιγραπτῷ τὸ ἀπερίγραπτον, ὡς ὁ τῆς ἀληθείας λόγος παρίστησιν. Ἐπανιτέον δὲ αὖθις εἰς τὸ προκείμενον.

C

D

[75] Joan. I, 15. [76] Luc. I, 11, 12. [75] Gen. XXVIII, 17. [76] Dan. X, 8.

(16) Invehitur in Iconomachos, contra quos exstat etiam peculiare Studitæ nostri opus.

Digitized by Google

ς'. *Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος· Μὴ φοβοῦ, Ζαχαρία, διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου.* Εὐθὺς κατέστειλε τὸν φόβον τῇ πεύσει, οἷα ἡ ἀγγελικὴ ὀπτασία μετὰ τὸ φοβῆσαι, τὸ δειλὸν ἀφαιρουμένη· καὶ ἐναντίως περὶ τὴν δαιμονικὴν ἔφοδον. *Μὴ φοβοῦ*, φησὶ, *Ζαχαρία, διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου· καὶ ἡ γυνή σου Ἐλισάβετ γεννήσει σοι υἱόν.* Ὦ τῆς ἐπιθυμουμένης θεοπαρόχου ἐπιτάξεως! ὦ τῆς πολυεύκτου ἀγγελοκομίστου ὑποσχέσεως! ἐπέτυχεν οὗ ἐπεπόθει! ἥνυσεν ὃ ἠντιβόλει· εὗρεν ὃ ἐπεζήτει· τὸν τῆς ἀγονίας καινισμὸν, τὸν τῆς εὐπαιδίας [cod. ἀπαιδίας] πορισμὸν, οὐκ ἀκολουθίᾳ φύσεως, ἀλλ' ἐπιτυχίᾳ ἐντεύξεως· οὐδὲ γὰρ κατάρας ἦν ἐπιτίμιον ἡ στείρωσις, ἄπαγε, ἀλλὰ μυστηρίου μεγάλου παρασημείωσις· τοῦ γὰρ Ζαχαρίου ἐπικειμένου ταῖς πυκναῖς πρὸς Θεὸν ἱκετηρίαις διαλυθῆναι τὴν στείρωσιν, τάχα ἐπακηκοέναι αὐτὸν δοκῶ· οὔπω συντετέλεσται ὁ καιρός· οὔπω συνετμήθησαν αἱ ἡμέραι τῆς ἐπιφανείας· τότε οὖν ἔλπισον τὴν τεκνογονίαν, Ζαχαρία, ὁπηνίκα ἔλθῃ ἡ προσδοκία τῶν ἐθνῶν· τότε ἐκδέχου τὴν ἀποστείρωσιν, ὁπόταν ἥξει ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς· ἐπειδὴ δὲ ἦκεν ὁ καιρὸς, λάβε τὸ καταθύμιον διὰ τῆς τοῦ Γαβριὴλ προρρήσεως· ἀνακαινίσθητι ὡς ἀετὸς τῇ νεότητι· γνώρισον, φησὶ, τὴν ὁμόζυγον· *Εἰσηκούσθη γὰρ ἡ δέησίς σου· καὶ ἡ γυνή σου Ἐλισάβετ γεννήσει σοι υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην.* Ἐγνώρισε καὶ τοὔνομα ὃ κληθήσεται κἀξ αὐτῆς τῆς ἐτυμολογίας ἰὸν ἄνωθεν.

6. *Dixit autem ei angelus: Ne timeas, Zacharia, quoniam exaudita est oratio tua*[77]. Statim timorem eo nuntio compressit, quia visio angelica post pavorem causam timendi solet eripere; quod in dæmoniacis occursibus contra fit. *Ne timeas, Zacharia, quoniam exaudita est oratio tua, et uxor tua Elisabeth filium tibi pariet.* O desideratum quod a Deo fit mandatum! o valde optabilem quæ ab angelo affertur promissionem! Assecutus est quod optaverat: obtinuit, quod rogabat: invenit quod quærebat; sterilitatis mutationem, fecunditatis donum; non naturæ sequela, sed precum impetratione. Non enim maledictionis pœna erat sterilitas, absit, sed magni mysterii significatio. Etenim Zachariam frequentibus ad Deum precibus instantem, ut solveretur sterilitas, hæc fortasse inaudisse sibi dicta puto: nondum completum est tempus: nondum finiti sunt dies adventus: tunc demum prolis genituram spera, o Zacharia, quando venerit exspectatio gentium: tunc exspecta sterilitatis cessationem, cum advenerit spes omnium finium terræ. Nunc quia tempus adest, sume rem optatam per Gabrielis prædictionem: renovetur ut aquilæ juventus tua: cognosce, inquit, uxorem tuam. *Etenim exaudita est oratio tua, et uxor tua Elisabeth tibi filium pariet, vocabisque nomen ejus Joannem.* Significavit etiam nomen, quo vocabitur, ex vi ipsius etymologiæ procedere ab alto.

ζ'. *Εἶπε δὲ Ζαχαρίας πρὸς τὸν ἄγγελον.* Λοιπὸν γὰρ αὐτῷ ὡς ὁμοδούλῳ παῤῥησίᾳ διαλέγεται· *Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; Ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης, καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς.* Ἡ μὲν πρόχειρος καὶ πατρικὴ ἀπόδειξις, ἀπιστίας ἔγκλημα καταγράφει τῷ ἱερεῖ· ὁ δὲ παρὼν λόγος οὐχ ὑποπίπτων, ἀλλ' ἐν δοκιμασίᾳ προερχόμενος, ταυτὸν πεπονθέναι φησὶ τῷ μεγάλῳ Θωμᾷ καὶ τὸν Ζαχαρίαν· οὐ τοῦτο γὰρ ἦν αὐτὸν εἰκὸς ἠγνοηκέναι προφήτην τε ὄντα καὶ τὰ θεῖα πεπαιδευμένον, ὅτιπερ δύναιτ' ἂν Θεὸς καὶ φύσιν καινουργῆσαι, καὶ γῆρας νεοποιῆσαι, καὶ πόρον ἐν ἀμηχάνοις διεκφᾶναι, ὡς ἐπὶ Ἀβραὰμ καὶ Σάῤῥας, ὡς ἐπὶ τῆς Σουναμίτιδος, καὶ τῶν ἄλλων ποικίλων καὶ παντοδαπῶν αὐτοῦ τεραστίων. Ἀλλ' ἐπειδὴ αἱ τῶν μεγάλων καὶ παραδόξων προσδοκιῶν ἐπαγγελίαι ἐξάπινα ἀκουόμεναι ταράττειν πως εἰώθασι τὴν ψυχὴν, οὐ πρὸς ἀπιστίαν ἀναβαλλόμενος, οἶμαι, ἀλλὰ πρὸς τελείωσιν ἐπισπευδόμενος, εὐθὺς οἷα ὑφ' ἡδονῆς ἀλοὺς ἀναφωνεῖ καὶ φράζει, *Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο;* Μὴ ὄῃ παραλογίσῃ, μηδαμῶς διαψεύσῃ, δίδου μοι τὸ ἐπίσημον, πάρεχέ μοι τὸ ἐνέχυρον· ὡς πάλαι ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ πρὸς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα πολλῶν ἐθνῶν, καὶ ἐκ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ ἐξελεύσεσθαι βασιλεῖς, τὸ τῆς περιτομῆς σημεῖον· καὶ πρὸ τούτου, ὡς τῷ Νῶε πρὸς τὸ μὴ ἐπάξαι κατακλυσμὸν ἐπὶ τῆς γῆς, τὸ ἐν τῇ νεφέλῃ τόξον· πρὸς τούτοις καὶ Μωϋσῇ

7. *Dixit autem Zacharias angelo.* Exin cum angelo tanquam conservo loquitur: *Quomodo hoc cognoscam? ego enim senex sum, et uxor mea processit in diebus suis*[78]. Communis quidem et Patrum explanatio, incredulitatis reum dicit sacerdotem. At noster sermo his non acquiescens, sed experimenti causa ulterius progrediens, idem passum Zachariam ait, quod magnum Thomam: Haud enim verisimile est, prophetam rei divinæ gnarum ignorasse, posse Deum et naturam innovare, et senectuti vires instaurare, et bonum exitum desperatis rebus ostendere, ut in Abrahamo Saraque fecit, et in Sunamitide, et in aliis cujuslibet generis prodigiorum casibus. Sed quia magnarum, et quæ sunt præter opinionem, exspectationum promissiones, si repente audiantur conturbare fere animum solent; Zacharias non incredulitate hæsitans, ut reor, sed ad rei perfectionem festinans, illico tanquam gaudio correptus exclamat aitque: Quomodo hoc cognoscam? Ne me decipias, ne me fallas, da mihi indicium, præbe mihi arrham; ut olim Deus Abrahamo, ut persuaderet fore illum multarum gentium patrem, et ex ejus lumbis reges orituros, tradidit circumcisionis signum: et ante hunc Noacho ut fidem faceret, nunquam postea adductum iri super terram diluvium, arcum ostendit in nube: denique Moysi virgam in anguem mutatam, et mox suo sta-

[77] Luc. I, 13. [78] ibid, 18.

Digitized by Google

tui restitutam, ut Ægyptii crederent, ei apparuisse illum qui *Est*.

8. *Et respondens angelus dixit ei : Ecce eris tacens neque loqui valens, propterea quod verbis meis non credidisti* (addendum est, quod subintelligitur, nempe, simpliciter et sine inquisitione), *quæ tempore suo complebuntur*[79]. Recepit ergo Zacharias signum ei rei consentaneum, nempe vocis caducæ silentium, pro voce viva ac substantiali quæ mox ei parienda erat. Interim complicatis labiis, laudat vocibus auditui imperviis prolis datorem : *Egressus enim*, inquit, *loqui non poterat : et cognoverunt quod visionem vidisset in templo : et ipse erat innuens, mansitque mutus*[80]. Partim quidem ne interrogaretur, quia ferendum non erat ut visio passim audiretur : partim vero, ut qui quodammodo excesserat ex sensibus, totusque in se ipso visionem ruminabatur, mutus esset ad verberantes aerem sermones. Nec inverisimile est prophetæ patrem, prophetiæ argumentum hic significare, id est fortasse legalis cultus cessationem, præ divulgatione cultus secundum gratiam in Joannis nativitate. Sed jam, intermediis omissis, quæ ad præsentem diem non pertinent, quæque vires nostræ persequi nequeunt, rursus ad id quod instat veniamus.

9. *Et factum est*, inquit, *cum audisset Elisabeth salutationem Mariæ, exsultavit infans gaudio in utero ejus*[81]. O Joannes, felix infans, vigil embryon! Qui es in utero, quomodo in mundo? qui nondum es perfectus, quomodo es absolutissimus? qui semestris, quomodo longævus? qui nondum cogitare potes, quomodo es prudentissimus? qui loqui non potes, quomodo expedite disseris? dic nobis, dic, age; tenebroso materni uteri loco adhuc conclusus, visualem vim nondum exercens, aure strepitum nullum hauriens, vocalem sonum nondum emittens, ambulatorii motus nondum particeps, risum hominis proprium adhuc non exserens; quomodo audis? quomodo res divinas eloqueris? quomodo exsilis? quomodo exsultas? responde, o mirabilissime. Magnum est, ait, mysterium, et actus ab humana remotus comprehensione. Merito innovo naturam, propter eum qui est innovaturus res supra naturam. Embryo cum sim, attamen cerno, quia justitiæ solem in utero gestatum video. Aurium sensu polleo, quoniam audio me vocem magni Verbi nasci. Clamo quia unigenitum Filium Patris considero incarnatum. Exsilio, quia rerum omnium Creatorem sentio hominis formam sumpsisse. Exsulto, quia Redemptorem mundi intelligo corporatum. Principium vobis, inquit, significo Dei in mundum ingressus, et corporalis processus : præcurro adventui, et quodammodo vobis præeo confessionem. Sumite psalmum, ut cum Davide loquar, et tympanum, ut cum propheta, psalterium jucun-

A τὴν ὀφιωθεῖσαν καὶ θᾶττον ἀποκατασταθεῖσαν ῥάδδον εἰς τὸ πιστεῦσαι τοῖς Αἰγυπτίοις ὅτι ὤπται αὐτῷ ὁ Ὤν.

η'. *Καὶ ἀποκριθεὶς*, φησὶν, *ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῷ· Ἰδοὺ ἔσῃ σιωπῶν καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι, ἀνθ' ὧν ἠπίστευσας τοῖς λόγοις μου* (προσθετέον κατὰ τὸ σιωπώμενον ἁπλῶς τε καὶ ἀνεξετάστως), *οἵτινες πληρωθήσονται εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν*. Ἔλαβε τοίνυν τὸ σημεῖον ὁ Ζαχαρίας κατάλληλον τῷ πράγματι, σιωπὴν φθογγῆς λυομένης, πρὸς φθογγὴν ζῶσαν καὶ ἐνυπόστατον τεχθησομένην αὐτῷ· καὶ συμπτύξας τὰ χείλη ὁμνεῖ φωναῖς ἀνακούστοις τὸν τοῦ τόκου δοτῆρα· *Ἐξελθὼν γὰρ*, φησὶν, *οὐκ ἠδύνατο λαλῆσαι· καὶ ἐπέγνωσαν ὅτι ὀπτασίαν ἑώρακεν ἐν τῷ ναῷ· καὶ αὐτὸς ἦν διανεύων, καὶ ἔμενε κωφός*. Τὸ μὲν πρὸς τὸ μὴ ἐρωτᾶσθαι, ὡς οὐ καθεκτὸν τὰ τῆς ὀπτασίας ἀκουτίζεσθαι· τὰ δὲ ὡς οἷον ἐκβεβηκὼς τῶν αἰσθήσεων, καὶ εἰς ἑαυτὸν ὅλος τὸ ὁραθὲν συστρεφόμενος, κωφεύειν τοῖς ἀεροκτύποις λαλήμασιν· οὐδὲν δὲ οἷον ὡς προφητοπάτορα καὶ προφητείας ἔργον κάνταῦθα ἐπισημαίνειν· καὶ τοῦτό ἐστιν ἕως ἡ τῆς νομικῆς λατρείας παῦλα, πρὸς τὴν ἐν τῇ χάριτι διὰ τῆς γεννήσεως τοῦ Ἰωάννου ἀνάῤῥησιν. Τοίνυν παραδραμόντες τὰ διὰ μέσου, ὡς οὔτε τῇ ἡμέρᾳ ἀνήκοντα, οὐδ' αὐτῇ δυνάμει ἡμῶν ἐφικτὰ, αὖθις ἐπὶ τὸ κατεπεῖγον ἐλευσώμεθα.

θ'. *Καὶ ἐγένετο*, φησὶν, *ὡς ἤκουσεν ἡ Ἐλισάβετ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν ἀγαλλιάσει ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς*. Ὦ Ἰωάννη τὸ μακάριον βρέφος, τὸ ἀκοίμητον ἔμβρυον! Ὁ ἐγγάστριος, πῶς ἐγκόσμιος; ὁ ἀτέλεστος, πῶς πληρέστατος; ὁ ἑξαμηνιαῖος, πῶς πολυχρόνιος; ὁ ἀδιανόητος, πῶς ἐμφρονέστατος; ὁ ἀδιάλεκτος, πῶς εὔλαλος; φράσον ἡμῖν, φράσον, ἐν ζοφερῷ χωρίῳ τῆς μητρώας νηδύος συνεχόμενος, τὴν ὁρατικὴν ἕξιν οὔπω ἐνεργῶν, τὸν ἀκουστικὸν ψόφον οὔπω εἰσδεχόμενος, τὸν φωνητικὸν φθόγγον οὔπω ἐκβοῶν, τὴν περιπατητικὴν κίνησιν οὔπω μετειληφὼς, τὸ γελαστικὸν ἴδιωμα οὔπω ἐπιτετηδευκώς· πῶς διορᾷς; πῶς ἐπαΐεις; πῶς θεολογεῖς; πῶς περισκιρτᾷς; ποταπῶς ἀγάλλῃ; ἀπόκριναι ἡμῖν, ἀπόκριναι, ὦ πανάγαστε· Μέγα, φησὶν, τὸ τελούμενον μυστήριον, καὶ ἔξω ἀνθρωπίνης καταλήψεως τὸ δρᾶμα· καινοτομῶ εἰκότως τὴν φύσιν διὰ τὸν καινοτομεῖν μέλλοντα ὑπὲρ φύσιν· ἔμβρυος [retro ἔμβρυον] ὢν ὁρῶ, ἐπειδήπερ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον βλέπω κυοφορούμενον· ἐνωτίζομαι, ἐπειδήπερ ἐπαΐω, ὡς φωνὴ τοῦ μεγάλου Λόγου τικτόμενος· ἀναβοῶ, ἐπειδήπερ τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Πατρὸς κατανοῶ σαρκούμενον· σκιρτῶ, ἐπειδήπερ τὸν τοῦ παντὸς Ποιητὴν αἰσθάνομαι ἀνθρωπομορφούμενον· ἀγάλλομαι, ἐπειδήπερ τὸν Λυτρωτὴν τοῦ κόσμου διανοοῦμαι σωματούμενον· ἀρχὴν ὑμῖν, φησὶν, σημαίνομαι τῆς τοῦ Θεοῦ ἐν κόσμῳ εἰσαγωγῆς καὶ σωματικῆς προσελεύσεως· προτρέχω τῆς ἐπιδημίας, καὶ οἷον ἐξάρχω ὑμῖν τῆς ἐξομολογήσεως· λάβετε ψαλμὸν, Δαυϊτικῶς εἰπεῖν, καὶ τύμπανον, προ-

[79] Luc. 20. [80] Ibid. 22, [81]. Ibid, 41.

Digitized by Google

φητικῶς, ψαλτήριον τερπνὸν μετὰ κιθάρας· ᾄσατε αὐτῷ καὶ ψάλατε αὐτῷ· διηγήσασθε πάντα τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. A

ι'. Ἆρ' οὖν, Ἰωάννη, ὑπερανέστης τὰ ἐπίγεια; προέκυψας εἰς τὰ οὐράνια; ὑπεραναβέβηκας ἀγγελικὰς καὶ πρωτουργικὰς διακοσμήσεις; πῶς οὖν γε ὧνπερ τὴν φύσιν οὐκ ἐπελάδου, τούτων τὴν τάξιν καὶ ἀξίαν ἀπεκληρώσω; τὸ αὐτοῖς ἐξ αἰῶνος ἄδηλον καὶ ἀδίδακτον, εὐθὺς ὡς μετὰ Θεὸν διαπορθμεύσας καὶ διαγγείλας ἡμῖν ταῦτα ἔτι μαιευόμενος; Οὐκ ἀεροπόνησα, φησὶν, οὐκ ἐνεφελοδρόμησα, οὐχ ὑπερουράνισα, οὐχ ὑπερανέστηκα τῶν φλογερῶν καὶ ἀσωμάτων δυνάμεων· μὴ τοῦτο ὑπονοείσθω, ἀλλ' ὁ ἐπάνω πάντων ὤν, καὶ μένων ἐν τοῖς πατρῴοις κόλποις σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, λαθὼν ἀδιαστάτως ἅπαντας τοὺς πυρίνους λειτουργοὺς αὐτοῦ, B ὡς ἐπ' ἄλλον οὐρανὸν εἰσεληλυθὼς ἐν τῇ γαστρὶ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας, ἐνεφάνησεν ἑαυτὸν καὶ μεμυσταγώγηκέ μοι τὰ τηλικαῦτα· μηνυτὴς οὖν εἰμὶ τοῦ βρέφους, ὅτι, *Παιδίον γεννᾶται ἡμῖν, υἱὸς καὶ ὑμῖν ἐδόθη* κατὰ τὸν μέγαν Ἡσαΐαν, ὁ πρὸ αἰώνων Θεός· στειροφυὴς γόνος τυγχάνω, ὅτι παρθενικὸς ὁ τόκος προελεύσεται. Ὦ τῆς ὑπερφυοῦς μεγαλουργίας· ὦ τῆς παραδόξου τερατουργίας· οἷα ἡμῖν τὸ ἄτικτον βρέφος εὐαγγελίζεται σήμερον; πηλίκα ἡμῖν ὁ Ἐλισάβετ τόκος θεολογῶν προμεμήνυκε; σκιρτάτω ὑφήλιος ἅπασα, χορευέτω ἡ Ἐκκλησία προεόρτια, προεισόδια τὰ γενέσια τῶν Χριστοῦ γενεθλίων πανηγυρίζουσα, καὶ χαρᾶς πληρούσθω τὰ σύμπαντα τὸν μηνυτὴν δεξάμενα τῆς τοῦ παμβασιλέως ἐπελεύ- C σεως.

ια'. Ἀλλ', ὦ μακάριε Ἰωάννη, ὁ τῶν μεγίστων μέγιστε προφήτης, ὁ πρώτιστος ἐν ἀποστόλοις· ὁ τῶν μαρτύρων ἐξοχώτατος μεγαλόμαρτυς, ὁ τῆς ἐρήμου θεοκόσμητος πολιοῦχος, ὁ τοῦ ὡραιοτάτου νυμφίου φίλος ἠγαπημένος, ὁ τοῦ ἀφράστου φωτὸς λύχνος ἡτοιμασμένος, ὁ τοῦ ἀμώμου Ἀμνοῦ κήρυξ πεπιστευμένος, ὁ τῆς πατρικῆς φωνῆς ἄριστος ἐπακροάμων, ὁ βαπτιστὴς Χριστοῦ κεκηρυγμένος, ὁ Ἡρῴδου ἀσελγείας ἔλεγχος πεπαῤῥησιασμένος, ὁ τοῖς ἐν ᾅδου τὴν ζωὴν προμηνύσας, ἡ θεοσήμαντος σάλπιγξ τῆς οἰκουμένης, ἤχησον καὶ νῦν ἡμῖν οὐρανόθεν, ταῖς ἱερωτάταις πρεσβείαις, καὶ εὐμενὴς ἔσο τῷ ἐπᾴδοντί σοι λαῷ τῇ τε ἐλαχίστῃ σου ποίμνῃ, σὺν τῷ διαφέροντί μοι Πατρὶ (17) συγγνωμονῶν τε D αὖ τῆς τολμηρᾶς μου τοῦ πτωχοῦ ἐγχειρήσεως, οὐχ ὡς δωροφορίαν, ἀλλ' ὡς παρὰ δούλου ἀχρείου ὀφειλήν σοι σὺν φόρῳ τε καὶ πόθῳ προσαγομένην· ᾧ ἡ δόξα καὶ τιμὴ καὶ ἡ προσκύνησις, σὺν τῷ παντοκράτορι Πατρὶ καὶ παναγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

dum cum cithara, cantate et psallite illi, narrate omnia mirabilia ejus.

10. Num ergo, o Joannes, supra terrena excessisti? cœlestia inspexisti? ultra angelicas et primigenias creaturas ascendisti? Quomodo igitur quorum naturam non es sortitus, horum ordinem ac dignitatem recepisti? ita ut quod a sæculo ignotum erat et non traditum, statim quasi præter Dei institutum huc attuleris, nobisque nuntiaveris, cum tu adhuc obstetricio opere indigeas. Non aerem inquit verbero, non discurro nubes, non cœlos transcendi, non excessi supra igneas incorporeasque virtutes. Nemo id suspicetur : nam qui supra res omnes est, manetque in paterno sinu cum sancto Spiritu, clam prorsus omnibus igneis ministris suis, quasi in aliud cœlum uterum ingressus semper Virginis Mariæ, manifestavit se mihi, atque hæc talia tantaque edocuit. Ergo infantis index sum, nempe quod *Puer nascitur nobis, et filius datus est nobis*, prout magnus Isaias ait [82], Deus ante sæcula. Natus de sterili sum, quia mox virgineus quoque partus prodibit. O opus magnificum et supernaturale! o inexspectatum miraculum! Qualia nobis infans nondum natus hodie annuntiat! quantas nobis partus Elisabethæ res divinas prædicit! Exsultet terra universa, pervigilio hoc Ecclesia quasi choreis plaudat, festivitatem scilicet Christi natalibus præviam solemni concione celebrans : omnia prorsus gaudio diffluant, dum indicem excipiunt adventus regis universalis.

11. Sed, o beate Joannes, qui maximorum maximus propheta es, primus inter apostolos, martyrum summus magnusque martyr, deserti divinitus exornatus patronus, formosissimi sponsi dilectus amicus, ineffabilis lucis instructa lucerna, immaculati Agni præco fidelis, paternæ vocis egregius auscultator, Christi baptizator electus, Herodianæ libidinis cum fiducia reprehensor, vitæ nuntius his qui in inferis erant, turba mundo Deum significans, nunc quoque nobis cœlitus resones per sacratissimas intercessiones; propitius esto laudanti te populo, et pusillo gregi tuo, cum excellente Patre meo : mei quoque pauperculi audaci ausui indulgens : nec veluti oblatum munus, sed quasi debitum servi inutilis tributum tibi amanter persolutum, excipe. Cui gloria et honor atque adoratio, cum omnipotente Patre et sanctissimo Spiritu, nunc et semper et per sæcula sæculorum. Amen.

Η'.

Ἐγκώμιον εἰς τὴν ἀποτομὴν τῆς ἱερᾶς κεφαλῆς τοῦ μεγάλου Βαπτιστοῦ Χριστοῦ καὶ Προδρόμου.

VIII.

Laudatio in abscissionem sacri capitis magni Baptistæ et Præcursoris Christi.

(Ang. Mai., *loc. cit.* p. 43.)

α'. Φαεινὴ καὶ θεοχαρὴς ἡ συναγείρουσα ἡμᾶς 1. Splendida et Dei gaudio plena hæc est cele-

[82] Isa. IX, 6.

(17) De hoc monasterii Patre, vel episcopo etiam initio orationis.

Digitized by Google

britas, quæ nos ad hoc spiritale festum hodie congregat, o philochristi. Splendida, inquam, ob ipsum memorati nomen, qui lucerna lucens et est et dicitur, et jure meritoque sic denominatur; non autem quia materialibus faculis corporeos oculos nostros illustrat. Nam illarum quidem non est perpetuus splendor, quia contraria semper abrumpitur obscuritate; sed hæc (solemnitas) divinæ gratiæ radiis congregatorum corda semper illuminat, atque ad justitiæ exercitium mentes nostras meditabundas impellit, ut beatam illam passionem intellectualiter quodammodo spectantes, causam hinc lætitiæ nobis constituamus. Profecto alterius cujuslibet gladio effusus in terram sanguis, nullius hominis visum exhilararet; neque ad aurem delatus mentem solet lætificare sermo morientis. Namque ubi sanguinis effusio vitæ jacturam fert, quomodo id, inquam, hominem per se vitæ amantem delectabit; et non potius cum vultus tristitia ad luctum trahet atque ad ejus passionis miserationem? nisi forte aliquis exsistat vel mente alienatus vel ferino more imbutus, ut brutorum aliquot natura est, quæ spectaculis sibi objectis insaniunt: veluti galli, qui dum sui similes interficiuntur, gaudent, cantant, exsiliunt eo simpliciter visu fruentes, neque reputantes, mox eamdem cædem ad ipsos perventuram. At vero justi viri sanguis et visui delectabilis, et auribus grati instar nuntii est, et labiis honorabilis: namque hujus amissio, immortalis meliorisque vitæ confert acquisitionem. Neque gutta, inquam, tantum sanguinis, verum etiam os sanctum, et membri alicujus particula, et capillorum reliquiæ, et vestimentorum quæ ille gestavit aut attigit frustum pergratum est et expetibile cuivis pietatis studioso. Propterea alius aliam, thesauri instar, partem vel membrum vel corpus totum in domibus vel ecclesiis, sanctificantis virtutis ergo, et salutaris tutelæ, habere gaudet, et cum reverentia ad cinerum thesauros accedit, et impervia tactui donaria venerabundus contingit.

2. Talis nobis est justi Abelis sanguis, quanquam hic parentum tunc noviter oculis oblatus causa luctus fuit: cum enim morientis alicujus passionem nondum aspexissent, quidni filii patratam cædem exhorrescerent, lacrymarentur, lamentatione prosequerentur, dum improviso fortasse stratum humi filium vidissent, fraternis cruentatum ictibus, et ea propter vitæ usu privatum! Talis item et prophetæ Amosi sanctus sanguis, quem diu fustibus verberatum ferro exstinxit rex Amasias (19); qui vaticiniorum telis a propheta appetitus, justum clava in temporibus percussum letho tradidit. Talis pariter prophetæ Michææ sanctus sanguis, quem præcipitio interemit Joramus Achaabi filius, divina confidenter nuntiantem: etenim ab hoc, ut ait Scriptura, de parentum sceleribus arguebatur. Talis quoque pro-

(18) Vides SS. reliquiarum laudari a Theodoro ut consuetam et spiritui utilem venerationem.

(19) Imo vero Amasias sacerdos Bethelis accusavit Amosum apud Jeroboamum regem. Sed de vita et obitu prophetarum variæ et interdum contradicentes veterum auctorum sententiæ fuerunt, quas ne prolixe referam, lectores meos ad Calmeti Biblicum Dictionarium ablego.

πρὸς ἑορτασμὸν πνευματικὸν πανήγυρις σήμερον, ὦ φιλόχριστοι· φαεινὴ δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς ἐπωνυμίας τοῦ μνημονευομένου, ὅτι λύχνος φωτός ἐστί γε καὶ λέγεται, εἰκότως προσαγορευομένη· οὐ δή που τὸ ὑλικαῖς μαρμαρυγαῖς περιαυγάζειν τὰς σωματικὰς ἡμῶν ὄψεις· εἴη γὰρ τούτων οὐκ ἀειφανὴς ἡ λάμψις, τῷ ἀντιφράσσοντι σκιάσματι ἑκάστοτε διακοπτομένη· ἀλλὰ τὸ ταῖς ἀκτῖσι τῆς θείας χάριτος ἐναστράπτειν τὰς καρδίας τῶν συνελεηλυθότων ἀεί, καὶ πρὸς τὴν τοῦ δικαίου ἄθλησιν ἀναπέμπειν τὰς διανοητικὰς ἡμῶν θεωρίας, ἵν' ἐκεῖνο τὸ μακάριον πάθος νοερῶς πῶς ὀψόμενοι, ὑπόθεσιν εὐφροσύνης ἑαυτοῖς ὑποστησόμεθα· ἄλλου μὲν γὰρ αἷμα ῥυὲν ὑπὸ γῆν ξίφει, οὐκ ἂν τέρψειεν ἀνθρώπου θέαν, οὐδ' εἰς ἀκοὴν ἐλθὼν σεπτοποιεῖ τὴν μνήμην τοῦ τεθνηκότος ὁ λόγος· οὗ γὰρ ἡ ῥοὴ ζωῆς στέρησιν φέρει, πῶς ἂν τὸν φύσει φιλόζωον ἕλξειεν τοῦτο; τουναντίον δὲ μᾶλλον ἐν στυγνότητι προσώπου εἰς οἶκτον ἀγάγοι καὶ ἐλεεινολογίαν τοῦ πάθους, εἰ μή τι γε ἄρα ἔξω φρενῶν ἢ θηριώδη τὸν τρόπον εὕροι τὸν τοιοῦτον κατὰ τὴν τῶν κτηνῶν φύσιν ἀλογισταίνοντα τοῖς ὁραθεῖσι· καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀλεκτρυόνων οἱ τῶν ὁμοειδῶν αὐτοῖς σφαττομένων χαίρουσιν, ᾄδουσιν, ἀποπηδῶσιν, αἰσθήσει μόνον χρώμενοι, καὶ οὐ συλλογιζόμενοι, ὅτι καὶ ἐπ' αὐτοὺς ἥξει τὸ πάθος· αἷμα δὲ ἀνδρὸς δικαίου καὶ ὄψει ἑραστὸν, καὶ ὠσὶν εὐαγγελιστὸν, καὶ χείλεσι προσκυνητόν· ἡ γὰρ τούτου ἀφαίρεσις, τῆς ἀγήρω καὶ ἀμείνω ζωῆς τὴν μέθεξιν ἀποκληροῦνται· καὶ οὐ μόνον δή φημι ῥανὶς αἵματος, ἀλλὰ καὶ ὁτιοῦν ἁγίου καὶ λάκισμα μέλους, καὶ τριχὸς λείψανον, καὶ ὁτιοῦν ἐφ' οἷς ἐνεδιδύσκετο ἢ ἐφάπτετο, περισπούδαστόν ἐστι καὶ ἐκζητούμενον τῷ εὐσεβεῖν προελομένῳ· διὰ τοῦτο ἄλλος ἄλλο τι ὥσπερ τινὰ θησαυρὸν μέρος ἢ μόριον ἢ τὸ ὅλον κατ' οἴκους ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, πρὸς ἁγιαστικὴν ἐνέργειαν καὶ σωστικὴν ἀσφάλειαν κατέχων ἐγκαλλωπίζεται, προσερχόμενος μετ' αἰδοῦς τῇ τεθαυρισμένῃ κόνει, καὶ ἁπτόμενος φόβῳ τῶν ἀψαύστων ἀναθημάτων (18).

β'. Τοιοῦτον ἡμῖν τὸ τοῦ δικαίου Ἄβελ αἷμα, κἂν γονεῦσι τηνικαῦτα ξενοφανὲς ὠπτάνετο θρηνολόγημα· μήπω γὰρ ἑωρακότες τεθνεῶτος πάθος, πῶς ἂν ἐπὶ τῇ τοῦ υἱοῦ σφαγῇ οὐκ ἐξέστησαν, οὐκ ἐδάκρυσαν, οὐ γοερὰ ἔφασαν, ἐξάπινα τάχα προσβλέψαντες κατὰ γῆς ἐῤῥιμένον, αἵματί γε πεφοινιγμένον ἐξ ἀδελφικῆς μιαιφονίας, κἀντεῦθεν τῆς ζωτικῆς ἐνεργείας ἐστερημένον; τοιοῦτον τὸ τοῦ προφήτου Ἀμὼς ἅγιον αἷμα, ὃν συχνῶς τυμπανίσας ἀνεῖλε ξίφει Ἀμασίας (19) ὁ βασιλεύς· ἐπειδὴ γὰρ τῆς προφητείας ταῖς βολίσιν ἐπλήττετο, πλήξας τὸν δίκαιον ἐν ῥοπάλῳ κατὰ τοῦ κροτάφου θανάτῳ παραδίδωσιν· τοιοῦτον τὸ τοῦ προφήτου Μιχαίου ἅγιον αἷμα, ὃν ἀνεῖλε κρημνίσας Ἰωρὰμ υἱὸς Ἀχαὰβ τὰ θεῖα παῤῥησιαζόμενον. Ἤλεγχε γὰρ αὐτὸν ἐπὶ ταῖς ἀσεβείαις τῶν πατέρων αὐτοῦ, καθ' ἃ γέγραπται,

Digitized by Google

τοιοῦτον τοῦ προφήτου Ἡσαΐου ἅγιον αἷμα διχῇ διαιρουμένου ὑπὸ πριστῆρος παρὰ Μανασσῆ τοῦ ἐκκεκληκότος πρὸς εἰδωλολατρικὸν σέβας τὸν εὐπαρίστρωτον καὶ εὐπαρακόμιστον Ἰσραὴλ, οὐ φέροντος ἀκούειν τὰς τῆς προφητείας ἐκφάνσεις. Τοιοῦτον τὸ τοῦ γενναίου Ἐλεάζαρ σὺν ἑπτὰ παισὶν καὶ μητρὶ θεόφρονι ἅγιον αἷμα, ὃ ἐξέχεεν Ἀντίοχος ἐν ποικίλοις βασάνοις, μὴ φέρων τὴν ὑπὲρ ἐντολῆς Θεοῦ ἔνστασιν τῶν ἀηττήτων, οὓς πίστει θανάτου σφραγὶς ἐτελείωσε· τοιοῦτον τὸ τοῦ προφήτου Ζαχαρίου ἅγιον αἷμα ὃ πρὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἡ πάροινος τῶν Ἰουδαίων ὠμότης μαχαίρᾳ ἐξέχεε, οὐκ ἐνεγκοῦσα τὰς τῆς προφητείας ἐμφάσεις ἀκουτίζεσθαι· καὶ τί δεῖ μοι πλεῖστα ἀναλέγειν, παρ' ᾧ τὸ τῶν ἀποστόλων προφητῶν τε καὶ μαρτύρων συλλήβδην εἰπεῖν ἅγιον αἷμα, ὃ πολλοὶ παλαμναῖοι πολυτρόπως ἐξέχεαν, ὡς ὕδωρ πολὺ κυκλοῦν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ τῆς ἀσεβείας ὑπάρχον σβεστήριον;

γ'. Τοιοῦτον τὸ τοῦ Βαπτιστοῦ Χριστοῦ καὶ Προδρόμου ἅγιον αἷμα, περὶ οὗ ἡμῖν ὁ προκείμενος λόγος· ὃ κεκένωκεν ὡς μύρον πολυτελὲς ἐξ ἱεροῦ τραχήλου εὐωδιάζον τὴν οἰκουμένην· αἷμα, ὃ συνήθροισεν οὐ γαστρὸς ἡδονὴ, οὐκ οἴνου μετάληψις, οὐ κρεῶν ἐδωδὴ, οὐκ ἄλλου τινὸς τῶν λιπαίνειν καὶ ἡδύνειν εἰωθότων τὰς ὀρέξεις, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν σπαργάνων μέχρι τέλους ἡ τῆς ἐγκρατείας ἐμπεποίηκε χάρις· *Ἦλθε γὰρ*, φησὶν, *ὁ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων*· αἷμα τὸ προκενωθὲν τοῦ Δεσποτικοῦ καὶ ἀθανάτου ποτηρίου· ἐχρῆν γὰρ τὸν τοῦ φωτὸς τρίδρομον διὰ τῆς ἐκ στείρας αὐγαστικῆς αὐτοῦ προόδου τοῖς ὑπὲρ γῆς ὀφθέντα, καὶ τοῖς ὑπὸ γῆν διὰ θανάτου κήρυκα φωτοειδῆ χρηματίσαι (20)· αἷμα, ὃ τῆς τοῦ Ἄβελ σφαγῆς πολυπλασίως εἰς τὰ ὦτα Κυρίου Σαβαὼθ διαβεβόηται· τοῦ γὰρ ἔργου ἡ ποίησις, φωνῆς μυστικῆς ἐστιν ἀναβόμβησις, οὐ διὰ φωνητικῶν ὀργάνων προϊοῦσα, ἀλλὰ τῇ τῆς ἐνεργείας δυνάμει ἀκουτιζομένη· αἷμα, τὸ πατριαρχῶν μὲν αἰδεσιμώτερον, προφητῶν δὲ τιμαλφέστερον, καὶ δικαίων ὁσιώτερον· ἐπεὶ καὶ ἀποστόλων προφερέστερον, καὶ μαρτύρων εὐκλεέστερον, ὡς ὁ λόγος παρὰ τοῦ μεγάλου Λόγου τὴν μαρτυρίαν φέρει· αἷμα, τὸ πάσης ἀνθοβαφικῆς εὐχροίας χαριέστερον ὡραΐζον τὴν τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίαν, ὑπὲρ δικαίου κενωθὲν ἐπὶ τέλει τοῦ παλαιοῦ νόμου, καὶ τῆς Χριστοῦ παρουσίας προεισόδιον ἄνθος τυγχάνον.

δ'. Ἀλλ' ὅπως τοῦτο, καὶ δι' οὗ τινος, καὶ ἐφ' ᾧπερ ὑποθέσει κεκένωται, μεθαρμοστέος ἡμῖν ἀπὸ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων ὁ λόγος· *Ὁ γὰρ Ἡρώδης*, φησὶ, *κρατήσας τὸν Ἰωάννην ἔδησεν αὐτὸν καὶ ἔθετο ἐν φυλακῇ διὰ Ἡρωδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Ἔλεγε γὰρ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης, Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτήν· καὶ θέλων αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἐφοβήθη τὸν ὄχλον, ὅτι ὡσπερ προφήτην αὐτὸν εἶχον.* Πρῶτον ζητεῖσθω

A phetæ Isaiæ sanctus sanguis bifariam serra dissecti a Manasse, qui ad idololatricum cultum concitaverat insanientem facile volubilemque Israelem, quique propheticas rvelationes audire non sustinebat. Talis etiam fortis Eleazari cum septem adolescentibus et divini animi matre, sanctus quem Antiochus diversis cruciatibus effudit sanguis, dum constantiam invictorum hominum pro Dei lege moleste fert, quos in fide perfecit mortis sigillum. Talis denique prophetæ Zachariæ sanctus sanguis, quem ante altare vesano Judæorum crudelitas gladio effudit, dum vaticiniorum notitiam audire recusaret. Sed cur me plura recensere oportet, præter quam compendio dicere de apostolorum, prophetarum ac martyrum sancto sanguine, quem scelesti multi B homicidæ effuderunt, quasi aquæ copiam in terræ circuitu, quique impietatis exstinguendæ vim habuit?

3. Talis est Baptizatoris Christi Præcursorisque sanctus sanguis, de quo nobis hic institutus est sermo; qui exhaustus fuit ut pretiosum unguentum ex sacra cervice, et terrarum orbem suavitate perfudit: sanguis, quem non ventris voluptas adunavit, non vini sumptio, non carnium esus, non aliud quidquam pinguefacere solitum et commotionibus nostris blandiri; sed quem ab incunabulis usque ad vitæ finem abstinentiæ gratia confecit: *Venit enim*, Scriptura inquit, *Joannes neque manducans neque bibens* [83]: sanguis, qui Dominici immortalis poculi effusioni præivit. Oportebat enim C lucis præcursorem, postquam splendida sua de sterili matre nativitate terræ apparuerat, subterraneis quoque locis per mortem suam prædicatorem illustrem fieri. Sanguis, qui multo magis quam Abelis cædes, ad aures Domini Sabaoth clamat: nam peractio operis, mysticæ cujusdam vocis est resonantia, non per vocalia organa prodiens, sed ob suæ efficaciæ virtutem audita. Sanguis patriarchis venerabilior, prophetis honorabilior, justis sanctior: nam et apostolis præstantior est, et martyribus nobilior, ut magni Verbi verbum testatur. Sanguis qualibet coloria tinctura gratior, Christi Ecclesiam venustans, pro justitia exhaustus sub veteris legis finem, et Christi advenientis ingres- D sum floris instar exornans.

4. Sed jam quomodo hic sanguis, et cujus opera, et quam ob causam exhaustus fuerit, explanabit nostra de sacris Evangeliis deducta oratio. « *Herodes* enim, inquit Scriptura, *tenuit Joannem, et alligavit eum, et posuit in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui. Dicebat enim illi Joannes: Non licet tibi eam habere: et volens illum occidere, timuit populum, quia sicut prophetam eum habebant* [84]. Quæratur primum quis iste Herodes, etenim homo-

[83] Matth. xi, 18. [84] Matth. xiv, 3 5.

(20) Quod Baptista exstinctus prædicaverit detentis apud inferos animabus, sententia Patrum aliquot fuit, nempe Hippolyti, Origenis, et Eusebii Alexandrini, ut in *Spicil. Rom.* t. IX, p. 685, diximus; quibus addendus est auctor tractatus *De remuneratione* statim post obitum animabus danda, item apud nos *Script. vet.* t. VII, p. 266, et nunc denique Theodorus.

Digitized by Google

η'. *Καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς ὄνομα Βοανέργες, ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς* · τὴν βροντὴν φασί τινες γέννημα εἶναι ἀνεμιαίου πνεύματος, ὃ συλληφθὲν ἐν νέφεσι καὶ οὐκ ἔχων ὅπου ῥαγείη διέξοδον, τῇ μὲν θλίψει τὴν ἀστραπὴν, τῇ δὲ ῥήξει τὴν βροντὴν ἀπεργάζεται · ἐκ δὲ βροντῆς βροντὴν κυΐσκεσθαι εἰπόντις, οὐκ ἔξω βάλλει τὸν λόγον τοῦ δέοντος · εἴπερ οἷον τὸ γεννῶν, τοιοῦτον δὴ καὶ τὸ γέννημα · τί οὖν ἐντεῦθεν ; ὅτι κατὰ τὸ Πνεύματος ἅγιου εἶναι ἀπήχημα, υἱὸς βροντῆς ὠνόμασται ὁ Ἀπόστολος, ἀστράπτων ὁμοῦ καὶ βροντῶν ἡμῖν τὰ θεῖα, ὡς ἐκ νεφελῶν οἱονεὶ ἐκραγεὶς τῆς θείας χάριτος. Εἴδωμεν δὲ, εἰ δοκεῖ, ἐν κεφαλαίῳ οἷα καὶ τὰ βροντήματα, ὡς ἂν μᾶλλον θαυμάσοιμεν τοῦ ὀνοματοθέντος τὴν δύναμιν. *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεος ἦν ὁ Λόγος.* Ὦ τῆς μεγαλοφωνοτάτης θεηγορίας ! οὐχ οὕτω βροντῆς πατάγῳ τεθήπασιν ἄνθρωποι, ὡς τὴν Ἰωάννου θεολογίαν σὺν τοῖς ἐπιγείοις ἐξεπλάγησαν καὶ τὰ οὐράνια, εἴπερ κἀκείνων παρὰ Ἰωάννου ἡ μαθητεία. Ἵνα γὰρ, φησὶ, *γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις διὰ τῆς Ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ* · ὡς μὲν οὖν τὰ ἐν αἰσθήσει συγγράφων, ἀρχὴν ἁπάντων τῶν ποιημάτων τὸν οὐρανὸν προὔθηκεν εἰπών · *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν* · οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἦν ὀφθαλμὸν πρῶτον ὄντα τῶν ἐν ἡμῖν αἰσθήσεων, ὑπερταθῆναί που περαιτέρω τοῦ οὐρανίου ὕψους · διὸ καταλλήλως τῇ αἰσθήσει καὶ τὸ ποίημα προτέτακται, τῶν ἄλλων ταῖς ἄλλαις δευτερευόντων · ὁ δὲ ἅτε ὑπὲρ αἴσθησιν τὴν ἐξηγορίαν ποιούμενος, οὐκ οὐρανὸν καὶ γῆν, ἀλλὰ τοῦ οὐρανοῦ καὶ ὁμοῦ πάντων τῶν ὑπερουρανίων νοῶν ποιητὴν, ἀρχὴν εἴληφεν, εἰπών · *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος.*

est ; pluraque apud gnaros dicere omittimus, vitandæ causa prolixitatis. Verum ad sermonis colophonem veniendum est.

8. *Et imposuit illis nomina Boanerges, quod est filii tonitrui* [8]. Sunt qui dicant fieri tonitruum ex aereo spiritu, qui nimirum inclusus in nubibus, nec inveniens qua parte exeat, collisione quidem, fulgur, ruptione autem, tonitruum efficiat. Quod si quis tonitruum tonitruo progigni dicat, nihil a probabilitate alienum dixerit : siquidem quale est gignens, tale et quod gignitur. Quid ergo inde ? Nimirum, tanquam Spiritus sancti resonantia appellatus est apostolus tonitrui filius, divino nobis splendore in modum fulgetri elucens, atque instar tonitrui mugiens, velutque ex nubibus e divina quasi charitate erumpens. Videamus autem, si libet, quasi summatim quantæ hæ sint tonitrui voces, ut eo majori admiratione illius potentiam admiremur, qui indidit nomen. *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [9]. O divinæ prædicationis clarissimam vocem ! Non sic homines tonitrui fragore obstupescunt, uti Joannis theologiam, cum terræ colonis etiam cœlestes virtutes obstupuerunt : quando et illæ Joannis discipulæ quodammodo sunt. *Ut* enim, inquit, *innotescat principatibus et potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei* [10]. Et Moyses quidem, cum rerum sensui subjectarum historiam conscriberet, creaturarum omnium principium, cœlum posuit, dicens : *In principio creavit Deus cœlum, et terram* [11]. Non enim fieri poterat ut oculus, qui inter sensus primatum tenet, cœli altitudinem superaret. Quocirca pro sensus ratione etiam creatura prior est, cum aliæ aliis posteriores sint. At Joannes, tanquam ea enarrans quæ sensum superant ; non cœlum et terram, sed cœli ac terræ omniumque cœlestium mentium creatorem, principium assumpsit ; dicens : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [12].

θ'. Εἶδες εἰς ποῖον ὕψος ἄπειρον ἦρε τὸ ὄμμα τοῦ νοῦ ; ὥσπερ τι νοητὸν στερέωμα καταπηξάμενος ἡμῶν ἐν διανοίᾳ τὸ τριταῖον Ἦν · ἵνα μέχρι τοῦδε ὥσπερ τι ἕξαλμα φωτὸς προϊὼν ὁ νοῦς, πρῶτος ὢν καὶ οὗτος τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, μὴ ἔχοι φύσιν ἀρθῆναί που ἐπέκεινα, κἂν κενεμβατεῖν δόξοιεν ἐκ πολυπραγμοσύνης ἀνενδέκτου · ἀλλ' οἷον ἐπαναπαυσάμενος τῆς ἐφέσεως παλινδρομῇ πρὸς τὰ κατόπιν καὶ ὑπὸ κτίσιν, οἷς καὶ συγγενῶς ἔχοι, ὁρῶν τὰ δημιουργήματα καὶ δοξάζων τὸν ἀριστοτέχνην, ἕνα τε ὄντα ἄναρχον Θεὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, τὸν πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐπιστατοῦντα · τίνα ταῦτα ; Σεραφὶμ, Χερουβὶμ, Θρόνους, Δυνάμεις, Ἐξουσίας, Κυριότητας, Ἀρχὰς, Ἀρχαγγέλους, Ἀγγέλους · εἶτα τὰ κατ' αἴσθησιν, οὐρανὸν, ἥλιον, σελήνην, ἀστέρας, ἀέρα, γῆν, θάλασσαν, ζῶα χερσαῖα, ἐνάλια, ἐναέρια, φυτὰ, βοτὰ, πᾶσαν συλλήβδην φύσιν ἔμψυχόν τε

9. Vidisti in quantam altitudinem extulit mentis oculum ? intellectuale veluti firmamentum menti nostræ infigens [trinum illud *Erat ;* ut eo usque, salientis instar lucis, mens progressa (namque hæc est facultatum animæ prima) nolit deinceps ulterius subvehi, ne per aerem curiositate inutili videatur discurrere : sed quasi cursum inhibens retrocedat ad res creatas, quibus necessitudine homo devinctus est, intuens in eas, optimumque artificem laudibus celebrans, unum Deum æternum in tribus subsistentem personis, rebusque universis præsidentem. Quænam vero hæc ? Seraphim, Cherubim, Throni, Virtutes, Potestates, Dominationes, Principatus, Archangeli, Angeli : tum res sensui subjectæ, cœlum, sol, luna, stellæ, aer ; terra, mare, animalia terrestria, marina, aerea, plantæ, herbæ, universa denique, ut summatim

[8] Marc III, 17. [9] Joan. I, 1, 2. [10] Ephes. III, 10. [11] Gen. I, 1. [12] Joan. I, 1.

Digitized by Google

dicam, natura, tum anima prædita, tum expers animæ. Omnia enim hæc, ac si quid aliud uterque mundus innominabile habent, illis verbis : *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est* [12], comprehendi declaravit. Quid enim pluribus superfluum esse oportet, cum divino Spiritu afflati viri theologiam omnem ad verbum divinitus sint interpretati, a quibus nos quoque catellorum instar habuimus, quas velut sermonis micas inferremus. O theologia quæ tonitruo exaudibilior cœlesti doctrina insonuit! O locutio, quæ velocius fulgetro universa pervasit! *Mirabilis facta est scientia tua ex me* [13]; dicat aliquis ad Joannem quasi Deo similem, qui terræ latitudinem complexus est prædicatione; qui animi cogitationibus in abyssi sapientiæ vestigiis ambulavit; per quem portæ inferorum divinæ vocis plenitudine destructæ sunt, exortusque est orthodoxiæ sol : per quem mundi sapientia infatuata est, orbisque fines impleti sunt sapientia : oratoribus ac sophistis proculcatis, Joannis autem dominante theologia. Verumtamen nescio quid ego dignum celsa adeo Apostoli magnitudine dicam, nisi potius iis cedam qui sacras ejus laudes divino ante me ore celebrarunt.

10. At vero quid illud significat? *Jesus ergo cum vidisset matrem et discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ : Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo : Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus ille in sua* [14]. Alioque rursus capite : *Qui et recubuit in cœna super pectus ejus, et dixit : Domine, quis est qui tradit te* [15]? Sunt hæc peculiarius attributa Theologo velut dotalia quædam regia munera; ut inquam, præ discipulis reliquis, ac privilegio a Jesu dilectus fuerit; utque super purissimum recubuerit pectus; ac demum ut Dei Genitricis filius sit appellatus. Quam tria hæc tremenda! ut alterum alteri præcellat, ac quodque eorum velut singulariter eximium, mei animi sensum in stuporem agat. Andreas primus inter discipulos vocatus; nec dum tamen se Jesu dilectum appellavit sicut iste. Petrus apostolorum princeps; atqui nec ipse appellationem ejusmodi consecutus est. Deitas ab affectionibus immunis est. Christus ex æquo universis dilectionis radium immittit. Præterea : siquidem Petrus plus omnibus amat, ut ipse interrogatus confessus est [16], Christusque confessionem confirmavit, trina illa interrogatione ac responsione; ejusque confessionis præmio, munus alios pascendi accepit; plus fortasse etiam debuit redamari; reflexo munere ac reciproco. Existimo autem virginitatis excellentiam in causa fuisse. Cur? Quia nimirum, tametsi lucis radius æquis portionibus in illa specula incidebat (nam omnes apostoli puri erant, ut ait Scriptura [17]); ob virginitatis tamen

A καὶ ἄψυχον· ἅπαντα γὰρ ταῦτα, καὶ εἴ τι ἕτερον ἐν τοῖς ἄμφω κόσμοις ἀκατονόμαστον, διὰ τοῦ εἰπεῖν, *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲν ὃ γέγονεν*, συνεκδοχικῶς παρεδήλωσεν· τί γὰρ δεῖ πλέον περιττοεπεῖν τοῖς θεοφόροις κατὰ λέξιν πάσης τῆς θεολογίας ἐνθεαστικώτατα ἐξητασμένοις, παρ' ὧν καὶ ἡμῖν τοῖς κυνιδίοις οἱονεὶ ψιχιώδης συνεισφορὰ τοῦ λόγου; Ὦ θεολογίας γεγωνότερον βροντῆς ἠχησάσης τὰ οὐράνια δόγματα! ὦ περιφράσεως γοργότερον ἀστραπῆς ἐπελθούσης τοῖς σύμπασιν. *Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ!* καὶ πρὸς Ἰωάννην ὡς θεοείκελον λεγέτω πᾶς τις, τὸν περιλαβόντα τὸ εὖρος τῆς ὑπ' οὐρανὸν τοῖς κηρύγμασι, τὸν ἐν ἴχνεσιν ἀβύσσου σοφίας περιπατήσαντα τοῖς ἐνθυμήμασιν· δι' οὗ πύλαι ᾅδου κατήργηνται Θεοῦ φωνῆς πληρώματι, καὶ ὀρθοδοξίας ἀνέτειλεν ἥλιος· δι' οὗ ἡ τοῦ κόσμου σοφία μεμώρανται, καὶ θεοσοφίας ἐμπέπλησται τὰ πέρατα· ῥητόρων καὶ σοφιστῶν καταποθέντων, Ἰωάννου δὲ τῆς θεολογίας βασιλευσάσης· καὶ οὐκ οἶδ' ὅ τι λέξεων εἴποιμι ἐπάξιον τῆς ὑπερηρμένης ἀποστολικῆς μεγαλειότητος, ἢ τὸ παραχωρῆσαι τοῖς προευφημήσασιν αὐτὸν θείοις στόμασιν τὸν ἱερὸν ἔπαινον.

B

ι'. Ἀλλὰ τί ἔτι; *Ἰησοῦς οὖν ἰδὼν τὴν μητέρα καὶ τὸν μαθητὴν παρεστῶτα ὃν ἠγάπα, λέγει τῇ μητρὶ αὐτοῦ· Γύναι, ἰδοὺ ὁ υἱός σου· εἶτα λέγει τῷ μαθητῇ· Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου· καὶ ἀπ' ἐκείνης* C *τῆς ὥρας παρέλαβεν αὐτὴν ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος εἰς τὰ ἴδια·* καὶ ἐν ἑτέρῳ πάλιν· *Ὃς καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· Κύριε, τίς ἐστιν ὁ παραδιδούς σε;* Ταῦτα ἀποκληρωτικὰ ὥσπερ τινὰ ἕδνα βασίλεια τῷ θεολόγῳ, φημὶ δὴ τὸ κατ' ἐξοχὴν παρὰ τοὺς λοιποὺς μαθητὰς ὑπὸ Ἰησοῦ ἀγαπᾶσθαι· ἥ τε ἐπὶ τοῦ ἀκηράτου στήθους ἐπίπτωσις· πρὸς τῷ καὶ υἱὸν εἰρῆσθαι τῆς Θεομήτορος· ὡς φοβερὰ τὰ τρία, θάτερον θατέρου ὑπεραιρόμενον, καὶ ἕκαστον ὀλιγά μοι φέρον νοήματος ὡς ἐξαισιώμενον· Ἀνδρέας ἐν μαθηταῖς πρωτόκλητος, ἀλλ' οὔπω ἀγαπητὸν Ἰησοῦ ἑαυτὸν ὠνόμακεν ὡς οὗτος· Πέτρος πρωτόθρονος, ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς τῆς τοιαύτης προσηγορίας τετύχηκεν. Τὸ θεῖον ἀπαθές· Χριστὸς ἐξ ἴσου ἅπασι τὴν τῆς ἀγά- D πης ἀκτῖνα ἀφίησιν· ἄλλως τε εἰ Πέτρος πλεῖον ἀγαπᾷ ἁπάντων ὡς ἐρωτηθεὶς ὡμολόγησεν, καὶ τὴν ὁμολογίαν Χριστὸς ἐβεβαίωσεν, διὰ τῆς τρισσῆς πεύσεώς τε καὶ ἀποκρίσεως, ἧς προῖκα καὶ τὸ τοὺς ἄλλους ποιμαίνειν εἴληφεν, καὶ ἀνταγαπᾶσθαι τυχὸν πλεῖον ὤφειλεν, καμπύλον τὸ λῆμμα· καί μοι δοκεῖ τὸ τῆς παρθενίας χρῆμα εἶναι αἴτιον· πῶς; ὅτι εἰ καὶ ἐπ' ἴσης τοῦ φωτὸς ἡ βολὶς τοῖς κατόπτροις, ἐπείπερ πάντες καθαροί, ὡς ὁ Λόγος, ἀλλ' ὅμως τῇ τῆς παρθενίας στίλψει διειδέστερον ἐν τῷ ἑνὶ παρὰ τοὺς ὁμοταγεῖς ἐνίεται· εἰ καὶ παράδοξός πως ὁ λόγος· καὶ τοῦτό ἐστι πλεῖον εἰς ἀγάπην, τὸ

[12] Psal. cxxxviii, 6. [13] Joan. xix, 26, 27. [14] Joan. xiii, 23. [15] Joan. xxi, 15. [16] Joan. xv, 3.

Digitized by Google

φῶς πλεῖον λαμπρύνειν τὸν διειδέστερον μέτοχον· εἰ δὲ ὅτι πλέον ἀγαπᾷ Πέτρος προΐσταται, ἐκεῖνό μοι ῥητέον, ὅτι οὐ τὸ πλησιάσαν σῶμα τῷ φωτὶ μᾶλλον φωτίζεται, ἀλλ' ὃ τὴν φύσιν διειδεστέραν, κἂν οὐκ ἔγγιον κέκτηται· εἰ δέ σοι ὁ λόγος ἀσθενὴς φαίνοιτο ἔτι, ὁ βαλὼν καὶ ἰάσεται. Ἐντεῦθεν ἡ ἐπιστήθιος πρόσπτωσις· ὦ τοῦ ἀξιώματος! τὰ χερουβὶμ, Θεοῦ ὄχημα, καὶ Ἰωάννης ἐπιστέρνιον ἀνάκλιμα· Μωϋσῆς μόλις ἴδεν Θεοῦ τὰ ὀπίσθια καὶ ταῦτα αἰτησάμενος· καὶ Ἰωάννης αὐτεπάγγελτος ἐπίπροσθεν περιφὺς, καὶ πυνθάνεται ἐκεῖνα δηλαδὴ ἃ Πέτρος ὁ κορυφαῖος θαῤῥήσειν οὐκ ἤνεγκεν, δοὺς ἑαυτῷ τὰ δευτέρια, τῇ εἰς Ἰωάννην προτιμήσει· ἀμφοτέρας τὰς θεωρίας ἐξετάζων, γνοίης οἷον καὶ ἡλίκον τὸ ὑπεροχικὸν Ἰωάννου ἀξίωμα· ἐντεῦθέν μοι δοκεῖ ὥσπερ ἀπό τινος πηγαίας ζωῆς τὰ θεόβρυτα αὐτὸν τῆς σοφίας ἀρύσασθαι νάματα, κἀκ τούτων ἐκ τῆς ἐμφύχου κοιλίας τοὺς ποταμοὺς τῆς θεολογίας ῥυΐσκεσθαι· ἀλλ' ἐπὶ τὸν σταυρὸν μετιτέον (27).

A nitorem in unum præ collegis aliis dilucidior ferebatur. Quanquam novum videtur quod dicitur. Atque hoc majus aliquid ad dilectionem habet, quod nimirum nitidius corpus ac magis pellucidum, lumine magis illustretur. Quod si Petrus ea ratione, quod plus amet, præfertur, hoc mihi occurrit dicendum : Non eo corpus majori perfundi lumine, quo lumini propinquius est, sed quo majore nitore suapte natura pollet, quanquam non propinquius existat. Quod si hic sermo tibi infirmus videbitur, quæ manus vulnus inflixit, ea et sanabit. Inde est ut recubuerit super pectus Jesu. O dignitatis præstantiam! Cherubim, Dei sunt vehiculum; at Joannes super pectus reclinatur. Vix Moyses Dei posteriora vidit, idque cum videre B rogasset; at Joannes ultro, ac ipso invitante Domino, pectori hærens atque complexus, ea interrogat, quæ nec Petrus apostolorum princeps interrogare sustinuit; qua sibi ipse ratione Joannem voluit prælatum. Siquidem ambas considerationes animo expenderis, scies quanta ac qualis sit excellentia dignitatis Joannis. Hinc tanquam e fonte quodam vitæ, ipsum divinitus scaturientes latices hausisse existimo : indeque ex animato ventre theologiæ flumina progignere. Verum ad crucem nobis redeundum est.

ια'. *Ἰδοὺ*, φησὶν, *ὁ υἱός σου· εἶτα τῷ μαθητῇ, Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου*. Βαβαὶ τοῦ δωρήματος! τὸν δοῦλον, τῆς Δεσποίνης διὰ περιουσίας καθαρότητος υἱὸν ἀκουτισθῆναι, καὶ φύλακα προχειρισθῆναι τοῦ τῆς ζωῆς θησαυροφυλακίου· ὁ μὲν ἀφίσταται, διὰ πάθους, τῆς ἀπαθῶς τεκούσης· ὁ δὲ ταύτην ὑπηρετικῶς λαμβάνει εἰς τὰ ἴδια· ὁ παρθένος τὴν Παρθένον· τὸ κλῆμα τὴν ἀμπελοτόκον· ὁ στρατιώτης τὴν βασιλίδα· ὁ θεολόγος τὴν Θεοτόκον· ὁ κατὰ χάριν C θεάδελφος τὴν κατὰ φύσιν μητρόθεον· ἴδε τὴν ἁρμονίαν τῆς καταλλήλου κλήσεως, καὶ ὑπεραίνεσον τὴν σύμβασιν. Ἆρ' οὐ τοῦτο μόνον πᾶσαν ἀποκρύψαι ὑπερβολὴν ἐγκωμίου τῷ θεολόγῳ πάρεστιν, ἀμοιροῦντι τῆς οἱασοῦν ἄλλης αἰνέσεως; εἰ δὲ μετὰ τῆς τῶν προλαβόντων ὑπερβολῆς καὶ τὰ φθάσαντα συναστράψοι, τίς ἂν δυνηθείη ἀντωπῆναι τοῦ ὕψους τὸ ἀναντίβλεπτον; οὕτω τοιγαροῦν ὑπερανεστώς ἐστι πάσης τῆς ἐν λόγοις ἐγκωμιαστικῆς δυνάμεως, ὡς μόνου Θεοῦ εἶναι ἐκεῖνον ἐπαινέσασθαι, εἰ καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν, παρ' οὗ καὶ πλεονάζει τὴν ἔφεσιν· ὑφ' οὗ καὶ τὰ ἐγκώμια ἔστεπται, φῶς καὶ βροντὴ καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορευόμενος· ἀλλ' ἐπείπερ ταῦτα οὕτως, καὶ πέρας εἴληφεν ἡ ἀκήρατος ἀνθολογία, καθ' ὅσον ἐφικτὸν ἡμῖν δρέψασθαι τοῖς πενολόγοις, δεῦρο καὶ ἡμεῖς ἐν τούτοις συγκαταπαύσωμεν τῶν λόγων, μικροὶς μεγάλα ἀμείψαντες· ἐκεῖνο προσθέντες τοῖς εἰρημένοις, ὡς οὐ μικρὸν ἂν εἴη γέρας αὐτῷ εἰς φιλοτιμίαν καὶ ἡ φρικωδεστάτη ἀποκάλυψις, ἣν ἐν Πάτμῳ περιορισθεὶς διὰ τὸν λόγον παρὰ τοῦ τηνικάδε κρατοῦντος, θεόθεν μυηθεὶς ἐκδέδωκεν· καὶ τοῦτο ἐκ πλεονασμοῦ τῆς ἀγάπης ἰδιαίρετον παρὰ τοὺς λοιποὺς εἰληφώς· φασὶ δὲ αὐτὸν μετὰ τὰς ἱερὰς ἐκείνας περιόδους καὶ τὴν εὐαγγελικὴν περίληψιν τῶν περάτων, ὧδέ που μέσον εἰς τὴν Ἀσιάτιδα χθόνα, ἐν ᾗ καὶ τὸν διδακτικὸν θρόνον μᾶλλον καθ-

11. *Ecce*, inquit, *filius tuus. Deinde discipulo : Ecce mater tua*. Papæ, quantum munus! Ut nimirum servus ob excellentem munditiam, Dominæ filius appelletur; ac ejus quæ vitæ thesauri custos fuisset, custos constituatur. Ille quidem recedit, per passionem ab ea quæ sine passione id est illæsa integritate peperit; hic autem ministri more, in sua eam accipit : nimirum Virgo virginem, palmes fecundam vitem, miles reginam, theologus Deiparam : Dei frater per gratiam, Dei parentem per naturam. Vide convenientis appellationis consonantiam, ac supra modum landa concursum. Nonne vel hoc unum satis sit, ut laudationis omnem excellentiam, qua quis theologum prosequatur obscuret, tametsi desit alia omnis laudatio? Sin autem cum eorum quæ superius dicta sunt sublimitate, etiam proxima colluceant, quis inaccessam visui altitudinem possit intueri? Sic itaque superior est omni facultate laudandi, ut solius Dei commendatione ornandus sit (quanquam hoc videtur audacius dici); a quo etiam amoris illam prærogativam obtinet; a quo et laudibus coronatus est, lucis illa appellatione, tonitruique, ac similium. D Cum hæc autem ita se habeant, et postquam sincera florum decerptio finem accepit, quantum nobis pro tenui facultate dicendi decerpere licuit, age et nos in his peroremus, minora rependentes majoribus : hoc duntaxat addentes iis quæ diximus, non minimum esse Joanni ad magnificentiam præmium, illam quam in Patmo horrendissimam Apocalypsim, dum eo in loco prædicationis causa exsularet ejus decreto qui tunc rerum potiebatur, Deo docente edidit : hoc quoque ob dilectionis prærogativam singularem præ aliis apostolis munere donatus. Aiunt autem eum, post sacros illos circuitus,

(27) Sic etiam in sermone edito de cruce Theodorus : Ἐπὶ δὲ τὸν σταυρὸν ἐπιτέον.

Digitized by Google

atque evangelicam prædicationem, qua orbis fines complexus est, quodam Asiæ loco manentem, ubi præcipue sedem magisterii collocaverat, sacrum suum corpus deposuisse : et sepulcrum quidem positum fuisse quasi mortis typum; ipsum tamen supra naturæ humanæ conditionem translatum, ut hac quoque ratione præcipuas Deus honoris partes amatori suo deferret. Et corpus quidem sic habitum est, purum illud ac suave fragrans, Christique stigmata gerens : anima autem, quæ lucis splendoribus revera solem superabat, ab humanis evolans, stipantibus angelorum choris, ad locum transiit, qui ipsam decebat, inenarrabilis illius primique ac lucentissimi gaudii.

A ιδρύσατο, τὸ ἱερὸν αὐτοῦ σῶμα ἀποθέσθαι · ταφὴν μὲν κατὰ τύπον θανάτου, μεταστὰς δὲ ὑπὲρ φύσιν ἀνθρωπίνην (28), ἵνα κἀν τούτῳ δοξάσῃ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ ἐραστὴν μάλα · ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα ἐν τούτοις τὸ καθαρὸν καὶ εὐῶδες καὶ τὰ στίγματα τοῦ Χριστοῦ φέρον · τῇ δὲ ψυχῇ οὔσῃ ὡς ἀληθῶς ἡλίου φωτοειδεστέρᾳ, ἀναπτὰς τῶν ἐνθένδε ἀγγελικῇ δορυφορίᾳ εἰς ἐκεῖνον τὸν χῶρον μετελήλυθε τὸν αὐτῷ πρέποντα τῆς ἀῤῥήτου καὶ πρωτοφανοῦς ἀγαλλιάσεως.

12. Sed o beatissime, terque beatissime, ac prorsus beatissime Joannes : magne Evangelii sol, jugis theologiæ scaturigo, apostolice rame, Petro compar, tu nos de cœlis benigne intuere. Viden' quam sit tristis horum inferiorum facies ? Destructa sunt altaria angustis simulacris coronata : ablatus est sacrorum templorum decor : Christi imago ludibrio habita est et ad nihilum redacta in urbibus, ruri, domi : insuper etiam Deiparæ, ac cujusvis alius tui similium, aut etiam te minorum, a Deo afflatorum Patrum. Luctuosa omnia. Assume Petrum, unaque Jacobum assumas rogamus. Tres vos, Christi comites assidui, cum est transfiguratus, cum pleraque miracula ederet, cum in agonia preces funderet, velut jam collegis aliis ac condiscipulis magis spiritales, ac divina docti; ipsi et modo cum beata novem sociorum caterva, sanctam nobis Trinitatem propitiam reddite, ut Christus iniquum hoc mare increpet, ut quondam increpuit apud Tiberiadem; tranquillitate, quæ pacem præstet, vicissim exoriente; ut suas ipse ecclesias, in antiquam illam et jucundam orthodoxiæ venustatem reducat. Tu vero mihi temerario, vir beate, propitius esto, qui debuerim, at non laudaverim : sed et eos suscipere digneris, qui templum hoc quam ornate tam sumptuose tibi exstruxerunt, in quo et plures in vestibulis, monachorum more, corpora sua reliquerunt, ut hic positi, splendido cœlestique tabernaculo tuo advolverentur; te tantum videre optantes, cum universo grege, pro diguitatis mensura, quantum iis concessum est, qui e terra in solem ipsum aspiciunt : in Christo Jesu Domino nostro, quem decet omnis gloria, honor, et adoratio, cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

B ιβ'. Ἀλλ' ὦ μακαριώτατε, καὶ τρισμακαριώτατε, καὶ παμμακαριώτατε Ἰωάννη, ὁ μέγας τοῦ Εὐαγγελίου ἥλιος, ὁ βρυὴρ τῆς θεολογίας ὁ ἀένναος, τῶν ἀποστόλων ἀκρέμων (29), ἰσόπετρε (30), σὺ ἡμᾶς οὐρανόθεν εὐμενῶς ἔπιδε, ὅσης τὰ ὧδε κατηφείας, ἠφάνισται θυσιαστήρια ἐστεμμένα θείοις ἀγάλμασιν, ἀφῄρηται ναῶν ἱερῶν εὐπρέπεια · ἡ εἰκὼν Χριστοῦ καθύβρισται · ἐξουδένωται καὶ ἐν πόλεσιν καὶ ἐν χώραις καὶ κατ' οἴκους · πρὸς δὲ καὶ τῆς Θεομήτορος (31), καὶ οὔ τινος οὖν ἄλλου τῶν οἷος σὺ καὶ μείων σοῦ θεοφόρων. Ὀδυρμοῦ τὰ πάντα. Λάβε Πέτρον, συμπαράλαβε Ἰάκωβον, δεόμεθα · οἱ τρεῖς ἀεὶ Χριστῷ συμπάρεδροι, μεταμορφουμένῳ, θαυματουργοῦντι τὰ πολλὰ, ἀγωνιῶντι, προσευχομένῳ · ὡς ἤδη τῶν ὁμοχώρων μυστικώτεροι, αὐτοὶ καὶ νῦν σὺν τῇ C λοιπῇ σεβασμίᾳ ἑννάδι τὴν ἁγίαν Τριάδα εὐμενῆ ἡμῖν καταστήσασθε, ἐπιτιμῆσαι Χριστὸν τῇ πονηρᾷ ταύτῃ θαλάσσῃ, ὡς ποτε τῇ Τιβεριάδι, γαλήνης εἰρηνοδώρου ἀντανισχούσης, ἐπαναδραμεῖν τὰς ἑαυτοῦ Ἐκκλησίας εἰς τὴν ἀρχαίαν καὶ ἀρεσθεῖσαν τῆς ὀρθοδοξίας ὡραιότητα · ἐμοὶ δὲ σὺ τῷ τολμητίᾳ, ὦ μάκαρ, ἵλεως ἔσο ὀφλήσαντι οὐκ ἐπαινέσαντι · καί γε δέξαιο τοὺς τόνδε σοι τὸν ναὸν ὁμοῦ μὲν περικαλλῶς, ὁμοῦ δὲ καὶ περιουσίως ἐγείραντας · ἐν ᾧ καὶ τὰ σώματα οἱ πλείους ἀσκητικῶς εἶσαν εἰς τὰ προαύλια, ὡς ἐνταῦθα τῆς σῆς φανοτάτης οὐρανίου σκηνῆς παραῤῥιπτεῖν δεῖ τοσοῦτον ἀξιουμένους σε ὁρᾷν σὺν παντὶ τῷ ποιμνίῳ κατὰ διάμετρον ἀξίας, ὅσον οἱ πρὸς αὐτὸν τὸν ἥλιον ἀποβλέποντες · ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, D τιμὴ, καὶ προσκύνησις, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ADNOTATIO.

Igitur septem Theodori Studitæ panegyricas Orationes dedimus, quarum duæ Latine tantum editæ fuerant, reliquæ nec Græce nec Latine. Ante nos tamen exstabant aliæ novem ejusdem Studitæ orationes. I. In crucem Domini, Gr. Lat. apud Gretserum op. *De cruce*, t. II, p. 231. II. In nativitatem Deiparæ, Gr. Lat. edita inter Damascenicas, ut nos jam diximus, p. 54. III et IV. De adoratione SS. ima-

(28) Nota sunt, quæ de sancti Joannis extraordinario obitus genere, vel etiam translatione aut resurrectione, narrant nonnulli veteres apud Sandinium in *Hist. apost.* p. 189. Festum ejus μεταστάσεως est in Kal. Græco, die 26 sept. Laudes eidem insignes dicit sanctus Cyrillus in homilia Opp. t. V, part. II, p. 380.

(29) Illustratur hoc vocabulum ab inedito apud me Jobi interprete cap. XIV, 7 : Ὁ ῥάδαμνός ἐστιν παντὸς δένδρου τὸ ἄκρον, ὅπερ ἀκρέμονα λέγουσιν.

(30) Compar Petro honore apostolatus, non primatus. Etenim primatum vindicat Petro ipse Studita in præcedentibus,, nec non aliis locis in indice Sirmondiano adnotatis.

(31) Luget Studita, ut in aliis passim scriptis, Iconomachorum sui temporis scelera.

Digitized by Google

ginum duæ, Gr. Lat., quarum altera inserta ejus Vitæ cap. 65-73; altera cum Damascenicis prodiit Basileæ an. 1575. V. In tertiam inventionem capitis sancti Joan. Bapt. Gr. Lat. a Combefisio, et Cangio. VI. In sanctum Bartholomæum apostolum, Latine tantum apud Dacherium Spicil. ed. nov. t. II, p. 12. Hanc Græce etiam vidit Allatius, incipientem : Μέγιστος ἀγών, προσθήσω δ' ἔτι, καὶ κλέος· eratque editurus libro sexto Symmictorum, teste Fabricio *B. G.* ed. vet. t. XIV, p. 123. Ea mihi quidem nondum occurrit, quanquam vix dubito quin lateat inter Allatii schedas Vallicellianas aut Barberinias. VII. Oratio epitaphica in Platonem magistrum suum, Gr. Lat. apud Bollandianos, t. I, April. Append. p. 46. VIII. Oratio item epitaphica in magnum Arsenium, Gr. Lat. apud eosdem Bollandianos, t. IV, Jul. die 19. IX. Oratio pariter epitaphica in matrem suam exstat inedita Græce in Metaphrastæ codice Parisiaco. Deinque alia inedita in codd. Paris. de inventione capitis sancti Joan. Baptistæ, teste Fabricio *B. G.* ed. nov. t. X, p. 472, a quo superiorum quoque notitia congesta fuit. Atque hoc fere est illud *Panegyricum volumen in dies festos Domini, nec non Deiparæ, et sancti Joan. Baptistæ*, quod inter Studitæ scripta memorat Michael monachus in Vita ejusdem cap. 38, quam habemus typis impressam. Mitto dicere de minoribus Sermonibus duplicis catecheseos, seu magnæ seu parvæ, quorum 135 edidit Latine Livineius, Græce unum Fabricius *B. G.* ed. nov. p. 470; tres item Græce auctor Catalogi codd. Nanian. p. 164. Inter Opera Theodori, quæ Sirmondus prelo parare videbatur, postremo loco video in elencho post præf. nominari fragmentum, *Confessio de Trinitate*. Reapse id fragmentum incipiens : Μίαν εἶναι τῶν ὅλων ἀρχήν, legitur sub Theodori nomine in cod. Vat. 620, et Ottob. Vat. 414. At in Vat. 2026, inscribitur Theodoreto. Eadem nominum varietas in Florentinis quoque codicibus occurrit, observante Bandinio Catalog. codd. Gr. t. I, p. 525. Sed revera nihil aliud est, id fragmentum, quam, ut ego comperi, compendium ex Theodoreti *Hæret. fab.* libro V consarcinatum.

MONITUM IN ORATIONEM SEQUENTEM.

(Ang. Mai, *loc. cit.* p. 148.)

Dixeram superius, desiderare me Græcum textum panegyricæ Orationis, quam noster Studita de sancto Bartholomæo apostolo recitaverat. Ecce autem postea in codice prisco Vat. 1989, f. 238, qui fuit monasterii Cryptæ Ferratæ, Græce demum hanc orationem reperi, quanquam in fine uno folio mutilam : quæ quia ob editionis meæ complementum omittenda non erat, in hujus voluminis calce nunc collocatur. Ediderat olim Latine, interprete nimirum Anastasio Bibliothecario, Dacherius *Spicil.* ed. nov. t. II, p. 123, repetiveratque eam Combefisius *B. C.* t. VII, p. 755. Ego vero hunc ipsum Latinum textum in codice Lat. Vat. 1195, f. 268, legebam, et non sine aliquo fructu conferebam. Sane Anastasium nec Græcitatis peritia satis commendat, nec ejus Latinitas lectores oblectat. Quamobrem textu nunc Græco invento, nova fuit curanda translatio, tum ob dicta Anastasii incommoda, tum etiam quia variantes Græci exemplaris lectiones identidem occurrebant. De nostro autem Studita in prævia epistola sic loquitur honorifice Anastasius. « Si quæris quis tanti sermonis habeatur expositor, libenter aperiam. Theodorus videlicet quidam sacerdos apud Constantinopolim urbem temporibus fuit Adriani et Leonis Romanorum pontificum, vir valde mirabilis, qui cum non solum fidei constantia, verum etiam scientiæ gratia et signorum polleret virtutibus, duorum imperialium insigniumque cœnobiorum, Studii scilicet et Saccudiorum, constitutus est abbas. Qui semper in apostolicæ sedis communione persistens, hæreticorum pœnias, et imperatorum vesaniam, fidei constantia, etiam tormentis affectus, virtute repressit; nec non et sancti Spiritus gratia plenus opuscula nonnulla composuit, inter quæ et sermonem hunc de B. Bartholomæo, satis utilem, obscuris dictionibus, Græco edidit famine, qui Græco vocabulo ἐγκώμιον dicitur, quod Latine præconium, sive laus, exprimitur. Qui ad Latinitatis notitiam fideliter translatus, etc. » Voluit ergo fideliter interpretari Anastasius, sed quam bene ei res successerit, illi agnoscent, qui nunc Græcum textum cum ejus Latinitate conferre voluerint, vel saltem nostras animadversiones legerint. Quod denique obscuritatis accusat Theodorum Anastasius, quanquam partim recte accusat, multo tamen ipse obscurior sæpe est et horridior interpres.

Jam quod attinet ad prodigiosam reliquiarum translationem ex Armenia Liparim per Euxini et Ægæi fluctus, ea certe tot mirabilitatis coloribus pingitur, ut fidem ægre possit impetrare; qua super re prudenter scribit Tillemontius *Memor.* t. I, p. 381, nec non in adn. p. 649. Tum et ipse Baronius eadem de re locutus in Martyr. ad diem 25 Aug. concludit : « Sic omnia probet lector, ut quod bonum est teneat. » Celebris cæteroquin hæc narratio est in Græcorum menæis, historiis ac panegyricis; non tamen ex uno Studita hausta : etenim ipse Studita altius eam derivavit. Ecce enim historia hæc, etsi haud tot phaleris exornata, apud gravem auctorem S. Gregorium Turonensem legitur sexti sæculi hominem *De mir. martyr.* lib. I, cap. 33, cujus verba recitare pretium operæ est.

« Bartholomæum apostolum apud Indiam passum, agonis ipsius narrat historia. Post multorum vero annorum spatia de passione ejus, cum iterum Christianis persecutio advenisset, et viderent gentiles omnem populum ad ejus sepulcrum concurrere, eique deprecationes assidue et incensa deferre, invidia illecti, abstulerunt corpus ejus, et ponentes in sarcophagum plumbeum, projecerunt illud in mare dicentes : Quia non seduces amplius populum nostrum. Sed providentia Dei cooperante per secretum operis ejus, sarcophagum plumbeum a loco illo aquis subvehentibus sublevatum, delatum est ad insulam, vocabulo Liparis : revelatumque est Christianis ut eum (s. apostolum) colligerent : collectumque ac sepultum, ædificaverunt super eum templum magnum. In quo nunc invocatus, prodesse populis multis virtutibus ac beneficiis manifestat. »

Digitized by Google

X.

Sancti Patris nostri et confessoris Theodori Studitæ Laudes in gloriosum et sanctum Christi apostolum Bartholomæum.

1. Magnum quidem certamen, addam etiam et decus, cujuslibet sancti viri laudes contexere; quia cum major debeat esse testis illo cui dat testimonium, nunc inferior est quilibet, eo qui beatitudinem propter vitæ suæ exitum habet omni discrimine expertem. Verum enim vero etiam apostolum laudare, et quidem ex illustribus unum, quanti laboris erit, ut possit spiritus attolli contemplationibus, et dignis plaudere vocibus! Nam cujus sonus in universam terram sic exivit, ut verborum vi ad illius fines pervaserit, ejus certe necesse est ut laus pariter exaudiatur. Porro ejusmodi operi quis par sit? quis tantum sibi fiduciæ sumat? quis tantum valeat? Etenim num quia nec Petrus nec Joannes est, idcirco divus Bartholomeus exiliter est celebrandus, et non potius multa laude mactandus? Christi discipulum omnino audis, et procedentem non perhorrescis? veritatis testem intelligis, et eum qui celebrandus est non admiraris? Et quidem etiamsi unus de multis est, nihilominus inter Dei famulos laudibus excellit. Nonne quia in divino duodenario numero medius est, quasi (sol) inter lumina mundi late splendet? Est enim hic duodenarius numerus, harmonicæ citharæ similis, utpote qui parem similemque utrimque sonum theologiæ emittit. Vel si mavis, sicut in annuo circulo, uniuscujusque mensis, æqualis est utilitas quæ universim confertur, etiamsi propria quantitate et qualitate alter differt ab altero. Non est parvus hic laudatus noster, sed spiritus virtute sublimis; habens quemdam etiam in ipsa supputatione mysticum sensum, secundum arithmeticam regulam. Solus enim senarius numerus, ex nomade in suis partibus perfectus est, quibus ipsis completur, media scilicet sui parte triadem, tertia dyadem, sexta monadem efficiens.

2. Quod si etiam secundum Actuum apostolicorum dinumerationem [18], septimum eum ponamus, principium rursus est et vertex secundæ hexadis: atque hinc argumentari licet eum relationem ad Petrum habere: etenim ut in priore hexade, principium relationem habet ad finem; ita in posteriore hexade Bartholomæus summitas est illorum qui post ipsum numerantur. Et videsis, charissime. Petrus docet gentes, Bartholomæus pari vestigio gra-

Ι'.

Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Θεοδώρου Στουδίτου ἐγκώμιον εἰς τὸν ἔνδοξον καὶ ἅγιον ἀπόστολον Χριστοῦ Βαρθολομαῖον.

α'. Μέγιστος μὲν ἀγών, προσθήσω δὲ ὅτι καὶ κλέος οὐτινοσοῦν τῶν ἁγίων ἔπαινον ἐξυφάνασθαι, καθόσον μείζων ὁ μάρτυς ὀφείλων τοῦ μαρτυρουμένου καθίστασθαι, ἐνδεέστερός ἐστιν ἐνταῦθα ἅπας τοῦ τὸν μακαρισμὸν διὰ τῆς ἐκβιώσεως ἀνεπίληπτον ἔχοντος (32)· τὸ δὲ καὶ ἀπόστολον ἐπαινέσαι, καὶ τοῦτον τῶν ἐπισήμων, πόσης ἂν εἴη τῆς ἐργωδίας, ὥστε τοῦ πνεύματος ἐπαρθῆναι ταῖς θεωρίαις, καὶ κροτῆσαι ταῖς μεγαλοφωνίαις; οὗ γὰρ ὁ φθόγγος εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξελήλυθεν, ὡς τῇ τῶν ῥημάτων δυνάμει διάττειν [a] τοῖς πέρασιν, δεήσειεν ἂν εἰκότως καὶ ὁ ἔπαινος ἐπ' ἴσης ἐξακουτίζεσθαι· καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός; τίς εὔελπις; τίς εὐσθενής; μὴ γὰρ ὅτι οὐ Πέτρος, οὐδὲ Ἰωάννης, ὁ θεῖος Βαρθολομαῖος ἤδη μικρολογητέος, καὶ οὐ πολλῆς χρῄζων τῆς εὐφημίας; μαθητὴν Χριστοῦ ἀκούεις ὅλως, καὶ οὐ φρίττεις τὸν προϊόντα [b]; μάρτυρα τῆς ἀληθείας ἐννοεῖς (33), καὶ οὐ τέθηπας τὸν ᾠδόμενον; καὶ μὴν εἰ καὶ τῶν πολλῶν εἷς ἦν, ὅμως τῶν Θεοῦ θεραπόντων προφερέστερος τῶν ἐπαίνων· μὴ ὅτι τῆς θείας [δυοδεκάδος] ἐστὶν ὁ μεσαίτατος (34), καὶ τῶν φωστήρων τοῦ κόσμου ὁ διαπρύσιος; ἔστιν γὰρ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ δυοκαιδεκάς, ὥσπερ ἐπὶ κιθάρας ἐναρμονίου ἐφάμιλλος, ἴσον καὶ ὅμοιον ἀμφοτέρωθεν τὸν ἦχον τῆς θεολογίας ἀναπέμπουσα· εἰ βούλει δὲ ὥσπερ ἐπὶ ἐνιαυσιαίου κύκλου ἑκάστου μηνὸς ἐπ' ἴσης τὸ χρήσιμον ἐν τῷ παντὶ συνεισφέροντος, κἂν ἰδίᾳ ἕτερος ἑτέρου ποσότητί τε καὶ ποιότητι ἔχοι τὸ διάφορον· οὐκ ὀλιγοστὸς ἡμῖν ὁ εὐφημούμενος, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐπηρμένος τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος, ἔχων τι καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἀπαριθμήσει μυστικὸν θεώρημα (35) κατὰ ἀριθμητικὴν μέθοδον· μόνος γὰρ ὁ ἐξ ἀριθμὸς τῶν ἀπὸ μονάδος τέλειός ἐστιν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν, συμπληρούμενος ἐκ τῶν αὐτῶν· ἡμίσεως μέν, τριάδος· τρίτου δὲ δυάδος· ἕκτου δὲ, μονάδος.

β'. Εἰ δὲ καὶ κατὰ τὴν τῶν Πράξεων ἀριθμοθεσίαν ἕβδομον αὐτὸν θείημεν, ἀρχὴ πάλιν ἐστὶν καὶ κορυφὴ τῆς δευτέρας ἑξάδος· ὡς ἐντεῦθεν τεκμαίρεσθαι πρὸς Πέτρον αὐτὸν τὴν ἀναφορὰν ἔχειν, ἐκ μὲν τῆς πρώτης ἑξάδος, ἀναλογούσης τῆς ἀρχῆς τῷ τέλει (36)· ἐκ δὲ τῆς δευτέρας, ὅτι κορωνὶς τῶν μετ' αὐτὴν ἀριθμουμένων. Ἄθρει γάρ, ἀγαπητέ. Πέτρος μαθητεύει τὰ ἔθνη· ἀλλὰ καὶ Βαρθολομαῖος μετιχνιᾶται τὰ ἴσα. Πέτρου ὡραῖοι οἱ πόδες τὰ ἀγαθὰ

[18] Act. 1, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Anastasius prave legebat διατάττειν *ordinare.* [b] Anastasius videtur legisse προϊέντα, qui dicit *qui misit illum.*

NOTÆ.

(32) Mihi aliquantum obscurus videbatur locus. Anastasius (quidquid legerit) difficultate se feliciter expedit scribens: *Sed majori devotione martyr quisque debetur attolli, in cujus beatificatione omnis sermo non sufficit.* Sic et mox se gerit, quem vide.

(33) Cod. Gr. Vat. εὐποιεῖς. Sed patet Anastasium legisse rectius ἐννοεῖς, quia scribit *sensu capis.*

(34) Respicit ordinem quo nominantur apostoli apud Lucam cap. x.

(35) Mire Anastasius vocabulum θεώρημα intelligit *Dei verba.* Nam nec voc. *typum* quod sequitur in Anastasio, habet codex Vat.

(36) Anastasius nitide: *Principium reputatur in termino;* quod non displicet. Petri numerus primus refertur ad sextum ultimum.

Digitized by Google

εὐαγγελιζομένου, ἀλλὰ καὶ Βαρθολομαίου ἐῖσότερα [c] εἰς τὰ μετέωρα θεολογοῦντος. Πέτρος τερατουργῶν τὰ μεγάλα, ἀλλὰ καὶ Βαρθολομαῖος θαυματουργῶν τὰ ῥηγδαῖα. Πέτρος ἀνασταυροῦται, ἀλλὰ καὶ Βαρθολομαῖος ἀντίποινα πάσχων καρατομεῖται · ὅσα ὁρᾷ Πέτρος, τοσαῦτα ἐνεργεῖ Βαρθολομαῖος · ἐφ' ὅσα χωρεῖ μυστήρια ὁ Πέτρος, ἐπὶ τοσαῦτα ἐμβατεύει Βαρθολομαῖος · ἐπ' ἴσης εἰς τὸ τῆς θεολογίας ἀνίησιν ὄρος · ἐπ' ἴσης θεμελιοῖ τὴν Ἐκκλησίαν · ἀντίῤῥοπα ἔσχεν τὰ λοιπὰ θεῖα χαρίσματα. Δεῦρο γοῦν μειλισσόμενος, γενοῦ εὔφορος (37) τοῦ λόγου ὦ μάκαρ · τράνωσόν μου τὴν γλῶτταν τοῦ μογιλάλου · δίδου μοι τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐγκωμίων τῆς σῆς μεγαλωσύνης · οὐχ ἵνα αὐτὸς προσλάβοις τι, ἔχων οἰκοθεν τῶν μακαρισμῶν τὸ πλῆρες, ἀλλ' ἵνα ἀφοσιωθῇ ὁ πόθος τοῦ προστεταχότος (38) · καὶ ἵν' ἐγὼ [B] ὁ πενιχρότατος παῖς σου πατρικῆς εὐχῆς ἀπολαύσαιμι, ἐπαίνῳ τὸν σὸν ἔπαινον συγκροτοῦντος (39) · οὐ γὰρ οἷόν τε ἀμέτοχον φωτισμοῦ μεμενηκέναι τὸν πρὸς τὰς αὐτὰς τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος ἀνανεύοντα τὰς κόρας.

γ'. Ἄλλος μὲν οὖν ἄλλοθεν τῶν ἀποστόλων διειληφὼς μέρος τῆς οἰκουμένης ἐν τῷ κηρύγματι τῆς θεογνωσίας, καὶ πάντες τὸ πᾶν διανειμάμενοι, στρατηγοὶ ὤφθησαν ὡς ἀληθῶς, καὶ τοῦ παμβασιλέως Χριστοῦ καθεστήκασιν ἄρχοντες · *Καταστήσεις γὰρ αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν*, τὸ Γράμμα προσηγόρευσεν. Τῷ τοίνυν εὐφημουμένῳ κλῆρος καὶ μερὶς, ὁ τῆς Ἀρμενίας χῶρος, ὁ ἀπὸ Εὐξὰτ μέχρι Γαβαὼθ, ἐν πολλοῖς ἔθνεσί τε καὶ πόλεσι περιοριζόμενος · τοῦτον τοιγαροῦν, ἀποστέλ- [C] λοντα τὸν Κύριον, ἐκεῖνα δοκῶ μυστικῶς φθέγγεσθαι · Ἄπιθι, ὦ μαθητὰ, πρὸς τὸ κήρυγμα, ἔξιθι πρὸς πόλεμον, χώρησον [d] πρὸς κινδύνους · κήδου [e] μου τὸ πλάσμα, ὃ οἰκτείρας ἐνηνθρωπίσθης, καὶ ὑπὲρ οὗ θάνατον εἰλόμην τὸν ἐπονείδιστον · ἐγὼ τὸ πατρικὸν ἔργον τετελείωκα, πρωτομάρτυς τῆς ἀληθείας γενόμενος · ὑμῶν, τὸ ἐνδέον [f] ἀναπληρῶσαι τῶν ἐμῶν ὑστερημάτων, καθ' ὁμοίωσίν μου τελοῦντας · μίμησαί σου τὸν διδάσκαλον · παραζηλοῦ τοῦ Δεσπότου σου τὰ πάθη · αἵμασιν αἷμα κάθες · σαρξὶν [g] σάρκας προδίδου · πάντα ὅσα ὑπήνεγκα, ἀντιπεπονθὼς, ὑπόδειξον ἐν αὐτῷ ἐναργῆ τὰ γνωρίσματα [h] τοῦ ἐμοῦ χαρακτῆρος · ὅπλα σοι ἔστω τὸ φιλάνθρωπον ἐν τοῖς ἀπανθρώποις [i], τὸ ἥμερον ἐν τοῖς λοιδοροῦσιν, τὸ [D] ἀνεξίκακον ἐν τοῖς κτείνουσιν · ὡς πρόβατον ἐν μέσῳ λύκων γινόμενος, ὡς ὁπλίτης τεθηγμένος τῇ εὐανδρείᾳ. Οὐκ ἠπείθησεν ὁ Ἀπόστολος, οὐκ εἶπεν πῶς

[19] Psal. XLIV, 17.

A ditur. Pedes speciosi sunt pedes bona evangelizantis, sed et Bartholomæi pares sunt gressus sublimia de Deo loquentis. Petrus magna prodigia edit, sed et Bartholomæus miracula grandia patrat. Petrus crucifigitur, sed et Bartholomæus tormenta paria perpessus, capite minuitur. Quantum Petrus, tantumdem Bartholomæus operatur. Quot capessit mysteria Petrus, totidem decurrit Bartholomæus; qui et æque theologiæ montem conscendit, æque Ecclesiæ fundamenta jacit, paria denique habuit reliqua etiam Dei charismata. Adesto igitur propitius, orationem suppedita, o beate; expeditam fac linguam meam balbutientis; da mihi magnitudinis tuæ collaudandæ materiam; non quo tu inde aliquid proficias, habens intrinsecus beatitudinum plenitudinem, sed ut illius qui mihi mandavit desiderium adimpleatur; atque ut ego pauperculus famulus tuus paternis precibus fruar, in laude celebritatis tuæ. Neque enim fieri potest, ut is expers luminis maneat, qui ad splendores solaris radii oculorum aciem intendat.

3. Itaque apostolorum alius aliam mundi partem sortitus ad prædicandam Dei notitiam, atque universum inter se partiti, duces reapse apparuerunt, et universalis regis Christi principes sunt constituti: *Constitues enim eos principes super omnem terram*, inquit Scriptura [19]. Huic autem laudato nostro sors portioque Armeniaca regio obtigit, ab Evilat usque Gabaoth, multis populis urbibusque distincta. Hunc ergo dum mitteret Dominus, videtur mihi sic mystice allocutus: Perge ad prædicationem, discipule, proficiscere in bellum, vade ad pericula. Consule creaturæ meæ, quam ego miserans factus sum homo, proque ea mortem turpissimam subii. Ego imperatum a Patre opus consummavi, primus testis veritatis factus. Officii vestri est, quod deest supplere; et quæ ego reliqua feci, pari opere complere. Magistrum tuum imitare. Domini tui passiones æmulare, sanguinibus sanguinem retribue, carnibus carnem repende: quantum ego pertuli, tantumdem tu patiens, ostende in te ipso perspicua lineamenta formæ meæ. Arma tibi sint humanitas inter inhumanos, mansuetudo inter conviciatores, patientia inter homicidas, tanquam ovis in medio luporum effectus, miles fortitudine animi exactus. Non negavit obedientiam apostolus; non dixit: Quomodo superabit lupos agnus, unus mille, extraneus urbium proceres,

VARIÆ LECTIONES.

[c] Anastasius *æque jucundi*, quasi legerit ἡδύτερα. [d] Prave Anastasius *capax esto periculorum* sensu ambiguo verbi *χωρέω* deceptus. [e] Cod. Gr. Vat. κήδομαι. Sed constat Anastasium legisse κήδου. [f] Anastasius *necessarium*, quasi a δέον. [g] Anast. *cruciatibus*, quasi ab αἰκισμοῖς. [h] Anast. *manifestas actiones*, sic intelligens γνωρίσματα. [i] Anast. male *sudoribus*. [j] Anast. *nancisci poterit*, non bene intellecto verbo περιειμι.

NOTÆ.

(37) Cod. Gr. Vat. ἔφορος, sed sequor Anastasium qui interpretatus est *ferax*, ab εὔφορος.

(38) Hinc item apparet Theodorum adhuc juvenem mandato sui hegumeni has conciones panegyricas dixisse. Hic tamen in alia prorsus abit Anastasius: *Sed ut quoquomodo declaretur amor circa te divinitus prædestinatus.* Num legebat προστεταχότος?

(39) Græcam phrasim hic non satis expedio, vel locus fortasse corruptus est. Sequor igitur Anastasium qui aliter legisse videtur.

Digitized by Google

domo expers præfectos, reges homo nihil præter unicam tunicam gestans ? sed tanquam fidelis famulus Dominico mandato obsequens, discedit lætus, nihil secum ferens, præter pretiosum Christi nomen, cujusvis armaturæ loco.

περιέσεται ; ὁ ἀρνὸς τῶν λύκων, ὁ εἷς τῶν μυριάδων ὁ ξένος τῶν πολυούχων, ὁ ἀνέστιος τῶν ἡγεμόνων, τῶν βασιλέων ὁ μονοχίτων ; ἀλλ' οἷα θεράπων πιστὸς τῷ Δεσποτικῷ καταπειθήσας προστάγματι, ἄπεισιν χαίρων, οὐδὲν ἐπιφερόμενος μεθ' ἑαυτοῦ ἢ μόνον τὸ τοῦ Χριστοῦ πολυτίμητον ὄνομα, ἀντὶ παντὸς ὅπλου.

4. Igitur ad destinatam sibi regionem delatus, quanta ibi fecerit, quanta pertulerit, dicet oratio nostra, partim ex antiqua traditione, partim secundum evangelicorum mandatorum analogiam. Nam si lux mundi erat, utique lucis opera fecit inter tenebricosos : et si sal terræ, sine dubio irrationales gentes sale condiens, mundavit : et si operarius appellatus fuit, sequitur ut spiritalem agriculturam fecerit. Quod vero communiter dictum fuit, id de singulis etiam personis accipi, æquissimum est. Propterea specta illum sub allegoria, modo terram haud bobus quidem ferrum trahentibus arantem, sed linguæ vomere rationalia arva fodientem, jugo scilicet contemplationis simul et actionis : neque serentem caducum aliquid aut corruptibile, sed fidei doctrinam in profunda cordium jacientem. Modo autem hortos vineasque Domini plantantem, quæ mox recepta doctrina in melius profecerunt, et ex novellis lapsu temporis ad fructificationem provenerunt. Modo etiam more medici remedia idonea suppeditantem, vel quomodocunque volueris, cæco illuminantem, leprosos mundantem, febres depellentem, facilem claudis gressum cæcos tribuentem, surdis auditum, varia demum morborum genera sanitatibus incorruptibilibus in naturalem valetudinem restituentem. Quin etiam cerne ipsum pastorali forma assumpta, gregem Deo conservare, deducendo, revocando, curam gerendo, defendendo, bestias hæresum dæmonumque turbas arcendo : imperfecta adhuc rigando jugiter, educando ut crescant in ætatem Christi, spinas intellectuales evellendo, sarmenta impietatis comburendo, vallos dogmaticos subjiciendo, sæpes didacticas circumponendo, et quidquid aliud usui est, providendo. Idem et fabricator est et architectus ædificii ac fabricæ non manufactæ, templorum Domini dico quæ in spiritu et veritate construuntur, atque in populum eximium, sectatorem bonorum operum, perficiuntur.

δ'. Τοίνυν καταλαβὼν τὸ κεκληρωμένον ἔδαφος, ὅσα ἐκεῖσε ἔδρασεν, ὅσα ὑποίσας ἤνεγκεν, ἱστορήσειεν ὁ λόγος, τὰ μὲν κατὰ παράδοσιν ἀρχαιολογίας, τὰ δὲ κατὰ ἀναλογίαν τῶν εὐαγγελικῶν διδαγμάτων· εἰ γὰρ πέλει φῶς τοῦ κόσμου, δῆλον ὅτι τὰ φωτὸς δέδρακεν ἐν τοῖς ἀφωτίστοις· καὶ εἰ ἅλας τῆς γῆς ὑπάρχει, δῆλον ὅτι ἔθνη ἄλογα ἁλίσας ἐσάρωσεν· καὶ εἰ ἐργάτης ὠνόμασται, ἀκολούθως γεωργίαν πνευματικὴν τετέλεκεν· ὃ δὲ κατὰ κοινοῦ εἴρηται, καὶ καθ' ἑνὸς προσώπου λαμβάνειν εὐλογώτατον· οὐκοῦν ὅρα αὐτὸν κατ' ἀλληγορίαν· πῇ μὲν, οὐ γῆν ἀροῦντα ὑπὸ βουσὶν ἕλκουσιν τὸ σιδήριον, ἀλλὰ τῷ τῆς γλώττης ἀρότρῳ λογικὰς ἀρούσας διαλακτίζοντα, τῷ ζεύγει ὁηλονότι θεωρίας καὶ πράξεως· οὐδὲ σπείροντά τι τῶν ἀπορρύτων καὶ φθειρομένων, ἀλλὰ τὸν τῆς πίστεως λόγον εἰς βάθος καρδιακὸν κατατιθέμενον· πῇ δὲ, φυτουργοῦντα παραδείσους καὶ ἀμπελῶνας Κυρίου, τοὺς ἤδη τῇ εἰσδοχῇ τοῦ λόγου πρὸς τὰ κρείττονα τὴν ἐπίδοσιν ποιησαμένους, καὶ ἀπὸ νεογνίας εἰς τὴν κατὰ καιρὸν καρποφορίαν ἀναδιδομένους· καὶ ποτὲ μὲν ἰατρικῶς διαγινόμενον, καὶ καταλλήλως ἀλεξιτήρια ποσβαλλόμενον, ὁποτέρως ἂν βούλῃ [k], τυφλοὺς ὀμματοῦντα, λεπροὺς καθαίροντα, πυρετοὺς ἀπελαύνοντα, χωλεύουσιν εὐβατεῖν παρεχόμενον, κωφεύουσιν τὸ ἀκροατήριον, τὰ τῶν λοιπῶν νοσημάτων πολυπήμονα εἴδη, ἄκεσιν ἀφθόροις [l] ἀποκαθιστῶντα εἰς τὸ κατὰ φύσιν· καὶ μέντοι ποιμαντικὴν ἕξιν ἀναλαμβάνοντα, καὶ ποίμνια Θεῷ καταρτίζοντα [m], καθηγούμενον, ἀνακαλούμενον, ἐπιμελούμενον, προπολεμοῦντα, ἀποσοβοῦντα θῆρας αἱρέσεων, δαιμόνων τε φάλαγγας· ὅσα τε ἐν μέσῳ ἀρδεῦσαι ἀεννάως, χειραγωγῆσαι [n] αὐξουμένους τῇ κατὰ Χριστὸν ἡλικίᾳ, ἀκάνθας νοητὰς ἐκτῖλαι, ὕλας ἀσεβείας ἐμπρῆσαι [o], χάρακας δογματικοὺς ὑπερεῖσαι [p], φραγμοὺς διδακτικοὺς περιθέσθαι, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν δεόντων ἐφεπόμενον καταθρῆσαι. Ὁ δ' αὐτὸς καὶ οἰκοδόμος, καὶ ἀρχιτέκτων οἰκοδομῆς καὶ τεκτονίας ἀχειροποιήτου, τῶν διὰ πνεύματος, λέγω, καὶ ἀληθείας ἀναδε[δο]μημένων ναῶν Κυρίου, καὶ καταρτιζομένων εἰς λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων.

5. Intuere mecum oppida et habitacula, quæ ille præceps populi seductor in infidelitate olim detinebat, intuere hæc, inquam, Dei notitia tanquam turribus instructa, et adversariorum insidias facile repulsas, arva segetibus consita, vineas racemis nigrescentes, hortos florentes, ægros morbo quolibet et omni languore expeditos. Tales sunt hujus

ε'. Σκέψαι μοι τὰς πόλεις καὶ τὰς κατοικεσίας ἃς πάλαι ὁ λαόπλανος [q] τῇ ἀπιστίᾳ κατεῖχεν ἠλίβατος, πυργωθείσας ἐν θεογνωσίᾳ, καὶ τὰς τῶν ἐναντίων ἐπιβουλὰς ῥᾳδίως ἀποπεμπομένας, τὰ λῃΐα τεθηλότα, τοὺς ἀμπελῶνας περκάζοντας, τοὺς παραδείσους κυπρίζοντας, τοὺς νοσοῦντας πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν τεθεραπευμένους. Τοιαῦτα τὰ τοῦ Ἀπο-

VARIÆ LECTIONES.

[k] Anastasius aliud legebat, quia scribit *duplici sanitate*, quasi ἀμφοτέροις. [l] Anastasius : *Verum eumdem nosse velis*, [m] Anast. *Deo perficiente*. [n] Anastasius præpostere *rigare manu, educare crescentes*. [o] Anast. *silvas impactas secando*, nescio quid aliud legens. [p] Cod. ὑπηρίσαι. Videant ergo grammatici. [q] Anast. prave *populus seductus*. Item sequentia apud Anastasium perversa videntur.

Digitized by Google

στόλου, ὡς ἂν εἴποι τις, προτέλεια καὶ ἐκφόρια, τηλικοῦτοι οἱ ἀγῶνες, οἱ ἱδρῶτες, οἱ πόνοι· καὶ ταῦτα ἐν λιμῷ καὶ δίψει, ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι, ἐν ὕβρεσιν καὶ ὀνείδεσιν, ἐν φυλακαῖς καὶ δεσμοῖς, ἐν διωγμοῖς καὶ ἁπαγωγαῖς ἐκ τόπου εἰς τόπον, ἐκ πόλεως εἰς πόλιν, ἐκ θεάτρου εἰς θέατρον, ἐν βασάνοις καὶ αἰκισμοῖς, ἐν φόνῳ καὶ μαχαίρᾳ τε τελευταίῳ· ἀφ' ὧν γὰρ ἐχρῆν ἀμείβεσθαι ἀγαθοῖς τὸν διδάσκαλον, τὸν σωτῆρα, τὸν ἰατρόν, ὑπὲρ τούτων εἰσπράττονται τὰ δεινά· προπηλακίζουσι, παίουσι, πλήττουσι, κολάζουσι, ξέουσι· τί οὐ λέγοντες; τί οὐκ ἐπινοοῦντες; τί οὐ πράττοντες; τί οὐκ ἐπεξευρίσκοντες τῶν ὅσα εἰς δριμυτέραν κάκωσιν καὶ ἀνίας ἐπεξεύρεσιν; βαβαὶ τῆς ἀπηνίας! φεῦ τῆς θηριομανίας! οἵους τοὺς μισθοὺς τῷ θεραπευτῇ προσήγαγον οἱ ἀναβλέψαντες, οἱ εὐακοήσαντες, οἱ εἰκοδομηθέντες, οἱ καταρτισθέντες· ἀντὶ τιμῆς ἀτιμίαν, ἀντὶ εὐλογίας κατάραν, ἀντὶ δώρων ποινάς, ἀντὶ ἀναπαυστικῆς ζωῆς τὸν πικρότατον μόρον (40). Φασὶν γὰρ αὐτὸν μετὰ τὸ πολλὰς καὶ ἀνηκέστους ὑποῖσαι κολάσεις, ἐκδεδάρθαι ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν εἰς θύλακος εἶδος· εἶθ' ὕστερον ὑπὸ τῶν πιστῶν τετάφθαι· ἵνα κἀνταῦθα πρύτανις καὶ μετὰ πότμον φανείη ὁ μέγας τοῦ Θεοῦ κήρυξ. Οὐ γὰρ ἐπεὶ μετῆλθεν τῶν τῇδε, ἠμέλει τῶν κτεινάντων, ἀλλ' ὡς ποιμὴν ἀγαθὸς ὅσον ἦν καιροῦ, ἐξεκαλεῖτο ταῖς θαυματουργίαις τοὺς ἀπολισθαίνοντας, προσῳκειοῦτο τερατουργίαις τοὺς ἀπεστραμμένους· τὴν δὲ θηριότροπον γνώμην, τὴν ἀμείλικτον καρδίαν, οὐδὲν τὸ ἀνακτοῦν, οὐδὲν τὸ ἀνασυράζον, ἡνίκα εἰς βάθη κακῶν εἴη ἐμπεπτωκυῖα.

ς'. Τί γὰρ τὰ ἑξῆς; μαίνονται κατὰ τοῦ ἱεροῦ ἐκείνου σώματος· θυμομαχοῦσι κατὰ τοῦ ἰαματουργοῦντος λάρνακος· ἀποπέμπονται τὸ ἰατρεῖον οἱ ἀσθενοῦντες, οἱ τυφλοὶ τὸν χειραγωγὸν, οἱ μυωπάζοντες τὸν φωτοδότην, οἱ ναυαγοῦντες τὸν κυβερνήτην, οἱ θανατούμενοι τὸν ζωοποιοῦντα. Καὶ τοῦτο πῶς; ῥίπτουσιν κατὰ πόντον, ὡς ἂν μὴ εἴη τις ὁ πρὸς αὐτοῦ εὐεργετησόμενος· τοιοῦτο γὰρ τῶν βασκαινόντων τὸ πάθος, μηδὲ τὴν ἐθελούσιον ἀπώλειαν, σωτηρίαν ἑτέρων ἀνεχομένων γενέσθαι (41).

Ἀλλ' ὁ διὰ Δαβὶδ πόρρωθεν ἀναφωνήσας· *Ἐν τῇ θαλάσσῃ αἱ ὁδοί σου, καὶ αἱ τρίβοι σου ἐν ὕδασι πολλοῖς, καὶ τὰ ἴχνη σου οὐ γνωσθήσονται*· κἀνταῦθα τὴν ὑγρὰν βατὴν τῇ λάρνακι παρεσκεύασεν· καὶ ὁ Πέτρος ὁ μέγας περιπατῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ καλοῦντος πρὸς αὐτὸν Χριστοῦ ἐφάνη· τοῦτο ὁ θεῖος Βαρθολομαῖος ὧδε τῇ λειψανοφόρῳ λάρνακι πεζεύων κατὰ κυμάτων δέδεικται. Ὦ τοῦ θαύματος! ὦ τῆς μεγαλουργίας! ἐξορμήσας γὰρ ἐκ τῶν χώρων Ἀρμενίας ἡ λάρναξ σὺν τέσσαρσιν μαρτυρικοῖς ἄλλοις ἐφ' ὁμοίαις ταῖς σημειουργίαις ἐκριφείσαις, καὶ διὰ τῆς αὐτῆς θαλάσσης ἀμφοτέρων ποντοπορησάντων, προηγουμένων τῶν τεττάρων, καὶ οἱονεὶ ὀψικευόντων τῷ Ἀποστόλῳ, ἐκκλινεῖς τὰ ἐτέκεινα

A apostoli, ut ita dicam, frugum primitiæ, tot tantaque certamina, sudores, labores: et quidem in fame et siti, in frigore et nuditate, in contumeliis et conviciis, in carceribus et vinculis, in persecutionibus et abductionibus de loco in locum, de civitate in civitatem, de theatro in theatrum, in tormentis et cruciatibus, in cæde denique et gladio. A quibus enim oportebat remunerari magistrum, servatorem, medicum, ab his contra is ad pœnam expetitur: hunc pedibus proterrent, pulsant, feriunt, excruciant, excoriant. Quid non dicunt? quid non excogitant? quid non intentant? quid non moliuntur ut acerbius molestiusque noceant? Hem sævitiam! hem ferinam rabiem! Qualem mercedem rependunt medico suo qui visum, qui auditum B receperant, qui instaurati confirmatique fuerant! pro honore ignominiam, pro benedictione maledictum, pro donis pœnas, pro tranquilla vita acerbissimam necem. Aiunt ipsum multos intolerandosque cruciatus perpessum, ab impiis excoriatum in modum follis, et a fidelibus postea sepultum, ut hinc etiam patronus post obitum, magnus hic Dei prædicator appareret. Neque enim postquam hinc abscessit, carnificum suorum curam omisit, sed veluti pastor bonus, prodigiis omni tempore invitabat perditos, ad se miraculis trahebat aversos. Atqui ferinam mentem et immite cor, nihil placat, nihil reconciliat, simul ac in profundum malitiæ deciderit.

C 6. Quid enim postea? Adversus sacrum corpus insaniunt, et contra arcam, sanitatum fontem, furunt: expellunt medicum ægroti, cæci ducem, cæcutientes illuminatorem, gubernatorem naufragi, perempti vivificatorem. Et quomodo hoc? In mare projiciunt, ne quis ab eo deinceps beneficium accipiat. Tale enim est invidorum vitium, ut vel suo voluntario exitio, alienam salutem impedire velint. Sed qui per Davidem olim clamaverat[20]: *In mari viæ tuæ, et semitæ tuæ in aquis multis, et vestigia tua non cognoscentur*; nunc quoque marinum humorem arcæ gradibilem fecit. Et magnus quidem Petrus in mari ambulare, vocante eum ad se Christo, conspectus est[21]: idemque fecisse apparet Bartho- D lomæum in arca reliquias suas gestante, quasi, inquam, pedestri itinere fluctus calcasse. O miraculum! o grande portentum! Etenim ex Armeniæ terris discedens arca cum aliis martyrum quatuor ob paria miracula ejectis, et idem mare sulcantibus, præcedentibus his quatuor et quasi obsequium apostolo præbentibus, ventum est, declinata superius Sicilia, ad insulam nomine Liparim, et Agathoni sanctissimo illic episcopo per visum ostensæ sunt. Quis unquam audiit tantum miraculum? Cui tale

[20] Psal. LXXVI, 20. [21] Matth. XIV, 28.

(40) Hic nonnulla sequuntur in interpretatione Anastasii, quæ Græcus codex Vaticanus non habet.

(41) Videtur locus sensum quem nos scripsimus postulare. Græca tamen verba non satis respondent.

Digitized by Google

tantumque prodigium innotuit? Miraculum cumulatur miraculo. Quippe orat (λιπαρεῖ congruenter suo nomini) insula tacitis fortasse ut credibile est vocibus clamans sic : Veni ad me pauperculam, o dives sanctissimi Spiritus thesaure : veni ad me indigentem, o pretiosa margarita : veni ad me supplicem, tu qui ab aliis iniquissime expulsus es : mecum habita, et habitatoribus affluam : meas urbes tuere, et populi multitudine abundabo : tuum mihi nomen inscribe, et ubique terrarum celebris fiam. Alii te luminare expulerunt, ast ego tenebricosa tuum lumen exopto : alii tua vivorum sermonum mensa fruiti sunt, ast ego reliquiis tuis, ceu catellus micis, inhio.

Α Σικελίας πρὸς τὴν τῆς Λιπάρεως καλουμένην νῆσον. δι' ἀποκαλύψεως τοῦ τηνικάδε ἐπισκοποῦντος ὁσιωτάτου Ἀγάθωνος ὁρώμεναι. Τίς ἠκουτίσθη τηλικοῦτον τερατούργημα ; τίς ἐδιδάχθη τηλικαύτην θαυματουργίαν ; θαῦμα ἐν θαύματι · λιπαρεῖ (42) γὰρ οἷον ἡ φερώνυμος νῆσος, τοιαῦτα τυχὸν πρὸς αὐτὸν ἀλαλήτοις φωναῖς ἐπιβοῶσα · Δεῦρο πρός με τὴν πτωχεύουσαν ὁ τρισόλβιος θησαυρὸς τοῦ παναγίου πνεύματος · δεῦρο πρός με τὴν ἀγέραστον ὁ πολυτίμητος μαργαρίτης · δεῦρο πρός με τὴν δυσωπήτριαν ὁ παρ' ἄλλων ἀποπεμπόμενος ἀνομότατα · ἐνοικίσθητί μοι, καὶ πολοικισθήσομαι · πολιούχησόν με, καὶ πολυανθρωπισθήσομαι · ὀνοματίσθητί μοι, καὶ πανταχοῦ ἐξηχηθήσομαι · οἱ ἄλλοι σε τὸν φωστῆρα ἀπώσαντο, ἀλλ' ἐγώ σου τοῦ φάους ἐφίεμαι ἡ στυγνάζουσα · οἱ ἄλλοι σου τῆς τραπέζης τῶν ζώντων λόγων ἀπολελαύκασιν, ἀλλ' ἐγώ σου τῶν λειψάνων ὡς κυνάριον ψιχίσασθαι γλίχομαι.

7. Post ista, cæteros martyres quasi suos stipatores retro ablegavit apostolus, unum quidem nomine Papinum Mylas urbem Siciliæ misit : alium cui nomen Luciano, Messanam : duos reliquos ad Calabriæ littora, Gregorium urbi Columnæ, Acacium urbi Calæ appellatæ destinavit : ut singuli in singulis oppidis incolarum forent protectores, ubi reapse ad hunc usque diem beneficiis inclarescunt. Ipse autem Bartholomæus, tanquam rex propriis laribus in pace potitus, ad vocantem se urbem accessit, ubi splendide receptus fuit, multis cum facibus, odoribus, hymnis a cunctis civibus ipsi lætanter occurrentibus. Deinceps vero haud ulterius arca procedebat; nam trahentibus illis, ipsa erat immobilis. Tristitia gaudio successit : in anxietate erat populus. Sed rem expetitam impetravit : etenim *Prope est Dominus invocantibus eum* [22]. Duabus ergo arcam trahentibus castis buculis, illic reposita est, ubi sacrum divi templum statim fuit ædificatum : quo vix absoluto, ingens miraculum contigit. Nam cum Vulcanus, ut appellant, pene insulæ contiguus, incolis damno esset, invisibili recessu, quasi pertractus, stadiis septem in pelagus se subduxit; quod miraculum tractu illo quasi recedentis fluvii usque ad hanc diem prædicatur.

Β ζ'. Πρὸς ταῦτα ὥσπερ τινὰς δορυφόρους, ἄλλον ἀλλαχοῦ τῶν μαρτύρων εἰς τοὐπίσω παραπεμψάμενος ὁ Ἀπόστολος, τὸν μὲν Παπίνον (43) τοὔνομα εἰς Μειλὰ [r] τὴν πόλιν Σικελίας · τὸν δὲ ἐν Μεσσήνῃ Λουκιανὸν τῇ κλήσει · ἑκάτερον αὖ τε ἐν τῇ Καλαβρίτιδι γαίᾳ · Γρηγόριον μὲν ἐν Κολύμνῃ [s] τῇ πόλει · Ἀκάκιον δὲ εἰς Κάλας [t] καλουμένην · ὡς ἂν ἕκαστος ἐν ἑκάστῃ ᾖ προασπιστὴς τῶν οἰκητόρων, οἵπερ καὶ μέχρι τήμερον διαλάμπουσιν ταῖς ἐπικουρίαις · αὐτὸς, ὡς ἄν τις βασιλεὺς οἰκείας ἀναπαύλης μεταληψόμενος, προσώρμησεν τῇ καλούσῃ, ὑπεδέχθη περιφανῶς πολλοῖς λαμπτῆρσιν, εὐωδίαις τε καὶ ὑμνολογίαις, ἁπάντων τῶν ἐκεῖσε ὑπαντησάντων ἐν ἀγαλλιάσει. Τὸ δὲ ἑξῆς οὐ προῆει ἡ λάρναξ · οἱ μὲν γὰρ εἷλκον, ἡ δὲ ἦν ἀκίνητος · διεδέξατο τὸ περιχαρὲς ἡ λύπη · ἐν ἀπορίᾳ ὁ λαός · ἐπέτυχεν τὸ ἐξευρεθέν · *Ἐγγὺς γὰρ Κύριος τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν* · δύο τοίνυν δαμάλεσιν ἀγναῖς ἀναληφθεῖσα ἀπετέθη, ἔνθα ὁ ἱερὸς αὐτοῦ οἶκος αὐτίκα ἐνιδρύνθη · καὶ ἅμα τῷ ἀπαρτισμῷ, καὶ τὸ θαῦμα ἐξαίσιον · ἐπειδὴ τοίνυν ὁ καλούμενος Βουλκάνος ἐχέκολλος ὢν σχεδὸν τῇ νήσῳ, βλαπτικὸς ὑπῆρχεν τοῖς περιοίκοις, ἀπῶστο ἀορασίᾳ καὶ οἷον ἀποσυρεὶς ὑπεξέστη σταδίοις ἑπτὰ πρὸς πόντον (44) τοῦ παρασυρμοῦ ὥσπερ ποταμίου ῥεύματος μέχρι τῆς σήμερον τὸ θαῦμα ἀνακηρύττοντος.

8. Porro quot et quanta deinceps mirabiliter operatus sit, aut mira faciens hactenus operetur circa eos qui diversis languoribus et infirmitatibus obstricti ad ipsum fide confugiunt, nec necessarium est dicere ob prolixitatem [Vat. Lat. *prolixionem*] tractatus, nec incredibile audienti, cum pignus ex uno habeat aliorum exhibitiones mire gestorum.

Τὰ μετέπειτα (45) ὅσα καὶ ἡλίκα τεθαυματούργηκεν, ἢ θαυματουργῶν ἐστι πρὸς τοὺς πίστει φοιτῶντας μέχρι τοῦ δεῦρο ἐν διαφόροις νόσοις καὶ μαλακίαις ἐνισχημένους, οὔτε πρὸς ἡμῶν τὸ λέγειν, διὰ τὸ μακρογορὲς, οὔτε πρὸς τοὺς ἀκούοντας τὸ ἀπειθὲς ἐνέχυρον, τοῦ ἑνὸς τὰς περὶ τῶν ἄλλων συγκαταθέσεις ἔχοντος. Ἀλλὰ χαίροις (46), ὦ μάκαρ μακαρίων

[22] Psal. CXLIV, 28.

VARIÆ LECTIONES.

[r] Men. Gr. Ἀμυλλαν. [s] Men. Gr. Κολήμνῃ. [t] Men. Gr. Ἀσκάλους.

(42) Sensum vocabuli λιπαρεῖ, et in eo lusum, non intellexit hic Anastasius.

(43) In *Menæo Gr.* die 25 Augusti Παππιανόν.

(44) Huc usque mutilus codex Vat. Gr. pertingit. Verba pauca reliqua Græca sumpsi ex Auctario novissimo Combefisii p. 400, qui narrationem reversionis reliquiarum S. ap. Bartholomæi Gr. et Lat. edidit, excerptam olim a nescio quo ex hac Studitæ nostri oratione, sed pro libito interpolatam.

(45) Quæ sequuntur, deficiente jam textu Græco ob codicis imperfectionem, prosequimur cum Anastasii utcunque impolita ac semibarbara translatione, collato tamen et interdum ascito codice Lat. Vat.

(46) Ex Græco χαῖρε et χαίροις, ut diu ingeminat Theodorus etiam in oratione 6.

Digitized by Google

τρισμακάριστε Βαρθολομαῖε· χαίροις, τὸ θεοείκελον A μίμημα τοῦ καλοῦ διδασκάλου. Χαίροις, τὸ θεοφεγγὲς ἀγλάϊσμα τῆς σεπτῆς Ἐκκλησίας· χαίροις, τὸ εὐηχέστατον ὄργανον τῆς τοῦ Πνεύματος μελῳδίας· χαίροις, τὸ πολύχωρον καὶ γλυκύκαρπον κλῆμα τῆς τοῦ Χριστοῦ ζωηρᾶς τε καὶ πατρογεωργήτου ἀμπέλου· χαίροις, ὁ ἀξιόχρεως θεράπων τοῦ Δεσπότου τῶν ἁπάντων· χαίροις, ὁ ἀξιοπόθητος φίλος τοῦ ἐπουρανίου νυμφίου· χαίροις, ὁ σοφόρειθρος καὶ πολύαρδος ποταμὸς τοῦ νοητοῦ παραδείσου· χαίροις, ὁ ἐμπειροθήρατος ἁλιεὺς τῶν λογικῶν ἰχθύων· χαίροις, ὁ θεοδύναμος τραυματιστὴς τοῦ λῃστεύσαντος τὸν κόσμον διαβόλου· χαίροις, ὁ εὐτεχνότατος ῥήτωρ τῆς ἀληθινῆς σοφίας· χαίροις, ὁ πολυφανὴς καὶ κοσμοφανὴς ἑωσφόρος τῆς θεολογίας· χαίροις, ὁ θεοφανὴς καὶ πυροειδὴς στύλος τῆς ὀρθοδοξίας· χαίροις, ὁ ἐξ ἀνατολῶν ἐπὶ δυ- B σμὰς θαλαττοβαδίσας παραδόξως· χαίροις, παμφαέστατε ἥλιε τῆς οἰκουμένης· χαίροις, πολύγλωττον στόμα τῆς θεοσοφίας· χαίροις, ἀενναόβρυτε πηγὴ τῶν ἰαμάτων· χαίροις, διωκτὴρ φοβερώτατε τῶν δαιμόνων· χαίροις, τῆς Ἀρμένιας τὸ πολύευκτον ἐγκαλλώπισμα· χαίροις, τῆς Λιπάρεως τὸ ἀσπασίαστον καὶ πολυπροσκύνητον αὔχημα· χαίροις, ὁ τὴν θάλασσαν καθαγιάσας ταῖς πορευτικαῖς μεταβάσεσι· χαίροις, ὁ τὴν γῆν καταπορφυρώσας τῇ ἐρυθρότητι τῶν παναγίων αἱμάτων σου· χαίροις, ὁ τὸν ἀέρα κατευωδιάσας ταῖς ἱεροπνεύστοις θεορρημοσύναις σου· χαίροις, ὁ εἰς οὐρανοὺς φοιτήσας, καὶ τοῦ ὁμοστοίχου θιάσου μεσόχορος ἐκλάμπων ἐν ἀπροσίτῳ δόξης λαμπρότητι, ἐν ἀγαλλιάσεως ἀκορέστῳ θυμηδίᾳ. Αὐτόθεν ἡμᾶς ἐποπτεύοις εὐμενέστατα· αὐτόθεν εὐλογοῖς C τοὺς σὲ μακαρίζοντας· αὐτόθεν δοξάζοις τοὺς σὲ ἀναμέλποντας· αὐτόθεν ὁμονοοῖς τὴν οἰκουμένην εἰρηνεύουσαν· ἱερεῖς δικαιοσύνην ἐν ὁσιότητι ἀμπέχεσθαι, βασιλεῖς ἀγαθοεργίαν ἐν ὀρθοδοξίᾳ κατὰ βαρβάρων ὁπλίζεσθαι· μονάζοντας πολιτείαν τὴν ἰσάγγελον ἀκαπήλευτον διασώζεσθαι· ἄνδρας γυναιξὶ, καὶ ἔμπαλιν, νόμῳ τῷ προσήκοντι φυλάττεσθαι· πατράσιν υἱοῖς, δούλοις δεσπόταις, ἄρχουσιν ἀρχομένοις, δανείζουσιν, ὀφείλουσι, συναλλάσσουσιν, ὠνουμένοις, πᾶσι τὰ τῆς εὐνοίας ἐπιλεύσει τελείᾳ τοῦ κοινοῦ, καὶ εὐαρεστήσει Θεοῦ ὀφειλόμενα πρυτανευόμενος· καὶ μέντοι τῶν τροφίμων [a] τῆς καλλωπιζομένης Λιπάρεως, τοῦ ποιμένος τε καὶ τοῦ ποιμνίου, τοῦ ἐπικτίσαντός σου τὸ ἱερὸν τέμενος, καὶ τοῦ ὑμνήσαντός σε διὰ βραχέως ἄγαν· ἐν Χριστῷ D Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ παντοκράτορι Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Sed ave, o beate beatorum, ter beate Bartholomæe. Ave, qui es Dei amator et imitator boni scilicet magistri. Ave, qui es divinæ lucis splendor sanctæ Ecclesiæ. Ave qui es bene sonans organum spiritalis melodiæ. Ave, artificiose rhetor veræ sapientiæ. Ave, qui es peritæ capturæ piscator rationabilium piscium. Ave, qui es multi chori et dulcis fructus palmes, Christi vividæ et paternæ culturæ vitis. Ave, digni meriti famule Domini universorum. Ave, merito desiderabilis amice supercœlestis sponsi. Ave, qui es sapientiæ fluentis et multiplicis potationis, ac lumen spiritalis paradisi. Ave, qui es divina virtute vulnerator diaboli, mundum suo latrocinio vulnerantis. Ave, qui multipliciter appares mundo Lucifer Dei cognitionis. Gaudeas divinitus illustrata et ignea columna orthodoxiæ. Gaudeas, sol orbis terræ, qui cuncta illuminas. Gaudeas, os Dei sapientiæ, linguam habens ignitam. Gaudeas, jugiter emanans fons sanitatum. Gaudeas, dæmonum terribilis insecutor. Gaudeas , qui es multipliciter optabilis formositas Armeniæ. Gaudeas, qui ab oriente ad occidentem per mare gloriose ambulasti. Gaudeas, qui es Lipareos salutabilis et multimodis adorabilis gloriatio. Gaudeas, qui mare sanctificasti meabilibus gressibus. Gaudeas, qui terram purpuream fecisti rubore castissimorum sanguinum tuorum. Gaudeas, qui aerem suavitatis odoribus replesti, sacris spiraminibus divinorum eloquiorum tuorum. Gaudeas, qui ad cœlum commeasti, et medius in choro divinæ aciei tuæ refulges in gloriæ inaccessibilis splendore, in exsultationis insatiabili jucunditate. Illinc nos benignissime intuearis: illinc benedicas te glorificantibus : illinc beatifices te canentes : illinc concordes orbem terræ pacatum. Sacerdotes justitia in sanctitate induantur : reges bonis operibus in orthodoxia contra Barbaros armentur : monasticam vitam tenentes, conversationem æqualem angelorum ac sine dolo custodiant : viri mulieribus, et rursum mulieres viris , competentem legem conservent. Patres cum filiis, prælatos cum subditis, dominos cum servis, mutuum dantes cum debitoribus, venundantes cum emptoribus : cæteraque omnia benevolentiæ tuæ affectu ad utilitatem reipublicæ protege ; et cuncta quæ secundum beneplacitum Dei dirigi debent, patrocinio tuo defende ; et præcipue alumnos decoratæ Lipareos : pastorem quoque ac gregem qui construxit sacrum templum tuum : et eum qui te , licet breviter, ex se laudare præsumit ; in Christo Jesu Domino nostro, quem decet omnis gloria , honor et adoratio, cum omnipotente Patre, ac sanctissimo et vivifico Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen (47).

VARIÆ LECTIONES.

[a] cod. τὸν προφημον.

(47) Pergit deinde Anastasius sic : *Hæc de beati Bartholomæi laudibus ejusque mirabiliter advecto in Liparim corpore, Theodorus fama sanctitatis, ac sacerdotii dignitate conspicuus, fido relatu explicuit.* Postea de penu suo subjungit idem Anastasius narrationem transvectionis illarum reliquiarum in urbem Beneventum anno Domini DCCCIX.

Digitized by Google

XI.

Sancti Patris nostri, et confessoris Theodori Studitarum abbatis Oratio funebris in Platonem ejus patrem spiritualem.

ΙΑ'.

Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν καὶ Ὁμολογητοῦ Θεοδώρου ἡγουμένου τῶν Στουδιτῶν Ἐπιτάφιος εἰς Πλάτωνα τὸν ἑαυτοῦ πνευματικὸν πατέρα.

(Ex ms. Vaticano signato 1660, fol. 79, edidere Bollandiani, *Act. Sanctor.* April. t. I Lat. pag. 366; Græc. *App.* pag. xlvi.)

PROLOGUS.

1. Oratorum ac Sophistarum studium omne versatur in eo, non ut assequantur veritatem, dum se ad scribendum conferunt : sed ut exspoliant dictionem, et narrationem faciant augustiorem acceptis e poemate versiculis, ad oblectationem audientium. Demulcent enim eos verborum concinnitate, et quadam verisimilitudine circumveniunt; parum solliciti ne quid falsum dicant, utpote qui æstimationi duntaxat et humanæ gloriæ serviunt. At vero quos tenet amor veritatis, satagunt res, ut actæ sunt, dicere : quamvis propterea concinnitas et elegantia orationis esse deberet minor. Nam quia ipsam veritatis pulchritudinem adamant, ornatis verbis, tanquam stragulis, valefaciunt, quod est vere sapientis. Ad hunc igitur modum ego quoque, licet ingenio, dictione et spiritu admodum tenuis, Patrem meum laudabo : non autem quia sperem laudando gratiam inire apud eum. Quæ enim hæc foret gratia consueto nulla præsentium rerum delectari, et super cœlestem adepto requiem? quam quisquis possidet ridet præsentia, velut nihil stabile, nihil beatum continentia, et quæ instar umbræ prætereunt, aut ut flores verni corrumpuntur. Ad hæc si etiam in terris positus sese arbitrabatur indignum, qui vel in numero monachorum censeretur (quod summæ ejus modestiæ indicium et sanctæ animæ erat præcipuum argumentum) quomodo nunc, postquam hinc emigravit est inanis gloriæ appetentia, illam per nostras laudes desideraret consequi?

2. Laudabo ergo eum, qui ad hoc, si quis alius, justissime obligor, tum pro ejus in me officiis multis, tum vel maxime pro ipsa hac, qualiscunque est, dicendi facultate, quam laboribus et industria ejus excultam possideo, eique me velut Patri acceptam referre oportet. Neque tamen me existimet quispiam id quoque spectare, quod laus Patri danda, redundatura sit in filium, juxta illud Sapientis : *Gloria hominis ex honore patris sui*[1]. Scio enim quod cui domi suæ et a seipso gloria suppetit, is a patre etiam honorem accipiens, evadat gloriosior : sin minus, paternas laudes nihil prodesse ei, qui per se inglorius atque inhonorus est, qualis esse videor. Fas tamen non est vitam illius ex virtute actam sub modio silentii, tanquam lucernam abdere; quæ supra rationale candelabrum posita, fulgere debet, non uni alterive, sed omnibus (fidenter loquor) qui in Ecclesia Dei sunt. Quare cum jam demonstratum sit, me ad

[1] Eccli. III, 13.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

α'. Ῥήτορσι μὲν καὶ σοφισταῖς ἡ πᾶσα σπουδὴ, οὐ τοῦ ἀληθοῦς ἐπιτυχεῖν καθιοῦσιν ἑαυτοὺς ἐπὶ τὸ γράφειν, ἀλλ' ὥστε λαμπρῦναι τὴν φράσιν, καὶ συντεμεῖν τὸ ἔπος, κάντεῦθεν ἐπᾶραι τὸ διήγημα, πρὸς γαργαλισμὸν τῶν ἀκουόντων. Θέλγουσι γὰρ ταῖς εὐεπίαις, καὶ παραλογίζονται ταῖς πιθανότησιν, ὀλίγα τοῦ ἀψευδοῦς φροντίζοντες, ἅτε δοξήθηρες ὄντες καὶ ἀνθρωπαρεσκείᾳ δουλούμενοι· οἷς δὲ ἀληθείας ἔρως, τὸ ὂν εἰπεῖν, καὶ τὸ ἀληθὲς πρεσβεῦσαι, κἂν μὴ τὸ γλαφυρὸν καὶ εὐφραδὲς ἔχοιεν ὁ λόγος· ἐπειδὴ γὰρ κάλλους ἀληθείας ἐφίενται, παραπετάσμασιν ἐοικόσι ταῖς φράσεσι χαίρειν φαίουσιν (*sic*)· ὅπερ ἐστὶν σοφίας τῆς ὄντως εὕρεμα. Οὕτω δὴ πουθεν κἀγὼ, ὁ βραχὺς καὶ νῷ καὶ λόγῳ καὶ πνεύματι, τὸν ἐμὸν Πατέρα ἐπαινέσομαι· οὐκ ἐκείνῳ χαριζόμενος τὴν εὐφημίαν· τίς γὰρ καὶ χάρις τῷ μηδενὶ τερπομένῳ τῶν τῇδε, ἤδη τὴν ὑπερκόσμιον λαχόντι λῆξιν, ἧς πᾶς ἐπιτυχὼν διαγελᾷ τὰ παρόντα, ὡς μηδενὸς ἐν αὐτοῖς ὄντος στασίμου τε καὶ μακαρίου, ἀλλ' ἴσα σκιαῖς παρατρέχοντος, καὶ ἄνθεσιν ἠρινοῖς ἀπομαραινομένου; Ἄλλως τε, εἰ ἔτι ὑπὲρ γῆν ὤν, ἀνάξιον ἑαυτὸν ἡγεῖτο καὶ τοῖς ἁπλῶς μοναστὰς ἐγκα[τα]τάττεσθαι, ὅπερ ἦν ἄκρας ταπεινοφροσύνης δεῖγμα, καὶ τῆς ἁγίας ἐκείνης ψυχῆς προτέρημα· πῶς ἂν μετελθὼν τῶν ἐνθένδε, καὶ ἐν τοῖς ἀκηράτοις γενόμενος, ἔνθα κενῆς δόξης οὐδεμία ἔφεσις, ταύτης ἐκζητήσειεν παρ' ἡμῶν, διὰ τῶν ἐπαίνων ἐπιτεύξασθαι; et incorruptibilia bona possidet, inter quæ nulla

β'. Ἀλλ' ὅτι χρέος ἐμοὶ εἴπερ τινὶ ἄλλῳ δικαιότατον, ὀφείλοντι μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ ὅπως οὖν, καὶ ὑπ' ἐκείνου πόνων τε καὶ ἐπιμελειῶν προσόντος μοι λόγου, οἷά τινα ἀμοιβὴν, τῷ Πατρὶ τὸν λόγον ἀναθήσειν· καίτοιγε συννοῶν ὅτιπερ ὁ πατρικὸς ἔπαινος εἰς υἱοῦ δόξαν ἀναφέρεται, κατὰ εἰπόντα σοφόν· *Ἡ δόξα ἀνθρώπου ἐκ τιμῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ*, οὐ μὴν διὰ τοῦτο, ὡς ἄν τις οἰηθείη ἐπαινέσων, εἰδὼς πάλιν, ὡς ἕκαστος, εἰ οἴκοθεν καὶ παρ' ἑαυτοῦ τὸ εὐκλεὲς ἔχοι, εὐκλεέστερος ἂν εἴη καὶ πατρόθεν δόξαν ἐρανιζόμενος· εἰ δὲ μὴ, οὐδὲν ὀνίνησιν τὸ πατρικὸν γέρας τὸν ἀκλεῆ τε καὶ ἀγέραστον, οἷος ἐγὼ φαίνομαι. Ἀλλ' ὅτι οὐ ὅσιον, ὑπὸ τὸν τῆς σιγῆς μόδιον θεῖναι, καθάπερ τινὰ λύχνον ἀείφωτον, τὸν ἐνάρετον ἐκείνου, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λογικὴν λυχνίαν μαρμαρύσσοντα, θαῤῥῶ λέγειν, οὐ τῷ δεῖνι καὶ δεῖνι, ἀλλὰ σχεδὸν εἰπεῖν πᾶσι τοῖς ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ. Ἐπεὶ οὖν λυσιτελὴς ἡμῖν καὶ ὑπόχρεος κατὰ τοῦ (?) ἐδείχθη ὁ λόγος, ἔχων μετὰ ἀληθοῦς καὶ

Digitized by Google

τὸ χρήσιμον ἠλίκον· φέρε ἐκεῖθεν ἀπαρξώμεθα τῶν ἐγκωμίων, ὅθεν καὶ πρεπωδέστατον.

A hanc orationem et obligatione propria et utilitate aliena inductum accedere (est enim veritati conjuncta utilitas), age laudationem ab eo ordiamur, unde præcipue convenit initium ducere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

CAPUT PRIMUM.

Ortus, educatio, secessus in Bithyniam.

γ'. Πατέρες μὲν τῷ μακαρίῳ Πλάτωνι, Σέργιος καὶ Εὐφημία, ὧν τὸ εὐγενὲς ἐπίσημον, καὶ ὁ τρόπος οὐκ ἀγενέστερος· ἤθεσι χρηστοτέροις ἀναστρεφόμενοι καὶ οἰκουριῶν ἐπιμελείαις τὰ ἐνόντα ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς αὔξοντες, καὶ ζηλωτοὶ διὰ ταῦτα συγγενεῦσιν ὑπάρχοντες· οἷς, μετὰ τῶν ἄλλων μέγιστον ἐγκώμιον καὶ εὐτεκνίας δώρημα. Φέρουσι γὰρ ὥσπερ τινὰ εὐθυγενῆ βλαστὸν, σὺν δυσὶ θυγατράσι, τὸν νῦν ἐπαινούμενον, οὐδὲ αὐταῖς ἀκλεέσιν ὀφθείσαις, ὧν πολλὰ καὶ καλὰ τὰ διηγήματα, τῆς μὲν ἐν τῷ κοινωνικῷ βίῳ διαπρεψάσης, τῆς, ἐξ ἧς καὶ ἡμεῖς, κἂν τῷ μοναδικῷ τάγματι διαλαμψάσης. Ἐπειδὴ δὲ ἐνέσκηψε κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ὀργὴ οὐράνιος (ἄγει μὲ γὰρ ταύτην δηλῶσαι ἡ ὑπόθεσις), φθοράν ὅτι μάλιστα ἐπάγουσα πάνδημον, οὐκ ὀλίγαις μὲν ἄλλαις χώραις τε καὶ πόλεσιν μετενδημοῦσα, ὥσπερ τις Αἰγυπτιακὴ μάστιξ ἐκ τῆσδε εἰς τήνδε, μάλιστα δὲ τῇ βασιλιζούσῃ Βυζαντίδι· ταύτῃ τοι καὶ καταλύουσι τὸν βίον οἱ ἀείμνηστοι. Οὐκ ἄκαιρον δὲ τάχα, ὠφελείας χάριν καὶ τὸν τοῦ θανάτου τρόπον ἐπισημᾶναι· γένοιτο γὰρ ἂν τὸ διήγημα ἐκδειματοῦν τὰς ψυχὰς τῶν συνετῶς ἐπαϊόντων.

3. Beati Platonis parentes Sergius atque Euphemia fuerunt, eorumque et genus illustre, et nihilo minus illustres virtutes : optimis autem moribus providam familiaris rei curam gerentes, illam supra multos auxerunt, etiam usque ad invidiam cognatorum. Præ cæteris tamen laudibus, commendari in ipsis meretur liberorum gignendorum felicitas : utpote qui, velut illustre germen, hunc, quem modo laudamus, protulere, una cum duabus filiabus (1), nec ipsis ingloriis (nam et de his multa præclaraque dici possent), quarum una quidem in sæculari vita laudabiliter est conversata ; altera (2), unde nati nos sumus, etiam in monastico ordine effulsit. Porro cœlestis quædam ira tempore illo (de hac siquidem loqui res ipsa monet, cum mortalitatem vel maxime universalem adduxerit), non paucis duntaxat aliis locis et urbibus incubuit : sed ex una in aliam, instar Ægyptiaci flagelli transiens, Byzantinam potissimum civitatem afflixit. In hac etiam vitam posuere supra memorati ac semper memorandi conjuges. Quomodo autem id acciderit, operæ pretium fuerit explicare : est enim ejus rei narratio talis, ut salubri timore concutere possit animos, eam prudenter suscipientes.

δ'. Ἐωρᾶτο ἐξάπινα ἐν τοῖς ἑκάστου ἐσθήμασιν, ἐν βαφίδι ἐλαιώδει, τὸ σημεῖον τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ κατεστιγμένον, οἷα παρὰ χειρὸς ὡραιογραφούσης, μᾶλλον δὲ ἐπὶ Θεοῦ δακτύλῳ καὶ ὑπέρτερον. Ἐθορεῖτο ὁ ληφθεὶς, ὕπεισίν οἱ εὐθὺς ὁ θάνατος· αὐθημερὸν τοῦ αὐτοῦ, καὶ νεκρὸν ἐκκομίζοντος, καὶ νεκροῦ ἐκκομιζομένου, δύο ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκίμποδος, δισδύο ἐπὶ ζώου ἀχθοφόρου· φόρτοι ἀλλεπάλληλοι δυστυχῶν σωμάτων· θρῆνοι πανταχοῦ περιηχούμενοι καὶ ἐλεεινολογίαι, ἠτόνουν οἱ ἐκκομισταὶ, ἐσπάνιζον οἱ ἐνταφιασταὶ, ἐκλείοντο οἶκοι, ἐκενοῦντο ῥεγεῶνες (*b*), ἐπληροῦντο πολυάνδρια, διὰ μέσου δυοῖν μηνοῖν, τῆς πολυανθρώπου τε καὶ μυριοίκιδος πόλεως ἐρήμου καὶ ἀοικίστου σχεδὸν εἰπεῖν ἐποφθείσης. Ταῦτα ἐν ἡμέραις Κωνσταντίνου τοῦ δυσσεβοῦς βασιλέως, ὑφ' οὗ ἡ εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ καθυβρίσθη,

4. Cernebatur de repente in cujusque vestitu vivificæ crucis signum (3), tincturæ pinguis, velut a perita manu, seu potius divino digito superne efformatum. Id in se conspiciens turbabatur, subintrabat accelerata mors ; eodem die, qui extulerat mortuum, mortuus etiam ipse efferebatur. Videre erat duos in eadem sandapila, quatuor super unum jumentum portari, et cumulos infelicium cadaverum alios. Audiebantur undequaque sonantes planctus atque lamenta, lassabantur vespillones, rarescebant libitinarii, claudebantur domus, vacuabantur vici, cœmeteria replebantur ; adeo ut intra duorum mensium spatium, urbs populosissima atque habitatissima, pene deserta atque inculta appareret. Accidit hoc in diebus Constantini (4) imperatoris, illius, inquam, impostoris nefarii, a quo imago Christi simulacrum erroris

NOTÆ.

(*b*) Quoniam antiqua Roma in regiones dividebatur (quod in hunc usque diem obtinet), etiam nova Roma, Constantinopolin dico, ejusmodi nomen usurpavit, ut patet ex auctoribus a Meursio recensitis.

(1) Sirletus *post duas filias* genitum scribit : sed solum in Græco est σὺν, *cum*. In vita S. Theodori, infra citanda ad cap. 3, litt. c, adduntur fratres tres.

(2) Theoctista appellatur in Vita S. Theodori, nupta Photino, qui magistratum ab imperatore non valde remotum gessit : ambo postea, relicto conjugio, vitam monasticam amplexi sunt.

(3) Græce, ἐν βαφίδι ἐλαιώδει. Sirletus vertit *colore cæruleo* ; fortassis invenit ὑαλώδει, *vitreo*. Theophanes ad an. Christi 746, indictione 14, ista refert, ac de cruce sic exprimit, Ἐν τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἱματίοις καὶ ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ἱεροῖς ἐνδύμασι σταυρία ἐλαιώδη πλεῖστα. *In hominum vestibus et in ecclesiarum sacris indumentis, cruces plurimæ oleaginæ conspiciebantur.*

(4) Constantinus Copronymus Leoni Isaurico patri, 18 Junii, an. 741 mortuo, successerat.

Digitized by Google

per injuriam appellata, aut verius ipse Christus Deus noster contumelia est affectus; siquidem honor exhibitus imagini ad prototypum transit, quemadmodum alicubi dicit divinus Basilius. Itaque fuit hæc super peccantem populum justissima virga, paterna tamen immensam nostram perversitatem ad conversionem erudientis Dei, et in ira præparantis viam salutis, iis qui æquanimiter correctionem susciperent. Sed ad Patrem nostrum sermo redeat.

5. Parentibus ergo et consanguineis plerisque orbatus (4') adhuc puer admodum, ab aliquo alterutrius parentis germano suscipitur; et ad juvenilem provectus ætatem, tanquam rectissimus surculus, produxit florem intelligentiæ; quæ difficulter reperitur in orphanis, non habentibus qui eis uti parentes invigilent. Fructus autem propriæ ipsius solertiæ et diligentiæ fuit peritia praxis notarialis, quantam vix assequi potuisset aliquis paterna sollicitudine eruditus. Deinde prædicto tutori suo regiæ pecuniæ appendendæ præfecto, operam commodans, ita rem illam agebat dextere, ut hic solum præfecturæ nomen tenere, opus ille sciretur: et ob hoc in ærario imperatorio illustris, charus quidem principibus, ipsi autem Cæsari etiam notus esset.

6. Talis cum esset, mentem suam non tradidit effrenatis adolescentiæ cupiditatibus (uti petulantior aliquis faceret, sui factus arbitrii), sed ipsi sibi optimus domitor, abstinebat a consortio insipientium, et sapientioribus jungebatur: applicans se honoratiori, non minus honorato; ætate provectiori, non juniori; atque ex ipsis externis honoribus, ingenitam animi nobilitatem, latenter quodammodo, ad majora provehebat. Non tradebat se comessatoribus combibonibusque ad æquales haustus, uti in conviviis faciunt adolescentuli; neque substantiam dilapidabat alea meroque, ut frugiperdæ solent; sed publicæ libræ attendens, labore continuo divitias sibi accumulabat, et quidem tantas, ut ad paternam hæreditatem amplissimam haud modicas alias facultates apposuerit. Hoc vero nequaquam fieri potuisset, nisi temperantiam servasset in omnibus, quæ honestatis amantem exornabat continentia, et cunctis affabilem instruebat prudentia, procul abjiciens juveniles voluptates; quibus qui indulgent, non modo non acquirunt quæ desunt; sed et quæ adsunt, evacuare consueverunt.

7. Quid porro? Tam multiplici industria præditus, tamque peritus rerum agendarum evasit (quod maxime spectatur ab iis, qui in sæculo vivunt, et filias apte cupiunt elocare), ut undique invitaretur

εἴδωλον πλάνης ὀνομασθεῖσα παρὰ τοῦ λαοπλάνου ἐξαγίστου· μᾶλλον δὲ αὐτὸς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ἠτιμώθη, εἴπερ ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον ἀναβαίνει, καθὼς ὁ θεηγόρος ὧδέ πού φησι Βασίλειος. Ταῦτα ἡ κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων δικαιοτάτη, ὡς ἄν τις εἴποι, παιδευτικὴ ῥάβδος τοῦ Θεοῦ, τὴν ἄμετρον ἡμῶν κακίαν ἐπιστρεπτικῶς σωφρονίζουσα, καὶ ὁδοποιοῦσα τρίβον σωτηρίας τῇ ὀργῇ αὐτοῦ τοῖς εὐαισθήτως δεχομένοις τὴν νουθέτησιν. Ἐμοὶ δὲ ἐπὶ τὸν Πατέρα μεθαρμοστέος ὁ λόγος.

ε'. Καταλιμπάνεται τοιγαροῦν ἔρημος γονέων σὺν τοῖς ὁμαίμοσι, κομιδῇ παῖς τυγχάνων· ὃς προσληφθεὶς ὑφ' ἑνὶ τῶν συγγενῶν, καὶ εἰς ἡλικίαν ἠδῶσαν ἀναχθείς, ἀνθεῖ μὲν εὐθὺς, ὥσπερ τι ἔρνος εὐθύβλαστον, ἡ ἀκμὴ τῆς νεότητος τὴν καλλίστην σύνεσιν, ἥπερ δυσκατόρθωτος τοῖς ὀρφανίᾳ ἠγμένοις, οὐκ ἔχουσι τὸν ἴσα γονέων ἐπιστατοῦντα. Καρποφορεῖ δὲ, ταῖς παρ' ἑαυτοῦ σπουδαῖς τε καὶ φιλοζηλίαις, τὴν παίδευσιν τῆς νοταρικῆς μεθόδου, ὡς οὔπω τις τῶν καὶ πατρικαῖς ἐπιμελείαις προμηθευομένων, συζυγοστατῶν τε αὐτῷ προσειληφότι θείῳ τὰ βασιλικὰ χρήματα. Καὶ τοσοῦτον φανεὶς ἐνταῦθα περιδέξιος, ὡς ὄνομα μόνον ἔχειν ἐκεῖνον τῆς ἀρχῆς, τὸν δὲ τὸ ἔργον γνωρίζεσθαι, καὶ διὰ ταῦτα ἐπίσημον μὲν εἶναι ἐν τοῖς βασιλικοῖς ταμιεύμασιν, ἀσπαστὸν δὲ τοῖς ἄρχουσι, γνώριμόν τε καὶ αὐτῷ τῷ Καίσαρι.

ς'. Οὕτω δὲ διαφαινόμενος, οὐ ταῖς ἀκαθέκτοις ὁρμαῖς τῆς νεότητος προὔδωκεν τὸν νοῦν, ὡς ἄν τις τῶν ἀφέτων τε καὶ ῥιξιφρόνων, ἀλλ' (c) οἷά τις ἄριστος πωλοδάμνης αὐτὸς ἑαυτῷ γιγνόμενος, ἀπείχετο μὲν ἀσυνέτων, συνήπετο δὲ πεπαιδευμένοις, τῷ τιμαλφεστέρῳ συνταττόμενος, ἀλλ' οὐχὶ τῷ ἀτιμοτέρῳ συνερχόμενος, καὶ τῷ καθ' ἡλικίαν προέχοντι παραζευγνύμενος, ἀλλ' οὐχὶ τῷ νεοπαγεστέρῳ συνδιαιτώμενος, καὶ πρὸς τὸ ἄναντες, κἀκ τῶν ἔξωθεν τιμῶν, τὸ τῆς ψυχῆς εὐγενὲς, λεληθότως πως ὁδοποιούμενος. Οὔ τί που συμπόταις καὶ συσσίτοις ἑαυτὸν ἐπιδιδοὺς κατὰ κοινὴν φιλοτησίαν, ὡς εἴ τις τῶν νεανιευομένων ἐν εὐωχίαις, οὐδ' οὐ μὴν κύβοις καὶ μέθαις καταναλίσκων τὴν οὐσίαν, οἷα τὰ τῶν μαστρόπων· σχολαῖς δὲ ἐπιπόνοις ἐφεστὼς τῇ ζυγοστασίᾳ, κἀντεῦθεν πλοῦτον ἑαυτῷ συναθροίζων, καὶ τοσοῦτον αὔξων, ὡς ἄλλην συστήσασθαι περιουσίαν, παρὰ τὴν γονικὴν κληρονομίαν ἱκανωτάτην οὖσαν. Τοῦτο δὲ οὐκ ἂν προσεγεγόνει, εἰ μὴ αὐταρκείᾳ συνετηρεῖτο ἐν πᾶσι, δι' ἧς καὶ σωφροσύνῃ ἐκαλλωπίζετο ὁ φιλόκαλος, καὶ φρονήσει ἠγλαΐζετο ὁ μειλίχιος, πόρρω βάλλων τὰς νεωτερικὰς ἐπιθυμίας, αἷς οἱ ἀλόντες οὐ μόνον τὰ οὐκ ὄντα προσλαμβάνονται, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐνόντα κενοῦν εἰώθασιν.

ζ'. Τί τὸ ἐντεῦθεν; Τοσοῦτος γέγονε πολλοστὸς τῇ συνέσει, καὶ πυκτικὸς ταῖς ἀφορμαῖς τοῦ βίου (ὃ φιλεῖται παρὰ τῶν ἐν κόσμῳ, καὶ σπουδάζεται παρὰ ἐκδιδούντων ἀνδρὶ θυγατέρα), ὡς ἔλκειν αὐτὸν ἄλλον

(c) Suspicor legendum esse ῥιζαφρόνων ut sit compositum a ῥίζα *radix* et ἄφρων *insipiens*, ad significandos, qui ab origine et educatione tales sunt.

(4') Græce ὁμαίμοσι quod Sirletus vertit *sororibus*: sed infra num. 7, dicitur sanctus, cum ad monasterium abiit eisdem modicum quid de sua substantia reliquisse: vivebant igitur tum adhuc.

Digitized by Google

ἀλλοθεν, καὶ τῶν ἄγαν εὐπατριδῶν τε καὶ εὐπόρων, εἰς κοινωνίαν βίου. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ θεῖος πόθος, ὃν ἀνῆψεν ἑαυτῷ διὰ κρείττονος ἐπιλογισμοῦ, ἐμπαγῆναι τοῖς βίου τέλμασιν· καὶ γὰρ ἦν ἀναγνώσεσι προσέχων ἀντὶ παιγνίων· ἔν τε ἐκκλησίαις προσεδρεύων ἀντὶ θεάτρων, καὶ ἐν σεμνίοις ἀναστρεφόμενος ἀντὶ ἀσέμνων καταγωγίων· καί γε τὸ ἀξιεπαινετώτερον, ἐξαγορεύσεις ποιούμενος τῶν κρυφίων τοῦ νοῦ κινημάτων τε καὶ δραμάτων τινὶ τῶν καθηγουμένων· ὃ τῆς μὲν ἐκείνου φιλοθείας ὑπῆρχε σύμβολον, τοῦ δὲ τὴν ἐξαγόρευσιν δεχομένου κατέπληττε τὴν διάνοιαν, τελειωτικῶς γινόμενον. A

η'. Ὅθεν ἐπάρας τὸ τῆς διανοίας ὄμμα ἐπὶ τὰς τῶν ἀϊδίων θεωρίας, καὶ τῷ ἐκεῖθεν πτερωθεὶς ἔρωτι, σβέννυσι τὸν κάτω πόθον, καὶ ποιεῖ τὸ τοῦ θείου Ἀντωνίου ὁ θαυμάσιος. Πάντα γὰρ διαπιπράσας σὺν αὐτῇ τῇ πατρικῇ ἑστίᾳ, καὶ πτωχοῖς διανείμας, τούς τε οἰκέτας ἐλευθερώσας, καὶ ταῖς δυσὶν ἀδελφαῖς βραχέα τινὰ καταλείψας, ἔξεισιν· Ἀβραμιαίᾳ προθέσει, οὐκ εἰς τὰς ἐγγύθεν κώμας ἀσκήσων, ἀλλ' ὡδέ που μακρὰν ἀποδραμῶν, ἐν τοῖς τοῦ Ὀλύμπου μέρεσι, κατὰ τὸν ὑποδειχθέντα αὐτῷ παρά τινι τῶν ἐν ἄστει ἀρχιμανδριτῶν τόπον καὶ ἄνδρα, τοῦ μὲν Συμβόλους ἐπικεκλημένου, τοῦ δὲ Θεοκτίστου ἐπωνομαζομένου, οὗ ὁ τρόπος ἀγαθὸς, τό τε γένος περίβλεπτον, καὶ τὸ τέλος ὅσιον. Ἀλλ' οἷα καὶ ἡ ἀναχώρησις; Μνήμης ὅτι μάλιστα ἐμοὶ ἀξία, ἀκούουσί τε κατανύξεως ἔχουσα φάρμακον· ἀπὸ γὰρ τῆς πατρίδος ἀπάρας μεθ' ἑνὸς θυμηρεστάτου οἰκέτου, καὶ κατὰ τοὺς λεγομένους Βασιλεῖς ἀφθακῶς, ὑπό τε λόχμην τινὰ εἰσδὺς, κείρει μὲν τὴν κόμην τῷ χείρε τοῦ ἑπομένου, μετενδιδύσκεται δὲ τὴν φαιὰν ἐσθῆτα, ὥς τινα πορφυρίδα. Καὶ τὸ δρᾶμα ἡλίκον; Τοῦ μὲν χωριζομένου, καὶ οἴκαδε ἐπανιέναι μετὰ τῶν ἀπαμφιασμάτων παρεγγυωμένου, κἂν τούτῳ θρήνοις, ὡς τὸ εἰκὸς, βαλλομένου διὰ τὴν δεσποτικὴν στέρησιν· τοῦδε μονωτάτου μετὰ Θεοῦ ἐγκαταλειφθέντος, ὑπὲρ οὗ καὶ δι' ὃν τὸ δρᾶμα. Τοιοῦτος ὁ θεῖος ἔρως, πάντων ἐξιστῶν τὸν ἐραστὴν, καὶ περὶ αὐτὸν μόνον συνάγων τὴν ἔφεσιν πυρπολουμένην B C

8. Hinc per perpurgatum mentis oculum ad sempiternarum rerum contemplationem sublevans, illarumque accensus amore, terrenum omne desiderium exstinxit; et divinum imitatus Antonium, divenditis omnibus, una cum paterno lare et servis libertate donatis, majorem quidem partem distribuit pauperibus; duabus autem sororibus suis modicum quid reliquit; et Abrahamia promptitudine exivit, non in vicinas villas, exercitiurus se ipsum; sed longius abscurrit in partes Olympi (5), ad virum locumque, ab aliquo eorum qui in urbe erant archimandritarum sibi monstratum. Loco symbolorum (6), viro Theoctisti nomen erat, cujus vita proba, genus illustre, exitus sanctus fuit. Qualis autem discessus Platonis e patria fuerit, mihi quidem memoria dignum, audientibus vero compunctionis argumentum fore videtur, si exponam. Abivit cum uno solo charissimo famulo, et ad eum perveniens locum qui Reges dicitur, atque speluncam quamdam ingrediens, cæsariem suam comiti præbuit attondendam; deinde pulla veste se amicivit, tanquam si purpuram induisset. Quale autem spectaculum, cum unus quidem recessurus, juberetur redire domum cum vestibus, et ideo, ut par erat, perfunderetur lacrymis, domino suo privari dolens; alter vero relinqueretur, solus cum Deo, propter quem res tota agebatur. Talis utique est divinus amor, omnibus rebus exspoliat amantem et ad se solum trahit incensum illius desiderium.

ΚΕΦΑΛ. Β'. CAP. II.

Vita monastica, virtutum exercitia.

θ'. Ἐπειδὴ δὲ φοιτήσας πρὸς τὸν παιδοτρίβην ἠρωτήθη, ὅστις εἴη, καὶ ὅθεν ὥρμηται, καὶ ὅτου χάριν ἡ ἐπιδημία, εὐαγεῖς πρὸς ἑκάστην τῶν ἐρωτήσεων τὰς ἀποκρίσεις ἰδίδου· τοῦ δὲ μεμαθηκότος τήν τε πατρίδα, τὸ γένος, καὶ τὴν ἀνατροφήν· Οὔπω ἰσχύεις, φησὶν, ἐν τῇδε τῇ θέσει τοῦ τόπου, σκλη- D

Postquam autem ad magistrum venisset, atque interrogatus, quis, unde, qua causa veniret, apte respondisset ad singula; ille patriam, genus et educationem edoctus. Non poteris, inquit, in hac regione, haud parum aspera, monasticum sustinere laborem. Cui Christi pugil: Omnia, Pater, trado

NOTÆ.

(5) « S. Joannicius (ut in ejus Vita 4 Novemb. legitur) cum vidisset montem, qui supereminet a dextera Bithyniæ, qui apud nos vocatur Olympus, concepit animo vitam quietam et amantem solitudinis. » De eo loco agi constat ex Vita S. Theodori, ubi monachi, qui Olympi partes incolunt, ad eum ab exsilio reducem in Bithynia accesserunt. In eadem Vita dicitur S. Plato a teneris annis montem Olympi incoluisse.

(6) Colitur 21 Febr. sanctus Timotheus, qui in Symbolis vitam anachoreticam duxit. Ejusdem monasterii facta est mentio die tertia Aprilis in Vita S. Nicetæ, num. II. Quod autem hic legatur Græce τοῦ Συμβόλους ἐπικεκλημένου, non Συμβόλων, uti istic legitur, nos suspicamur esse mendum librarii, cum primus iste genitivus a nullo nominativo regulariter duci possit.

Digitized by Google

tibi; mentem, corpus, et voluntatem, utere, ut lubet famulo tuo, in cunctis obsecuturo. O admirabilis propositi indicium! o mirabilioris renuntiationis argumentum! Istius quidem, quia in ipso ætatis flore, in prospero successu negotiorum, spe optima rerum majorum proposita, divitiis affluentibus, circumfulgente gloria, vigente corpore, in proprii arbitrii constitutus libertate, habuit dilectionem erga Deum istis omnibus superiorem: alterius, quod optime consultus, non uti multi nunc, simulate, aut, ut magis proprie loquar omnino non renuntiantes mundo, eidem se renuntiare professus sit; sed quemadmodum vere ipsa res exigit. Illi siquidem, nescio quo modo, obliti quod dicit Dominus: *Qui non renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus*[a]; et quod alibi jubet: *Vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlis, et sequere me*[b]; horum, inquam, obliti, ipsi sibi templa et monasteria erigunt; deinde monasticam amplexi professionem, dominantur in propriis, servos atque substantiam variam post se trahentes; heri novitii, et hodie abbates; heri nec idonei quidem qui se prudenter regendos præberent, hodie alios imperite regere præsumentes; quibus prælaturam non virtus sua, sed suarum facultatum usurpatio attulit. qui cum multis annis debuissent discere quomodo sit imperanti parendum, atque ita ad regimen aliorum ascendere; antequam prius istud didicerint, sese periculo ingerunt posteriori, et quales sunt, tales etiam efficiunt sibi subjectos. Ast ipse, postquam sæculo vere renuntiasset, ostendit obedientiam minime fucatam fuisse: præcedit enim primum secundo, sicut fulgur tonitruo, et lucifer soli exorienti. Nam qui sæculo bene renuntiaverit, clarum est quod etiam bene obediet: qui vero in altero oblique incesserit, in altero quoque certissime est claudicaturus.

ραγωγίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐχούσῃ, τὸν κόπον τοῦ μοναχοῦ ὑπομεμενηκέναι. Πρὸς ὃν ὁ τοῦ Χριστοῦ πύκτης· Πάντα σοι, ὦ Πάτερ, ἀποδίδωμι, καὶ νοῦν, καὶ θέλημα, καὶ σῶμα, χρῶ τῷ σῷ οἰκέτῃ ὡς ἂν βούλοι, εἰκοντί σοι κατὰ πάντα. Ὦ θαυμασίας προθέσεως ἀπόδειξις, καὶ θαυμασιωτέρας ἀποταγῆς ὑπόθεσις! τῆς μὲν, ὅτι ἐν αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας, κατὰ ῥοῦν αὐτῷ χωρούντων τῶν πραγμάτων, τῶν ἐλπίδων χρηστοτέρων ὑποβαλλομένων, πλούτου προκειμένου, δόξης ὑπαστραπτούσης, σαρκὸς σφριγώσης, καὶ ταῦτα σὺν αὐτοκρατείᾳ, νικῶσαν ἔσχεν ἁπάντων τὴν εἰς Θεὸν ἐπιθυμίαν· τῆς δὲ, ὅτι καίπερ οὕτω ἄριστα βουλευσάμενος, οὐ κατὰ τοὺς πολλοὺς τῶν νῦν ἐπιπλάστως, οἰκειότερον δὲ εἰπεῖν, ἀναποτάκτως; ἀποτασσομένων, τὴν ἀποταγὴν ἔθετο· ἀλλ' ὡς ἀπέδειξεν ὁ ἀληθὴς λόγος. Οἱ μὲν γὰρ, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπιλαθόμενοι τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής*· καὶ ἀλλαχοῦ προστάσσοντος· *Πώλησόν σου τὰ πάντα τὰ ὑπάρχοντα καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι*· ἐγείρουσιν ἑαυτοῖς ναούς τε καὶ μοναστήρια, εἶτα ἀσπασάμενοι τὸ ἐπάγγελμα, τῶν οἰκείων ἄρχουσί τε καὶ κυριεύουσι, δούλους καὶ ὕλας διαφόρους ἐπισυρόμενοι, χθὲς ἀμύητοι τοῦ ἐπαγγέλματος, καὶ σήμερον ὡς παλαιοὶ καθηγούμενοι· χθὲς μὴ εἰδότες χειραγωγεῖσθαι μετὰ συνέσεως, καὶ σήμερον χειραγωγεῖν ἄλλους ἀπαιδεύτως προαιρούμενοι· ὧν οὐχ ἡ ἀρετὴ, ἡ χρῆσις δὲ τῶν ὑπαρχόντων τὴν ἡγεμονίαν κατεπίστευσεν, οἳ πολλοῖς ἔτεσιν ὀφείλοντες ἐκμαθεῖν καλῶς τὸ ἄρχεσθαι, εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἀνιέναι, πρὸ τῆς πείρας τοῦ προτέρου ἐπικινδύνως τοῦ δευτέρου ἐπιλαμβάνοντες, τοιούτους ἀπεργαζόμενοι τοὺς ὑπὸ χεῖρας, οἷοι καὶ εἰσίν. Ὁ δὲ ἐπειδὴ ἀληθινὴν τὴν ἀποταγὴν ἐποιήσατο, ἀνόθευτον καὶ τὴν ὑποταγὴν δείκνυσιν· καὶ γὰρ προηγεῖται τοῦ δευτέρου τὸ πρότερον, ὡς ἀστραπὴ βροντῆς, καὶ ἑωσφόρος ἡλίου ἀνίσχοντος· ὁ γὰρ ἄριστα ἀπεταξάμενος, ἄριστα δηλαδὴ καὶ ὑποταγήσεται· ὁ δὲ καθ' ἑκάτερον σκολιώσας, καὶ ἐν θατέρῳ δηλονότι χωλανεῖται.

10. Sunt autem virtutis exercitia multa, abstinentiæ extenuatio, somni parcitas, lacrymarum evacuatio, orationis alacritas, humicubationis molestia, vestitus vilitas, manuum operatio, genuflexionum frequentia, mortis meditatio, psalmodiæ assiduitas, perseverantia stationis. Horum tamen omnium nihil ita necessarium ei qui subest atque exercitium sinceræ confessionis et perfectæ obedientiæ: quibus illuminatur anima, mortificatur voluntas, et perfecta obtinetur conjunctio ejus qui spiritualiter nascitur cum eo qui gignit. Duo hæc cæteris omnibus non præferens, infirmus ad obedientiam erit; atque ita per quæ videbatur salutem consequi, illusionis subjacebit periculo. Etenim jejunia, vigiliæ, et quidquid ejusmodi aliud est; secundum se quidem laudabilia sunt; non tamen utilia, sed ad lapsum inducentia, ei qui proprio arbitrio agitur, nisi præsidis ductu et regula diri-

ι'. Πολλὰ μὲν οὖν τὰ κατ' ἀρετὴν ἐπιτηδεύματα ἐγκρατείας κατάτειξις, ἀγρυπνίας νῆψις, δακρύων κένωσις, εὐχῆς πτέρωσις, χαμευνίας σύνθλιψις, ἐσθῆτος εὐτέλεια, χειρῶν ἐργασία, γονυκλισιῶν πυκνότης, μελέτη θανάτου, ψαλμῳδίας εὐτονία, στάσεως καρτερία· οὐδὲν δὲ τοιοῦτον τῷ ὑποτακτικῷ, οἷον τὸ κατ' ἐξαγόρευσιν ἀγώνισμα, καὶ τὸ καθ' ὑπακοὴν κατόρθωμα, δι' ὧν ψυχὴ φωτίζεται καὶ νεκροῦται θέλημα, καὶ ὁλοτελὴς εἰσοίκησις τοῦ πνευματικῶς γεγεννημένου πρὸς τὸν γεγεννηκότα ἐγγίνεται. Ὁ γὰρ μὴ ταῦτα τῶν ἄλλων προτιμήσας, σαθρὸς πρὸς ὑποταγὴν καθίσταται, καὶ δι' ὧν δοκεῖ σωτηρίας ἔχεσθαι, ἀπάτης ὑφίσταται βλέφαρον. Τὸ γὰρ ἐγκρατὲς καὶ ἄγρυπνον, καὶ ὁτιοῦν ἄλλο τῶν προειρημένων κατορθωμάτων, αὐτὸ μὲν καθ' ἑαυτὸ ἐπαινετὸν δοίη τις εἶναι, οὐδ' ἂν δὲ εἴη λυσιτελὲς, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ πτώσεως αἴτιον τῷ ἰδιορύθμως πράττοντι, εἰ μὴ γνώμονι καὶ κανόνι τοῦ καθηγου-

[a] Luc. XIV, 33. [b] Luc. XVIII, 22.

Digitized by Google

μένου περαίνοιτο, ὥστε ὁ τὴν ἐξαγόρευσιν μεθ' ὑπακοῆς ἐξασκῶν, τὰ δευτέρια τοῖς ἄλλοις δίδωσιν, ἐν τοῖς δυσὶ τὰ πάντα περικλείων.

ια'. Ταῦτα ὁ μακάριος ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις τῶν ἄλλων ἀφοσιωσάμενος, καλὴν τὴν βάσιν πήγνυσι, καὶ ἐπὶ ταύτῃ ἀσφαλῆ τὴν οἰκοδομὴν πεποίηται, πάντα λογισμὸν ἀνατιθέμενος, καὶ πάντα καθ' ὑπακοὴν διαπραττόμενος, καὶ διὰ ταῦτα, Γραφικῶς εἰπεῖν, ἀγαπώμενος ἐν προσώπῳ Πατρὸς αὐτοῦ. Γίνεται οὖν ἀδάμας τῇ καρτερίᾳ, περιδέξιος τῇ διακονίᾳ, διαλάμπων μὲν ἐν πολλοῖς συνάθλοις, ὧν οὐ πόρρω ἀφίστατο κατὰ τὴν κοινοβιαϊκὴν ζωὴν, ἰδίᾳ δὲ μεθ' ἑνὸς ὁμοτρόπου ὑποταττόμενος καθ' ἡσυχίαν τῷ ἀειμνήστῳ Θεοκτίστῳ, καὶ πῇ μὲν οἴκοι σχολάζων πῇ δὲ τῇ κοινότητι συνερχόμενος, ἔν τε ψαλμῳδίαις διατροφαῖς τε καὶ ἐργασίαις, καὶ οἷον εἰπεῖν κοινός τε καὶ ἐπίκοινος γινόμενος καὶ μέτριος κατὰ πάντα. Οὐ γὰρ, ἐπειδὴ εὐγενὴς τὸ κατὰ σάρκα, ἀπετραχύνετο τοῖς ἀγροικοτέροις συνδιαιτώμενος· οὐδὲ ἐπειδὴ ἐξυπηρετεῖτο παρ' οἰκετῶν πρότερον, τὰς ἀτιμοτέρας ἐγχειρίζεσθαι διακονίας ἐξενοπάθει. Τοιγαροῦν καὶ κόπρον ἐπ' ὤμων ἐπεφέρετο, καὶ χῶρον ἀρδεύειν προσετάττετο, καὶ ἄλευρα φύρειν ἠνείχετο, καὶ ταῦτα μετὰ τοῦ γράφειν τόνῳ πολλῷ καὶ ἐπιμελείᾳ κρατίστῃ.

ιβ'. Βούλει μαθεῖν καὶ ἕτερα ὑπακοῆς ἀριστεύματα ἐγγύθεν; Ὁ πράκτωρ τῶν κατορθωμάτων ὠνειδίζετο παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐπὶ παρουσίᾳ ξένων, καὶ ὡς εὐφημίαν δεχόμενος, ἀκλόνητος διέμενεν ὁ εὐκλεέστατος· ὑπανεγίνωσκεν ἀξιολόγως ἐν ὡσὶν ἀδελφότητος, καὶ ὡς παρὰ λόγον ἀναγνοὺς ἐπιπληττόμενος ὑπέπτησσεν ὁ ἐμφρονέστατος· δουλογενὴς ἀκούων κατὰ ἀστειασμὸν, τὴν κεφαλὴν κατένευεν συνερῶν τῷ Πατρὶ, ὁ εὐγενὴς ὄντως σὺν τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι· πολύτλας ὢν ἐν τῷ ἐργοχείρῳ καὶ πολλὰ πονιζόμενος, ὡς μηδὲν εἰσφέρων· ἄτυφος ὅτι μάλιστα διείρχετο ὁ φιλομαθής τε καὶ φιλόθεος, ἀποπεμπόμενος μετὰ γονυπέτησιν παρὰ τοῦ Πατρὸς, ὡς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐμπεπτωκὼς τῷ σφάλματι, οὐκ ἀπηυθαδίαζεν, ἀλλ' ἐπέμενεν ἐξαιτῶν τὴν συγχώρησιν ὁ θαυμασιώτατος· ἠτόνει, τὸ δὴ λεγόμενον, ὁ κατὰ πεῖραν σκώπτων καὶ διασύρων, οὐκ (*d*) ἐκορέννυτο τοῖς ὀνείδεσιν, ὁ διὰ τῆς ἐθελουσίου ἀτιμίας δόξαν ἑαυτῷ περιποιούμενος ἄϊδιον. Εἶπω τι καὶ τῶν οὐκ οἰκείων δοκούντων τῷ ἐπαγγέλματι, τὸν δὲ λόγον ἔχον κατευθὺ πραττόμενον, ὅτι ἔρωτι ταπεινώσεως βαλλόμενος, παρεκάλει, ἠντιβόλει, ποσσίζεσθαι, ῥαπίζεσθαι, καὶ μέντοι ἔπειθεν, καὶ πεῖθων ἐτέτυφετο, καὶ τυπτόμενος παρά τινος κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Πατρὸς, ὡς δῶρον εἰληφὼς ἐγεγήθει· καὶ ἦν τὸ γινόμενον ὑπερφυὲς, τοῦ μὲν ἐκβιαζομένου διὰ τὸ δοκοῦν ἀνοίκειον, τοῦ δὲ χαίροντος διὰ τὸ κερδόμισθον· καὶ ἡ ὠφέλεια ὅση ὁρῶσί τε καὶ ἀκούουσι.

gatur : sed qui confessioni et obedientiæ studet, cætera in secundis habens, omnia duobus istis comprehendet.

11. Hæc beatus iste, si quis alius, curans, optimum jecit fundamentum, eique solidum superexstruxit ædificium, omnem suam cogitationem abjiciens, et omnia secundum obedientiam agens : ob idque dilectus in conspectu Patris sui, ut phrasi Scripturæ utar. Fuit autem in tolerandis laboribus adamantinus, dexter in agendis rebus, et inter certaminum socios multos præcellens : a quibus etiam quoad cœnobiticam vitam, haud longe distabat, seorsim degens cum uno quodam sibi moribus simili. Porro, juxta reclusionis normam, subjectus (7) erat nunquam satis laudando Theoctisto, nunc in cella sese exercendo, nunc in communitate vacando psalmodiis, refectioni corporis, et manuum labori ; communiterque, ut sic dicam, et promiscue vivens, in omnibus se moderate gerebat. Non enim quia nobilis erat secundum carnem, asperior erat cum rusticioribus conversans ; nec quia prius habebat famulos multos sibi ministrantes, dedignabatur viliora suscipere ministeria : quin et fimum ferebat humeris et agrum irrigare jubebatur, et farinam subigebat patienter, et nihilominus scribebat multo cum studio ac diligentia.

12. Vin' etiam alias ejus virtutes discere, obedientiæ proximas ? Omnia recte faciens, reprehendebatur coram hospitibus ; et veluti si laudatus fuisset, perseverabat immotus, vir laude dignissimus legebat audiente fraternitate, ut congruum erat, et velut si absone vitioseque legisset, castigatus verecundabatur sapientissimus. Propter urbanitatem audiens serviles natales sibi exprobrari inclinato annuebat capite, Patri consentiens, corpore et animo revera nobilissimus. In labore manuum multum contendens atque proficiens tanquam si intulisset nihil, non superbiebat, disciplinæ Deique amator eximius. Post petitam de genibus veniam dimissus a Patre, veluti in eamdem culpam relapsus non obloquebatur ; sed persistebat, ignosci sibi postulans, admiratione dignissimus. Denique lassabatur, is qui tentandi causa ingerebat convicium et opprobriis saturabatur, is qui per voluntariam ejusmodi contumeliam sibi comparabat æternam gloriam. Dicam amplius et quod a religiosa professione videri possit alienum ; consonum tamen rationi, dum recte fit. Tanto tenebatur humiliationis amore, ut oraret precareturque pugnis atque alapis cædi ; et sane persuadebat et persuadens percutiebatur, et ex mandato Patris percussus ab aliquo, velut accepto munere lætabatur : eratque stupore dignum, alterum quidem ad id quod incongruum videbatur violenter adigi, alterum vero

NOTÆ.

(*d*) Ecgraphum nostrum ἤ, *aut* ; puto legendum οὐκ, *neque*.

(7) Sirletus sic vertit, tanquam in eadem cum Theoctisto cella reclusus fuisset : quod hegumeni conditioni non convenit, nec Græco textui : imo infra num. 14 expresse dicitur Plato post Theoctisti mortem primum in ejus cellam migrasse, et solitarie vivere cœpisse.

Digitized by Google

gaudere de lucro exinde reportato, nec minus utile erat videntibus audientibusque, quod esset qui talia voluntarie pateretur, atque in hoc Christum imitaretur.

13. Talis tantusque cum esset, an erat possibile non amari eum atque diligi? an rationabile, eum qui totum se tradiderat obedientiæ, filium haberi inamabilem, et non esse charissimum genitori? Diligebatur sane, uti dictum est, plurimum; et propter virtutis claritatem ubique prædicabatur, ut qui Patri suo factus esset omnia, veluti oculus dextra intuens, velut manus eadem operans, et pes ad illa progrediens; tanquam consiliarius bonus, adjutor robustus, suavis socius; fidelissimus in iis quæ domi erant, et circa foris posita vigilantissimus: qui simul et discipuli et fratris præstaret officia, addo etiam et Patris; tantusque esset in utroque, ut siquando, propter aliquam necessitatem, opus esset peregre Platonem agere, mœreret venerabilis Theoctistus; et quemadmodum de se loquitur Apostolus [4], non haberet requiem spiritui suo propter dilectum. Quis enim illo ad prospicienda futura providentior? quis ad mœrorem leniendum curandumque accommodatior? quis ad honorem multifariam impertiendum solertior? Talis ad conciliandam sibi benevolentiam, ut quæ Patris erant omnia haberet in potestate: tam interim alienus ab amore rerum terrenarum, ut nec oboli unius esset dominus. Pro quibus quod ei præmium, quæ retributio obtigit? Paterna utique benedictio super spiritualem Jacob, ex quo patriarchæ, imo hierarchæ et pœmniarchæ; et ab his plurimi secundum Deum filii multiplicantur, ac porro multiplicabuntur, nil dubito, per semen adeo benedictum. Talis denique fuit Plato, verus utique amator sanctitatis, et ad tantum perfectionis gradum ascendit, ut nonnisi adumbratione quadam exprimere potuerim characterem absolutæ in eo obedientiæ.

14. Postquam autem magister ejus ad Dominum abiit, ipse in ejus cellam atque vivendi modum transivit, legitime amplexus solitudinem; non quemadmodum nunc multi, eamdem periculose aggredientes; qui priusquam spiritui carnem perfecte subjecerint, audent per se solos congredi cum spiritibus nequitiæ; tunc primum exerceri incipientes, cum tempus est pugnæ; et experiendi gratia præsumentes obtinere victoriam, etiam Deo juvante, difficilem. Qui enim prius non didicit obedire, quomodo subjiciet sibi reluctantes spiritui carnis passiones? Et qui non custodierit intemeratam observantiam, quomodo ad montem solitariæ conversationis ascendet? Nunquid clarum est, quod qui illum attigerit intempestive, lapidibus obruetur aut configetur jaculis, et morte spirituali morietur, prout sacræ loquuntur Litteræ? Non ita is de quo nobis est sermo: nam verbis ac moribus obedien-

[4] II Cor. II, 13.

σιν, ὅστις εἴη ὁ ταῦτα ἑκουσίως ὑφιστάμενος καὶ Χριστὸν ἐντεῦθεν μιμούμενος.

ιγ'. Τὸν οὖν τοιοῦτόν τε καὶ τηλικοῦτον ἦν ἄρα μὴ ἀγαπᾶσθαι καὶ στέργεσθαι; Καὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον, ὅλον ἑαυτὸν ἐμπαρέχοντα τὸν τῆς ὑπακοῆς υἱὸν, ἀπόθητον καὶ οὐχ ὁλόστερνον εἶναι τῷ γεννήτορι; Διὰ τοῦτο καὶ ἀγαπᾶται λίαν, ὡς εἴρηται. Καὶ παντα-χοῦ τῇ τῆς ἀρετῆς φανότητι διατεθρύλληται, ὡς πάντα τῷ Πατρὶ γινόμενος, οἷον, ὀφθαλμὸς δεξιὰ βλέπων, χεὶρ ἐργαζομένη, ποῦς βαδίζων, σύμβουλος ἀγαθὸς, παραστάτης καρτερὸς, συνόμιλος γλυκερὸς τῶν ἔνδον ὁ πιστότατος, τῶν ἐκτὸς ὁ φυλακτικώτατος, ὁμοῦ μὲν τὰ μαθητῶν ὁμοῦ δὲ τὰ ἀδελφῶν ἐπιδεικνύμενος, προσεῖην δ' ἂν ὅτι καὶ τὰ Πατρὸς χαριζόμενος, καὶ τοσοῦτος ὢν ἐν ἀμφοτέροις, ὡς εἴ που κατά τινα χρείαν ἦν ἐκδημεῖν τὸν ἀοίδιμον Πλάτωνα, ἀδημονεῖν τὸν ἀείμνηστον Θεόκτιστον, καὶ μὴ ἔχειν ἄνεσιν, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, τῷ πνεύματι διὰ τὸν πεθούμενον. Τίς γὰρ ἐκείνου τὸ μέλλον προβλέψαι στοχαστικώτερος; τίς δὲ τὸ λυποῦν μαλάξαι τε καὶ θεραπεῦσαι προσηνέστερος; τίς δ' αὐτὸ χρειῶδες εἰσοῖσαι εὐμαρέστερος; τίς δὲ τιμὴν ἀνάψαι ποικιλώτερος; Τοιοῦτος μὲν πρὸς εὔνοιαν γνήσιος ὡς πάντων ἐξουσιάζειν τῶν πατρικῶν, τοσοῦτος δὲ ἀφιλόϋλος, ὡς οὐδὲ κύριος ὀβολοῦ. Ἀνθ' ὧν τί τὸ πέρας, καὶ τίς ἡ ἀμοιβή; Ἡ πατρικὴ εὐλογία ἐπὶ τὸν κατὰ πνεῦμα Ἰακὼβ, ἐξ οὗ πατριάρχαι, εἶτ' οὖν ἱεράρχαι καὶ ποιμνιάρχαι, ἀφ' ὧν πολλὰ τὰ κατὰ Θεὸν τέκνα πλήθουσί τε καὶ πληθυνθήσονται, εὖ οἶδα, τοῦ εὐλογημένου σπέρματος. Τοσοῦτος ὁ τῆς ὁσιότητος ἐραστὴς ὡς ἀληθῶς, καὶ τοιοῦτον αὐτῷ τὸ τέλος, ὡς ἐν σκιαγραφίᾳ προσεύχρουν χαρακτῆρα τῆς εὐμούσου ὑποταγῆς.

ιδ'. Ἐπειδὴ δὲ παραπέμπει πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς Δεσπότην τὸν καθηγεμόνα, καθίστησιν ἑαυτὸν εἰς τὸν ἐκείνου τόπον καὶ τρόπον, καὶ τὴν ἡσυχίαν ἀσπάζεται ἐννόμως τε καὶ ἐνθέσμως· οὐ κατὰ τοὺς πολλοὺς τῶν νῦν σφαλερῶς ἐπὶ ταύτην ἐρχομένων, καὶ πρὶν ὑποτάξαι τὴν σάρκα τῷ πνεύματι, τοῖς τῆς πονηρίας πνεύμασιν μονομαχήσειν τεθαρρηκότων, καὶ ἐν καιρῷ τῆς νίκης παλαίειν ἐκμελετώντων, ὁπότε καὶ πεῖραν οἰόντων δυστέκμαρτον τὴν νίκην σὺν Θεῷ ποιήσασθαι· ὃς γὰρ ἂν οὐκ ἐπαιδεύθη τὴν ὑποταγὴν πρότερον, πῶς οὗτος ὑποτάξειεν τὰ πολέμια πάθη; καὶ ὃς δ' ἂν μὴ ἐφύλαξεν ἀγνὴν τὴν εὐπείθειαν, πῶς οὗτος προσβήσεται τῷ ὄρει τῆς ἡσυχίας; ἢ δηλονότι ὁ παρὰ καιρὸν αὐτῆς ἁψάμενος, λίθοις λιθοβοληθήσεται, ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται, καὶ τελευτήσειεν τῷ κατὰ ψυχὴν θανάτῳ, καθώς πού φησι τὸ ἱερὸν Γράμμα; Ἀλλ' οὐχ οὗτος ὁ περὶ οὗ ὁ λόγος· λόγῳ γὰρ καὶ τρόπῳ θεαρέστως ὑποτα-

NOTÆ.

(8) Id est « sacerdotum et pastorum principes: » visum est enim clarioris expressionis causa Græca verba servare.

Digitized by Google

γεῖς, εὐλόγως καὶ εὐαφόρμως ἐπὶ ταύτην πρόσεισιν, καὶ τὸν νοῦν καθαίρεται ἐγγίζων Θεῷ, καὶ ταῖς πρὸς αὐτὸν θεωρίαις γλυκαίνεται μετεωροπορῶν τῷ νῷ· ἐπεὶ μηδὲ ἔνεστιν ἡδύτερόν τι τοῦ Θεὸν ἔχειν ἐν θεωρίᾳ, ὃς ἐστι γλυκασμὸς καὶ ὅλος ἐπιθυμία τοῖς γευομένοις αὐτοῦ τῆς ἀκορέστου ἀγάπης, ὡς λήθην λαμβάνειν καὶ αὐτῆς σχεδὸν τῆς ὀρεκτικῆς τροφῆς. Ἐφ' ἑαυτῷ μὲν οὖν ταῦτα καὶ ἐφέλκεται καὶ πορίζεται, καὶ δυνάμεως εἰς δύναμιν μετερχόμενος, καὶ ἀναβάσεις ἀρετῶν ἐν καρδίᾳ διατιθέμενος.

A tiam, uti Deo placitum erat, sectatus; opportune auspicatoque aggreditur solitudinem; et mentem attolens, appropinquat Deo; contemplationibus circa eum versantibus oblectatur, animo excelsa perambulans: nihil enim delectabilius est quam Deum speculari, qui totus est oblectatio et voluptas eorum, qui ipsum degustant amore insatiabili, ita ut pene in oblivionem veniant ipsius cibi appetendi. Itaque sibi ipsi in futurum sic prospexit Plato, ex virtute transiens in virtutem, et ascensiones suo in corde disponens.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

CAPUT III.

S. Plato præficitur monasterio Symbolorum, excurrit Constantinopolim.

ιε'. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἤρκει τὸ καθ' ἑαυτὸν μόνον σκοπεῖν, ζητούσης τῆς ἀγάπης, καὶ τὸ τῶν ἄλλων συμφέρον· τέθειται γοῦν καὶ ἐν τάξει Πατρὸς, μᾶλλον δὲ φωστῆρος δίκην τῇ μνημονευθείσῃ ἀδελφότητι, κατὰ διαδοχὴν τοῦ μακαρίτου Θεοκτίστου, ἐχούσῃ ἴδιον τὸν καθηγεμόνα, ἣν καὶ ἀμφότεροι πνευματικῶς τε καὶ σωματικῶς ὅτι μάλιστα εἰς τὸ εἶναί τε καὶ ὀνομάζεσθαι μονὴν εὐαγεστάτην προήγαγον. Γίνεται δὲ καὶ δυοῖν φοιτητῶν καθηγητὴς ἰδιοτρόπως, ὑφ' ὧν ἐξυπηρετεῖτο, καὶ οὓς εἶχε συνεστίους, ἀλλ' οὐχὶ συσσίτους, ὧν ὁ εἷς ἔτι περίεστι τοὔνομα Ἀντώνιος, ὁ μεθ' ἡμῶν καὶ σὺν ἡμῖν μέχρι γήρους ὑποταττόμενος· αὐτὸς ἡμῖν ὑφηγητὴς εἴη ἐνταῦθα τῶν ἐπιζητουμένων. Ἄρτος, φασὶ, τῷ Πατρὶ καὶ κύαμος πρὸς λαχάνοις καὶ ἀκροδρύοις (*e*), ἡ καθ' ἡμέραν εὐανθίζουσα ἀνέλαιος διατροφὴ, πλὴν Κυριακῆς τε καὶ ἑορτῆς, καθ' ἃς εἰώθει ὁμοτράπεζος εἶναι τῇ κοινῇ ἀδελφότητι. Ποτὸν, ὃ βλύζουσι κρῆναι, καὶ ᾧ συνάγεται νοῦς, οὐ χεόμενος οἰνοφλυγίας ῥεύματι, οὐδ' αὐτὸ ἡμερήσιον ἀεὶ, ἀλλὰ πῇ μὲν ὑπερημερήσιον, πῇ δὲ δυσσευόμενον τῇ ἑβδομάδι, ἥ καὶ δεκατήμερον λαμβανόμενον τῆς βραδυποσίας, ἵν' οὕτως εἴπω καὶ ἀποσίας, μετὰ τῆς ἐγκρατοῦς ἐφέσεως, καὶ ἐκ φυσικῆς κράσεως, εἰς ἕξιν αὐτῷ καθεστώσης.

B 15. Quoniam vero nequaquam sufficit sua duntaxat curare, sed et aliis utilia quærit perfecta charitas, ordinatus Pater seu potius illuminator præmemoratæ fraternitatis, proprium habere hegumenum solitæ, beato Theoctisto succedit in ejus loci regimine, quem ambo in spiritualibus æque ac temporalibus promoverant maxime, adeo ut esset ac diceretur monasterium optime constitutum. Duobus tamen præcipue sese præbuit ducem vitæ spiritualis, a quibus ei ministrabatur, quosque habebat, non comessatores, sed convivas. Horum unus adhuc superest Antonius nomine, qui nobiscum usque ad senium sub obedientia vivit; ipse nobis suggerat, quæ hic desiderantur. Quotidianus, inquit, cibus Patri erat panis, cum faba et oleribus C atque arborum fructibus, absque oleo, præterquam Dominicis festivisque diebus, quibus consueverat communi cum fratribus mensa uti. Potus erat quem fontes præstant, et quo mens colligitur, nequaquam capiens fluxum vinolentiæ; et hic quidem non semper quotidianus, sed quandoque ultra diem dilatus, aut bis in hebdomade sumptus. Quandoque etiam decimo duntaxat die, exigua illa seu potius nulla utebatur refocillatione, propter summam appetentiæ continentiam, quæ illi quodammodo in naturam transierat.

ις'. Ἐσθὴς εὐτελὴς καὶ βραχύτιμος, καὶ πρὸς μόνην θάλψιν πεποιημένη, ἀλλ' οὐχὶ λεπτοῖς ὑφάσμασιν ἐπιτετηδευμένη, οὐδὲ βαφικαῖς χροιαῖς ἐξηνθισμένη, ἣν οἱ καλλωπισταὶ, ἀλλ' οὐ μοναστὰι θηρᾶν ἐφίενται. Προσευχὴ καὶ ἀνάγνωσις ἐπίπονος, ἀφοριζομένη κατὰ καιρὸν, καὶ εἰς τροφὴν αὐτῷ ἀντὶ τρυφῆς καρυκευομένη. Γονυκλισιῶν πυκνότης, πατρόθεν ἠργμένη, ἐξ ἧς τύλοι χειρῶν τε καὶ γῆς ἐφ' ἧς ἐβεβήκει, μέχρι τοῦ δεῦρο τὴν ἀρετὴν στηλιτεύοντες. Στρωμνὴ οὐχ ἁπαλή τε καὶ διαῤῥέουσα, ἀλλ' ὅση καὶ ὑποπιάζειν τὸ σῶμα δυναμένη, καὶ ἀταπείνωτον αὐτὸ πρὸς τὰς πνευματικὰς λειτουργίας διαφυλάττειν ἰσχύουσα. Χειρῶν ἐργασία διὰ σπουδῆς· τοῦτο γὰρ τῶν ἐκείνου κατορθωμάτων παρὰ τοὺς πολλοὺς, ἵνα μὴ λέγω τοὺς πάντας, τὸ ἐπίσημον, ἢ μᾶλλον, οἰκειότερον εἰπεῖν, σὺν τῷ ἱερῷ Ἀποστόλῳ φάναι (*f*),

16. Vestis et curta, ad solum calorem facta, non autem subtilibus filamentis contexta aut colorum tincturis florida, qualem videre amant non monachi, sed elegantiarum studiosi. Oratio et lectio ejus laboriosa erat, et statis temporibus definita, cibum quoque ejus deliciarum loco condiebat. Frequentia genuflexionum, a Patribus tradita, tanta erat ut manibus ipsique in qua fiebant terræ callos inducerent, in monumentum virtutis ejus. Stratum nec molle erat, nec lecto circumfluum: sed quo afligi corpus, et ad spiritualia officia firmum posset servari. Manuum operatio diligens: hoc enim ex præclaris illius dotibus unum præ multis, ut non dicam omnibus, ipsum faciebat illustrem; aut ut magis proprie loquar, Apostolo similem, quod dicere posset: *Ad ea quæ mihi opus erant et his*

NOTÆ.

(*e*) Ἀκρόδρυα *summas herbas* interpretatur Sirletus: sed quia δρύον, altera compositi pars, significat *nemus*, malui arborum fructus, et quidem silvestres, intelligere.

(*f*) Ecgraphum nostrum φαὴν· sed sensus videtur infinitivum exigere, quem substitui.

Digitized by Google

qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ : neque gratis panem comedi [8]. Quæ enim manus elegantius, quam illius dextera, litterarum formabat tractus ? aut quis scribebat studiosius, cum ipsius alacritas qualecunque opus ferventer aggrederetur ? Quis autem enumerare valeat eos in quorum manibus sunt ab ipso scripti libelli et opuscula, ex diversis divinis Patribus collecta et multam afferentia utilitatem ? Unde vero monasteriis nostris ista librorum copia ? nunquid ab illius sanctis manibus et laboribus ? Ipsos volutantes et illustramur quoad animum, et scripturam admiramur talem ac tantam. Sed quædam tacita præterivit sermo, ad quæ enarranda regrediatur necesse est.

17. Tempore illo invaluit tempestas impietatis, Constantinus, inquam, ille cogitatione impius (9) malitiæ omnis receptaculum, multiceps draco, hæresis iconoclasticæ ductor, monastici ordinis persecutor acerbus. Quem ille nostrorum Nazaræorum non exterminavit ? quem absconditum non produxit in medium ? quem sibi oblatum non traxit in barathrum impietatis ? Sane si quis ex illustrioribus ipsum latuit, tanquam scintilla in loco abdito, inter mortuos reputabatur ab iis qui vivebant super terram. Talis autem etiam noster Elias fuit, custoditus a Domino in quibus exercebatur locis, ut neque in manus novi istius Achab incideret, neque particeps fieret impietatis ; sed post transitum nocturnæ illius confusionis, appareret nobis velut stella matutina ; quod et factum vidimus. Etenim necessariis quibusdam ex causis ingressus est Byzantium ; cumque ii qui in urbe reliqui erant monachi, denuo velut luminaria cœpissent conspici ; comparuit tanquam a mortuis redivivus beatus, nam nec nobis quidem ipsis innotuerat (10), genitricis meæ fratrem adhuc superstitem esse.

18. Diffusa est autem adventus ejus fama, non tantum inter cognatos et notos, sed per totam urbem Byzantinam ; aliis alio ipsum trahentibus et benigne suscipientibus, atque salutari ejus doctrina frui cupientibus. Erat enim, ut qui maxime, suavis sermone, suavior moribus, ea autem forma quæ monachum commendat, et in doctrina varius ; omnibus omnia factus, secundum Apostolum ; conjugatis auctor temperantiæ, virginibus defensor, adhortator constitutorum in potestate, spiritu infirmorum medicus. Patribus filios concordes efficiebat, et filiis patres reconciliabat ; servis suadebat, ut dominis essent morigeri ; et hos inducebat ut illis facerent bene. Ut cætera porro omnia, quæ vir Dei faciebat dicebatque, cognosci possint, unum

[8] Act. xx, 34.

ὁραμῶν ὁ λόγος ἀνιστόρητά τινα, πάλιν ὑπογράψῃ;

ἰζ'. Ἤκμαζε τηνικαῦτα ὁ χειμὼν τῆς ἀσεβείας, Κωνσταντῖνος ὁ δυσσεβὴς λογισμὸν, τὸ τῆς κακίας δοχεῖον, ὁ πολυκέφαλος δράκων, ὁ τῆς εἰκονομαχικῆς αἱρέσεως τριστάτης, ὁ τοῦ μοναδικοῦ τάγματος πικρὸς διώκτης, ὃς τίνα μὲν τῶν καθ' ἡμᾶς Ναζιραίων οὐκ ἐξηφάνισεν ; τίνα δὲ κρυπτόμενον οὐκ εἰς μέσον ἤγαγεν ; ποῖον δὲ ἀντιφερόμενον οὐ κατέσπασεν εἰς τὸ καὶ ἀσεβείας βάραθρον ; ὡς εἴ πού τινα ἐναπολειφθέντα τῶν ἐπιφανῶν, ὥσπερ τινὰ σπινθῆρα ἐν ἀποβύστῳ τόπῳ κείμενον, ἐν νεκροῖς λελογέναι, παρὰ τῶν ἔτι ὑπὲρ γῆν ὄντων. Τοιοῦτος ὁ ἡμέτερος Ἠλίας, ὑπὸ Κυρίου φυλαττόμενος ἐν οἷς ἠσκεῖτο τόποις, καὶ μὴ εἰς χεῖρας ἀλοὺς τοῦ νέου Ἀχαὰβ, μηδὲ μετασχὼν τῆς ἐκείνου ἀσεβείας, ἵν' ἀναφανῇ μετὰ παρέλευσιν τῆς νυκτομαχίας, ἀστὴρ ἑωθινὸς ἡμῖν, ὅπερ καὶ γέγονεν. Ἐντεῦθεν διά τινα ἀναγκαῖα εἴσεισιν εἰς τὸ Βυζάντιον, ἅρτι ὥσπερ τινῶν φωστήρων ἐπιφαινομένων τῶν ἐπιλελειμμένων μοναστῶν τοῖς ἐν ἄστει.

ιη'. Καὶ ἐπείπερ ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶν ἀνεγνωρίσθη ὁ μακαρίτης (οὐδὲ γὰρ ὅτι ὑπῆν ἡμῶν τῆς τεκούσης ὁμαίμων ἐγνωρίζετο), γίνεται περιβόητος οὐ μόνον συγγενεῦσιν, ἀλλὰ γὰρ καὶ πᾶσῃ τῇ Βυζαντίδι, ἄλλων ἀλλαχοῦ ἑλκόντων αὐτὸν, περιχαρῶς τε ἀσπαζομένων, καὶ φιλοφρόνως δεξιουμένων, καὶ ἀπολαυόντων διδασκαλίας προσηκούσης. Ἦν γὰρ ὅτι μάλιστα ὁ ἀνὴρ ἡδὺς τὸν λόγον, ἡδύτερος τὸν τρόπον, ἀσκητικὸς τὸ εἶδος, πολυειδὴς τὴν διδασκαλίαν, τοῖς πᾶσι τὰ πάντα, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, γιγνόμενος, τῶν ἐν συζυγίαις σωφρονιστὴς, τῶν παρθενευόντων συνασπιστὴς, τῶν ἐν ἐξουσίαις παρακλητικὸς, τῶν ἀσθενούντων εἰς ψυχὴν ἰατρὸς, πατράσι τέκνα συμβιβάζων, πατέρας τέκνοις καταλλάσσων, δεσπόταις δούλους εὐνοεῖν ἀντιβολῶν, καὶ τούτους ἐκείνοις εὐ-

ἔχοντος, *Ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται, ὅτι μηδὲ δωρεὰν ἄρτον ἔφαγον*. Ποία γὰρ χεὶρ τῆς ἐκείνου δεξιᾶς μουσικώτερον ἐσυρμαιογράφησεν, ἢ τίς ἐπιποθητότερον τῆς ἐκείνου προθυμίας ἐσπουδαιογράφησεν ; καὶ πᾶν ὁτιοῦν προσπεσὸν ἔργον θερμῶς διεχειρίσατο. Πῶς ἄν τις ἐξαριθμήσειεν, τοὺς τὰ ἐκείνου πονήματα εἴτ' οὖν βιβλιδάρια ἔχοντας, ἐκ διαφόρων θείων Πατέρων ἀνθολογηθέντα, καὶ ἱκανὴν ποριζόμενα τοῖς κεκτημένοις τὴν ὠφέλειαν ; Ταῖς καθ' ἡμᾶς δὲ μοναῖς πόθεν ἄλλοθεν ἡ τῶν δέλτων εὐπορία ; ἢ οὐχὶ ἐκ τῶν ἐκείνου ἁγίων χειρῶν καὶ πόνων ; ἃς οἱ μετιόντες καὶ τὴν ψυχὴν φωτιζόμεθα, καὶ τὴν γραφίδα θαυμάζομεν ὁποία τε καὶ ἡλίκη. Ἀλλὰ γὰρ παραπαγγελλέτω τὰ παραλειφθέντα.

[9] Summa crudelitas Copronymi in monachos et sacras reliquias refertur a Theophane ad annum imperii ejus 31, Christi 772. Mortuus est Copronymus 14 Septembris anni 775. Successor ejus filius Leo regnavit usque ad annum 780, mortuus 8 Septembris.

(10) Indefinitius Sirlctus : « Neque enim a cognatis superesse credebatur. »

Digitized by Google

ἐργέτας καθιστῶν. Τἆλλα ὅσα ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος ποιῶν τε καὶ λέγων γνωρίζεται, ἐν εἰπὼν εἰς σύστασιν τῶν εἰρημένων, πιστώσω τὸν λόγον. Ὅτιπερ ἀφ' οὗ ἐπεδήμησεν τοῖς ἐν ἄστει, ὅλους οἴκους μετέπλασεν, καὶ μετεστοιχείωσεν εἰς βίον ἐνάρετον. Τί δὴ τοῦτο; Ὅρκον ἐκκόψας τῇ παραινετικῇ αὐτοῦ γλώττῃ, καλλωπισμοὺς συστείλας τῇ εὐκόσμῳ διδασκαλίᾳ· φιλοπτωχίαν ἐμποιήσας τῇ ἠθικῇ ὑφηγήσει, ἐξ ἧς κένωσις χρημάτων καὶ διανομαὶ ἐφ' οὓς ἠσκεῖτο τόπους δημόσιοι. Πρός τε ἀνάγνωσιν ῥυθμίσας, καὶ πρὸς ὁτιοῦν τῶν καλῶν εὖ ἐπανάγων, καὶ ταῦτα ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, τληπαθῶν, ἀγρυπνῶν, πεζοπορῶν, ταῖς παρὰ τῶν φίλων καὶ συγγενῶν δεξιώσεσιν, ἀνταλλάσσων τὰς παρ' ἑαυτοῦ κακοπαθείας, ἔργῳ τὸ τοῦ Ἀποστόλου φθεγγόμενος· *Ὑποπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ, μή πως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι.*

ιθ'. Ἦρεν τοιγαροῦν σύσσημον τῇ βασιλιζούσῃ, τὸν λόγον ὑπὸ τοῦ βίου μαρτυρούμενον ἔχων, κἄξ αὐτοῦ τοῦ εὐτελοῦς καὶ ἀπερίττου σχήματος, παράκλησις εἰς ἀρετὴν τοῖς ὁρῶσι γινόμενος· εἰ δὲ ὅτι πολιτικὸς ἦν ἔν τισι γλυκαίνων τὴν φράσιν πρὸς τὸ τῶν ἀκουόντων ἰδιότροπον, ὁράτω τις τὸν καρπὸν, καὶ μὴ μεμφέσθω τὸν τρόπον. Τίς δὲ οὗτος; Ὁ τῶν ἁμαρτανόντων μετάμελος, καὶ ὁ τῶν ἀποτασσομένων τοῦ βίου ὅμιλος· πρῶτος γὰρ καὶ μόνος σχεδὸν εἰπεῖν πτερωτὴς τῶν τοῦ γένους καὶ τῶν ἔξω γένους, ὁ τῆς ὁσιότητος ἐραστὴς ἡμῶν δέδεικται. Διὰ ταῦτα καὶ προστατεῖν μοναστηρίου ἀστικοῦ ἀναγκάζεται μὲν, οὐ καταπείθεται δέ· καὶ ἄρχειν τῆς Νικομηδέων Ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ τηνικαῦτα προέδρου προτρέπεται μὲν, οὐ συνέρχεται δὲ, φεύγων τὸν κλῆρον ὁ τούτου ἄξιος, καὶ τὸ τῆς ἱεραρχίας ὕψος δεδιὼς ὁ τὴν ἀρετὴν μετέωρος. Διὸ καὶ πρὸς τὴν φίλην αὐτῷ ἡσυχίαν ἐπάνεισιν, κἀκεῖ καθιστᾷ μνήμης ἄξια, πτωχῶν προϊστάμενος, ἀδικουμένων ὑπερασπιζόμενος, θλιβομένους παραμυθούμενος, καὶ θλίψιν οἷαν βούλῃ πιεζομένους θεραπεύων, τοῦτο μὲν διὰ γλώσσης καὶ μέλανος, ἐπεὶ μὴ εἶχεν ἄλλῳ τινὶ φαρμάκῳ ἐπαμύναι τῷ προσιόντι, καὶ ἴσχυέν γε τὸ γράμμα ὡς δῶρον αἰδοῖ τοῦ ἀνδρὸς, κάμπτων πρὸς οἶκτον τὸν ἐλεεῖν δυνάμενον.

κ'. Τοῦτο δὲ καὶ ἐξ ὧν εὐπορεῖτο ἡ χεὶρ ἐπιδιδόναι, πληρούντων αὐτὴν τῶν καλῶς τὰ ἐνόντα κενούντων ἐπὶ μεθέξει τῶν ἀκενώτων καὶ αἰωνίων. Εἰ δὴ μηδ-

A dicam, quod fidem præstet reliquis: videlicet quod ex quo cum civibus versari cœpit, totas reformavit familias, et ad virtutis cultum convertit. Qua ratione? inquies. Jurandi consuetudinem exscindendo communi notoria sua lingua: reprimendo corporis ornatum superfluum, sua ornatissima doctrina, dissertatione morali inculcando amorem pauperum, unde largitiones pecuniariæ et eleemosynarum distributiones publicæ, per loca in quibus exercebatur; ad lectionem denique piam et ad quidquid est bonorum operum inducendo, idque in pressura et fatigatione, diu noctuque laborans, vigilans, discurrens, ut accepta ab amicis cognatisque hospitalitatis solatia æquaret tolerantia ærumnorum, ipso opere cum Apostolo protestans: *Castigo corpus meum et in servitutem redigo; ne posteaquam aliis prædicavero, ipse reprobus efficiar* [6].

B

19. Sustulerat ergo publicum regnatrici civitati signum, habens sermonem, cui vita congrua præberet testimonium: adeo ut, ex ipsa vili abjectoque habitu videntibus esset ad virtutem hortator. Quod si, quia urbanus erat, suavitate quadam condiebat dictionem, ut se aptaret audientium genio; consideretur fructus, et non vituperabitur modus. Quis autem iste? Peccantium resipiscentia et sæculo renuntiantium multitudo. Primus namque et solus, ut si dicam, fuit, qui generi nostro, eisque qui extra illud erant alas addidit ad virtutem, nosque ad amorem perfectionis induxit (11). Propterea

C instanter rogatus urbani cujusdam monasterii præfecturam suscipere, omnino renuit, et ab eo qui tunc erat patriarcha (12) ad Nicomediensium Ecclesiam regendam invitatus obsequi noluit, clericatum fugiens, quo erat dignissimus; et hierarchicum formidans fastigium, qui solam suscipiebat virtutem. Revertit autem ad dilectam sibi solitudinem, et ibi res fecit memoria dignas, pauperes defendens, injuste oppressos propugnans, tribulatos consolans, et quamcunque afflictionem patientibus subveniens; idque vel sermone vel epistola propter viri reverentiam, instar muneris efficax ad flectendum eum qui poterat misereri.

20. Ex iis quæ ad manum erant, replentibus eam illis qui substantiam suam credebant bene exhauD riri, propter desiderium inexhaustorum æterno-

[6] 1 Cor. IX, 27.

NOTÆ.

(11) Michael in Vita S. Theodori ista explicat: « Plato sanctissimus Theodori nostri avunculus, iis quibuscum ageret gratissimus, multos ad cœlestis philosophiæ studium pellexit: imprimis autem egregium hunc Theodorum, suum ex sorore nepotem, qui et ipse jam dudum per se ut dicitur, cœperat philosophari. Quin ipsos quoque Theodori parentes et fratres, Josephum et Euthymium, cum parva sorore, et suos ipsius fratres adjecit Plato, qui numero item tres erant. Hos omnes tanquam ex composito communi vitæ cælibem anteponentes, deducit ille secum et disciplina imbuit præstantiore. At illi confestim et opes et divitias et cæteras facultates pauperum sinibus ingerunt, servos innumerabiles in libertatem vindicant, Deumque secuti ac ducentem Patrem, Byzantium relinquunt. » Hæc ibi: quæ sub Leone Chazares cœpta, sub Irene peracta sunt, quando pariter omnes ad Sacudionis monasterium secessere, ut mox sequenti capite dicetur.

(12) S. Tarasium CP. patriarcham intelligo: qui cum piissima Irene orthodoxiam restituit, dabatque operam ut Ecclesiæ quæ sub Iconomachorum tyrannide, vel episcopis orbatæ mœrebant, vel hæreticis traditæ, lupos pro pastoribus alere cogebantur, his ejectis, legitimos et orthodoxos sortirentur.

Digitized by Google

rumque bonorum satagebat largiri, ut poterat, aut saltem consolando dolorem eximens, exasperatum mœrore animum leniebat prolixiori confabulatione. Quid mirum ? Poterat cum venerando Job dicere : *Salvum faciebam egenum de manu violenti, et orphanum cui non erat adjutor : benedictio perituri super me veniebat, et cor viduæ consolatus sum : causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam* [7]. Quapropter agnoscebatur ut pater, laudabatur ut protector, benedicebatur ut curator, visebant, occurebant, suscipiebant eum tam qui solitariam quam qui communem profitebantur vitam (13); et ultra quæ incolebat loca differebatur ejus fama, cum in omnium ore esset Plato, velut' res maxima atque dignissima : quem profecto nec futura silebunt tempora, cum virtus res sit immortalis.

ἑτέρῳ, παρακλήσει ἐξαίρων τὸ ἄλγος, καὶ μακροτέρᾳ διερωτήσει ἀπαλύνων τὴν τραχυνομένην καρδίαν τοῦ κάμνοντος. Τί θαυμαστὸν πρὸς ταῦτα, καὶ αὐτὸν μετὰ τοῦ ἀοιδίμου Ἰὼβ ἐκεῖνα λέγειν· *Διέσωσα πτωχὸν ἐκ χειρὸς δυνάστου, καὶ ὀρφανῷ οὗ οὐκ ἦν βοηθὸς ἐβοήθησα, στόμα δὲ χήρας με ηὐλόγησεν, δίκην δὲ ἣν οὐκ ᾔδειν ἐξιχνίασα·* ὧν ἕνεκεν καὶ ὡς πατὴρ ἐγνωρίζετο, καὶ ὡς προστάτης ἐμεγαλύνετο, καὶ ὡς κηδεμὼν ἐμακαρίζετο, ὁρώμενος, ἀπαντώμενος, ξενιζόμενος, παρὰ μοναστὰς, παρὰ μιγάσιν, εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὧν ἡσκεῖτο τόπων τῆς περὶ αὐτοῦ φήμης διαδραμούσης, καὶ πάντων τὸν Πλάτωνα ἐν ταῖς ἑαυτῶν γλώσσαις, ὡς μέγα τι καὶ ἀξιάγαστον χρῆμα, ἐπιφερόντων· ὃν καὶ ὁ μέλλων χρόνος εὖ οἶδ' ὅτι οὐ σιγήσειεν, εἴπερ ἀρετὴ πρᾶγμα ἀθάνατον.

CAP. IV.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Præficitur Sacudionis monasterio Plato, et pro veneratione sanctarum imaginum agit in concilio.

21. Nunc commemoranda nobis venit Christianissima Irene, pacifica, juxta sui nominis etymon, imperatrix ; in qua hoc præter alia laudandum venit, quod sub ea sit aperta janua volentibus vitam monasticam amplecti, ante hac regnantibus impiis haud minus clausa sub ethnicis erat ad Christianismum. Tunc universa nostra familia renuntiavit sæculo : tunc celeberrimus Pater noster post quietem solitudinis suscepit prælaturam : suscepit, inquam, nec volens nec cupiens (quomodo enim, qui maximas fugerat, dignitatum minimarum desiderio teneretur?), sed partim consanguineorum precibus emollitus (dicam enim quod res est, etsi paulo id inconcinnius videatur), partim confidens, quod vel in ipsa præfectura posset pristinam quietem conservare : sed hoc nequaquam ut sperabat obtinuit ; multæ enim tentationes ei ex hoc capite provenerunt : a quibus vero et per quos eæ fuerint suscitatæ, personarum respectu dicere prætermitto : hoc tantum significo, quod vitam molestiis plenam, a suoque instituto et proposito alienissimam duxerit.

κα'. Ἀλλ' ἦκεν ἡμῖν ἡ χριστοφόρος Εἰρήνη, ἡ φερωνύμως βασιλεύσασα, ἐν ᾗ μετὰ τῶν ἄλλων καλῶν καὶ ἡ τοῦ μονάζειν παντὶ τῷ βουλομένῳ ἠνέῳκτο θύρα, πάλαι ὑπὸ ἀσεβοῦς βασιλείας κεκλεισμένη, καθάπερ ὑπὸ Ἑλληνιζούσης τὸ Χριστιανίζειν. Ἐντεῦθεν ἡ περὶ ἡμᾶς μὲν πανέστιος ἀποταγὴ, τοῦ δὲ πανευφήμου Πατρὸς ἡ μετὰ τὴν ἡσυχίαν ἡγεμονία, οὐ βουλομένου μὲν, οὐδὲ ὀρεγομένου ἄρχειν (πῶς γὰρ ἂν ὁ τὰς μεγίστας φυγὼν ἀρχὰς ἐφίσει τῶν ὑφειμένων ἠλίσκετο) ἀλλὰ τὸ μὲν κατακλασθεὶς ὑπὸ τοῦ αἵματος (εἰρήσεται γὰρ τ' ἀληθὲς, εἰ καὶ τραχύτερος ὁ λόγος), τὸ δὲ καὶ ἐλπίσας τὴν αὐτὴν ἴσχειν ἡσυχίαν, κἂν τῇ ἡγεμονείᾳ, ὅπερ οὐχ οἷόν τε. Οὐδὲ γὰρ ζητήσας εὗρε τὸ ἐλπιζόμενον· κἀντεῦθεν αὐτῷ οἱ πολλοὶ πνεύσαντες πειρασμοί· τὸ δὲ ὑφ' ὧν καὶ δι' οὓς, ἀφίημι λέγειν, αἰδοῖ τῶν προσώπων, πλὴν ἕλκει βίον ὀδυνηρόν τε καὶ ἀνώμαλον, καὶ τῆς οἰκείας ἕξεως ἀναρμόδιον.

22. Quid autem fecit generosi animi rectique consilii vir ? Postquam ad prælaturam raptum se vidit, neque eam effugere (quamvis de hoc sæpius deliberaret) citra periculum posse ; quemadmodum gubernator prudens, in medio circumstrepentis procellæ constitutus, omnem animi torporem a se excussit ; et mentis oculos sursum attollens, investigare cœpit virorum sanctorum vitas, non ad recentia exempla respiciens (hæc enim plerumque distorta confusaque sunt), sed ad archetypam apostolicæ vitæ imaginem, quod facere oportet omnes eos qui perfectæ virtutis simulacrum exprimere in se cupiunt, et vitam volunt ad similitudinem Patrum atque ad salutem instituere.

κβ'. Ἀλλὰ τί ποιεῖ ὁ γενναῖος ἐκεῖνος ὄντως καὶ εὐθύβουλος ; Ἐπειδὴ ἑώρα ἑαυτὸν ἑαλωκότα τῇ προστασίᾳ, καὶ φυγεῖν ταύτην οὐκ ἀκίνδυνον, καίπερ πολλάκις βουλευσάμενος, οἷά τις οἰακοστρόφος, ἐν μέσῳ κλύδωνος περιζέοντος, τὸ τῆς ψυχῆς ὀκνῶδες ἀποσεισάμενος, καὶ τὸ τῆς διανοίας ὄμμα ὑψιφρόνως ἀνατείνας, ἴχνηλατεῖ λοιπὸν τοὺς τῶν μακαρίων ἀνδρῶν βίους· οὐ πρὸς τὰ προσεχῆ παραδείγματα βλέπων, ἐπεὶ λοξὰ καὶ συγκεχυμένα, πρὸς δὲ τὴν ἀρχέτυπον εἰκόνα τῆς ἀποστολικῆς ζωῆς ἀποσκοπῶν (ὃ δεῖ πάντας τοὺς τῆς ἀρετῆς γραφέας ποιεῖν, εἴ γε μέλλοιεν Πατροείκελον καὶ σωτήριον τὸν ἑαυτῶν βίον ἀπεργάζεσθαι·), πρῶτον τοῦτο ποιεῖ, καὶ λίαν νεανικῶς.

23. Primum autem hoc fecit, et quidem admo-

κγ'. Εἰς τὰς τοῦ μεγάλου καὶ θεοφόρου Βασιλείου

[7] Job. v, 13 ; xxix, 12. 16.

NOTÆ.

(13) Græce μιγάδες. Sirletus *conjugatos* vertit, et μοναστὰς, monachis, eos opponit.

Digitized by Google

νομοθεσίας εἰσελθών, ὡς ἐν παραδείσῳ, καὶ εὑρὼν ἐναντιουμένην τῇ μοναδικῇ πολιτείᾳ τὴν ἀνθρωπίνην συνήθειαν, πρὸς τῷ τοῦ θήλεως ζώῳ δούλαις τὰ κοινόβια διοικούμενα, κάντεῦθεν πολλὰς τὰς ἀτοπίας τικτομένας, μείζους δὲ τὰς ψυχικὰς ζημίας ὑφισταμένας, ὅρα τί ἐργάζεται. Ἐπερωτήσεσι πρότερον χρησαμένος παρὰ τῶν εὖ εἰδότων, ὡς ἂν μηδὲ αὐτὸ τὸ καλὸν ἀβασάνιστον εἴη (τῆς γὰρ αὐταρεσκείας πόῤῥω νεύων, οὐκ ἦν τι, ὃ μὴ συμβουλίαις διεπράττετο), καινοτομεῖ τὰς ἐκνόμους παραδόσεις ὡς φιλοκάκους αἱρέσεις, καὶ καθιστᾷ τὸ ἑαυτοῦ μοναστήριον ἄτερ δούλων, ἔξω τοῦ θήλεως ζώου δίχα ἐμπορικῆς ἄλλης προσόδου, ἄτινα καπηλικὰ κέρδη ὁ αὐτὸς θεῖος Βασίλειος ὀνομάζων, φευκταῖα εἴρηκεν. Γίνεται δὲ ἡ κατόρθωσις οὐκ ἀμογητί, ἀλλὰ γὰρ καὶ λίαν περιστατικῶς ἐκ τῶν συνασκουμένων ἀηθῶν ὄντων, καὶ ἐκ τῶν ἔξωθεν ἀντιπραττόντων τῷ ἀγαθῷ σκοπῷ, οὐκ ὀλίγων ὑπαρχόντων. Καὶ οὐ θαυμαστόν· ἐπεὶ μηδὲ συνήθειαν περικόψαι τῶν ῥᾳστων καὶ εὐπετῶν, μηδέ τι ἀνεπίφθονον τῶν ἐπαινετῶς ἑλουμένων. Ἆρ' οὖν οὐχ ὑπερανεστώσης διανοίας ἀπορραγῆναι ἐπιβλαβοῦς παραδόσεως, καὶ τοιοῦτον προθεῖναι ἑαυτὸν ὑπόδειγμα καλὸν τοῖς βουλομένοις μὴ μόνον ὀνόματι, ἀλλὰ καὶ πράγματι μονάζειν, καὶ οἰκεῖον τῷ βίῳ καὶ τὸ ἔργον ἔχειν. Πῶς γὰρ ἂν μοναστὴς ἀληθινὸς, ὁ δεσποτείας φόβον δούλοις ἐπανατεινόμενος; ἢ πῶς ἀγοήτευτος τὴν ὅρασιν ὁ ἐκ θεωρίας τοῦ συνόντος αὐτῷ ὑπουργικοῦ θήλεως ἀσκητὴς καθυπηρετούμενος; ὅπουγε καὶ τούτου ἐκτὸς ὑπάρχων, τῷ ἐμφυλίῳ πολέμῳ συνδέδηκεν ἁλίσκεσθαι. Ἥψατο τοιγαροῦν ὁ ζῆλος τῶν ἐγγύθεν, καὶ μετέλαβον τοῦ ἀγαθοῦ οἱ φιλόθεοι πόῤῥωθεν, κἀκεῖνος τὸ κλέος διατωνίζον ἀπηνέγκατο. Εἰ δὲ καὶ ἄλλον ἔσχεν συναγωνιστήν τε καὶ συλλήπτορα, φημὶ δὴ τὸν ταῦτα λέγοντα καὶ γράφοντα, τῷ Πατρὶ τὴν χάριν ἀνεκτέον· παιδὶ γὰρ προσήκει τὸ πάντα πατρώζειν, καὶ ὅλον ἑαυτὸν ἐμπαρέχειν τῷ γεννήτορι.

κδ'. Ἔπειτα περιστέλλει ἑαυτὸν ἐκ τῶν ἐν ἄστει πρόοδων, ἐκ συνουσίας ἀγχιστευόντων, ἐκ συνδιατριβῆς ἀρχόντων, εἴσω τῆς πνευματικῆς αὐλῆς ἐρηρισμένον ἔχων τὸν πόδα· ἐπιστατεῖ τοῖς λογικοῖς θρέμμασι, διατρέφων διδασκαλίας πόᾳ, καὶ ναματίζων κατηχήσεως ῥείθρῳ· ἐξ οὗ τί γίνεται; Εὐθαλεῖ ἡ Λία, αὔξει τὸ ποίμνιον, γίνεται περιβόητον, δοξάζεται ὁ ἅγιος Θεὸς, παρ' οὗ πᾶν ἀνθρώποις τὸ κατορθούμενον. Ἀλλ' οἷόν με ἐν μέσῳ τῶν εἰρημένων λαθὼν μικροῦ δεῖν παρέδραμεν! Ἤδη κρατησάσης τῆς εὐσεβοῦς Εἰρήνης, καὶ πολλῶν λόγων βαλλόντων καὶ

dum strenue. In magni atque divini Basilii Regulas, velut in paradisum ingressus, et inveniens monasticæ conversationi contrariam esse consuetudinem humanam, qua inductum erat, ut propter feminei generis animalia ancillæ in monasteriis habitarent (14), unde multa proveniebant incommoda, et plures quoad spiritum molestiæ, vide quid egerit. Auditis peritiorum sententiis, ut ne ipsum quidem bonum temerarie ageret (procul enim remotus ab arrogantia, citra consultationem faciebat nihil), abscidit illegitimas traditiones velut pestiferas hæreses, suumque monasterium habendum constituit absque mancipiis, absque feminei sexus animalibus, absque omni alio mercatorio proventu quæ cauponaria lucra idem divinus Basilius appellans, fugienda esse dixit. Inducta est autem hæc reformatio haud sane facile, sed perquam ægre tum propter cohabitantes inexpertos, tum propter externos bonæ isti intentioni repugnantes : qui non erant pauci. Neque id sane mirum; quia non est facile aut expeditum consuetudinem exscindere, neque invidia carent præclari conatus. Nunquid enim præcelsæ mentis est recedere a noxia traditione, seque ipsum ponere in exemplum bonum, volenti solitarie vivere, non solum nomine, sed etiam re, et professioni congruum opus habere? Quomodo autem vere solitarius erit, qui dominationis mancipiis incutit? Quomodo castos habebit oculos ascetes ille, qui mulieris sibi cohabitantis utitur ministerio? cum etiam contingat aliquos, extra hoc discrimen positos, capi. Accensa est ergo vicinorum æmulatio, et ad longius positos Dei amatores participatio boni inventi pervenit; ipse vero æternam sibi comparavit gloriam. Quod si alium habuit consilii atque laboris socium, ipsum qui hæc dicit et scribit, omnis ad Patrem referenda est gratia : decet enim filium in omnibus assimilari patri, seque totum formandum tradere genitori.

24. Postea sequestravit se ab urbanis circuitionibus, a conversatione habitantium civitates, a familiaritate virorum principum, intra spiritualem aulam fixum retinens pedem; ubi rationali intendebat gregi, pascens eum doctrinæ gramine, et potans flumine instructionis. Unde factum est, ut fecundo germine prolificaret Lia, grex augeretur et celebris fieret, Deus autem, ut sanctus, laudaretur, a quo hominibus omne bonum provenit. Sed quale illud est quod in medio dicendorum latens parum abfuit quin præterirem. Cum jam regnaret

NOTÆ.

(14) Græce est πρὸς τῷ τοῦ θήλεος ζώῳ δούλοις τὰ κοινόβια διοικούμενα, et infra καθιστᾷ τὸ ἑαυτοῦ μοναστήριον ἔξω τοῦ θήλεος ζώου, quæ Sirletus, longissime aberrans a mente auctoris, sic Latine reddidit. *Cum feminarum cœnobia gubernarentur a servis maribus*, et infra, *suumque monasterium constituit remotis servis ac mulieribus*. Existimo levi correctione fieri posse, ut et feminas removisse a suo monasterio sanctus intelligatur, et animalia quorum causa illæ adhibebantur; et hanc esse mentem genuinam auctoris, qui de mulierum cœnobiis nec cogitavit quidem cum hæc scriberet, patebit examinanti. Ergo τὸ τοῦ θήλεος ζῶον intelligo femini sexus animalia, vaccas, oves, capellas et quæ etiam in monasteriis aluntur ad feturam, itemque ad lactis et casei proventum : atque pro δούλοις, lego δούλαις· quod autem διοικεῖν non solum gubernare, sed etiam habitare significet, palam est. Dissimulo cætera hic consequenter minus apte reddita.

Digitized by Google

pientissima Irene, et circa quæstionem de venerandis imaginibus in utramque partem multa jactarentur, ante multos et cum paucis libere veritatem profitetur; pugnat quantum potest contra Iconomachos. Quamvis enim non esset dogmaticus, sed simplici uteretur sermone; eum tamen habebat copiosum (juxta nominis sui, a latitudine sumpti, proprietatem) et persuasioni perquam idoneum. Cujus rei argumentum est, quod in ea quæ ad sanctos apostolos coacta est synodo (15), ab eo qui tunc erat patriarcha electus ipse sit, qui poneretur in cathedra metropolis omnium illustrissimæ, et sicut antea non timuerat minas faventium hæresi, sic neque tunc formidavit prohibitionem incursumque ordinis militaris, quando is impetum fecit in magnum illud templum, insanis clamoribus patriarchæ obstrepens, et pseudosynodum laudans olim adversus imagines habitam. Paulo post, cum dissolutus esset cœtus ille, pro veritate stabilienda collectus, evasit imperatrix, velut e medio leonum, facta, ut sic loquar, circa sanguinem martyr; et hegumenus noster patriarcham secutus, propter ea quæ fuerant audacter designata non fuit perterritus: moxque inventus est in secunda Nicæna synodo, quia dissipata tunc fuit plebs illa tumultuosa et pervicax.

A βαλλομένων περὶ τῆς τῶν σεπτῶν εἰκόνων ὑποθέσεως, παῤῥησιάζεται πρὸ τῶν πολλῶν καὶ σὺν ὀλίγοις τὴν ἀλήθειαν, μάχεται τοῖς εἰκονομαχοῦσιν καθόσον οἷόν τε, ἐπεὶ μηδὲ δογματικὸς ἦν, ἀλλ' ἁπλοῦν μὲν τὸν λόγον, εὐρύχωρον δ' ὅμως φερωνύμως καὶ πειθήνον [f. πειθανὸν] ἔχων. Ἀπόδειξις τῶν εἰρημένων, τὸ ἐν καθέδρᾳ μητροπόλεως τῶν ἐπιφανῶν, ἐν τῇ κατὰ τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους συνόδῳ, παρὰ τοῦ τηνικάδε προεδρεύοντος κατ' ἐκλογὴν τεθῆναι τὸν ἄνδρα, οὔτε πρότερον πτοηθέντα τὰς ἀπειλὰς τῶν αἱρετιζόντων, οὔτε τηνικαῦτα ὑποπτήξαντα τὴν ἀποτροπὴν καὶ ἐπιδρομὴν τοῦ στρατιωτικοῦ τάγματος, ἡνίκα ὥρμησεν πρὸς τὸν μέγαν νεὼν, καταβοῶν τοῦ προέδρου, καὶ ἀνευφημῶν τὸν κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων ψευδοσύλλογον. Καὶ μικρὸν ὕστερον, ὁπότε διελύετο τὸ B τῆς ἀληθείας ἄθροισμα, καὶ ὡς ἐκ μέσου λεόντων ἡ βασίλισσα ὑπεξῆει, ἄνευ αἵματος, ὡς εἰπεῖν, δειχθεῖσα μάρτυς, καὶ ὁ ἡμέτερος καθηγητὴς τῷ ἀρχιερεῖ συνεπόμενος, οὐδὲν ἐπὶ τοῖς τετολμημένοις ἐδεδοίκει· μικρὸν γάρ ἐστι τὸ ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ ἐκ δευτέρου εὑρεθῆναι, διὰ τὸ ἐκ μέσου τότε γεγονέναι τὸν ἀτίθασον λαὸν καὶ ἀτεράμονα.

25. Postquam hæc sic gesta et orthodoxiæ trophæum erectum fuit; ad suum monasterium revertit beatus, exercendæ prælaturæ vacans: ubi prolapsus in morbum, qui mortis indicia præ se ferebat (16), ac velut insperato gavisus lucro, regiminis onus in nos transfert, nec dignos quidem qui ab ipso regeremur. Invenit ergo concupitam humilitatem, accepit inducias molestiarum, liberatus est a circumdantibus se vexationibus, apparuitque idem qui antea nec pecuniæ, nec possessionum, nec negotiorum appetens, cum jam non haberet invidia amplius occasionem obnubilandi radios virtutis ejus. Nam et viri justi tentantur, ut ex ipsa malorum tentatione auro similiores evadant quoad animam, recteque incedentes non labascant, et discant quidquid a se bene geritur esse ex Deo.

κε'. Ἐπειδὴ δὲ ταῦτα οὕτω καὶ τὸ τῆς ὀρθοδοξίας τρόπαιον ἐκρατύνθη, ἐπανῆκεν ὁ Πατὴρ εἰς τὸ οἰκεῖον φροντιστήριον, ἐχόμενος τῆς προστασίας· καὶ βληθεὶς νόσῳ, ἀπόγνωσιν ζωῆς ὑποδηλούσῃ τῷ ἑρμαίῳ τῆς ἐπιθυμίας, μετατίθεται τὴν ἀρχὴν ἐφ' C ἡμᾶς, τοὺς μηδὲ τοῦ ἄρχεσθαι ἀξίους. Εὑρίσκει οὖν τὴν ποθουμένην ταπείνωσιν, λαμβάνει ἀνακωχὴν τῶν λυπηρῶν, λύεται τῶν συνεχόντων ἐπηρειῶν, ὀφθεὶς οἷος ἦν τὸ πρότερον, ἀφιλάργυρος, ἀφιλοκτήμων, ἀφιλοπράγμων, τῆς δυσμενείας οὐκ ἐχούσης χώραν ἔτι συννεφεῖν τῆς ἐκείνου ἀρετῆς τὴν ἀκτῖνα· πειράζονται γὰρ καὶ δίκαιοι, ὡς ἂν τῇ πυρώσει τῶν λυπηρῶν χρυσοειδέστεροι τὰς ψυχὰς γένοιντ' ἂν καὶ μὴ ὑπολισθαίνουσιν εὐθυποροῦντες, ὡς ἂν μάθοιεν παρὰ Θεοῦ αὐτοῖς εἶναι πᾶν τὸ κατορθούμενον

NOTÆ.

(15) « Anno 6 imperii Constantini et Irenes, die 17 Augusti, indictione 9, anno Christi 785, cœpta illa synodus. Sed scholariorum et excubitorum D copiæ, nudatis gladiis, impetum in eos fecere; mortemque tam ipsi patriarchæ, quam orthodoxis episcopis, et monasteriorum præpositis inferre minati sunt. » Ita Theophanes. Patriarcha erat S. Tarasius, in cujus Vita 25 Februarii, num. 17, eadem latius dicuntur. Hallucinatus est autem insigniter Sirletus, quando pro Constantinopoli quæ ἡ μητρόπολις τῶν ἐπιφανῶν dicitur, id est illustrium urbium metropolis, finxit urbem metropolitanam Epiphanorum, in qua synodus convocata fuerit. Neque in hoc tantum hallucinatus est nimis festinus interpres: sed semel sibi imaginatus pseudosynodum aliquam, in qua non ad dicendum e cathedra honorifice invitatus, sed ad disputandum fuerit insolenter provocatus Plato; consequenter de Platone dicit, adversus præsidem clamavisse, et vituperasse impiam synodum: cum ἀνευφημεῖν significet contrarium, idque dicatur de militibus laudantibus pseudosynodum, habitam sub Copronymo. Huic autem principio consona sunt quæ sequuntur cætera. Cœpta ea synodus 8 Kalend. Octobr., indict. 11, anno 787., desiit 3. De ea Michael in Vita Sancti Theodori: « Convenerunt ex variis Patres trecenti numero et quinquaginta, inter quos adfuit et Plato: » et subscribit ipse, Πλάτων ἡγούμενος Σακουδιῶνος. Plato hegumenus, seu præpositus Sacudionis. De hoc monasterio ista habentur in Vita S. Theodori: « Cum agrum quemdam ex suis Boscycium nomine ad sacram mansionem abdicasset, cui et oratorium inerat Sacudionis cognomento, illuc omnes quos ante retulimus, se una recipientes, Deo promissa reddere et implere properabant. » Describitur dein amœnitas loci in olivetis inter arbores, aquas, et campos siti: nec procul videtur Constantinopoli abfuisse.

(16) In eadem Vita dicitur extrema sibi instare simulasse, et sic, conspirantibus suffragiis, Theodorum electum fuisse.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. Ε'. CAP. V.

Quæ passus sit Plato ob reprehensum Constantini et Theodotes adulterium.

κς'. Ὁ μὲν οὖν τῆς καθηγήσεως τρόπος, ἤδη πεπέρασται· τρέψομαι δὲ τὸν λόγον ἐπὶ τὸ διαβοητότερον. Ἀλλ' οἴμοι! στένειν πάρεστιν, ἐρμωμένῳ μὲν τ' ἀληθῆ φρᾶσαι, ἀναινομένῳ δὲ τὴν διήγησιν φειδοῖ τῶν δεδραμότων. Ὅμως ἐπεὶ μὴ οἷόν τε ἄλλως φανερῶσαι τὰ κρυβῆναι μὴ ὀφείλοντα, καίπερ πανταχοῦ διαθρυλλούμενα, ἐπὶ τὴν δήλωσιν ἐλεύσομαι· οὐ θριαμβεύειν τοὺς δράσαντας βουλόμενος, ὅσον στηλογραφῆσαι τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀειμάκαρος. *Οὐαί σοι, πόλις*, φησὶν, *ἧς ὁ βασιλεύς σου νεώτερός ἐστιν*, τῆς Γραφῆς πάλαι μὲν ἀκήκοα, νῦν δὲ ἐν πείρᾳ γεγένημαι. Κωνσταντῖνος, ὁ τῆς Εἰρήνης ῥάδαμνος, οὗ ἡ πίστις μὲν ὀρθὴ ἐκ μητρικῆς εὐσεβείας ἐσφραγισμένη, ὁ βίος δὲ σκαμβὸς ἐξ αὐτοκρατορικῆς ἀκολασίας οἰστρηλατημένος· ἅρτι γὰρ κρατήσας ἐν νεαζούσῃ ἡλικίᾳ, ὁμοῦ μὲν τῆς μητρῴας αἰδοῦς καὶ φυλακῆς ἀφηνιάσας, ὁμοῦ δὲ τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων ὑπερφρονήσας, ἐκβαλὼν τὴν νομίμως αὐτῷ συναφθεῖσαν γυναῖκα, μοιχεύει κατὰ τὸν Ἡρῴδην. Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ἡ ἱστορία; Ὅτι τοῦ Προδρόμου ὁμόζηλος καὶ ὁ ἡμέτερος καθηγητὴς πεφανέρωται πως, πάντων σχεδὸν συνελθόντων τῇ παρανομίᾳ, μόνος, ὡς εἰπεῖν, οὗτος σὺν τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν εἶτ' οὖν φοιτηταῖς ἀκλόνητος διαμένων, ὑπὲρ οὗ ὅσα καὶ ἡλίκα δι' ὅλου ἔτους τὰ ἀγωνίσματα, ἀκοαὶ ἐπ' ἀκοαῖς, ἀπειλαὶ ἐπ' ἀπειλαῖς, μαστίγων, ἐξοριῶν, ἀκρωτηριασμῶν.

26. Quomodo prælaturam gesserit sanctus Plato jam dicendo absolvimus: quare ad id quod celebrius fuit orationem convertamus. Sed hic prope adest ut ingemiscam, veritatem quidem dicere aggrediens, invitus tamen rem ut acta est narrans, dum iis parcitum cupio qui ipsam egerunt. Quando tamen possibile non est aliter manifestare ea quæ minime occultari debent, quoniam ubique vulgata jam sunt, exordior ipsa hic describere; non ut iis qui impliciti fuere insultem, sed ut beati virtutem deprædicem. *Væ tibi, terra*, inquit ille, *cujus rex puer est* [a]! quod autem olim ex Scripturis audivi, nunc ipsa didici experientia. Constantinus, Irenes surculus, cujus recta quidem ex materna pietate fides fuit, vita autem depravata, tanquam œstro stimulabatur imperatoria insolentia, cum in ætate admodum juvenili regnare cœpisset, simul et maternæ reverentiæ custodiæque frenum excutiens, et Dei legem contemnens, ductam legitimis nuptiis conjugem repudiavit, et Herodis instar mœchatus est (17). Hoc autem quo spectat? Quia zelum Prodromi palam est imitatus Pater noster; cumque fere omnes iniquitati consentirent, solus ipse, ut sic dicam, cum pueris suis, seu mavis filiis, inconcussus perstitit: quamobrem quæ et quanta non fuerunt per totum unum annum subeunda certamina! rumores supra rumores, minæ supra minas, verberum, exiliorum, mutilationum.

κζ'. Ὡς δὲ οὐδὲν ἐντεῦθεν ἠνύετο τῶν σπουδαζομένων τῷ Καίσαρι, ἐφ' ἕτερον μέτεισι τρόπον· καὶ ἦν τὸ μὲν δρᾶμα κατὰ τὸ ᾀδόμενον ἑτέρων, ἡ δὲ χεὶρ Ἀβεσσαλὼμ ἡ τοῦτο πρακτεύουσα. Ἴστε τοὺς παραπεμφθέντας μονάζοντας, καὶ τὰ σταλέντα γράμματα. Καὶ τέλος ἐπειδὴ καὶ ταῦτα ἔωλα καὶ ἀβέβαια, τοῦ Πατρὸς τὰ δέοντα ἀντεπιφέροντος καὶ ἀντεπιστέλλοντος, ἡ ἀνακάλυψις τῆς βασιλικῆς μορφῆς, οὐκέτι χώραν ἔχοντος τοῦ προσωπείου, φαίνεσθαι. Ἀβάλε τὰ τότε γεγενημένα παρὰ τῶν σταλέντων δύο στρατηγῶν, ὡς ἐπὶ πολεμίων τινῶν πρὸς τὸν ὅπλον μοναστὴν τοῦ Χριστοῦ, καὶ μόνῳ τῷ θείῳ νόμῳ φραττόμενον. Ἤρθη ποιμὴν ἐκ μέσου, καὶ διεσκορπίσθη τὰ πρόβατα ἀπὸ τῆς ποίμνης· οἱ μὲν ἐτύφθησαν, ἄλλοι ὑπερωρίσθησαν, ἕτεροι ἐδιώχθησαν, καὶ τόγε ἐλεεινότερον, θέσπισμα βασιλικὸν ἀπροσδέκτους εἶναι πανταχοῦ τοὺς διὰ Κύριον δεδιωγμένους· καὶ ὑπήκουσάν γε οἱ τῶν σεμνίων προϊστάμενοι, καὶ σπάνιος ὁ ἀποτολμῶν εἰσδέξασθαι· καὶ Χριστὸς ἐκάθευδεν, δι' οὓς οἶδεν τρόπους, δοκιμάζων τὰ γιγνόμενα, τῶν μὲν βασανίζων τὸν πρὸς αὐτὸν πόθον εἰ ἐπιμένοιεν, τῶν δὲ τὸ ἀπάνθρωπον οἰκτιζόμενος ἐνεγκεῖν εἰς μετάμελον.

27. Cum autem sic nullatenus intentum suum assequeretur imperator, ad aliud se convertit: et erat quidem aliorum opus; sed secundum illam decantatissimam in Scripturis tragœdiam, manus Absalom faciebat omnia. Scitis submissos fuisse monachos, scitis litteras scriptas. Cumque hæc etiam inania et infirma esse appareret, Platone quod æquum erat manutenente et præferente, revelatus est tandem ipse imperator, qui sub persona diutius occultari non poterat. Vah! ob ea quæ gesta a duobus exercituum ducibus, tanquam adversus hostes quosdam missis, contra inermem Christi monachum, et sola Dei lege defensum. Sublatus est de medio pastor, et dispersæ sunt oves gregis. Et alii quidem verberabantur, relegabantur alii, cæteri persecutionem sustinebant; quodque mirabilius fuit, Cæsareum edictum erat ne uspiam reciperentur, qui talia patiebantur propter Dominum; et edicto illi parebant præsides monasteriorum, adeo ut vix ullus inveniretur, qui auderet præbere receptum. Christus autem dormiebat, ob notas sibi causas; horum quidem in se probans amorem, an esset constans, illorum vero miserans inhumanitatem, ut eos ad pœnitentiam provocaret.

[a] Eccle. x, 16.

NOTÆ.

(17) Copulavit sibi Constantinus illegitimo conjugio Theodoten cubiculariam, mense Augusto, indictione 5, an. 795. Vide Theophanem.

Digitized by Google

28. Quid autem athleta Christi? Avellitur sponte a propriis membris, solusque derelinquitur, animam suam ponens pro ovibus suis, juxta Evangelium, utpote vere pastor bonus. Violenta manu ad Cæsarem ducitur : resistit in faciem, audacter dico, velut alter Joannes Christi prodromus, eo solum excepto, quod hic suo ipsius, ipse alterius ductu venit. O virilem animum! Non est reveritus majestatem imperii, non formidavit minas, non est emollitus blanditiis, idque cum ex suo sanguine esset mulier quæ Herodiadem referebat : sed imperterritus pronuntiavit, et non erubuit verbum veritatis. Dixit Præcursor Domini : *Non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui* [9] : similia illius imitator dixit, ad eum qui similem se Herodi fecerat, capite tamen minutus non est : noluit enim imperator, quemadmodum prædixerat, martyrem facere, ad ultimum certamen voluntate promptum. Confessorem tamen Christi fecit, etiam nolens, veritatis thesaurum, ut maleficum hominem, concludens cellula, clavesque supra claves ponens, et jubens per angustum foramen cibum ei præberi sic ut a nemine conspici posset, quem Christus intuebatur.

29. Qui autem in his cooperabantur Cæsari, erant monachorum præsides, quorum erubesco proferre nomina. Carcer vero, o rem miseram! carcer erat, miserabile monasterium ipsius palatii Echecolla dictum, custos carceris admirandus, ipse qui mœchos coronaverat. Heu me! exclamare lubet cum Propheta, *Periit sanctus de terra, et rectus in hominibus non est* [10]. Quid nunc eum commemorem, qui sanctum custodiendum tradidit illicitarum nuptiarum conciliatori (18); aut eum qui missus ab imperatore præsumpsit innoxium judicare? Quid Episcopos dicam a Cæsare deputatos, ut solo verbo consentire justum facerent, eumque a carcere liberatum dimitterent res suas pro arbitrio administrare? Quid denique subsannantes ei ac detrahentes recenseam, sanguine conjunctos et alienos, habitu similes et dissimiles. O absurditatem! aut potius injuriam factam veritati! Delirio generosum virum arguebant, qui adulterium volebant conjugium videri : spargebant inani gloria duci pro Christo decertantem, ii qui studio agendi loquendique ex voluntate Cæsaris exciderant Domini sui imperio. Sustinuit nihilominus inhumanam temporis illius calamitatem athleta Christi, solam intuens veritatem et retri-

κη'. Τί οὖν ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀθλητής; Ἀποτέμνεται τῶν οἰκείων μελῶν ἐθελοντὴς, καταλιμπάνεται μονώτατος τὴν ψυχὴν θεὶς ὑπὲρ τῶν προβάτων, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, ὁ ὡς ἀληθῶς ποιμὴν ἀγαθὸς, ἄγεται ἐπὶ τὸν Καίσαρα ὑπὸ βριαροῦ χειρὸς, εἰστήκει κατὰ πρόσωπον, εἰ καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν, οἷον Ἰωάννης ὁ Πρόδρομος τοῦ Κυρίου, πλὴν ὅσον ὁ μὲν αὐτοκίνητος, ὁ δὲ ἑτεροκίνητος. Ὦ τῆς ἀνδρικῆς καρδίας! οὐχ ὑπέπτηξεν τῷ κράτει, οὐκ ἐνέδωκεν ταῖς ἀπειλαῖς; οὐκ ἐχαυνώθη ταῖς πειθανότησι, καὶ ταῦτα οὔσης ἀφ' αἵματος τῆς τῇ Ἡρωδιάδι ὁμογνώμονος· ἀλλ' ἐφθέξατο ἀτρέμας, ἀλλ' ὡμολόγησεν ἀνεπαισχύντως τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Εἶπεν ὁ τοῦ Κυρίου Πρόδρομος· *Οὐκ ἔξεστίν σοι ἔχειν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ σου.* Εἶπεν καὶ ὁ τούτου μιμητὴς τὰ ἐφάμιλλα πρὸς τὸν Ἡρώδου ὅμοιον· καὶ τέμνεται μὲν τὴν κεφαλὴν οὐδαμῶς, ὅτι μηδὲ ἠβούλετο ὁ Καίσαρ μάρτυρα τελέσαι τὸν τῇ προαιρέσει ἀθλήσαντα, ὡς προλαβὼν ἀπεφθέγξατο, ὁμολογητὴν δὲ Χριστοῦ καὶ μὴ βουλόμενος ἀπέδειξεν, καθείρξας ἐν οἰκίσκῳ τινὶ ὡς κακοῦργον τὸν θησαυρὸν τῆς ἀληθείας, κλεῖς ἐπὶ κλεισὶ θέμενος, καὶ δι' ὀπῆς τὴν τροφὴν πορίζεσθαι κεκελευκὼς, πρὸς τὸ ὑπ' οὐδενὸς ὁρᾶσθαι τῶν ἄλλων ἁπάντων τὸν ὑπὸ Κυρίου ὁρώμενον.

κθ'. Καὶ οἱ συναιρούμενοι τῷ Καίσαρι τῶν μοναστῶν οἱ προέχοντες, ὧν αἰσχυναίμην εἰπεῖν τὰ ὀνόματα· καὶ ἡ εἱρκτὴ, τὸ σχέτλιον μοναστήριον τῶν βασιλείων Ἐχέκολλα (g), καὶ ὁ θαυμαστὸς φρούραρχος ὁ τοὺς μοιχωμένους καταστεψάμενος. Οἴμοι! μετὰ τοῦ προφήτου βοήσομαι, ὅτι *Ἀπόλωλεν ὁ εὐλαβὴς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐκ ἔστιν.* Τί γὰρ καὶ εἴπω τὸν παραδώσαντα τὸν ἅγιον τῷ μοιχοζεύκτῃ εἰς τὸ φρουρηθῆναι; ἢ τὸν προαναχρίναντα ἐξ ἀποστολῆς τοῦ βασιλέως τὸν ἀνεύθυνον; ἢ τοὺς μετὰ τὴν εἱρκτὴν παραπεμφθέντας πρὸς τοῦ Καίσαρος ἱεράρχας εἰς τὸ λόγῳ μόνον συνθέσθαι τὸν δίκαιον, τῆς τε φυλακῆς τοῦ χάριν ἀφεθῆναι, καὶ πάντων τῶν οἰκείων δεσπόζειν; ἢ τοὺς ἔξωθεν σκώπτοντάς τε καὶ διασύροντας, ὁμαίμονάς τε καὶ οὐχ ὁμαίμονας, ὁμοσχήμους τε καὶ ἑτεροσχήμους; Ὦ τῆς ἀτοπίας, μᾶλλον δὲ τῆς κατὰ τῆς ἀληθείας ἐξυβρίσεως! Ἔκστασιν κατηγόρουν τοῦ γενναίου οἱ μοιχαλλοίωτοι, κενοδοξεῖν ἐπεφήμιζον τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ δόξης ἐναγωνιζόμενον οἱ διὰ τὸ τὰ πρὸς ἀρέσκειαν τοῦ Καίσαρος πράττειν τε καὶ λέγειν τῆς δεσποτείας Κυρίου ἐκπίπτοντες. Ἔφερεν δὲ ὅμως τὴν ἀπάνθρωπον τοῦ καιροῦ φορὰν ὁ Χριστοῦ θεραπευτὴς, πρὸς ἓν μόνον σκοπῶν τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτῆς ἀνταπόδοσιν· καί γε διῆλ-

[9] Marc. VI, 18. [10] Mich. VII, 2.

NOTÆ.

(g) Sirletus videtur ἐνεκόλλα legisse, quod ipsum ego quoque credidi substituendum : nunc vero, si placeat ipsi nostri ecgraphi scriptioni inhærere, ubi expresse per majusculam litteram (quod alias rarum et haud dubie in originali inventum) scribitur vox proparoxytona ; fortassis habebis proprium ipsius Palatini monasterii nomen, *Echecolla*, et concinnior erit periodus per tria membra divisa sine expressione alicujus verbi subintelligendo ubique, erat.

(18) Joseph. presbyter et Ecclesiæ œconomus, illicitarum nuptiarum initiator et conciliator conjugii dicitur in Vita S. Theodori.

Digitized by Google

θεν τὴν κάκωσιν ὡς ἐν ἀδύτοις ἀναπανόμενος. Οὗ γὰρ Θεὸς τὸ σπουδαζόμενον, ἐκεῖ οὐδὲν τὸ νικῶν τὸν φιλόθεον.

λ'. Βραχὺ τὸ ἐμμέσῳ καὶ ἡ μοιχικὴ βασιλεία, μὴ βουληθεῖσα συνιέναι τοῦ ἀγαθῦναι, ἐκ μέσου γίνεται, ὡς ἂν μάθοιεν καὶ βασιλεῖς μὴ θείων νόμων ὑπεράλλεσθαι, μηδὲ παρανόμους (*k*) διωγμοὺς καὶ φυλακὰς ἐξυφαίνειν, κἂν μέγα τῇ πορφυρίδι ὑπεραίρωνται· καὶ ὁ πιστὸς τοῦ Κυρίου νομοφύλαξ, τὸ τῆς ὁμολογίας βραβεῖον ἀναδησάμενος, ἐξεισιν ἀπὸ τῆς φυλακῆς ὡς νικητής, πολλὰ τὰ ἐγκώμια παρὰ πολλῶν δεχόμενος, ὑμνούμενος, μακαριζόμενος, μαρτυρολογούμενος, καὶ παρ' αὐτῶν τῶν πρότερον σκωπτόντων τε καὶ κωμῳδούντων. Ἴσασιν γὰρ, φησὶν ὁ Θεολόγος, θαυμάζειν ἀνδρὸς ἀρετὴν καὶ πολέμιοι, ὅτ' ἂν τοῦ θυμοῦ λήξαντος ἐφ' ἑαυτῆς ἡ πρᾶξις δοκιμάζηται, εἰ καὶ ἑτερολέκτως ἔχει δεῦρο. Τῆς γὰρ φερωνύμου Εἰρήνης πάλιν κρατησάσης, καὶ δι' αἰδοῦς μαρτυρικοῦ ἐκβαλούσης τε καὶ ἐχούσης τὸν ἄνδρα, παλιῤῥοίας δίκην καὶ εἴ τις ἐχθρὸς εἰς φίλον καὶ ἐπαινέτην μετελήλυθεν, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν φρουρία ἀντιβολεῖν τὴν συγχώρησιν κατὰ γῆς ἐῤῥιμμένον· ἔπαθεν δὲ πάθος μᾶλλον ὁ ἀναίσθητος λίθος, ἤ τι καινὸν ἐκεῖνος ἐν τοῖς ὁρωμένοις τε καὶ λεγομένοις.

λα'. Ἐπειδὴ δὲ ἐπανήκομεν ἐκ τῆς ὑπερορίας καὶ ἡμεῖς, ἄλλοι τε ἀλλαχόθεν, καθάπερ τινὲς ὑπόπτεροι συντρέχοντες, ἐθαυμάζετο μὲν τὸ δρᾶμα παρὰ τοῖς εὐσεβέσι, συνήπτετο δὲ τῇ κεφαλῇ τὰ μέλη, ἐφθέγγετο δὲ τάχα κἀνταῦθα, εἰ καὶ τολμηρὸν, ὁ μεγαλοφωνότατος Ἡσαΐας· *Ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε συνηγμένα τὰ τέκνα σου, ἤκουσιν πάντες οἱ υἱοί σου μακρόθεν*· τότε ὄψει καὶ χαρήσῃ, καὶ φοβηθήσῃ, καὶ ἐκστήσῃ τῇ καρδίᾳ. Ὁ μὲν δὴ ταῦτα· ἐγὼ δὲ ἐκεῖνο εἴποιμι, ὅτι καὶ ὁ ἱεράρχης ᾐδέσθη τὸν ἄνδρα, ἀπολογίαν ποιησάμενος, καὶ πρὸς ἕνωσιν ἐκκαλεσάμενος· ἣ καὶ γέγονεν, ἐκβολῇ τοῦ στεφανώσαντος καὶ φειδοῖ τῆς διαστάσεως· ἦν ὅτι μάλιστα φεύγων ἦν ὁ μακάριος, κἂν νίκης ἔπαθλον πρὸς ἅπαντας τοὺς συνελθόντας ἀπηνέγκατο· τί γὰρ φιλαίτατον ἄλλο Θεῷ ὁμονοίας καὶ ἑνώσεως, ἡνίκα ἡ ἕνωσις μὴ ἐντολῆς Θεοῦ διίστησιν;

butionem eidem repositam; itaque ærumnos os illos dies transegit, velut si in sacris templi adytis requievisset. Qui enim Deum præ oculis habet, ejus erga ipsum amorem nihil potest superare.

30. Brevi elapso tempore sublatum de medio est adulterinum illud imperium (19), quod noluit intelligere ut bene ageret; ut etiam ipsi reges discant divinas leges non violare, neque impias persecutiones aut captivitates moliri, quantumvis ob purpuram honorentur. Itaque divinæ legis custos fidelis, confessionis egregiæ diademate redimitus, tanquam victor exivit de carcere; multam a multis laudem referens, beatusque et martyr nuncupatus, etiam ab iis qui ipsi antea insultabant illudebantque. Sciunt enim, inquit Gregorius Theologus, etiam inimici admirari virtutem viri fortis, quando sedato furore res in seipsis æstimantur, etsi eatenus aliter sint locuti. Cum enim pacifica Irene denuo cœpisset imperaret et extollere atque charum habere virum propter reverentiam martyrici decoris; conversa sunt omnia, ut solet in fluminum recursu fieri; et si quis inimicus antea fuerat, in amicum et laudatorem mutabatur: adeo ut ipse etiam custos carceris humi stratus veniam posceret: sed lapis insensibilis humanæ fragilitatis passus fuisset citius quam ipse novum aliquem motum in iis quæ fiebant dicebanturque.

31. Postquam vero etiam nos revertimus ab exsilio, alii aliunde concurrentes tanquam pulli sub alas, spectaculum præbuimus pietatis cultoribus admirandum. Conjungebantur capiti suo membra audiebaturque illud exclamantis Isaiæ, audacter in re præsenti pronuntiandum: *Leva in circuito oculos tuos et vide; omnes isti congregati sunt; venerunt tibi sancti tui de longe* [11]: tunc videbis et gaudebis, obstupesces et linqueris animo. Et hæc quidem ille: ego vero etiam hoc addidero, quod patriarcha (20) virum reveritus ei se excusaverit, ipsum ad unionem invitans; quæ et secuta est, ejecto ab Ecclesia qui mœcham coronaverat, ad fugiendam discordiam, a qua alienissimus erat sanctus, quamvis victoriæ laudem coram toto consessu reportaret: nihil enim tam charum Deo est quam concordia et unio, modo illa unio divinam legem non dissolvat.

ΚΕΦΑΛ. ϛ'. CAP. VI.

S. Platonis reclusio Constantinopoli: Nicephori imperatoris contra eumdem asperitas.

λβ'. Ἀλλὰ τί τὰ μετὰ ταῦτα; Ἡ ἀπὸ τοῦ πρώτου φροντιστηρίου μετάβασις ἡμῶν διὰ τὸ ἔθνος (*i*) εἰς

32. Quid autem post ista? Propter gentis barbaræ incursionem (21) ex priori monasterio mi-

[11] Isa. XLIX, 18.

NOTÆ.

(*k*) Perperam in ms. παρανομίαις· forte legendum erat παρ' *ἀνομίας propter injustitias*, scilicet exsequendas aut defendendas.

(*i*) Suspicor deesse aliquid: ideoque verti, *propter gentis barbaræ incursionem*. Sirletus vertit *genti illius causa*: sed hoc æque obscurum est, quia nihil præcedit ad quod referatur τὸ illius.

(19) Anno 797 comprehensus est Constantinus et excæcatus, et paulo post exstinctus.

(20) Is erat Tarasius, qui primo fortiter restiterat; sed postea, metuens ne Constantinus, libidine ardens, religionem orthodoxam everteret, dissimulabat; pellicem tamen renuerat coronare. Consule cap. 7 Vitæ ejus.

(21) Ob Saracenorum incursionem, ad monasterium Studii dictum intra urbem transierunt: sicut late in Vita S. Theodori explicatur.

Digitized by Google

gravimus Byzantium, ubi Pater noster, virtutis amantissimus, ne cogeretur resumere habenas regiminis, vitam reclusam elegit. Sed vide humilitatis summæ admirabile inventum : ut sub duplici imperio non maneret fraternitas (22), obedientiæ jugo subjecit sese divini imitator exempli, idque coram testibus ad hoc congregatis. Nunquid mirabile est filium dici eum, qui pater antea fuerat appellatus ; et quidem ejus filium, quem ipse in spiritu genuerit? ei autem subjici, cui antea imperarat? idque post tanta certamina exantlata, in quibus vel solum modeste se gerere sufficere debebat ad laudem? Fecit hoc vir ille admirabilis, non simulate aut modo quodam adulterino, solum nomen relinquens prælato, sed omnino integre divineque. Ubi enim confessio est, illic et confidentia est ; et ubi confidentia, illic voluntatis abscissio ; et ubi voluntatis abscissio, ibi est perfectio obedientiæ. Harum laudum testes sunt, quorum causa aliquid postulavit. Si enim pro aliquo sibi propinquo orabat, et postulata impetraret, gaudebat se ea obtinuisse : si rogans non consequeretur petita, non ægre ferebat petitione sua se frustratum ; nihil aliud spectans quam utilitatem laborantis, non ut suam impleret voluntatem. Liceat mihi exclamare prophetica voce : *Heu me! pater, quare genuisti me* [12] ? non verecundatus patrem vocare eum, qui non eram dignus vocari filius tuus. Quare ad hanc dignitatem extulisti me, qui neque parere sum idoneus? Novit Deus et sancta anima tua hujus rei rationem, et quod amicitia seu potius obedientia latura sit plusquam vires patientur, ut brevi verbo totam hic excusationem ponam.

33. Sed revertendum est ad propositam nobis narrationem. Claudebatur Pater : cella autem angustissima erat, et ætatis tempore adeo calida, ut altera Babylonica fornax videretur, propter inflammationem plumbi quo tegebatur ; tantum vero aberat ut eo offenderetur, ut e contra oraret instanter, talem imposterum sibi servari requiem, amore scilicet laborem sublevante, et spe bona difficultatem extenuante : ex quibus duobus capitibus virtutes eximiæ robur accipiunt. Verum neque hoc sufficiebat viro laborum appetenti, sed instanter operabatur manibus illis, ex quibus multæ virtutes procedebant. Instantius autem meditationi divinæ dans operam, et quotidie adversus hostem decertans seque utilitati Fratrum ferventius aptans, solabatur mœstum, deficientem instruebat, erigebat lapsum, leniebat exasperatum, seque patientis conformabat conditioni, optimus animarum medicus et curandarum passionum peritissimus. Sed neque hoc prætermisero, memoria utique dignissimum, quod catenam ferream satis ponderosam

τὸ Βυζάντιον, ἔνθα τὴν ἐγκλειστικὴν ζωὴν, διὰ τὸ τὰς ἡνίας μὴ ὑπέχειν τῆς προστασίας, ὁ φιλάρετος ἡμῶν Πατὴρ ἀσπάζεται. Ἀλλ' ὅρα κἀνθάδε παραδόξου πράγματος ἐπιτήδευμα· ὅτι διὰ πλῆθος τάπεινώσεως, καὶ τὸ μὴ εἰς δύο ἀρχὰς διαβλέπεσθαι τὴν ἀδελφότητα, τῷ ζυγῷ τῆς ὑποταγῆς ἑαυτὸν ὑποτίθησιν ὁ θεομίμητος· καὶ τοῦτο ὑπὸ μάρτυσι, τοῖς εἰς αὐτὸ τοῦτο συνελθοῦσιν. Ἆρ' οὖν οὐ ξένον τέκνον χρηματίσαι τὸν πρὶν πατέρα τοῦ οὗπερ πνευματικῶς ἤνεγκεν, καὶ ὑποτακτικὸν τὸ ἀρχικὸν τοῦ οὗπερ ἦρξεν ; μὴ ὅτι γε μετὰ τοσούτων προδιηνυσμένων ἄθλων, οἷς τὸ μετριάζειν μόνον ἀρκετὸν εἰς ἔπαινον. Ἀλλὰ τῷ γε ἀξιαγάστῳ εὐπετῶς κατώρθωται, οὐκ ἐπιπλάστως πως καὶ νενοθευμένως, ὡς ὄνομα μόνον παραχωρεῖν κρατοῦντι πράγματι, ἀλλὰ καὶ λίαν εἰλικρινῶς καὶ θεοφρόνως· οὗ γὰρ ἐξαγόρευσις, ἐκεῖ καὶ πεποίθησις, καὶ οὗ πεποίθησις, ἐκεῖ καὶ κοπὴ θελήματος, καὶ οὗ κοπὴ θελήματος, ἐκεῖ ὑποταγῆς τελείωσις. Μάρτυρες δὲ τῶν κατορθώματων, ὧν καὶ τὰ αἰτήματα· ἠντιβόλει ὑπὲρ τοῦ πέλας, καὶ ἐπιτυχὼν τοῦ αἰτήματος, ἔχαιρεν ἀντὶ τοῦ ἀπολαύοντος, ἐξαιτῶν οὐκ ἐπετύγχανεν, καὶ ἀπρακτήσας οὐκ ἐδυσχέραινεν· πρὸς ἓν μόνον ἀποβλέπων τὸ τοῦ κάμνοντος ὠφέλιμον, οὐχ ὅπως ἐκτελέσειεν τὸ ἑαυτοῦ θέλημα. *Οἴμοι*, πάτερ, προφητικῇ φωνῇ, ὡς *τίνα με ἔτεκες*, πατέρα καλεῖν μὴ αἰσχυνόμενος, τὸν μηδὲ υἱόν σου ὀνομάζεσθαι ἐπάξιον ; καὶ ἵνα τί με εἰς τόδε τὸ ἀξίωμα προήγαγες τὸν ἀδυνάτως καὶ τοῦ ἄρχεσθαι ἔχοντα ; Οἶδεν Θεὸς καὶ ἡ σὴ ἁγία ψυχὴ τὸν περὶ τούτου λόγον, καὶ ὡς τὰ ὑπὲρ δύναμιν οἴσει φιλία, εἴτ' οὖν ὑπακοή, ἵν' ἐν βραχεῖ λόγῳ τὴν ἀπολογίαν ἐνταῦθα θείημι.

λγ'. Ἀλλ' ἐπανιτέον εἰς τὸ προκείμενον. Ἐγκέκλειστο ὁ Πατὴρ, καὶ ἡ κάθειρξις σμικροτάτη, καὶ τοσοῦτον ἐν θέρει θαλπομένη, ὡς ἄλλην εἶναι ταύτην κάμινον Χαλδαϊκὴν ἐκ τῆς ἐκπυρώσεως τῆς μολιβδίνης στέγης· ὁ δὲ τοσοῦτον ἀπεῖχετο ἀνιᾶσθαι, ὡς εὐχὴν εὔχεσθαι, τηλικαύτην αὐτῷ ἀνάπαυσιν εἰς τὸ μέλλον ταμιεύεσθαι, τοῦ πόθου τὸν κόπον κουφίζοντος, καὶ τῆς ἐλπίδος εὐμαριζούσης τὴν δυσχέρειαν, ἐξ ὧν αἱ μεγάλαι ἀρεταὶ καὶ πολιτεῖαι τὸ κράτος ἔχουσιν. Οὐδ' οὕτω πάλιν ἀρκούμενος, ὁ φιλόπονος ἀλλὰ τόνῳ μὲν ταῖς χερσὶν ἐργαζόμενος, καὶ πολλῆς δυνάμεως παρ' αὐταῖς ἐξερχομένης, εὐτονώτερον δὲ τῇ θείᾳ μελέτῃ ἐπειγόμενος, καὶ πυκτεύων πρὸς τὸν πολέμιον ἑκάστοτε, θερμότερον δὲ πρὸς τὴν τῶν ἀδελφῶν χρείαν παριστάμενος, καὶ τὸν μὲν θεραπεύων λυπούμενον, τὸν δὲ ψυχαγωγῶν ἐκλείποντα, καὶ ἄλλον ἐπανορθῶν καταπίπτοντα, καὶ ἕτερον γλυκαίνων πικραινόμενον, καὶ τῇ τοῦ πάσχοντος ἕξει συμμορφούμενος, ὁ πολυειδὴς ἐκεῖνος τῶν ψυχῶν ἰατρὸς, καὶ θεραπεύων ἄριστα τοὺς πάσχοντας. Οὐδὲ ἐκεῖνο παραλείψομαι ἀξιομνημόνευτον τυγχάνον, ὅτι ἅλυσιν

[12] Jerem. xv, 10.

NOTÆ.

(22) Monachus ad decem centurias propemodum accessisse, tradit eadem Vita.

Digitized by Google

σιδηραίαν, ἱκανὴν τῷ βάρει, τῷ ποδὶ περιθεὶς, ἐν- A pedi circumponens, in tali labore perseverarit
εκαρτέρει τοῖς πόνοις (καὶ τὸ κοπῶδες ὅσον, τὸ μεθ' (quam autem molestum fuerit cum ejusmodi vin-
ἑαυτῆς καθεύδειν, ὁμοῦ τε ἐγρηγορέναι καὶ ἐργά- culo dormire, vigilare, operari, facile apparet intelli-
ζεσθαι, συνορᾷν ἔξεστιν τῷ ἀρτίφρονι) οὐκ ἐπιδει- genti), idque non ut clausuram ostentaret, aut vel
κτῶν τὴν κάθειρξιν, οὐδ' οὗ μὴν αὐχῶν τὴν πρᾶξιν ut virtutis officinam jactaret, quomodo Chiron ille
ὡς ἀρετῆς ἐργαστήριον, κατ' ἐκεῖνόν που τὸν Χεί- antrum Thessalicum habitans (longe enim abe-
ρωνα τὸ Θετταλικὸν ἄντρον οἰκοῦντα (πόῤῥω γὰρ ὁ rat a tali vitio), sed virtutem quidem extenua-
ἀθλητὴς τοῦ πάθους)· ἀλλὰ τὴν μὲν εὐτελίζων, ὡς bat, ut qui eam non prout par erat coleret; cate-
οὐ θεραπεύων ἀξίως τὴν δὲ κρύψας τέχνῃ ταπεινο- nam vero abscondebat artificiosa humilitate, adeo
φροσύνης, καὶ μικροῦ λαθὼν ἅπαντας, ἕως ὅτε ut fere cunctos lateret, quoad e cella egressus
προελθὼν τῆς κέλλης διὰ Κύριον, ἐγνώρισε καὶ μὴ propter Dominum; eam vel invitus patefecit. Ve-
βουλόμενος. Περὶ μὲν τούτων ἄλις, φιλοῦντος τοῦ rum de his nunc satis, cum et auditor mediocri-
ἀκροατοῦ τὸ μέτριον, καὶ οὐκ εὐπορουῦντος τοῦ γρά- tatem amet, et scriptor non abundet facultate res
φοντος ἐξηγορεῖν πλουσιώτερον. copiosius enarrandi.

λδ'. Ἐπειδὴ δὲ ἀπεδίω ὁ τηνικαῦτα θεῖος πρόεδρος, 34. Contigit autem ex hac vita migrare divinum
ζητεῖται ψῆφος πατριαρχήσοντος, καὶ τὰ ψηφίσματα B ejus temporis patriarcham (23), cumque de futuro
ἐπὶ πολλοὺς οἱ πολλοί, ὡς ἕκαστος εἶχεν κατὰ φιλίαν Præsule sententiæ postularentur, eæque dividerentur in multos, prout quisque vel amicitiam vel veram Ecclesiæ spectabat utilitatem requisita est etiam Patris nostri sententia, non solum abiis qui erant Sacerdotio insignes, sed ab ipso quoque Imperatore (24). Obsecro per veritatem ipsam, quid oportebat eum facere? Nunquid debebat is qui tanta erat pro virtute passus, et vitæ probatissimæ exemplo cunctis prælucebat, sincere edicere sententiam suam spectando publicam utilitatem? Minime, inquiunt ejus subsannatores irrisoresque, sed vel ignorantiam prætexere debuit, aut se interrogantibus, sententiam permittere. At primum quidem falsum fuisset, adulatorium alterum; utrumque respuendum. Misit igitur suffragium suum (cui datum, dicere supersedeo), misit autem velut Deo teste: et Episcopi quidem susceperunt, nescio quomodo confirmantes quod scripserat; Imperator vero acci-
piens suffragia, ea, velut in aleæ ludo, invertens excussit. Ast Plato (quoniam, urgente necessitate capitis, unumquodque membrorum præstare solet quod in se est) ad quemdam monastici habitus virum, Cæsaris autem propinquum, noctu contulit, nihil dubitans foras progredi propter communem utilitatem: cumque ei quæ conveniebat, dixisset confestim domum rediit.

ὑπὸ τῶν τῆς ἱερωσύνης μόνον ἐγκρίτων, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς αὐτοῦ τοῦ βασιλεύοντος. Τί οὖν ἴδεις, ὦ πρὸς τῆς ἀληθείας; αὐτῆς; οὐχὶ τὸν τοσαῦτα ὑπὲρ τοῦ καλοῦ ἐναθλήσαντα καὶ ἠκριβωμένου βίου τοῖς πᾶσι νόμον προκείμενον, ἀψευδῶς εἰπεῖν τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ διάθεσιν, πρὸς τὸ κοινῇ συμφέρον σκοποῦντα; Οὐ, φασὶν οἱ τὰ ἐκείνου σκώπτοντές τε καὶ διαγελῶντες, ἀλλ' ἢ τὴν ἄγνοιαν προβαλέσθαι, ἢ τοῖς ἐπιζητήσασι παραχωρῆσαι τὸ ψήφισμα· ἔστιν δὲ, τὸ μὲν πρότερον ψεῦδος, τὸ δὲ δεύτερον ὑπόκρισις, καὶ ἀμφότερα ἀπόπτυστα. Ὁ μὲν οὖν τὴν ψῆφον ἔστειλεν· τὸ δὲ ἐφ' ὅτῳ, παρῶ λέγειν· ἐπίστειλεν δ' ὅμως ὡς ὑπὸ θεῷ μάρτυρι. Καὶ οἱ μὲν ἀσμένως ἐδέξαντο, οὐκ οἶδ' ὁποίῳ τρόπῳ βεβαιώσαντες τὸ γράμμα· ὁ δὲ λαβὼν ἀπεσείσατο, μετακυλίσας ὡς ἐν κύβῳ τὰς ψήφους.

λε'. Καὶ ὁ μὲν (ἐπειδὴ χρεία κεφαλῆς προϊσταμένης ἕκαστον τῶν μελῶν τὸ καθ' ἑαυτὸ εἰσοίσειν) πρός τινα τῶν ὁμοσχήμων, ἀγχιστέα δὲ τοῦ Καίσαρος, μὴ εὐλαβηθεὶς τὴν ἔξοδον διὰ τὸ κοινῇ συμφέρον, νύκτωρ ἄπεισιν, καὶ φθεγξάμενος τὰ εἰκότα, οἴκαδε θᾶττον ἐπάνεισιν· ὁ δὲ μαθὼν ἐξεμάνη, καὶ μικρὸν λωφήσας ὅσον εἰς πέρας ἀγαγεῖν τὸ βεβουλευμένον, αἴρει σὺν ἡμῖν τὸν Πατέρα, καὶ εἴκοσι πρὸς τέσσαρσιν ἡμέραις θέμενος ἐν στερεᾷ φυλακῇ, οἴκοι ἐπανελθεῖν ἀφίησιν. Ὅσα γὰρ ἐξύβρισεν κατὰ τοῦ ἀνδρὸς, μᾶλλον δὲ κατ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας θυμομαχῶν, καὶ συνταράσσων τὴν ἀδελφότητα, καὶ τοὺς μὲν φρουρῶν, τοὺς δὲ ἕλκων εἰς κατηγορίας, εἰ καὶ ῥίψασπις ἐν πᾶσι γέγονε καὶ ἀξιογέλαστος, τί δεῖ καὶ λέγειν; ἅτινα παρασκευὴ ἦν τῆς τυρευομένης αὐτῷ πονηρίας καὶ οἱονεὶ προεισόδιος ἀνομία, παίδευμα δὲ κατὰ τὴν ἐκείνου φληνάφειαν τῆς δοχρύσης προπετείας.

35. Imperator porro hoc intelligens, furere cœpit, modicumque cunctatus, donec perfecisset quod volebat, tulit nobiscum Patrem nostrum: et postquam viginti quatuor diebus in bene munita custodia habuisset permisit redire ad monasterium. Quid attinet dicere, quantas Sancto, imo ipsi veritati injurias intulerit, iracundia percitus totamque conturbans communitatem, alios carceribus includendo, alios ad quæstionem rapiendo? cum in omnibus tandem victus et risu dignus apparuerit. Sed hæc solum præludia quædam erant iniquitatis quam meditabatur, et velut præambulare flagitium ac rudimentum nugacitatis et petulantiæ. Intervallo namque temporis modico secutus est malitiæ consummatæ assultus: idque propter Josephum, illum qui mœchos conjunxerat, malum intra viscera hærens, et Ecclesiæ turbamentum. Post-

NOTÆ.

(23) Mortuus est S. Tarasius anno 806, die 25 Februarii.

(24) Is erat Nicephorus, qui Irene ejecta imperium arripuerat anno 802; qui quomodo se gesserit in procuranda S. Nicephori ad patriarchatum electione, vide in hujus Vita 13 Martii num. 21.

Digitized by Google

quam enim, secundum Canones, ab illius, tanquam a serpentis, communione nos sequestravimus; continuo adfuerunt a Cæsare minæ, nosque in extremo discrimine vidimus constitutos.

Βραχὺς ὁ χρόνος, καὶ ἡ τῆς κακώσεως ἐπιφορὰ, τὸ δὲ αἴτιον, Ἰωσὴφ ὁ μοιχοζεύκτης, τὸ ἐγκόλπιον κακὸν, ὁ τῆς Ἐκκλησίας τάραχος· οὗ ἐπειδὴ, ὡς ἴδν ὄφεως, κανονικῶς τὴν κοινωνίαν πεφεύγαμεν, ἀπειλαὶ παρὰ τοῦ Καίσαρος, ἐπὶ ξυροῦ οἱ ἐνιστάμενοι.

36. Qui possim multitudinem terrorum certaminumque, nobis integri unius anni spatio illatorum, paucis syllabis complecti? vel quam sæpe accersiti, quam sæpe tentati fuerimus, enarrare? Novit, qui passus est, quique patienti proximus astitit. Adfuit denique militaris phalanx, et monasterium diligenter circumvallavit, adeo ut nec hiscere cuiquam, nec omnino caput efferre permitteretur. Intus timores, foris terrores proponebantur ac minæ: quinam autem eas proponerent propter sacri habitus reverentiam dicere supersedeo. O calamitatem illius temporis! nemo fere fuit superior æstu illo cunctos raptante, nemo qui recta suaderet, aut causam Dei sustineret. Bonum ac valde conveniens videbatur omnibus in dignitate constitutis, non exasperare iracundiam regnantis; ipsis etiam qui erant ejusdem nobiscum ordinis, quod sane erat miserabilius Denique, ut compendio rem absolvam, ex medio Fratrum (25) e noctu rapitur Plato, raptus includitur carceri. Secuta est dies synodi habendæ, ad quam velut maleficus adductus est Pater, cum tribus e suis, per manum militarem. Miserandum spectaculum! videre senem, propter imbecillitatem humeris deportandum, cum ea qua pedem induerat catena, adduci, atque ab uno in aliud dorsum trajici, velut piaculum quoddam.

λς'. Καὶ πῶς ἂν, ἐν ὀλίγαις συλλαβαῖς τὸ πλῆθος τῶν τηνικαῦτα ὑπαρχθέντων δι' ὅλου ἔτους, φοβητρῶν τε καὶ ἀποστροφῶν, ἀγώνων τε καὶ πειρασμῶν, διηγήσαιμι; Οἶδεν ταῦτα ὁ παθὼν, καὶ ὁ ἐγγὺς τοῦ παθόντος ἱστάμενος. Τέλος, στρατιωτικὴ φάλαγξ τὴν μονὴν κύκλῳ ἀσφαλῶς περιστοιχήσασα, ὡς μηδὲ γρῦξαι ἢ προκύψαι τινὰ ὅλως παραχωροῦσα· ἔσωθεν φόβοι, ἔξωθεν πτόησις, ἀπειλαὶ παραπεμπόμεναι, καὶ τοὺς παραπεμφθέντας ἀφίημι λέγειν αἰδοῖ τοῦ σχήματος. Φεῦ τῆς τοῦ καιροῦ φορᾶς! Οὐδεὶς σχεδὸν τοῦ ῥεύματος ἀνώτερος, οὐδεὶς ὁ τὰ ὀρθὰ συμβουλεύων καὶ ἐπαλείφων τὰ θεῖα· ἀγαπητὸν εἰ μὴ καὶ πολὺ συμπνέον.... (j) τὴν ὀργὴν τοῖς κρατοῦσι, καὶ τό γε ἐλεεινότερον, τῶν ὁμοταγῶν. Πέρας, ἵν' ἐν συντόμῳ τὸ πᾶν παραστήσω, ἁρπαγὴ ἐκ μέσου τῆς ἀδελφότητος νυκτίωρος, καὶ μετὰ τὴν ἁρπαγὴν κάθειρξις, καὶ μετὰ κάθειρξιν συνόδου ἡμέρα, καὶ ἐπὶ ταύτης σὺν τρισὶν ὑπὸ στρατιωτικῆς χειρὸς ὁ Πατὴρ παριστάμενος ὡς κακοῦργος. Ἐλεεινὸν θέαμα, γέροντα φοράδην ἐξ ἀσθενείας ἀγόμενον σὺν τῇ ἁλύσει, ἣν ἐν τῷ ποδὶ καθηλωμένος ἐπεφέρετο, καὶ ἀφ' ἑτέρου εἰς ἕτερον ὦμον ὥσπερ τι ἄγος μεταριπτούμενον.

37. Ah, ah! hæccine synodici ordinis forma? hoc judicium imperii Christiani? In quo, obsecro, hæc discrepant ab iis, quæ olim acta latrocinantium conciliabulis aut aliter ad hæresis tutamen imperitantium? Ut autem, velut ludicra quædam, omittam, quæ interim gesta sunt, et historiæ mensuram per se implere possunt, exsilium decernitur, et in una suburbicarum insularum (26) Pater noster circumscribitur; uti etiam frater meus in aliam pariter ærumnosissimam, ubi ad incommoda exsilii ipsius carceris firmissimi accedebant angustiæ. O rerum vicissitudinem! sæculares homines fuerunt monachis humaniores, et qui rem audivere non dubitaverunt de ipsis judicibus æquam ferre sententiam: manifesta enim judicii iniquitas erat. Prætereo balneum illud, in quo qui clausit totam fraternitatem, ex monasterio manu militari collectam tentavitque ad suam voluntatem unumquemque sigillatim inclinare, spe sua excidit; sensitque potestate sua potentiores esse, quibus lex Dei præ oculis est. Prætereo carceres in monasteriis constitutos eorumque custodes Hegumenos ipsos,

λζ'. Αἰαῖ, συνοδικῆς εὐταξίας κατάστασις! οἵοι Χριστιανικῆς βασιλείας ὑπόληψις! Τί ταῦτα τῶν πάλαι ληστρικῶς συνεδρευόντων, ἢ ἄλλως αἱρετικῶς βασιλευσάντων ἐλλειπέστερα; Καὶ, ἵνα ὥσπερ τινὰ παιδιὰν τὰ ἐν μέσῳ παραδράμοιμι, πληροῦν δυνάμενα συγγραφῆς μέτρον, κυροῦται ἐξορία, καὶ περιορίζεται ὁ Πατὴρ ἐν μιᾷ τῶν πρὸς τῷ ἄστει νήσων, ὥσπερ καὶ ὁ ἡμέτερος ἀδελφὸς ἐν ἑτέρᾳ δυσχερεστάτῃ, μετὰ τοῦ περιορισμοῦ καὶ τῆς φυλακῆς κραταιᾶς οὔσης. Ὦ τῆς τῶν πραγμάτων φορᾶς! Τῶν μοναστῶν οἱ μιγάδες φιλανθρωπότεροι γεγόνασι, καὶ τῶν κριτῶν οἱ ἀκροαταὶ κρίσιν δικαίαν ἐξοίσειν οὐκ ἐδεδίεισαν· πρόδηλον γὰρ ἦν τὸ παρανομούμενον. Ἀφίημι τὸ βαλανίον ἐκεῖνο, ἐφ' ᾧ ὁ κρατῶν διὰ φάλαγγος στρατιωτικῆς ἐκ τῆς μονῆς ἁθροίσας πᾶσαν τὴν ἀδελφότητα, καὶ πειρώμενος ὑποκλίνειν ἕνα ἕκαστον πρὸς τὸ σφῶν θέλημα, ἀπετύγχανεν τῶν ἐλπίδων, ἠσθεὶς τοῦ οἰκείου κράτους κραταιστέρους εἶναι τοὺς τῷ θείῳ νόμῳ ἐπερειδομένους. Παρίημι τὰς ἐν τοῖς σεμνίοις φυλακὰς, καὶ τοὺς φρουράρχους ἡγουμένους, πλείω τῶν ἐπιταγμάτων ἐνίους κακοῦντας τοὺς καθειργμένους. Παραδράμοιμι τὰ

NOTÆ.

(j) Cum integrum satis sensum habeamus in versione Sirleti, liquet ecgrapho nostro verba aliqua defuisse, quæ per conjecturam interpretando supplevi; hic nihil addo, satis habens defectum indicasse.

(25) Sirletus totam fraternitatem raptam in carcerem scribit, quod cum Græco textu non convenit, ubi expresse ponitur, ἁρπαγὴ ἐκ μέσου τῆς ἀδελφότητος.

(26) In Vita S. Theodori, dicitur hic relegatus in insulam quamdam, ex iis quæ proximæ sunt Byzantio: eadem pœna in Josephum fratrem et Platonem sapientem decreta; haudquaquam una

Digitized by Google

μετέπειτα, ἡνίκα ἀπαγωγαὶ καὶ μεταγωγαί, διωγμοὶ καὶ ἐξετασμοί, διαχωρισμοί τε αὖ καὶ ἀφορισμοί, ἀπειλαί τε καὶ ὀργαί, ἐρωτήσεις τε καὶ ἀνταποκρίσεις, καὶ ὁ ἐν πάσῃ τῇ πόλει κωδωνισμός, μή τίς που κρύπτοιτο λαθὼν τῶν ἀδελφῶν, ὡς καὶ εἰς ὀπὰς τῆς γῆς δέει τῶν διωκτῶν τινα διασωθῆναι.

A plura etiam quam jussi erant mala inclusis inferentes. Prætereo quæ postea facta sunt, quando aliud nihil audire erat quam abductiones, traductiones, persecutiones, quæstiones, disjunctiones, relegationes, minas, furores, investigationes; totaque urbe perstrepentes proclamationes; ne quis Fratrum uspiam latens absconderetur; adeo ut in cavernis terræ, persecutorum metu, salutem quæsierint aliqui.

λη'. Καὶ ταῦτα ὑπὲρ τίνος; (Πάλιν γὰρ ἀναλαμβάνειν ἐκπλήξει τὸ δρᾶμα περιπονοῦμαι.) Ἵνα ὁ στεφανώσας τοὺς μοιχωμένους παρὰ τὸ Εὐαγγέλιον, κατὰ ἀντίθεσιν τοῦ Προδρόμου, ὡς οἰκονομίαν σωτήριον τῇ Ἐκκλησίᾳ πεποιηκὼς ἀθωωθῇ ἱερουργεῖν· καὶ οἱ τοῦτον μὴ προσιέμενοι εὐαγγελικῶς, ἔκνομοι καὶ ἠλλοτριωμένοι! Ὦ διώκτου πικροῦ, Χριστιανοῦ προσηγορίαν ἔχοντος, καὶ Χριστοῦ νόμους καταπατεῖσθαι ζέοντος! Τί οὕτω μέμηνας, βαρυκάρδιε καὶ ἀπηνέστατε, σὺν τῷ ὁμοτρόπῳ σου σκύμνῳ; Οὐκ οἶσθα ὅτι πρὸς ἀηττήτους νόμους Θεοῦ παραστήσῃ σὺς οὐδεὶς βασιλευσάντων νενίκηκε; μὴ ὅτι γε καὶ προσκρούσας αὐτοῖς ὡς σὺ, περιφανῶς ἀπώλετο.

B 38. Hæc autem omnia qua de causa? (iterum enim præ admiratione cogor rem exponere.) Ut nempe is qui adulteros coronaverat contra Evangelium et contra Præcursoris exemplum, tanquam Ecclesiæ utili discretione usus, impune sacris operaretur: quique illum, evangelicis præceptis obtemperantes, non admitterent, impii a Deoque alieni crederentur. O divinæ legis prævaricationem! o acerbum persecutorem, qui nomen Christiani ferens, Christi leges conculcare satagebat! Quid tanto furore agis, o gravis corde et inclementissime, una cum simili tibi catulo (27)? Nescit quia bellum tibi est adversus insuperabiles Dei leges, contra quas ante te imperantium nemo victoriam obtinuit? quinimo quiscunque eis, uti tu, restitit, incidit in manifestum exitium.

λθ'. Ἀλλ' ὦ! πῶς ἀπήγετο ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων; ἐπ' αὐτὸν γὰρ ἐπανίημι. Πάλιν μεθοριζόμενος καὶ πάλιν διασπώμενος ὑπὸ δυοῖν τε σκηριπτόμενος διὰ τὸ μὴ ἰσχύειν ἔτι προβαίνειν, ἑλκόμενος αὖ τε καὶ περισυρόμενος, καὶ θρῆνον ἐμποιῶν τῆς ἀδίκου πράξεως καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀναισθήτοις λίθοις. Βοάτω ταῦτα ὁ τοῦ περιβοήτου μάρτυρος Μάμαντος χῶρος· γραφέτω ταῦτα ἡ φρουρήσασα, μετὰ τὴν πρώτην τοῦ ἀδελφοῦ φρουράν, τὸν τῆς εὐσεβείας φρουρὸν ὀξεῖα νῆσος. Φεῦ τῆς ἀναλγήτου καρδίας, τῶν, οὐκ οἶδ' ὅπως εὐπρεπῶς εἰποιμι, στρατιομονάχων φυλάκων! Ἔθεντο τὸν δίκαιον μονώτατοι ὡς ἐν λάκκῳ κατωτάτῳ ἔν τινι κέλλῃ, τετρυχωμένον ἤδη τῷ γήρει καὶ τῇ νόσῳ βαλλόμενον· εἷπασαν ὑφ' ἑνὶ δούλῳ, οἱ δοῦλοι τῶν κάτω καὶ τοῦ Καίσαρος, τὸν ὅσιον ἅπαξ τῇ ἡμέρᾳ ἢ δὶς ὑπηρετεῖσθαι. Ἠντιβόλει ὁ γέρων μετακομίζεσθαι πρὸς ἀναγκαίαν χρείαν τοῦ σώματος [τι] καὶ ὁ δυσμενὴς ὠνείδιζεν· ἤτει, τῶν κατὰ τὴν ἀσθένειαν ἐπιτηδείων, καὶ ὁ δύστροπος κατ' αὐτοῦ τὴν θύραν ἔκλειεν· καὶ ταῦτα ὑφιστάμενος, ἀνεξάρνητος τῆς καλῆς ὁμολογίας, ἧς ὡμολόγησεν ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Ἐπειδὴ δὲ ἐκ τῆς τοιαύτης καθείρξεως νοσηλεύεσθαι αὐτὸν ἐπιθανάτιον ἀκήκοεν ὁ Καῖσαρ, μετάγει ἐν τῷ Βυζαντίῳ μαλαχθεὶς τὴν ἀτεράμονα καρδίαν, καὶ ἐνεγκὼν παρασκευάζεται, ἐπανορθοῦν δῆθεν τὸ κακῶς γεγενημένον. Ἀλλ'

C 39. Sed o! qua ratione abductus est Dei famulus? ad illum enim revertitur oratio. Rursus relegatus, rursus distractus a nobis, et a duobus hominibus protrusus; eo quod amplius progredi nequiret, trahebatur iterum, raptabaturque, et ad planctum pro indignitate facinoris movebat ipsos etiam insensibiles lapides. Testetur hæc insignis Martyris Mamantis Regio; scribat, quæ post primam fratris mei custodiam custodem pietatis vinctum habuit, abrupta insula. Vah immitia pectora, monachorumne dicam, an militum, quibus commissa Sancti custodia fuit? solum eum, velut in lacu inferiori, posuerunt in cella quadam, jam senio confectum et morbo gravatum; ibique a mancipio uno, ipsi mancipia mundi Cæsarisque, faciebant ei ministrari semel aut bis in die. Rogabat senex afferri sibi quidpiam ad corporis necessitatem, et efferus ille hoc ei exprobrabat: petebat aliquid morbo congruum, et ostium ei claudebat

D barbarus: et hæc sustinens sanctus, firmus in sua confessione, quam confessus est coram Deo et hominibus nunquam abnegavit veritatem. Postquam vero intellexit Imperator (28), ex ejusmodi custodia ægrotare illum, et quidem usque ad mortem; emollita nonnihil animi inclementia, Byzantium Platonem transtulit, et reparare voluit quod male

NOTÆ.

utrosque custodia includi, sed singulos seorsim, ita ut mutuus eis aspectus negaretur, quod unicum est in carcere solatium. Theophanes ait mense Januario indictione secunda in exsilium pulsos, anno 809.

(27) Vix dubito quin Joseph Œconomus, turbarum causa, intelligatur. Sirletus *leonem* vertit, quod aliis occasionem dedit Leonem proprio nomine sic appellatum, fortassis Isauricum, cujus mores in hoc imitaretur Nicephorus, intelligendi.

(28) Is est S. Nicephorus prænominatus, cujus et aliorum factum relinquit judicio Dei Michael in Vita S. Theodori.

Digitized by Google

egerat : sed quoniam parum recta intentione ferebatur, ad finem non perduxit quod proposuerat. Nam ipsum quidem, arrogantia sublatum, haud diu post robusta Dei manus ad Scythas expulit, atque cum toto suo exercitu perdidit (29) ; horrendum exemplum narratuque terribile secuturis generationibus statuens inevitabilium judiciorum suæ sapientissimæ providentiæ. Sanctum vero gregi suo proprio restituens natus pie tunc imperantium cum sibi pro Confessore haberi probavit.

40. Hoc autem quomodo accidit ? nec enim dignum est præteriri silentio. Eorum cura qui nostrum agendi modum, animo benevolo nobis quamvis contrario, improbabant, sublatum est e medio scandalum, propter quod a Patriarcha facta erat secessio ; intercessere orantes Principes ; sanctissimus Patriarcha excusavit, omnia ex quadam epikia propter Imperatorem facta fuisse. Secutus est congressus et reconciliatio cum dicto Præsule : quia Deo nihil est charius bono pacis et concordiæ, quando illa concordia non est vel dissonantia a vera fide, vel divini mandati transgressio, aut denique canonis alicujus abrogatio ; qualem illam, de qua nunc agimus, non fuisse, quantum quidem nos attinet, patet sanam mentem habentibus : cum ea quæ interim gesta erant dimiserimus, tanquam similia iis quæ olim sub divinis Patribus accidere, et similiter per epikiam fuere dissimulata ; aut potius velut quorum accuratior discussio incorrupto judici reservetur in sæculum futurum.

ἐπειδὴ οὐκ ἀπὸ ὀρθῆς γνώμης ὁ σκοπὸς, οὐδὲ εἰς πέρας ἄγει τὴν πρόθεσιν. Τὸν μὲν γὰρ, ἐπὶ πολὺ μετεωρισθέντα τῇ ἀπονοίᾳ, ἡ κραταιὰ χεὶρ τοῦ Θεοῦ εἰς Σκύθας ἐκτοπίσασα, ἐκεῖσε πανστρατεὶ ὤλεσεν, διήγημα φοβερὸν καὶ λάλημα φρικτὸν ταῖς μετέπειτα γενεαῖς κριμάτων ἀνεφίκτων τῆς ἑαυτοῦ σοφωτάτης οἰκονομίας ἐγκαταλείψασα· τὸν δὲ σὺν ἡμῖν ῥοπῇ τῶν τηνικαῦτα εὐσεβῶς βασιλευσάντων, εἰς τὴν οἰκείαν πάλιν ποίμνην ἀποκαταστήσασα, ὁμολογητὴν ἑαυτοῖς (*k*) ἀναδείκνυσιν.

μ'. Καὶ τοῦτο πῶς ; οὐδὲ γὰρ παραλιπεῖν ἄξιον. Φροντίδι τῶν ἐπισκηπτόντων τὰ καθ' ἡμᾶς, εὐνοϊκῶς τε ἢ καὶ ἀντιθέτως, ἤρθη ἐκ μέσου τὸ σκάνδαλον, δι' οὗ καὶ ἡ διαφορὰ πρὸς τὸν ἱεραρχοῦντα · ἐδυσώπησαν οἱ κρατοῦντες, ἀπελογήσατο ὁ ἀγιώτατος πατριάρχης πάντα τὰ γεγενημένα ἐξ ἐπιεικείας (*l*) εἶναι τοῦ βασιλεύσαντος. Τηνικαῦτα ἡ σύμβασις, καὶ ἡ πρὸς αὐτὸν ἀφοσίωσις, ὅτι μηδὲ φίλον Θεῷ ἄλλο τι ὡς τὸ τῆς εἰρήνης καὶ ὁμονοίας καλὸν, ἐπὰν ἡ ὁμόνοια οὐ διαφωνία πίστεως, οὐδὲ ἐντολῆς Θεοῦ παράβασις, οὐδ' οὐ μὴν κανόνος ἀθέτησις, ὡς ἡ παροῦσα δέδεικται, ὅσον τὸ καθ' ἡμᾶς, τοῖς νοῦν ἔχουσι, τὰ διὰ μέσου χαίρειν ἐάσαντας, ὡς ὁμότροπα τοῖς πάλαι ἐπὶ τῶν θεοφόρων Πατέρων συμβεβηκόσι, καὶ ὡσαύτως οἰκονομικῶς παρεωραθέῖσιν, μᾶλλον δὲ ὡς τῆς τούτων ἀκριβοῦς ἐξετάσεως ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τῷ ἀδεκάστῳ κριτῇ ταμιευομένοις.

CAPUT VII.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Extremus sancti Platonis morbus, et pius obitus.

41. Post hæc non amplius inclusus vixit Pater, neque enim vires erant vel ad hoc ut corporeis necessitatibus faceret per se satis : sed partim lectulo recumbens, solabatur sese retributione præteritorum suorum asceticorum et athleticorum laborum ; partim in sedili requiescens, aut Psalmos Davidicos vocaliter recitabat, aut mentaliter precabatur Deum, aut aliquid conferebat ad utilitatem fraternitatis, consulendo, adhortando, instruendo, consolando, secundum paternam suam benevolamque consuetudinem : non autem poterat operis aliquid facere, aut genu flectere, aut lectioni vacare, nisi quantum ad hoc conducere poterat opera propeeum legentis ministri. Sed in his contristabatur angebaturque, quasi animam perdidisset, quia ab exercitiis spiritualibus cessare, et a laboribus corporalibus vacare se videbat. Si quando vero cibi aliquid sumebat causa morbi, aut lavacro propter obedientiam utebatur, Deo quidem agebat gratias, dolebat tamen propter laxatum vitæ prioris rigorem. Dignissimus sane laude, qui pulchrum suum stadium ac vere solarem cursum absolvit, ab obe-

μα'. Τί τὰ μετὰ ταῦτα ; Οὐκέτι ὁ Πατὴρ ἐγκεκλεισμένος, ὅτι μηδὲ ἰσχὺς αὐτῷ καὶ τὴν τοῦ σώματος ἀναγκαίαν χρείαν κἀξ αὐτοῦ ποιεῖσθαι· ἀλλὰ πῇ μὲν ἐπὶ κλίνης κατακείμενος, ἀναδόσεσι τῶν προλαβόντων ἀσκητικῶν καὶ ἀθλητικῶν αὐτοῦ πόνων· πῇ δὲ ἐπὶ καθισματίου ἀναπαυόμενος, καὶ διὰ γλώσσης τὰ τοῦ Δαυὶδ φθεγγόμενος, καὶ κατὰ νοῦν τῷ Θεῷ προσευχόμενος, ὅσα τε ἄλλα εἰς βοήθειαν τῆς ἀδελφότητος συνεισφέρων, συμβουλίαις, ὑπομνήσεσι, νουθεσίαις, παρακλήσεσιν, κατὰ τὴν προλαβοῦσαν αὐτῷ πατρικὴν καὶ εὐνοϊκὴν συνήθειαν, οὕπω ἰσχύων ἔτι ἐργάζεσθαι, οὐδ' οὐ μὴν γόνυ κλῖναι, οὔτ' αὖ ἐπισκήπτειν ἀναγνώσεσιν, ἢ ὅσον ἐκ τοῦ παραναγινώσκοντος ὑπηρέτου. Καὶ ἦν ἐν τούτοις συλλυπούμενος καὶ σκυθρωπάζων, ὡς ἤδη ἀπολωλεκὼς τὴν ψυχὴν, διά τε τὴν ἀδράνειαν τῶν πνευματικῶν λειτουργιῶν, καὶ τὴν ἀπραξίαν τῶν σωματικῶν ἐργασιῶν · εἴ πού τι καὶ μετελάμβανε βρῶμα κατάλληλον τῇ νόσῳ, ἢ καὶ λουτρῷ καθ' ὑπακοὴν κεχρημένος, ηὐχαρίστει μὲν τῷ Κυρίῳ, ἠνιᾶτο δὲ διὰ τὴν ἄνεσιν. Ἀλλ' ὄντως καλὸν δίαυλον καὶ ἡλιακὸν δρόμον ὁ πανεύφημος τετέλεκεν, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐξ ὑπακοῆς ἀνατεῖλας καὶ εἰς ὑπ-

NOTÆ.

(*k*) Scriptum erat ἑαυτοῦ, quod corrigendum credidi. (*l*) Item ἐπιρείας, quod nihil significat.

(29) Cæsus a Bulgaris Nicephorus imp. 26 Julii anno 811, cui successit Michael Curopalates.

Digitized by Google

ακοὴν καταλήξας· τῇ δωδεκαταίᾳ γὰρ τῶν ὡρῶν ἡμε- A dientia videlicet incipiens, et in obedientia desinens; cum enim diurno horarum duodecim circulo parem annorum periodum in unoquoque certamine (30) explevisset, ad æternam vitam, perpetuo lumine fruiturus, emigravit. Numera certamina, et invenies annos quadraginta octo. Tum annos bis duodecim (31), ante abrenuntiationem sæculi actos, junge aliis quatuor annis, quos in persecutionibus; et tribus, quos in infirmitate traduxit Sanctus: et invenies, virum venerabilem obiisse anno ætatis unde octogesimo (32).

ρινῇ περιόδῳ ἰσάριθμον τὸν τῶν ἐτῶν κύκλον ἐφ' ἑκάστῳ ἀγῶνι διηνυκὼς, εἰς ζωὴν αἰώνιον ἀδιαδόχῳ φωτὶ ἀναβεβίωκεν. Ἀρίθμει τοὺς ἀγῶνας, καὶ εὑρήσεις τοὺς χρόνους, ὀκτὼ πρὸς τεσσαράκοντα· πρόσθες τοὺς πρὸ τῆς ἀποταγῆς δισδυοκαίδεκα, πρὸς ἄλλοις τέσσαρσι τῶν διωγμῶν, καὶ τρισὶ τῆς ἀσθενείας, καὶ εὑρήσεις τῷ ὀγδοηκοστῷ ἔτει πλὴν ἑνὸς τελειούμενον τὸν ἀοίδιμον.

μβ'. Ἀλλ' ὦ! πῶς ἀδακρυτὶ τὸ τούτου διηγήσαιμι τέλος; Ἔκειτο ὁ γέρων, ὥσπερ τι γέρας τίμιον, ἡτοιμασμένος τὴν ψυχὴν πρὸς τὴν ἔξοδον, καὶ κύκλῳ ἡ ἀδελφότης περιχυθεῖσα ἐξήτει τῶν ἱερῶν προσευχῶν αὐτοῦ λαβεῖν τὸ δῶρον· καὶ ἐπείπερ ἕνα ἕκαστον B ηὐλόγησεν καὶ κατησπάσατο, ἄπεισιν καὶ πρὸς τὸν τάφον, ὃν ἐκ πόθου ἐζήτει πάλαι θεάσασθαι, εἰ καὶ οὐκ ἐπετύγχανεν τοῦ καταθυμίου, κοπῇ τοῦ θελήματος· ὃν ἰδὼν, ἐχάρη λίαν, ἀνθωμολογήσατο τῷ Κυρίῳ, ἐπειπών· *Αὕτη ἡ κατάπαυσίς μου εἰς αἰῶνα αἰῶνος*· μεθηρμόσατο καὶ τὴν φωνὴν ἐκείνην· *Θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιήσει Κύριος.* Ἐκίνησεν καὶ τῶν ἔξω οὐκ ὀλίγους, οἳ καὶ μὴ εὐλαβηθέντες τὸν καιρὸν (ἦν γὰρ τῶν ἱερῶν νηστειῶν περίοδος), συνέδραμον μοναδικοί τε καὶ μιγάδες, ηὐλογήθησαν, ὑπέστρεψεν, ἐφοδιασθέντες καλὸν ἐφόδιον τὴν ἐκείνου ἁγίαν παράθεσιν. Καί γε αὐτὸς ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης παρεὶς ἐξῃτήσατο εὐχὴν, καὶ λαβὼν ἠσπάσατο. Γέγονέ τε ἡ ὥρα ἐκείνη, πάσης ὑπονοουμένης διαφορᾶς ἀλεξητήριον, τῶν πρὶν λυπηρῶν ἐκποδὼν γεγενημένων. Πάντων οὖν ὑπεμνημάτισε, πᾶσιν ὑπερηύξατο, ἅπασιν ἀφίησιν, ἐχθράνασι, δώξασι, λυπήσασιν, ὁ ὡς ἀληθῶς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος καὶ Χριστὸν κἂν τῷ θανάτῳ μιμούμενος.

42. Sed quomodo sine lacrymis mortem illius narrabo? Jacebat senex, habens animam paratam ad egressum, velut honoratum quoddam xenium (33); et circum affusa fraternitas orabat, ut munus orationum ejus mereretur accipere. Postquam igitur unicuique sigillatim benedixit et osculatus est, abiit ad sepulcrum, quod videre jam pridem ardenter concupierat, quamvis voto suo frustratus fuerit, quia præpropera erat talis voluntas. Illud autem cum vidisset, gavisus est valde, et benedixit Dominum, inquiens: *Hæc requies mea in sæculum sæculi* [13]. Deinde istam quoque vocem subjunxit: *Voluntatem timentium se faciet Dominus* [14]. Traxit etiam ad se externorum non pau- cos: qui nulla habita ratione temporis (vertebatur enim sacri jejunii circulus) accurrebant tam monachi quam sæculares, benedictioneque accepta revertebantur instructi ad iter optimo viatico, sanctæ scilicet depositionis memoria (34). Quinimo sanctissimus patriarcha adfuit (35), petens ut oraret pro se; eoque impetrato, osculatus est eum. Itaque hora illa omnibus suspicantibus, alieniori ipsos ab invicem esse animo, facta fuit in remedium, procul submota quæcunque antea exstiterat omnibus, omnibus ignovit, quorum inimicitias, molestias tulerat, utpote vere vir Dei, et Christum etiam in morte imitans.

μγ'. Ἐπειδὴ δὲ καὶ διαθήκην ἔδει διαθέσθαι, τίς αὕτη; Ἡ ὀρθόδοξος πίστις, καὶ ἡ νόμιμος πολιτεία, αἷς συνέζησεν, καὶ μεθ' ὧν ἀπεδήμησεν· τοῦτο δὲ κἀκεῖνο διανέμειν, οὐ πρὸς αὐτοῦ (ὅτι μηδ' αὐτῆς τῆς ἐπωμίδος ἦν κύριος) διατάττεσθαι. Ἀμέλει ἐρωτηθεὶς πρὸς ἐμοῦ τοῦ ἐλεεινοῦ, μή τι ἔχοιεν παριστάμενον· τῇ μὲν χειρὶ ἀψάμενος τοῦ ἱματίου, τοῦτο

43. Quoniam vero oportuit etiam testamentum condi: quodnam, quæso, reliquit? Fidem orthodoxam et conversationem regularem, in quibus vixit et cum quibus obiit: hoc autem vel illud distribuere ad illum non pertinebat, cum neque de ipso pallio posset ut dominus testari. Tandem rogatus a me miserabili, num quid haberet commen-

[13] Psal. CXXXI, 14. [14] Psal. CXLIV, 19.

NOTÆ.

(30) Primum sub obedientia S. Theoctisti, secundum in regimine monasterii Symbolorum, tertium in gubernando monasterio Sacudionis, quartum Constantinopoli in reclusione.

(31) Græce δὶς δυοκαίδεκα. Sed prima syllaba Sirleti oculos fugit, ut *duodecim* verteret, et totam chronologiæ rationem turbavit.

(32) Ex hac vita excessit sanctissimus Plato, octogesimum ætatis annum uno minus agens, vir pluribus perfunctus laboribus, egregiis virtutum editis documentis. Ita S. Theodori Vita.

(33) Græce ἔκειτο ὁ γέρων, ὥσπερ τι γέρας τίμιον ἡτοιμασμένος τὴν ψυχήν· est autem γέρας, decus, præmium, pro quo vertimus *xenium*, ut propius D exprimeretur ejus quæ in Græco est ad vocum similitudinem allusionis elegantia; quam Sirletus neglexit, dum ita vertit, « Jacebat senex ille senio admodum honorato. »

(34) Græce simpliciter est « sancta ejus depositio, » παράθεσις. Sirletus, *commendationem* vertit: putavi menti auctoris propius accessuram paraphrasim.

(35) Vita S. Theodori: « In eo etiam abundantem patriarcha charitatis suæ vim animique recte compositi specimen exhibuit. Accurrens ipsemet cum universo clero ad monasterium, moribundo sancto astitit, totus in illum defixus, membra ejus omnia complectens, suaviterque singula deosculans. »

Digitized by Google

dandum, manu vestem apprehendens, eam excussit, in signum expeditissimæ obedientiæ; et voce admodum submissa dixit, nihil habere, eo quod omnia meæ parvitati committeret. Porro prætereundum non est aliquid, vim habens prædictionis, quod nempe funebrem cantum sibi ipse ante mortem cecinerit. Cum enim ex pectore laboraret, assiduoque anhelitum duceret, ex consueta rerum divinarum meditatione movebat labia, maxime autem psallebat illam sacræ cantionis particulam: *Resurgent mortui, et qui in monumentis sunt suscitabuntur, et lætabuntur qui sunt in terra*: quem suavissimum versum hortabatur ut secum canerent qui præsto erant, quoad loqui potuit, et vocem vel tenuissimam emittere. Secuta autem cantum est mors, tunc illi adveniens, quando instabat memoria justi Lazari (36), ad quem refertur cantus ille, et cum quo pars ejus de quo nobis est sermo.

A κατέσεισεν, ὡς σύμβολον ὑπακοῆς παντελευθέρου, φωνὴν δὲ ἀφίησιν λίαν ἀμυδρὰν μηδ' ὁτιοῦν ἔχειν, διὰ τὸ πάντα ἀναθέσθαι τῇ ταπεινώσει μου. Καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο παραλείψομαι, προρρήσεως ἔχον ἔμφασιν, ὅτι αὐτὸς ἑαυτῷ ἐπιτάφιον ᾠδὴν πρὸ θανάτου μεμελῴδηκεν. Συνεχόμενος γὰρ ὑπὸ τοῦ θώρακος καὶ ἀσθμαίνων ἐπάλληλα, ἐκίνει μὲν τὰ χείλη ἐκ τῆς συνήθους αὐτῷ τῶν θείων μελέτης, ὑπέψαλλεν δὲ μάλιστα τὸ τῆς ᾠδῆς ἐκείνης μέρος, *Ἀναστήσονται οἱ νεκροί, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις καὶ εὐφρανθήσονται οἱ ἐν τῇ γῇ*, συνᾴδειν αὐτῷ προτρεπόμενος συνεχέστερον τὸν αὐτὸν ἤδη στίχον τοὺς παρισταμένους, ἕως ἂν ἠδύνατο σθένειν, καὶ μικρὰν ἀφιέναι φωνήν. Καί γε ἐπηκολούθησεν τῇ ᾠδῇ ἡ κοίμησις, τότε φθάσασα, ἡνίκα B ἡ τοῦ δικαίου Λαζάρου μνήμη ἐπέστη, πρὸς ὃν ἡ ἀναφορὰ τῆς ᾠδῆς, καὶ μεθ' οὗ ἡ μερὶς τοῦ οὗπερ ὁ λόγος.

44. Denique extremum, insurrans, Estote salvi, decoroque habitu jacens, cum ad dexteram inclinasset caput, placido ac leni motu corporis, velut qui in propria abire disponit, clausit oculos, ea qua sol occumbit hora, et spiritum suum sanctum tradidit angelis, ipsum ad solem justitiæ deducturis. Et nunc ille quidem in cœlis est (36') audeo dicere, non solum ascetico dignatus ordine, sed confessorum adnumerandus choreis: quorum enim certamina pertulit, horum indubie etiam hæreditatem participavit: aut si placet, cum subjectis C subjectus probatissimus, imo bis obediens coronarius; cum solitariis solitarius legitimus; cum prælatis prælatus dignissimus, cum inclusis, non solum inclusus, sed etiam subditus; quodque augustum inprimis, cum confessoribus confessor genuinus, reipsa verbis attestante. Ego autem infelix, optimo orbatus patre; cui manum injiciam animo fluctuans? quem admonitorem inveniam a recta declinans ratione? quomodo mali dæmonis incursum fugiam, non habens te domesticum instructorem doctoremque.

μδ'. Εἶτα τελευταῖον τὸ σώζεσθαι ἐπιψιθυρίσας, ἐπὶ σχήματός τε εὐπρεποῦς κείμενος, τὴν κάραν δεξιόθεν ἐπικεκλικὼς, οὕτωσὶ πραεῖᾳ καὶ ἠρεμαίᾳ τῇ κινήσει τοῦ σώματος, ὡς εἰς τὰ ἴδια ἀπαίρειν προαιρούμενος, μύσας τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐν ὥρᾳ δύσεως ἡλίου, παρέδωκεν τὴν ἁγίαν ψυχὴν τοῖς ἀπάγουσιν αὐτὴν ἁγίοις ἀγγέλοις πρὸς τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης. Καὶ νῦν ἐστιν ὁ μὲν ἐν οὐρανοῖς, οὐ μόνον ἀσκητικῆς τάξεώς τε καὶ παραστάσεως θαῤῥῶ λέγειν ἠξιωμένος, ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁμολογητῶν χορείαις ἠριθμημένος· ὧν γὰρ τοὺς ἆθλους ἤνεγκεν, τούτων δῆλον ὅτι καὶ τῆς κληρουχίας μετεῖληφεν· εἰ βούλει δὲ, μετὰ ὑποτακτικῶν ὑποτακτικὸς δόκιμος, μᾶλλον δὲ δὶς ὑπήκοος στεφανίτης, μεθ' ἡσυχαστῶν ἡσυχαστὴς ἔννομος, μετὰ καθηγητῶν καθηγητὴς ἔνθεσμος, μετὰ ἐγκλείστων οὐ μόνον ἔγκλειστος, ἀλλὰ καὶ ὑποτακτήτης, ὃ καὶ σεβάσμιον, μετὰ ὁμολογητῶν ὁμολογητὴς ἀπαράγραπτος, μαρτυρούσης τῷ λόγῳ τῆς πράξεως. Ἐγὼ δὲ ὁ δύστηνος, ἀπορφανισθεὶς τοῦ καλοῦ Πατρὸς, ποῦ χεῖρα ἀπερείσομαι κατὰ ψυχὴν σαλευόμενος; τίνα ὑπομνηστὴν εὕροιμι παραλόγως φερόμενος; πῶς τοῦ Πονηροῦ τὴν ἔφοδον φύγοιμι, μὴ σὲ τὸν νουθετὴν καὶ παιδευτὴν εὐπορῶν οἰκοθεν;

45. Ast, o divinum mihi et sacrum caput, tu me ex alto propitius respice, labantem erige, dirige D gradientem, serva incolumem, pasce mecum hunc gregem, quem multo labore et sudore collegisti; ut tuis insistens vestigiis, ambulet per viam mandatorum Dei: observa, fove, propugna tam magnos quam parvos, quemadmodum te rogavi in hora exitus tui: tui enim sunt omnes, quorum duces filii tui sunt, aut filii filiorum: ut in Deo et

με'. Ἀλλ' ὦ θεία μοι καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, σύ με ἐποπτεύοις ἄνωθεν πλεως, καὶ ἀνορθοῖς καταπίπτοντα, καὶ διευθύνοις πορευόμενον, καὶ συντηροῖς ἀνεπηρέαστον, ἅγοις τε καὶ συμποιμαίνοις μοι, καὶ τήνδε τὴν ποίμνην, ἣν πολλοῖς πόνοις τε καὶ ἀγῶσι συνεστήσω, ἐν ἴχνεσι τοῖς σοῖς περιπατεῖν, ἐν τρίβοις τῶν θείων ἐντολῶν πορεύεσθαι, σκέπων, περιέπων, προπολεμῶν τῶν μεγάλων σου καὶ μικρῶν ποιμνίων, καθὼς καὶ ὑπέσχου ἐν καιρῷ σου τῆς ἐξόδου; καὶ

NOTÆ.

(36) Ita ad verbum Græca. Sirletus vertit: *Justi Lazari ejusque diei festi memoriam*, quale festum nullum habent Græci; sed simpliciter memoriam, occasione evangelii pridie Dominicæ Palmarum legendi, ut supra dictum.

(36') Eadem Vita de sepultura ista addit: « Cui tanquam Patri Patrum cum patriarcha innumeris luminibus thurisque suffitu justa persolvisset, ægre tandem corpus sepulcro condidit, multis undique confluentibus, ejusque depositionem pro virili prohibentibus, ut qui nec mortuo quidem sancto privari vellent. » Et sub finem Vitæ ista habentur: « In Studii monasterio et magni Platonis et beati quoque Josephi dives arca pariter asservatur: et corpus S. Theodori in Patrum thecam illatum est. »

Digitized by Google

γάρ σου πολίμνια πάντα, ὧν εἰσιν καθηγεμόνες τὰ σὰ τέκνα, καὶ ἐκ τέκνων ἔγγονα· ὡς ἂν ἔχοντές σε ἅπαντες εἰς Θεὸν καὶ πρὸς Θεὸν προασπιστήν, ἀπήμαντοι διαμένοιμεν ἀοράτων τε καὶ ὁρωμένων ἐχθρῶν, μηδὲν ὑφιέντες διὰ φόβον τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, μηδ' αὖ ἐκφερόμενοι τῶν θείων ἐντολῶν, μήτ' αὖ θύραν ἀνοίγοντες ἀπροσεξίᾳ τοῖς ὀλεθρίοις πάθεσιν, μήτε μὴν κατολιγωροῦντες τῆς ἀσκήσεως, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ παντοκράτορι Πατρὶ, καὶ τῷ ζωοποιῷ καὶ παναγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A apud Deum te habentes patronum, permaneamus immunes ab hostibus visibilibus et invisibilibus, ne per timorem declinemus a vera fide in aliquo, vel efferamur extra Dei præcepta; ne per ignaviam aperiamus januam pravis affectibus; ne denique deficiamus in exercitatione proposita, in Christo Jesu Domino nostro, cui est gloria, honor et potestas, cum Patre omnipotenti atque vivifico et sanctissimo Spiritu, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

XII.

ed Th. Nissen

LAUDATIO S. ARSENII ANACHORETÆ.

BNgJ

Ex pervetusto codice Petri Seguierii, Franciæ cancellarii, varie collato. Interprete Joanne Pinio. Edidere Bollandiani. Act. Sanct. Jul. t. IV, 617.

—

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

α'. Ἀστὴρ ἀειφανὴς ἡμῖν, οὐκ ἐν τῷ ζωδιακῷ κύκλῳ κατηριθμημένος, ἀλλ' ἐν τῷ τῆς ἀρετῆς οὐρανῷ ἐστηριγμένος, διὰ τῆς ἐτησίου αὐτοῦ μνήμης σήμερον ἀνατέλλων, φωτὶ ἀϋλωτάτῳ μαρμαρυγὰς ὑπερλάμπρους ἀγαθοεργίας ἐπαφίησι τῇ οἰκουμένῃ. Τίς δέ ἐστιν οὗτος, ὦ φιλάγιον ἄθροισμα; Ὁ ἰσάγγελος Ἀρσένιος, ὁ τὴν ἀρετὴν ἀπρόσιτος, τὸ τῆς ταπεινώσεως ὕψος, τὸ τῆς κατανύξεως ῥεῖθρον, οὗ καὶ ἡ μνήμη μόνη παράκλησίς ἐστιν εἰς ἀρετῆς ἐπίδοσιν. Καί μοι θαυμάζειν ἐπίησι, πῶς τῶν ἄλλων μακαρίων ἀνδρῶν, παρὰ τῶν κατὰ καιρὸν τῆς ἀρετῆς ἐπαινετῶν, τῶν βίων ἀναγεγραμμένων, καὶ ταῖς τῶν ἐγκωμίων βολίσι καταστραπτόντων, τοῦδε τοῦ τρισμάκαρος ὁ βίος ἀνιστόρητος εἰάθη, πλὴν ὅσον σποράδην παρά τινων ὁσίων Πατέρων δεδηλωμένος, καίπερ μὴ ἐναπολιμπανόμενος τῆς ἐναρέτου ἐκείνων λαμπροφορίας, ὅτι μὴ καὶ μᾶλλον τῶν πολλῶν ὑπερλάμπων ταῖς αὐγαῖς τῶν θείων αὐτοῦ ἀνδραγαθημάτων.

β'. Τί οὖν; Συνδιαμείψομεν καὶ ἡμεῖς τοῖς προλαβοῦσι τὸν χρόνον, καὶ οἴσομεν τηλικοῦτον θησαυρὸν ὑπὸ τῆς σιγῆς καλύπτεσθαι; Οὐμενοῦν· ἀλλὰ πειθόμενοι τοῖς ἐπὶ τοῦτο παρορμήσασι Πατράσιν, εἰ καὶ ἄμοιροι τοῦ προσήκοντος λόγου, ἠλικιότες τε ἐπίκουρον δέξασθαι τοῦ ἐγχειρήματος αὐτὸν τὸν εἰς ὑπόθεσιν τοῦ βίου προκείμενον, ἀπαρξόμεθα τοῦ λέγειν, οὐδὲν ξενοδεκτοῦντες παρὰ τὸ ἀληθὲς, ὅσα δὲ ἐκ τῶν περὶ αὐτοῦ περικεκομμένως εἰρημένων ἀναλεγόμενοι, εἰ καὶ διὰ ἀῤῥάφου διηγήσεως, εἰς ὑπόμνησιν φέροντες, καὶ ταῦτα οἱονεὶ συνυφαίνοντες, καὶ ἐκ τούτων ταῖς ἀκολούθοις ἐννοίαις ἔσθ' ὅτε προσθήκην ποιούμενοι καθ' εἱρμὸν, πειρασόμεθα τὸν βίον ἀπαρτίσασθαι, ἀφουσιούμενοι τὸν πόθον, ὃν περὶ τοῦ παμμάκαρος ἔχουσιν οἱ φιλάρετοι.

PROLOGUS.

B 1. Stella perpetuo nobis apparens, non zodiaco circulo annumerata, sed in virtutis cœlo firmata, per anniversariam suam memoriam hodie exoriens, splendidissimas bonorum operum coruscationes defæcatissima luce immittit orbi terrarum. At quænam illa est, o sanctitatis amantes auditores? Arsenius est, angelis par, virtute inaccessus, humilitatis altitudo, asceticæ disciplinæ gloria, solitudinis robur, compunctionis fluentum; cujus vel sola memoria ad progressum in virtute incitamentum est. Et vero mirari subit, quid sit, quod, postquam aliorum virorum beatorum, virtutis causa laudabilium, vitæ conscriptæ sunt, præconiorum radiis fulgentes, nulla de beatissimi hujusce vita ad posteros transierit historia, præter eam, quæ a quibusdam sanctis Patribus sparsim indicata, insigni, qua pollent, res illustrandi facultate, non inferior est, imo vero multis potius aliis præfulget ob divinos Arsenii ac masculos gestorum splendores.

C

2. Quid igitur? An nos etiam cum iis, qui tempore præcesserunt, commutabimus vices tantumque thesaurum patiemur sub silentio abscondi? Nequaquam: at Patrum exemplo incitati, tametsi conveniente oratione destituti; fretique, auxilio venturum præsenti conatui illum ipsum, cujus nobis propositum est vitæ argumentum, dicendi initium faciemus, nihil peregrinum et a vero alienum adoptantes; sed quæcunque compendiose de ipso dicta sunt, colligentes, et etiamsi narratione non cohærente in memoriam revocantes, atque hæc quodammodo contexentes, adjecto etiam, ubi res feret, ex cogitationibus inde consequentibus additamento, quo res cohærent, vitam absolvere conabimur, gratificantes desiderio, quo erga beatissimum hunc tenentur virtutis amantes.

D

Digitized by Google

CAPUT PRIMUM. A ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Sancti patria, natales; vita sæcularis cum solitaria divino monitu commutata; insignes in ea progressus; hominum fuga.

3. Genus Arsenii, ut dicam id quod res est, et affinium multitudo, virtus fuit; ejusque incendi studiis ac insigniri characteribus; quoniam vero a sanguine id repetunt eruditi; patria ei fuit civitatum, quæ sub cœlo sunt, princeps, Roma, inquam, celeberrima a qua cognomentum acceperunt illi, qui imperii sceptrum moderantur. Surculus fuit nobilium parentum, opibusque ac reliquo vitæ splendore florentium. Familia ipsius ad hoc usque tempus B integra non superest (quonam enim pacto tot annis servata fuerit?) sed vestigia, tali magnitudine excellentia, divisit habitatoribus velut in cellas triginta (37). Atque hoc sufficit, ut ostendatur, quam illustris ac undequaque beatus fuerit vir iste memorabilis; cumque tantus esset, doctrina altius eminebat, Græca ac Romana pariter sapientia admirandus.

4. Ejus itaque fama ad aures tunc delata magni Theodosii imperatoris, quærentis talem filiis suis Arcadio et Honorio magistrum præficere, qui majore præ omnibus id operæ pretio faceret, Arsenius accitu imperatoris Byzantium contendit, et assumens ambos pueros, moribus ac disciplinis ipsos informavit, ut optimos eos esse ostenderet in utraque facultate. Ad quadragesimum usque ætatis suæ C annum in aula assidue versatus est (37*); Deique timorem in mente habens, ingemuit, et invocabat Deum cum lacrymis dicens: Domine, ostende mihi viam, in qua salvus fiam. Et vero, dum die quadam in aula esset, audivit divinam vocem, quæ ei diceret: Arseni, si salvus esse vis, fuge homines, et salvaberis (38).

5. Hæc itaque ubi audisset Arsenius, jam pridem divino desiderio sauciatus, omni mox humana ac caduca gloria contempta; splendoreque ac deliciis corporis, omnique alia honoris appetentia, aulisque imperatorum pro nihilo putatis, nihil cuiquam locutus Alexandriam navigat; indeque pervenit in Scetim; et ecclesiam ingressus clericos (38*) accedit, dicens: Per Dominum, facite me monachum, ac viam mihi ostendite, ubi salvus fiam. Illi autem viri nobilitatem ex moribus, et vultu et alloquio conjectantes, quærebant ex eo, quisnam et cujus esset. Is cum primo abnueret, diceretque: Homo sum peregrinus et abjectus, qui salvus fieri quæro; vix tandem ei persuadere potuerunt ut, quæ ad se

γ'. Γένος μὲν Ἀρσενίου, τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ οὐ σπάνιοι οἱ μετέχοντες, ἡ ἀρετὴ· καὶ τὸ ἐκεῖθεν κατάγεσθαι καὶ χαρακτηρίζεσθαι· ἐπειδὴ δὲ τὸ ἀφ' αἵμασιν τοῖς φιλοπαθέσιν ἐπιζητεῖται· ἡ πρώτη τῶν ὑπουρανίων πόλεων τούτῳ πατρὶς, Ῥώμην λέγω τὴν περιβόητον· ἀφ' ἧς τὴν προσηγορίαν οἱ τὸ βασιλικὸν σκῆπτρον κατέχοντες ἐξειλήφασιν· εὐγενῶν γεννητόρων στέλεχος, πλούτῳ τε κομώντων καὶ τῇ λοιπῇ τοῦ βίου περιφανείᾳ· οὗ ἐστία μέχρι τοῦ νῦν περίεστιν οὐχ ὁλόκληρος· πῶς γὰρ ἂν καὶ διεσέσωστο τοσούτοις ἔτεσιν; ἴχνη δὲ καὶ τοσούτῳ μεγέθει διαφέροντα, ὡς ἐν τριακοσίαις κέλλαις διαιροῦσα τοῖς οἰκήτορσι. Ἐξαρκοῦντος τούτου ἐπιδηλῶσαι, ὅσος ἦν περιφανὴς καὶ πολύολβος ὁ ἀοίδιμος· τοιοῦτός τε ὢν, ὑπῆρχε καὶ τῇ παιδεύσει ὑπέρτερος, Ἑλληνικῇ τε καὶ Ῥωμαϊκῇ σοφίᾳ θαυμαζόμενος.

δ'. Ἐπεὶ οὖν τὸ τηνικαῦτα Θεοδοσίῳ τῷ μεγάλῳ βασιλεύοντι ἐξηκούσθη τὰ περὶ αὐτοῦ, ζητοῦντι παιδευτὴν τοιοῦτον ἐπιστῆσαι υἱοῖς αὐτοῦ Ἀρκαδίῳ καὶ Ὠνορίῳ, ὃς εἴη προὐργιέστερος ἁπάντων· ἄγεται ὁ Ἀρσένιος τῇ τοῦ κρατοῦντος ῥοπῇ ἐν τῷ Βυζαντίῳ, καὶ παραλαβὼν ἀμφοτέρους τοὺς παῖδας, ἀνῆγεν αὐτοὺς ἔν τε ἤθεσιν καὶ παιδεύμασιν, ἀρίστους ἀποδεικνὺς ἀμφοτέρωθεν. Μέχρι δὲ τοῦ τεσσαρακοστοῦ ἔτους τῆς ἡλικίας αὐτοῦ ἐν τῷ παλατίῳ διηνυκὼς, καὶ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ κατὰ διάνοιαν ἔχων, ἐστέναζε καὶ παρεκάλει τὸν Θεὸν μετὰ δακρύων λέγων· Κύριε ὁδήγησόν με, πῶς σωθῶ. Καὶ δὴ ἐν μιᾷ ὄντος αὐτοῦ ἐν τῷ παλατίῳ, ἀκούει θείας φωνῆς, λεγούσης αὐτῷ· Ἀρσένιε, εἰ θέλεις σωθῆναι, φεῦγε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ σώσῃ.

ε'. Τούτων οὖν ἀκούσας ὁ Ἀρσένιος, καὶ ἐπιπολὺ τῷ θείῳ πόθῳ τρωθείς, πάσης εὐθὺς καταφρονήσας ἀνθρωπίνης καὶ προσκαίρου αἰνέσεως, καὶ περιφανείας, τρυφῆς τε σωματικῆς καὶ πάσης ἄλλης φιλοδοξίας, καὶ βασιλείους αὐλὰς εἰς οὐδὲν διαλογισάμενος, μηδενὶ μηδὲν εἰρηκὼς ἀποπλέει ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, κἀκεῖθεν ἔρχεται εἰς Σκῆτιν· καὶ εἰσελθὼν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, προσέρχεται τοῖς κληρικοῖς λέγων· Διὰ τὸν Κύριον, ποιήσατέ με μοναχὸν, καὶ ὁδηγήσατέ με πῶς σωθῶ. Οἱ δὲ τὴν εὐγένειαν τοῦ ἀνδρὸς ἐκ τοῦ ἤθους, καὶ τοῦ προσώπου, καὶ τῆς συντυχίας στοχασάμενοι ἐξήταζον αὐτὸν, τίς εἴη καὶ πόθεν. Ἀρνουμένου δὲ αὐτοῦ τὰ πρῶτα, καὶ λέγοντος, ὅτι Ἄνθρωπός εἰμι ξένος καὶ ταπεινὸς σωθῆναι

NOTÆ.

(37) Videtur auctor nihil aliud velle, quam stipitem familiæ sancti primævum in plures postea ramos divisum fuisse; usus hic, quantum suspicor, vel phrasi istius temporis, vel parœmia tum usitata.

(37*) Διηνεκῶς· subaudi ἔμεινε, ὢν vel quid simile. Apud Cotelerium lego: Ἔτι ὢν ἐν τῷ παλατίῳ. *Cum etiamnum esset in palatio.*

(38) Vide Vitas Patrum apud Rosweydum lib. v, cap. 2, pag. 563, num. 2. Damalevicius Vitæ sancti Bogumili eremitæ Camaldulensis auctor, tomo II Junii, pag. 356, num. 56, secessum ejus in eremum Dobrovensem narrat, « tanquam si sanctus vocem lapsam divinitus ad Arsenium in sua vocatione audivisset: Arseni tumultus fuge, et salvaberis. »

(38*) Per clericos intellige hic monachos. Exempla dat Cangius in *Glossario Latino.*

Digitized by Google

ζητῶν, μόγις ἠδυνήθησαν πεῖσαι αὐτὸν, θαρρῆσαι αὐτοῖς τὰ καθ' ἑαυτόν. Καὶ μαθόντες, εἶπον πρὸς ἀλλήλους· Τίς ἄρα ἐστὶν, ὁ ὀφείλων τοῦτον παραλαβεῖν καὶ ὁδηγῆσαι εἰς τὴν μοναδικὴν πολιτείαν· καὶ δὴ βουλευσαμένων αὐτῶν, συνεῖδον ἀπενεγκεῖν αὐτὸν τῷ ἀββᾷ Ἰωάννῃ τῷ Κολοβῷ. Καὶ λαβόντες αὐτὸν μεθ' ἑαυτῶν, ἀπῆλθον πρὸς τὸν γέροντα. Καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαι αὐτοὺς εὐχὴν, ἐλάλησαν αὐτῷ περὶ Ἀρσενίου.

A spectabant, confidenter iis exponeret. Quæ edocti, alter alteri dicebant : Quisnam est, qui debet hunc excipere, et conducere ad monasticum institutum? Et, inito consilio, visum est abducere ipsum ad abbatem Joannem Colobum (39). Et assumentes eum secum, abierunt ad senem; peractisque precibus locuti cum illo sunt de Arsenio.

ς'. Καὶ ἐν τῷ συντυγχάνειν αὐτοὺς, καταλαβούσης τῆς ἐννάτης ὥρας, λέγει τοῖς κληρικοῖς ὁ γέρων· Διῦτε, ποιήσωμεν ἀγάπην, καὶ τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου γενέσθω. Καὶ καθεσθεὶς ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης μετὰ τῶν κληρικῶν, ἤρξαντο ἐσθίειν, ἐάσαντες τὸν Ἀρσένιον ἱστάμενον. Ῥίπτει οὖν παξαμάν εἰς τὴν γῆν ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης, καὶ λέγει τῷ Ἀρσενίῳ· Φάγε, ἐὰν θέλῃς. Ὁ δὲ κλίνας ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, ἀπῆλθε περιπατῶν ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶν, ὅπου ἦν ὁ παξαμάς· καὶ ἔφαγεν αὐτὸν, ὡς ἔκειτο εἰς τὴν γῆν. Καὶ ἰδὼν ὁ γέρων, λέγει τοῖς ἀδελφοῖς· Ὑπάγετε μετὰ καλοῦ, καὶ εὔξασθε ὑπὲρ ἡμῶν· οὕτως γὰρ γινώσκετε, ὅτι δόκιμον ἔχει ποιῆσαι μοναχόν. Ἠρώτησαν οὖν οἱ κληρικοὶ τὸν Ἀρσένιον καθ' ἑαυτοὺς, λέγοντες αὐτῷ· Ποίησον ἀγάπην, ἀδελφὲ, διὰ τὸν Κύριον, καὶ εἰπὲ ἡμῖν, ποῖον λογισμὸν ἔσχες ἐσθίων τὸν παξαμάν; Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἐλογισάμην πρὸς ἐμαυτὸν, ὅτι Ὡς κυνί σοι ἔρριψαν τὸν ἄρτον, ὡς κύων φάγε αὐτόν. Καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεόν. Χρόνον οὖν ὀλίγον μείνας μετὰ τοῦ ἀββᾶ Ἰωάννου ὁ Ἀρσένιος, καὶ μαθὼν πᾶσαν τὴν μοναχικὴν κατάστασιν, ἀπελύθη παρ' αὐτοῦ ἀπελθεῖν καὶ καθῆσαι κατὰ μόνας· καὶ ἔμεινεν ἀγωνιζόμενος ἐν Κυρίῳ, ὥστε πολλοὺς τῶν κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον μεγάλων γερόντων ὑπερβῆναι τοῖς πόνοις, τῇ τε καρτερίᾳ, καὶ τῇ ὑπομονῇ τῶν ἀσκητικῶν ἀγώνων. Ἀναχωρήσας οὖν ἐν τῷ ἡτυχαστικῷ βίῳ, πάλιν ηὔξατο τῷ Θεῷ λέγων· Κύριε, ὁδήγησόν με, πῶς σωθῶ· καὶ ἤκουσε φωνῆς λεγούσης· Ἀρσένιε, φεῦγε, σιώπα, ἡσύχαζε· αὗται γάρ εἰσιν αἱ ῥίζαι τῆς ἀναμαρτησίας.

6. Cumque inter colloquendum jam nona advenisset hora, dicit clericis senex : Adeste, faciamus agapen (40), et voluntas Dei fiat. Considensque Joannes abbas cum clericis, cœperunt comedere, sinentes Arsenium stare. Projicit itaque paxaman (41) in terram abbas Joannes, aitque Arsenio : B Comede, si velis. Ille autem inclinans se in terram, abivit illuc, ambulans manibus pedibusque, ubi erat paxamas; et in terra, prout jacebat, ipsum comedit. Atque hoc conspicatus senex, dicit fratribus : Abite cum bono, et orate pro nobis : ita enim scietis, quod probatus sit, ut fiat monachus. Interrogarunt itaque clerici inter se Arsenium, dicentes illi : Fac agapen, frater, per Dominum; et dic nobis, ecquid cogitationis habueris, quando comedebas paxaman? Quibus ille, Cogitabam, inquit, mecum : quem tibi tanquam cani projecerunt panem, comede illum tanquam canis. Et glorificabant Deum. Exiguo igitur tempore Arsenius cum abbate Joanne versatus, omnemque monasticæ vitæ rationem edoctus, discessit ab eo, ut secederet sibique soli vacaret. Et perseveravit, pro virili contendens in Domino usque adeo, ut magnos id temporis senes laboribus, constantia, ac certaminum asceticorum tolerantia superaret. Postquam ad hesychasticam (42) vitam secessisset, iterum oravit Deum, dicens : Domine, viam ostende, ubi salvus fiam. Et audivit vocem, dicentem : Arseni, fuge, tace, quiesce : nam hæ sunt radices, quibus a peccato immunis fias (43).

NOTÆ.

(39) Joannes Colobus (in appendice ad *Vitas Patrum* pag. 904 per apocopen Colob; Græce Κολοβὸς, estque hic curtus, parvus, nanus, brevis staturæ, etc.) fuit inter anachoretas celeberrimus; idemque fortasse, qui in *Martyrologio Coptico* tomo tertio Martii, pag. 692 notatur his verbis : « Obitus Joannis parvi eremitæ. » Gerardus Vossius Borchlonius, præpositus Tungrensis, inter *Apophthegmata Patrum*, cum sancto Ephræm Syro Coloniæ edita anno 1603, pag. 507, *Colobios* legit; inepte addens : « Verisimiliter hic intelligi Joannem Colobitam, et alias Calybitam, eremitam Romanum (potius CPolitanum; videsis Commentarium ejus prævium die 15 Januarii, § 2), cujus mentio fit in *Martyrologio Romano*, 15 Januarii. » Mox tamen alterius Joannis eremitæ Ægyptii meminit, non sufficienter instructus, ut aliquid circa illum absolute determinet. De Joanne Colobo plenius instrui poteris ex *Vitis Patrum* variis locis; Cotelerio tomo I, a pag. 468, ac Tillemontio tomo X, a pag. 427.

(40) Agape, Græce ἀγάπη, accipitur vel pro extraordinaria refectione in monasteriis; vel pro solemni convivio; vel pro cœna ad quam Christiani, sed pauperes potissimum adhibebantur. De prima significatione consule Cangium; de secunda Cotelerium in notis col. 804; de tertia Ciacconium in notis ad Cassianum pag. 669. Hic vero non scio an plus aliquid significetur, quam cœna ordinaria monachorum.

(41) Illa vox varie scribitur; nimirum *paxamas*, *paxamation*, *paximation* : de qua fuse Rosweydus in *Onomastico* ad *Vitas PP.* a pag. 1045; brevius in *Glossario Latino*. Significat vero panem subcinericium, aut recoctum seu bis coctum : quem ita appellatum quidam volunt a Paxamo quodam cupediario.

D (42) Id est quietam, taciturnam, solitariam. Græcum ἡσυχαστικὸς dilucidari potest ex annotatis ad caput 1 *Vitæ sancti Stephani* Sabaitæ die 13 Julii, pag. 534.

(43) Sanctus Lucas Junior thaumaturgus de loco, ubi sæpius a pluribus interpellabatur, cum secretiori commutando Theophylactum consulens, id responsi tulit (tomo secundo Februarii, pag. 194) : « Tenendum, quod optime haberet Arsenii consilium : is enim fugere ait homines et salvari. Iterumque : Fuge, tace, quiesce. » Inspici etiam pos-

Digitized by Google

7. Hoc itaque divinitus accepto mandato, omnem in cœlum Arsenius affectum transfert, corpore quidem in terra degens, corde autem cum supernis potestatibus familiariter consuescens. Ad illud mandatum exsequendum cum discessisset, cumque adeo solitudinem amaret, quidam e patribus, nomine Marcus (44), sic ipsum compellat : Quare non fugis, pater? Cui Senex : Novit Deus, quod vos diligam : at non possum esse cum hominibus, et cum Deo. Cœlestes chiliades et myriades unam voluntatem habent ; homines vero multas habent voluntates : Deum itaque dimittere non possum, et hominibus vacare (45). Jam vero ut clarius constet de ejus solitaria quiete, dicendum etiam illud, memoratu dignum.

8. Cum pervenisset ad locum quemdam (quoniam ibi erant arundines a vento agitatæ), sic fratres affatur Arsenius : Quænam hæc concussio est? Respondent illi : Arundines sunt, pater. Subjicit Senex : Vere si quis sederit in solitaria quiete, et audierit vocem aviculæ, non habebit cor ejus eamdem quietem ; quanto magis vos, hanc habentes concussionem (46). Quo autem pacto ille in solitudine degens, mentemque usu sensuum destitutam, et a terrenorum tumultuum perturbatione inconcussam habens versus Deum, nequaquam amarit humanam consuetudinem, vel illam etiam, quæ confusione caret, omnemque sermoni a lingua promananti accessum præcluderet, nisi quando prorsus necessitas aliud cogeret, oratio exponet.

traduxisti! Hic vero, In labore multo, ait, et ærumna. Tum alter rursus: Et qui nunc degis in tua cella? Respondit: Commode quiesco. Et iterum presbyter: Vides abbatem hunc Arsenium? Pater imperatorum erat in sæculo, et mille famuli sericis induti astabant ei, pretiosa etiam strata erant subter ipso: tu vero non habuisti pastor exsistens, quam nunc habes, requiem: sed ille delicias, quas habuit in sæculo, hic non habet. Vide igitur; tu quieti indulges; ille vero afflictatur. Quibus auditis, compunctus est, ac corpore inclinato veniam petiit dicens: Ignosce mihi, abba, peccavi. Hic venit ad laborem, et ego ad requiem. Et cum fructu senex discessit.

21. Beatum (95) istum aliquando in cella aggressi sunt dæmones, affligentes eum. Accedentes autem qui ministrabant ipsi, et stantes extra cellam, audierunt ipsum clamantem ad Deum, ac dicentem: O mi Deus, ne derelinquas me; nihil boni in conspectu tuo egi: sed da mihi propter benignitatem tuam, ut jaciam fundamentum. Dum autem (96) alius frater interrogaret ipsum, ut boni aliquid ex ipso audiret, dixit senex: Contende, quantum potes, ut interna operatio tua sit secundum Deum, et externas appetitiones superabis. Postquam itaque beatus assidue aseetica sua certamina per multos annos exantlasset (97), omni virtute jam plenus, instaretque tempus migrationis ejus, hortabatur discipulos suos, dicens: Ne solliciti (98), ut agapas (99) facratis pro me: nam ego, siquidem mihi feci, illam inveniam. Turbati ergo (1) sunt discipuli, hæc audientes; et dixit illis: Nondum venit hora; quando autem venerit, dicam vobis. Judicium enim vobiscum subire debeo ante tribunal Christi, si cuiquam dederitis corpus meum (2). Quidnam ergo, inquiunt, faciemus? quia nescimus (3) illud sepelire. Et dicit eis senex: Non nostis mittere funem, et tollere me in montem? Illud autem frequenter usurpabat: Arseni,

VARIÆ LECTIONES.

[o] al. ἀγάπην. [p] additur apud Cotel. ἀγάπην. [q] Coteler. εἰς τὸν πόδα μου, *in pedem meum*.

NOTÆ.

(*m*) Παρέσταν per syncopen pro παρέστησαν. Paulo post occurrit ἐπέστησαν absque syncope.

(*n*) Παρῃνήνει, pro quo substitue παρῄνει: a παραινέω nisi, more Græcis alibi satis familiari, auctor usus fuerit anadiplosi, seu reduplicatione secundæ syllabæ.

(*o*) Coteler. Ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ φοβεροῦ (al. Χριστοῦ): *ante tremendum tribunal.*

(95) *Vit. PP.* lib. v, libell. 15, num. 5: Coteler, pag. 353.

(96) *Vit. PP.* ibid., libell. 11, num. 1.

(97) Ἐξαντλησάμενος addidi, quo fieret perfectus sensus; nisi forte pro διηνεκῶς scribendum sit διενεγκών.

(98) *In Vit. PP.* lib. v, libell. 10, num. 9, et apud Coteler. pag. 369 narratur ex ore Danielis.

(99) Ἀγάπας, hic intellige eleemosynas, refectiones pauperum. Vide utrumque *Glossarium* Cangii. *Vit. PP.* lib. III, num. 163, pag. 524 habent: « Nemo super me faciat charitatem, nisi in sola oblatione: ego si feci charitatem, invenio illam. »

(1) In *Vit. PP.* lib. III, num. 163, pag. 523 præmittitur: « Turbatis autem discipulis, quasi jam tempore propinquante. » Et lib. v, libell. 15, num. 9: « Qui cum moreretur, turbati sunt valde. » Coteler., pag. 369, μέλλοντος τελευτᾷν: *Cum moriturus esset.*

(2) *Vit. PP.* « Si permiseritis cuiquam de corpore meo aliquid facere. »

(3) *Vit. PP.* « Mortuum vestire vel sepelire. »

Digitized by Google

quare [sæculo] egressus es (4)? Hac re significans : Quoniam, aiebat, te ipsum obtulisti, ut cum Deo versareris, custodi mentem imperturbatam, ut per oblivionem vacuus non fias ad conversandum cum Deo.

A νητον τὸν νοῦν διατήρει, ἵνα μὴ διὰ τῆς λήθης κενὸς γένῃ τοῦ συναμιλλᾶσθαι (p) Θεῷ.

22. Dicebat etiam illud : Pœnituit enim vero me sæpius (5), locutum esse ; tacuisse vero nunquam. Hoc quippe indicavit (6) Sanctus, per multiloquium sæpius hominem, qui non attendit, ut congrua proferat, labi ; in calamitates utique mortiferas ac contentiones præcipitatum. Quod dum amens non sentit, pœnitentia non ducitur, sed impudentia potius e contrario ad loquendum roboratur propter contentionem malitiæ : nam pedica valida viro sunt propria labia, et proprii oris verbis captatur. At sapientem, et qui mentem expurgatam habet, locutum præter id quod debuit, sæpius pœnituit. Utinam, inquiebat, sermonem hunc non protulissem ! Ex multiloquio enim non evitabis peccatum. Ideo bona res est opportunum silentium. Quando jam morti erat vicinus (7), viderunt eum fratres flentem ; et dicunt ei : Vere, an et tu times, Pater? Respondet : Vere, timor, qui nunc mecum est in hac hora, mecum erat, ex quo monachus factus sum (7*) : et sic obdormivit in pace. Certe abbas Pœmen (8), audita ipsius morte, lacrymans dixit : Beatus es, abba Arseni, quod teipsum flevisti in hoc mundo : qui enim seipsum hic non flet, in æternum illic flebit : siquidem hic flere voluntarium, illic non flere impossibile est præ tormentis.

κβ'. Ἔλεγε δὲ καὶ τοῦτο· Λαλήσας γὰρ πολλάκις μετεμελήθην, σιωπήσας δὲ οὐδέποτε. Τούτῳ γὰρ ἐδήλωσεν ὁ Ὅσιος, ὅτι ἐκ πολυλογίας πολλάκις, καὶ μὴ ἐστοχασμένος προσφέρειν τὰ ἁρμόζοντα, ἐκπίπτει ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἐπὶ συμφορὰς ἴσως καὶ θανατηφόρους, καὶ δικαιολογίας κρημνιζόμενος· ὁ ἄφρων μὴ αἰσθανόμενος, οὐ μετεμελήθη, ἀλλὰ μᾶλλον ἀναισχυντῶν ἐπὶ τὸ ἐναντίον εἰς τὸ λέγειν ἀνδρίζεται διὰ ἔριν κακίας· παγὶς γὰρ ἰσχυρὰ ἀνδρὶ τὰ ἴδια χείλη, καὶ ἁλίσκεται ῥήμασιν ἰδίου στόματος. Ὁ δὲ εὔφρων, καὶ τὸν νοῦν κεκαθαρμένον ἐπέχων, λαλήσας παρὰ τὸ δέον, πολλάκις μετεμελήθη. Εἴθε γάρ, φησὶ, μὴ τόνδε λόγον προεξήνεγκον· ἐκ γὰρ πολυλογίας οὐκ ἐκφεύξῃ ἁμαρτίαν. Διὰ τοῦτο καλὸν ἡ εὐκαιρος σιωπή. Ὡς δὲ ἐγγὺς ἦν τοῦ τελευτᾷν [r], εἶδον αὐτὸν οἱ ἀδελφοὶ κλαίοντα, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Ἐν ἀληθείᾳ καὶ σὺ φοβῇ, Πάτερ ; Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἐν ἀληθείᾳ ὁ φόβος ὁ νῦν ὢν μετ' ἐμοῦ ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ, μετ' ἐμοῦ ἦν, ἀφ' οὗ γέγονα μοναχός· καὶ οὕτως ἐκοιμήθη ἐν εἰρήνῃ. Ἀμέλει ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν ἀκούσας ὅτι ἐκοιμήθη, δακρύσας εἶπεν· Μακάριος εἶ, ἀββᾶ Ἀρσένιε, ὅτι ἔκλαυσας σαυτὸν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ· ὁ γὰρ μὴ κλαίων ἑαυτὸν ὧδε, αἰωνίως ἐκεῖ κλαύσεται· εἴτε οὖν ὧδε ἑκὼν, εἴτε ἐκεῖ ἀπὸ βασάνων ἀδύνατον μὴ κλαῦσαι.

B

23. Narravit de ipso abbas Daniel, quod nunquam loqui voluerit de quæstione aliqua Scripturæ, quanquam, si voluisset, loqui potuisset : sed neque epistolam facile scribebat. Quando autem per intervalla veniebat ad ecclesiam, pone columnam sedebat, ut nemo videret faciem ejus, neque ipse rei alteri attenderet. Erat vultus ejus angelicus instar Jacob ; erat ipse totus canus ; ore festivus, aridus, statura procerus, at præ senectute incurvus. Habebat barbam prolixam, ad pectus usque protensam : pili autem oculorum ejus præ multo fletu exciderant. Obiit annum agens nonagenum

C

κγ'. Διηγήσατο δὲ ἀββᾶς Δανιὴλ περὶ αὐτοῦ, ὅτι οὐδέποτε ἠθέλησε λαλῆσαι ζήτημα τῆς Γραφῆς, καίπερ δυνάμενος λαλῆσαι, εἰ ἤθελεν· ἀλλ' οὔτε ἐπιστολὴν ταχέως ἔγραφεν. Ὅτε δὲ ἤρχετο εἰς τὴν ἐκκλησίαν διὰ χρόνου, ὀπίσω τοῦ στύλου ἐκαθίζετο, ἵνα μηδεὶς ἴδῃ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, μή τε αὐτὸς ἄλλου προσχῇ· ἦν δὲ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἀγγελικὸς, ὥσπερ τοῦ Ἰακὼβ, ὁλοπόλιος, ἀστεῖος τῷ στόματι [s], ξηρὸς δὲ ὑπῆρχε καὶ μακρὸς, ἀλλ' ἐκυρτώθη ἀπὸ τοῦ γήρως. Εἶχεν δὲ τὸν πώγωνα μέγαν, φθάνοντα ἕως τῆς κοιλίας· αἱ δὲ τρίχες τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ἔπεσον ἀπὸ τοῦ πολλοῦ κλαυθμοῦ· τελευτᾷ [t] δὲ ἐτῶν ἐνενή-

VARIÆ LECTIONES.

[r] al. ἤμελλεν παραδιδόναι τὸ πνεῦμα. [s] Coteler. σώματι. [t] Coteler. ἐγένετο.

NOTÆ.

(p) Συναμιλλᾶσθαι, quod erat in nostro apographo, quam hic satis ad propositum faciat, non video : est enim *cum aliquo concertare*. Melius quadrat συνομιλεῖσθαι, ut hic sit versari cum Deo : sicque congruit τῷ συνεῖναι, quod præcedit.

(4) *Vit. PP.* « Ille autem sermo semper erat in ore Arsenii. » Quod etiam præ oculis habuit sanctus Euthymius, ut constat ex Vita ejus 20 Januarii, pag. 311, num. 59. Sanctus Dorotheus archimandrita, a Corderio nostro editus, institutione 10 sic habet : « Arsenius abbas sibi ipse assidue inculcabat : Arseni quare exivisti? Nos tam perdite socordes sumus, ut neque sciamus, quare exiverimus, neque intelligamus, quid sit, quod voluerimus. Quapropter non solum proficimus, sed semper affligimur. »

(5) *Vit. PP.* « Semper pœnituit : » Coteler. *sæpe.*

(6) Hanc asceticam explanationem vel proprio marte adjecerit, vel aliunde fuerit mutuatus sanctus Theodorus Studita, quam nec apud Cotelerium, nec in *Vit. PP.* hic reperio.

(7) *Vit. PP.* « Cum autem traditurus esset spiritum. »

(7*) *Vit. PP.* addunt : « Et timeo valde. » Ad diem 8 Januarii in Vita B. Laurentii Justiniani patriarchæ Veneti, cap. 10, pag. 561, de ipso moriturο dicitur : « In fiducia Macarium, in timore Arsenium referens : inter utrumque incedens, ut cum fiducia metueret, nec sine timore confideret. »

(8) De eo Commentarius prævius ; qui in *Vit. PP.* vocatur *Pastor*, id enim ποιμὴν Græce sonat.

Digitized by Google

κοντα πέντε· ἐποίησεν δὲ εἰς τὸ παλάτιον τοῦ τῆς A
θείας μνήμης Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου ἕως τοῦ τεσσα-
ρακοστοῦ ἔτους τῆς αὐτοῦ ἡλικίας, καὶ ἐν τῇ Σκήτι
ἔτη μ', καὶ δέκα εἰς Τρώην τῆς ἄνω Βαβυλῶνος κατ-
έναντι Μέμφεως· καὶ ἔτη γ' εἰς τὸν Κάνωπον τῆς
Ἀλεξανδρείας, καὶ ἄλλα δύο ἔτη ἦλθεν πάλιν εἰς
Τρώην, καὶ ἐκεῖ ἐκοιμήθη, τελέσας [a] ἐν εἰρήνῃ καὶ
φόβῳ Θεοῦ τὸν δρόμον αὐτοῦ· ὅτι ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ
πλήρης Πνεύματος ἁγίου, καὶ πίστεως. Κατέλιπε δέ
μοι τὸν χιτῶνα αὐτοῦ τὸν δερματινὸν, καὶ τρίχινον
κάμισιν λευκὸν, καὶ σανδάλια σεβέννινα [b], καὶ ἐγὼ ὁ
ἀνάξιος ἐφόρεσα αὐτὰ, ὅπως εὐλογηθῶ. Τοῦτο τὸ πέ-
ρας τοῦ βίου τοῦ Μακαρίου Ἀρσενίου, ὡς ἐν ὀλίγοις
δὲ διηγημένον, οὐ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀξιαγάστων
αὐτοῦ πρακτικῶν, ἀλλὰ κατὰ τὸ φθάσαι βραχυμερὲς B
γραφῇ παραδοθῆναι παρὰ τῶν ὁσίων γερόντων.
Ἡμεῖς δὲ καὶ τὰ περὶ ἑαυτῶν ληψόμενοι [x], οὐκ ὀκνή-
σομεν τόλμῃ χρώμενοι προσθῆναί τι τοῖς εἰρημένοις,
τῆς μὲν πενιχρολογίας ἡμῶν δήλωσιν, τοῦ δὲ πρὸς
τὸν Ἅγιον πόθου ἀποπλήρωσιν.

κδ'. Τίς λόγος δυνηθείη φράσαι τοῦ πανολβίου
τούτου, καὶ τρισμάκαρος ὁσιωτάτου ἀνδρὸς τὰ κατ-
ορθώματα διηγήσασθαι; ἃ οὐ μόνον ἡ καθ' ἡμᾶς γε-
νεὰ θαυμάζει, καὶ πειρᾶται τὰς τούτου ἀθλητικὰς ἐν
ἀσκήσει παλαίστρας ζηλοτυπῶν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀκρέ-
μονες καὶ κορυφαῖοι τῶν ἁγίων ἀρχαίων Πατέρων
τὴν τοῦ ἐμηνύσαντο πολιτείαν· λέγω δὴ τὸν μέγαν C
Εὐθύμιον, ὃς πᾶσαν σπουδὴν ἐποιεῖτο τούτου μιμεῖ-
σθαι τὰς ἀρετὰς, τήν τε ἡσυχίαν αὐτοῦ, καὶ σιωπὴν,
καὶ ταπεινοφροσύνην, τὸ τοῦ ἐνδύματος εὐτελὲς, καὶ
τὴν τῶν βρωμάτων ἀτοχὴν, καὶ τὴν εἰς πάντα κατ-
τερίαν τὸ ἑαυτῷ προσέχειν, κατὰ τὸ ὑπ' ἐκείνου λε-
γόμενον· Ἀρσένιε, διὰ ἐξῆλθες; Ἐζήλου δὲ αὐτοῦ
καὶ τὴν κατάνυξιν, καὶ τὰ δάκρυα, καὶ τὰς παννύ-
χους ἀγρυπνίας, τὸ φιλέρημόν τε καὶ μισόδοξον, καὶ

quintum. Mansit porro in palatio imperatoris Theodosii magni divinæ memoriæ usque ad annum suæ ætatis quadragesimum (9): in Sceti annos quadraginta: in Troe vero superioris (10) Babylonis versus Memphim, annos decem: tres in Canopo (11) Alexandriæ: et reliquis duobus annis rediit in Troen; ibique obdormivit, consummans cursum suum in pace ac timore Dei: quia erat vir bonus et plenus Spiritu sancto et fide. Reliquit autem mihi pelliceam suam tunicam, albamque camisiam (12) cilicinam, nec non sandalia, e palmula confecta. Et ego indignus illa gestavi, ut benedicerer (13). Hic vitæ Arsenii transitus; paucis quidem expositus, non autem prout rerum, quas gessit, admiratione dignarum multitudo exigebat; sed prout secundum tenue, quod præcessit, compendium a sanctis senibus scripto commendatæ sunt. Nos vero, post hæc ab ipsis accepta, non gravabimur audere aliquid, et adjungere iis, quæ jam dicta sunt, tam ut ostendatur sermonis nostri penuria, quam ut propensa in sanctum voluntas expleatur.

24. Quænam fortunatissimi hujus, beatissimi ac sanctissimi viri recte factis recensendis par esse possit oratio? Quæ non tantum ætas nostra admiratur, et æmulari conatur exantlata ab illo solitariæ vitæ certamina, sed antiquorum quoque sanctorum Patrum primores ac principes hujusce expresserunt vitæ institutum: magnum dico Euthymium, qui operam dedit maximam, ut ipsius virtutes imitaretur; secessum ipsius, silentium, humilitatem, vestitus vilitatem, ciborum abstinentiam, vigilantiam, qua in omnibus sibi attendebat, juxta id, quod ab ipso dictum est: Arseni, cur [sæculo] existi? Ad hæc, æmulari satagebat ipsius compunctionem, lacrymas, pervigilationes nocturnas, amorem solitudinis, odium gloriæ et

VARIÆ LECTIONES.

[a] al. τελειώσας. [b] al. σεβένινα, σεβεννίνα. [x] λαβόμενοι.

NOTÆ.

(9) Coteler. pag. 371, *annos quadraginta*, ut alibi observavimus; addens: « Pater factus divinissimorum Arcadii et Honorii. »

(10) *Vit. PP.* lib. v, libell. 15, num. 10. « In loco, qui dicitur Trohen supra Babyloniam. » Interpres in Græco legerit εἰς Τρώην τὴν ἄνω Βαβυλῶνος, vel εἰς Τρώην ἄνω τῆς Βαβυλῶνος. Et sic intellige textum nostrum: neque enim duæ Babylones fuerunt in Ægypto, uti nec duæ Memphes: et simili haud dubie sensu in *Fastis sacris Æthiopicis*, a Jobo Ludolfo in *Historia Æthiopica* editis, pag. 425 intelligitur Ptolomæus martyr e Memphi superiore. De istis duabus urbibus dictum in *Comm. prær.* Adde, hic designari Babylonem novam, ad Nilum fluvium, postea dirutam; ex cujus ruinis excitata fuit in viciniis urbs Cairus, totius Ægypti caput; a qua tantisper distant ejus rudera, quæ etiamnum videri dicuntur.

(11) De canopo supra: quibus addi possunt ex notationibus Valesii ad librum III *Historiæ ecclesiasticæ* Sozomeni, pag. 117, quæ habet de insigni monasterio Tabennensium: ex quo factum, ut Canopus, quæ antea ob luxum et delicias infamis fuerat, insula Metanœa vocaretur: inducitque sanctum Hieronymum et Athanasium presbyterum, de eo loquentes; qui postremus ibidem vocat « Metanœam, suburbanum maximæ urbis Alexandriæ, quod olim Canopus vocabatur. »

(12) Κάμισιν Coteler. Καμάσιν, estque subucula, linea interula, indusium, lintea sindon: de qua voce Cangius et *Onomasticum* Rosweydi. Vocis etymon tradit sanctus Isidorus Hispalensis lib. IX *Originum*; stratum enim vel lectus *cama* Hispanico idiomate vocatur. *Camisia* Gallis *chemise*. In liturgicis est exterior vestis alba clericorum, in ecclesia gestari solita.

(13) Iconismus sancti, sive exterior corporis species, ab auctore Vitæ accuratissime hic delineata, narratur apud Coteler. pag. 371: in *Vit. PP.* lib. v, libell. 15, num. 10: ibidem etiam brevis hæc vitæ periocha. Codex noster Ingolstadiensis plane singularis est, dum dicit: « Moritur annorum centum xv; » at facile alicubi ex XCV (quæ lectio ex Vita nostra, *Vitis PP.* ac Cotelerio probatur esse genuina) formari potuit CXV, transposita littera X.

Digitized by Google

societatis, alacritatem ac contentionem in orando, commiserationem ac discretionem. Omni itaque studio vitæ ipsius institutum imitatus, gratiarum etiam, quibus ille erat præditus, donum fruendum accepit, sanctissimi Spiritus communicationem, divini luminis illustrationem ac gratiam perspiciendi arcana.

μισοσύντυχον, τὸ εἰς προσευχὴν πρόθυμόν τε καὶ εὔτονον, τότε συμπαθὲς καὶ διακριτικόν. Ἐπειδὴ τοίνυν πάσῃ σπουδῇ τὴν ἐκείνου ἐμιμήσατο πολιτείαν, καὶ τῶν ἐκείνῳ προσόντων χαρισμάτων ἠξιώθη ἐν ἀπολαύσει γενέσθαι τῆς τε τοῦ παναγίου Πνεύματος μεταδοσίας, καὶ τῆς τοῦ θείου φωτὸς ἐλλάμψεως, καὶ τοῦ διορατικοῦ χαρίσματος.

EPILOGUS.

25. O beatorum beatissime Arseni, purum Spiritus receptaculum. Ecquis sermo tua recte gesta dignis præconiis extollat? Quale virtutis genus in te primum laudabo? An secessum a sæculo? Et quisnam ita dicto divino audiens, citius mundum reliquit universum? Ad modum locumque salutaris requiei cucurrit Abraham patriarcha, at cum uxore et apparatu; tu vero tam solus quam qui maxime, absque apparatu ac rebus superfluis, solam Christi crucem in humeris ferens eremum incoluisti. Imperatoriæ te aulæ non traxerunt; dignitatum apices non detinuerunt. Quanto hæc plus admirabilitatis habent, quam gesta ipsius! Et quis ab appetitionibus extra sæculum nec non a terrenarum impressionum lineamentis conversus, tali cum Deo colloquendi honore donatus fuit? Magnus ille Moyses montem Sina ascendit; at tu quoque, occupata orationis columna, cum Deo quotidie versandi honorem accepisti. Illius vultus gloria exinde coruscabat: tu autem nonne totus ignis apparuisti videnti te? (o miraculum!) orationis ad Deum contactu in flammam mutari visus; tuque, cui res communicabatur, rei, quæ communicabatur consimilis, angelus eras igne ardens, et, si non audacius quam par est, eloquar, gloriam Mosaicam supergressus. Jam vero quid statio pernox: Nox sicut dies illuminata fuit orationibus, quemadmodum divinus David cecinit[1]. Sol tibi oranti astans, soli te remisit, circularem cursum peragens. O sol, soli intelligentia prædito revera æmule! Mens tua lumine prægnans, purius quam solares radii in cœlum demisit cogitationes tuas, cœlos ipsos transcendentes.

κε'. Ὦ μακαρίων μακαριώτατε Ἀρσένιε, τὸ καθαρὸν τοῦ Πνεύματος καταγώγιον. Τίς ἀξίως ἐφηνεῖται (*q*) λόγος τῶν σῶν κατορθωμάτων; ποῖον δὲ εἶδος ἀρετῆς πρῶτον ἐν σοὶ ἐπαινέσομαι; ἀναχώρησιν κόσμου; καὶ τίς οὕτως ἐπακηκοὼς φωνῆς θείας κατέλιπε θᾶττον κόσμον ὅλον; Πρὸς τὸν τρόπον καὶ τὸν τόπον τῆς σωτηριώδους καταπαύσεως προεδραμὼν Ἀβραὰμ ὁ πατριάρχης, ἀλλὰ σὺν γυναικὶ καὶ ἀποσκευῇ· σὺ δὲ μονώτατος καὶ ἄσκευος καὶ ἀπέριττος, μόνον τοῦ Χριστοῦ τὸν σταυρὸν ἐπωμάδιον φέρων ηὐλίσθης ἐν τῇ ἐρήμῳ. Βασίλειοί σε αὐλαὶ οὐ καθείλκυσαν, ὑπεροχαὶ ἀξιωμάτων οὐ περικράτησαν. Ὅσον ταῦτα ἐκείνου θαυμασιώτερα προσέτυχεν ἐργασίαν. Τίς οὕτως συστραφεὶς τῶν αἰσθήσεων ἔξω κόσμου, καὶ τῶν κάτω φαντασιώντων χαρακτήρων γενόμενος, θεῷ συλλαλῆσαι ἠξίωται; Μωσῆς ὁ μέγας ἀναχθεὶς ἐν τῷ Σιναίῳ· ἀλλὰ καὶ σὺ ἐν τῷ τῆς προσευχῆς στύλῳ ἐφθακὼς ὁμιλεῖν Θεῷ ἠξίου ἑκάστοτε. Κἀκεῖνος τὸ πρόσωπον ἐντεῦθεν δόξῃ περιήστραπτο· σὺ δὲ οὐχ ὅλος πῦρ τῷ ὁρῶντι ἐδείκνυσο; ὦ τοῦ θαύματος· τῇ δι' εὐχῆς πρὸς Θεὸν συναφείᾳ φλὸξ δεικνύμενος, ἐφόμοιος ὢν τοῦ μετεχομένου ὁ μετέχων, ἄγγελος πυριφλεγέθων, καὶ εἰ μὴ τολμηρῶς εἰπεῖν, τῆς Μωσαϊκῆς δόξης ὑπερφερέστερος. Τί δὲ ἡ στάσις ἡ πάννυχος; ἡ νὺξ ὡς ἡμέρα ταῖς προσευχαῖς ἐπεφώτιστο, ὡς ὁ θεῖος Δαβὶδ ἐμελογράφησεν. Ἥλιός σε παρεστῶν τῇ εὐχῇ ἡλίῳ παρέπεμπεν, τὴν κυκλικὴν περιδρομὴν ποιούμενος. Ὦ ἥλιε καὶ τοῦ ὄντως νοητοῦ ἡλίου ἐφάμιλλε· ἡ διάνοιά σου φωτὸς ἐγκύμων ὑπάρχουσα ἡλιακῶν ἀκτίνων καθαρώτερον, τοὺς λογισμοὺς εἰς οὐρανὸν ἦφεν (r), καὶ ὑπὲρ τοὺς οὐρανοὺς ἀνατρέχοντας.

26. An solitudinis jucunditatem prædicabo? Ecquis te apparuit solitudinis amantior, ab humanis tumultibus recedente, et in solum Deum elevato? Pythagoram philosophum cum nemine quidem alio, at cum bobus tamen et avibus collocutum ferunt, ex amore quietis: tu vero id, quod in eo fuit a philosophia alienum, tanquam parum decens, redarguendo, docuisti hesychasten in solitudine degere, ne vocem quidem avium audientem (14). Cor tuum purum mari profunda tran-

κς'. Ἡσυχίας τερπνότητα; καὶ τίς σου ᾧπται φιλησυχώτερος, τῶν ἀνθρωπίνων θορύβων ἀφιστάμενος, καὶ πρὸς Θεὸν μόνον μετεωριζόμενος; Πυθαγόραν φασὶ τὸν φιλόσοφον ἄλλῳ μὲν οὐδενὶ, βουσὶ δὲ καὶ ὀρνέοις προσλαλεῖν ἡσυχίας ἕρωτι· σὺ δὲ τοῦδε τὸ ἀφιλόσοφον διήλεγξας ὡς σμικροπρεπὲς, μηδὲ φωνῆς ὀρνέων ἐπαΐοντα τὸν ἡσυχαστὴν ἠρεμεῖν. Ἔοικέν σου ἡ καθαρὰ καρδία πελάγει κατεστορεσμένῳ γαλήνῃ βαθείᾳ, πόῤῥω τῶν τῆς πονηρίας πνευμάτων βαλλομένων ἐπιπνοίᾳ τοῦ παναγίου Πνεύμα-

[1] Psal. CXXXVIII, 12.

NOTÆ.

(*q*) Ἐπιηνεῖται. Ita apographum nostrum. Vocem hanc non invenio: Quid si scribas ἐφυμνεῖται?

(*r*) Ἦφεν, ab ἀφίημι pro ἄφῃ; præpositione, e qua componitur, augmento temporali hic in initio affecta: de qua re Antesignanus ad Clenardi *Institutiones* in linguam Græcam pag. 145: ubi verbum hoc nunc augeri in initio, nunc in medio, nunc utrinque reperies.

(14) Alludit ad illud, quod de voce aviculæ narravit num. 8. Alia hic sequentia, quo referenda sint, quilibet per se ex dictis perspicere poterit.

Digitized by Google

τος, ἐν ᾧ τὸ πλοῦν διαπεράνας, εἰς τὸν ἀκύμονα λιμένα τῆς ἄνω βασιλείας κατέπαυσας. Ταπεινοφροσύνης ὕψος; καὶ τίς οὕτως ἐταπείνου ἑαυτὸν ἐν εὐτελείᾳ ἐσθῆτος; Τίς οὕτως τὰ πρῶτα ἔχων ἐν βασιλεῦσι, καὶ πολὺς ἐν παιδεύσει, ὕστατος ὤφθη ἐν ἀποκρύψει εὐγενείας τε καὶ σοφίας τῆς ἀπολλυμένης· ὁ χρυσοστόλιστος πενιχροφόρος, ὁ πολύσοφος ἀγροικιζόμενος· ὁ πολυμαθέστατος μαθητευόμενος ταῖς ἐρωτήσεσιν [καὶ] ταῖς ἐκμαθήσεσι προσπαθείας νεκρότητα, καὶ παρῆκες ἑτέρῳ πλέων ἔχειν. Τὸ πρὸς τοὺς ἀγχιστεύαντας αἰσθέσθαι; Ἐντεῦθέν σοι τὸ λέγειν· Ἐγὼ πρὸ ἐκείνου ἀπέθανον, τῷ προαιρετικῷ δηλαδὴ θανάτῳ τοῦ φυσικοῦ προτεθνηκότος σου. Ἐντεῦθεν τὸ μακάριόν σου ἐπίφθεγμα· Ἀρσένιε, διὰ ἐξῆλθες· ὃ ᾄδουσι χοροὶ μοναστῶν, φέροντες σωτηρίας ἐφόδιον· ἁμαρτίας γάρ ἐστιν ἐμπόδιον, τὴν αἰτίαν, δι' ἣν κόσμου ἐπερράγημεν, ἐπαναμιμνήσκειν, καὶ πρὸς μηδὲν ἄλλο ἢ περὶ τοῦδε μόνου φροντίζειν.

A quillitate strato simile fuit, spiritibus malitiæ procul ejectis afflatu Spiritus sanctissimi: cujus auspiciis navigationem emensus, in tranquillo superni regni portu requievisti. An humilitatis altitudinem eloquar? Ecquis adeo seipsum abjecit in vilitate vestitus? Quis primum apud imperatores locum tenens, multaque sapientia conspicuus, adeo apparuit postremus, occultando nobilitatem ac sapientiam, quæ perit. Qui aurea induebaris stola, paupereculum fers habitum; qui eras sapientissimus, fis rudis et agrestis; qui eras magister disciplinis excultissimus, interrogationibus ac disciplinis mortificationem discis affectionum, et potiores alteri partes concessisti. Anne, erga propinquos quomodo affectus fueris, eloquar? Illinc B tuum certe effatum (15): Ego ante ipsum mortuus sum: voluntaria videlicet morte naturalem te prævertente. Hinc beatum tuum dictum: Arseni, quare existi? Quod concinunt chori monachorum, ferentes viaticum salutis. Peccatum quippe impedit causæ propter quam a mundo avulsi sumus, reminiscentia, nullaque alia quam de hoc solo cura.

κζ'. Τί δὲ ἡ ἀγαλλίασις τῆς θείας κατανύξεως, μελέτη θανάτου διηνεκὴς, ἀεννάως πελαγίζουσα ἐν τῇ καθαρᾷ καρδίᾳ σου, ἐξ ἧς τὰ ῥεῖθρα τῶν δακρύων ἀνελλειπῶς προχέοντα πυρσόν σοι ἀνῆψε θείας ἀγαπήσεως; Τῇ σωφροσύνῃ δεύτερον Ἰωσὴφ εἰκότως καλέσαιμι· ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς θήλεος μνημόσυνον εἰς ἅπαν ἐξαίρων ἐξ ἀγνῆς καρδίας σου. Ὁ ὄντως Φερώνυμος ἄρσην (s), καὶ οὐδὲν θηλυπρεπῶς ἐπιφερόμενος. Τῇ ἐγκρατείᾳ τὰ πάθη πτερνίζων, τὸν πατριάρχην Ἰακὼβ ἐζηλώσας, ἐσθίων διὰ τὸ ζῆν, οὐ ζῶν διὰ τὸ ἐσθίειν· ὃ γὰρ τοῖς ἔξω λόγῳ πεφιλοσόφηται, τοῦτό σοι ἔργῳ ἑκάστοτε ἐπεπλήρωτο. Τῇ ἀγρυπνίᾳ ὡς ἀσώματος διετέλεσας, κοιμίζων τοὺς ἀστέρας ταῖς ἐγρηγόρσεσι, παραπέμπων τὴν νύκτα ταῖς ἐπικλήσεσι, πάσης ἀρετῆς ἀνάπλεως, παντὸς κατορθώματος ἐραστὴς ἀκριβέστατος. Ὦ φωστὴρ τῆς ὑπ' οὐρανὸν φωτεινότατε. Ὦ ἀστὴρ ἡσυχαστῶν αὐγοειδέστατε· Ὦ κλέος μοναστῶν πολυευκτότατον· Εὖγε, ἄγγελε, ἐπίγειε, ἀπαθείας ὡραιότησιν ἐπτερωμένε. Εὖγε, ἀρετῶν παράδεισε, παντὸς ὡραίου κατορθώματος πεφυτευμένε. Εὖγε, οὐρανὲ κατάστερε, ποικίλοις κάλλεσι... δεδιουργημένε ἐφ' ὕψει τοῦ καθαρωτάτου βίου....

27. Jam vero quid exsultatio divinæ compunctionis, ac meditatio mortis assidua, jugiter exundans in puro corde tuo, e quo lacrymarum fluenta indesinenter promanantia flammam sibi accenderunt divinæ dilectionis? Verecundia alterum te Josephum merito appellaverim; sed enim feminæ memoriam ex casto corde tuo omnino delevisti; conveniente rei significatione ferens nomen viri, nihilque effeminati præ te ferens. Temperantia pravas animi perturbationes calcans, patriarcham Jacob æmulatus es; comedens ut viveres, non vivens, ut comederes. Quod enim ab externis philosophatum fuit verbo, illud abs te passim impletum opere. Sine somno perdurasti; non secus ac si fuisses incorporeus; stellas sopiens vigiliis, noctemque transigens invocationibus, omni virtute plenus, et studiosissimus omnis recti officii amator. O luminare omnis, quæ sub cœlo est, terræ lucidissimum! O stella hesychastarum fulgidissima! o decus monachorum optatissimum. Euge terrestris angele, alarum a pravis appetitionibus immunitum venustatem indute. Euge virtutum paradise, omni maturo honestatis fructo con- D fabricatum super fastigio purissimæ vitæ (16)....

site. Euge stellatum cœlum, varia pulchritudine.... *cætera desiderantur.*

NOTÆ.

(s) Ἄρσην. Ita hic mutavi mendosum ἄρεις. Vide etymon in *Comm. prævio*, num. 2.

(15) Dictum illud vel auctor, vel aliquis transcriptor prætermisit in textu Vitæ num. 17; sed aliunde *illud eruimus*, ut patet ex annotatis ad cap. 2.

(16) Si epilogum conferas cum prologo, non videntur hic nisi paucula desiderari: neque enim verosimile est, quod auctor parvo capiti adjungere voluerit caudam majorem.

Digitized by Google

DE SEQUENTE LAUDATIONE FUNEBRI MONITUM.

(Ang. Mai, *Biblioth. nov.*, t. VI, p. 365.)

Matrem suam Theoctistam supremo morbo laborantem peramante piaque epistola consolatus fuerat Theodorus, quæ est libri prioris sexta. Idem mox exstinctam funebri oratione prosecutus est, et quidem insigni, quam memorant duo biographi, noster cap. 2, et Sirmondianus p. 3. Jam vero cum in catalogo impresso codicum mss. bibliothecæ Regiæ Parisiensis, t. II, p. 338, legissem servari in codice 1491 hanc Studitæ orationem de matre sua, eamque nondum editam viderem, justa mihi cupiditas oborta est, quandoquidem complura alia Studitæ scripta edideram, hoc epitaphicum periter in lucem protrahendi: etenim sanctæ feminæ encomium a sancto filio recitatum, quem non delectet? Rogavi igitur per litteras virum equestri dignitate ornatum, atque editis libris clarissimum, mihique jamdiu amicitia devinctum, Paulum Drachium, ut prædictam Studitæ lucubrationem, mei causa ex Parisiensi codice exscribendam curaret; quod ille per egregium calligraphum Sypsomum pure eleganterque conficiendum sategit. Igitur Græco accepto exemplari, latinam confestim translationem adjeci, ut pius hic Commentarius plurimis prosit. Erit igitur hoc de Theoctista scriptum adjungendum illi, quod de Platone, pientissimæ ejusdem feminæ fratre, suo nempe avunculo, et in spiritalibus Patre, idem Studita exaravit, et Bollandiani in primo Aprilis volumine Append. p. 46-54, ex Vaticano codice jamdiu evulgarunt.

XIII.

Sancti Patris nostri et confessoris Theodori Catechesis funebris in matrem suam.

1. Tempus exigit, o filii ac fratres, ut inexspectatam notitiam obitus inclytæ communis Patris nostri sororis nuntiemus. Hæc enim postquam juxta præfinitam creatoris Dei voluntatem præsente vita defuncta fuit, ad supermundialia se transtulit, haud luctum nobis ineptissimum relinquens, ut forte aliquis existimabit, sed lætitiam potius, ob ejusdem plenam spe migrationem. Vultis enim narrari a me vobis aliisque hic præsentibus (quandoquidem haud tacendi, sed loquendi tempus est, prout illa præscriptio jubet[1]: *Ne laudes hominem ante obitum ejus*), vultis, inquam, narrari quidquid beata illa anima, adhuc in carne versans, boni sanctique egerit, et cœlestis regni præmio digni. Ergo favete auribus, filii mei, dum ego procul omni mendacio narrationem instituam: eritque vobis feminæ hujus notitia, catecheseos non inutilis instar, imo et valde proficuæ.

2. Utrum ea quidem a parentibus initium virtutis, sicut et vitæ, sumpserit, dicere nequeo: præsertim quia non res ante me, sed post me natum, gestas scribendas suscepi; atque ab eo tempore, quo ipsa recti pravique discretionem assecuta fuit. Pueritia igitur atque adolescentia omissis, ex conjugii ejus tempore narrandi exordium capiamus. Et quamvis conformis huic nostræ professioni non est mundana egregiæ parentis nostræ vita, tamen ex principio finem prospeximus, ideoque illam vitæ partem necessario connectam. Fuit ergo illius prima virtus, Deum colere ac medullitus adamare: ita ut, quanquam viro in conjugium tradita, nihilo tamen minus eniteretur meliorem quoad fieri poterat vitæ cursum sectari. Quamobrem cum primum nos peperit, non æque atque

[1] Eccli. XI, 30.

(1) Platonem dicit, summum monasticæ familiæ præsidem ante Theodorum.

IΓ'.

Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Θεοδώρου κατήχησις ἐπιτάφιος εἰς τὴν ἑαυτοῦ μητέρα.

α'. Ἤνεγκεν ὁ καιρός, ὦ τέκνα καὶ ἀδελφοί, ἀγγελίαν ὑμῖν ἀναγγεῖλαι ἀπροσδόκητον, ἥτις ἐστὶν ὁ θάνατος τῆς ἀοιδίμου ἀδελφῆς τοῦ κοινοῦ Πατρὸς ἡμῶν (1)· αὕτη γὰρ τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ τοῦ ζωοπλάστου Θεοῦ λειτουργήσασα τῷ παρόντι βίῳ, μετακεχώρηκεν εἰς τὰ ὑπερκόσμια· οὐ λύπην ἡμῖν καταλιποῦσα ἀλόγιστον, ὡς ἄν τις οἰηθείη, ἀλλὰ χαρὰν ἐμποιήσασα, διὰ τῆς εὐελπίστου αὐτῆς μεταβάσεως. Θέλετε γὰρ διηγήσωμαι ὑμῖν ὥσπερ καὶ τοῖς ἐνταῦθα (ἐπειδὴ καιρὸς οὐ τοῦ σιγᾷν, ἀλλὰ τοῦ λαλεῖν, κατὰ τὴν κελεύουσαν ἐντολήν· *Μὴ ἐπαινέσῃς ἄνδρα ἕως* B *τῆς ἐξόδου αὐτοῦ*) ὅσα ἐποίησεν ἡ μακαρία ἐκείνη ἔτι ἐν σαρκὶ οὖσα καλά τε καὶ ὅσια, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἐπάξια; θέτε δὴ οὖν τὰς ἀκοὰς ὑμῶν, τέκνα μου, κἀγὼ ὑφηγήσομαι ὑμῖν, ἕως τοῦ ψεύδους παντελῶς φερόμενος, καὶ γενήσεται ὑμῖν ἡ περὶ ταύτης ἀπαγγελία, ἀντὶ κατηχήσεως (2) οὐκ ἀνόνητος, ὡς οἶμαι, ἀλλὰ καὶ μάλα ὠφέλιμος.

β'. Ἐκ γονέων μὲν ἤρχθαι αὐτῆς τὴν ἀρετὴν, ὥσπερ καὶ τὸν βίον, οὐκ ἔχω λέγειν· ἐπεὶ μηδὲ τὰ πρὸ ἐμοῦ, ἀλλὰ τὰ μετ' ἐμὲ προῆγμαι συγγράφειν· καὶ ἐξότε πεῖραν εἰληφυῖα ἦν τῆς διαγνώσεως τοῦ καλοῦ καὶ μὴ οὕτως ἔχοντος. Ἵνα οὖν τὰ τῆς πρώτης καὶ δευτέρας μεθηλικιώσεως παρῶμεν, ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς συμβιώσεως ἀρξώμεθα τῆς διηγήσεως· καὶ εἰ μὴ οἰκείως ἡμῖν ἔχει ὁ κοσμικὸς βίος τῆς καλ- C λιμήτορος, ὅμως ἐκ τῆς ἀρχῆς τὸ τέλος κατίδωμεν, ἀναγκαίως τοῦτον προσθήσομαι. Ἐκείνης τοίνυν πρῶτον κατόρθωμα, τὸ τὸν Θεὸν σεβασθῆναι καὶ ἀγαπῆσαι ἐξ ὁλοκλήρου· ὥστε εἰ συνήφθη ἀνδρὶ, ἀλλ' ὅλην ἑαυτὴν ἐδιάζετο τῆς κρείττονος μοίρας γενέσθαι· διὰ τοῦτο γεννήσασα ἡμᾶς πρώτως, οὐκ εἶπε τὸ ταῖς ἄλλαις γυναιξὶν, οἷα ἐκεῖναι ἐπὶ τοῖς νεογόνοις εἰώθασι κατὰ δαιμονικὴν κίνησιν κεχρῆ-

(2) Catechesim proprie appellat hanc orationem etiam biographus noster loc. cit.

Digitized by Google

σθαι κληδονισμοῖς καὶ περιάμμασιν καὶ ἄλλαις τισὶν ἐπῳδαῖς εἰς τε τοὺς δίφρους καὶ τοὺς κοιτωνίσκους, περιτραχήλιά τε βάλλουσαι καὶ περίαπτα, ἀλλ' ἠρκεῖτο μόνον τῇ σφραγῖδι τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ τετειχίσθαι ἡμᾶς, ἀντὶ ὅπλου τινὸς καὶ θυρεοῦ ἀμαχωτάτου τοῦτο προβαλλομένη· διὰ τοῦτο πασῶν τῶν ἄλλων γυναικῶν προσκυνουσῶν καὶ ἀπανισταμένων ἐξ αὐτῆς ὄψεως τῇ αὐτουργῷ καὶ μυσταγωγῷ καὶ διδασκάλῳ τῶν τοιούτων, μόνη οὐκ ἠνείχετο ἡ ἡμετέρα μήτηρ, οὔτε κεφαλὴν κλῖναι πώποτε, οὔτε προσδραμεῖν, οὔδ' αὖ μετασχεῖν τῆς γοητείας· καίπερ ὑπὸ τῶν τελουμένων ἀπειλουμένη πολλάκις· ἀλλ' ὄντως, *Ψυχαὶ δικαίων ἐν χειρὶ Θεοῦ, καὶ οὐ μὴ ἅψηται αὐτῶν βάσανος· Καὶ ὁ πεποιθὼς ἐπὶ Κύριον, ὡς ὄρος Σιὼν*, ὡς τὰ Λόγιά φησιν.

γ'. Δεύτερον, τοῦ θείου πόθου αὐξοντος αὐτῆς ἐν τῇ καρδίᾳ, ἐπειδὴ ἦν ἀγράμματος ἐξ ὀρφανίας ἀγομένη, γραμματίζει ἑαυτὴν ἡ σοφὴ καὶ συνετίζει, καὶ τὸ Ψαλτήριον ἀποστηθίζει κάλλιστά τε καὶ συντομώτατα· καὶ τοῦτο πῶς; οὐκ ἐν ἡμέρᾳ σχολάζουσα τῇ μελέτῃ, ὡς ἂν μὴ τὸν ἄνδρα παραλυπήσῃ, ἢ τὸν οἶκον ὑπελαττώσῃ, ἀλλὰ πρὸ ὕπνου τε καὶ μεθ' ὕπνον, φωταγωγούσης κανδήλης κάμνουσα τόνῳ, τοῦ ἐκ τῶν χειρῶν ἔργου οὐκ ἠμέλει· ἀλλὰ πῇ μὲν τούτῳ προσέχουσα, πῇ δὲ τὸ ἕτερον εἶδος μεταχειριζομένη, καὶ τὸν οἶκον ηὔξει, καὶ τῶν μαθημάτων ἐπελαμβάνετο· ἔκτοτε τοίνυν οὐκ ἐπαύσατο ὁμιλοῦσα τῷ θείῳ Δαυὶδ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, καὶ ταῖς θείαις ἀναγνώσεσι προσέχουσα· ἐκεῖθέν τε καιομένη τὴν καρδίαν, καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἀγαθὸν ἀναλάμπουσα, τί ποιεῖ καὶ τί ἐργάζεται ἡ θαυμασία; ἀποκοσμήσασα ἑαυτὴν τῶν ματαίων, καὶ ὡς χρηστικόν τι σχῆμα ἀναλαβοῦσα, οὕτως εἰς ὑπόδειγμα καλὸν προὔκειτο ταῖς γνωρίμοις, μήτε ὀμνύουσα τὸ καθόλου, μηδ' αὖ ψευδομένη, μήτε τὰ πολλὰ κρεοφαγοῦσα, ἐν τῷ μάλιστα τεσσαρακοστίζειν· ἀλλὰ καὶ εἴ ποτε εἰς εὐωχίαν προύκαλεῖτο γαμικὴν, λανθανόντως ὑπεξῆγεν ἑαυτὴν μηδόλως ἁπτομένη κρεῶν, μηδὲ τὸ ὄμμα αἴρουσα εἰς τὰ θυμελικὰ παίγνια· καὶ γὰρ ἦν σώφρων εἰ καί τις ἄλλη, ἕνα ἄνδρα γνωρίσασα, καὶ τὴν ψυχὴν μετὰ τὴν ἀποταγὴν τοσοῦτον εἰς ἄκρον ἀγνεύσασα, ὡς καὶ μέχρι λογισμοῦ τυραννήσεως ἀκριβεύεσθαι.

δ'. Τίς οὖν ἐκείνην ἔλαθεν μεσονυκτίου κακρός; ἐπειδὴ ἔργον τὸ λόγιον ἐπλήρου· *Μεσονύκτιον ἐξεγειρόμην τοῦ ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου*· τίς δὲ ὄρθρου ἐξέγερσις; τίς δὲ ἑτέρας διωρισμένης εὐχαριστίας ὥρα παρελείπετο; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκουρίας ἀντεχομένη λίαν, καὶ ὡς οὐκ ἄν τις τῶν φιλοπόνων, πλουσιωτέραν τὴν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις εἰσεποιεῖτο ἐπίδοσιν, ῥυθμίζουσα τῷ καθ' ἑαυτὴν ὑποδείγματι, καὶ τὸν ὁμόζυγον, καὶ παῖδας, καὶ θεραπαινίδας· τὸν μὲν, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ εἰς ὑπόμνησιν φέρουσα τοῦ θανατικοῦ χωρισμοῦ· καὶ διὰ τοῦτο συμβουλεύουσα καὶ παρακαλοῦσα τὴν ἀπ' ἀλλήλων στέρησιν· καὶ μέντοι πείθει· καὶ πείσασα ἐπὶ μιᾶς εὐνῆς

A aliæ mulieres locuta est; neque ut illæ se gessit, quæ recens natis, diabolico impulsu, claviculas et ligaturas atque alia præstigia ad sellulas et cubilia adhibent, torques etiam et amuleta collis injicientes; sed satis ei erat salutaris crucis signo nos communire, atque hac quasi armatura et inexpugnabili scuto protegere. Itaque cum aliæ feminæ venerabundæ assurgerent conspecta qualibet auctrice et initiatrice ac magistra hujusmodi præstigiorum, sola mater nostra, neque caput his inclinare, neque eas invocare, neque ullatenus superstitiones participare passa est; sæpe licet ab illius professionis feminis minas experta. Sed reapse justorum animæ in manu Dei sunt, neque tanget eos tormentum [1]. *Et qui confidit in Domino, sicut*

B *mons Sion* [2], ut Scripturæ aiunt.

3. Posthinc divino amore in ejus corde crescente, quia sine litteratura, ut orphana, relicta fuerat, ipsa litteris semet sapienter imbuit instruxitque, et psalterium egregie brevissimoque tempore memoriæ mandavit. Id autem quomodo? Equidem haud interdiu huic occupationi vacans, ne viro molestiam crearet, aut minorem domui curam impenderet, sed ante et post somnum, ardente lucerna sedulo lucubrans, res quæ erant in manibus non negligebat, sed modo huic modo alteri curæ intenta, et domum re familiari augebat, et doctrinis simul animum excolebat. Atque ex eo nimirum tempore nunquam destitit cum Davide versari, divinis quotidie lectionibus operam navans. Quibus C cor incensa, ac futuri boni spe exardescens, quid aggreditur, quidve agit admirabilis femina? Vanis sibi detractis ornamentis, et viduali quodam amictu assumpto, præclarum semet exemplar familiaribus præbebat: neque jurabat unquam, neque mentiebatur, neque carnibus plerumque vescebatur, quadragesimali præsertim tempore. Sed et si quando ad nuptiale convivium evocaretur, dissimulanter se continebat, intactis carnibus, oculosque ad thymelicos lusus minime attollens: erat enim cum primis pudica, unum virum agnoscens, animumque suum post consortii renuntiationem usque ad summam cogitationum ipsarum castigationem purificaverat.

4. Quod ergo illam mediæ noctis tempus præ- D teriit? Re sane vera sacrum effatum complebatur: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super judicia justificationis tuæ* [3]. Quæ autem matutina consurrectio, quænam alia præfinita gratiarum Deo agendarum hora prætermittebatur? Nulla prorsus. Sed et domus custodiæ magnopere dedita, præ laborioso quolibet, uberius bonorum operum exemplo proprio incrementum efficiebat in viro, in liberis, in ancillis. Et illi quidem, præter cætera, futuram quoque mortis causa separationem in memoriam revocabat; ideoque admonebat et adhortabatur, ut invicem abstinerent: quam rem ei persuasit in tantum, ut uno lectulo utentes, quin-

[1] Sap. III, 1. [2] Psal. CXXIV, 1. [3] Psal. CXVIII, 62.

Digitized by Google

quennio et ultra inter se non cognoverint; quod est admirabile ac rarum. Qui enim fierit possit, ut ignis adjacenti stipulæ non admisceatur, nisi hoc forte supranaturale fuit? Quod si Boosus, qui condormientem Rutham una nocte reliquit intactam, laudatur, quidni uterque parens meus meritam temperantiæ gloriam referat? Esto igitur hoc amborum encomium: etenim hac in re non improprie pater meus laudem matris participabit. Jam vero liberos plenissima virtutis femina monitis et adhortationibus erudiebat. Et modo rationali virga percutiens, modo sedulitate deducens, urgens, ac provehens ad perfectiora. Quid inde? Filiolam roborant stupendi matris mores, quæ nec illam ad virorum conspectum adducebat, nec feminea monilia et dextralia purpureasque vestes eidem ostendebat; sed ad pietatem potius erga Deum impellebat, et in sacris Litteris erudiebat, pauperes hospitio excipere docebat, quin etiam leprosorum ulcera propriis manibus cogebat abstergere. Postremo ad Deum cœlestesque pulchritudines ex his humi repentibus mentem puellæ transferens, Deo consecrat. Et lautos quidem hoc optimæ educationis argumentum commentarios mihi suppeditaret; sed ne quem satietate onerem, hic sistam. Unum tamen, quod recte reticeri nequit, adjiciam: quod nimirum quotidie, postquam se liberi in lectis composuerant, haud ante ipsa cubitum ibat, quam superveniens crucis signo membra illorum signasset. Rursusque cum surgerent, sæpe nos exstimulans atque expergiscens, ad preces compellebat: scilicet ut non ipsa tantum, sed et filii, Dei servitio assuescerent.

5. Age vero de famulis famulabusque multus mihi sermo oboriretur, si exponere vellem, quomodo illos sibi conciliaret. aleret, potaret, vestiret, quantum nemo alius vel clementissimus. Neque, ut fit, panis tantum et vini ac lardi diurnum victum suppeditabat; sed sæpe et solemnibus plerumque diebus, recente carne nutriebat, piscibus, et altilibus, et mulsorum propinationibus; quia nempe haud ipsa sola his frui volebat. Nonne hæc dilaudanda sunt et rara? nonne peculiares sanctæ illius animæ prærogativæ? Credo equidem id mihi assentiemini quotquot auditis. Sed illud quoque recte me dicturum puto, quod etiam minitabatur, corrigebat, et præcipue domesticis (quod haud scio utrum vitio an laudi vertam) alapas impingebat, objurgabat eos et verberabat: quia hæc honestatis docendæ causa, a furtis absterrendi, aliarumque virtutum studio fiebant; ejusque rectitudinis amans animus iracundia percellebatur, cum et alioqui satis irritabili natura esset, zelo Dei sæpe compuncta. Verum eadem post verberationes cubiculum suum ingressa, sibi genas pulsans, et utinam doleas! sibi dicens, atque ad pœnitentiam inflexa, vocata ad se quæ vapulaverat famula, flexo genu veniam petebat. O sanctam resipiscentiam! Certe si forte aliquis priora vituperaverit, is hæc

A ὅλοις πέντε ἔτεσιν ἢ καὶ πρὸς, οὐκ ἔγνωσαν ἑαυτοὺς, τὸ παραδοξότατόν τε καὶ δυσεύρητον· πῶς γὰρ ἂν καὶ οὐχ ὁμιλήσειεν τὸ πῦρ τῇ παρακειμένῃ καλάμῃ, εἰ μὴ ὑπερφυῶς ἐστι τὸ γινόμενον; καὶ εἰ ὁ Βοὸζ τὴν Ῥοὺθ ἐάσας ἀνέπαφον συγκαθευδήσασαν ἐν μιᾷ νυκτὶ ἐπαινεῖται, πῶς οὐκ ἀμφότεροι εἰκότως σωφροσύνης ἀπενέγκωνται κλέος; Ἀλλ' ἔστω μὲν τοῦτο τοῖν δυοῖν ἐγκώμιον· παραπολαύσει γὰρ ἐνταῦθα οὐκ ἀκαίρως καὶ ὁ γεννήσας, τοῦ τῆς τεκούσης ἐπαίνου. Τὰ δὲ τέκνα ἡ πανάρετος παιδεύει ἐν νουθεσίαις καὶ παραινέσεσιν, πῇ μὲν ῥάβδῳ λογικῇ πλήσσουσα, πῇ δὲ ἐμμελείᾳ ἄγουσα καὶ προσάγουσα καὶ αὔξουσα εἰς τὰ τελειότερα. Ἐξ οὗ τί γίνεται; καταρτίζει τὸ θυγάτριον καὶ ὁ τρόπος θαυμαστός· οὔτε εἰς ὄψιν ἀῤῥένων φέρουσα, οὔτε τὰ γυναικικὰ B ἐμπλόκια καὶ περιδέξια καὶ περιπόρφυρα ὑποδεικνύουσα· πρὸς δὲ θεοσέβειαν ἀνάγουσα, καὶ τὰ ἱερὰ γράμματα ἐκπαιδεύουσα, καὶ τοὺς πτωχοὺς ὑποδέχεσθαι ἐκδιδάσκουσα, καὶ τῶν λωβῶν τὰ ἕλκη ἐκμάσσεσθαι αὐτοχείρως ὑπαναγκάζουσα· καὶ τέλος, εἰς Θεὸν καὶ τὰ ἐπουράνια κάλλη ἀπὸ τῶν ἐνθένδε χαμαιζήλων τὸν νοῦν τοῦ κορίου μετάγουσα, Θεῷ ἀνατίθησιν. Ἀλλὰ πολλά με λέγειν ἡ ὑπόθεσις τῆς καλλίστης αὐτῆς παιδοτροφίας ὑπομνήματα παρεχομένη, διὰ τὸν κόρον ἐνταῦθα στήτω· ὃ δέ με καταλιπεῖν οὐ καλὸν, τοῦτο προσθείην· ὅτι ἐκάστοτε μετὰ τὸ καθευδῆσαι τοὺς παῖδας, οὐ πάντως ἦν αὐτὴν κοιτασθῆναι, πρὶν ἂν ἀπιοῦσαν σημειοῦσθαι τὰ σφῶν μέλη τῇ τοῦ σταυροῦ σφραγῖδι· εἶτα πάλιν C μετὰ τὴν ἔγερσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ νύσσουσαν καὶ ἀφυπνοῦσαν ἡμᾶς καὶ πρὸς προσευχὴν προτρεπομένην, ἵνα μὴ μόνον ἐκείνη, ἀλλὰ καὶ τὰ τέκνα Θεῷ λατρεύειν παιδεύωνται.

ε'. Ἃ δὲ περὶ δούλων καὶ δουλίδων, πολὺς ὁ λόγος, βουλομένῳ μοι φράζειν, ὅσα ἐκείνη ὠμήρετο, διέτρεφεν, ἐπότιζεν, ἐνεδίδυσκεν, ὡς οὐδεὶς πολὺ τῶν ἄλλων, καὶ εἰ λίαν φιλανθρώπων· οὐχ ὡς ἔτυχεν ἄρτῳ καὶ οἴνῳ καὶ λάρδῳ δεξιουμένη, τὸ ἐφημερήσιον σιτηρέσιον, ἀλλὰ πολλαχῶς καὶ ἐν ἑορταστικαῖς ἡμέραις, καὶ προσφάτῳ κρέει διατρέφουσα, ὄψοις τε καὶ ὀρνέοις καὶ καρυκευτικοῖς προπόμασιν, οὐ φέρουσα τὴν τῶν τοιούτων μετάληψιν ἐφ' ἑαυτῆς μόνης ἰσταμένην. Ἆρ' οὐκ ἐπαινετὰ ταῦτα καὶ ξενίζοντα, καὶ τῆς ἁγίας ψυχῆς ἐκείνης προτερήματα; D συμφήσετε οἶδ' ὅτι οἱ ἐνωτιζόμενοι. Ἀλλ' ἔμοιγε εὖ ἂν ἔχοι πρὸς τούτοις εἰπεῖν, ὅτι καὶ ἠπείλει, καὶ ἠσφαλίζετο, καὶ μάλιστα τοῖς ἐγγύθεν (οὐκ οἶδ' ὅ τι, ἐν μέρει ψόγου ἢ ἐπαίνου θήσομαι) τὸ καὶ ἐῤῥάπιζε καὶ ἐφύβριζε, καὶ προσέτυπτε διὰ τὸ ὑπὲρ σωφροσύνης καὶ ἀκλοπίας καὶ ἄλλης ἀρετῆς ταῦτα γίνεσθαι, καὶ τῷ θυμῷ ἐπλήσσετο ἡ σπουδαιόψυχος, ἐπειδὴ καὶ φύσεως ἦν ὀξυτέρας, ζήλῳ Θεοῦ τὰ πολλὰ τιτρωσκομένης. Ἐκείνης δέ ἐστιν τὸ μετὰ τὸ τετυφέναι εἰσερχομένης εἰς τὸν κοιτωνίσκον, καὶ ἑαυτῆς ἀντιτυπτούσης τὰς παρειάς, Εἰ πονοίης, ἑαυτῇ ἐπιλεγούσης, κἀκ τούτου ἀνακοπτομένης πρὸς μετάμελον, καὶ τὴν τυφθεῖσαν προσκαλουμένης καὶ γονυπετούσης, καὶ ἐξαιτουμένης συγχώρησιν. Καὶ ὦ τῆς εὐαγοῦς ἐπανακλήσεως! κἂν γὰρ τὸ πρότερον δοίη

Digitized by Google

τις κατηγορούμενον, ἀλλά γε τὸ δεύτερον παραδόξως γινόμενον, ὁ αὐτὸς ἐπαινέσειεν· ὅθεν καὶ κεράσασα τῷ φόβῳ τὸν ἔλεον, καὶ στέργεσθαι παρ' αὐτῶν ἐγνωρίζετο, καὶ φρουρεῖν αὐτὰς πρὸς σωφρονισμὸν ὑπεδείκνυτο· καὶ ἑκατέρωθεν τὸ κράτιστον ἐκέκτητο. Ἀγάπησιν δὲ παρὰ τῶν γειτνιαζουσῶν, ἐλεημοσύνην δὲ πρὸς τοὺς ἐνδεεῖς, τίς ὑπερέβαλεν ἐκείνην; ἔχουσαν τὸ μὲν ἐκ τοῦ συμμετριάζειν, μάλιστα ταῖς ὑποδεεστέραις· τὸ δὲ ἐκ τοῦ ἄγαν συμπαθοῦσα, κἂν ὅσον τὸ δαψιλὲς τῆς προθέσεως, οὐκ εἶα προφαίνεσθαι ἡ μετριότης τῆς ὑπάρξεως. Πλὴν μάρτυρες τῆς ἀληθείας οἱ πολλοὶ καὶ πολλάκις καὶ ἀποτεταγμένως, ὀρφανοί τε καὶ χῆραι, ξένοι τε καὶ αὐτόχθονες, νοσεροί τε καὶ γέροντες, καὶ οἱ τῆς ἱερᾶς νόσου λαχόντες, παρὰ τῆς πτωχοτρόφου δεξιᾶς θεραπευόμενοι. Καὶ γοῦν καὶ τοῦτο αὐτῆς τὸ ἐξαίρετον, τὸ σύνδειπνον καὶ ὁμοτράπεζον τὸν Χριστὸν ἔχειν, ἡνίκα μάλιστα παρῆν καιρὸς τοῦ ἑορτάζειν. Ταῦτα οὐ μικρά μοι καταφαίνεται τοῖς προληφθεῖσι τῷ γάμῳ πρὸς σωτηρίας ἐφόδιον, εἰ καὶ ἔτι λέγειν οὐκ ἔχομεν μείζονα περὶ τῆς εὐφημουμένης.

ς'. Τοιγαροῦν ἐπειδὴ ἦνεγκεν ὁ καιρὸς τὴν τοῦ μοναδικοῦ σχήματος ἀνάκλησιν, τίς πρὸ ἐκείνης, ἢ ὑπεδέξατο τοὺς Χριστοῦ θεραπευτάς, ἢ ἐξενοδόχησεν, ἢ ἐθεράπευσεν, μάλιστα καὶ ἐκ τοῦ οἰκείου ἀδελφοῦ συνελκομένη; Ὅθεν ἵνα τὰ πολλὰ συντέμω, εἰς πόθον ἐλθοῦσα τῆς ἀσκητικῆς ζωῆς, πείθει τὸν ἄνδρα, συμπείθει τοὺς παῖδας πολλαῖς ἐπιμελείαις καὶ νουθεσίαις καὶ ὑποσχέσεσιν, ἔπειτα τοὺς ἐξ ἀνδρὸς ἀδελφούς· καὶ τὰ πάντα εὖ διαθεμένη, ἐξέρχεται τῆς οἰκίας, δῆμον ὅλον τῷ Θεῷ παραστήσασα· τέτταρα μὲν τὰ τέκνα (3), τρεῖς τοὺς ἐξ ἀνδρὸς ἀδελφοὺς (4), καὶ μεθ' ἑαυτῆς τὴν κεφαλήν. Ὦ τῆς θαυμασίας καινοτομίας! ὦ τῆς παραδόξου μεταστάσεως! Τοῦτο ἐξένισε μὲν κατὰ τὴν ἡμέραν τὴν βασιλίδα, ἐξέπληξε δὲ τὰς συγγενίδας, ἐθάμβησε δὲ τὰς γνωρίμους, κατένυξε δὲ οὐ μόνον τοὺς ὁρῶντας, ἀλλὰ καὶ ἀκούοντας, ὅτι συζυγία ἔτι μεσηλικιοῦσα, αὐταρκουμένη τε κατὰ τὸν βίον, ἀξιώματι βασιλικῷ καὶ ταμιευτικῷ τιμωμένη, τοὺς παῖδας ἡλικιώτας ἔχουσα, οὐχ εἵλχθη μὲν τῷ τούτων φίλτρῳ, οὐ τῷ καταλιπεῖν διάδοχον τοῦ γένους, οὐδὲ τῷ αἵματι τῆς ἀγχιστείας, οὔτε τῇ τῆς οἰκίας ἀποστερήσει, οὐ μὴν οὐδὲ τῇ τῆς θεραπείας ἀλλοτριώσει· ἀλλ' ἔῤῥιψε μὲν τὰς ἐκ βασιλέων τιμάς, κατεπάτησε δὲ τὰ τοῦ βίου τερπνά, διέκοψέ τε τῇ τοῦ πνεύματος μαχαίρᾳ ἑαυτὴν ἐκ τῶν σαρκικῶν σχέσεων, καὶ τὰ δόξαντα Θεῷ πέπραχε μεγαλοβούλως. Ὦ τῆς Ἀβραμιαίας ψυχῆς ὡς ἀληθῶς καὶ ἀνδρειόφρονος! Εἰκότως ἄν τις αὐτὴν μετὰ τῆς Μακκαβαϊκῆς ἀρίστης μητρὸς συντάξειεν, θύσασαν τῇ ἀσκητικῇ ἀθλήσει τὰς ὠδῖνας· καὶ μετὰ Ἄννης τῆς Σαμουηλίτιδος, οὐχ ἕνα τὸν ἐξ ἐπαγγελίας, ἀλλ' ὅλον τὸν καρπὸν αὐτῆς ἀφιερώσασαν τῷ Κυρίῳ. Χαρίσομαι δὲ ὑμῖν τοῖς ἀκροαταῖς τάχα τι ὑστερον, καὶ τὸν τῆς ἐκδάσεως αὐτῆς τρόπον διηγησάμενος. Ἐπὶ γὰρ τῇ ὡρισμένῃ τὴν οἰκίαν ἐξαλλά-

A mirabiliter facta posterius commendabit. Sic metui misericordiam admiscens, et ab ancillis palam amabatur, et illarum se custodire honestatem monstrabat: et rem utramque optimam obtinebat. Jam amore erga circumstantes, et eleemosyna ad egenos, quis eam superavit? Et amor quidem ex ejus moderatione apparebat, præsertim erga infirmiores: misericordia autem ex ejus nimia compassione: quanquam voluntatis hujus copiam, facultatum nostrarum mediocritas effulgere non sinebat. Sed tamen testes veritatis sunt multi et sæpenumero et statutis vicibus, orphani ac viduæ, peregrini et indigenæ, ægroti ac senes, et sacro morbo correpti, qui ejus nutrice pauperum manu adjuti fuerunt. Atque hoc etiam excellens in ea

B fuit, quod convivam in mensa habere Christum (pauperem aliquem) præsertim tempore solemnitatis, solita fuit. Hæc haud levia mihi videntur in iis qui nuptialem statum ad salutis viaticum præsumpserunt; etiamsi forte majora alia de hac benedicta femina dicere non haberemus.

6. Quamobrem postquam lapsu temporum monachalis habitus restitutus fuit, quis ante illam Christi famulos suscepit, hospitio fovit curisque refecit, a fratre præsertim ad id inducta? Unde etiam, ut multa compendio intercipiam, viro suadet, liberis pariter consuadet curis multis, monitis ac promissionibus, mox etiam viri fratribus: et jam rebus bene compositis, domo egreditur populum integrum Deo offerens, quatuor nempe

C filios, tres viri sui fratres, secumque ipsum domus caput. O mirabilis novitas! o inexspectata conversio! Id sane peregrinum tunc visum est reginæ, stupore affecit consanguineas, notas quasvis admiratione suspendit, compunxit denique non cernentes tantum sed et audientes; quod nempe conjugio medium adhuc cursum tenente, ipsa rebus ad vitam satis instructa, dignitate aulica, quæstoria scilicet fulgens, filios habens ætate florentes, non fuisset horum amore commota, non desiderio successorem stirpis relinquendi, non consanguineorum affectu, neque domus derelictione, neque servorum destitutione; sed regis omnes projecisset honores, vitæ delicias calcasset, seque gladio spi-

D ritus a carnalibus consuetudinibus præcidisset, Dei placitum magnanima cum voluntate exsecuta. O Abramitica vere anima atque virilis! Merito aliquis cum Machabæorum strenuissima matre hanc connumeraverit, quæ ascetico certamini partus suos hostiam objecit: itemque cum Anna Samuelitide, quia non unum ex voto, sed universum uteri sui fructum Domino consecravit. Sed gratificabor vobis auditoribus adhuc aliquid fortasse sanctius, discessum ejus enarrando. Nam definito tempore domo jam decedens, ceu si festum diem ageret, ad se omnes convocavit affines: quorum viri quidem

(3) Nempe Theodorus, Josephus postea arch. Thess., Euthymius, et filia una, de qua jam sermo fuit.

(4) In vita Theodori cap. 5, in interp. lat. σφάλμα *cum tribus sororibus* corrige *cum tribus fratribus*, ubi jam non fuerit emendatum.

Digitized by Google

dolebant, feminæ etiam plorabant, peregrinum hoc videntes spectaculum voluntarii discessus; ac reputantes mysterii magnitudinem, rem præconiis extollebant. Nam utrique observabant, patremfamilias domo jam exeuntem, matrem autem parumper subsistentem, mox ad asceterium transeuntem, post divenditam domum pretiumque pauperibus distributum. Hæc sunt matris nostræ in mundana vita facinora; atque hæc exposui, ut non vos soli, sed et si qui in sæculari mundo cognoverint, habeant quo juventur pulcherrimis his narrationibus, et Deo laudem tribuant.

A ξασα, ὡς οἷον ἄγουσα ἑορτάσιμον ἡμέραν, οὕτω προσκαλεῖται τοὺς τοῦ γένους ἅπαντας· καὶ οἱ μὲν ἤλγουν, αἱ δὲ ἐθρήνουν, ξένον τι ὁρῶσαι θέαμα τὸν ἑθελοντὶ χωρισμόν, καὶ ἐν ἑαυταῖς δοκιμάζουσαι τοῦ μυστηρίου τὸ μέγεθος, ἀνύμνουν τὸ γινόμενον· καὶ γὰρ ἐώρων ἀμφότερα, τὸν μὲν ἐξιόντα τῆς οἰκίας, τὴν δὲ πρὸς μικρὸν ἐπιμένουσαν, εἶτα ἀπιοῦσαν πρὸς τὸ ἀσκητήριον, καὶ αὐτὴν τὴν οἰκίαν ἀπεμπωληθεῖσαν καὶ διανεμηθεῖσαν τοῖς ἐνδεέσιν. Ταῦτά εἰσιν τῆς ἡμετέρας μητρὸς τῆς κοσμικῆς βιώσεως τὰ ἐπίσημα, καὶ ταῦτα διῆλθον, οὐχ ἵνα μόνον ὑμεῖς, ἀλλ' εἰ καί τινες τῶν ἐν τῷ κόσμῳ φθάσωσιν ἐπανιέναι, ἔχωσιν ὠφελεῖσθαι τοῖς καλλίστοις διηγήμασιν Θεῷ ἀνθομολογούμενοι.

7. Sed agesis reliqua persequamur, in quibus præcipue proprieque sermo noster versabitur, o dilecti. Pulchram facit mutationem, angelicum induens habitum ornatissima femina: multorum eo facto lacrymas elicit, qui illa die vocati convenerant, vel etiam sponte concurrerant, ut hoc tantummodo spectarent mysterium peragi. Aderamus et nos cum genitore communi, festumne acturi an ploraturi? matrem amittentes, neque jam confidentia solita eam alloquentes aut adeuntes, sed de ipsius discessu cogitantes mœsto cum corde. Nam cum et nos ipsi post certum temporis intervallum abituri ad professionem essemus cum genitore, ego quidem utpote ex imberbi ætate jam in virum progrediens, dolens utique mœrensque eram; quidni enim? Attamen cum gratiarum actione, hanc mœstitiam ferebam. Sed duorum fratrum unus admodum adolescens, statim ac affuit discessus hora, et postremum vale jam dicebatur, et compellationes ploratusque atque amplexus fiebant; ille, inquam, ad matris sinum convolans inseparabiliter hærebat, quasi vitulus sejungi se renuens, rogabatque ut parumper cum matre maneret; tum ejus postea voluntatem expleturum se promittebat. Num igitur cor adamantinum mollitum est, aut concidit, aut pueri ploratibus fractum est? Minime gentium. Quidnam vero sancte respondit? Cum quadam vultus torvitate, potentissimum maternorum viscerum vincens affectum: Nisi sponte, inquit, fili, abieris, ego te manu propria in navim imponam. Cessit itaque puer, et seorsum discessimus. Illa autem, ut puto, par quiddam patrasset, ac in quadraginta martyrum supplicio sancta mater, quæ celebrem illum spirantem adhuc filium suum in plaustrum attollens imposuit.

Φωνὴ, φησὶν, ἐν Ῥαμᾷ ἠκούσθη, ὁ θεοπτικώτατος Ἱερεμίας· θρῆνος καὶ ὀδυρμὸς πολύς· Ῥαχὴλ τότε κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς. Τὰ δὲ παρόντα οἷα καὶ ἡλίκα; Πόθεν που χθὲς, δέσποινα ἡμῶν πανάγαθε, ἀναφανέντες ἄγγελοι τοῦ ἱεροῦ σου παλατίου, καὶ ἀκουτίσαντες ἡμῖν πάσας τὰς γεγενημένας σου τῶν ἔργων ἄρτι αἰνέσεις; Ἤχησαν ἡμῶν ἀμφότερα ὡς ἀληθῶς τὰ ὦτα. Τί τοιγαροῦν; ὅτι ἦρας συσσεισμὸν [f. σύσσημον] ἐν τοῖς πέρασι τηλικαύτης εὐσεβείας· καὶ ἰδοὺ ἥκουσί σοι κυκλοτέρωθεν, ὡς νεφέλαι πετόμεναι, λιταὶ παμπληθεῖς, γεραίρουσαι τὸν Θεὸν ὑπὲρ τῶν αἰσίων σου καταπράξεων. Φράζε ἡμῖν, ὦ δέσποινα, τίς ὁ ἐπιβιβάσας σου τὸν καθαρώτατον νοῦν ἐπὶ τὰ ὕψη τῶν νοημάτων τῆς ἀληθείας· ὥστε ὡς ἀπὸ σκοπιᾶς τινος ὑψηλῆς μετεώρου καταθρῆσαι τὰ τοιαῦτα ἀρεστὰ Θεῷ καὶ ὅσια; Δίδαξον ὅθεν σοι ὁ τῆς εὐσεβείας τοσοῦτος ἔρως ἐνέσκηψε· καλῶς ἀπληστεύεσθαι τὰ θεάρεστα, καὶ εἰς ὕπερ ἐλάσαι φειδοῦς τῆς ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν ψυχικῆς τε καὶ σωματικῆς πολυωφελοῦς προμηθείας. Ἡ ἐπειδὴ πολὺ τὰ θεῖα φρονοῦσα, καὶ ἰμειρομένη μητρικῶς, οὐκ ἀρκετὸν ἡγήσω τὸ μόνον τὸν λαόν σου τῇ ἄνωθεν ἐπικουρίᾳ, ὡς ἐξ Αἰγυπτιακῆς τινος δουλείας, τῆς δυσσεβοῦς, φημὶ, πίστεως, λυτρώσασθαι· εἰ μὴ, μετὰ τῶν προλαβόντων πολυτρόπως ἐκλαμψάντων σοι δίκην ἀστέρων ἀγαθουργημάτων, καὶ τὴν παροῦσαν, ὡς κολοφῶνά τινα τῶν ἀρετῶν, ἐπιπροσθήσασθαι χάριν; Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος. Εὐφράνθη ὁ οὐρανὸς

Vox in Rama audita est, ait visionum Dei spectator Jeremias, *ploratus et ululatus multus; Rachel tum plorans filios suos* [25]. Nunc vero qualia, et cujusmodi sunt præsentia? undenam hesterni, domina optima, sacri palatii tui nuntii quos vidimus et audivimus, cum recentes nobis operum tuorum laudes commemorarent? Personuerunt revera amb.æ aures nostræ. Quid ergo? quia sustulisti signum ab extremis finibus tantæ pietatis: et ecce ad te veniunt undique, et nubium instar advolantium, preces quamplurimæ, Deum laudantes pro auspicatis actionibus tuis. Dic nobis, domina, ecquis ille est, qui castissimam mentem tuam evexit ad altissimos sensus veritatis, ut tanquam ex edita specula et sublimi hæc talia cerneres Deo grata et sancta? Doce, unde tantus tibi pietatis amor incessit, ut Deo placentia insatiabiliter expeteres, et ad summum culmen pertingeres saluberrimæ erga Christianorum tum animas tum corpora providentiæ? An, ut divina intelligens et amplectens, maternum in morem non satis duxisti, populum cœlesti ope velut ex Ægyptiaca quadam servitute, impia, inquam, fide, liberasse; nisi ad præterita, et siderum instar varie collucentia beneficia tua, hanc, veluti quemdam virtutum tuarum colophonem, adjiceres gratiam? Sanctus, sanctus, sanctus. Lætetur cœlum desuper, cum sacræ vocis Isaiæ dicamus [26], tametsi istud audacius, quia Deus per te misertus est populi

[24] I Reg. x, 11. [25] Jerem. xxxi, 15. [26] Isa. xliv, 23; ix, 4.

NOTÆ.

(11) *Εἰσελθεῖν, οὐκ εἶχον.* Hanc epistolam scripsit, ut apparet, cum adhuc in monasterio versaretur, proindeque ante exsilium.

(12) *Κανόνα ἐποίησαν.* Ecclesiasticum officium sive preces, quas pro ægra Theodori matre monachi persolverunt.

Digitized by Google

sui. Implctum est ergo universum regnum tuum gaudio et exsultatione, quoniam ablatum est iniquum jugum, quod supra ipsum erat positum, et virga quæ super collum potentiæ hujus. Quis talia audivit? Eia dicite, viri. Quis sub alio imperio tale ac tantum facinus vidit? Laudate eam, omnes populi, magnificate eam mecum, principes et subditi, sacerdotes et monachi, et Christianorum natio universa. Non enim admiranda solum fuit tot auri talentorum remissio (quanquam incomparabilis illa res est), verum etiam, quod injustitiæ multiplex via hac simul ratione præcisa est, opus fuit longe sanctissimum. Sublati sunt e medio nexus violentarum lethiferarumque exactionum, qui prædecessores tuos omnes latuerunt ; licet ex his nonnulli pie sancteque imperaverint. Hoc enim tibi servabatur. Cessit jusjurandum, crebra dejeratio, vel potius perjurium exigentium simul et debentium, utrisque inde pro re nata altercantibus, dum ille celari debitum exprobrat, hic contra se opprimi sacramento adjurat. Cessavit inopum afflictio, et pauperum sollicitudo, non jam quo remedio mendicitatem depellant, quærentium ; quod minus acerbum fuerit ; sed ut quod injuste exigitur, et quod desursum quodammodo, ut peccati fetus, irrupit, compulsoribus persolvant. Non pendunt nunc viæ, terra marique vectigalia. Consona sunt hæc magni et sacri Chrysostomi verbis. Non amplius spoliantur injuste pecunia mediterranei ab iis, qui angustos viarum aditus obsident, agrestis cujuspiam dæmonis more, aut immansuetæ feræ delibantis semper aliquid ex sarcina pauperis viatoris. Nec rursus turpium hujusmodi exactionum metu domi se continent egeni, neque oppida, neque maritima loca frequentantes : ubique enim iniquitatis scopuli prominebant. Non amplius nautæ ab oriente et occidente et aquilone solventes, navigando præfocantur, tanquam ex gutture angustis faucibus portorium reddituri. Liberati sunt qui venandi artem exercent, expedite nunc illam obeuntes, sacra Irene. Piscator qui tres forte pisces traxit, idque post magnum prorsus laborem totius diei, unum pendere non cogitur. Auceps cum arcu aut visco pauculas forte aves ceperit, ad victum sibi necessarias immunis a vectigali manens, beatius vivet. Militum uxores domesticum luctum habentes ob virorum amissionem, non acerbe insuper flebunt miserabilem et inhumanam pro mortuo exactionem. Missos facio subulcos, ovium institores, vini emptores. Mitto lanios, textores, ferrarios, sutores, fullones, aromatarios, et architectos ; atque ut paucis complectar, artem omnem, quæ in auro, vel in ligno, vel in alia demum materia cernitur, ne longior sim, in hac minutiori enumeratione, optima domina, plauserunt omnes suis manibus, et gavisi sunt gaudio magno valde dicentes : Benedicam te, Domine, quoniam misertus es mei, et factus es mihi in salutem.

ἄνωθεν, μετὰ τοῦ ἱεροφωνοτάτου Ἡσαΐου ἐπιβοήσωμεν, εἰ καὶ τολμηρὸν, ὅτι ἐλέησεν ὁ Θεὸς διὰ σοῦ τὸν λαὸν αὐτοῦ. Ἐπλήσθη γοῦν ἡ σύμπασά σου βασιλεία χαρᾶς καὶ ἀγαλλιάσεως· ὅτι ἀφῄρηται ὁ ἄνομος ζυγὸς ὁ ἐπ' αὐτὴν κείμενος, καὶ ἡ ῥάβδος ἡ ἐπὶ τοῦ τραχήλου τῆς τοιαύτης ἐπικρατήσεως. Τίς ἤκουσε τοιαῦτα; δεῦρο, εἰπατε, ἄνδρες. Καὶ τίς ἐώρακεν ἐπ' ἄλλης βασιλείας τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον κατόρθωμα; Ἐπαινέσατε αὐτὴν, πάντες οἱ λαοί· μεγαλύνατε αὐτὴν σὺν ἡμῖν, ἄρχοντές τε καὶ ἀρχόμενοι, ἱερεῖς τε καὶ μοναστα, καὶ πᾶν τὸ Χριστιανικὸν φῦλον. Οὐδὲ γὰρ, ὅτι τῶν τοσούτων τοῦ χρυσίου ταλάντων ἡ ἄφεσις γέγονε, θαυμαστὸν μόνον, καίπερ ὂν ἀνυπέρβλητον· ἀλλ' ὅτι καὶ πόρος ἀδικίας πολυπλάσιος ἐν τῇ τοιαύτῃ ὑποθέσει συνεξεκόπη, ὁσιώτατον. Ἤρθη ἐκ μέσου στραγγαλιὰ βιαίων καὶ ψυχοφθόρων ἀπαιτημάτων, λαθοῦσα τοὺς πρὸ σοῦ ἅπαντας, καίπερ τινὰς εὐσεβῶς βεβασιλευκότας. Τοῦτο γάρ σοι ἀπέκειτο. Πέπαυται ἐφομοσία, πολυορκία, μᾶλλον δὲ ψευδορκία ἐπί τε τῶν ἀπαιτούντων καὶ ἀπαιτουμένων· ἀμφοτέρων ἐντεῦθεν ὡς τὸ συμβὰν ἀπολλυμένων, τοῦ μὲν ὅ τι ἀποκρύψειε πειρωμένου, τοῦ δὲ, ὅ τι ὑπερπιάσειε καταπολιορκοῦντος. Πέπαυται ἐκθλιψις στενοχωρουμένων, καὶ πενομένων φροντιστήρια, οὐχ ὅπως τῆς πτωχείας φάρμακον ἀλεξιτήριον ἐξευρεθείη ζητούντων· ἧττον γὰρ ἦν ἂν τὸ λυπηρόν· ἀλλ' ἵνα τὸ ἀσύνθετον, καὶ ἀνωθέν πως ὡς ἁμαρτίας γέννημα ἐπεισφρῆσαν, ἀποτίσωνται τοῖς πράκτορσιν. Οὐκέτι αἱ ὁδοὶ τελωνοῦνται, ὅσαι κατὰ γῆν, ὅσαι κατὰ θάλασσαν. Ἀντίφθογγα ταῦτα τῶν ὑπὸ τοῦ μεγάλου καὶ ἱεροῦ Χρυσοστόμου εἰρημένων. Οὐκέτι ἠπειρῶται ἐξαργυρίζονται ἄδικα κατὰ τοὺς στενωποὺς ἐκ τῶν ἐπικαθημένων ὡσανεὶ ἀγρίου τινὸς δαίμονος, ἢ ἀτιθάσσου θηρὸς, ἀπογευομένου πάντως ἐκ τῆς τοῦ πενομένου ὁδίτου ἐπιφορτώσεως. Οὐδ' αὖ δέει τῶν τοιούτων αἰσχρῶν λημμάτων οἶκοι μένουσιν οἱ ἀπορούμενοι, μήτε τὰ ἐν ἄστει, μήτε τοὺς παραθαλασσίους τόπους καταλαμβάνοντες· πανταχοῦ γὰρ οἱ τῆς ἀδικίας σκόπελοι προεστήκασιν. Οὐκέτι οἱ πλωτῆρες ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν καὶ βορρᾶ ἐξορμώμενοι καὶ καταπλέοντες ὑποπνίγονται, ὡς ἂν ἐκ λαιμοῦ τοῖς στενοῖς στομίοις τὸ τελωνούμενον ἀποδώσοντες. Ἀφείθησαν οἱ τὴν ἀγρευτικὴν μέθοδον μετερχόμενοι, κούφως ταύτην διαλαμβάνοντες, Εἰρήνη ἱερόψυχε. Ὁ ἁλιεὺς τυχὸν τρεῖς ἰχθύας ἀνελκύσας, καὶ τοῦτο πάντως πολλὰ κεκοπιακὼς δι' ὅλης ἡμέρας, τὸν ἕνα οὐκ ἀποτίννυσιν. Ὁ τοξότης ἢ ὁ ἱξευτὴς οὕσπερ ἐθήρευσεν ὀλίγους τάχα ὄρνεις, ἐξ ὧν αὐτῷ ἡ ἀναγκαία τροφὴ, ἀλογοθέτητος διαμένων εὐζωήσειεν. Αἱ στρατιώτιδες τὸ οἰκεῖον πένθος ἔχουσαι τῆς ἀνδρικῆς ἀποβολῆς, οὐκ ἐπιθρηνήσουσι πικρῶς τὴν ὑπὲρ τοῦ θανέντος ἐλεεινὴν καὶ ἀπάνθρωπον ἐξαπαίτησιν. Καὶ πάρειμι τοὺς συβότας, τοὺς προβατεμπόρους, τοὺς οἰνοπράτας. Ἐῶ λέγειν τοὺς κρεωπώλας, τοὺς ἱστουργοῦντας, τοὺς χαλκοτύπους, τοὺς σκυτοτόμους, τοὺς δευσοποιοὺς, ἀρωματοπράτας τε καὶ ἀρχιτέκτονας· καὶ συλλήβδην εἰπεῖν ἁπασαν μέθοδον, ὅση κατὰ χρυσουργίαν, ὅση κατὰ ξυλουργίαν, ὅση κατὰ πᾶσαν ἄλλην ὕλην ἐπιθεωρεῖται· ἵνα μὴ μακρὸν ἀποτείνοιμι λόγον· ἐν τῇ τοιαύτῃ κατακερμασίᾳ. Ὦ πανάγαθε δέσποινα, ἐπεκρότησαν

Digitized by Google

ταῖς χερσὶν αὐτῶν ἅπαντες, καὶ ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα, ἐκεῖνα εἰρηκότες· Εὐλογήσω σε, Κύριε, ὅτι ἠλέησάς με, καὶ ἐγένου μοι εἰς σωτηρίαν.

Διὸ πεποιθὼς ἔσομαι ἐπὶ τῇ θεοσδότῳ σου βασιλείᾳ. Ταῦτα πάντα (13) αἰνέσεως πλήρη καὶ ἐξυμνήσεως, Εἰρήνη φίλη Χριστοῦ, τὸ γλυκὺ καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα. Ταῦτα οὐ μόνον ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῆς βασιλείας σου, ἀλλὰ καὶ μέχρι τερμάτων τῆς οἰκουμένης διαδοθήσονται, καὶ ἀκούσονται ἡμᾶς ἀλλοεθνεῖς, καὶ θαυμάσονται, καὶ πτοηθήσονται ἀπὸ τῆς εὐπραξίας τῶν σοφῶν σου ἐπιτηδευμάτων. Αἰδοῦνται γὰρ, φησὶν, ἀνδρῶν ἀρετὴν καὶ πολέμιοι, ὁ τῶν θεολόγων διαπρύσιος. Οὕτω φυλάττεταί σου ἀῤῥαγὲς τὸ βασίλειον· οὕτως εἶκει καὶ πείθεταί σοι ἀσμένως τὸ ὑπήκοον. Ταύτῃ θεραπεύεις τὸ Θεῖον· ταύτῃ ἐπευφραίνεις τοὺς ἐκλεκτοὺς Θεοῦ ἀγγέλους, ἀλλ' οὖν καὶ τοὺς ὁσίως καὶ δικαίως πολιτευομένους, Εἰρήνη θεώνυμε. Ἐν τούτοις ἡ εὐσέβειά σου διαλάμπει. Ἐν τούτοις πᾶν στόμα καὶ πᾶσα γλῶσσα πρὸς αἴνεσίν σου ἐξανοίγεται. Αὕτη ὡς ἀληθῶς ἡ δόξα τῆς Ἐκκλησίας· αὕτη ἡ σφραγὶς τῆς περιποιηθείσης σοι πατρικῆς καὶ θεοπνεύστου τῶν Χριστιανῶν ὀρθοδοξίας, ἔκδικε τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς ἀληθείας ὑπέρμαχε. Τηλικαῦταί σου αἱ τῶν ἀρετῶν ἐπιδόσεις, ὡς μεγάλοι καὶ ἀξιέπαινοι οἱ μισθοί σου· ὡς πολύ σου καὶ ὑπερβάλλον τὸ ἀνταπόδομα παρὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ. Μέγα μὲν γὰρ καὶ τὸ ἕνα σώζειν. Πῶς γὰρ οὔ; ἐπεὶ, ὥς φησιν ἡ θεία Γραφὴ, *Ὁ ἐξάγων ἄξιον ἐξ ἀναξίου, ὡς στόμα μου ἔσται*· τὸ δὲ τοσαύτας ψυχὰς καὶ τὸ πᾶν τοῦ λαοῦ, πῶς οὐ μέγα καὶ σεβάσμιον, καὶ τῆς ἄνωθεν μεγαλοδωρεᾶς ὄντως ἐπάξιον; Σὺ οὖν τὸ μέγα ὄντως καὶ πραγματικὸν ὄνομα, μετὰ τοῦ παντὸς καλοῦ εἰσελήλυθας εἰς τὰ βασίλεια· καὶ σὺ τὰ ἐγκαταλείμματα τῆς δικαιοσύνης ἐάσεις διαιωνίζοντα.

A Propterea fiduciam sumam in hoc divinitus dato imperio tuo. Hæc omnia laudis plena et prædicationis, Irene Christo chara, dulcis et re et nomine. Hæc non solum qua patet imperii tui potestas, sed ad ipsos usque orbis terræ terminos celebrabuntur : audientque de nobis exteræ gentes, et mirabuntur, et obstupescent sapientissimarum actionum tuarum felicitatem. Reverentur enim hominum virtutem etiam hostes, ait theologorum clarissimus [37]. Ita conservatur inconcussum imperium tuum, ita cedunt et libenter obediunt tibi subditi. Hac arte Deum colis, hac electos Dei angelos lætificas, imo et illos qui sancte ac juste vitam ducunt, Irene divinum nomen. In his pietas tua elucet : in his os omne et lingua in laudes tuas aperitur. Hæc vera est gloria Ecclesiæ : hoc sigillum assertæ a te paternæ, et divinitus inspirntæ Christianorum fidei orthodoxæ, vindex Dei, et veritatis propugnatrix. Tanta sunt virtutum tuarum incrementa. Quam magna et præclara merces tua ! quanta et quam excellens retributio ab universorum Deo ! Magnum enim prorsus est, vel unum servare : quidni enim ? cum dicat divina Scriptura : *Qui educit dignum de indigno, erit tiçut os meum* [38] ; tot animas et populum omnem servasse, quomodo magnum non censeatur et gloriosum, et cœlesti munificentia dignum ? Tu ergo magnum revera et efficax nomen, imperium cum omni bono inivisti : tu justitiæ reliquias semper vigere sinas.

B

C

Η'. — *Συμεὼν ἡγουμένῳ.*

VIII. — *Symeoni præposito.*

De monacho qui cœnobium reliquerat.

Ὑπὲρ ἡμᾶς τὰ καθ' ἡμᾶς ὑπολαμβάνουσα ἡ πατρική σου ἀγωσύνη, διὰ τῶν δύο αὐτῆς ἰδιογράφων [ms. Reg. ἱερογράφων] ἐπιστολῶν ὡμίλησεν ἡμῖν τὰ ξενίζοντα καὶ ἐκπλήττοντα. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν γραμματοφόρων εὐδόκησεν ὁ Θεὸς, ὑποκλιθέντος τοῦ ἡγουμένου, ἀναληφθῆναι αὐτοὺς ἐν τῷ οἰκείῳ αὐτῶν μοναστηρίῳ· καλῶς τοῦτο πραξάσης τῆς θεοσεβείας σου, εἰς τὸ ἀνθυπενεγκεῖν αὐτοὺς διὰ τοῦ διδακτικοῦ αὐτῆς λόγου εἰς τὰ πατρῷα καὶ πνευματικὰ σπλάγχνα. Περὶ δὲ τοῦ λειποτακτήσαντος ἀδελφοῦ ἡμῶν, καὶ ὡς ἐκ παραδείσου τῆς κοινοβιακῆς ζωῆς ἐξοστρακισθέντος, οὐκ οἶδ' ὅ τι εἴπωμεν. Καὶ ἡμεῖς ἐωρακότες τὸν ἄνδρα τὸ πρότερον ὡς ἀληθῶς ἄμπελον θεοφύτευτον, πᾶσαν ἀληθινὴν, πᾶσαν καρποφόρον. Καὶ πῶς ὅτι ἄρτι *ἐλυμήνατο αὐτὴν ὗς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν*· στραφείσης αὐτῆς, ὡς εἰπεῖν, εἰς

Supra captum nostrum res nostras suscipiens paterna sanctitas tua, ea nobis duabus manu propria exaratis epistolis suis exposuit, quæ admirationem et stuporem injecerunt. Sed de tabellariis quidem, Deo placuit ut inflexo præposito in monasterium suum reciperentur : recte hoc agente pietate tua, ut eos verborum suorum admonitu paternis spiritualibus visceribus restitueret. De fratre autem nostro, qui ordinem deseruit, et tanquam ex paradiso cœnobiticæ vitæ ejectus est, quid dicam nescio. Vidimus et nos virum antea, revera plantatam a Deo vitem, totam veram, totam frugiferam. Quomodo nunc *Exterminavit eam aper de silva, et singularis ferus depastus est eam* [39] : conversa ipsa, ut ita dicam, in amaritudinem mortiferam ? Annon enim, quia traditus est immanibus feris passionum, amorem carnis dico,

D

[37] Gregor. Nazianz. orat. 22, sub fin. [38] Jerem. xv, 16. [39] Psal. lxxix, 14.

NOTÆ.

(13) *Ταῦτα πάντα.* Theophanes ad annum 4, Irenes secundo : Τῷ δὲ Μαρτίῳ μηνὶ τῆς θ' ἰνδικτιῶνος, Εἰρήνη ἡ εὐσεβὴς Βυζαντίοις τοὺς πολιτικοὺς ἐχαρίσατο φόρους, καὶ τῆς Ἀβύδου καὶ τοῦ Ἱεροῦ τὰ λεγόμενα κομέρκια ἐκούφισεν· μεγάλως ἐπὶ τούτοις οὖν ἄλλοις πολλοῖς εὐχαριστηθεῖσα εὐεργετήμασι. *Mense porro Martio indictionis nonæ, piissima Irene Byzantiis civilia remisit vectigalia, et ea quæ apud Abydum et Hierum dicuntur commercia ex parte relaxavit : pro quibus aliisque beneficiis populus maximas ei grates retulit.*

Digitized by Google

dominandique libidinem, videre est illum nunc mentis contemplatione ab illis depastum, et tanquam leonum ore dilaniatum? Parem enim, ut ipse nosti, ac illius qui inconsulto discedit a patre, ab eoque discinditur, ejus lapsum esse censet divinus Basilius, qui sanctam professionem abjicit. Ideo et eadem excommunicationis reliquarumque pœnarum sententia plectuntur. Sed hic quidem nos ut peccatores precamur, ut pristinam lucem iterum ex hoc suo vitiis hebetato et obscurato intellectu respiciat; domumque denuo ad dulcem Patrem et charissimam congregationem revertatur. Fratres autem ipsos hortamur, ut cœnobitico certamini fortiter insistant, nec propter impii lapsum convellantur: sed potius sincerioris fidei, indissolubilisque connexionis inde ansam arripiant; idque ad sanguinis usque profusionem, quemadmodum Deo pleni Patres prædicant, ut per absolutam religiosæ vitæ perfectionem martyrii coronam in die judicii recipiant, chorum ineuntes cum Dositheo, et Acacio, et Domitiano, viris plane sanctissimis, qui summa cum obedientia vitam exegerunt. Hodie namque, sicut sanctitas tua in reliquo epistolæ textu ait, mera ubique confusio et inobedientia: dum singuli fere humanis consuetudinibus nituntur, vicinorumque institutis, quæ Dei legibus plane adversantur: maluntque hujus et illius præpositi, quam divinorum Patrum nostrorum vitam observare. Quo fit, ut pastores, et in his ego primus, desipiamus, et Dominum non quæramus, nec irreprehensibilem et constantem vitæ rationem investigemus; sed quasi antiquata lege Dei, et abolito Evangelio, hebescentibusque spiritualibus sanctionibus, atque, ut magis impium quid dicam, quasi mutato immutabili Deo. Nam et hoc illos speciat, qui semper incusant et dies, et ætates, quod aliter hæ, aliter illæ se habeant.

πικρίαν θανατικήν; Μὴ γὰρ ὅτι οὐ παραδοθεὶς τοῖς ἀτιθάσσοις θηρσὶ τῶν παθῶν, φιλοσαρκίας τε, φημὶ, καὶ φιλαρχίας, ἔστιν ἰδεῖν αὐτὸν ἄρτι τῇ τοῦ νοῦ θεωρίᾳ βιβρωσκόμενον ὑπ' αὐτῶν, καὶ κατασπαραττόμενον οἷα ἀπὸ στόματος λεόντων; Τὴν ἴσην γὰρ, ὡς οἶσθα, κρίνει ἀπόπτωσιν ὁ θεῖος Βασίλειος, τῷ ἀλόγως ἀναχωροῦντι καὶ ἀποσχιζομένῳ πατρὸς, τοῦ καὶ αὐτὸ τὸ θεῖον ἐπάγγελμα ἀπορριπτομένου. Διὰ τοῦτο καὶ τῆς αὐτῆς εἰσι καταδίκης ἐπὶ τῆς ἀκοινωνησίας, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτιμίων. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν εὐχόμεθα ὡς ἁμαρτωλοὶ ἀντωπῆσαι πάλιν πρὸς τὸ πρότερον φῶς, ἐκ τῆς ἀμβλυωπαθοῦς καὶ ἐζοφωμένης αὐτοῦ ἐννοίας· καὶ οἴκαδε αὖθις ἐπανιέναι πρὸς τὸν γλυκὺν Πατέρα, καὶ τὴν φιλτάτην συνοδίαν. Αὐτοὺς δὲ τοὺς ἀδελφοὺς παρακαλοῦμεν στῆναι γενναίως πρὸς τὴν κοινοδιακὴν ἄθλησιν· καὶ μὴ σαλευθῆναι ἐκ τῆς τοῦ ἀσεβοῦς καταπτώσεως· μᾶλλον δὲ καὶ μᾶλλον ἐντεῦθεν ἐπιδράξασθαι γνησιωτέρας πίστεως καὶ ἀδιασπάστου συντεύξεως, τοσοῦτον μέχρις αἵματος, καθὼς οἱ θεοφόροι Πατέρες διαγορεύουσιν, ἵνα τελειότητι τοῦ ὑποτακτικοῦ αὐτῶν βίου, τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀναδήσωνται ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς διαγνώσεως, χορεύοντες μετὰ Δοσιθέου, καὶ Ἀκακίου, καὶ Δομετιανοῦ, τῶν πάνυ παναγίων, τῶν πανυπηκόως τὴν πολιτείαν τετελειωκότων. Σήμερον γὰρ, καθὼς αἱ λοιπαὶ φωναὶ τῆς ὁσιότητός σου, ἀκρισία πᾶσα καὶ ἀνυποταξία· ἐπερειδομένων τῶν πάντων σχεδὸν εἰπεῖν ταῖς ἀνθρωπίναις συνηθείαις, καὶ ταῖς τῶν προτεχεστέρων διακρατήσεσιν, ἐξ ἐναντίας ἐχούσαις τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ· καὶ μᾶλλον αἱρουμένων τοῦ δεῖνος καὶ τοῦ δεῖνος ἡγουμένου παρατηρεῖν τὸν βίον, ἢ τῶν θεσπεσίων Πατέρων ἡμῶν. Ἔνθεν οἱ ποιμένες, ἐξ ὧν ἐγὼ πρῶτος, ἠφρονεύσαμεν, καὶ τὸν Κύριον οὐκ ἐκζητοῦμεν, οὐδὲ τὸ ἀμώμητον καὶ τὸ ἀκράδαντον τῆς πολιτείας ἰχνηλατοῦμεν· ἀλλ' ὡς παλαιωθέντος τοῦ θείου νόμου, καὶ ἀργήσαντος τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ ἀτονησάντων τῶν πνευματικῶν θεσμῶν, καὶ, ἵνα τι εἴπω καὶ βλασφημότερον, ὡς ἀλλοιωθέντος τοῦ ἀναλλοιώτου Θεοῦ. Τοῦτο γάρ ἐστι πρὸς τὸ λέγειν καὶ καταιτιᾶσθαι τοὺς χρόνους καὶ τὰς ἡμέρας καὶ τὰς γενεάς, ἀλλοίως μὲν ἐκείνας, καὶ ἀλλοίως ταύτας.

Ego vero non a tempore invectum hoc discrimen contendo. Nec enim aliam formam induit cœlum, nec motum alium, nec aliam lucem diei opifex lampas, nec præter solitum ordinem fertur et circumagitur universum. *Statuit* enim *illa*, ut scriptum est, *in æternum et in sæculum sæculi; præceptum posuit, et non præteribit*[36]. Sed ortum id est, sanctissime, ex mutatione liberæ voluntatis ab amore divino destitutæ, affectumque suum ad caduca defigentis, gloriosa exempla sequi detrectantis, neque archetypam potius patriamque divinam imaginem exprimere, quam deformes et alienas ac prodigiosas. Quamobrem animi simulacra gerimus, partim quidem humanæ naturæ aliquid habentia, partim canis, partim leopardi fortasse, partim piscis, aut alterius reptilis cujuspiam: sanctitate tua anagogice hæc intelligente. Qui ergo talia decepti effutiunt, aut Evangelia palam et nuda fronte perfringant, et martyria

Ἐγὼ δὲ ἀνταποκρίνομαι ὡς οὐ παρὰ τὸ τοῦ χρόνου διάφορον τοῦτο ὑπήχθη. Οὐδὲ γὰρ ἑτερόμορφος γέγονεν ὁ οὐρανὸς, οὐδὲ ἑτεροκίνητος, οὐδὲ ἑτερολαμπὴς ὁ δημιουργὸς τῆς ἡμέρας φωστὴρ, οὐδὲ παρὰ τὴν πρὶν τάξιν φέρεταί τε καὶ διεξάγεται τὸ πᾶν. Ἔστησε γὰρ αὐτὰ, κατὰ τὰ Λόγια, εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· πρόσταγμα ἔθετο, καὶ οὐ παρελεύσεται. Ἀλλὰ τοῦτο συμβέβηκεν, ὦ ἁγιώτατε, κατὰ τὸ ἐνηλλαγμένον τῆς αὐτεξουσίου προαιρέσεως, ὀλιγωρησάσης ἐκ τοῦ θείου ἔρωτος, καὶ περὶ τὰ πρόσυλα τὴν ἑαυτῆς ἔφεσιν ἐκδεδωκυίας, καὶ οὐ θελούσης, οὐδὲ αἱρουμένης τῶν εὐκλεῶν ἐξάψασθαι παραδειγμάτων, οὐδὲ μεταγράψαι ἀπὸ τῆς ἀρχετύπου καὶ πατρίου θεοειδοῦς εἰκόνος, ἐκ δὲ τῶν δυσμόρφων καὶ ἀλλοκότων καὶ τερατουργουμένων. Διὰ τοῦτο τὰ ψυχικὰ ἐνδάλματα ἐπιφέρομεν, τὸ μέν τι ἀνθρωπείου μέρος ἔχοντα, τὸ δὲ κυνὸς, τὸ δὲ λεοπάρδου τυχὸν, τὸ δὲ ἰχθύος, ἢ τινος ἄλλου τῶν ἑρπε-

[36] Psal. CXLVIII, 6.

Digitized by Google

τῶν· ἀναγωγικῶς ταῦτα λαμβανούσης τῆς ὁσιότητός σου. Οἱ τὰ τοιαῦτα τοιγαροῦν ἐκ φενακισμοῦ βατταρίζοντες, ἢ ῥηξάτωσαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τὰ Εὐαγγέλια, καὶ τὰ μαρτύρια, καὶ τὰ δικαιώματα τοῦ Κυρίου, καὶ πᾶσαν δέλτον ἁγιοπαράδοτον, ἢ τοῦτο μὴ ποιοῦντες, τὸ νηπιῶδες φρόνημα καὶ ἀλόγιστον ἀποθέμενοι, ὡς ὄντως εἰς ἄνδρα τελοῦντες τῆς ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὰ θεοπαράδοτα λόγια· καὶ περιπατείτωσαν, καὶ τοὺς ἄλλους ἐκπαιδευέτωσαν· ἢ μηδ' ἕτερον τῶν εἰρημένων ποιοῦντες, καὶ γοῦν τὸ ἑαυτῶν ἀθέλητον καὶ ἄσωτον κατηγορησάτωσαν. Ἴσως γὰρ αὐτοῖς ἔσται καιρὸς ἀνανήψεως. Σοὶ δέ μοι! Πάτερ τιμιώτατε, ὅτι ἔνοχος ὢν πάντων τῶν εἰρημένων, καὶ πάσης διαστροφῆς καὶ ἀνευθύτητος ὑπουργὸς, ὡς ἐπεμβαίνειν ἄλλοις ἠρξάμην καὶ νομοθετεῖν. Κλαυσάτωσαν καὶ θρηνείτωσαν ἐπ' ἐμοὶ καὶ αὐτοὶ οἱ ἀναίσθητοι λίθοι, κινδυνεύοντι κατὰ πᾶσαν ὥραν, καὶ ῥήσσοντι τὸ πολύμνιον τοῦ Χριστοῦ ἀναξίως μοι παραδεδομένον. Τοσαῦτά μοι προήχθη κελεύοντί σοι, ὦ θεοτίμητε, ἀνταποκριθῆναι. Αὐτὸς δὲ ἐρηρεισμένος ὢν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, καὶ τῇ περιλήψει τῶν νομίμων καὶ πατρίων ἐντολῶν, ἀκίνητος μένοις καὶ ἀσάλευτος καὶ ἀκαταπόητος ἐκ τῶν παρά τινων πολυτρόπως προσπεισφρησάντων σοι, οἷσ ἀνέμων ἢ τρικυμιῶν, λογυδρίων, βαίνων ἐν τῇ βασιλικῇ ὁδῷ τῆς ἀκραιφνοῦς πολιτείας, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάτερα παρατρέχων ματαιολογίαν τῶν ἀνθρώπων, εὐχόμενός τε ἀδιαλείπτως ὑπὲρ τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν τὰ κράτιστα.

A et justificationes Domini, et omnia a sanctis transmissa volumina: aut si hoc facere abnuant, puerilem sensum et a ratione alienum deponentes, ut qui reipsa in virum evaserint ætatis plenitudinis Christi [31], secundum divina oracula, et ambulent ipsi, et alios erudiant: aut si neutrum facere volunt, suam ipsorum socordiam et intemperantiam accusent. Forsitan tempus erit quo resipiscant. Sed, heu mihi! Pater colendissime, qui horum omnium reus quæ dixi, omnisque vitii et pravitatis adjutor, insultare aliis cœpi, legesque præfigere. Plangant me lugeantque lapides ipsi sensus expertes, qui per singulas horas versor in discrimine, Christique gregem indigno mihi commissum dissipo. Atque hæc hactenus, te jubente, a Deo honorate, respondi. Tu B vero Spiritus virtute subnixus, legitimarumque et paternarum sanctionum observatione, immobilis permane, et inconcussus atque intrepidus, adversus quorumdam variis in te modis, ventorum ac procellarum instar, irruentes rumusculos, regia integræ vitæ via incedens, et inanes hominum utramque in partem voces contemnens, ac pro humilitate nostra sine intermissione orans quam studiosissime.

Θ'. — *Γελασίῳ μαθητῇ.* [ις'.]

IX. — *Gelasio discipulo.*

Apostatæ, ut ad monasterium redeat.

Ὦ τέκνον μου, ἀββᾶ Γελάσιε, πῶς ποτέ σε ἐξωστράκισεν ὁ ἀρχέκακος Σατανᾶς ἐκ τοῦ κοινοβιακοῦ παραδείσου, ὡς ποτὲ τὸν Ἀδὰμ ἐκ τῆς Ἐδὲμ, πεισθέντα τῇ βουλῇ τοῦ ὀφιογνώμονος Ἀμμοῦν; Καὶ ἄρτι αὐλίζῃ ἐν τόποις οὓς οὐκ ἐπισκοπεῖ ὁ Κύριος, ἀκανθοφορῶν καὶ ἐργαζόμενος ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας. Τί γὰρ καλὸν ἐξελήλυθὼς ἢ εἰργάσω, ἢ ἐργάζῃ; Τί δὲ οὐ μᾶλλον πονηρὸν καὶ ἀπευκτόν; Ἐξέλιπέ σου τὸ νοερὸν φῶς τῆς ὁδηγίας· ἐσβέσθη ὁ σπινθὴρ τῆς πνευματικῆς φιλίας. Οἱ φίλοι σου καὶ οἱ πλησίον σου, οὐ μόνον λέγω τοὺς πιθεινούς σου ἀδελφοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς τοῦ Θεοῦ ἀγγέλους, ἐξ ἐναντίας σου ἀπομακρόθεν ἔστησαν, καὶ ἤγγισαν οἱ δαίμονες, ἐκζητοῦντες ἀπολέσαι σου τοὺς προειργασμένους ἀσκητικοὺς καμάτους. Ποῦ ποτέ σου ἡ καθαρὰ προσευχή; ποῦ ποτέ σου ἡ ἀκράδαντος ὁμολογία; ἡ φωτοποιὸς ἐξαγόρευσις; ἡ ἀγγελικὴ χοροστασία; ἡ θεομίμητος ὑπακοή; ἡ χριστοφόρος ταπεινοφροσύνη; ἐκεῖνο τὸ καλὸν καὶ τερπνὸν, ὃ ᾄδει ὁ ἁγιογράφος Δαβὶδ, ἡ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνοίκησίς σου τῶν ἀδελφῶν; Τούτων πάντων ἐπειδὴ ἔρημος γέγονας, τέκνον μου, ἔχεις ἀντεισαχθέντα σοι τὰ ἐναντία, σκοτασμὸν νοὸς, ἀναλγησίαν ψυχῆς, πώρωσιν καρδιακὴν, δυσπιστίαν, ἀνελπιστίαν, ὀλιγωρίαν, φόβον θανάτου, τρόμον ἀπολογίας. Καὶ τί δεῖ καταλέγειν ἓν ἕκαστον, ὅτι στένων καὶ τρέμων Καϊνικῶς πάντως διαβιοῖς; Καὶ οὔπω λέγω τῶν σαρκικῶν

C O fili mi, abba Gelasi, quo tandem pacto malorum te auctor Satanas, ex cœnobiaco paradiso, sicut Adam olim ex Eden, serpentini Ammon consilio obsecutum exterminavit? Et nunc in locis habitas quæ Dominus non respicit, spinas producens, et ignominiæ passiones in sudore vultus tui exercens. Quid enim recti ex quo digressus es, vel egisti, vel nunc agis? Quid potius non perversum ac detestandum? Defecit te mentis lumen quod viam monstrabat: exstincta est scintilla spiritualis necessitudinis. Amici et proximi tui; non tantum charissimos fratres tuos dico, sed ipsos quoque Dei angelos; adversum te eminus steterunt [32], et propius accessere dæmones, anteactos labores tuos asceticos abolere cupientes. Ubinam pura olim D precatio tua? ubinam inconcussa confessio? ubi splendida exomologesis? ubi angelica chori frequentatio? Dei æmula obedientia, Christum gerens humilitas, bonum illud et jucundum, quod canticorum scriptor prædicat David, fratrum in unum habitatio [33]? His omnibus quoniam orbatus es, fili mi, contraria quæ horum loco immissa sunt habes, obscurationem mentis, stuporem animi, cæcitatem cordis, incredulitatem, desperationem, incuriam, mortis metum, horrorem judicii. Et quid opus est singula percensere, cum gemens et tremens Caini prorsus more vitam ducas? Nec memoro carnalium

[31] Ephes. IV, 13. [32] Psal. XXXVII, 12. [33] Psal. CXXXII, 1.

Digitized by Google

cupiditatum turbam interiora tua inflammantem, et peccatum succendentem. Quapropter, fili mi, perspecta per humilem epistolam meam veritate, et ad lumen suspiciens, ac divinitus compunctus, et amice vulneratus, reputansque ac recogitans unde excideris, et in quibus miseriis verseris, et ubi habites, nempe, ut sic dicam, in tabernaculis Cedar [34]; redi ad sanam mentem, recurre ad locum tuum, expergiscere, renovare, et recalesce; et ne horam cuncteris, ne diem, ne hebdomadem : sed quantocius omnibus abjectis, præsenti atque intrepido animo ad me veni infelicem Patrem tuum, et ad egregios fratres tuos, et magnum Patrem meum, et Patrem tuum. Et hac quidem de causa consilium erat, postquam te istuc appulsum cognovi, etiam fratrem cum litteris mittere, qui te revocaret. Sed quia presbyter litterarum lator mihi plane confirmavit te ad solas litteras venturum, ideo epistola contentus fui. Et vero jubent prorsus, fili mi, sicut dictum est, non solum ego miser, et Pater meus, verum et nostri domini Joannes præcursor ac Joannes Theologus, ut quam citissime gradum referas, priusquam te inopinata mors occupet. Quod si obfirmatus adhuc, quod minime reor, obdurescas, et pertinaciter resistas; scito te excommunicatum esse, et a sanctis omnibus, et a nobis peccatoribus donec faciem nostram videas. Sin autem gradum referes, ut jussimus, jam veniens solutus es, tum ad divina donâ, tum ad alios cibos.

A παθῶν τὸν ἐσμὸν ἀναῤῥιπίζοντά σου τὰ ἐντὸς, καὶ ἀναφλέγοντα τὴν ἁμαρτίαν. Διὸ δή, τέκνον μου, ἐπιγνοὺς τὸ ἀληθὲς διὰ τῆς ταπεινῆς μου ἐπιστολῆς, καὶ ἀναβλέψας πρὸς τὸ φῶς, καὶ κατανυχθεὶς θεϊκῶς, καὶ πληγεὶς φιλικῶς, καὶ ἀναπλήσας καὶ ἀναγνωρίσας ὅθεν ἐξέπεσας, καὶ ἐν ποίοις εἶ δεινοῖς, καὶ ποῦ παροικεῖς, ὡς εἰπεῖν, μετὰ τῶν σκηνωμάτων Κηδάρ· ἀνάσφηλον, καὶ ἀναπήδησον, καὶ ἀνεγέρθητι, καὶ ἀνανεώθητι, καὶ ἀναθερμάνθητι· καὶ μὴ ὥραν, μὴ ἡμέραν, μὴ ἑβδομάδα· ἀλλὰ θᾶττον χαίρειν πᾶσιν εἰπὼν, ἧκε ἐῤῥωμένως καὶ ἀνενδοιάστως πρός με τὸν δύστηνόν σου Πατέρα, καὶ πρὸς τὴν καλήν σου ἀδελφότητα, καὶ πρὸς τὸν μέγαν Πατέρα μου καὶ Πατέρα σου. Καὶ πρὸς τοῦτο ἐβουλόμην μὲν, ἡνίκα ἔμαθον ὅτι αὐτόθι ἐξεπελάσθης, καὶ B ἀδελφὸν πέμψαι σὺν τοῖς γράμμασιν, ἵνα σε ἀναῤῥύσηται. Ἐπεὶ δὲ ὁ γραμματοφόρος καὶ πρεσβύτερος ἐβεβαιώσατό με πάντως ἐκ μόνων τῶν γραμμάτων ἥξειν σε, διὰ τοῦτο ἠρκέσθην τῇ ἐπιστολῇ. Καὶ δὴ πάντως, τέκνον μου, καθὼς εἴρηται, οὐ μόνον ἐγὼ ὁ τάλας, καὶ ὁ Πατήρ μου, ἀλλὰ καὶ οἱ δεσπόται ἡμῶν, ὁ Πρόδρομος, καὶ ὁ Θεολόγος, ἐγκελεύονταί σοι, τάχιστα ἀποκινῆσαι, πρὶν ἀπροσδοκήτου θανάτου καταλάβῃ τὸ τέλος. Εἰ δέ τι, ὃ οὐχ ὑπολαμβάνω, σκληρυνόμενος σκληρυνθῇς καὶ αὐθαδιάσεις· γίνωσκε ἀκοινώνητόν σε εἶναι, καὶ ἐκ πάντων τῶν ἁγίων, καὶ ἐξ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, ἕως ἂν ὄψει τὸ πρόσωπον ἡμῶν. Εἰ δὲ ἀποκινήσεις, καθὼς ἐνετειλάμεθα, ἤδη ἐρχόμενος λελυμένος εἶ, καὶ τῶν θείων δώρων, καὶ τῶν ἄλλων βρωμάτων.

X. — *Nicolao discipulo.*

Ι'. — *Νικολάῳ μαθητῇ.* [κα'.]

Electo in præpositum tradit præcepta vitæ monasticæ.

Quandoquidem Dei nutu, spiritualis fili Nicolae, ad præfecturæ apicem evectus es, observare omnino debes, quæ in hoc libello præcepta sunt. Non igitur ullatenus immutabis, quam a spirituali monasterio tuo accepisti formam et regulam, absque necessitate. Non possidebis ex hoc mundo quidquam, nec tibi proprium repones vel unicum argentum. Non divides animum et cor tuum affectu curisque, propter eos qui tibi a Deo commissi sunt, tibique in spiritu filii ac fratres facti sunt; non erga necessarios olim secundum carnem, aut cognatos, aut amicos, aut sodales. Non erogabis res monasterii tui, neque in vita, neque post mortem, sive eleemosynæ titulo, sive legati, in tuos olim necessarios, ut dictum est, et amicos : nec enim de mundo es, D ut res mundi attingas : præterquam si qui forte ex cœnobio in ordinem nostrum transierint : atque ita curam eorum geres juxta sanctorum Patrum exemplum. Non possidebis servum, neque ad tuos usus, neque ad monasterii cui præsides, nec denique ad agri tui, hominem qui ad Dei imaginem factus est : hoc enim sæcularibus solis concessum est. Tu vero teipsum exhibere unanimis fratribus tuis servum animo debes, licet externa specie tanquam dominus et magister habearis. Feminei sexus

Ἐπειδὴ εὐδοκίᾳ Θεοῦ προεβιβάσθης, τέκνον πνευματικὸν Νικόλαε, εἰς τὸ τῆς ἡγουμενείας ἀξίωμα, δέον παραφυλάξαι σε πάντα τὰ ἐντεταλμένα σοι ἐν τῷ παρόντι γραμματίῳ. Οὐ διαλλάξεις οὖν ὅπερ παρέλαβες τύπον καὶ κανόνα παρὰ τῆς πνευματικῆς σου μονῆς ἐν ἅπασιν ἄνευ ἀνάγκης. Οὐ κτήσῃ τι τοῦ κόσμου τούτου, οὐδὲ ἀποθησαυρίσεις ἰδιορίστως εἰς ἑαυτὸν μέχρι καὶ ἑνὸς ἀργυρίου. Οὐ διαμερίσεις τὴν ψυχὴν καὶ τὴν καρδίαν σου ἐν σχέσει καὶ φροντίδι, παρὰ τοὺς πεπιστευμένους σοι ὑπὸ Θεοῦ, καὶ γενομένους σοι πνευματικῶς υἱοὺς καὶ ἀδελφούς· οὔτε εἰς τοὺς ποτε ἰδίους κατὰ σάρκα, ἢ συγγενεῖς, ἢ φίλους, ἢ συνεταίρους. Οὐ χρήσῃ τοῖς τῆς οἰκείας σου μονῆς, οὔτε ζῶν, οὔτε μετὰ θάνατον, ἐλεημοσυνικῶς, ἢ κληρονομικῶς, εἰς τοὺς ποτε προειρημένους ἰδίους καὶ φίλους. Οὐ γὰρ ἐκ τοῦ κόσμου εἶ, ἵνα μετέχῃς τῶν ἐκ τοῦ κόσμου· πλὴν εἰ μή που μεταβαλέν τινες ἐκ τοῦ κοινωνικοῦ βίου εἰς τὸ καθ' ἡμᾶς τάγμα· καὶ οὕτω φροντίσεις κατὰ μίμησιν τῶν ἁγίων Πατέρων. Οὐ κτήσῃ δοῦλον, οὔτε εἰς οἰκείαν χρείαν, οὔτε εἰς ἣν ἐπιστεύθης μονὴν, οὔτε εἰς ἀγρούς σου, τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγονότα ἄνθρωπον· τοῦτο γὰρ μόνοις τοῖς ἐν τῷ βίῳ συγκεχώρηται. Σοὶ δὲ χρεὼν ἑαυτὸν παρασχεῖν τοῖς ὁμοψύχοις σου ἀδελφοῖς δοῦλον τῇ προθέσει, κἂν τῇ ἔξω ἐπι-

[34] Cant. I, 4.

Digitized by Google

φανείᾳ ὡς δεσπότης λογίζῃ καὶ διδάσκαλος. Οὐ σχοίης ζῶον τῶν ἐκ τοῦ θήλεος γένους εἰς χρείαν ὑπουργικήν, ὁ τῷ θήλει παντάπασιν ἀποταξάμενος· οὔτε ἐν τῇ μονῇ, οὔτε ἐν τοῖς ἀγροῖς· καθὼς οὐδεὶς τῶν ὁσίων καὶ ἁγίων Πατέρων ἡμῶν ἐχρήσατο, οὔτε ἡ φύσις αὐτὴ ἐπιτρέπει. Οὐκ ἐποχούμενος ἔσῃ ἵπποις καὶ ἡμιόνοις ἄνευ ἀνάγκης· ἀλλὰ Χριστομιμήτως πεζοπορήσεις. Εἰ δ' οὔ· πῶλός σοι τὸ ὑποζύγιον ἔσται. Παραφυλάξεις πάντως τὸ τὰ πάντα τὰ ἐν τῇ ἀδελφότητι κοινὰ εἶναι καὶ ἀμέριστα· καὶ μηδὲν κατὰ μέρος τοῦ καθέκαστον εἰς ἐξαυθέντησιν, μέχρι καὶ ῥαφίδος. Σοῦ δὲ καὶ τὸ σῶμα καὶ ἡ ψυχὴ, μή τί γε ἄλλο, ἔστωσαν διαμεμερισμένα ἐν ἰσότητι ἀγάπης πᾶσι τοῖς πνευματικοῖς σου τέκνοις καὶ ἀδελφοῖς. Οὐκ ἐξουσιάσεις ἐπὶ τοῖς δυσὶν ἀδελφοῖς σου καὶ τέκνοις μου· οὔτε πρὸς ἀρχὴν, οὔτε πρὸς χειροτονίαν πρᾶξαί τι παρὲξ τῆς πατρικῆς σου ἐντάλσεως. Οὐ σχοίης μετὰ κοσμικῶν ἀδελφοποιίας, ἢ συντεκνίας, ὁ φυγὰς τοῦ κόσμου καὶ τοῦ γάμου. Οὐ γὰρ εὕρηται ἐν τοῖς Πατράσιν· εἰ δὲ καὶ εὕρηται, σπανιάκις, καὶ τοῦτο οὐ νόμος. Οὐ συνεστιαθῇς μετὰ γυναικῶν, πλὴν τῆς κατὰ σάρκα μητρὸς, καὶ ἀδελφῆς, οὐκ οἶδα εἰ μή τις βία καὶ ἀνάγκη, καθὼς παρακελεύονται οἱ ἅγιοι Πατέρες. Οὐ σχοίης τὸ πολυπρόοδον καὶ πολυγύρευτον, ἄνευ ἀνάγκης ἐγκαταλιμπάνων τὸ οἰκεῖον ποίμνιον· ὅπου γε καὶ ἐγκαθημένου σου μόλις διασώζοιντο τὰ πολυτροπώτατα καὶ πολυδιεξόδευτα λογικὰ πρόβατα. Παραφυλάξεις πάντως τὸ ποιεῖσθαι τρισάκις τὴν κατήχησιν τῇ ἑβδομάδι, καὶ καθ' ἑσπέραν· ἐπειδὴ πατροπαράδοτον τοῦτο, καὶ σωτήριον. Οὐ δοίης ὅπερ λέγουσι μικρὸν σχῆμα, ἔπειτα μετὰ χρόνους ἕτερον ὡς μέγα. Ἓν γὰρ τὸ σχῆμα, ὥσπερ καὶ τὸ βάπτισμα, καθὼς οἱ ἅγιοι Πατέρες ἐχρήσαντο. Οὐ παραβῇς τοὺς νόμους καὶ κανόνας τῶν Πατέρων, πρό γε πάντων τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου· ἀλλὰ πᾶν ὅ τι ποιεῖς ἢ λέγεις, ὡς μαρτυρίαν ἔχων ἐκ τῶν Γραφῶν πράξεις, ἢ ὡς ἐκ πατρικῆς σου συνηθείας, ἄνευ παραβάσεως ἐντολῆς θεοῦ. Οὐ καταλείψεις τὸ ποίμνιόν σου, καὶ εἰς ἕτερον μεταβήσῃ, ἢ πρὸς μείζονα ἀξίαν ἐπαναδράμοις, ἄνευ πατρικῆς σου διαγνώσεως. Οὐ φιλιάσεις μετὰ κανονικῆς, οὐδὲ παραβάλῃς ἐν γυναικείῳ σεμνείῳ, οὐδὲ καταμόνας ὁμιλήσεις μοναζούσῃ, ἢ κοσμικῇ, εἰ μή που ἀνάγκη ἕλκοι· καὶ τότε δύο παρόντων ἐξ ἑκατέρου μέρους προσώπων. Τὸ γὰρ ἓν, ὥς φησιν, εὐεπιρίαστον. Οὐκ ἀνοίξεις τὴν θύραν τῆς ποίμνης ἐπὶ εἰσόδῳ παντοίας γυναικὸς, ἄνευ μεγάλης ἀνάγκης· εἰ δὲ δυνατὸς εἶ ἀσυμφανῶς δέχεσθαι, οὐδὲ τοῦτο ἀπόβλητον. Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ καταγώγιον, ἢ τοῖς πνευματικοῖς σου τέκνοις οἶκον κοσμικὸν, ἐν ᾧ εἰσι γυναῖκες, ἐπὶ συχνῷ παραβάλλων· ἀλλ' ἐκλέξῃ εἰς ἀνδρῶν εὐλαβῶν τὰς παροδικὰς καὶ ἀναγκαίας χρείας ποιεῖσθαι. Οὐ κτήσῃ μαθητὴν εἰς τὸ κελλίον σου μειράκιον προσπαθῶς· ἀλλ' ἐκ προσώπου ἀνυπόπτου, καὶ ἐκ διαφόρων ἀδελφῶν, τὴν ὑπουργίαν σου ποιήσεις. Οὐ κτήσῃ ἱματισμὸν ἐξηλλαγμένον καὶ πολύτιμον, ἄνευ τοῦ ἱερατεύειν σε· ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς πατρομιμήτως καὶ ἐνδύσῃ καὶ ὑποδύσῃ. Οὐκ ἔσῃ ἁβροδίαιτος, οὔτε ἐν οἰκείᾳ σου δαπάνῃ, οὔτε ἐν

A animal ad necessaria ministeria nullum habeas, qui feminis omnino renuntiasti, nec in monasterio, nec in agris : nullus siquidem sanctorum Patrum usus est, et natura ipsa non permittit. Non veheris equis aut mulis absque necessitate ; sed Christi exemplo pedibus iter facies : sin minus, pullus asini erit jumentum tuum. Curabis omnino ut inter fratres communia et indivisa sint omnia, et nihil cujusquam proprium jure dominii, ne acus quidem. Tibi vero et corpus et anima, ne dicam cætera, æqua lance charitatis in omnes spirituales filios tuos ac fratres dividantur. Non uteris potestate erga duos fratres tuos, et filios meos, ut vel ad præfecturam, vel ad ordinationem sine Patris jussu quidquam agas. Ne contrahas cum
B sæcularibus fraternitates, vel confiliationes; quippe qui sæculum et nuptias reliquisti. Neque enim exstat exemplum in Patribus ; et si exstat, perrarum est, nec legis vim habet. Non epulabere cum feminis, excepta matre tua secundum carnem, et sorore, nisi vis aliqua et necessitas urgeat, sicut admonent sancti Patres. Ne frequens sis in egressibus et circumcursationibus, proprium ovile deserens sine necessitate, cum difficile sit, etiam si assiduus incubes, variabiles et erraticas rationales oves servare. Cura prorsus ut catechesim qualibet hebdomade ter facias, ad vesperum ; quoniam a Patribus id traditum, et salutare est. Ne dederis parvum quem vocant habitum, ac, veluti post spa-
C tium temporis, alterum velut magnum : unus enim est habitus, sicut et baptisma, quemadmodum in more fuit sanctorum Patrum. Ne transgrediaris leges et regulas Patrum, præcipue sancti Patris nostri Basilii : sed quidquid agas dicasve, tanquam testimonium ex sacris Litteris habeas, aut ex paterna consuetudine, id age, sine divini præcepti prævaricatione. Non deseres gregem tuum, ut ad alterum transeas, vel ad majorem dignitatem conscendas sine Patris tui arbitrio. Non ineas familiaritatem cum canonica, neque muliebre monasterium ingrediaris, neque seorsum cum ulla colloquaris monacha vel sæculari, nisi necessitas compellat ; ac tum quoque duabus utrinque personis astantibus :| una enim, ut aiunt, calumniæ
D obnoxia est. Non aperies ostium ovilis, ut feminam ullam intromittas sine magna necessitate : quod si absque mutuo aspectu admitti potest, neque id negligendum. Non facies tibi diversorium, aut spiritualibus filiis tuis sæcularem domum in qua sint feminæ : ita ut eam frequentes : sed apud religiosos potius viros diversari, et necessaria vitæ subsidia capere studebis. Non habebis in cella tua discipulum adolescentem, quo afficiare : sed personæ minime suspectæ, ac diversorum adeo fratrum ministerio uteris. Non sit tibi vestimentum elaboratum, et pretiosum, præter sacerdotale ; sed humiliter Patrum exemplo et indueris et calceaberis. Non eris delicatus ac lautus, neque in privato tuo sumptu, neque in hospitum receptione :

Digitized by Google

hoc enim ad hujus vitæ voluptarios pertinet. Non thesaurizabis aurum in monasterio tuo ; sed quidquid in unoquoque genere redundabit, adaperto atrio tuo pauperibus, sanctorum Patrum more, largire. Non servabis locum obseratum, nec curam geres œconomiæ : sed tota cura tua animarum esto. Aurum vero et res usui necessarias œconomo committes, et cellario, et ut cuique convenit ministerio : ita nimirum, ut penes te sit omnium potestas, et officia in hunc aut illum, ut voles, transferas, rationemque exigas cujuslibet administrationis, prout mandasti. Non facies vel ages quidquam in re ulla ex proprio sensu, sive proficiscendum est, seu vendendum vel emendum ; neque in receptione vel ejectione fratrum, neque in aliis rebus externis ; sed neque in animæ erratis, sine consilio eorum qui judicio et pietate præstant, unius aut duorum, triumve aut plurium, prout res feret, sicut a Patribus sancitum est. Hæc omnia, et quæcunque alia accepisti, servabis et custodies, ut bene tibi sit, et prospere agas in Domino omnibus diebus vitæ tuæ. Contrarium enim absit vel dicere vel cogitare.

A ταῖς ὑποδοχαῖς τῶν ξένων· τοῦτο γὰρ τῆς μερίδος τῶν ἀπολαυστικῶν τοῦ παρόντος βίου. Οὐ θησαυρίσεις χρυσίον ἐν τῇ μονῇ σου· ἀλλὰ τὸ κατὰ περισσείαν ἐπὶ παντὸς εἴδους μεταδοίης τοῖς πενομένοις ἐν ἀνοίξει τῆς αὐλῆς σου, καθὼς καὶ οἱ ἅγιοι Πατέρες. Οὐ κρατήσεις τόπον ἠσφαλισμένον καὶ τὴν οἰκονομικὴν φροντίδα· ἀλλ' ἔστω σοι πᾶσα ἡ φροντὶς ἀνήκουσα περὶ τῶν ψυχῶν. Τὸ δὲ χρυσίον, καὶ τὰ κατὰ χρείαν, ἐγχειρίσεις τῷ οἰκονόμῳ, τῷ κελλαρίτῃ, καὶ ὡς ἐπιβάλλει ἐν ἑκάστῃ διακονίᾳ· σοῦ προδήλως πάντων τὴν ἐξουσίαν ἐχοντος, καὶ μεταφέροντος ὡς ἂν βούλῃ ἑκάστην διακονίαν ἐν τῷ τυχόντι προσώπῳ, καὶ ἀπολαμβάνοντος τὸν λόγον ἑκάστης διοικήσεως καθὸ ἐντέλλῃ. Οὐ ποιήσεις τι ἢ πράξεις κατ' οἰκείαν γνώμην ἐν παντὶ πράγματι, οὔτε ἐν προόδῳ, B οὔτε ἐν πράσει καὶ ἀγορασίᾳ, οὔτε ἐν δοχῇ ἢ ἐν ἀποκρίσει ἀδελφοῦ, οὔτε ἐν ὑπαλλαγῇ διακονίας, οὔτε ἐν ἄλλῳ τινὶ τῶν σωματικῶν, ἀλλ' οὖν οὐδὲ ἐν τοῖς ψυχικοῖς σφάλμασιν, ἄνευ βουλῆς τῶν προεχόντων ἐν γνώσει καὶ εὐλαβείᾳ, ἑνὸς ἢ δύο, ἢ καὶ τριῶν, ἢ καὶ πλειόνων, κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὑπόθεσιν· ὥσπερ ἐντέταλται Πατρικῶς. Ταῦτα πάντα, καὶ ὅσα ἕτερα παρέλαβες, φυλάξοις καὶ φρουρήσοις, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ κατευοδούμενος ἐν Κυρίῳ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου. Τὸ γὰρ ἐναντίον ἀπεῖη καὶ λέγειν καὶ ἐννοεῖν.

XI. — *Anastasio episcopo Cnosiæ.*

ΙΑ'.— Ἀναστασίῳ ἐπισκόπῳ Κνωσίας. [κβ'.]

De officio episcopi.

Quid vis tibi, sanctissime Pater, et quid tantopere post unam et alteram excusationem adhuc instas, ut a me imperito et vitiis dedito utilitatis sermonem recipias? Ego potius a te doceri opus habeo, qui et ordine inferior sum, et vita obcæcatus, non de episcopatus officiis, (quam enim ineptus sim!) sed de monastico statu, sive de præpositura ; quonam pacto indigne mihi commissum gregem congruenter regens, propitium in terribili responsionis meæ die judicem nanciscar. Sed tu nimirum per summam modestiam tuam hoc egisti : explorare enim ignorantiam meam voluisse, id mihi de pontificatu tuo nefas est suspicari. Ego vero meum ipsius gradum, o sacrum caput, pertimesco, et animo æstuo circa animarum gubernationem ; quomodo tandem ex turbulento ac procelloso mari spirituali traditum mihi parvum hoc et spirituale navigiolum ad salutis portum perducam : cum ad munus hoc et vita integra, et scientia idonea sit opus ; ut tanquam duplici clavo gubernans, vigilanter ac perite intactum aquis peccati meipsum et eos qui me sequuntur custodiam. Hæc igitur tam miseri est excusatio. Verum quia sanctitatis tuæ præcepto penitus non obtemperare, tametsi vires meas superet, periculo non vacat : præsertim cum ab ipso etiam Patre meo mandatum acceperim : utriusque obedientia fretus, hoc tibi, divinissime Pater, per commonitionis speciem profitebor : longe majus multisque partibus navicula mea excellentius esse navigium perfectionis tuæ, episcopale, inquam, fastigium, si cum præpositi dignitate comparetur : et tanto scilicet, quanto in plures imperium sortitus es, eosque non volentes

Τί σοι γέγονεν, ὦ ἱερώτατε Πάτερ, καὶ τί τοσοῦτον μετὸ μίαν καὶ δευτέραν παραίτησιν ἔτι παρα- C διάζῃ, ὥστε παρ' ἐμοῦ τοῦ ἀμαθοῦς καὶ περιπαθοῦς εἰληφέναι λόγον ὠφελείας ; Ἐγωγε μᾶλλον ἔχω χρείαν ὑπὸ σοῦ φωτισθῆναι· ὁ καὶ τῇ τάξει δεύτερος, καὶ τῷ βίῳ ἐσκοτισμένος· οὐ τὰ περὶ ἐπισκοπῆς ὀφειλόμενα· φεῦ γὰρ τῆς ἐμῆς ἀνοίας ! ἀλλὰ τὰ περὶ μοναχικῆς, εἶτ' οὖν ἡγουμενικῆς καταστάσεως, τὸ πῶς ἄρα ἀφηγησάμενος κατὰ λόγον τὸ ἐμπιστευθέν μοι ἀναξίως ποίμνιον, εὕροιμι Θεὸν ἵλεω ἐν ἡμέρᾳ τῆς φρικτῆς ἀπολογίας μου. Ἀλλὰ τοῦτο πέπονθας πάντως ἐξ ἄκρας μετριοφροσύνης. Ἐκπειράζειν γάρ μου τὴν ἀπαιδευσίαν, οὐ θέμις με ὑπονοεῖν τὴν ἀρχιερωσύνην σου. Ἐγὼ τοίνυν δέδοικα τὰ τοῦ οἰκείου βαθμοῦ, ὦ ἱερὰ κεφαλή, καὶ ἰλιγγιῶ περὶ τὴν ψυχικὴν κυβέρνησιν τῷ ὄντι· πῶς δὴ οὖν ἐκ τῆς πολυταράχου καὶ ἀεικυμάντου νοητῆς θαλάσσης ἀποσώσαιμι D τὸ ἐγχειρισθέν μοι τοῦτο βραχύτατον καὶ λογικὸν πλοιάριον εἰς λιμένα σωτηρίας· ὅτι πρὸς τοῦτο καὶ πολιτείας ἀκραιφνοῦς χρεία καὶ γνώσεως ἱκανῆς ἐπιτυχία, ἵν' ὡς ἐν δυσὶν αὐχέσι πηδαλιουχῶν, γρηγόρως καὶ ἐπιστημόνως ἀκαταβάπτιστον τοῖς ὕδασι τῆς ἁμαρτίας ἐμαυτόν τε καὶ τοὺς ἑπομένους μοι διαφυλάττω. Αὕτη τοίνυν ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῦ ταλαιπώρου. Ἐπεὶ δὲ τὸ τῆς ὁσιότητός σου κέλευμα οὐκ ἀκίνδυνον πάντη καταλιπεῖν, εἰ καὶ ὑπὲρ δύναμίν μου ἀνυπήκοον, ἄλλως τε καὶ ἐκ τοῦ οἰκείου μου Πατρὸς τὴν ὑποταγὴν δεξάμενος· πεποιθὼς τῇ ἀμφοτέρων εὐπειθείᾳ, τοῦτό σοι, ὦ θειότατε Πάτερ, ἐν εἴδει ὑπομνήσεως ἐπιφθέγξομαι, ὅτι μεῖζον κατὰ πολὺ καὶ ὑπερβάλλον τὸ πλοῖον τῆς σῆς τελειότητος πρὸς τὸ ἐμὸν νηάριον· φημὶ δὴ τὸ ἐπισκοπικὸν

Digitized by Google

ὕψωμα πρὸς τὸ ἡγουμενικὸν ἀξίωμα· καὶ τοσοῦτον ὥσπερ ἂν καὶ πλειόνων ἄρχειν ἠξιώθης, καὶ ταῦτα οὐχ ἑκόντων ἴσως, οὐδὲ ὁμογνωμόνων, οὐδὲ τῆς αὐτῆς φύσεως καὶ ἀξίας, ἀλλὰ καὶ ἀῤῥένων καὶ θηλειῶν, μοναστῶν τε καὶ μιγάδων, ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων, γημάντων καὶ ἀγάμων, δούλων τε καὶ ἐλευθέρων, ὀρφανῶν τε καὶ χηρευόντων, πλουσίων τε καὶ πενήτων, δυναστευόντων τε καὶ καταπονουμένων, χρεωφειλετῶν τε καὶ δανειστῶν, ἀδροδιαιτούντων τε καὶ λιμοκτονουμένων, πολυκτημόνων τε καὶ ἀνεστίων, μαλακοφορούντων τε καὶ ῥακοδυτούντων. Ταῦτα γὰρ καὶ πλείω τούτων οὐκ ἐπιφαίνεται τῷ ἡμετέρῳ βίῳ· ὁ δὲ σὸς ἐμπέπλησται. Καὶ οὐδὲ πᾶς ὁ λαός σου ὑπὸ μιᾶς φροντίδος δεδιοίκηται, οὐδὲ πάντων τὰ πρόσωπα καὶ τὰ ὀνόματα οἶσθα, οὐδ' ἑκάστου τὰς μεθόδους τῆς ζωῆς διαγινώσκεις· ἀλλὰ ἄλλοι ἄλλως κατὰ πολὺ τὸ διάφορον ἔχουσιν. Οἱ μὲν γὰρ ἴσως γεωπονοῦσιν, οἱ δὲ ναυτίλλουσιν, οἱ δὲ ποιμαινεύουσιν, οἱ δὲ ἀπρακτοῦσιν, οἱ δὲ πρακτορεύονται· καὶ πολὺς ὁ λόγος τῆς ἐφ' ἑκάστῳ ὁρωμένης ἐργασίας. Ἐπὶ τούτοις δὲ πᾶσιν ὅσος καὶ πηλίκος ὁ κόπος! καθὰ λογίζομαι, ἀλόγιστος· ὅσος ὁ ἱδρὼς, ὁ ἀγὼν, ὁ δρόμος, ἡ εὐτονία, ἡ φροντὶς, ἡ μέριμνα, ἡ ἔκτηξις τῆς σαρκὸς, ἡ ὀδύνη τῆς ψυχῆς, ἡ τῆς διανοίας κατακοπή! Ὥσπερ οὖν ὁ ἀπευθύνων τὴν ναῦν ἐν μεγάλῃ ζάλῃ καὶ καταιγίδι θαλάσσης, ὅλος νήφων ἐστὶ καὶ ἀπερίτρεπτος, ἀνύστακτον ἔχων τὸν ὀφθαλμόν· οὐδὲ γὰρ εἰς βραχὺν φέρει κίνδυνον τὸ μικρῶς πως παρεμπεσεῖν ἀπειρίαν καὶ ἀμέλειαν· οὕτω πολλῷ μᾶλλον ὁ κυβερνήτης τῶν ψυχῶν ἀγωνιστικώτερον καὶ ἀκριβέστερον εἰδέναι ὀφείλει τὸ τῆς προστασίας ἔργον, ἵνα μὴ ὑποβρύχιος γένηται τῷ βυθῷ τῆς ἀπωλείας. Διὰ ταῦτα, ὡς οἶμαι, ἀγιώτατε, ἐβόα ὁ μέγας Ἀπόστολος, *Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι;* Καὶ πάλιν, *Ὅτι ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, τοῖς ὑπὸ νόμον ὡς ὑπὸ νόμον, τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος, ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ. Τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα τοὺς πάντας κερδήσω.* Ἰδοὺ οὕτως καὶ οἱ κατ' αὐτὸν κανόνες καὶ ὅροι ἐπισκοπῆς· καθάπερ καὶ αὐτοὶ οἱ θεσπέσιοι Πατέρες ἡμῶν διαγορεύουσι. Λοιπὸν ἀναγνοὺς καὶ διαγνοὺς τὰ τῶν ἁγίων, καὶ ἐπὶ χεῖρας ἔχων τὰ θεοπαράδοτα λόγια· τί πρὸς ἐμοῦ τοῦ τάλανος τοιοῦτόν τι ἐπιζητεῖς; Ἐγὼ δοκῶ τὸν ἐπίσκοπον εἶναι ἔφορον, καὶ ὑπεύθυνον τῆς ἐπὶ πᾶσι τῶν ἀρχομένων γενομένης διαπράξεως. Ἄγγελον ἀσίγητον, τὰ τοῦ Θεοῦ δικαιώματα κηρύσσοντα· ὄμμα ἀκοίμητον τὰς ἑκάστου ὁδοὺς τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἐξαγομένων ἐπιβλεπόμενον· μίμημα Χριστοῦ, εἰς ὃν οἱ ἑπόμενοι προσέχοντες τὴν ἑαυτῶν ζωὴν εὐαγγελικῶς χαρακτηρίζουσι· φῶσφορα ἀειλαμπῆ τοῖς ἐξ ἀγνοίας καὶ ἁμαρτίας νυκτομαχοῦσι γνωριζόμενον· τὸν λόγον τῆς διδασκαλίας ἐπομβρίζοντα τοῖς διψῶσι τὰ σωτήρια· οἰκονόμον μέγιστον, τὸν ἑκάστου βίον λογοθετεῖσθαι μέλλοντα ἐν καιρῷ ἀνταποδόσεως. Οὔτε οὖν μεῖζόν τι τῆς πρὸς Θεὸν ἐγγύτητος καὶ ἀγάπης, οὔτ' αὖ εὐ-

fortasse, nèc conspirantes, nec ejusdem naturæ et dignitatis; sed mares pariter ac feminas, monachos et sæculares, império prædítos et subditos, conjuges et cælibes, servos ac liberos, orphanos et viduas, divites et pauperes, potentes et inopes, debitores et feneratores, laute viventes et fame laborantes, locupletes et tecto carentes, molliter vestitos et pannosos. Hæc enim, et his plura, in vita nostra non cernuntur; tua vero his referta est. Nec populus tuus sub una cura universus cogitur, nec omnium facies et nomina nosti, nec vitæ uniuscujusque vias et rationes distinguis: sed alii aliter magno discrimine se habent. Etenim alii terram fortasse colunt, alii navigant, alii greges pascunt, alii in otio degunt, alii negotiantur: longumque esset quas in singulis videmus occupationes recensere. In his autem omnibus qualis quantusque labor? æstimari, ut puto, non potest. Quantus sudor, certamen, cursus, contentio, cura, sollicitudo, carnis afflictio, animi dolor, mentis defatigatio? Quemadmodum ergo qui navem gubernat in magnis maris fluctibus et tempestate, totus advigilat, et in ea cura defixus est, nec somnum oculis indulget (non enim parvi est periculi si vel exigua aliqua obrepat imperitia vel negligentia), sic multo magis animarum gubernator præfecturæ partes studiosius et accuratius teneat necesse est, ne extremi exitii profundo demergatur. Propterea, ut arbitror, sanctissime, magnus Apostolus exclamabat: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror* [35]? Et iterum: *Factus sum Judæis tanquam Judæus; iis qui sub lege sunt, tanquam sub lege essem; iis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem; cum sine lege non essem, sed in lege essem Christi. Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem* [36]. En, vel ejus sententia, leges et regulas episcopatus, quemadmodum et divini quoque Patres nostri testantur. Cæterum, cum sanctorum placita legas et intelligas, et divina oracula in manibus habeas, quid a me misero tale quidpiam efflagitas? Ego episcopum censeo inspectorem esse, ac de omnibus quæ a subditis aguntur obnoxium; angelum non silentem, justificationes Dei perpetuo prædicantem; oculum insomnem, gregis sui singillatim vias considerantem; simulacrum Christi, ad quod intenti qui sequuntur, vitam suam ad Evangelii formam effingant; facem perpetuo ardentem, iis qui in ignorantiæ peccatique tenebris dimicant, conspicuam; sermonem doctrinæ, salutaria sitientibus infundentem; dispensatorem maximum, qui de singulorum vita, retributionis tempore, rationem redditurus sit. Itaque nulla affinitas cum Deo et charitas major est, aut cui certior sit merces, quam præfectura tanta; quemadmodum Christus ipse apostolorum principi dixit: *Si amas me, Petre, plus his, pasce oves meas* [37]. Nec periculosius quidquam, aut exitiosius quam in ea indigne versari.

[35] II Cor. xi, 29. [36] I Cor. ix, 20-23. [37] Joan. xxi, 15.

Digitized by Google

μισθότερον, ὡς ἡ τηλικαύτη ἐπιστασία· καθὼς φησιν αὐτὸς ὁ Χριστὸς πρὸς τὸν κορυφαῖον ἀποστολον· « Εἰ φιλεῖς με, Πέτρε, πλεῖον τούτων, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. » Οὔτε ἐπικινδυνότερον καὶ ὀλεθριώτερον τοῖς ἀναξίως ταύτην ἀσπαζομένοις.

At tu, sat scio, Patrum optime, bonus pastor es, qui animam tuam pro ovibus semper posuisti, pro unaquaque caput objiciens, hominum minas non reformidans, veritatem in adversantium oculis non dissimulans, unici regis voluntati obsecundans. Ad hæc, arguens cum libertate, pœnam irrogans cum lenitate, pacificans et reconcilians dissidentes, profanum a sancto prudenter dirimens, et sanum a morbido, ne contagione sua vicinum inficiat; quod aberrat in viam reducens, quod infirmum est consolidans, quod confractum est alligans [28]. Quam multiplex revera tuum est opus! Præpositorum visitatio, celliotarum approbatio, presbyterorum et diaconorum ordinatio, et horum omnium vitæ censura: viduarum defensio, orphanorum subsidium, afflictorum ultio, oppressorum propugnatio; quin etiam dignitatis conservatio. Quia ubi nihil est quod pietatem lædat vel impediat, subjici nos quoque omni imperio et potestati oportet, benevolentiamque perpetuo, si fieri potest, omnium retinere, prompte ac benigne salutando, ac majorem etiam honorem redhibendo. Absit enim ut de beatitudine tua dicantur, quæ contrariæ malorum pastorum parti conveniunt! qui turpis scilicet lucri gratia gregem pascunt, qui ad vitæ commoda dignitatem hanc referunt, ad carnis laxamentum, ad cupiditatis fructum, ad fluxarum opum conquisitionem, ad plurimorum terræ jugerum possessionem, gregisque servorum ac pecudum numerosi: ideoque non divinis, sed humanis artibus ad præfecturæ culmen prosiliunt, ut in subditos supercilium attollant, et ante honoratiores arroganter sedeant. Mitto de illis dicere, qui causidicorum more pro caducis rebus decertant, et pro veritatis dogmatibus non resistunt. Quodque his longe gravius est, de iis qui subditorum bona rapiunt, et exsugunt, indeque potentiam, et redundantem opum copiam accumulant. Quibus enim ut egentibus manum porrigi par erat, hos qui sensim atterere non dubitant, cuinam similes dicentur? Petrone et Joanni, eorumque sectatoribus, quibus, ait, argentum et aurum non erat, sed divini Spiritus gratia? an Simoni Mago, et Judæ proditori, et Giezi cupido pecuniæ, ac reliquis hujus sæculi divitibus? De iis autem dico, qui quod præsens est solum, ut ipsis bene sit, spectant; qui carni serviunt, et in auro defixum cor habent: qui fortasse et ipsæ fenerantur, et ad usuram dant pauperibus, qui bona ad proprias cupiditates retinent, atque indignis ex vitioso effectu, vel propinquis suis erogant. Quorum cura omnis in eo forsan est posita, ut multa serant metantque, ut plurima plantent et colligant, ut augeant et amplificent armenta atque greges: tanquam agricolæ quidam, tempora observantes, et lucrum ex vulgi penuria captantes,

Ἀλλ' αὐτός, εὖ οἶδα, Πατέρων ἄριστε, ὅτι ὡς ἀγαθὸς ποιμὴν τὴν ψυχήν σου ἀεὶ τεθεικὼς εἰ ὑπὲρ τῶν σῶν προβάτων, προκινδυνεύων ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου· μὴ πτοούμενος ἀπειλὰς ἀνθρωπίνας· μὴ ὑποστελλόμενος τὸν τῆς ἀληθείας λόγον ἐξ ἐναντίας τῶν ἀντιδιατιθεμένων· τὸ τοῦ μόνου βασιλέως θέλημα ἀποθεραπεύων. Πρὸς τούτοις ἐλέγχων μετὰ παῤῥησίας, ἐπιτιμῶν μετὰ συμπαθείας, εἰρηνεύων καὶ καταλλάσσων τοὺς διισταμένους, ἀφορίζων μετὰ εὐκρισίας τὸ βέβηλον ἀπὸ τοῦ ὁσίου, τὸ ὑγιὲς ἀπὸ τοῦ νοσηκότος, ὡς ἂν μὴ μεταδοίη τῆς οἰκείας ἀῤῥωστίας τῷ πλησιάζοντι· τὸ πλανώμενον ἐπιστρέφων· τὸ ἠσθενηκὸς ἐνισχύων· τὸ συντετριμμένον καταδεσμεύων. Ὡς πολύ σου ὄντως τὸ ἔργον! ἡγουμένων ἐπίσκεψις, κελλιωτῶν ἐπίκρισις, πρεσβυτέρων καὶ διακόνων χειροτόνησις, καὶ βίου τούτων πάντων ἐπιτήρησις· χηρῶν προστασία, ὀρφανῶν ἐπικουρία, καταπονουμένων ἐκδίκησις, ἀδικουμένων ὑπερμάχησις, καὶ μέντοι καὶ ὑπεροχῆς διατήρησις. Ἐπειδὴ ὅταν μηδὲν ᾖ τὸ βλάπτον καὶ κωλύον εἰς θεοσέβειαν, ὑποτάσσεσθαι καὶ ἡμᾶς πάσῃ ἀρχῇ καὶ ἐξουσίᾳ προσήκει, καὶ φιλιάζειν διὰ παντὸς, εἰ δυνατὸν, πρὸς ἅπαντας διὰ τῆς εὐμεταδότου καὶ φιλοφρόνου δεξιώσεως καὶ προεπιδόσεως. Ἀπεὶη γὰρ περὶ τῆς μακαριότητός σου τὰ τῆς ἐναντίας μερίδος τῶν κακῶν ποιμένων διαγορεύειν! οἷον τῶν αἰσχροκερδῶς ποιμαινόντων τὸ ποίμνιον· τῶν εἰς ἀφορμὴν βίου λογιζομένων τὴν τοιαύτην ἀξίαν, καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάπαυσιν, καὶ εἰς ἐπιθυμίας ἀπόλαυσιν, εἰς κατάσχεσίν τε πλούτου τοῦ ῥέοντος, καὶ εἰς κτῆσιν πλέθρων γῆς τόσων καὶ τόσων, ἀγέλης τε ἀνδραπόδων καὶ βοσκημάτων πληθύος. Καὶ διὰ τοῦτο ἀνθρωπίνως καὶ οὐ θεϊκῶς ἐπιπηδώντων τῷ ὕψει τῆς προστασίας, εἰς τὸ αἴρειν τὴν ὀφρὺν κατὰ τῶν ὑποδεεστέρων, καὶ προκαθέζεσθαι σοβαρῶς κατὰ τῶν ὑπερτίμων. Καὶ ἐῶ λέγειν περὶ τῶν διαμαχομένων ἴσα καὶ τῶν δικανικῶν ὑπὲρ τῶν ἀπολλυμένων πραγμάτων, καὶ οὐκ ἀνθισταμένων ὑπὲρ τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων· ἤ, τὸ πολὺ χεῖρον τούτων, περὶ τῶν ὑποσπώντων καὶ ὑπωπιαζόντων τὰ τῶν ὑποχειρίων, κἀκ τούτου συναθροιζόντων δύναμιν καὶ περιουσιασμόν. Οἷς γὰρ μᾶλλον ἔδει χεῖρα ὀρέγειν πενομένοις, τούτους κατὰ μικρὸν ἐκθλίβειν οὐ παραιτούμενοι, τίνι ὁμοιωθήσονται; Πέτρῳ καὶ Ἰωάννῃ ἆρα καὶ τοῖς ὀπαδοῖς αὐτῶν· οἷς, φησὶν, ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπῆρχεν, ἀλλ' ἡ τοῦ θείου Πνεύματος χάρις; ἢ Σίμωνι τῷ Μάγῳ καὶ Ἰούδᾳ τῷ προδότῃ, καὶ Γιεζῇ τῷ φιλαργύρῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς πλουσίοις τοῦ αἰῶνος τούτου; Ἐκείνων δὲ λέγω, τῶν τὸ παρὸν μόνον ὅπως αὐτοῖς εὖ ἕξει σκοπούντων, καὶ σάρκα θεραπευόντων, καὶ τῷ χρυσῷ τῇ καρδίᾳ προστιθεμένων, καὶ τούτων ἴσως τοκιζόντων, ἢ ἐπὶ πλεονασμῷ διανειμάντων τοῖς ἐνδεέσι, καὶ πρὸς τὰ οἰκεῖα θελήματα κατακρατούντων, καὶ προσπαθῶς τοῖς οὐκ

[28] Ezech. xxxiv, 4.

Digitized by Google

ἀξίοις, ἢ τοῖς ἀγχιστεύουσι χρωμένων. Οἵτινες ὅλην φροντίδα κέκτηνται τάχα ἐπὶ τοῦ σπεῖραι πολλὰ καὶ ἀμήσασθαι, καὶ ἐπὶ τοῦ φυτεῦσαι τοσαῦτα καὶ καρτώσασθαι, καὶ ἐπὶ τοῦ προσθεῖναι καὶ πληθῦναι βουκόλια ἢ ποίμνια· ὥσπερ τινὲς γεωργοὶ καιροσκοποῦντες καὶ καταπραγματευόμενοι τὰς ἐνδείας πρὸς τὸ πωλεῖν καὶ ἀγοράζειν ταῦτα καὶ ἐκεῖνα, πραγματευτικῶς καὶ ἐμπορικῶς οἱονεὶ πολιτευόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐπισκοπικῶς καὶ ἱερατικῶς· πρὸς τὸ μόνον πτερῶσαι ψυχὴν καὶ ἁρπάσαι κόσμου καὶ δοῦναι Θεῷ, καὶ ὅλον τὸ ποίμνιον διασώσασθαι ἐκ θανάτου ἁμαρτίας, καὶ οὕτως κατὰ δεύτερον λόγον καὶ τὰ ἐπιτήδεια τῆς παρούσης ζωῆς δι' οἰκονόμων καὶ ἐπιτρόπων πορίζεσθαι. Ἀλλ' οἶσθα μοι, ὅτι ἐμαυτῷ ταῦτα κατέλεξα, ἐκ τῶν οἰκείων παθῶν τὰ οὐκ ὄντα τοῖς ἄλλοις διαγραφόμενος. Σὺ δέ, ὦ πανσεβάσμιε Πάτερ, καθαρὸς ὢν ἀπὸ τῶν τοιούτων, ταῖς ἱεραῖς εὐχαῖς τοὺς νοητοὺς λύκους ἀποσοβοῖης ἐκ τῆς Χριστοσφραγίστου ἐπαύλεώς σου. Εὖ οἶδ' ὅτι καὶ ταῦτ' ἄγοις, καὶ διεξάγοις εἰς τὰ χωρία τῶν ἀρετῶν, ἐκτρέφων καὶ λιπαίνων τῇ πόᾳ τῆς ἐμμελοῦς σου διδασκαλίας, καὶ τῷ ὕδατι τῆς καθαρᾶς πίστεώς σου· καὶ ἑκάστοτε προσάγοις θύματα δεκτὰ ταῖς λογικαῖς σου καὶ ἡγνισμέναις τῷ Θεῷ λατρείαις· ἀλλὰ ταῖς ἱκετηρίαις προφθάνων, ποιμαίνοις κἀμὲ τὸν τλημαθέστατον καὶ εἴ τι ὤφλησα γέλωτά σοι ἀμαθίας μου. Πλὴν ὅτι οὐκ ἐκὼν, ἀλλ' ἐκβιασθεὶς ὑπὸ τῆς ἱερᾶς σου καὶ πνευματικῆς ἀγάπης, μᾶλλον δὲ κελεύσεως, καθῆκα ἐμαυτὸν εἰς τοῦτο. Οὐ πρὸς δυνησίν σού τινα φθεγξάμενος· ἀλλὰ πρὸς ἔνδειξιν, ὡς εἴρηται, ὑπακοῆς ἀνυποκρίτου σου. Ἔρρωσο ἐν Κυρίῳ, ὑπερευχόμενος ἡμῶν τῶν μόνων ἁμαρτωλῶν, τὰ πάντα ὁσιώτατε Πάτερ.

A ut hæc et illa vendant vel emant, negotiatorum potius mercatorumque ritu viventes, quam ut, episcoporum et sacerdotum more, animas tantum excitent, mundoque ereptas reddant Deo, et totum gregem a peccati morte vindicent: tum secundo deinde loco necessaria vitæ hujus subsidia per œconomos procuratoresque suppeditent. Sed heu me! qui mihi ipsi hæc narro, ex propriis vitiis ea quæ in aliis non sunt describens. Tu vero, colendissime Pater, cum omnibus his careas, sacris precibus spirituales lupos a septis tuis Christi annulo obsignatis expelle. Et quidem hoc agis, nec me latet, educisque in campos virtutum, pascens et impinguans herba suavis doctrinæ tuæ, et aqua sinceræ fidei tuæ: assidueque offers acceptabiles hostias, per rationales B et consecratos Deo cultus. Quin precationibus prævertens, pasce me quoque vitiis peccatisque obsitum, oro et obtestor; et ignosce, si tibi risum ex imperitia mea movi. Non enim mea sponte, sed coactus sacra et spirituali charitate tua, vel potius imperio, huc descendi, non ad utilitatem tuam quidquam effatus, sed ad specimen, ut dixi, sinceræ erga te obedientiæ. Vale in Domino pro nobis orans, qui soli peccatores sumus, Pater in omnibus sanctissime.

ΙΒ'. — *Θωμᾷ δισυπάτῳ* (15). [κζ'.]

Ποία πρόσρησις, ἢ τίς λόγος παρακλήσεως εὑρεθείη πρὸς ἡμῶν τῶν ταπεινῶν τῇ σῇ κυριότητι πρὸς τὰ ἐνόντα αὐτῇ λυπηρὰ, ὦ δέσποτα; Ἐξενώθης τῆς ἐνεγκαμένης σε καὶ θρεψάσης πόλεως· ἀπεστερήθης τῆς μεγίστης ἑστίας· ἀπεγυμνώθης τῆς λαμπρᾶς ἀξίας, προσθήσω δὲ, καὶ τῆς ὑπάρξεως· ἀποδιέστης τῶν φίλων, τῶν συνήθων, τῶν φιλτάτων σου τέκνων· ὑπερωρίσθης ὧδε κἀκεῖσε· τὰ δὲ τῆς ὑπερορίας ὅσα εἰς κακοπάθειαν τῷ ἀήθει σου σώματι, ἔνδεια βρωμάτων, ποτάτων, λούτρων, ἐρημία ὁμιλούντων, εὐπορία προσεπεμβαινόντων, προσπλησσόντων. Οἱ γάρ ποτε εὐγνώμονες νῦν ἴσως ἀγνώμονες, καὶ οἱ φίλοι καὶ γνώριμοι τετράφθωσαν τὰ πρόσωπα, ἢ ἐγγύθεν ἢ μακρόθεν ὄντες ἀπὸ τοῦ γνωρίζειν καὶ φιλεῖν καὶ κήδεσθαι.

Φροντὶς ἐπὶ τούτοις τῶν ἔτι ἐπιλελειμμένων ὑπηρετῶν δούλων, καὶ πρό γε τούτων τῶν καλλίστων

C

XII. *Thomæ bis consuli* (15*).

Qualis compellatio, aut cujusmodi consolationis vox tibi, domine, ab humilibus nobis inveniri queat, ad tristia hæc mala quæ sustines? Exactus es a civitate quæ te genuit et educavit; privatus es amplissima domo; spoliatus es illustri dignitate, addam etiam, opulentia; segregatus es ab amicis, a familiaribus, a charissimis liberis tuis, exsul huc illuc delatus es: in exsilio autem nihil non ad vexationem comparatum corpori tuo minime assueto, penuria cibi, potus, balneorum, solitudo sodalium, frequentia irruentium, insultantium. Qui enim benevoli olim erant, nunc forte infesti; et qui amici notique, averterunt facies suas, aut propius aut D longius positi, ne agnoscant, vel ament, et curam gerant.

Ad hæc sollicitudo eorum qui adhuc restant, famulorum, servorum, et, ante omnes, egregiorum

NOTÆ.

(15) *Θωμᾷ δισυπάτῳ.* Theophanes ad annum 5 Leonis Porphyrogenn. Μέσῃ ἑβδομάδι τῶν νηστειῶν ἐκρατήθη Λέων τε καὶ Θωμᾶς κουβικουλάριοι· καὶ οὗτοι σὺν καὶ ἑτέροις εὐλαβέσιν ἀνδράσιν, ὡς προσκυνοῦντες τὰς ἁγίας καὶ σεπτὰς εἰκόνας· *Media jejuniorum hebdomade Leo et Thomas cubicularii, quasi sanctas et venerandas imagines coluissent, cum aliis religiosis viris comprehensi sunt.* Item auctor incertus, qui Theophani subjunctus est: pag. 440 c. Καί τις Θωμᾶς πατρίκιος ἀπὸ δισυπάτων γενόμενος, ὃς τότε τὴν Ἐκκλησίαν παρέλαβεν ἀπὸ τοῦ βασιλέως ἀσφαλίσας τὰς πύλας τοῦ πατριαρχείου, ἀπέδιωξεν αὐτοὺς, ὡς δῆθεν τοῦ βασιλέως χωρὶς ταῦτα ποιοῦντας, etc. *Mox Thomas quidam patricius bis exconsul, qui tunc velut imperatoris jussu, Ecclesiam tutandam susceperat, portis patriarchii occlusis eos removit velut inscio imperatore istiusmodi facinora molitos,* etc. De appellatione *disypati* videsis *Glossaria* Ducangii.

(15*) Consolatoria.

Digitized by Google

liberorum. Et facultas non suppetit. Et præterea ad urbem consides, sicut : *Ad flumina Babylonis* abductus quondam in Assyrios Israel, *ubi sedimus*, inquiunt, *et flevimus, dum recordaremur Sion* [59,60]. Gemitus ergo, et mœroris, et lacrymarum plenæ sunt res tuæ. At vero cum scientiæ gratia, et prudentiæ dono præditus sis, haudquaquam te in his arbitror penitus concidere : quippe qui non ignores vitam hominis militiam esse, juxta clarissimi Job sententiam [61], qui quanta perpessus sit, intelligentiam tuam non fallit ; uti nec alia omnis instabilitas hujus vitæ, aliter atque aliter in dies ferme omnes horasque variantis. Fluxui enim et refluxui similis est, et floribus, et somniis, aliisque id genus, ut divinæ Patrum voces affirmarunt. Reputet enim rationemque secum ineat veneranda mens tua, quam multa ab ipso exsilii tui tempore peracta sint : dum alii cadunt, alii exsurgunt, alii moriuntur, alii prospere, alii secus agunt. Et nullus omnino status est stabilis in hoc versatili vitæ nostræ cursu. Illud etiam præterea verum est, in exsilio quodam omnes nos esse, quatenus per protoplastum de paradiso, ut proditum est, ejecti sumus, et in mortali hac ora versamur, quoad cantemus : *Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo* [62], ex incolatu ad libertatem transeuntes. Quare ne in exsilium quidem agere homines possunt congeneres suos, si proprie loquendum est, cum ipsimet extorres sint. Omnes siquidem advenæ et peregrini descripti sumus. Si quid hujusmodi tibi remedium est ad solatium, si consolationis incitamentum, petimus, obsecramus, ut quæ acciderunt, magno feras animo, et cum gratiarum actione tristia : quod quidem tibi non defuisse confidimus : qui enim aliter ærumnam ingruentem perferemus ? Accedit quod magnum inde lucrum reportabimus ; per infelicitatem, felicitatem majorem ; per paupertatem, divitias non pereuntes ; per infamiam, gloriam immortalem. Quin et ipsi fortasse principes, pii imperatores nostri, adducentur tandem, ut te domum revocent, et tibi congrua restituant. Novimus enim illorum humanitatem, et quam facile, in istis præsertim rebus, meliora consilia capiant. Interea autem dum perstas, consoletur te Dominus Deus consolatione patientiæ et actionis gratiarum. Sed et principibus ipsis persuadeat, ut erga te faciant quod modo dictum est, et te optatissimum iis restituant qui te diligunt.

A παίδων. Καὶ τὸ δύνασθαι οὐ πρόσεστι. Καὶ ἐπὶ τούτοις καθέζῃ πρὸ τοῦ ἄστεος, οἷον ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνός ποτε ἀπαγόμενος εἰς Ἀσσυρίους Ἰσραήλ· ἐν ᾧ, φησὶν, ἐκαθίσαμεν, καὶ ἐκλαύσαμεν ἐν τῷ μνησθῆναι ἡμᾶς τῆς Σιών. Στεναγμοῦ τοίνυν καὶ κατηφείας καὶ δακρύων τὰ σά. Ἀλλ' ἐπεὶ πρόσεστί σοι γνώσεως χάρισμα, καὶ φρονήσεως δώρημα· οὐ πάντως καταπίπτειν οἰόμεθά σε ἐν τούτοις· εἰδότα ὅτι πειρατήριον ὁ βίος ἀνθρώπου, κατὰ τὸν ἀοίδιμον Ἰώβ, ἧς ὅσα πέπονθεν οὐκ ἀγνοεῖ σου ἡ πολυπειρία· οὐδὲ τὴν ἄλλην ἅστατον φορὰν τῆς παραυτίκα ζωῆς, ἄλλοτε ἄλλως ἐχούσης κατὰ πᾶσαν σχεδὸν ἡμέραν τε καὶ ὥραν. Ῥοῇ γὰρ καὶ ἀπορροῇ ἔοικεν, ἄνθεσί τε καὶ ὀνείρασι, καὶ οἵστισιν ἄλλοις, κατὰ τὰς θείας φωνὰς τῶν ἁγίων.

B Ἀναλογιζέσθω γάρ σου ἡ τιμία ψυχὴ, πόσα ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ τῆς ἀπαγωγῆς πέπρακται, τῶν μὲν ἀποπεπτωκότων, τῶν δὲ ἀνυψωθέντων, ἄλλων τεθνηκότων, ἑτέρων εὐπραγησάντων, ἄλλων δυστυχησάντων. Καὶ οὐδεμία στάσις ἐν τῷ ἀστάτῳ καὶ εὐκινήτῳ δρόμῳ τοῦ βίου ἡμῶν. Ἐκεῖνό τε πάλιν ἀληθὲς ὄν, ὅτι πάντες ἄνθρωποι ἐν ἐξορίᾳ ἐσμὲν, κατὰ τὸ ἀποικισθῆναι ἡμᾶς διὰ τοῦ πρωτοπλάστου ἐκ τοῦ παραδείσου, ὡς ὁ λόγος, καὶ εἰς τόδε τὸ θανατηφόρον χωρίον ἐναυλίζεσθαι, ἕως ἂν τὸ, Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὴν ψυχήν μου, τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματί σου, ᾄδωμεν, μεταβαίνοντες ἐκ παροικίας εἰς ἐλευθερίαν. Ὥστε οὐδὲ ἐξορίζειν δύναιντ' ἂν ἄνθρωποι τοὺς ὁμογενεῖς, κατὰ τὸ ἀκριβὲς τοῦ λόγου, ἐξόριστοι ὄντες καὶτοί. Ἐπὶ

C πάντες πάροικοι καὶ παρεπίδημοι περιγεγράμμεθα. Εἴ τι τοιοῦτον φάρμακόν σοι παρηγορίας παραμύθιον παρακλήσεως· αἰτοῦμεν, ἀντιβολοῦμεν, εἰς τὸ ἐνεγκεῖν μακροθύμως τὰ συμβάντα, εὐχαρίστως τὰ λυπηρά· ὅπερ πεπείσμεθα ἐσχηκέναι σε. Ἐπὶ πόθεν ἄλλοθεν οἴσομεν τὴν ἐπιφοράν; Εἶτα ὅτι κἀντεῦθεν τὰ μεγάλα κερδανοῦμεν, δι' ἀπραξίας εὐπραξίαν τὴν μείζονα, διὰ πενίας πλοῦτον τὸν ἀμετάπτωτον, δι' ἀδοξίας δόξαν τὴν ἀκήρατον. Καὶ τάχα παρακληθήσονται καὶ αὐτοὶ οἱ κρατοῦντες εὐσεβεῖς ἡμῶν βασιλεῖς ὀψέ ποτε ἐπαναγαγεῖν σε εἰς τὰ οἰκοι, καὶ ἀποδοῦναι τὰ δέοντα. Ἴσμεν γὰρ αὐτῶν τὸ φιλάνθρωπον καὶ εὐμετάμελον, ὑπὲρ κιχρῶνται μεγάλως ἐπὶ τοῖς τοιούτοις. Ἕως δ' ἂν ἐπιμένοις, παρα-

D καλέσαι σε Κύριος ὁ Θεὸς παρακλήσει ὑπομονητικῇ καὶ εὐχαριστηρίῳ· ἀλλὰ καὶ πείσειεν αὐτοὺς τοὺς κρατοῦντας τὸ προειρημένον ἡμῖν πρᾶξαι ἐπὶ σοὶ, καὶ ἀποδοῦναί σε τὸν περιπόθητον τοῖς φιλοῦσί σε.

XIII. — *De cura insepultorum.*

Quoniam homo ad imaginem Dei similitudinemque creatus est, necesse est humana natura, quoad fieri potest, archetypi lineamenta, tanquam imago, in seipsa gerat. Cum ergo Deus bonitatis suæ providentiam in omnia diffundat, æquum fuerit homines inenarrabilis sapientiæ providam administrationem pro viribus imitari. Unde et nos humiles ac minimi,

ΙΓ'. —*Εἰς τὴν διακονίαν τῶν ἀπροστάτων.* [κθ'.]

Ὅτι κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν ὁ ἄνθρωπος ἔκτισται, ἀναγκαῖον τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, καθόσον ἐφικτὸν, ὡς εἰκόνι τὰ τοῦ ἀρχετύπου μιμήματα ἐν ἑαυτῇ περιφέρειν. Ἐπεὶ οὖν τὸ Θεῖον ἐπὶ πάντα διήκει τὴν τῆς οἰκείας ἀγαθότητος πρόνοιαν, δίκαιον ἂν εἴη ἐκμιμεῖσθαι τὸ ἀνθρώπινον τὴν τῆς ἀῤῥήτου σοφίας προνοητικὴν, ὡς δυνατὸν, διοίκησιν. Ὅθεν

[59,60] Psal. CXXXVI, 1. [61] Job VII, 8. [62] Psal. CXLI, 8.

Digitized by Google

καὶ ἡμεῖς οἱ ταπεινοὶ καὶ ἐλάχιστοι, εὐλαβῶς εἰς τὸ θεῖον ἀποδόντες, καὶ πρὸς τὸ ὁμόφυλον τὴν ἀγαπητικὴν διάθεσιν ἀναλαβόντες, καθήκαμεν ἑαυτοὺς εἰς τόδε τὸ ἀσεβὲς σύστημα, καθὼς ὑποτέτακται, πρόνοιαν ποιούμενοι τῶν ἀπρονοήτων σκηνωμάτων, εἴτ' οὖν νενεκρωμένων, καὶ ἐκ πενίας ἢ ἐκ ξενιτείας μὴ ἐχόντων πῶς ἐκκομίζεσθαι καὶ ἐνθάπτεσθαι ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων. Τῷ τοίνυν τούτῳ θείῳ τύπῳ ἐπερειδόμενοι, ἑκάστῳ τε ἐνιαυτῷ ἐκ τῶν προσόντων παρὰ Θεοῦ δωρεῶν, ὁ καθεὶς ὡς ἔχει δυνάμεως, καταβολὴν ποιούμενοι πρός τε ἀγορασίαν ἐνταφίων, καὶ τὰ τῶν εἰς ταφὴν ἄλλων συντελοῦντα, διορίζομεν ἐν Κυρίῳ τάδε. Τούτων μηνυομένων ἢ θεωρουμένων κατὰ περίοδον πρὸς ἑκάστου τῶν συνειλεγμένων ἐν τῇ ἀδελφότητι νεκρὸν ἄνθρωπον, τοῦτον τοῖς προσήκουσιν ἐνταφίοις ἐκκομίζεσθαι, ἀποτίθεσθαι ἐν ταῖς ἀποτεταγμέναις ὑμῖν ὁσίαις θήκαις. Καὶ μὴν διὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἀρχῇ τε Ἰνδίκτου, καὶ διὰ τῆς ἐν τῇ Πεντηκοστῇ πολυμερείας, ἐπιτελεῖν ἡμᾶς κοινῶς τὰ μνημόσυνα πάντων τῶν κηδευθέντων· ποιούντων ἡμῶν ἐν ταυτῷ ἐκ τῆς συνεισφορᾶς καὶ ἀγάπην παρακλήσεως σωματικῆς· μὴ μέντοι ἔξω τῶν νενομισμένων τῆς αὐταρκείας ὅρων· ὡς ἢ πολυοινίᾳ ἢ πολυφαγίᾳ ἐξορχεῖσθαι ἡμᾶς τὰ ἐπιτελούμενα μνημόσυνα· ἀλλὰ μετ' εὐλαβείας ἀναφερόντων ἡμῶν δοξολογίαν τῷ καταξιώσαντι ἡμᾶς Θεῷ τὴν ὁσίαν ταύτην τελετὴν ποιήσασθαι, οὕτως ἐπὶ τὴν τῆς τραπέζης ἰέναι χρείαν, προσαναγινωσκομένου ἤδη τοῦ τόμου, ὡς ἂν καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς τροφῆς ἡμῶν τὰ ἀρεστὰ Κυρίῳ μεταδιώκειν· τοῦ κατὰ περισσείαν διανεμομένου πτωχοῖς· μὴ ἐμπλιτευομένων ἀργῶν ῥημάτων ἐν τῇ ἑστιάσει, μηδὲ γελοιασμάτων, πολλοῦ γε εἰπεῖν παιγνίων· ὅπου γε οὐδὲ τῷ τυχόντι Χριστιανῷ ἐνεργεῖν δέχεται ὁ λόγος. Εἰ δὲ καὶ λαλεῖν δεήσειε, ταῦτα ὅσα πρέπει Χριστιανοῖς· τὸ, φυλάττεσθαι ἡμᾶς ὄρκον· τὸ, ἀγάπην ἔχειν ἐν ἀλλήλοις· ἀλήθειαν ἐκ τοῦ στόματος προφέρειν· δόλου καὶ φθόνου ἀποδιδράσκειν· εὐποιΐας τὸ κατὰ δύναμιν ἀντέχεσθαι· ἐπισκέψεις ποιεῖσθαι τῶν ἐν φυλακαῖς, τῶν ἐν ἀῤῥωστίαις· προσέχειν ταῖς ἀναγνώσεσι, καὶ ταῖς ἐν ἐκκλησίαις προεδρίαις· ἀλλήλους τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι, καὶ μάλιστα ἱερεῖς τε Θεοῦ καὶ μοναστάς· φιλοξενίαν μεταδιώκειν· πορνείας καὶ μέθης τὸ καθόλου ἀπέχεσθαι· τὴν ὀρθόδοξον πίστιν κατέχειν· αἱρετικῶν κοινωνίας ἀποφεύγειν. Καὶ γὰρ τῶν τοιούτων λαλιὰ καὶ μελέτη, πολλῶν ἀγαθῶν πρόξενος γένοιτ' ἂν ἡμῖν.

Ταύταις ταῖς θείαις συνθήκαις συγκατατιθέμενοι καὶ συνεπόμενοι, ἐπεδώκαμεν ἑαυτοὺς ὡς τῷ Κυρίῳ τῷδε τῷ συστήματι. Φησὶ γάρ· *Ὁ ποιήσας ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποίησε*· μηδὲν τῶν κειμένων ἀθετοῦντες, μηδὲ παραμελοῦντες. Ὡς ἐάν ποτε ὀφθείη τις τῶν ἀδελφῶν ἢ παρορῶν τὸν κείμενον νεκρὸν, καὶ μὴ ἀναφέροι τῷ τὰ πρῶτα φέροντι τῆς ἀδελφότητος· ἢ ἐν τοῖς ἀρίστοις φθεγγόμενος ἃ μὴ θέμις, καὶ πράττων τὰ οὐχ ὅσια, ὡς ἐντεῦθεν τὸν Θεὸν παροργίζεσθαι, ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλεσθαι παρὰ τοῦ προκαθηγουμένου, τριῶν ἡμερῶν ἀποχῇ οἴνου, καὶ ἀργυρίου ἑνὸς καταβολῇ, εἶθ' οὕτως αἰτεῖν πρὸς τὸ ἐξῆς

A Deum reverenter intuentes, charitatisque erga cognatos nobis affectum suscipientes, nos ipsos pio huic cœtui adjunximus, ut constitutum est, procurantes neglecta tabernacula seu cadavera, quæ præ inopia vel peregrinitate non habent unde efferantur, et humentur in hac regia civitate. Huic igitur normæ divinæ innixi, et quotannis singuli ex acceptis a Deo muneribus ad funebrium emptionem, quæ ad aliorum sepulturam faciunt, pro facultate contribuentes, hæc in Domino constituimus. Ut quicunque indicatus, vel conspectus in transitu, ab aliquo e fratrum congregatione, mortuus homo fuerit, is congruentibus exsequiis efferatur, deponaturque in destinatis vobis sacris conditoriis. Tum ut quotannis, et principio indictionis, et per dies Quinqua-
B genarii, memoriam omnium funeratorum in commune celebremus; facientes ibidem ex collectis et agapen corporeæ refectionis; non sane extra legitimæ frugalitatis terminos; ita ut præ ebrietate vel crapula, sacræ, quam celebramus, memoriæ illudamus: sed cum reverentia laudem Deo offerentes, qui nos sacræ hujus cæremoniæ celebratione dignatus est. Sic ad mensæ opus accedatur, adjuncta jam libri lectione, ut in ipso etiam pastu nostro, quæ Domino sunt grata consectemur: quæ supersunt pauperibus erogando; non gliscentibus inter epulas inanibus verbis, nec ridiculis, ne dicam ludicris: quandoquidem cuivis Christiano id ratio vetat. Quod si loqui oporteat, sermo sit de iis quæ Christianis
C conveniunt: cavendum jusjurandum; habendam mutuo charitatem; veritatem ore promendam; dolum invidiamque fugiendam; beneficentiam omni studio retinendam; infirmos et qui in carcere sunt visitandos; lectionibus auscultandum et iis qui præsunt in Ecclesiis; honore invicem præveniendos, Dei præsertim sacerdotes et monachos; hospitalitati studendum; a fornicatione et ebrietate penitus abstinendum; orthodoxam fidem conservandam: ab hæreticorum communione procul refugiendum. Horum siquidem mentio et meditatio multorum nobis bonorum viam muniet.

D Iis divinis institutis annuentes et adhærentes, huic nos cœtui tanquam Domino addiximus; ait enim: *Qui fecerit uni de his fratribus meis minimis, mihi fecit*[43]: nihil eorum quæ sancita sunt improbantes, neque aspernantes, ut si quando deprehensus fuerit quisquam ex fratribus, qui vel jacentem mortuum despiciat, et ad primarium fraternitatis non referat, vel in iis prandiis loquatur quæ non licet, agatve non recta, ita ut Deus inde offendatur; hunc præpositus pœnæ subjiciat, vel triduanæ a vino abstinentiæ, vel multæ unius argentei: tum ab illo emendationem in posterum exigat. Ad hæc, observandum vobis, ut cum alicui fratrum vestro-

[43] Matth. xxiii, 40.

Digitized by Google

rum communis mors obtigerit, conveniant una omnes, et justa illi persolvant : ut ex hoc etiam laudetur egregius cœtus vester, ad gloriam et laudem magnifici Dei nostri. Fide igitur ac metu huic libello nos aggregantes, etiam nomina nostra subnotavimus cum quantitate oblationis nostræ minimæ, illius mercedem in futuro sæculo exspectantes a remuneratore, justo judice omnium, Jesu Christo Domino ac Deo nostro.

βελτίωσιν. Πρὸς τούτοις φυλάττεσθαι ὑμᾶς καὶ τὸ, ὅταν τύχῃ ἑνὶ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὁ κοινὸς θάνατος, πάντας συναθροίζεσθαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ τὴν ἐκκομιδὴν καὶ ἐνταφίασιν αὐτοῦ ποιεῖσθαι · ὥστε καὶ ἐκ τούτου τὸ καλὸν ὑμῶν σύνταγμα ἐπαινεῖσθαι πρὸς δόξαν καὶ αἶνον τοῦ μεγαλοδώρου Θεοῦ ἡμῶν. Πίστει οὖν καὶ φόβῳ τῷδε τῷ γραμματείῳ συντάξαντες ἑαυτοὺς, καὶ τὰ ἑαυτῶν ὀνόματα ὑπεσημηνάμεθα σὺν τῷ ποσῷ, τὴν μισθαποδοσίαν ταύτης ἡμῶν τῆς ἐλαχίστης προθέσεως ἀπεκδεχόμενοι ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι παρὰ τοῦ μισθαποδότου δικαίου κριτοῦ τῶν ὅλων Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν.

XIV. — *Ignatio præposito.*

ΙΔ'. — *Ἰγνατίῳ ἡγουμένῳ.* [λ'.]

Monachum fugitivum repetit.

Ante omnia salutationis debitum paternæ sanctitati tuæ persolvo : sic enim debui : tum deinde causam exponam litterarum mearum. Rationalis ovis nostra, frater ille, multiplici animarum interemptoris lupi fraude illectus, ab humili ovili nostro ejectus est, susceptusque, ut cognovimus, in monasterio sanctitatis tuæ. Quod si statim ac illum excepit, reditum illi suasisset, dolum ostendens, et exitium quo affectus est, ac deinde meliorem factum ad mediocritatem nostram reduxisset, nihil ab re factum esset, sed quod ipsam deceret, sicut a sanctis jussi sumus. Nunc vero, postquam tantum temporis effluxit, et nulla reditus mentio, interrogare libet, quo pacto discipulum meum pietas tua velut ignara retineat. Atqui oportebat, cum primum agnovit, quem non totonderat, dimittere : ut quæ satis intelligit, quantum id habeat detrimenti. Scit enim quid sanciat divinus magnusque Basilius, ut a nulla fraternitate recipiatur, qui a fratrum suorum contubernio resilivit. Quomodo enim consistere possint cœnobia, nisi hoc caput præ omnibus observetur? Quod si inter sæculi hujus ludimagistros in disciplinam recipere puerum non licet, qui alteri scholæ traditus sit, aut si quis id faciat, eum omnes collecti multæ pœnæque subjiciunt, quanto magis inter nos, sanctissime Pater, qui in Dei Ecclesia sumus, et animas instituimus ad exemplum primi magistri et pastoris nostri Jesu Christi? Utique non sum nescius te sapientia scientiaque abundare. Sed, quæso te, facti hujus absurditatem considera, tu maxime, qui inter sacros fratres gradu et honore præemines. An nescis, sanctissime, quod tuo etiam gregi noxium sit alienam ovem copulare? Cum ergo in confesso sit tantum malum, oramus, ut cum litteras simplices nostras acceperis, fratribus nostris in eam rem missis illum tradas, ut ad proprium ovile reducant, cum rebus Ecclesiæ quas abstulit. Quod si obsequi frater abnuat, confestim a sacro illum ovili tuo in malam rem ejectum velis. Sin autem, quod minime remur, post notitiam hanc retinere illum pergis, scito ligatum a nobis esse, non temere, sed magno prorsus judicio, vel potius a sancta Trinitate et universis sacerdotalibus decretis, ut communione careat divinorum donorum, atque exteriorum quoque ciborum consortio, quoad reversus mandræ suæ restituatur. Quemadmodum

Πρὸ παντὸς ἄλλου τὸ τῆς προσηγορίας χρέος ἀποτίννύω τῇ πατρικῇ σου ἁγιωσύνῃ · ὤφελον γάρ · εἶθ' οὕτως τὴν αἰτίαν τῶν γραμμάτων ἀπαγγελῶ. Πρόβατον ἡμῶν λογικὸν ὁ δεῖνα ὁ ἀδελφὸς, δελεασθεὶς ὑπὸ τῆς πολυμεθόδου πανουργίας τοῦ ψυχοφθόρου λύκου, ἀπεξεώθη τῆς ταπεινῆς ἡμῶν πολιτείας, καὶ, ὡς ἔγνωσται ἡμῖν, προσεδέχθη ἐν τῇ μονῇ τῆς ὁσιότητός σου. Καὶ εἰ μὲν παρευθὺ δεξαμένη νενουθέτηκε τὰ πρὸς ὑποστροφὴν, ὑποδεικνύουσα τὴν ἀπάτην καὶ τὸν ὄλεθρον ὃν πέπονθεν · εἶτα βελτιώσασα ἀνθυπήγαγε πρὸς τὴν εὐτέλειαν ἡμῶν · οὐδὲν τὸ ἀπεικὸς, ἀλλὰ τὸ ἐφαρμόζον αὐτῇ, ὡς ἐντετάλμεθα ὑπὸ τῶν ἁγίων. Ἐπεὶ δὲ τοσοῦτος χρόνος παρίππευσε, καὶ οὐδαμοῦ ἡ ἀνάλυσις, ἐρωτηθῆναι βούλομαι, πῶς τρόπῳ τὸν μαθητήν μου ἐπικρατεῖ ἡ θεοφιλειά σου, ὡς ἀγνοοῦσα. Ἀλλ' ἔδει μετ' ἐπιγνώσεως, ὃν οὐκ ἀπέκειρεν, ἀποπέμψασθαι · ὡς γινώσκουσα πολὺ τὸ ἐπιβλαβές. Ἐπίσταται γάρ τί νομοθετεῖ ὁ θεῖος καὶ μέγας Βασίλειος, τοῦ ἀπρόσδεκτον εἶναι ἐν πάσαις ταῖς ἀδελφότησι, τὸν ἀποπηδῶντα τῆς τῶν οἰκείων ἀδελφῶν συναφείας. Πῶς γὰρ ἂν καὶ συσταίησαν τὰ κοινόβια, εἰ μὴ τοῦτο παρατηρηθείη πρό γε πάντων τὸ κεφάλαιον ; Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν παιδοδιδασκάλων τοῦ κόσμου τούτου, οὐχ οἷόν[τέ] ἐστι δέξασθαι ἐν τοῖς μαθήμασί τινα τὸν ἐν ἑτέρᾳ σχολῇ παραδοθέντα παῖδα · ἢ τοῦτο ποιοῦντα ὑποβάλλουσι συνηθροισμένοι οἱ πάντες ἐπιτιμίοις ζημίᾳ · πόσῳ γε μᾶλλον ἐφ' ἡμῶν, ἁγιώτατε Πάτερ, τῶν Ἐκκλησίας Θεοῦ κατεχόντων, καὶ ψυχῶν καθηγουμένων, κατὰ μίμησιν τοῦ πρώτου διδασκάλου καὶ ποιμένος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ; Οἶδα τοίνυν ὅτι πεπληρωμένος εἶ σοφίας καὶ γνώσεως. Ἀλλὰ δέομαί σου ἐπιγνῶναι τὸ πραττόμενον ἔκτοπον, καὶ μάλιστα αὐτὸς ὁ προέχων τῶν ἄλλων, καὶ βρίθων ἐν ἱερᾷ ἀδελφότητι. Ἢ οὐκ οἶδας, ὁσιώτατε, ὅτι καὶ αὐτῷ τῷ ποιμνίῳ σου ἐπιβλαβές ἐστι συνάπτειν πρόβατον ἑτεροδίσποτον; Τοσούτου οὖν ὄντος, λοιπὸν, ὡμολογημένου τοῦ κακοῦ, ἀντιβολοῦμεν, ἡνίκα δέξῃ ἡμῶν τὰ εὐτελῆ γράμματα, παραδοῦναι αὐτὸ τοῖς πρὸς αὐτὸ τοῦτο πεμφθεῖσιν ἀδελφοῖς ἡμῶν, ἵνα ἀγάγωσιν αὐτὸν πρὸς τὴν ἰδίανποίμνην, μεθ' ὧν ἐσφετερίσατο πραγμάτων τῆς Ἐκκλησίας. Εἰ δὲ ἀπειθείᾳ χρῆται ὁ ἀδελφὸς, ἀποσκορακίσαι αὐτὸν θελήσει τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ ποίμνης παραυτίκα. Εἰ δ', ὅπερ οὐκ οἰόμεθα, μετὰ τὴν γνῶσιν ταύτην ἐπικατέχειν αὐτὸν βούλεται, γινωσκέτω ὅτι δεδεμένος ἐστὶ

Digitized by Google

παρ' ἡμῶν, οὐκ ἀλόγως, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐγκεκριμένως, μᾶλλον δὲ ὑπὸ τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ πάσης θεσμοθεσίας ἱερατικῆς, τοῦ ἀκοινώνητον αὐτὸν εἶναι τῶν θείων δώρων, ἐπεὶ καὶ ἀμέτοχον τῶν ἐξωτέρων βρωμάτων· ἕως ἂν ἀνθυποστρέψας εἰσοικισθῇ ἐν τῇ μάνδρᾳ αὐτοῦ. Ὥσπερ δὲ οὐ θέμις, ὃν δεσμεῖ οἰκεῖον μαθητὴν ἡ ἁγιωσύνη σου, λύειν τινὰ τὸ καθόλου (παρανομίας γὰρ τοῦτο ἔργον, καὶ ἐκ ψήφου κοινῆς [ms. Reg. κοινοῦ] τῆς ὅλης Ἐκκλησίας καταδίκη ὁμοιοπαθείας), οὕτω πάντως οὐδὲ πρὸς τὴν ἡμετέραν ἐξουσίαν, ἣν ἀναξίως δέδωκεν ἡμῖν ὁ Κύριος, οὐκ εἰς καθαίρεσιν, ἀλλ' οἰκοδομὴν ψυχῶν, ἐπιδάλῃ ἑαυτὴν ἡ ἁγιωσύνη σου. Φρικτὸν γὰρ τὸ κρῖμα. Διὰ τοῦτο παρακαλουμένη, πάντως γε τὸ πνευματικὸν ἡμῶν τέκνον παραδώσει τοῖς ἀδελφοῖς, εὐχομένη ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν ἀδιαλείπτως.

A autem nefas sit, quemcunque ex discipulis suis sanctitas tua ligarit, hunc ab alio quoquam solvi (iniquum enim est facinus, et ex communi Ecclesiæ calculo simili pœna damnatur) : sic prorsus nec in jurisdictionem nostram, quam indignis nobis tribuit Dominus non ad perniciem, sed ad ædificationem animarum, sese ingerat sanctitas tua. Horrendum enim est judicium. Quapropter inflexa tandem, spiritualem filium nostrum fratribus reddet, pro nobis peccatoribus orans sine intermissione

ΙΕ'. — *Θεοδούλῳ* [a] *Κιονίτῃ.* [λβ'.]

XV. — *Theodulo Cionitæ* [a].

Reprehendit picturam angelorum crucifixorum.

Ἐκ χρόνου πολλοῦ ἐπιθυμίαν ἔχοντι ἕως τοῦ παρόντος, ἁγιώτατέ μου Πάτερ, ἐλθεῖν καὶ κομίσασθαί σου τὰς ἁγίας εὐχάς, οὐκ ἐξεγένετό μοι ὁδός, πάντως διὰ τὰς ἁμαρτίας μου· ὥσπερ καὶ νῦν. Διὸ ἠναγκάσθην ἀποστεῖλαι τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν τὸν Καλόγηρον, ἀναπληροῦντα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν τὴν ἀπουσίαν· ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς ἐλευσόμεθα προσκυνήσοντες τὰ τίμιά σου ἴχνη, Θεοῦ εὐοδοῦντος. Σύγγνωθί μοι, Πάτερ, ὃ μέλλω λέγειν, ὅτι ἐν ἁπλότητί ἐστι ἐξ ἀγάπης εἰλικρινοῦς, καὶ ἐκ τοῦ ἐφίεσθαί με τὸ ἀμώμητον τῆς πολιτείας σου. Τινὲς ὑπέκρουσαν (ὡς ἐπιστάμενοί γε γνήσιόν σου εἶναι καὶ ὁμόψυχον φίλον καὶ τέκνον, ὄντες καὶ αὐτοὶ φίλοι διαφερόντως), ὅτι παρὰ τὸ δέον πράττει ἡ ἁγιωσύνη σου· κἀμοῦ πρὸς τοῦτο δυσχεράναντος, καὶ ἐνισταμένου, καὶ ἐπιφθεγγομένου τὰ μέγιστα κατορθώματα τοῦ ὑψηλοῦ σου βίου, συνείροντό μοι ἐν τούτῳ. Πρὸς δὲ ῥήματά τινα καὶ πράγματα κατηγοροῦντο· καὶ, ἵνα ἐν εἴπω, ἔφασαν ὅτι ἀγγέλους ἀνιστόρησε, καὶ τούτους ἰσότυπον τοῦ Χριστοῦ, ἐν τοῖς φεγγίοις ἐσταυρωμένους· αὐτὸν δὲ τὸν Χριστὸν καὶ τοὺς ἀγγέλους, γηραλέους. Καὶ πολλὰ πρὸς τοῦτο φιλοπευστῶν, οὐκ ἠδυνήθην αὐτοῖς ἀντιφθέγξασθαι. Ἤροντο γὰρ ξένον τι καὶ ἀλλότριον τῆς παραδόσεως τῆς Ἐκκλησίας εἰργάσθαι, καὶ πάντως οὐχ ὑπὸ Θεοῦ, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ἐναντίου εἶναι τὸ πρᾶγμα· ἐπὰν ἐν τοσούτοις ἔτεσι, καὶ τοσούτοις θεοφόροις καὶ ἁγίοις Πατράσιν, οὐχ ὑποδειγματίσθη τοῦτο τὸ ἰδίωμα. Τὸ γὰρ νῦν καινοτομούμενον, κἂν ἐξ ἀγγέλου ἐστὶν, ἀσφαλίζεται ἡμᾶς ὁ Ἀπόστολος μὴ δέχεσθαι, λέγων που· *Κἂν ἡμεῖς αὐτοὶ, ἢ ἄγγελος εὐαγγελίζηται* (προσθήσω, καὶ παραδιδωσι), *παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα, ἀνάθεμα ἔστω.* Τί οὖν, Πάτερ μου ἅγιε, πρὸς ταῦτα φῆσαι, οὐκ ἔχω. Καὶ τῇ ἀπορίᾳ συνεχόμενος, ἠναγκάσθην γράψαι σοι· ἵνα ἀπολύσωμεν ἑαυτοὺς πάσης βλάβης, πρὸς τοὺς ἐν λόγῳ ἐγκαλοῦντας, καὶ ὡς ἐκ πάσης τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ διὰ τὸν Θεὸν δέξαι με ὡς σύμβουλον τέκνον σου, πονοῦντα ὑπὲρ σοῦ, καὶ ἡγούμενον τὴν δόξαν σου δόξαν μου· καὶ μὴ θέλοντα ἀκούειν μῶμόν σου ἐν

Cupienti mihi jamdudum ad te venire, sanctissime Pater, et sacris precibus tuis perfrui, via mihi hactenus, ob peccata scilicet mea, non patuit, ac ne nunc quidem. Propterea coactus sum Calogerum fratrem nostrum ad te mittere, qui humilitatis nostræ absentiam suppleat : deinde veniemus et nos, ut ad venerandos pedes tuos, Deo duce, prosternamur. Ignosce autem mihi, Pater, quod dicturus sum, quia simpliciter dicam, et sincera ex charitate, ac desiderio quo teneor ut vita tua omni reprehensione careat. Suggesserunt quidam, ut qui scirent me germanum tibi atque unanimem amicum et filium esse, cum ipsi quoque amici essent eximii, præter fas et decorum agere sanctitatem tuam. Cumque ad hæc indignarer et resisterem, commemoraremque egregia sublimis vitæ tuæ facinora, in hoc mihi assensi sunt. De nonnullis autem dictis factisque accusabant, atque (ut unum proferam) dixerunt te angelos depinxisse, eosque ad Christi formam, in fenestris crucifixos ; ipsum vero Christum et angelos senili ætate. Et cum multa in eam rem sciscitatus essem, non potui ipsis contradicere. Aiebant enim peregrinum quiddam et alienum ab Ecclesiæ traditione factum, prorsusque non a Deo, sed ab adversario rem esse, quandoquidem tot annis, et a tot deiferis sanctisque Patribus nusquam hujus novitatis proditum est exemplum. Quod enim nunc novatur, etsi ab angelo sit, recipi non debere confirmat Apostolus, dicens ; *Licet nos ipsi vel angelus evangelizet*, addam, et tradat, *præterquam quod evangelizamus, anathema sit* [b]. Quid igitur, Pater mi sancte, ad hæc dicam, non habeo, et consilii inopia pressus ad te scribere cogor : ut ab omni noxa nos vindicemus apud eos qui merito reprehendunt, et tanquam Ecclesiæ universæ voce. Quare propter Deum suscipe me, ut consiliarium filium tuum, pro te laborantem, et gloriam tuam gloriam suam ducentem : nullamque in re ulla tui notam, qui reipsa sine nota vitam agis, audire sustinentem. Doce, rege, exaudi, attende, animadverte, omnique hæ-

[a] Ms. Reg. Θεοδώρῳ. [a*] Sive *Stulitæ*. [b] Galat. I, 8.

Digitized by Google

sitatione libera eos qui excelsam vitam tuam contemplantur.

τινι, τοῦ ὄντως ἀμωμήτως βιοτεύοντος. Φώτισον, ὁδήγησον, ἐπάκουσον, πρόσχες, ἐπίστησον, λῦσον πάσης δυσχονοίας τοὺς ὁρῶντάς σου τὸν ὑψηλὸν βίον.

XVI. — *Nicephoro Imperatori.*

ιϛ'. — *Νικηφόρῳ βασιλεῖ* (16).

De patriarcha in Tarasii locum subrogando. (Baron. anno 806, num. 4.)

Omnino sic futurum erat, ut bonus Deus noster Ecclesiæ suæ curam gerens pietatem vestram hac ætate imperio præficeret Christianorum : ut non sæcularis solum dominatio male constituta rectius componeretur), sed ecclesiasticus etiam principatus, si quid deesset, instauraretur, et nova quædam conspersio fieret in utroque [46]. Quod quidem in altero membro præclare ipsius gratia jam præstitit Christi amans imperium vestrum, atque adeo præstare perget cœlesti numine corroboratum. Reliquum modo est, ut alterum pari cura fruatur, parique prudentia. Id vero post Deum et cum Deo a vobis tribuetur per approbationem legitimæ electionis futuri archiepiscopi. De quo,quando ex nobis etiam peccatoribus et indignis sciscitari voluisti, coram Domino, qui nos judicaturus est, de eo quod dicturi sumus in die judicii, hic est sensus noster. Non novimus, nec scimus ullum : non quod defecerint viri vita et sermone illustres (sunt enim et Deo perspecti et hominibus, impari licet ratione, atque in primis præclaræ menti tuæ), sed quia talem ratio deposcit, et desiderium imperii vestri, qui possit corde perfecto justificationes Dei exquirere : qui gradu atque ordine ab inferiore sensim ad superiorem ascenderit, qui tentatus fuerit per omnia, qui ex eis quæ passus est, tentatis possit opem ferre [47]. Et quid multis apud te verbis opus est qui omnia nosti, et ex tui ipsius statu ac dignitate tantum virum tibi repræsentas ? Prælucere cæteris oportet non secus ac solem inter sidera. Cum igitur talem non videamus, nec suffragium ferre audemus. Hoc vero memoriæ causa non sine metu et reverentia suggerimus, quod ipsum plane non fugit peritissimam et divinam prudentiam tuam, ut ex episcopis etiam et ex præpositis, et ex stylitis, et ex inclusis, tum deinde ex clero delectum habens, ex illis ipsis perfectis desumas, prudentia, sensu, ac vita cæteris præstantiores. Descendant enim stylitæ, exeant inclusi ; quandoquidem publicum est commodum quod quæritur. Discerne et confer, et cum ipsis deprehendas digniorem. Et beatus es, et vere ter beati, si hæc omnia exsequamini Christi imitatores, Domini nostri. Hinc magis magisque confirmabitur imperium vestrum, magnificabitur nomen vestrum in generationes : augebuntur denique anni principatus vestri. Duo siquidem hæc munera tribuit Christianis Deus, sa-

Ἔμελλεν ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ἡμῶν τῆς ἑαυτοῦ Ἐκκλησίας φροντίζων, τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν ἐπὶ τῆς παρούσης γενεᾶς προστήσασθαι βασιλεύειν τῶν Χριστιανῶν· ἵνα μὴ μόνον ἡ κοσμικὴ ἀρχὴ εὖ διατεθῇ, κακῶς διακειμένη, ἀλλὰ καὶ ἡ κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν ἡγεμονία, εἴ τι ἐνδεῶς ἔχει, ἀνορθωθῇ, καὶ νέον πως φύραμα γένηται ἐν ἀμφοτέροις. Ὅπερ τῇ αὐτοῦ χάριτι κατώρθωκεν ἐν τῷ ἐνὶ μέρει ἡ φιλόχριστος ὑμῶν βασιλεία· ἀλλὰ καὶ ἔτι κατορθώσει ταῖς ἄνωθεν ῥοπαῖς δυναμουμένη. Λειπόμενον οὖν ἐστιν ἄρτι, καὶ τὸ ἕτερον τῆς ἴσης ἀπολαῦσαι προμηθείας καὶ θεραπείας. Τοῦτο δ' ἂν εἴη μετὰ Θεὸν καὶ σὺν Θεῷ πρὸς ὑμῶν δωρηθῆναι, διὰ τῆς κατ' εὐαρέστησιν νομίμου ἐκλογῆς τοῦ μέλλοντος ἀρχιερατεύειν. Ἐπεὶ δὲ καὶ παρ' ἡμῶν ἐπεζήτησας μαθεῖν, τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀναξίων, τὸ παριστάμενον ἡμῖν, ὡς ἐνώπιον Κυρίου τοῦ μέλλοντος εὐθύνει ἡμᾶς, περὶ οὗ μέλλομεν λέγειν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, οὕτως ἔχει · Οὐ γινώσκομεν, οὐδὲ ἐπιστάμεθά τινα · οὐχ ὅτι ἀπέλιπον οἱ διαλάμποντες ἐν βίῳ καὶ λόγῳ (εἰσὶ γὰρ καὶ Θεῷ φαινόμενοι καὶ ἀνθρώποις, εἰ καὶ οὐκ ἴσῳ λόγῳ, καὶ μάλιστα τῇ σῇ φωτεινῇ ψυχῇ), ἐπεὶ δὲ τοιοῦτον ζητεῖ ὁ λόγος καὶ ὁ πόθος τῆς ὑμῶν βασιλείας, τὸν ἐν τελείᾳ καρδίᾳ δυνάμενον ἐκζητῆσαι τὰ τοῦ Θεοῦ δικαιώματα, τὸν βαθμῷ καὶ τάξει ἐκ τοῦ κατὰ μικρὸν εἰς τὸ ὑψηλότερον προανηγμένον, τὸν πεπειραμένον κατὰ πάντα, ὅς γε ἐξ ὧν πέπονθε, τοῖς πειραζομένοις δύναιτ' ἂν βοηθῆσαι. Καὶ τί δεῖ πολλὰ λέγειν πρὸς σὲ τὸν εὖ εἰδότα, καὶ ἐκ τῆς οἰκείας καταστάσεως καὶ προσωπῆς τὸν τηλικοῦτον ἀνιστοροῦντα ; Τῶν πολλῶν ὀφείλει προλάμπειν, ὡς ἐν ἄστρασιν ἥλιος. Ἡνίκα τοίνυν οὐχ ὁρῶμεν τοιοῦτον, οὐδὲ ἀποτολμῶμεν ψηφίσασθαι. Τοῦτο δὲ ὡς ἐν ὑπομνήσει μετὰ συστολῆς καὶ αἰδοῦς ὑποτιθέμεθα · ὅπερ ἀλάθητόν ἐστι πάντως τῇ πολυπείρῳ καὶ θείᾳ μεγαλονοίᾳ σου· ἵνα ἀπό τε τῶν ἐπισκόπων, ἀπό τε τῶν ἡγουμένων, ἀπό τε τῶν στυλιτῶν, ἀπό τε τῶν ἐγκλείστων, εἶτα τοῦ κλήρου ὑποδεχόμενος ἐκλογήν, ἐξ αὐτῶν τε τῶν ἐπιδεδωκότων λαβὼν τοὺς ἐν συνέσει, καὶ φρονήσει, καὶ βίῳ, τῶν ἄλλων προέχοντας (καταβάτωσαν γὰρ καὶ στυλῖται, ἐκβαινέτωσάν τε καὶ ἔγκλειστοι· ἐπείπερ κοινῇ συμφέρον τὸ ζητούμενον), ἐπικρίνῃ καὶ σὺν αὐτοῖς ἀποδείξῃ τὸν ἀξιώτερον. Καὶ μακάριος εἶ, μᾶλλον δὲ καὶ τρισμακάριοι, ἐὰν τοῦτο ὅλον ἀπεργάσησθε Χριστομίμητοι ἡμῶν δεσπόται. Καὶ ἐν τούτῳ ἔτι μᾶλλον κρατυνθήσεται ὑμῶν ἡ

[46] I Cor. v, 7. [47] Hebr. iv, 15.

NOTÆ.

(16) *Νικηφόρῳ Βασιλεῖ.* « Defuncto Tarasio (patriarcha) imperator cogitare cœpit de ejus successore deligendo : in quo ut speciem saltem ostenderet pietatis, consuluit Theodorum Studitam, virum quidem pietate insignem, ut proferret in medium, quem sciret tanto sacerdotio dignum. » (Baron. an. 806, n. 3.)

Digitized by Google

βασιλεία· μεγαλυνθήσεταί τε τὸ ὄνομα ὑμῶν εἰς γενεὰν καὶ γενεάν· αὐξηθήσεται δὲ καὶ τὰ τοῦ κράτους ὑμῶν ἔτη. Ἐπειδὴ δύο ταῦτα δέδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς Χριστιανοῖς δωρήματα, ἱερωσύνην καὶ βασιλείαν. Δι' ὧν θεραπεύεται, δι' ὧν κοσμεῖται ὡς ἐν οὐρανῷ τὰ ἐπίγεια. Ὁπότερον οὖν ἀναξίως ἔχει, καὶ τὸ ὅλον ἀνάγκη συγκινδυνεύειν. Ὥστε εἰ βούλοισθε τῇ βασιλείᾳ ὑμῶν συγκροτεῖν τὰ μέγιστα, καὶ διὰ τῆς βασιλείας ὑμῶν πᾶσι τοῖς Χριστιανοῖς· ἰσόῤῥοπον, τὸ ὅσον εἰς δύναμιν, τῆς κατὰ τὴν βασιλείαν ἀρετῆς ὑμῶν ζέξηται καὶ ἡ Ἐκκλησία τὸν ἑαυτῆς πρόεδρον· ἵνα ἀγαλλιάσηται τὰ οὐράνια, καὶ ᾖσῃ τὰ ἐπίγεια. Εἴη ἡ χεὶρ τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾗ καὶ ἡ καρδία ὑμῶν ἐστιν, εἰς ὁδηγίαν καὶ ἀποκάλυψιν τοῦ κρείττονος. Καὶ ἀπολήψεσθε παρ' αὐτῆς τοὺς ὑπὲρ τοῦ ἔργου τούτου καταβαλλομένους ὑμῖν πόνους καὶ μερίμνας καὶ φροντίδας, τὴν βασιλείαν τὴν ἀδιάδοχον.

A cerdotium et imperium, per quæ colitur, per quæ ornantur, et gubernantur cœlestium exemplo terrena. Utrumvis ergo præter dignitatem se habuerit, totum una periclitari necesse est. Quare, si optima imperio vestro decernere vultis, et per imperium vestrum omnibus Christianis; æqualem, quoad fieri potest, imperatoriæ virtuti vestræ sortietur Ecclesia præsulem suum, ut exsulteut cœlestia, lætenturque terrena. Dux vobis sit Dei manus, in qua et cor vestrum est, ostendatque meliora; et ab ea recipietis ob susceptos pro opere hoc labores, curas et sollicitudines, regnum sempiternum.

ΙΖ'. — *Ἰωάννῃ σπαθαρίῳ* (17). [λδ'.]

XVII. — *Joanni Spathario.*

De imagine S. Demetrii, in baptismo adhibita pro susceptore.

Θεῖόν τι δρᾶμα ἀκηκοότες πεπραχέναι σου τὴν κυριότητα, τεθαυμάκαμεν ἐπὶ τῇ μεγάλῃ σου ὡς ἀληθῶς πίστει, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ.

Φησὶ γὰρ ὁ διδάξας χρήσασθαί σε τῇ ἱερᾷ εἰκόνι τοῦ μεγαλομάρτυρος Δημητρίου, ἀντὶ ἀναδόχου τινός, καὶ οὕτως ἐπιτελέσαι τὸ φώτισμα τοῦ θεοφυλάκτου σου τέκνου. Καὶ, ὦ τῆς πεποιθήσεως! *Οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ εὗρον τοσαύτην πίστιν*, ὁ Χριστὸς οὐ μόνον τότε τῷ ἑκατοντάρχῃ δοκῶ ἐπιφθέγξασθαι, ἀλλὰ καὶ σοὶ ἄρτι τῷ ἐφαμίλλῳ τῇ πίστει. Εὕρετο τοίνυν ἐκεῖνος ὃ ἐπεζήτησεν· ἐπέτυχες καὶ αὐτὸς οὗ πέποιθας. Ἐκεῖ τὸ θεῖον πρόσταγμα ἀντὶ τῆς σωματικῆς παρουσίας· κἀνταῦθα ἡ σωματικὴ εἰκὼν ἀντὶ τοῦ πρωτοτύπου. Ἐκεῖ συμπαρῆν τῷ λόγῳ ὁ μέγας Λόγος, ἀοράτως τῇ θεότητι τὸ παράδοξον τῆς ἰάσεως ἐργασάμενος· κἀνταῦθα δὲ συνῆν ὁ μεγαλόμαρτυς πνεύματι τῇ οἰκείᾳ εἰκόνι τὸ βρέφος δεχόμενος. Ἀλλὰ βεβήλοις μὲν ἀκοαῖς καὶ ἀπίστοις ψυχαῖς ταῦτα ἀπαράδεκτα, ὡς ἄπιστα· καὶ μάλιστα τοῖς Εἰκονομάχοις· τῇ δὲ σῇ εὐσεβείᾳ ἐναργῆ τὰ γνωρίσματά τε καὶ ὑποδείγματα πεφανέρωται. Τί γὰρ τῷ Θεῷ ἀδυνατεῖ παρέχειν τοῖς πιστεύουσι; καὶ πῶς οὐχὶ ἐν τῇ εἰκόνι ὁ εἰκονιζόμενος ὁμωνύμως ὁρᾶταί τε καὶ εἶναι πιστεύεται; «Ἡ γὰρ τῆς εἰκόνος, φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος, τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει.» Ὥστε σαφῶς ὁ μάρτυς ἦν διὰ τῆς οἰκείας εἰκόνος τὸ βρέφος εἰσδεχόμενος· ἐφ' ὅσον οὕτω πεπίστευκας. Ἀλλὰ τίς ἡ εὐδοξία τῆς μεγαλωσύνης σου, ὅτι τηλικοῦτον, τὸ δὴ λεγόμενον, σύντεκνον προσεκτήσω; οὐ τὸν δεῖνα ἢ τὸν δεῖνα, ἄρχοντα τυχὸν ἢ δυνάστην· εἶποι δ' ἂν οὐδ' αὐτὸν τὸν τὸ διάδημα περικείμενον· μείζων γὰρ καὶ ὑπέρτερος ὁ ἐξευρημένος. Τῶν γὰρ μαρτύρων ὁ κράτιστος· τῶν θαυματουργῶν ὁ διαπρύσιος· τῶν φίλων Χριστοῦ ὁ γνήσιος· τῶν ἀγγέλων ὁ συμπολίτης· τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα καὶ δυνηθεὶς καὶ δυνάμενος ἐν τοῖς ὑπὸ τὸν οὐρανόν· ὥστε ἀπ' ἄκρου

B Divinum quoddam facinus a dominatione tua factum audientes, mirati sumus ob magnam revera fidem, homo Dei.

Affirmat enim qui retulit, te sacram magni martyris Demetrii imaginem susceptoris cujusdam loco adhibuisse, atque ita filii tui a Deo custoditi baptismum peregisse. Et, o fiduciam tuam! *Non inveni tantam fidem in Israel* [18], non solum centurioni tunc a Christo dictum arbitror, sed nunc etiam tibi qui fide certas cum illo. Invenit ergo ille quod quærebat; adeptus es et ipse quod sperasti. Ibi divinum mandatum pro corporali præsentia: hic corporea imago vice prototypi. Ibi enim verbis aderat magnum Verbum, divinitate sua mirabile sanitatis opus invisibiliter perficiens; et C hic pariter magnus martyr imagini suæ spiritu præsens erat, infantem suscipiens. Verum hæc profanis quidem auribus, et incredulis mentibus, minime recipienda, tanquam incredibilia, videntur, maxime Iconomachis; pietati vero tuæ manifesta argumenta et exempla patefacta sunt. Quid enim est quod Deus præstare credentibus non possit? aut quomodo in imagine non homonyme cernitur, et inesse creditur, qui repræsentatur? Imaginis siquidem honor, ut magnus ait Basilius, transit ad prototypum. Quare manifestum et martyrem fuisse, qui infantem per propriam imaginem suscipiebat, quatenus ita credidisti. Sed, o magnificentiam tuam, qui talem ac tantum syntecnum, ut vocant, sortitus es, non hunc vel illum, principem puta vel D dynastam; aut ipsum etiam qui diademate redimitus est. Major enim longeque superior est quem reperisti. Martyrum quippe fortissimus, mirificorum clarissimus, germanus Christi amicus, angelorum civis: qui tot tantaque in terris semper potuit, potestque; ut in omnibus oris miraculorum suorum

[18] Matth. VIII, 10.

NOTÆ.

(17) *Ἰωάννῃ Σπαθαρίῳ.* Joannis protospatharii, et Bajuli, ab Irene electi mentio est apud Theophanem ad annum 10 Irenes.

Digitized by Google

tuba celebretur. Beatus reipsa es, vir pilssime, quod talem nactus sis susceptorem : ter beatus et filius tuus, qui a tanta gloria et potentia prædito susceptus sit. Nobis vero videre liceat hunc filium tuum sancti Demetrii cognominem, si annuis, ut, tanquam ipsius filium amplectentes, et congruis ipsi verbis, ut peccatores, compellemus, et rem gestam ad alios quoque transmittamus. Nec enim res pulchras sileri convenit, sed aliis ad piæ fidei clara documenta proponi.

τῆς γῆς ἕως ἄκρου γῆς τῇ σάλπιγγι τῶν θαυμάτων αὐτοῦ διαθρυλλεῖσθαι. Μακάριος ὄντως εἶ, ἀνερ εὐσεβέστατε, ὅτι τοιούτου τετύχηκας ἀναδόχου· τρισμακάριός σου καὶ ὁ γόνος, ἔχων τὸν δεξάμενον τηλικοῦτον τῷ κλέει καὶ δυνάμει. Ἀλλ' ἴδοιμεν τὸν υἱόν σου καὶ ὁμώνυμον τοῦ ἁγίου Δημητρίου, εἴπερ συγκατέρχῃ, ἵνα, ὡς υἱὸν αὐτοῦ προσπτυξάμενοι, τὰ εἰκότα μὲν προσφθεγξώμεθα καὶ ἡμεῖς ὡς ἁμαρτωλοί, ἔχωμεν δὲ τὸ διήγημα καὶ εἰς ἑτέρους παραπέμπειν. Δεῖ γὰρ τὰ καλὰ μὴ σιωπᾶσθαι, ἀλλὰ προκεῖσθαι τοῖς ἄλλοις εἰς πίστεως εὐσεβοῦς ἐναργῆ ὑποδείγματα.

XVIII. — *Stauracio Spathario* [49].

ΙΗ'. — *Σταυρακίῳ σπαθαρίῳ* (18). [λε']

In obitu filii.

Causam quidem humilis absentiæ nostræ jam diximus, nec opus est amplius excusare. Unde autem ordiemur? aut quæ facultas inveniri queat præsenti venerandæ animæ vestræ dolori conveniens? Quemadmodum enim medicus ad insanabilem morbum accedens, animo hæret ancipiti quonam pacto curationem aggrediatur, sic et nos æstuamus incerti qua ratione gravissimo malo vestro consolationem afferamus. O calamitatem! o infortunium! Obiit vobis filius elegans et formosus; ille qui materna viscera primus recluserat: per quem vobis parentum nomen inditum, principium propagationis generis, radix procreationis liberorum, surculus rationalis germinationis, prima velut rosa paternæ fecunditatis. Et quid dicam, ut filii pulchritudinem explicem? An quod crescebat puer, proficiebatque ætate et intellectu, et gratia Dei erat in illo [50], quantum et ipsi ex re parva experti sumus? Quomodo igitur talis ac tantus lethali ferro, ex ipsis, ut ita dicam, lumbis vestris exsectus, inconsolabilem cordi vestro dolorem non pariat? aut quis non collamentetur et condoleat, tanquam ob aliquod ipsius membrum in vobis gladio succisum? Ingemiscant merito patres, pulcherrimi hujus filii orbitatem spectantes. Lugeant et matres tam venustæ prolis sectionem cernentes. Rescissum enim revera est membrum vestrum: abscissa est caro vestra. Seges ingens doloris; medicinæ pharmacum invenire difficile. Mœror in familia, tristitia in domesticis, dolor in cognatis; sed præ omnibus in avo domino patricio, et in avia domina protospatharia. Undique gravia et tristia. Verum age, vir optime, qui et intelligentia abundas, et prudentia præstas, et plurimam ex multorum annorum usu adeptus es scientiam, tibi ipse medere, teipsum sana. Conjice, quæso, mentis oculos in universi contemplationem; respice ad antiquas ætates, a primo ipso parente nostro Adam, et vide ac recognosce, quis in lucem egressus in hoc sæculo permanserit, et non exorientis instar feni citius

Τὴν μὲν αἰτίαν τῆς ταπεινῆς ἀπουσίας ἡμῶν ἤδη εἴπομεν· καὶ οὐ χρή τι πλέον ἀπολογεῖσθαι. Πῶς δὲ ἀρξόμεθα; ἢ τίς δύναμις ἐξευρεθείη εἰς τὸ συμβὸν πάθος ταῖς τιμίαις ὑμῶν ψυχαῖς; Καθάπερ γάρ τις ἰατρὸς ἐπὶ δυσιάτῳ νόσῳ ἐρχόμενος, ἀμηχανίᾳ παρίσταται, ὅπως ἐπιβάλῃ τὴν ἐγχείρησιν· οὕτως ἰλιγγιῶμεν, πῶς τὸν παρακλητικὸν λόγον ἐπὶ τῷ βαρυτάτῳ ὑμῶν πάθει προσενέγκασθαι. Ὢ τῆς συμφορᾶς! ὢ τῆς συμβάσεως! ᾤχετο ὑμῖν παῖς καλὸς καὶ ὡραῖος· αὐτὸς ὁ τὰς πρώτας μητρικὰς ὠδῖνας διαλύσας· δι' οὗ ὑμῖν τὸ τῶν γονέων ὄνομα κεχρημάτικεν· ἡ ἀρχὴ τῆς διαδοχῆς τοῦ γένους· ἡ ῥίζα τῆς τεκνοποιίας· ὁ ὄρπηξ τῆς λογικῆς βλαστοφορίας· τὸ οἱονεὶ πρωτοφυὲς ῥόδον τῆς πατρικῆς καρποφορίας. Καὶ τί ἂν εἴποιμι παριστῶν τὸ γόνου κάλλος; ἢ ὅτι τὸ παιδίον ηὔξανε καὶ προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ συνέσει, καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτῷ, ὅσον ἐκ μικροῦ καὶ ἡμεῖς πεπειράμεθα; Πῶς τοίνυν τὸ τοιοῦτον καὶ τηλικοῦτον ἐκτμηθὲν τῇ θανατικῇ μαχαίρᾳ, ἐξ αὐτῆς εἰπεῖν τῆς ὀσφύος ὑμῶν, οὐ κατεργάσειεν ἂν ἀπαραμύθητον ἄλγος ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν; ἢ τίς οὐ συμπτνιάσεται καὶ συναλγυνθήσεται ἐπὶ τῷ τεμνομένῳ διὰ ξίφους κατά τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ μελῶν ὡς ἐφ' ὑμῖν; Στενάξειαν δ' ἂν εἰκότως καὶ πατέρες, τοιούτου καλλίστου παιδὸς ἀποβολὴν θεώμενοι. Θρηνήσειαν δ' ἂν καὶ μητέρες, τηλικούτου ὡραίου σπλάγχνου ἐκνομὴν προσβλέπουσαι. Τέτμηται γὰρ ἀληθῶς μέλος ὑμῶν. Ἐκκέκοπται σὰρξ ὑμῶν, τὸ ὀδυνηρὸν παλύ, τὸ θεραπευτικὸν φάρμακον δυσεξεύρητον. Κατήφεια ἐπὶ τῆς οἰκίας, ὀδύνη ἐπὶ τοὺς οἰκέτας, λύπη ἐπὶ τοὺς συγγενεῖς· μᾶλλον δὲ πρὸ τούτων ἐπὶ τὸν προπάτορα κύριον πατρίκιον, καὶ τὴν προμήτορα κυρίαν πρωτοσπαθαρίαν. Πάντοθεν δεινὰ καὶ περίλυπα. Ἀλλὰ δεῦρό μοι, ἀνὴρ χρηστὲ, ὁ πολὺς ἐν συνέσει, ὁ σοφὸς ἐν φρονήσει, ὁ πλείστην συνειληχὼς ἐκ πολλῶν τῶν χρόνων τὴν γνῶσιν· σαυτὸν θεράπευσον· σαυτὸν ἴασαι. Ἐπίβαλέ σου, παρακαλῶ, τὸν ὀφθαλμὸν τῆς διανοίας εἰς τὴν τῆς κτίσεως θεωρίαν· ἐμβλεψον εἰς ἀρχαίας γενεὰς, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ προπάτορος ἡμῶν Ἀδάμ· καὶ ἴδε καὶ γνῶθι τίς ἐν-

[49] Consolatoria. [50] Luc. II, 40.

NOTÆ.

(18) *Σταυρακίῳ Σπαθαρίῳ.* Forte is Stauracius patricius, publici cursus logotheta, de quo multa apud Theophanem ad annum 11 Irenes et deinceps.

Digitized by Google

ἐμεινε τῷ αἰῶνι τούτῳ εἰς φῶς ἐλθὼν, ἀλλ' οὐχὶ δίκην ἀνατέλλοντος χόρτου θᾶττον ἐξήνθησε καὶ ἀπεξηράνθη διὰ θανάτου, ἢ ὡς ἐν ῥεύματι ποταμιαίῳ, ὅτι τὸ μὲν ὑπεξῆλθε, τὸ δὲ ἀντεισῆλθε, τοῦ κατὰ διαδοχὴν γένους μὴ ἱσταμένου, ἀλλὰ παρατρέχοντος καθ' ἑκάστην ἡμέραν· οὕτως οἱ γεννήσαντες τοὺς ἡμᾶς γεννήσαντας, καὶ οἱ ἐκείνων ἀνώτεροι· καὶ ἀναποδίζων ὁ λόγος εἰς τὴν καταρχὴν ἐλεύσεται· καὶ κατιὼν πάλιν εἰς τὴν συντέλειαν τοῦδε τοῦ παντὸς καταντήσει. *Καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ζήσεται*, κατὰ τὸ γεγραμμένον, *καὶ οὐκ ὄψεται θάνατον*. Τὸ δὲ παρὸν, λειτουργία τις διωρισμένη, καὶ πραγματεία ἡμερήσιος· καὶ αὐτίκα εἰς τὰ οἰκεῖα ἐπανέλευσις, τῆς τῶν ἐνθένδε, λέγω, πρὸς τὰ ἐκεῖσε μεταβάσεως. Πατριάρχαι, καὶ παρῆλθον· προφῆται, καὶ μετῆλθον· πατέρες καὶ μητέρες, καὶ ἀπεγένοντο· ἀδελφοὶ καὶ φίλοι καὶ συγγενεῖς, καὶ παρέδραμον. Τί δὲ βασιλεῖς; τί δὲ σατράπαι; τί δὲ ἄρχοντες; τί δὲ πᾶσα ἡλικία, καὶ πᾶν γένος ἀνθρώπου; Οὐχὶ πάντες ὑπὸ γῆν γεγόνασι, καὶ γενήσονται μικρὸν ὕστερον ἐκ γῆς φύντες; Ἀλλ' ὧδε τὸ ζητούμενον· ἵνα καλῶς τὰ ἐνταῦθα ἀμείψαντες, καὶ πρὸς τὸ βούλημα τοῦ πεποιηκότος Θεοῦ ἐμπολιτευσάμενοι, τοῦ ἐκεῖσε φοβερωτάτου κριτηρίου τὴν παράστασιν ἀκατάκριτον εὑρήσωμεν· ὅπερ τὸ ὑμέτερον τέκνον ἀσφαλῶς καὶ βεβαίως εὗρατο καὶ ἐπιτετύχηκε. Μακάριος γὰρ, φησὶν, ὁ ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ὀλιγόβιος, καὶ ὃν ὁ Κύριος ἐξελέξατο καὶ προσελάβετο ἐν πρώτῃ ἡλικίᾳ, μὴ πειρασθέντα τῶν πικρῶν ἁμαρτημάτων τοῦ τῇδε βίου.

Hæc nos vobis, episcopi, de canonibus constituimus. Vos vero in eis perseverantes salvi eritis, et pacem habebitis; non obedientes autem puniemini, et perpetuum inter vos bellum geretis, abjectæ obedientiæ pœnas congruas luentes. Cur quæ post synodum gesta sunt, et omnium fratrum per imperatorem discussio: cum diceret, nos quidem depositos, synodum vero sanctam esse, et a se obsignatam: perinde quasi sanctorum dispensatio esset adulterina copulatio, et indemnatus qui hæc peregerat? Et cum nemo illam admitteret, aut singulorum seorsum aut binorum ternorumve simul, tum etiam plurium, per monasteria et castra inclusio, nonnullorum etiam flagella et cruciatus; cum jam hæc ubique terra marique nota sint vulgoque jactata. Quam igitur ob causam hæc omnia ut paucis complectar? Nonne quod adduci non possent, ut dicerent, aut assentirent, dispensationem fuisse Evangelii transgressionem, quam velut salutarem et sanctis parem adversarii vociferabantur, qui factis et verbis etiamnum in eo consistunt, id loquentes, id agentes ista persecutione? Quonam igitur pacto dicunt, quod, nemine adversante aut docente, ipsos vocemus hæreticos? Commenta sunt ista quæ diximus et somnia, an vera? Et quoniam vera sunt; quomodo non ubique docent et prædicant verbis factisque? Aut quomodo vos, illis non credentes, propemodum cum ipsis qui hæc dicunt statis (sed, etsi tacuerimus nos, orbis ipse veritatem testatur), horrendum silentii judicium in vos ipsos attrahentes? Quamobrem ego humilis cogor non silere, sive scripto, sive sine scripto, quoad vires ferunt, cum timore ac tremore, cum vitæ discrimine: etsi quispiam vestrum fortasse non necessario, dicam et supervacanee, me hæc facere existimet.

Verum ad rem tandem veniat oratio. Ais, nemine adversante aut docente mœchari sacrilegosque absolvere, quo jure illos appellemus hæreticos? Mœchari ergo, et sacrilegos absolvere, verbo illi revera non docent: cum nec gentes quæ legem non habent mœchari doceant: neque nos nude hoc ab illis dici posuimus: sed quod adulterinam conjunctionem approbantes, et quæ illi annexa sunt, et per eam alias Evangelii transgressiones cum divinorum canonum infractionibus, salutarem esse dispensationem interjecto anathemate sancientes; atque hoc ipsum in dies per exsilia carceresque quos dixi vindicantes, Evangelium solverint ex sanctorum sententia, et virtute dispensationem in omni prævaricatione fieri astruunt: immutabilia Dei man-

[49] *Can.* 8 *apost. juxta Græcos.*

A χαζεύκτην ἠθώωσαν· ἀνένοχον ἀποφηνάμενοι κατὰ πάντα καὶ συνιερουργὸν αὐτοῖς ὄντα καὶ πρότερον.

Τὸν δὲ ἀκαθαίρετον ἐκ κανόνων, καθαιρέσει ὑποπέβαλον· ἔργῳ τὸν λόγον αὐτῶν βεβαιούμενοι· ὡς ἐξουσίαν ἔχειν τοὺς ἱεράρχας, κατὰ τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, κεχρῆσθαι τοῖς κανόσιν. Ὅπερ ἐνεργοῦσιν εἰς τὸ ἀεί· οὐδὲ ἐκεῖνο συνιδεῖν βουλόμενοι· ὅτι, εἰ τοῦτό ἐστιν, ἱεράρχην καθαιροῦντες, ὑπ' αὐτοῦ οὗ καθαιροῦσι δυνατὸν αὐτοὺς ἐκείνους καθαιρεθῆναι, πληρουμένου τοῦ τῶν ἀποστόλων λογίου.

Ταῦτα καὶ περὶ κανόνων διατετάχθω ὑμῖν παρ' ἡμῶν, ὦ ἐπίσκοποι. Ὑμεῖς δὲ ἐμμένοντες αὐτοῖς, σωθήσεσθε καὶ εἰρήνην ἕξετε· ἀπειθοῦντες δὲ κολασθήσεσθε· καὶ πόλεμον μετ' ἀλλήλων ἄῖδιον ἕξετε· δίκην τῆς ἀνηκοΐας τὴν προσήκουσαν τινύντες. Ὑπὲρ τίνος τὰ μετὰ τὴν σύνοδον, ἥ τε πάντων τῶν ἀδελφῶν ἀνάκρισις ὑπὸ τοῦ βασιλέως λέγοντος, B ἡμᾶς μὲν καθῃρημένους, τὴν δὲ σύνοδον ἁγίαν, ἐπισφραγισθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ· ὡς οἰκονομίας οὔσης ἁγίων τῆς μοιχοζευξίας, καὶ ἀκαταγνώστου τοῦ ταῦτα τετελεκότος; Καὶ ἐπειδὴ οὐ προσεδέξαντο· ἡ ἑνὸς ἑκάστου, ἢ καὶ ὁμοῦ δύο, ἢ τριῶν, ἢ καὶ πλειόνων, ἔν τε τοῖς μοναστηρίοις καὶ τοῖς κάστροις κατάκλεισις· τινῶν δὲ μαστιγώσεις καὶ κουσπισμοί· πανταχοῦ· γῆς τε καὶ θαλάττης διατεθρυλλημένων τούτων; Ὑπὲρ τίνος οὖν ταῦτα πάντα, ἵνα συνελὼν εἴπω; Οὐχ ὑπὲρ τοῦ μὴ καταδέχεσθαι εἰπεῖν καὶ συγχαταθέσθαι τὴν παράβασιν τοῦ Εὐαγγελίου οἰκονομίαν· ἣν ὡς σωτήριον καὶ ἱσάγιον οἱ ἐναντίοι ἐξεβόησαν, ἐμπράκτως καὶ τῷ λόγῳ εἰς τὸν κόσμον καὶ εἰσέτι· καὶ ἕως ἂν ἐπιμένωσιν οὕτως λέγοντες καὶ πράττοντες διὰ τὸν δωγμόν; Πῶς οὖν φασιν, C ὅτι μηδενὸς ἀνθισταμένου καὶ διδάσκοντος καλέσομεν αὐτοὺς αἱρετικούς; Φαντασία τὰ προλεχθέντα καὶ ὄνειροι, ἢ ἀληθῆ; Ἐπειδὴ δὲ ἀληθῆ, πῶς οὐχὶ διδάσκουσιν ἑκάστοτε καὶ κηρύττουσιν ἔργῳ καὶ λόγῳ; ἢ πῶς οὐχ ὑμεῖς πειθόμενοι αὐτοῖς, μικροῦ δεῖν μετ' αὐτῶν τῶν λεγόντων ἵστασθε (ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς σιωπῶμεν, τὰ πέρατα βοᾷ τὴν ἀλήθειαν), τὸ φοβερὸν τῆς σιωπῆς κρῖμα ἐφ' ἑαυτοὺς ἐπισπώμενοι; Δι' ἣν αἰτίαν ἐγὼ ὁ ταπεινὸς τοῦ μὴ σιγᾷν ἀναγκάζομαι ἐγγράφως τε καὶ ἀγράφως, κατὰ τὴν ἐνοῦσάν μοι δύναμιν, μετὰ φόβου καὶ τρόμου, μετὰ παρασκευῆς θανάτου· κἂν τις ὑμῶν ἴσως οὐκ ἀναγκαίως, εἴπω δ' ὅτι καὶ περιττολόγως οἴεται ταῦτα ἐνεργεῖν με.

D Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ὁ λόγος. Ἔφης, μηδενὸς ἐνισταμένου καὶ διδάσκοντος τοῦ μοιχεύειν καὶ λύειν τοὺς ἀνιέρους, πῶς εὐλόγως καλέσομεν αὐτοὺς αἱρετικούς; Μοιχεύειν οὖν καὶ λύειν τοὺς ἀνιέρους τῷ λόγῳ, ἀληθὲς, οὐ διδάσκουσιν· ἐπεὶ μηδὲ τὰ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα μοιχεύειν διδάσκει· καὶ οὐδὲ ἡμεῖς γυμνῶς τοῦτο ἐκφωνεῖν αὐτοὺς ἐξεθέμεθα· ἢ ὅτι τὴν μοιχοζευξίαν κυρώσαντες καὶ τὰ σὺν αὐτῇ, καὶ δι' αὐτῆς ἑτέρας παραβάσεις τοῦ Εὐαγγελίου, σὺν ταῖς τῶν θείων κανόνων λύσεσιν, οἰκονομίαν εἶναι σωτήριον ὑπ' ἀναθέματι· καὶ τοῦτο καθεκάστην ἐκδικοῦντες διὰ τῶν προλεχθέντων ἐξορίων καὶ φυλακῶν, τὸ Εὐαγγέλιον λελύκασι κατὰ τὴν φωνὴν τῶν ἁγίων· καὶ δυνάμει ἐπὶ πάσης παραβάσεως οἰκονομίαν γίνεσθαι ὑποτίθενται· τὰς ἀνα-

Digitized by Google

λοιώτους ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ ἀλλοιώσαντες, καὶ τρεπτὰς ἀποδεικνύοντες. Καὶ πῶς δ' ἂν οὐκ εἶεν ἀλλοιωταὶ καὶ τρεπταὶ, εἴγε παραβαινόμεναι οἰκονομίαι σωτήριοι, ἔργῳ καὶ λόγῳ συνοδικῶς δογματίζονται; Μὴ γὰρ εἰς τοσοῦτον ψεῦδος προκόψωσιν, ὥστε μὴ λέγειν αὐτοὺς πεποιηκέναι σύνοδον. Εἰ μὴ τὴν μοιχοζευξίαν ὀνομάσαι οἰκονομίαν ἰσόρροπον ἁγίων· εἰ μὴ ἀναθεματίσαι τοὺς μὴ προσιεμένους αὐτήν. Εἰ δὲ λέγουσι μὴ ἀναθεματίσαι, ὑπὲρ τίνος ἀνεβόησαν, Τοῖς μὴ δεχομένοις τὰς οἰκονομίας τῶν ἁγίων, ἀνάθεμα ἔστω; Δῆλον γὰρ ὅτι, ἐνισταμένων τινῶν μὴ δέχεσθαι, ἢ ἐκφώνησις· εἰ μὴ μεθύομεν. Περὶ ποίας δὲ ὑποθέσεως ἄλλης ἡ ἔνστασις, ἢ τῆς μοιχοζευξίας; Οὐκοῦν ἀσφαλῶς αὐτῆς ἕνεκα ὁ ἀναθεματισμός· ὡς οὔσης κατὰ τὰς τῶν ἁγίων οἰκονομίας. Καὶ εἰ μὲν ἐφάμιλλος αὐταῖς, αἱ τῶν ἁγίων οἰκονομίαι παράνομοι· εἰ δὲ οἱ ἅγιοι, οὐ παράνομοι, ὅπερ ἀληθές· αὐτοὶ ἀνεθεματίσθησαν μὴ προσιέμενοι τὴν μοιχοζευξίαν· κἂν τέχναις σοφίζωνται τὰ ἐναργῆ ἀφανῆ δεικνύειν. Ἀλλ' ἀμήχανον κρυβῆναι τὸ γεγονός. Ὅτι δὲ ἀμετάβλητοι αἱ ἐντολαὶ τοῦ Εὐαγγελίου, ἄκουε τοῦ μεγάλου Βασιλείου βοῶντος· Τάχα τονῶσαί μου τὴν ψυχὴν, καὶ νηπτικωτέραν πρὸς τὸ ἐφεξῆς καταστῆσαι ὁ Κύριος ἠβουλήθη, ὡς μὴ προσέχειν ἀνθρώποις, ἀλλὰ διὰ τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν καταρτίζεσθαι. Αἳ οὔτε καιροῖς, οὔτε περιστάσεσιν ἀνθρωπίνων πραγμάτων συμμεταβάλλονται, ἀλλ' [αἱ] αὐταὶ διαμένουσιν· ὡς προήχθησαν ἀπὸ τοῦ ἀψευδοῦς καὶ μακαρίου στόματος, οὕτω διαιωνίζουσαι. Οἱ δὲ δι' ἐναντίας κηρύξαντες τὴν μοιχοζευξίαν οἰκονομίαν σωτήριον, τί ἄλλο ἢ τρεπτὰς τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ ἀπεφήναντο; πῇ μὲν μεταβαλλομένας, πῇ δὲ οὐ μεταβαλλομένας, ἀλλ' ἐνεργούσας ἀτρέπτως· καιροῖς δέ τισι καὶ περιστάσεσιν ἀνθρωπίναις, ὥστερ ἔφασαν αὐτοὶ περὶ τῶν κρατούντων, μεταβαλλομένας, καὶ μὴ εἰς ἀνομίαν λογιζομένας, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοσοῦτον ἰσχὺν ἐχούσας, ὡς καὶ τοὺς μὴ προσιεμένους αὐτὰς, ἦγουν τὰς παραβάσεις τὰς, ὥς φασιν, οἰκονομίας τῶν ἁγίων, ἀναθεματισμένους παρὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ εἶναι;

Συνῆκται οὖν ἐντεῦθεν οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὸ τὸν Θεὸν τρεπτὸν εἶναι καὶ ἀλλοιωτόν· ὁμοιουμένου τοῦ λέγοντος τῷ οἰκείῳ λόγῳ, τό τε Εὐαγγέλιον ἀόριστον πρός τε σωτηρίαν καὶ ἀπώλειαν. Ἆρα γὰρ ἐπὶ πάντων ἀνθρώπων, καὶ ἐπὶ πάσης ἐντολῆς παραβάσεως, οἰκονομία· ἢ ἔν τισι καί τινι; Καὶ τίς ἡ ἀποκλήρωσις τοῦ ἐπί τισι μὲν καί τινι εἶναι, ἐπὶ δέ τισι καὶ τινι οὐδαμῶς; Καὶ πρὸς τίνων ἄρα καὶ παρὰ πόσων τὸ οἰκονομεῖν; Παρὰ ἱεραρχῶν μόνων, ἢ καὶ ἱερέων; Συνοδικῶς ἢ καὶ ἰδικῶς ἕκαστον; Καὶ εἰ ἐπὶ τῶν βασιλέων μόνων, ἐπὶ τῆς μοιχείας μόνης, ἢ καὶ ἐφ' ἑκάστης παρανομίας; Καὶ πῶς ἐπὶ τῶν βασιλέων ὑποχωροῦσιν αἱ τοῦ Θεοῦ ἐντολαί; ἢ πάντως, ὡς τῆς βασιλείας αὐτοῦ τέλος ἐχούσης· ὅτι μηδὲ βασιλέως ὑποχωρεῖ νόμος, μὴ ἑτέρου βασιλέως αὐτὸν διαδεχομένου; Ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦτο ἀπορητέον· ἐπειδὴ φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· *Οἱ ἄνδρες, ἀγαπᾶτε τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς*

data variantes et mutabilia statuentes. Et qui possint mobilia ac mutabilia non esse, si salutarem dispensationem esse quando violantur, re ac verbo synodice docent? Non enim tam impudenter mentientur, ut synodum a se coactam negent: si adulterinam copulationem fateri nolint dispensationem sanctis parem appellasse, nec eos qui illam non recipiunt excommunicasse. Quod si excommunicasse negant: quorsum illud exclamarunt: Iis qui sanctorum dispensationes non recipiunt, anathema sit? Perspicuum est enim, cum recipere illas aliqui nollent, inde natam esse sanctionem, nisi ebrii sumus. Quanam vero de re alia quæstio erat præterquam de adulteri conjunctione? Propter illam ergo excommunicatio: ut quæ juxta sanctorum dispensationes facta esset. Et quidem si earum similis sit, injustæ fuerunt sanctorum dispensationes: at si sancti injusti non sunt, uti revera non sunt; excommunicati illi fuerunt quod adulterinam copulationem non recipiant, quantumvis artificiose id agant, ut quæ perspicua sunt, obscura reddant. Sed occultari nequit quod factum est. Jam vero quod immutabilia sint Evangelii mandata, audi Basilium Magnum clamantem: Fortasse intendere animam meam, vigilantioremque in posterum reddere Dominus voluit, ut homines non attendat, sed per evangelica mandata perficiatur, quæ nec temporibus, nec humanarum rerum circumstantiis commutantur, verum eadem permanent, sicut ex beato et minime fallaci ore prodierunt, sic omni ævo perseverantia. Contra vero, qui adulterinam conjunctionem, salutarem dispensationem esse docuerunt: quid aliud dicunt, quam mutabilia esse Dei mandata, quæ nunc quidem mutentur, nunc minime mutentur, sed immutabiliter agant: et nonnullis temporibus atque humanis circumstantiis, sicut ipsi de imperatoribus dixerunt mutentur, et ad iniquitatem non imputentur: rursum autem tantam vim habeant, ut qui ea non suscipiunt, hoc est, transgressiones, quæ, ut ipsi aiunt, dispensationes sunt sanctorum, anathemate damnentur ab Ecclesia?

Ex his ergo conficitur nihil aliud, quam mutabilem Deum esse: ut dicto suo similis sit qui dixerit et Evangelium indifferens esse ad salutem et perditionem. Num enim in omnibus hominibus, et in omni mandati transgressione dispensatio est, an in quibusdam, et in aliquo? Et quænam sors ista est, ut in quibusdam sit et in aliquo, in aliquibus et in aliquo nequaquam? A quibusnam ergo, et a quam multis hæc dispensatio? Ab episopis solis, an etiam a sacerdotibus? Synodice an privatim utrumque? Et si in regibus tantum, an in adulterio solo? an in qualibet iniquitate? Et quomodo in regibus cessant Dei mandata? An omnino quasi finem habeat ejus imperium: quandoquidem nec imperatoris cessat lex, nisi imperator alter succedat? Sed et hoc quoque indagandum est: cum dicat divinus Apostolus: *Viri, diligite uxores vestras sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, ut illam sancti*

Digitized by Google

ficaret, mundans lavacro aquæ in verbo : ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta et immaculata [50]; quomodo, quæ nunc quidem adulterium et adulterii conjunctionem admittat, aliis autem mox temporibus similes alias ; sine macula et sine ruga persistat, ac non lutulenta potius et sordibus obsita, quod dicere perhorresco? Decidant hæc nobis novi evangelistæ, se ipsos enim qui talia recipiunt, Ecclesiam Dei vocant, et eos qui eadem non probant, Ecclesiæ adversarios decernunt. Sed revera juxta prophetam, *Stultus fatua loquetur, et cor ejus vana cogitabit, ut perficiat iniquitatem, et loquantur ad Deum fraudulenter* [51]. Pessima itaque hæresis hæc est. Atque illud beatissimi Apostoli usurpare est hoc loco : *Miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocavit in gratiam Christi, in aliud Evangelium : quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, et volunt convertere Evangelium Christi. Sed licet nos, aut angelus de cœlo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit* [52].

A ἠγάπησε τὴν Ἐκκλησίαν· καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς, ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι· ἵνα παραστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον τὴν Ἐκκλησίαν, μὴ ἔχουσαν σπῖλον ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων· ἀλλ' ἵνα ᾖ ἁγία καὶ ἄμωμος. Πῶς ἄρα νῦν μὲν τὴν μοιχείαν καὶ μοιχοζευξίαν προσηκαμένη, ἐν δὲ τοῖς πέριξ χρόνοις ἑτέρας ἐφαμίλλους, διαμείνοιεν ἂν ἄσπιλός τε καὶ ἀῤῥύτιδος, ἀλλ' οὐχὶ βεβορβορωμένη; ὃ καὶ φρίττω λέγων. Διακρινέτωσαν ἡμῖν οἱ νῦν εὐαγγελισταί· ἑαυτοὺς γὰρ ταύτας προσηκάμενοι, Ἐκκλησίαν Θεοῦ ὀνομάζουσιν· ἀντιθέτους αὐτῇ τοὺς μὴ προσιεμένους αὐτὰς διακρίναντες. Ἀλλ' ὄντως, κατὰ τὸν προφήτην, *Ὁ μωρὸς μωρὰ λαλήσει, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ μάταια νοήσει, τοῦ συντελεῖν*

B *ἄνομα, καὶ λαλεῖν πρὸς τὸν Θεὸν πλάνησιν.* Χαλεπωτάτη οὖν αἵρεσις αὕτη, καὶ τὸ τοῦ μακαρωτάτου Ἀποστόλου ἔστιν ἐνταῦθα λέγειν· *Θαυμάζω ὅτι οὕτως ταχέως μετατίθεσθε ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ εἰς ἕτερον Εὐαγγέλιον· ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο· εἰ μή τινές εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς· καὶ ἐθέλοντες μετα-*

στρέψαι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς αὐτοὶ ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ ὑμῖν εὐαγγελίζηται παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω.

Præterquam autem evangelizavit, non Apostolus, sed Christus ipse, evangelizavit nobis mœchosydodus adulteri conjunctionem, ex qua adulterium, et multimodam ad mœchandum inductionem, salutarem esse dispensationem : et hoc illa ubique evangelizat verbis factisque ; quamvis callide dissimulet C ut, postquam plurimos deceperit et illaqueaverit, tum Corybanta suum sursus exaltet. A qua utinam miser ego procul fugiam, et fugere vos, ut peccator oro, licet auscultare mihi nolitis ! En igitur, frater, ex Evangelio et apostolis, similiter et ex Patribus, ostendi tibi, si modo fidem habere vis verbis veritatis, mœchosynodum omnes hæresis numeros sine controversia explesse, ab adulterio incipientem : tametsi paululum quiddam in medio substraxit, eo quod adulterinam tantum conjunctionem nominavit, vel potius prædicavit, dispensationem esse in Ecclesia Dei. Nec vero mirere si vox una hæresim pariat : cum Dominum dicentem audias : *Iota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant* [53].

Παρ' ὃ δὲ εὐηγγελίσατο, οὐχ ὁ Ἀπόστολος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Χριστὸς, εὐηγγελίσατο ἡ μοιχοσύνοδος τὴν μοιχοζευξίαν, ἐξ ἧς ἡ μοιχεία, καὶ τὴν πρὸς τοὺς μοιχωμένους πολυτρόπως ἀπαγωγὴν, οἰκονομίαν σωτήριον. Καὶ τοῦτό ἐστιν εὐαγγελιζομένη ἑκάστοτε ἔργῳ καὶ λόγῳ, κἂν προσποιῆται δολερῶς ὑπολωφεῖν· ἵνα μετὰ τὴν θήραν τῶν ἀπατηθέντων, τὸν ἑαυτῆς Κορύβαντα αὖθις ἐπανυψώσῃ. Ἧς τὴν πεῖραν φύγοιμι μὲν ἐγὼ ὁ τάλας· φυγεῖν τε εὔχομαι ὑμᾶς ὡς ἁμαρτωλὸς· κἂν οὐ βούλοισθε προσέχειν μοι! Ἰδοὺ οὖν ἐγὼ, ἀδελφὲ, εὐαγγελικῶς τε καὶ ἀποστολικῶς ὁμοῦ τε καὶ Πατρικῶς; παρέστησά σοι, εἴπερ βούλοιο πείθεσθαι λόγοις ἀληθείας· ὅτι αἵρεσιν ἀναμφιβόλως πεπλήρωκεν ἡ μοιχοσύνοδος, ἀρχθεῖσα ἀπὸ τῆς μοιχείας· εἰ καὶ διὰ μέσου ὑπελώφησεν ἐκ μόνου τοῦ ὀνομάσαι, μᾶλλον δὲ κηρύξαι τὴν μοιχοζευξίαν, οἰκονομίαν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ γίνεσθαι. Καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ μία φωνὴ τίκτει αἵρεσιν· ἀκούων τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γέ-*

D *νηται.*

Et cave dicas : Quid opus est nimis anxie laborare, et per unam dictionem doctas speculationes revocare, atque hoc illudve concludere, ne forte impingas in hæresim Gnosimachorum, de qua hæc auctor [54]: Gnosimachi sunt, qui omni Christianorum agnitioni adversantur, ut vanum et minus necessarium laborem esse dicant eorum, qui in divinis scriptis aliquam exquirunt scientiam : neque enim Deum aliud a Christianis postulare, nisi bonas actiones. Quapropter simpliciter quemque incedere melius est, quam in dogmate cognoscendo multam curam ponere. Ad hunc ergo modum Gnosimachi.

Μηδὲ δόξῃ σοι λέγειν· Τίς χρεία πολυπραγμονεῖν, καὶ διὰ μιᾶς λέξεως ἀνασειράζειν τὰς γνωστικὰς θεωρίας, καὶ συνάγειν τοῦτο κἀκεῖνο; ἵνα μὴ ἐμπέσῃς εἰς τὴν λεγομένην τῶν Γνωσιμάχων αἵρεσιν, περὶ ἧς φησιν ὁ συγγράφων· Γνωσιμάχοι οἱ πάσῃ γνώσει τοῦ Χριστιανισμοῦ ἀντιπίπτοντες, ἐν τῷ λέγειν αὐτοὺς ὅτι περισσόν τι ποιοῦσιν οἱ γνώσεις τινὰς ἐκζητοῦντες ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς· οὐδὲν γὰρ ἄλλο ζητεῖ ὁ Θεὸς παρὰ Χριστιανοῦ, εἰ μὴ πράξεις καλάς. Ἀγαθὸν οὖν ἐστι μᾶλλον ἁπλουστέρως τινὰ πορεύεσθαι, καὶ μηδὲν δόγμα γνωστικῆς πραγματείας πολυπραγμονεῖν. Οὕτω μὲν οὖν οἱ Γνωσιμάχοι.

[50] Ephes. v, 25-27. [51] Isa. xxxii, 6. [52] Galat. i, 6-8. [53] Matth. v, 18. [54] Damasc. De hæres.

Digitized by Google

Δὸς οὖν αὐτὸς, εἴπερ ἔχεις, ἐκ θείων φωνῶν, ὅτι οὐχ αἵρεσις· καὶ μή μοι πλῆθος ἐποίησης, μηδὲ τοὺς νυκτερινοὺς θεοσεβεῖς αὔχει, γνωστικούς τε οὓς λέγεις καὶ ἰδιώτας καὶ φίλους. Εἰ γὰρ θεοσεβεῖς, ποῦ ἡ παῤῥησία; Καὶ εἰ γνωστικοὶ (καὶ οὐχ ὅτι οὐκ εἰσὶ λέγω· ὁμολογῶ γὰρ πολλοὺς καὶ ὑπὲρ ἐμὲ τὸν ἰδιώτην· ἀλλ' εἴπερ ἔθουσιν ἀληθειαν), δείξωσι γνωστικῶς ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας, καὶ μὴν καὶ ἐκ παραδειγμάτων, ἐξ ἁρμοζόντων δὲ, ἀλλὰ μὴ ἐξ ἀσυμβάτων, καὶ ὑπεναντίων τῇ ἀληθείᾳ καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς καὶ Πατρικοῖς κανόσι. Καὶ εἰ φίλοι κατὰ Θεὸν, πῶς τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἑτεροδόξων κοινωνοῦντες; Οὐ γὰρ φίλοι οἱ τοιοῦτοι ἀληθινοὶ καὶ πιστοί. Πρόσεχε οὖν, ἀδελφὲ, τί ὁ θεῖος Βασίλειος λέγει πρὸς τοὺς ἐν πλήθει κρίνοντας τὴν ἀλήθειαν.

A Doce vero tu, si potes, ex divinis Litteris hæresim non esse : et ne mihi multitudinem objicias, nec nocturnos Dei cultores jactes, doctosque quos ais, et amicos. Nam si Deum colunt, ubi loquendi libertas? Et, si docti, neque ego inficior tales esse : multos enim confiteor me imperito doctiores : sed si veritatem tenent, scienter ostendant ex ipsa veritate, atque adeo ab exemplis, aptis dico, sed non ex alienis, contrariisque veritati, et apostolicis paternisque canonibus. Et, si amici secundum Deum, quomodo hæreticorum communioni participant? Neque enim sunt tales amici veri et fideles. Attende itaque, frater, quid divinus Basilius (24) dicat in eos qui veritatem metiuntur ex multitudine.

Ὁ μὴ τολμῶν, φησὶ, δοῦναι λόγον τῆς προκειμένης ζητήσεως. μηδὲ εὐπορῶν ἀποδείξεως, καὶ διὰ τοῦτο καταφεύγων εἰς πλῆθος, ὁμολογεῖ τὴν ἧτταν, ὡς οὐδὲν ἔχων παῤῥησίας ἐφόδιον. *Καὶ μεθ' ἕτερα·* Δειξάτω μοι κάλλος ἀληθείας κἂν εἷς, καὶ σύντομος εὐθὺς ἡ πειθώ. Πλῆθος δὲ χωρὶς ἀποδείξεως αὐθεντοῦν, φοβῆσαι μὲν ἱκανὸν, πεῖσαι δὲ οὐδαμοῦ. Ἢ πόσαι μυριάδες πείσουσί με τὴν ἡμέραν νύκτα νομίσαι, ἢ τὸ χαλκοῦν νόμισμα χρυσοῦν εἰδέναι, καὶ οὕτω δέχεσθαι, ἢ προσίεσθαι δηλητήριον πρόδηλον ἀντὶ καταλλήλου τροφῆς; Εἶτα γηΐνων μὲν ἕνεκα πραγμάτων οὐκ αἰδεσθησόμεθα πλῆθος ψευδομένων· οὐρανίων δὲ χάριν δογμάτων νεύμασιν ἀναποδείκτοις ἀκολουθήσω· τῶν πάλαι καὶ πρόπαλαι μετὰ πολλῆς συμφωνίας, καὶ τῆς τῶν ἁγίων Γραφῶν μαρτυρίας, παραδοθέντων ἀναχωρήσας; Οὐκ ἠκούσαμεν τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Πολλοὶ κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί;* Καὶ πάλιν· *Στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν;* Τίς οὖν τῶν εὖ φρονούντων οὐκ εὔχεται τῶν ὀλίγων εἶναι τῶν διὰ τῆς στενῆς εἰσιόντων εἰς σωτηρίαν, ἢ τῶν πολλῶν τῶν διὰ τῆς πλατείας εἰς ἀπώλειαν ὠθουμένων; Τίς δ' οὐκ ἂν ἐπεθύμησεν, εἰ κατὰ τὸν καιρὸν ἔτυχεν ἂν τῆς ἀθλήσεως τοῦ μακαρίου Στεφάνου, τῆς ἐκείνου μερίδος γενέσθαι τοῦ μόνου τοῖς λίθοις βαλλομένου, τοῦ πᾶσιν εἰς γέλωτα προκειμένου, ἢ τῶν πολλῶν τῶν οἰομένων τὸ ἀξιόπιστον ἔχειν ἐκ τῆς κακῆς αὐθεντίας; Εἷς εὐδοκιμῶν εἰς τὸ Θεῖον προτιμότερος ὑπὲρ μυριάδας αὐθαδείᾳ σεμνυνομένας. Ὡς καὶ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης εὑρίσκομεν, ἐν ᾗ χιλιάδες ἔπιπτον τοῦ λαοῦ θεηλάτῳ πληγῇ· *Μόνος δὲ Φινεὲς ἔστη, καὶ ἐξιλάσατο· καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις.* Εἰ δὲ εἶπεν ἐκεῖνος· Πῶς τολμήσω πρὸς τὰ συμφώνως ὑπὸ τοσούτων γινόμενα; πῶς ἐναντίως ὑπόθωμαι ψῆφον τῶν οὕτως κρινάντων ζῇν; οὔτ' ἂν αὐτὸς ἐφίστευσεν, οὔτ' ἂν τὸ κακὸν ἔστησεν, οὔτ' ἂν οἱ λοιποὶ διεσώθησαν, οὔτ' ἂν Θεὸς τὴν εὐμένειαν ἐχαρίσατο. Καλὸν οὖν, καλὸν, καὶ τὸ ἕνα δικαίως παῤῥησιάζεσθαι, καὶ τὴν τῶν πολλῶν συμ-

B Qui de posita quæstione, ait, rationem reddere non audet, et cui non suppetit demonstratio, ideoque perfugium habet in multitudine ; is se victum fatetur, ut qui nullum habeat fiduciæ adjumentum. *Et post alia :* Ostendat mihi vel unus pulchritudinem veritatis, et prompta mox erit persuasio. Multitudo autem sine demonstratione auctoritatem sibi vindicans, terrere quidem potest, persuadere non potest. Aut quot hominum myriades mihi persuadeant, ut diem noctem putem, vel ut æreum nummum pro aureo habeam et accipiam, vel certum venenum hauriam pro cibo congruenti? Ergo terrenarum quidem rerum causa multitudinem nihil verebor si mentiatur ; in cœlestibus autem decretis simplicem absque demonstratione nutum sequar ; ab iis recedens quæ jam olim magno consensu ex divinorum scriptorum testimonio tradita fuerunt? Non audivimus Dominum dicentem : *Multi vocati, pauci vero electi* [55]. Et iterum : *Angusta et arcta est via quæ ducit ad vitam : et pauci sunt qui inveniunt eam* [56]? Quis ergo sanæ mentis non mavult ex paucis esse, qui per angustam introeant in salutem, quam ex multis qui per latam ferantur ad perditionem? Aut quis non magis optasset, si tempore illo vixisset quo beatus Stephanus certamen obiit, in illius parte censeri qui solus lapidibus petebatur, qui omnium ludibrio expositus erat, quam inter multos illos qui propter injustam auctoritatem, verisimilem causam obtinere videbantur? Pluris est unus Deo placens, quam myriades sese arroganter jactantium. Quemadmodum et ex Veteri Testamento discimus, cum millia multa e populo plaga cœlesti caderent, *Et Phinees solus stetit, Deumque placavit, et cessavit quassatio* [57]. Quod si dixisset ille : Qui ausim ego adversus ea quæ tam multi uno consensu faciunt? qui refrager iis qui sic vivere decreverunt? nec egregium facinus edidisset ipse, nec inhibuisset malum, neque servati cæteri fuissent, neque Deus benevolentiam suam impertivisset. Optimum ergo, optimum, vel unum hominem

[55] Matth. xx, 16. [56] Matth. vii, 14. [57] Num. xxv, 7 ; Psal. cv, 30.

NOTÆ.

(24) Alii Theodoreto tribuunt, alii Eutherio Tyanorum episcopo. Videsis Garnerium in *Auctario Theodoreti*, pag. 698.

Digitized by Google

jure audere, et injustam multorum concordiam dissolvere. Tu vero, si videtur, servato Noe submersam multitudinem antepone : mihi autem permitte ut cum paucis ad arcam convolem. Et rursum, si placet, adjunge te multitudini Sodomorum : ego vero cum Lot abibo, quamvis solus turbæ utiliter se subducat. Enimvero mihi etiam reverenda multitudo, non inquisitionem fugiens, sed demonstrationem præbens : non amare ulciscens, sed paterne castigans : non novitate gaudens, sed paternam retinens hæreditatem. Quamnam vero multitudinem mihi prædicas ? blanditiis et muneribus conductam ? imperitia et ignorantia captam ? metu et terrore prostratam ? quæ brevem peccati usuram æternæ vitæ prætulit ? quod multi aperte confessi sunt. Multitudine mendacium defendis ? hinc mali vim declarasti ; quo enim ad plures malum pertingit, tanto major est calamitas.

De his ergo in hunc modum. Cæteras autem tuas propositiones persequi supervacaneum foret, dilecte, tum quia modum epistolæ excedunt, tum quia recto sensu dicta accipientibus obvia erunt quæ dicuntur.

φωνίαν ἄδικον λύεσθαι. Ἀλλὰ σὺ μὲν προτίμησον, εἰ δοκεῖ, τοῦ σωζομένου Νῶε τὸ ὑποβρύχιον πλῆθος· ἐμοὶ δὲ συγχώρησον τοῖς ὀλίγοις τῇ κιβωτῷ προσδραμεῖν. Καὶ πάλιν, εἰ βούλει, τάξον σαυτὸν μετὰ τῶν πολλῶν ἐν Σοδόμοις· ἐγὼ δὲ συνοδεύσω τῷ Λὼτ, κἂν μόνος τῶν ὄχλων συμφερόντως χωρίζηται. Πλὴν ἐμοὶ καὶ πλῆθος αἰδέσιμον, οὐ τὸ φεῦγον ἐξέτασιν, ἀλλὰ τὸ παρέχον ἀπόδειξιν· οὐ τὸ πικρῶς ἀμυνόμενον, ἀλλὰ τὸ πατρικῶς διορθούμενον· οὐ τὸ χαῖρον καινοτομίᾳ, ἀλλὰ τὸ φυλάσσον πατρῴαν κληρονομίαν. Ποῖον δέ μοι καὶ πλῆθος λέγεις ; τὸ μισθωθὲν κολακείᾳ καὶ δώροις ; τὸ κλαπὲν ἀμαθίᾳ τε καὶ ἀγνοίᾳ ; τὸ πεπτωκὸς δειλίᾳ καὶ φόβῳ ; τὸ προτιμῆσαν πρόσκαιρον ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν τῆς αἰωνίου ζωῆς ; ἃ πολλοὶ φανερῶς ὡμολόγησαν. Πλήθει τὸ ψεῦδος κρατύνεις ; ἔδειξας τοῦ δεινοῦ τὴν ἐπίτασιν. Ὅσῳ γὰρ πλείους ἐν τῷ κακῷ, τοσούτῳ μείζων ἡ συμφορά.

Οὕτω μὲν δὴ ταῦτα. Ἰέναι δὲ ἐπὶ τὰς ἑτέρας σου προτάσεις, παρέλκον ἂν εἴη, ἀγαπητὲ, διὰ τὸ ἐκβαίνειν τοῦ μέτρου τῆς ἐπιστολῆς, καὶ ἅλλως ὅτι τοῖς εὐαισθήτως δεχομένοις τοὺς λόγους εὐαπάντητα εἶεν τὰ λεγόμενα.

XLIX. — *Naucratio filio.*

ΜΘ'. — *Ναυκρατίῳ τέκνῳ.* [σκε'.]

Ad eloquentiæ studium hortatur. Tum aliquot Studitarum virtutem commendat. Demum respondet quibusdam inter rogatis de communione cum hæreticis. (Baron. an. 809, n. 44.)

Dicis nunc mihi et identidem alias exposuisti, fili mi desideratissime, non quiddam superfluum et inane dictu, sed opportunum et conveniens, et quod ad utilitatem animi conferat, sicut et nunc facis. Ego vero gravitatem tuam laudans, amplector etiam meliorem stylum tuum : quem plurimum ornabis, si grammaticæ scholia legere potueris. Oportet enim ut dicendi facultatem usumque obtineat qui rectam doctrinam defendit, et certare vult cum prave sentientibus. Nam cum magnum quid ex hac notitia se assecutos rati glorientur, dum oblectant eos quibus pruriunt aures : consentaneum est eos qui recta sentiunt, nec sermonis viribus destitutos esse, ut minantes ipsorum arietes dejiciant. Ita mihi placet ea in re confirmari te, fili. Prorsus autem quod in te cupio, non pariter in quolibet : propterea quod alius aliter se habet, idque expedit. Dormiisse porro dicis fratres Philippum et Philonem. Et bene, quod uterque bono fine. Non quod ea quæ ante finem, vituperanda. Quomodo enim, cum renuntiassent mundo, et carni, et sanguini ; et suave sibi obedientiæ jugum imposuissent ? sed quia postremam beatitudinem adepti sunt propter Dominum persecutionem passi, afflicti, et in angustias redacti. Atque his nullus est qui contradicat, præter eos qui Evangelium contempserunt infames Mœchiani. Et quod ad Philonem quidem attinet, huc usque laudem ejus prosequi placuit. Egregii vero Philippi multa sunt præclara facinora, quæ tu ipse percensuisti. Ego vero, præter illa quæ dicta sunt, simplicitatem ejus et innocentiam demiror, quod iræ nescius, quod non memor injuriarum, compatiens et amans fratrum, obtemperans, et ne-

Φθέγγῃ καὶ διήγησαί μοι ἑκάστοτε, τέκνον μου περιπόθητον, οὐδέν τι περιττὸν καὶ εἰκαιομυθές· ἀλλ' εὔκαιρον καὶ πρεπῶδες, καὶ φέρον εἰς ὄνησιν ψυχῆς, ὥσπερ καὶ τὰ νῦν. Ἐγὼ δέ σου τὸ εὔτονον ἐπαινῶν, ἀποδέχομαι καὶ τὴν προκόπτουσαν διάλεξιν· ἣν ὅτι μάλιστα καλυνεῖς, ἐὰν τὰ τῆς γραμματικῆς σχόλια δυνηθῇς ἐπιέναι. Δεῖ γὰρ καὶ τῆς ἐνλόγῳ δυνάμεως καὶ πείρας μετέχειν τὸν ὀρθοδοξίας ἀντεχόμενον, καὶ ἀντιφέρεσθαι τοῖς κακοδόξοις βουλόμενον. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι τῇ ἐντεῦθεν εἰδήσει δοκοῦντές τι μέγα ἔχειν, κατακομπάζουσι τοὺς κνηθομένους τὰς ἀκοὰς γαργαλίζοντες· κάλλιστον τοῖς ὀρθόφροσι, μηδὲ τῇ τοῦ λόγου ἰσχύϊ ἐλλιπῶς ἔχειν, καὶ καταβάλλειν αὐτῶν τὰς εὐθυβόλους ἐλεπόλεις. Οὕτω μοι φίλον δυναμοῦσθαί σε, τέκνον. Οὐ πάντως δὲ ὃ ἐπὶ σοὶ βούλομαι, καὶ ἐπὶ παντός· διὰ τὸ ἄλλον ἄλλως ἔχειν κατὰ ξύν· καὶ συμφέρειν. Κεκοίμηται δὲ, ἔφης, ὁ ἀδελφὸς Φίλιππος, καὶ Φίλων. Καὶ εὖγε, εὖγε· ὅτι ἀμφότεροι τέλει ἀγαθῷ. Οὐχ ὅτι τὰ προτέλεια ψεκτὰ (πῶς γὰρ οἱ ἀπειπάμενοι κόσμῳ [f. κόσμον] σάρκα καὶ αἷμα, καὶ εὐαφῆ τὴν τῆς ὑποταγῆς ζεύγλην ἑαυτοῖς ὑποθέμενοι ;), ἀλλ' ὅτι τοῦ ἀκροτάτου μακαρισμοῦ τετυχήκασι διὰ Κύριον δεδιωγμένοι, θλιβόμενοι, καὶ στενοχωρούμενοι. Καὶ πρὸς ταῦτα οὐδεὶς ὁ ἀντιλέγων, ἢ οἱ τὸ Εὐαγγέλιον ἠθετηκότες δυσώνυμοι Μοιχειανοί. Καὶ τῷ μὲν Φίλωνι φίλον μέχρι τοῦδε στῆσαι τὸν ἔπαινον· τὰ δὲ τοῦ καλοῦ Φιλίππου, πολλὰ κατορθώματα, ἃ αὐτὸς προκατέλεξας. Ἐγὼ δὲ, πρὸς τοῖς εἰρημένοις, καὶ τὸ ἄπλαστον αὐτοῦ καὶ ἀκέραιον θαυμάζω, τό τε ἀόργητον, καὶ ἀμνησίκακον, φιλοσύμπαθές τε καὶ φιλάδελφον, εὐήκοόν τε καὶ ἀνολίγωρον, καὶ συντόμως εἰπεῖν, ἀπαθὲς, ἐξ οὗ καὶ τὸ εὐκατάνυκτον,

Digitized by Google

μισόκοσμόν τε καὶ φιλόθεον, καὶ ἀπαρρησίαστον. Λέγε σὺ, ὡς καὶ προῤῥηνας, τὸ πολύδακρυ τοῦ ἀνδρὸς, τὸ φιλοπάτριον καὶ φιλακόλουθον, καὶ τοῖς κινδύνοις τὸ ἀγωνιστικὸν, καὶ σπουδαῖον, καὶ ἀγόγγυστον καθόλου, καὶ τὸ οἱονεὶ ἀειθαλὲς τῆς τολυανθοῦς; αὐτοῦ ψυχῆς τῶν ἀρετῶν. Καλῶς ἔχει καὶ τὰ τοῦ στερρροῦ Γαϊανοῦ διελθόντος ἐν παντὶ τόπῳ σχεδὸν, ἔνθα ἡ διασπορὰ τῶν ἀδελφῶν. Καὶ ὅτι ὑγιαίνουσι, χάρις τῷ Δεσπότῃ Θεῷ· ὅτι οὐ καταπίπτουσιν ἐν ταῖς θλίψεσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀνδρειοῦνται, δόξα τῷ ἐνδυναμοῦντι αὐτοὺς Χριστῷ. Ὅτι ἀπελαύνονται, μηδὲ σκέπης ἀξιούμενοι παρά τινων μοναστῶν, μάλιστα πανδημίων συμπεφωνηκότων ὁμοῦ ἐν τούτῳ· μὴ θαυμάσῃς. Γέγραπται· *Καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου, οἱ οἰκειακοὶ αὐτοῦ.* Μὴ γὰρ τὸν ταῦτα φήσαντα Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν οὐκ ἀπώσαντο οἱ τάλανες; Καὶ γοῦν φησὶν ὁ τῆς βροντῆς υἱός· *Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον.*

Τί οὖν ἐστι τὸ διάφορον, εἰ οἱ μὲν Χριστὸν οὐχ ὑπεδέξαντο τὸν Λυτρωτὴν τοῦ κόσμου· οἱ δὲ τοὺς ἕνεκεν ἐκείνου καὶ τοῦ αὐτοῦ Εὐαγγελίου, διωγμοὺς καὶ φυλακὰς ὑπομείναντας; Οὐδὲν, ἢ τὸ σταυρῶσαι καὶ θανατῶσαι. Μὴ αὐτοῖς λογισθῇ ὁ σύνδεσμος τῆς ἀνομίας. Ἀλλ', ὡς εἴρηκας, μὴ φέροντες τὰς τῶν ὑποτασσομένων αὐτοῖς προσκρούσεις, καὶ ὡς ἂν μὴ ἀνάψῃ αὐτοῖς φῶς ἀληθείας, ἀλλ' ἐν σκότει ἀγνοίας διαπορεύωνται, ἀποπέμπονται τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν· μήπως λόγος ὅσιος ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης ἀκουστὸς αὐτοῖς, ἤγουν ὑπομνηστικὸς γένηται. Οὐκ ἔσται· οὐδὲ μὴ μείνῃ ἡ βουλὴ αὐτῶν αὕτη· ἀλλ' ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ὃν πεπατήκασι, λαληθήσεται καὶ στερεωθήσεται εἰς αἰῶνα. *Ὁ οὐρανὸς γὰρ, φησὶ, καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.* Καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανὸς ἀντιφέρεσθαι; εἰ μὴ ὁ τύραννος Σατανᾶς, καὶ οἱ τούτου ὑποφῆται, τὴν μοιχείαν οἰκονομίαν σωτήριον τῇ Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ κεκυρωκότες, οἱ ματαιόφρονες ὄντως καὶ ἐχθίστατοι. Ἐπὶ τὰς ἐρωτήσεις σου τρεπτέον τὸν λόγον. Ἔφης ἀνθ' ὅτου ὁ θεῖος Κύριλλος ᾠκονόμει μὴ ἀποσχίζεσθαι τῶν τῆς Ἐφὰς ἐν διπτύχοις ἀναφερόντων τὸν Θεόδωρον τὸν Μοψουεστίας αἱρετικὸν ὄντα. Ἐπ' ἂν ὀρθότατα καὶ καιριώτατα τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα παρ' αὐτοῖς ἐσέσωστο. Οὕτω γὰρ γέγραπται, καὶ ὁ ὑπομνηματίζων ταῦτα, ὁ ἐν ἁγίοις Εὐλόγιος ἀρχιεπίσκοπος Ἀλεξανδρείας ἐν τῷ *Περὶ οἰκονομίας* αὐτοῦ λόγῳ· οὗ καὶ χρῆσιν ἐνεθέμεθα ἐν τῇ ὑφ' ἡμῶν πονηθείσῃ ἰδίᾳ *Περὶ τῆς καθόλου οἰκονομίας* πραγματείᾳ. Τὴν λύσιν οὖν αὐτὸς δέδωκεν ὁ καὶ ἱστορήσας. Οὐ γάρ πω ἀλλαχόσε λέλεκται, καὶ ἱκανὸν μὴ ἐπιζητεῖν ἄλλο. Σαφηνείας δὲ ἕνεκεν ἔστω τὰ παρ' ἡμῶν ἐκόμενα τῆς αὐτῆς ἐννοίας· ὅτι τῶν οἰκονομιῶν αἱ μὲν πρὸς καιρὸν γεγόνασι παρὰ τῶν Πατέρων, αἱ δὲ τὸ διηνεκὲς ἔχουσιν. Οἷον διηνεκὲς μὲν, ὡς ἀντὶ τῶν ὑποστάσεων παραχωρεῖσθαι τὰ πρόσωπα πρὸς τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου τοῖς Ἰταλοῖς. Πρὸς καιρὸν δέ· οἷον τοῦ Ἀποστόλου ἐπὶ τῆς περιτομῆς·

minem contemnens, et ut compendio dicam, omni perturbatione vacuus: ex quo et illa facilis compunctio, mundi odium, et amor Dei, et in loquendo parcimonia et verecundia. Dic tu, sicut etiam ante dixisti, lacrymas frequentes viri, et amorem Patris, et sequendi ardorem, et in periculis fortitudinem, et recti studium; quodque nullatenus querulus esset, et quod florentis animæ ipsius virtutes quasi virerent perpetuo. Recte se habet et constans Gaianus, qui omnia pene loca percurrit, ubi dispersi sunt fratres. Et quod valent, gratia Domino Deo: quod in tribulationibus non cadunt, sed potius corroborantur; gloria ei, qui eos confortat, Christo. Quod expelluntur, ita ut tecto non excipiantur a quibusdam monachis, maxime ab iis, qui in hoc omnes una conspirarunt; ne mireris. Scriptum est: *Et inimici hominis domestici ejus*[48]. Nonne ipsum qui hoc dixit, Christum Deum nostrum expulerunt homines miseri? Itaque tonitrui filius ait: *In propria venit, et sui eum non receperunt*[49].

Quodnam igitur discrimen est, si ipsi quidem Christum non susceperunt Redemptorem mundi; illi vero eos qui propter Christum et ipsius Evangelium persecutiones et vincula sustinuerunt? Nullum, nisi crucifixisse et occidisse. Ne illis imputetur colligatio iniquitatis. Sed, sicut dixisti, non ferentes subditorum suorum offensiones, et ut ipsis lumen veritatis non accendatur, sed in tenebris ignorantiæ ambulent, repellunt fratres nostros: ne forte sanctum veritatis et justitiæ verbum audiant, atque commoneantur. Non sic erit: nequaquam stabit hoc consilium eorum: sed verbum Dei quod proculcarunt, prædicabitur et confirmabitur in sæcula: *Cœlum enim*, ait, *et terra transibunt: verba autem mea non transibunt*[50]. Et quis potest his contradicere? præter tyrannum Satanam, ejus discipulos, qui mœchiam dispensationem salutarem Christi Ecclesiæ prædicant, vanæ revera mentis homines et odiosissimi. Nunc ad interrogationes tuas convertenda est oratio. Quæris cur dispensarit divinus Cyrillus, ut necesse non esset ab iis separari, qui in Oriente Theodorum Mopsuestiæ, cum hæreticus esset, in diptychis commemorabant. Quia rectissima et aptissima pietatis dogmata apud ipsos servata fuere. Sic enim ab eo scriptum est, qui hæc memoriæ prodidit, sancto Eulogio Alexandriæ archiepiscopo in ejus *De dispensatione* libro: cujus sententiæ usum nos quoque explicuimus in eo opere, quod peculiariter *De dispensatione* in universum conscripsimus. Solutionem itaque is ipse dedit, qui narravit. Non enim aliorsum dictum est, nec aliud quæri necesse est. Quæ autem a nobis in eamdem sententiam dicta sunt, declarationis causa dicta sint: Dispensationes a Patribus alias ad tempus factas esse, alias perpetuam vim obtinere. Videlicet perpetua quidem fuit, cum sanctus Athanasius Italis concessit, ut personas usurparent pro hypostasibus. Ad tempus autem, velut quod Apostolus

[48] Mich. VII, 6; Matth. X, 36. [49] Joan. I, 11. [50] Luc. XXI, 33.

Digitized by Google

fecit in circumcisione ; quod magnus Basilius in Spiritu sancto : velut etiam quod nunc divinus Cyrillus. Quæ ad tempus aliquod facta, nihil habent reprehensione dignum, nec absurdum ulla ex parte, aut illicitum : remissum tamen quiddam et non penitus accuratum. Id enimvero dicitur dispensatio ad tempus. Neque enim fieri potest, ut medicus e vestigio morbum ab ægro depellat, neque ut indomitum equum, aut siccum ramum, illum freno obsequentem, hunc rectum statim reddat qui in istis rebus versatus est : nisi paulatim blanditias et assentationes, et molles item attrectationes et inflexiones adhibeat.

A τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐπὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οἵῳ καὶ τὸ νῦν τοῦ θείου Κυρίλλου. Ἃ μέχρι τινὸς καιροῦ γινόμενα, οὐδὲν ἔχει τὸ μεμπτὸν, οὐδὲ τὸ κατά τι ἀπηχὲς καὶ ἔκνομον· ὑφειμένον δ' οὖν ὅμως καὶ οὐκ ἄγαν ἀκριβές. Τοῦτο γὰρ ἡ οἰκονομία ἡ πρὸς καιρόν. Μηδὲ γὰρ δυνατὸν ἰατρὸν τὸν ἠρῳωστηκότα θᾶττον ἀπαλλάξαι τῆς νόσου, μήτ' αὖ ἵππον ἀκρατῆ, ἢ ξηρὸν πτόρθον, τὸν μὲν εὐχάλινον, τὸν δὲ εὐθύτομον ἑξαυτῆς καταστήσασθαι, εἰ μὴ τοῖς κατὰ μικρὸν ποππυσμοῖς τε καὶ κολακεύμασι, μαλακαῖς τε καὶ ἐπικλήσεσι χρώμενον, τὸν τῶν τοιούτων ἐμπειρότατον.

Eodem modo sancti in dispensationibus : ut et in hac ipsa magnus Cyrillus. Aliquantisper enim sustinuit Orientalium tarditatem, seu vitium animi, B ut hæreticum non existimarent eum, qui hæreticus reipsa erat. Quid enim potius ageret, cum orthodoxam illi fidem profiterentur, in hoc etiam ipso eum quem commemorabant, anathematizantes ? Omnis siquidem qui orthodoxus est in omnibus, omnem hæreticum, si minus verbo, at virtute anathematizat. Postea vero cum perfecta ipsis mens affulsit, tunc cum illis ex æquo in omnibus sanctus coaluit. Annon et nos idem facere videmur ? qui interdum nonnullis eorum qui nobiscum sentiunt, in re aliqua discrepantibus, in qua non magna sit molestia, parumque a summo jure discedatur ; ipsorum nihilominus communionem admittimus, ne propter exiguum quidpiam, quod paulo post corrigi queat, totum C amittamus : quod quidem imperitorum esset, non autem eorum qui dispensatores sunt mysteriorum Dei. Hoc igitur est ad tempus sermones moresque dispensare in judicio, et veritate, ac lege : non autem in iniquitate ac mendacio in universum. Ne linguas exerant hoc loco Mœchiani ; neque viæ ducem putent eum qui præcipitet ; nec gubernatorem, qui demergat ; nec denique medicum, qui morbos inducat ; quales ipsi fuisse videntur, qui cum mœcho mœchati sunt, cum adulterorum copulatore adulteros copulaverunt, cum Dei accusatore Deum accusaverunt, cum Evangelii destructore Evangelium condestruxerunt more canino : sic enim aptius loqui liceat. Dioscorum autem Alexandrinum hæreticum ubinam, aut quomodo divinus Cyrillus suscepit, D ut Mœchiani dicunt, in media luce cæci, sanctorum criminatores ? nec auditum id unquam, nec speciem ullam habet istorum mendacium ; cum posterior ille divino Cyrillo fuerit. Quonam igitur modo eum qui post sancti obitum hæreticus innotuit tempore latrocinalis Ephesinæ synodi, post tertiam sanctam ; ille sanctus, jam cœli sedes adeptus, suscepit ? Sic nempe mentiuntur, fabulas texentes, ut simplicium animas aucupentur.

Οὕτω κἀν τοῖς ἁγίοις ἐν ταῖς οἰκονομίαις· ὡς καὶ Κυρίλλῳ τῷ μεγάλῳ ἐν τῷδε. Μικρὸν γὰρ πάντως ἀνέμενε τῶν Ἀνατολικῶν τὸ βραδύνουν, ἢ προσπαθὲς, πρὸς τὸ αἱρετικὸν μὴ ὑπολαμβάνειν τὸν ὄντως αἱρετικόν. Τί γὰρ ἦν ἄλλο τὸ μεσολαβοῦν, ἐπ' ἂν ὀρθοδόξως ἐκήρυττον τὴν πίστιν, κἀν τούτῳ αὐτὸν τ'ν μνημονευόμενον αὐτοῖς ἀναθεματίζοντες ; Ἐπειδὴ πᾶς ὀρθοδοξῶν κατὰ πάντα, πάντα αἱρετικὸν δυνάμει, κἂν οὐ ῥήματι, ἀναθεματίζει. Ἔπειτα ὅτε αὐτοῖς ἀνῆψεν ὁ τέλειος νοῦς, τότε αὐτοῖς συναφθέντος κατὰ πάντα τοῦ ἁγίου ἴσως. Ἢ οὐχὶ καὶ ἡμεῖς τὸ αὐτὸ ποιοῦντες φαινόμεθα ; Ἔσθ' ὅτε τινῶν ὁμογνωμόνων ἡμῖν κατά τι διαφερομένων· ἔνθα οὐ πολὺ τὸ λυποῦν, ἢ ἐξιστῶν τῆς ἀκριβείας· καὶ ὅμως καταδεχόμεθα τὴν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν· ἵνα μὴ δι' μικρόν τι μικρὸν ὕστερον δυνάμενον κατορθωθῆναι, ἀπολέσωμεν τὸ πᾶν· τοῦτο δὲ ἀτέχνων, καὶ οὐ μυστηρίων Θεοῦ οἰκονόμων. Τοιοῦτον μὲν τὸ πρὸς καιρὸν οἰκονομεῖν τοὺς λόγους καὶ τοὺς τρόπους ἐν κρίσει καὶ ἀληθείᾳ καὶ νόμῳ· ἀλλ' οὐκ ἐν παρανομίᾳ καὶ ψεύδει τὸ καθόλου. Μὴ προβαλλέσθωσαν τὰς γλώσσας οἱ Μοιχειανοὶ ἐνταῦθα· μηδὲ τὸν χειραγωγὸν, κρημνιστὴν οἰέσθωσαν· μηδὲ τὸν κυβερνήτην, καταποντιστήν. Μηδ' ἂν τὸν ἰατρὸν, νοσοποιόν· ὥπερ αὐτοὶ ὡμοιώθησαν, τῷ μοιχῷ συμμοιχεύσαντες, τῷ μοιχοζεύκτῃ συζεύξαντες, τῷ θεοκατηγόρῳ συνθεοκατηγορήσαντες, τῷ εὐαγγελιολύτῃ συνευαγγελιολυτήσαντες κυνικῶς· οὕτω γὰρ φράσαι οἰκειότερον. Διόσκορον δὲ ποῦ, ἢ πῶς, τὸν Ἀλεξανδρείας αἱρετικὸν Κύριλλος ὁ θεῖος ἐδέξατο, ὥς φασιν οἱ Μοιχειανοὶ, οἱ περὶ τὸ φῶς σκοτεινοὶ, οἱ κατήγοροι τῶν ἁγίων ; Οὔτε ἠκούσθη, οὔτε φύσιν ἔχει τὸ ψεῦδος αὐτῶν· διότι μεταγενέστερός ἐστι τοῦ θείου Κυρίλλου. Πῶς οὖν τὸν μετὰ κοίμησιν τοῦ ἁγίου γνωρισθέντα αἱρετικὸν ἐν καιρῷ τῆς λῃστρικῆς συνόδου ἐν Ἐφέσῳ, μετὰ τὴν τρίτην καὶ ἁγίαν, αὐτὸς ὁ ἅγιος ἐδέξατο τὸ ὑπερκόσμια λαχών ; Οὕτω ψευδοπεποῦσι μυθαρευόμενοι, ὅπως θηρεύσωσι ψυχὰς ἀφελότητι πορευομένας.

Quocirca omni arte ac scientia satagite, ut serpentem et voce serpentina loquentes declinetis, per quos perierunt quam plurimi a generatione in generationem. De aliis vero interrogationibus tuis : Si episcopus Mœchosynodo non interfuerit, vocet-

Διὰ τοῦτο τεχνοῦσθε καὶ γνωρίζεσθε κατὰ πάντα· ἵνα τὸν ὄφιν καὶ τοὺς ὀφιοφώνους φεύγοιτε, ἐφ' οἷς ὠλέκοντο, ὅτι μάλιστα πλεῖστοι ἀπὸ γενεῶν εἰς γενεάς. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων πεύσεων· Εἰ ὁ ἐπίσκοπος οὐκ εὑρηται εἰς τὴν μοιχοσύνοδον, καλοίη δὲ αὐτὴν

Digitized by Google

ψευδοσύλλογον· μνημονεύει δὲ τὸν ἐν αὐτῇ εὑρεθέντα μητροπολίτην αὐτοῦ· ἐκ τοῦ πρεσβυτέρου τοῦ ἐπισκόπου ὀρθοδοξοῦντος εἰ χρὴ κοινωνεῖν· ἀπεκρίθην καὶ δι' ἑτέρων τῶν πρὸς Εὐόδιον γραμμάτων, ὅτι Ναὶ, οἰκονομίας χάριν· μόνον μὴ συλλειτουργοῦντος αὐτοῦ αἱρετικοῖς. Εἰς οὐδὲν γάρ ἐστι, μνημονευομένου τοῦ ἐπισκόπου ὀρθοδόξου ὄντος, κἂν ἐκείνου φόβῳ αἱρετικὸν ἀναφέροντος τὸν οἰκεῖον μητροπολίτην. Τοῦ τοιούτου πρεσβυτέρου καὶ εἰς παννυχίδα προσκαλουμένου, ἰτέον· καὶ Ἐκκλησίαν παρ' αὐτοῦ δεδομένην ληπτέον· καὶ εἰς αὐτὴν ἐρχομένου αὐτοῦ λειτουργῆσαι, παραχωρητέον· ἢ καὶ μνημονεῦσαι νεκρὸν, ὀρθόδοξον μέντοι, συγχωρητέον· καὶ ἐν αὐτῇ λειτουργεῖν τὸν λαβόντα, οὐδὲν κωλυτέον. Εἰ δὲ αἱρετικὸν ἀναφέρει ὄντα ἐπίσκοπον, κἂν μακαρίζῃ, κἂν ὀρθοδοξῇ, τῆς μὲν θείας κοινωνίας ἀφεκτέον, τῆς δὲ κοινῆς τραπέζης, ἐπ' ἂν ἐκεῖ δέοι μνημονεύειν. Ὧδε δεκτέον τάχα καὶ εὐλογοῦντα αὐτὸν καὶ συμψάλλοντα· ἑάνπερ μήτε αἱρετικῷ, ἢ τῷ οἰκείῳ ἐπισκόπῳ, εἴτε τινὶ ἄλλῳ, συνιερουργῇ· ἢ ἐν γνώσει μεταδίδοι. Εἰ ἐσθίει τις μετὰ τοῦ μοιχοζεύκτου, ἢ μεθ' ἑτέρου αἱρετικοῦ ἀδιαφόρως; φυλακτέον μὴ συνεστιᾶσθαι τοῖς τοιούτοις, κἂν ὑποκρίνωνται ὀρθοδοξεῖν. Οὐ γὰρ φυλάσσουσι τὸ πρόσταγμα τοῦ Ἀποστόλου, *Τοῖς τοιούτοις*, λέγοντος, *μηδὲ συνεσθίειν*. Ἰλέον, οὐκ ἐξερευνητέον ἢ μετὰ τοῦ συνεστιαθέντος τῷ αἱρετικῷ· ὅσδε συνεστιάθη ζητεῖν, καὶ μετὰ τοῦδε ἕτερος· κἀντεῦθεν ἀνασειράζειν τὸν λόγον, καὶ ἀφίστασθαι πάντων. Ἐθελόγνωμον τὸ χρῆμα, καὶ οὐ τῶν ἁγίων. *Μέχρι γὰρ τούτου*, φησὶ, *στῆθι, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ*. Μὴ γὰρ οὐκ ᾔδεισαν ταῦτα ἐξερευνᾶν καὶ διαγγέλλεσθαι ἡμῖν; ἀλλ' οὐδαμῶς. Διὸ οὐκ ἐσθλὸν μεταβαίνειν ὅρια ἃ ἔθεντο οἱ Πατέρες ἡμῶν. Μεθ' οὗ δὲ οὐκ ἐσθίομεν, οὐδὲ δῶρον τούτου δεκτέον· εἴπερ διδαχθεὶς, ἅπαξ καὶ δὶς ἀδιαφοροίη, καὶ οὐ πείθεται ἡμῖν. Οὐκ οἶδα εἰ μὴ παρὰ τῶν φυλάκων τὰς οὐχ ὡς εὐλογίας, ἀλλ' ὡς χρείας λαμβάνειν· ἢ οἰκονομίας ἕνεκεν, καὶ τὰ παρὰ τῶν ἄλλων φευγόντων μέντοι τὸ συνεστιᾶσθαι αἱρετικοῖς ἀδιαφόρως· οὐκ οἶδα εἰ μὴ τύχῃ κατὰ περίστασιν καὶ δέξασθαι καὶ συνεστιαθῆναι καὶ τοῖσδε. Δοῦναι δὲ τοῖς τοιούτοις καὶ τοῖς φύλαξι βρῶμα καὶ πόμα οὐ διακριτέον· ὅτι καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ μεταδοτέον. Εἰς δὲ τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Κυρίου Γρηγορᾶ τοῦ τέκνου ἡμῶν οὐ τολμῶ εἰπεῖν λειτουργῆσαι πρεσβύτερον ἡμῶν· διὰ τὸ μετὰ τὴν μοιχοσύνοδον ἐνθρονιασθῆναι, καὶ ὑπὸ τοῦ συλλειτουργοῦντος καὶ συλλειτουργήσαντος τῷ μοιχοζεύκτῃ, διὰ τοῦ πρωτομοιχειανοῦ καθιερωθῆναι.

que illam falsum conventiculum : commemoret autem metropolitanum qui in ea inventus est, utrum a presbytero episcopi orthodoxi accipere communionem oporteat ? per alias ad Evodium litteras respondi, communicandum esse dispensationis gratia, dummodo ipsis cum hæreticis non sacrificet. Cum enim episcopus qui commemoratur sit orthodoxus, pro nihilo est quod illius metu, hæreticum commemoret metropolitanum suum. Hujusmodi presbytero et ad pervigilium vocante, eundum est ; et Ecclesiam præbente, accipienda est ; et ad illam ut sacrificet veniente, permittendum est. Quinetiam ut mortuum commemoret dummodo orthodoxum, concedendum est : et in ea sacrificare qui accepit, minime prohibendum. Si vero hæreticum commemoret episcopum, quamvis beatum prædicet, quamvis recte sentiat : a divina communione utique abstinendum est, imo et a mensa communi, si illic quoque commemorandus sit. Ita recipiendus ille fortasse ad benedictionem et ad psalmodiam, si cum hæretico episcopo, sive suo, sive altero, non sacrificet, nec illi sciens distribuat. Si quis cibum capiat cum adulteri copulatore, aut cum alio quovis hæretico indifferenter : cavendum est ne cum talibus comedatur, licet recte sentire se fingant. Non enim observant præceptum Apostoli : *Cum hujusmodi nec cibum sumere* [61] monentis. Cæterum, non amplius investigare oportet, aut exquirere, utrum is comederit cum eo qui cum hæretico cibum sumpserit, et cum illo alter : atque ita alium ex alio sermonem nectere, et ab omnibus abstinere. Propriæ hoc voluntatis est, et non sanctorum : *Usque huc*, inquit, *venies, et non procedes amplius* [62]. Utrum enim hæc illi investigare nescierunt et nobis denuntiare ? Nequaquam. Quare præstat terminos non transgredi quos posuerunt Patres nostri [63] Cum quo non edimus, nec munus ejus accipiendum est, ; si semel iterumque admonitus contemnat, neque nobis obtemperet. Nisi forte a custodibus, non velut eulogias, sed velut necessarios usus, accipere : aut dispensationis gratia, etiam ab aliis, sed qui cum hæreticis promiscue convivari refugiant : nisi forte contingat ex necessaria circumstantia et suscipere et convivari cum hisce. Dare autem et talibus, et custodibus cibum ac potum sine discrimine licet : quandoquidem omni homini impertiendum est. In Ecclesia porro domini Gregoræ filii nostri ut sacrificet presbyter noster dicere non audeo : eo quod post mœchosynodum dedicata est ab eo qui sacrificavit cum adulteri copulatore, per protomœchianum consecrata.

N. — *Τῷ αὐτῷ.* [σκη'.]

L. — *Eidem.*

De Digamis.

Θερμὸς εἶ, τέκνον ἠγαπημένον, περὶ τοῦ ἐρωτᾶν καὶ μανθάνειν τὰ χρήσιμα· καὶ τὸ μὲν χρῆμα ἐπαινετόν· οὐχ ἱκανὸς δὲ ἐγὼ λύειν τὰς ἀπορίας σου·

Ardes, fili charissime, studio percontandi et discendi quæ utilia sunt : atque id certe laudabile : verum ego solvendis quæstionibus suis par non

[61] I Cor. v, 11. [62] Job xxxviii, 11. [63] Prov. xxii, 28.

Digitized by Google

sum ; communis tamen quæstus studio conferenda etiamnum quæ possumus. Quæstio tua de Digamis fuit ; quod de eorum conjunctione dubitatum fuerit, coronarine sicut monagami debeant, annon ? et quonam pacto, si quidem hoc fiat, conjungantur, sacerdote illos minime copulante : famam esse, ab impii Constantini temporibus obtinuisse consuetudinem digamos coronandi, ex triplici ejus conjugio natam ; cum superior ante illum memoria non fuerit. Ego vero, quin verisimilis ea fama sit, non repugno. Cæterum debent veritatis studiosi non ex temere vulgata fama, neque ex humana consuetudine, rerum fidem accipere ; sed ex ipsis sacris Litteris et paterna atque canonica traditione. Digamia ergo permissa haud dubie fuit a sancto Apostolo, et per ipsum a Christo. Verum hæc lex non est, ut Gregorius Theologus ait, sed indulgentia : indulgentia autem nequaquam in eo cernitur quod reprehensione et culpa careat : qui enim et quam ob causam ? sed ubi succumbitur, noxæque affine est, quod agitur. Hoc enim ipsum divinus Apostolus insinuavit, cum diceret : *Si se non continent, nubant*[65]. Incontinentia quippe quæ fortitudinis robur amisit, victæ prostratæque est naturæ. His permoti divini Patres digamos pœnis subjecerunt, in Laodicensi quidem synodi indefinite[66], cum dicunt : Ut parvo tempore exacto vacent orationibus et jejuniis : et secundum indulgentiam communionem reddi eis decrevimus : magnus vero Basilius definite[67]. Sic enim ait : De trigamis et polygamis eumdem canonem definierunt Patres, nimirum quem in digamis, proportione : annum enim in digamis : in aliis vero duos annos. Patet igitur ex iis quæ dicta sunt, digamiæ tanquam obnoxiæ impositam pœnam fuisse. Propterea enim et sancti Patres synodi Neocæsariensis[67] presbytero interdixerunt, ne in digami nuptiis epuletur.

Cum enim, inquiunt, pœnitentia digamus egeat, quis erit presbyter qui per convivium consensum præbeat talibus nuptiis ? Quid ergo ex his aliud necessario conficitur, quam primas quidem nuptias, ut quæ proprie lex sint, merito coronari a sacerdotio velut intactas et immaculatas, tanquam a libidinis nota immunes : atque ob hanc causam ceu peccati victrices coronari ? Ex quo sequitur et sacrorum participatio, ejusque qui coronavit, et cujuscunque alterius sacerdotis, in talibus nuptiis comessatio. Quemadmodum in Cana Galilææ Dominus et Deus noster prandere dignatus est, per suum illud convivium nuptialia prandia omnia benedicens. Quin et coronariæ impositionis benedictionem anticipans, ea primum parentem nostrum Adam impertiit. Quomodo ? *Et creavit Deus hominem : ad imaginem Dei creavit illum, masculum et feminam creavit eos : benedixitque illis Deus, et ait : Crescite, et multiplicamini, et replete terram, et*

A ὅμως διὰ τὸ κοινῇ συμφέρον εἰσενεκτέον καὶ νῦν τὰ κατὰ δύναμιν. Ἡ ἐρώτησίς σου περὶ τῶν διγάμων· ὅτι ἀμφισβητούμενόν ἐστι περὶ τῆς συναφείας· αὐτῶν, ἆρα στεφανοῦσθαι αὐτοὺς, ὡς ἐπὶ τῶν μονογάμων, ἢ μή ; καὶ πῶς, ἐὰν τοῦτο γενήσεται, εἴη συνάφεια, μὴ ὑπὸ τοῦ ἱερέως ζευγνυμένων αὐτῶν ; ὅτι φέρεται λόγος ἀπὸ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἀσεβοῦς Κωνσταντίνου κρατῆσαι τὴν συνήθειαν τοῦ διγαμικοῦ στεφανώματος, ἐκ τοῦ κατ' αὐτὸν τριγαμήματος· ἐπεὶ μὴ εἶναι ἐν τοῖς πρὸ αὐτοῦ χρόνοις. Ἐγὼ δὲ ἔχειν μὲν τὸν λόγον τὸ πιστὸν ἐντεῦθεν οὐκ ἀποδοκιμάζω. Δεῖ δὲ ὅμως τοῖς ἀληθείας ἐρασταῖς, μὴ ἐκ φορᾶς, ὡς ἔτυχε, λόγου, ἢ συνηθείας ἀνθρωπίνης πιστοῦσθαι τὰ πράγματα· ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, καὶ τῆς Πατρικῆς καὶ κανονικῆς ἐκδόσεως. Ἡ μὲν οὖν διγαμία παρακεχώρηται δηλονότι ὑπὸ τοῦ ἱεροῦ Ἀποστόλου, καὶ δι' αὐτοῦ παρὰ Χριστοῦ· οὐ μὴν νόμος, ὥσπερ ὁ Θεολόγος Γρηγορίος, ἀλλὰ συγχώρησις· συγχώρησις δὲ οὐκ ἐπὶ ἀμέμπτου καὶ ἀπταίστου γένοιτ' ἄν· πῶς γὰρ, καὶ διατί ; ἀλλ' ἐπὶ ἥττης τινὸς καὶ ἀλωσίμου δράματος. Αὐτὸ γὰρ τοῦτο ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἠνίξατο εἰπών· *Εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν.* Ἡ δὲ ἀκρασία τὸ κράτος τῆς ἀνδρείας ἀπολέσασα, ἥττης ἐστὶ καὶ ἀποπτώσεως ἔκγονον. Ἐντεῦθεν ὁρμηθέντες οἱ θεῖοι Πατέρες, ἐπιτιμίῳ ὑπέβαλον τοὺς διγάμους, οἱ μὲν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδον ἀορίστως, διὰ τοῦ εἰπεῖν· Ὀλίγου χρόνου παρελθόντος καὶ σχολάσαντας ἐν ταῖς προσευχαῖς καὶ νηστείαις, κατὰ συγγνώμην ἀποδίδοσθαι αὐτοῖς τὴν κοινωνίαν ὡρίσαμεν· ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ὡρισμένως. Φησὶ γάρ· Περὶ τριγάμων καὶ πολυγάμων τὸν αὐτὸν ὥρισαν κανόνα οἱ Πατέρες, δηλονότι ὃν καὶ ἐπὶ τῶν διγάμων, ἀναλόγως· ἐνιαυτὸν μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν διγάμων· ἄλλοι δὲ δύο ἔτη. Δέδεικται τοίνυν ἐκ τῶν ῥηθέντων, ὡς ὑπὸ τὸ πταιστὸν γεγονυῖα ἡ διγαμία εἰλήφει τὸ ἐπιτίμιον. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ οἱ τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου ἅγιοι Πατέρες ἀπεῖρξαν καὶ τοῦ ἑστιαθῆναι πρεσβύτερον εἰς διγαμοῦντος γάμον.

Λέγοντες, Ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγαμοῦντος, τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος ὁ διὰ τῆς ἑστιάσεως συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις ; Τί οὖν τὸ συμπεραινόμενον ἐξ ἀναγκαίου ; Ὅτι ὁ μὲν πρῶτος γάμος, ὡς κυρίως ὢν νόμος, εἰκότως ἐστεφάνωται ὑπὸ τῆς ἱερωσύνης, ὡς ἀνέπαφος, ὡς ἄῤῥυπος, ὡς ἀνάλωτος πορνικῷ πάθει, καὶ διὰ τοῦτο ὡς νικητὴς τῆς ἁμαρτίας κατεστεμμένος. Ἐφ' ᾧ ἕπεται ἡ τῶν ἁγιασμάτων μετάληψις, καὶ ἡ τοῦ στεφανώσαντος, καὶ παντὸς ἄλλου ἱερατικοῦ, ἐν τῷ τοιούτῳ γάμῳ ἑστίασις. Καθὰ καὶ ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας ἠξίωσεν ἀριστῆσαι, διὰ τῆς ἐκεῖσε ἑστιάσεως πάντα [f. πᾶν τὸ] γαμικὸν ἄριστον κατευλογήσας. Ἀλλὰ καὶ τῆς στεφανικῆς ἁρμογῆς αὐτὸς προλαβὼν τὴν εὐλογίαν ἔθετο ἐπὶ τοῦ ἀρχιπάτορος ἡμῶν Ἀδάμ· πῶς ; *Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς, λέγων· Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πλη-*

[65] I Cor. vii, 9. [66] Laod. can. 1. [67] In Epist. ad Amphiloch. can. 4. [67] Can. 7.

Digitized by Google

ρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. Αὕτη A *dominamini ejus*[66]. Hæc igitur benedictio copulæ
οὖν ἡ εὐλογία τῆς γαμικῆς συναφείας, ἀφ' ἧς πᾶσα εὐλογιστία μονογαμικῆς συζεύξεως· ἐπεὶ καὶ μονόγαμος Ἀδάμ. Ἐπιτηρητέον δὲ ὅτι καὶ ἡ στεφανικὴ ἐπίκλησις ἐκεῖθεν ὥρμηται· τὴν τοῦ πρώτου ἀνθρώπου διάπλασιν, καὶ πρὸς τὴν ἐκ πλευρᾶς αὐτοῦ γυναῖκα σύζευξιν ὑπομνηματίζουσα. Ὁ δὲ δεύτερος γάμος, εἰ καὶ συγκεχώρηται, ἀλλ' ἐπιτετίμηται. Πῶς γὰρ ἂν καὶ στεφανώσεως ἄξιος, ἡττηθείς, ἀλλ' οὐ νικήσας; τίς δὲ καὶ ὁ στεφανώσων τοῦτον πρεσβύτερος, ὃς καὶ τοῦ ἁπλῶς ἑστιαθῆναι ἐν τῷ κατ' αὐτὸν ἀρίστῳ Πατρικῶς κεκώλυται; πῶς δὲ καὶ μεθέξει τῆς θείας κοινωνίας, ὁ δι' αὐτὸ τοῦτο εἰργμένος χρόνῳ ἑνὶ καὶ δυσὶ τῶν ἁγιασμάτων; τίνος δὲ ἡ οἵας τῆς εὐλογιστικῆς προσευχῆς γινομένης ἐπὶ τῆς συναφείας αὐτοῦ, μὴ οὔσης ἄλλης παρὰ τὴν μίαν τῆς μονογαμικῆς καὶ πρώτης; Συνῆκται οὖν ἐκ πάντων Γραφικῶς τε καὶ Πατρικῶς, ἀμέτοχον εἶναι στεφανώματος τὴν δευτερογαμίαν· διὰ τοῦτο οὐδὲ ὑπὸ τοῦ ἱερέως ζευγνυμένην· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ παραδεδομένην· τότε δὲ προσδεχομένην, ὁπηνίκα εἴη πλήρωσις τοῦ ὁπωσοῦν κατὰ τὴν ἱερατικὴν δοκιμασίαν δοθέντος ἐπιτιμίου· μεθ' ἣν ἕξει [f. ἕξειν] καὶ τῶν θείων δώρων τὴν μετάληψιν ἐντεῦθεν εὐλογουμένους αὐτοὺς, οἱονεὶ ὡς ἐπὶ στεφανώματος· κατὰ δεύτερον λόγον, μετὰ συγχώρησιν. Εὐλογία γὰρ τὸ δῶρον, τηνικαῦτα καὶ συναφείας παρὰ τοῦ ἱερέως δεῖγμα· ἔκτοτε μὴ κεκωλυμένου αὐτῷ συνεστιᾶσθαι τοῖς διγαμήσασιν· ὡς ἐπὶ τῶν μονογάμων. Καὶ οὕτω νόμῳ ὁρμᾶται συγχωρητικῷ C ἡ διγαμία, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· γινώσκουσα τὰ δευτερεῖα ἔχειν τῆς μονογαμίας· καὶ μὴ ἐλόγως τῆς πρώτης ἐπιζητοῦσα τὰ δικαιώματα, ἅπερ προαπήλαυκε.

Φαίης δ' ἄν· Καὶ πῶς ἔλθωσιν ἐπὶ τὴν συνάφειαν; Τοῖς ἀνθρωπίνοις καθήκουσιν ὥσπερ καὶ οἱ τρίγαμοι καὶ πολύγαμοι· οὕτω γὰρ κέκληται ἡ μετὰ τὴν τρίτην πρὸς τῶν Πατέρων. Ἢ στεφανούσθωσαν κἀκεῖνοι. Ἀλλ' ὅτως ἡ ἄγαν διάλυσις τῶν κανόνων, μᾶλλον δὲ τοῦ Εὐαγγελίου, οὐ διγάμους νῦν καὶ τριγάμους, ἀλλὰ καὶ μοιχοὺς στεφανοῦσθαι ὑπὸ τῶν ἱερέων πεποίηκεν· ὡς καὶ τοὺς τῇ ἀντοχῇ τοῦ θείου νόμου μὴ ἐν τούτῳ συναιρουμένους διώκουσα, καὶ ἀναθεματίζουσα, ὡς ἀλλοτρίους Χριστοῦ, τοὺς ὑπὲρ ἐντολῆς καὶ ἀληθείας D αὐτοῦ ἐνισταμένους. Ἔκστηθι, οὐρανὲ, ἐπὶ τούτῳ· τὰ ἄνω κάτω, ἡ δικαιοσύνη ἀνομία, τὸ φῶς σκότος, ἐξ ὧν οἱ Μοιχειανοὶ λέγουσι καὶ πράττουσι, δείκνυνται. Τοῦτο τοῖς τυφλοῖς καὶ κωφοῖς κατὰ ψυχὴν, καὶ ἐντεῦθεν τοῦ Ἀντιχρίστου τὰ πρόλαβα φέρουσι. Τάχα δ' ἂν κἀκεῖνο εἴποις· Εἰ τὸ ἓν μέρος εἴη παρθένον, πῶς λέγουσί τινες, ὡς τὸ μὲν στεφανοῦται ἐν τῇ κεφαλῇ, τὸ δὲ ἀπὸ γάμου, ἐν τῷ ὤμῳ, νενομένης τῆς στεφανικῆς εὐχῆς; Καί μοι πρὸς τῇ ἀτοπίᾳ, ἔτι καὶ γελοῖον φαίνεται. Διδόσθω γὰρ τριγαμεῖν· καὶ ποῦ τεθείη ὁ στέφανος; ἐν τῇ χειρὶ, ἢ εἰς τὸ γόνυ; εἴγε καὶ ἡ γημαμένη εἶεν ἀπὸ χηρείας, ἐν τῷ ὤμῳ τὸν στέφανον δέξεται. Ἄτοπα ταῦτα.

[66] Gen. i, 27.

nuptialis, ex qua benedictio omnis monogamicæ conjunctionis; monogamus siquidem Adam. Observandum vero est inde quoque ortam esse coronariam invocationem, quæ primi hominis creationem, ejusdemque cum muliere ex illius costa producta conjunctionem repræsentat. At secundæ nuptiæ tametsi permittuntur, pœna castigantur. Quomodo enim coronatione dignæ sunt, quæ non vincunt, sed vincuntur. Quis porro presbyter eas coronet, cum vel in earum prandiis epulari a Patribus prohibeatur? Qui vero divinæ communionis particeps sit, qui hoc nomine uno atque altero anno a sacris arcetur? Aut quænam qualisve benedictionis precatio in earum conjunctione usurpetur, cum B alia nulla sit præter eam quæ in primis et in monogamicis adhibetur? Ostensum ergo prorsus est ex sacrarum Litterarum Patrumque auctoritate, expertes coronæ secundas nuptias esse, et propterea ne a sacerdote quidem copulari. Quinetiam neque extraditas illas fuisse, sed tum demum admissas, cum expleta fuerit sacerdotum arbitrio injuncta pœnitentia: postquam et divinorum munerum participationem obtinent, indeque benedicuntur velut in coronatione, inferiore quodam modo, post indulgentiam. Benedictio enim est munus, tum etiam et specimen conjunctionis per sacerdotem, quod ex eo tempore non prohibeatur cum iis, qui ad secundas nuptias convolant, convesci, non secus atque cum monogamis. Atque hoc modo digamia lege utitur indulgentiæ, juxta Apostolum: agnoscens secundas se a monogamia partes tenere: nec immerito quærens primarum jura, quæ jam ante percepit.

Quæres forsitan quomodo ergo conjungantur. Humanis officiis sicut et trigami et polygami: sic enim Patres vocant eos qui ultra tertias procedunt. Aut certe coronentur etiam isti. Enimvero canonum immodica subversio, vel potius Evangelii, non digamos nunc et trigamos, sed et mœchos coronari fecit a sacerdotibus: quæ et illos persequitur, qui pro lege divina pugnantes, consentire in eo nolunt: et anathemate, velut a Christo alienos, damnat eos qui pro ejus mandato ac veritate insurgunt. Obstupesces super hoc, cœlum: supera deosum justitia iniquitas, lux tenebræ, ex iis quæ Mœchiani dicunt et agunt, esse comprobantur. Hæc cæcis et mente captis, atque ideo Antichristi primordia gerentibus. Forsan et hoc dices: Si quidem pars altera virgo sit, coronatur, ut nonnulli dicunt, hæc quidem in capite; altera vero quæ nuptiis jam perfuncta est, in humero, dum coronaria precatio peragitur. Mihi vero non solum absurdum, sed ridiculum etiam hoc videtur. Etenim tertium nubenti ubinam ponetur corona? in manu, an ad genu? cum ea quæ vidua nubit, in humero coronetur. Absurda sunt ista prorsus.

Digitized by Google

Quis vero coronam imponet? et quomodo indivisa benedictio dividetur? pars altera, ut labis expers victrixque, benedicetur, altera non item? Ridicula res, et quæ fieri nullo modo possit. Quomodo una communionem accipiet, altera privabitur, quippe quæ pœnitentiam agat? Quod si pars ista vir sit, vir autem caput mulieris, et partes ambæ in unum corpus adhærentes; participabit reliquum corpus, caput autem nequaquam? Dividetur confestim quod connexum est, ab ipso qui copulat sacerdote; hoc quidem ex concessione, si quidem detur ut id faciat; caput enim finisque conjunctionis est sanctum et unicum corpus ac sanguis Christi? aut ambobus impertiet; Sed mittamus loquacitatem. Erit enim iste manifesto non sacerdos, sed divinarum constitutionum transgressor, ac proinde ipso privandus sacerdotio; ut cui ne epulari quidem in talibus nuptiis liceat, nedum ut tantum scelus committat. Quid ergo, dices, amittit pars virginalis victricem coronam cum benedictione; ac non evincit potius pars non victa, ut simul benedicatur, simul coronetur, et communionem simul accipiat pars altera per digamiam victa? Si ita esset, sancitum sane fuisset Patrum canonibus: sed discrimen nullum factum est. Quod igitur Patrum testimonio decisum non est nec constitutum, inanis arrogantiæ est id cogitare, et dicere, et facere. Ego vero sic sentio, jure partem virginalem monogamiæ ritu privari; ut cui liquerit per ejusdem ordinis consortem illo frui: quandoquidem purum puro jungi decet, et virginem virgini, et victorem victori. Decidit autem qui non virgini copulari voluit, et virginalem gloriam ea ratione dehonestare? quam ne habuit quidem fortasse, aut, cum haberet, vitioso erga digamum affectu quoquo modo depressit. Quare non modo non evehet, sed ipsum quoque deprimet ad pœnam partis nuptias iterantis. Hæc a me pro viribus reperta et dicta sunt, fili egregie. Quod si tibi vel alteri cuipiam verius aliud videatur, modo ex Scriptura tantum et ex paterna atque canonica traditione; consentiente cum his privata quæ accedat animi ratiocinatione: parati et nos sumus pedibus sequi, et aliena luce illustrari, lucis ipsi revera quam maxime egentes.

A Τίς δὲ ὁ στεφανῶν; καὶ πῶς ἡ ἀμέριστος εὐχὴ μερισθήσεται; θάτερον τῶν μερῶν, ὡς ἀκηλίδωτον, καὶ νικῆσαν, εὐλογούμενον· θάτερον δὲ μή; τῶν γελοίων καὶ ἀμηχάνων. Πῶς τὸ μὲν ἓν μεθέξει τῆς κοινωνίας, τὸ δὲ ἕτερον οὔ· ἐπείπερ ἐν ἐπιτιμίοις; εἴγε καὶ εἴη τοῦτο ὁ ἀνήρ· ἀνὴρ κεφαλὴ γυναικός· καὶ εἰς ἓν σῶμα ἄμφω τὰ συνελθόντα· μεταλήψεται τὸ λοιπὸν σῶμα· ἡ κεφαλὴ δὲ οὔ; τμηθήσεται τὸ ζευχθὲν εὐθὺς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ συνάπτοντος ἱερέως· τοῦτό γε κατὰ συγχώρησιν, δοθέντος τυχὸν ποιεῖν αὐτόν· κεφάλαιον γὰρ καὶ τέλος τῆς ζεύξεως τὸ ἅγιον καὶ ἐναίσιον σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ· ἢ ἀμφοῖν μεταδώσει; Καί γε ἀπηλλάγμεθα ἀδολεσχίας. Ἔσται γὰρ ἀριδήλως ὁ τοιοῦτος οὐχ ἱερεύς, ἀλλὰ παραβάτης τῶν θείων διατάξεων, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἱερωσύνης ἔκπτωτος· ὁπότε οὐδὲ ἐστιαθῆναι τῷ τοιούτῳ γάμῳ παρεχώρηται, οὐχ ὅτι τοσοῦτον ἀνομῆσαι. Τί οὖν, φαίης, ἀπόλλυσι τὸ παρθενικὸν μέρος τὸν νικητικὸν στέφανον σὺν τῇ εὐλογιστίᾳ, καὶ οὐκ ἐνικᾷ τὸ μὴ ἡττηθὲν μᾶλλον, συλλογῆσαι καὶ συστεφανῶσαι, καὶ συμμεθέξαι τῆς κοινωνίας, ἑαυτῷ τὸ ἡττημένον διὰ τῆς διγαμίας μέρος; Εἰ ἦν τοῦτο, ἐτυπώθη ἂν παρὰ τῶν Πατρικῶν κανόνων· ἀλλ' οὐκ ἐγεγόνει τις διαφορά. Ὃ δὲ ὑπὸ Πατρικῆς μαρτυρίας μὴ ᾖ διακριθὲν καὶ ὑποτυπωθὲν, κενεμβατεῖν ἐστι καὶ ἐνυπνιάζειν καὶ λέγειν καὶ πράττειν. Ἐγὼ δὲ ἐκεῖνό φημι· ὅτι εἰκότως ἂν τὸ παρθενικὸν μέρος ἀποτυγχάνει τῆς μονογαμικῆς παραδόσεως· ἐξὸν γὰρ δι' ὁμοταγοῦς ἀπόνασθαι ταύτης· ἐπειδὴ καθαρὸν καθαρῷ συναπτέον, καὶ παρθένον παρθένῳ, καὶ νικῶντα τῷ νικῶντι· ἀποπίπτει δέ τις μὴ παρθένῳ ἐθελήσας συναφθῆναι· κἀντεῦθεν ἀτιμάζοι τὸ παρθενικὸν κλέος· ὃ μηδὲ εἶχε τυχόν· ἢ καὶ ἔχων, τῇ προσπαθητικῇ σχέσει τοῦ διγαμοῦντος καθ' οἱονοῦν τρόπον κατέβαλε. Κἀκ τούτου οὐ μᾶλλον ἀνάξει, ἀλλὰ κατάξει αὐτὸν εἰς τὸ ἐπιτίμιον τοῦ διγαμοῦντος μέρους. Ταῦτά μοι κατὰ τὸ δυνατὸν εὕρηται καὶ λέλεκται, ὦ παῖ καλέ. Εἰ δέ σοι ἑτέρως ἔχειν δοκεῖ τάληθές, ἤ τινι ἄλλῳ, μόνον ἐκ Γραφικῆς καὶ Πατρικῆς καὶ κανονικῆς παραστάσεως, συνεπομένης τούτοις καὶ τῆς οἰκοθεν διανοηματικῆς ἐπιδόσεως· καὶ ἡμεῖς γε ποδηγηθῆναι ἕτοιμοι, καὶ ἐλλαμφθῆναι πρόθυμοι τῆς παρ' ἄλλων δαδουχίας, ἐνδεεῖς φωτὸς ὑπάρχοντες ὅτι μάλιστα.

LI. — *Eidem.*

ΝΑ'.—*Τῷ αὐτῷ.* [σκθ'.]

Confessorum aliquot, in primis Euthymii abbatis, fidem et constantiam, simulque Mœchianorum sævitiam exponit: tum propositæ de homicidii pœnis quæstioni respondet. (Baron. an. 809, n. 44.)

Tria hæc in me effecerunt litteræ tuæ, fili desiderate: simul enim obstupui, admiratus sum, et cantavi: primum propter impios, alterum propter pios, tertium propter Deum qui corroborat eos qui in ejus lege innituntur. Et de sacro quidem Athanasio meo [69], ejusque sociis desideratissimis, ac de fortissimo item meo Theososto, et de septemdecim ejus strenuis comitibus, cum satis dictum sit in meis ad illos epistolis, omittendum est hoc loco: quamvis longiore digni sint oratione ac laudibus; qui divinitus ac fortiter decertarunt, et

[69] Vide supra, epist. 43 et 48.

D Τρία ταῦτα πέπονθα ἐν τοῖς παροῦσί σου γράμμασι, ποθητὸν τέκνον· ὁμοῦ τε ἐξεπλάγην, ἠγάσθην τε, καὶ ᾖσα· τὸ μὲν διὰ τοὺς παρανόμους· τὸ δὲ διὰ τοὺς εὐνόμους· τὸ τρίτον διὰ τὸν δυναμοῦντα θεὸν τοὺς ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ ἐπερειδομένους. Καὶ περὶ μὲν τοῦ ἱεροῦ μου Ἀθανασίου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τριποθήτων· ἔτι μὴν καὶ τοῦ ἀνδρικωτάτου μου Θεοσώστου, τῆς τε αὐτοῦ δυοπεντεκαιδεκάδος θεοσθενοῦς συνοδίας· ὡς ἐν τοῖς πρὸς αὐτούς μοι γραφεῖσιν ἱκανοῦ ὄντος, ἑαυτέον ἐνταῦθα λέγειν· εἰ καὶ ὅτι πλειόνων δέοιντο λόγων καὶ ἐπαίνων· θεῖος καὶ

Digitized by Google

ἀθλητικῶς διηγωνισμένοι, καὶ ἔτι ἐναγωνιζόμενοι. Ἐπὶ δὲ τὸν κολοφῶνα τοῦ λόγου μέτειμι. Τίς οὕτω ἀκήκοε σχεδὸν παράνομα καὶ ἔκτοπα Χριστιανὸς, ἃ ὑπὸ τῶν δυσωνύμων Μοιχειανῶν γεγένηται, λεγομένων μὲν ἱεραρχῶν, ὄντων δὲ ἀνιέρων ὑπὸ πάσης ἀποστολικῆς καὶ Πατρικῆς φωνῆς, καὶ ἄνευ τῆς αἱρέσεως; Τύπτων οὕτω τίς τέτυφεν ἀνθρώπων, οὐ λέγω Χριστιανικὴ χεὶρ, ἀλλὰ βαρβαρική· δὶς ἑκατοντάσι πρὸς ἑξήκοντα καὶ ἓξ μαστίγων, εἶτα μετ' οὐ πολὺ, δὶς δύο ἑκατοντάσι βουνεύρων ἐπὶ τῶν νώτων· ὡς ὁ γενναῖός γε ἀρχιεπίσκοπος, μᾶλλον δὲ ἀλλοτριεπίσκοπος Θεσσαλονίκης, καὶ οὐ τῶν ἀγελαίων τινὰ, ἀλλὰ μονάζοντα, καὶ τοῦτον ἡγούμενον, καὶ μάλα τὸν εὐλαβέστατον, τοὔνομα Εὐθύμιον, τὸν τῆς εὐθυμίας ὄντως φερώνυμον; Ἐξέστη ἐπὶ τούτῳ ὁ οὐρανός· καὶ ἔφριξα ἐγὼ ὁ τάλας· οἶμαι δὲ καὶ πᾶς τις B τῶν ἀνθρώπων τὴν φυσικὴν ἡμερότητά τε καὶ ἐλεημοσύνην ἔχων, καὶ ἀκούων. Ὃς εἰς τύπον Χριστοῦ ὀφείλων κεῖσθαι, καὶ τυπτόμενος μὴ ἀντιτύπτειν, καὶ τῶν θηρίων ὠμότερος γέγονεν, οὗ τί που ἴχνος Χριστιανικὸν φέρων, πολλοῦ γε εἰπεῖν ἱεραρχικόν.

Καὶ ὑπὲρ τίνος ὁ δαρμός; ἵνα τὸν τοῦ Χριστοῦ ἀθλητὴν πείσῃ συνθέσθαι ἀναφέρειν αὐτὸν ὡς ἱεράρχην. Ἀλλ' ὦ τῆς γενναιότητος καὶ κραταιότητος τοῦ μάκαρος! Οὕτω γὰρ δίκαιον εἰπεῖν· ὅτι καὶ μετὰ τοσαύτας πληγὰς καὶ αἵματος ἁγίου ῥύσιν, ὡς φοινίσσεσθαι τὰ πέλματα τῶν ποδῶν τῶν ἐκεῖσε παρόντων, καὶ οἱονεὶ πηλοποιεῖσθαι τὸ πορφύρεον κονίαμα εἰς οἰκοδομὴν τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας· κείμενος ἤδη βραχὺ ἄπνους καὶ ἄφωνος, καὶ ἐρωτηθεὶς παρὰ τῶν κολαστῶν μνημονεύειν τὸν τύραννόν φημι, ἀλλ' οὐκ C ἀρχιεπίσκοπον· Οὐ, φησὶν ὁ μακάριος· οὕτω μέχρι θανάτου σχεδὸν οὐ παρατρέψας τὸν νοῦν· οὐ παρεκλίνας τι τῶν ὀρθοδόξως ἐγνωσμένων αὐτῷ. Μικροῦ δὴ παρίδραμέ με ἀναγκαῖόν τι· ὅτι καὶ ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ πραιτώριον γέγονε Πιλατικόν. Ἐκεῖσε γὰρ ἔῃς, ἤτοι εἰς τὸν λεγόμενον τοῦ Ἀρχαγγέλου ἱερὸν δόμον τετύφθαι τὸν μάρτυρα· ὃν οἱ μὲν βατίθασσοι τιμωροὶ εἵλασαν ἡμιθανῆ· τὶς δὲ Χριστομίμητος λαβὼν ἐπὶ τὸν ἴδιον οἶκον· καὶ ταῖς ἀμορραγίαις καὶ ξεσμοσαρκίαις προσπλάσας κώδιον ἀρνοῦ ἀρτισφαγοῦς ἐζωπύρησε τὸν ἄνδρα· μικρὸν δὲ καὶ κατὰ βραχὺ ἀνερρώσας, ἐξαπέστειλε λάθρα διὰ τὴν καλοῦσαν ἐντολήν· πεφευγότος τοῦ θανέντος ἤδη καὶ παραδόξως ἐξεγερθέντος εἰς στήλην ὀρθοδοξίας καὶ θρίαμβον τῶν κακοδόξων. Τί τούτων ἀσεβέστερον; τίς δὲ παρὰ ὀρθοδόξων εἰς αἱρετικὸν τοιαῦτα πέπραχεν; D Ἀλλ' ἵνα φανῇ κἀντεῦθεν αὐτῶν ἡλίκη ἡ ἀσέβεια τῶν Μοιχειανιζόντων, καὶ τίς τίνος μαθητὴς, Χριστοῦ μὲν ὁ τυπτόμενος κατ' αὐτὸν καὶ φέρων, διαβόλου δὲ ὁ τύπτων. Οὕτω ἱεράρχης καὶ ἔνθεν ἐκφοβεῖν βουλόμενος, καὶ ἐκδικῶν τὰ κατ' αὐτόν. Οὗ ῥυσθείημεν τῆς μερίδος, ἀδελφὲ, τοῦ δὲ πρώτου εἴημεν σὺν πᾶσιν εὐσεβέσι. Καὶ ἴδε, Κύριε, Κύριε, τὴν κάκωσιν ταύτην, καὶ φείσαι τοῦ λαοῦ σου· πρυτανεύων εἰρήνην ὀρθοδοξίας τῇ καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίᾳ. Οὐδὲν γὰρ ἡμῖν λέγειν ἄλλο πρὸς τὰ παρόντα· μετὰ τοῦ καὶ πάντα φέρειν ῥᾴως ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.

nunc quoque decertant. Sed venio ad sermonis colophonem. Quis unquam adeo iniqua et absurda Christianus audivit, ac gesta sunt a nefariis Mœchianis, nomine episcopis, re autem sacrilegis ex omni apostolorum et Patrum testimonio, etiamsi hæresim excipias? Hominem verberans quis unquam sic cecidit: non Christiana dico manus, sed etiam barbarica; bis centum sexaginta sex verberum, ac non multo post, bis ducentis boiarum ictibus in humeros inflictis? ut generosus archiepiscopus, seu potius allotriepiscopus Thessalonicæ, non gregarium quempiam, sed monachum, eumque præpositum, et quidem religiosissimum, Euthymium, securi rectique animi, revera nomini respondentem? Expavit cœlum hoc spectaculo: et ego miser audiens inhorrui; et mecum, opinor, omnes quibus aliquis sensus est humanitatis et misericordiæ. Quem ad Christi exemplum componi oportebat, et percussum non repercutere; is immanior feris exstitit: nullum Christiani vestigium retinens, nedum episcopi.

Et quamobrem hæc dilaniatio? Ut Christi athletam eo impellat, ut ipsum commemoret tanquam episcopum. Sed, o fortem atque invictum animum beati! sic enim loqui æquum est: quia post tot plagas tantamque profusi sacri sanguinis copiam, ut tingerentur astantium vestigia, et in limum quodammodo concresceret purpureus ille pulvis ad ædificationem Ecclesiæ Dei; cum sic jaceret pene exanimis et elinguis, instarentque tortores ut commemoraret tyrannum dixerim, non archiepiscopum; minime, ait beatus: eo modo prope usque ad mortem perseverans immobili animo fixoque in iis quæ recte semel decreverat. Pene omiseram quod in primis observandum: templum ipsum Dei prætorium factum fuisse Pilaticum: ibi enim, hoc est, in sacra quam vocant Archangeli æde, verberatum martyrem fuisse ais, quem implacabiles quidem carnifices semimortuum reliquerunt: Christi vero imitator quidem in domum suam eum recepit: admotaque ad defluentis cruoris laceræque carnis plagas recens jugulati agni pellicula, virum refocillavit; viribusque paulatim confirmatis clam emisit, evocante mandato. Ita evasit qui jam mortuus erat, et mirabiliter revixit ad orthodoxæ fidei præsidium triumphumque de hæreticis. Quid his impium magis esse possit? Quis orthodoxus in hæreticum talia unquam exercuit? Sed ut hinc appareret quanta sit Mœchianorum impietas, et quis cujus sit discipulus: Christi nimirum is qui verbera, ut Christus, pertulit, diaboli autem is qui verberavit. Sic episcopos inde etiam exterrere vult, seque ipsum ulcisci. Ejus partes fugiamus, frater, priori cum omnibus pilis adhærentes. Et vide, Domine, Domine, vexationem istam, et parce populo tuo: rectæ fidei pacem in Ecclesia quæ apud nos est pro tua potestate confirmans. Nihil enim aliud dicere possumus circa ea quæ impendent, nisi quod omnia libenter pro ejus nomine perferemus.

Digitized by Google

Tu vero, fili, charissime, tametsi alibi custodi- A ris, ut indicas, gaude : quia plures tibi coronæ texuntur. Et quanquam Leontius discipulus olim [70], nunc negator, illis præsit locis, in quibus inclusus teneris; nihil mirere : hoc enim tempus est longanimitatis Dei, ut cognoscantur electi, et regnet filius Tabeel in Bethleem [71]. De eo autem qui confessus est et pœnam postulavit, recte irrogata est : tibique assentior, qui dixeris ei, si nolit ob interfectos hostes pœnam subire, nec ab occidendo abstineat : et nos quidem extra judicium sumus. Si vero Ecclesiæ canonibus subdi malit, duorum alterum ipsi eligendum est; ut aut laude afficiatur quod interfecerit, aut sine pœna non maneat. Neque tamen idcirco prius repudiandum est, laudibus enim digni sunt, ut ait divinus Pater : sed subeunda B est etiam illis pœna : quandoquidem et Dei spectator olim Moses revertentem a bello Madianitarum cum victoria populum Israel septem diebus castris exclusit, a Deo haud dubie permotus, sic loquens : *Omnis qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio et septimo, vos et præda vestra* [72]. Unde excitatus mea quidem sententia magnus Basilius [73], vel potius a Deo afflatus, triennii pœnam irrogat, et docet quemadmodum is qui irrogat dispenset. Contingens quippe et non necessaria, pro rei subjectæ modo, talium irrogatio est. Vale in Domino, fili mi desiderabilis, pro me peccatore deprecans, et pro eo qui te una salutat dilecto filio meo, fratre autem tuo, Gregorio.

Σὺ δὲ, ὦ τέκνον μου ἠγαπημένον, εἰ καὶ μετεφρουρήθης ἑτέρωθι, καθὰ ἐσήμανας, χαῖρε· ὅτι οἱ στέφανοί σου πλείους πλέκονται. Καὶ εἰ καὶ Λεόντιος ὁ ποτὲ μαθητὴς, νῦν δὲ ἀρνητὴς, ἡγουμενεύσει τῶν ἐν οἷς εἶ κεκλεισμένος, μὴ θαυμάσῃς· καιρὸς ὁ παρὼν μακροθυμίας Θεοῦ, καὶ ὅπως οἱ δόκιμοι φανῶσι, καὶ ἵνα ἄρξῃ ὁ υἱὸς Ταβεὴλ τῆς Βηθλεέμ. Περὶ τοῦ ἐξαγορεύσαντος καὶ αἰτησαμένου τὸ ἐπιτίμιον, καλῶς δέδοται· σύμφημι δέ σοι εἰπόντι αὐτῷ, εἰ μὴ βούλοιτο ἐπιτιμιάζεσθαι ἐν τῷ κτένειν ἐχθροὺς, μηδὲ ἀφιστάσθω τοῦ κτένειν· καὶ ἡμεῖς γε ἔξω κρίματος. Εἰ δὲ ἕλοιτο ὑποπίπτειν τοῖς τῆς Ἐκκλησίας κανόσιν, ἓν τοῖν δυοῖν αἱρετὸν αὐτῷ· ἢ κτενόντι ἐπιτιμᾶσθαι, ἢ μὴ μένειν ἀνεπιτίμητον. Καὶ οὐ διὰ τοῦτο τὸ πρῶτον διαβλητέον· ἐπαίνων γὰρ ἄξιοι· ὡς ὁ θεῖός φησι Πατήρ· ἀλλὰ λεπτέον αὐτοῖς καὶ τὸ ἐπιτίμιον· ἐπεὶ καὶ πάλαι Μωσῆς ὁ θεόπτης ὑποστρέψαντα τὸν Ἰσραὴλ ἐκ τοῦ κατὰ τῶν Μαδιανιτῶν πολέμου μετὰ νίκης, ἀφορίζει ἔξω τῆς παρεμβολῆς ἑπτὰ ἡμέρας, ἐκ Θεοῦ δηλονότι κινούμενος, λέγων οὕτως· *Πᾶς ὁ ἀνελὼν ψυχὴν, καὶ ἁπτόμενος τοῦ τετρωμένου, ἁγνισθήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, ὑμεῖς καὶ ἡ αἰχμαλωσία ὑμῶν.* Ὅθεν μοι δοκεῖ ὁ μέγας Βασίλειος ἀφορμηθεὶς, μᾶλλον δὲ θεοπνευσθεὶς, δίδωσι τὸ τῆς τριετίας ἐπιτίμιον, καὶ ὡς ἂν οἰκονομήσῃ ὁ διδούς. Ἐνδεχομένη γὰρ καὶ οὐκ ἀναγκαίως κατὰ τὸ κείμενον πάντως ἡ τῶν τοιούτων δόσις. Ἔρρωσο ἐν Κυρίῳ, υἱέ μου ποθητὲ, εὐχόμενος περὶ ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, καὶ τοῦ συμπροσαγορεύοντός σε ἀγαπητοῦ τέκνου μου, σοῦ δὲ ἀδελφοῦ, Γρηγορίου.

C

LII. — *Philippo diacono.*

NB. — *Φιλίππῳ Διακόνῳ.* [σν'.]

De voto puellæ, quæ sponso ægrotante voverat se nupturam Christo, etiamsi ægrotus convalesceret, postea, ubi convaluit, consilium mutavit.

Nòli existimare, vir sancte, me ostium pœnitentiæ claudere; Novatianorum enim id proprium est; sed nolle peccati ostium aperire volentibus. Annon enim ejusmodi est quod prioribus litteris tuis indicasti? puellam quæ votum voverat, se, quamvis sponsus convalesceret, Christo nupturam : deinde postquam e morbo ille est recreatus, cum eo, ad posterioris sponsi contemptum, copulari velle, et remedium ad id quærere. Rectissime igitur respondimus tibi; nec aliter responderi potest ab eo, qui ea quæ ad Deum spectant, hominibus anteponat. Quis enim ei pœnam irroget, qui nondum, nisi voluntate, peccavit? Aut quis medicus ante morbum curationem adhibeat; ac non potius a morbo arceat eum qui eo ruere videbatur [74]? Medicinæ D siquidem munus est, aut præsentem conservare sanitatem, aut absentem revocare. Absurdum vero est, ignosce, morbum qui non sit, sed animo fingatur, tanquam si revera esset, curare : nec medici id opus, sed cadaverarii, in morbum ipsum id quod morbo intactum adhuc est impellere molientis. Tale prorsus puellæ negotium existimes. Necdum dico,

Μὴ οἴου με, ὦ ἱερὲ ἀνὲρ, κλείειν τὴν πύλην τῆς μετανοίας· Ναυατιανῶν γὰρ τὸ ἔργον· ἀλλὰ μὴ βούλεσθαι ἀνοίγειν θύραν τῆς ἁμαρτίας τοῖς βουλομένοις. Ἦ γὰρ οὐχὶ τοιοῦτον ὅπερ διὰ τῶν προτέρων σου γραμμάτων δεδήλωκας; τὸ τὴν νεάνιδα εὐξαμένην εὐχὴν, εἰ καὶ ἀναῤῥωσθείη ὁ μνήστωρ, νυμφευθῆναι Χριστῷ· εἶτα ἐπειδὴ ἀνέσφηλεν ἐκεῖνος, ἐθέλουσαν αὐτῷ συναφθῆναι, ἐπ' ἀθετήσει τοῦ δευτέρου, ζητεῖν πρὸς τοῦτο ἴαμα. Κάλλιστα τοίνυν ἀπεκρίθημέν σοι· καὶ οὐχ οἷόν τε ἄλλως ἀποδιδόναι λόγον, τὸν ἀνθρώπων τὰ Θεοῦ προκρίνοντα. Τίς γὰρ ἂν καὶ δοίη ἐπιτίμιον τῷ μήπω ἡμαρτηκότι, πλὴν τοῦ βούλεσθαι; Ἢ τίς ἰατρὸς πρὸ νόσου μοττεῖ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον εἴργει μὴ νοσηλεῦσαι τὸν ἐπὶ τοῦτο ῥέποντα; Καί γε ἰατρείας ὅρος, ἢ τὴν ὑπάρχουσαν ὑγίειαν περιφυλάξαι, ἢ τὴν ἀποῦσαν ἀναγαλέσασθαι. Ἄλογον δὲ, σύγγνωθι, τὸ μὴ ἤδη παροῦσαν, ἀλλὰ μελετωμένην, ἰατρεύειν ὡς οὖσαν· οὐ γὰρ ἰατροῦ, ἀλλὰ πτωματιστοῦ τὸ δρᾶμα, ὑφελκομένου προσεμπαρῆναι εἰς πάθος αὐτὸ τὸ ἔτι ἀπαθές. Τοιοῦτον οἷον καὶ τὸ τῆς παιδός. Καὶ οὕπω λέγω, ὅτι καὶ τὸ ἀγαθόν τι ἐνθυμηθῆναί τινα, μὴ τοῦτο εἰς πέ-

[70] Vide supra, epist. 43 et infra, lib. II, epist. 31. [71] Isa. VII, 6. [72] Num. XXXI, 15. [73] In Epist. ad Amphiloch., can. 8, 11, 13. [74] Conc. Neoc. can. 4.

Digitized by Google

μας ἄγοντα, ὑφέξειν κρῖμα, καθὰ ὁ θεῖος Βασίλειος A etiam eum, qui boni aliquid cogitarit, si ad effectum non perducat, judicio pœnas subiturum, quemadmodum a divino Basilio est definitum.

Ἐνταῦθα δὲ οἶονεὶ καὶ ἔργον προῦβηκε τὸ βουλευθὲν διὰ τῆς αἰτήσεως καὶ θείας συντάξεως. Φείδοισθε οὖν, ὦ φιλούμενοι, τὰ τοιαῦτα παίζειν · ἀκούοντες τοῦ λέγοντος · *Ἀγαθὸν μὴ εὔξασθαι, ἢ εὔξασθαι καὶ μὴ ἀποδοῦναι. — Οὐχὶ μέγα ἐμνέσοι*, φησί ; *Τί ὅτι ἐψεύσω τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ* ; Καὶ τὸ ἐξῆς πάρειμι διὰ τὸ δύσφημον. Καὶ οὐχ ὅτι καταφρονητικῶς ἔχω τῆς παιδός · φείδομαι γὰρ αὐτῆς, ὡς τῆς κόρης μου τοῦ ὀφθαλμοῦ · καὶ δι' ἑαυτὴν ἐφιεμένην ἐκ τῆς εὐτελείας μου θεραπεύεσθαι · καὶ διὰ τὴν κυρίαν τὴν μητέρα, ἣν σέβω καὶ περιέπω, ὡς τὴν ἐμὴν ὁσίαν μητέρα · ἀλλὰ τὸ κρῖμα δεδοικώς, ὃ παρασταῖη ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἑκάστῳ B τῷ τε ἐρωτῶντι καὶ τῷ ἀποκρινομένῳ · ὡς ἐκφευκτέον μέχρι καὶ ἀργοῦ τοῦ τυχόντος ῥήματος, μὴ δώσειν ἡμᾶς λόγον τῷ ἀδεκάστῳ κριτῇ. Εἰ μὲν οὖν μήπω ἔζευκται ἡ νεᾶνις, ὁ αὐτὸς ἡμῖν λόγος, καὶ οὐκ ἄλλος ἐναντίον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων · ὃν καὶ ὑμᾶς εὐλαβεῖσθαι χρεών. Εἰ δὲ συνέζευκται, φεῦ τῆς ἐμῆς ταλαιπωρίας ! δηλωτέον, καὶ τότε δώσομεν τὸ ἐπιτίμιον · οὐδὲν γὰρ ἀθεράπευτον τοῖς ἰαθῆναι βουλομένοις.

Hic vero etiam opus quodammodo processit, deliberatum per postulationem divinamque sponsionem. Parcite igitur, dilectissimi, in rebus hujusmodi ludere : audientes illum qui dicit : *Melius est non vovere, quam post votum promissa non reddere* [75]. — *Nonne manens tibi manebat*, inquit? *quare mentitus es Spiritui sancto* [76]? Et quod sequitur, horroris causa prætermitto. Neque hæc dico, quod puellam asperner ; parco enim illi, ut pupillæ oculi mei : tum ipsius causa, cum a mediocritate mea exoptet remedium, tum Dominæ matris quam veneror et colo tanquam sanctam matrem meam : sed judicium reformidans, quod in die judicii paratum est unicuique et interroganti et respondenti ; quod nec subterfugere licet, quominus usque ad quodlibet verbum otiosum rationem incorrupto judici reddamus [77]. Quare, si puella nondum matrimonio est conjuncta, hoc ipsum dicimus et non aliud coram Deo et hominibus, quod et vos æqui bonique consulere oportet. Sin autem jam conjuncta est, o infelicitatem meam ! significandum est, et tunc pœnam injungemus : nihil enim insanabile est iis qui sanari volunt.

ΝΓ'. — *Στεφάνῳ ἀναγνώστῃ, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ.* [συθ'.]

LIII. — *Stephano lectori, et iis cui cum illo.*

Cur a Tarasii communione abstinuerit. (Baron. an. 809, n. 43.)

Γράμματα ἐδεξάμην τῆς θεοζήλου ἀγάπης σου · C τῇ μὲν ἐπιγραφῇ ἐξ ἑνός, τῇ δὲ δυνάμει ἐκ διαφόρων προσώπων ἐπεσταλμένα. Εἴτε γοῦν ἐξ ἑνός, εἴτε ἐκ πλειόνων, ὀφειλέτης εἰμὶ ἐρωτηθείς, καθ' ὅσον οἷόν τε τῇ ἀμαθίᾳ μου, ἀξιόλογον τὴν ἀπόκρισιν ἀποδοῦναι. Ἐκεῖνο δέ μοι πρῶτον, ὅτι ὧν κατεπᾳδόμην παρὰ τῆς πολυυμνήτου γλώττης σου, ξένος ἐγὼ ἐπαίνων ἁμαρτωλὸς ὑπάρχων, καὶ ἀκατόρθωτον τὸν βίον κεκτημένος. Εἰ δέ τι γέγονε, Θεοῦ τὸ δῶρον, διὰ μὲν τῆς τοῦ γεννήσαντός με πνεύματι Πατρὸς κεχαρισμένον, δι' ὑμῶν δὲ τῶν τῆς εὐσεβείας ἐραστῶν ἱκετηρίας πρὸς τὸ ἐξῆς φυλαχθησόμενον ἀπήμαντον. Δεύτερον οὐκ οἶδ' ὅπως τὴν ἐξηγορίαν ποιήσομαι · μὴ εὐκρινῶς προαχθείσης τῆς πεύσεως. Ὅλως τὸ ζητούμενον εἰς Ταράσιον τὸν πατριαρχήσαντα περιίστασθαι ὑπολελόγισμαι. Ἐγὼ D μὲν οὖν καὶ ἔκπαλαι περὶ τοῦ προταθέντος οὐκ ἀμελῶς ἔσχον, πολλὰ συστραφεὶς ἐν ἐμαυτῷ, καὶ ἀναθεωρήσας τῶν πραγμάτων τὰς ἐκβάσεις. Καὶ μέντοι καὶ τοὺς ὑπὲρ τοῦ καλοῦ ἐνισταμένους, καὶ πολλοῖς χρόνοις τληπαθήσαντας, ἐν ἐπαίνῳ καὶ ἀποδοχῆς λόγῳ ἔχω · οὐ μὴν παντάπασιν, ὡς δηλώσων ἔρχομαι, καὶ τὸ κτήσασθαι ὁμογνώμονας ἐφίεμαι. Πῶς γὰρ οὔ, τηλικούτους ἀνδρικοὺς ἐπ' εὐσεβείᾳ, δεδειγμένους ;

Accepi litteras Deum æmulantis charitatis tuæ : inscriptione quidem tanquam ab uno ; sententia vero tanquam a diversis missas. Sive igitur ab uno, sive a pluribus, debeo interrogatus, quoad imperitia mea potest, congruentissimum responsum dare. Primum ergo quibus me celeberrima lingua tua laudibus exornavit, ab iis ego longe remotus sum, cum peccator sim, et vitam agam minime laudabilem. Si quid autem in me est, hoc Dei donum est, ejus qui me spiritu genuit Patris precibus tributum, quod et vestris qui pietatem colitis supplicationibus integrum deinceps conservandum. Deinde quo pacto respondeam nescio, interrogatione haud satis aperte explicata. Omnino quæstionem ad Tarasium olim patriarcham pertinere conjeci. Equidem hac de re proposita jamdudum non sine cura fui, multa mecum animo versans, et qui futurus esset rerum eventus considerans. Nam eos certe, qui pro recto decertarunt, et diu gravia perpessi sunt, magnopere laudo et complector : non tamen usquequaque, ut mox dicam, consentientes eos habere velim. Quidni autem ? cum adeo strenuos se pro pietate præbuerint.

Ἀλλὰ μετὰ τοῦ τῆς ἀληθείας λόγου, καὶ τῆς ἐνδεχομένης καὶ προσηκούσης δυνάμεως. Τοιγαροῦν ὧδε φαίημι · Τί τὸ τὴν διαφορὰν πρὸς Ταράσιον

Sed tamen cum veritatis verbo, et quatenus fieri licet et convenit. Ut ergo ad rem veniam, quænam causa fuit cur a Tarasio dissenserimus ? Fides ? At-

[75] Eccle. v, 4. [76] Act. v, 3, 4. [77] Matth. xii, 36.

Digitized by Google

qui palam quidem orthodoxus erat, sacras synodos sequebatur, et cum aliis patriarchis consentiebat, et maximum antea pro fide certamen sustinuerat..... Eorumne qui ab hæresi revertebantur susceptio? At non ab illo hæc primum instituta: cum a sanctis Patribus triplici modo suscepti fuerint, vel repetito baptismo, ut Pepuzeni; vel pro olei unctionem, ut Ariani; vel per propriæ sententiæ detestationem, ut Nestoriani.

An ordinatio per pecuniam, quæ in depositionem necessario incurrit? Næ id prorsus verum est: tunc enim pastores visi sunt lupi rapaces, altaria effossa sunt, divinæ reliquiæ dedecore affectæ, sacri libri exusti. Quid plura? ipsa Christi imago, præter alias sanctissimas, contumeliose habita et conculcata. Et quis brevi oratione complecti queat, quæ longam narrationem requirunt? Quid quod porro sequens patriarcha ex sæculari ad episcopalem dignitatem repente provectus, idoneus non fuit qui pro spiritu quantum satis erat decertaret? Inde scandala: inde illa quæ jam nos conturbant, originem sumpserunt. Vos itaque quo sitis erga illum animo, novistis. Nos vero, ut sigillatim eos qui pecunia ordinati fuerant, audiebamus ab illo non admitti ad communionem, quanquam non ita existimabatur, conveniens esse duximus pacis studio concordiam cum eo retinere: siquidem ad hanc, quoad licet, propendendum est, ut et Theologus ait [78]; ac ubi offensionis suspicio est, melius est assentiri quam pertinacem esse. Neque vero ipsi vos de conscientia vestra depellimus. Vosque vicissim id a nobis in re haud penitus manifesta ne exigite: quandoquidem et persona, et tempus, et experientia conciliare solet eos, qui de iisdem rebus non eadem sentiebant.

Sed quorsum ista ad divinum Germanum regressio? ut inde prorsus ordinatio repetatur. Quid enim, de tribus qui interjecti fuerunt hæreticis? nullusne est, qui ab illis ordinatus non fuerit, aut ab iis quos illi ordinarant, transmissa porro usque ad Tarasium ordinatione? Quam multi ex oriente et occidente et aquilone et mari venerunt illo temporis spatio, susceptoque sacerdotio Ecclesiæ nostræ per communionem conjuncti fuerunt? Et quam multi sine pecunia ordinati tum fuerunt, ordinaruntque, quamvis forent hæretici? Dei unius est hæc omnia nosse, non autem hominis affirmare: omnesque propterea depositos arbitrari. Sed quoniam homines sumus, hominum more, quæso, res inspiciamus: eo quod homo vultum, Deus vero cor intuetur [79]: ac solummodo exigatur oris confessio, quando eam mentiri non liquet: secundum quam et Tarasius ordinationem suscepit: ob quam et viri diligentes ac religiosi qui tum erant, et Tarasio se conjunxerunt et cum eo consenserunt: et repente post synodum discessionem

ποιοῦν ἡμῖν [*cod. Reg.* ὑμῖν]; Πίστις; Καὶ ὅσον ἐκ τοῦ προφανοῦς, ὀρθόδοξος, ταῖς τε ἁγίαις συνόδοις ἠκολουθηκὼς, καὶ ὁμοφρονήσας τοῖς ἄλλοις πατριάρχαις· ἀγωνισάμενος μάλιστα ὑπὲρ πίστεως τὸ πρότερον. Ἡ τῶν ἐξ αἱρέσεως ὑποστρεψάντων παραδοχή; Καὶ οὐχ ὑπ' αὐτοῦ καινοτομηθεῖσα· πρὸς γὰρ τῶν ἁγίων Πατέρων τριχῶς παραδεχομένων· ἢ διὰ ἀναβαπτισμοῦ, ὡς ἡ τῶν Πεπουζηνῶν· ἢ διὰ χρίσεως μύρου, ὡς ἡ τῶν Ἀρειανῶν· ἢ δι' ἀναθεματισμοῦ τῆς οἰκείας δόξης, ὡς ἡ τῶν Νεστοριανῶν.

Ἡ ἐν χρήμασι χειροτονία, ἥτις ὑποπίπτει κατὰ τὸ ἀναγκαῖον καθαιρέσει; Ναὶ, πανάληθες· καὶ γοῦν τηνικαῦτα ποιμένες λύκοι βαρεῖς ὤφθησαν· κατεσκάφθη θυσιαστήρια· ἠτιμώθη θεῖα λείψανα· βίβλοι ἱεραὶ ἐνεπρήσθησαν. Τί πλέον; αὐτὴ ἡ εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ πρὸς ἄλλαις σεπτοτάταις ἐνύβριστο καὶ κατεπεπάτητο. Καὶ τίς ἂν ἐν ὀλίγῳ διεξέλθοι τὰ μακρᾶς ἱστορίας δεόμενα; Ἀλλὰ τί ὅτι ὁ μετέπειτα πρόεδρος ἐκ τῆς κοσμικῆς ὕλης θᾶττον εἰς τὸ τῆς ἱεραρχίας ἀξίωμα προβὰς, οὐχ οἷός τε γέγονεν ὑπὲρ μαχῆσαι ἱκανῶς τοῦ πνεύματος; Ἐντεῦθεν τὰ σκάνδαλα· ἐκεῖθεν καὶ τὰ ἤδη ταράττοντα τὴν αἰτίαν εἴληφεν. Ὑμεῖς μὲν οὖν, ὅπως τὰ πρὸς αὐτὸν ἔχοιτε, ἴστε. Ἡμεῖς δὲ, ἐπειδὴ ἐν τῷ μέρει τῶν ἐν χρήμασι χειροτονηθέντων ἠκούομεν παρ' αὐτοῦ μὴ προσίεσθαι αὐτοὺς εἰς κοινωνίαν, κἂν οὐχ οὕτως ὑπενοεῖτο, συμφέρον ἡγησάμεθα διὰ τὸ τῆς εἰρήνης καλὸν τὴν πρὸς αὐτὸν ὁμόνοιαν· ἐπείπερ φησὶ καὶ ὁ Θεολόγος· Ἕως ἐξὸν, ἀποκλιτέον πρὸς ταύτην. Καὶ οὗ τὸ λυποῦν ὑπόνοια, βέλτιον τῆς αὐθαδείας ἡ συγκατάθεσις. Καὶ οὔτε ἡμεῖς καθέλκομεν ὑμᾶς τῆς συνειδήσεως· μηδ' αὐτοὶ ἀπαιτοίητε ἡμᾶς τῆς οὐ προφανοῦς ἡμῖν διαγνώσεως· ἐπειδὴ καὶ πρόσωπον καὶ χρόνος καὶ πεῖρα διαλλάττειν ποιεῖ τοὺς μὴ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὡσαύτως φθάσαντας.

Ἀλλὰ τίς ὁ πρὸς τὸν θεῖον Γερμανὸν ἀναποδισμὸς καὶ τὸ ἐκεῖθεν ἐκ παντὸς ζητεῖν τὴν χειροτονίαν; Τί γὰρ καὶ οἱ ἐν μέσῳ τρεῖς αἱρετικοί; οὐκ ἔστι τις μὴ ὑπ' αὐτῶν χειροτονηθεὶς, ἢ ἐκ τῶν πρὸς αὐτῶν χειροτονηθέντων, κατὰ κάθοδον μέχρι Ταρασίου ἀμειβομένης τῆς χειροτονίας; Πόσοι ἐξ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν καὶ βορρᾶ καὶ θαλάσσης ἥκασιν ἐν τῷ μεταξὺ, καὶ συνῆφθησαν διὰ κοινωνίας τῇ καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίᾳ ἱερωμένοι; Καὶ ὅσοι ἄνευ χρημάτων τηνικάδε κεχειροτόνηνται, καὶ κεχειροτονήκασι, κἂν ῥήτιζον; Ταῦτα πάντα Θεοῦ μόνου γινώσκειν, καὶ οὐκ ἀνθρώπου διαβεβαιοῦσθαι. Καὶ διὰ τοῦτο πάντας καθηρτημένους ὑπολαμβάνειν. Ἀλλ' ἐπεὶ ἄνθρωποι, ὡς ἄνθρωποι, παρακαλῶ, τὰ πράγματα κατίδωμεν· διότι ἄνθρωπος εἰς πρόσωπον, Θεὸς δὲ εἰς καρδίαν ὁρᾷ, καὶ ἡ διὰ στόματος ὁμολογία μόνον ἀπαιτεῖσθω, ἡνίκα ἂν μὴ προφανῶς διαψεύδηται· καθ' ἣν καὶ Ταράσιος τὴν χειροτονίαν ἐδέξατο· ἐφ' ᾗ καὶ οἱ τότε ζηλωταὶ καὶ ἀκριβεῖς, καὶ συνῆλθον Ταρασίῳ, καὶ ὡμογνωμόνουν· καὶ θᾶττον μετὰ τὴν σύνοδον διηνέχθησαν πρὸς τῇ παραδοχῇ κατ' αὐτοὺς τῆς ἐν χρή-

[78] Greg. Naz., orat. 14, pag. 223. [79] I Reg. XVI, 7.

Digitized by Google

μασι χειροτονίας· καὶ δι' ἄλλα τινὰ ζητήματα. Ἂν τοῦτό γε οὕτω δοκοίη εὖ ἔχειν καὶ ὑμῖν· καὶ πρὸς τὰ ἑξῆς βαδιούμεθα. Ταῦτα γὰρ καὶ ἀπὸ Ταρασίου μέχρι τοῦ δεῦρο λεχθήσεται. Τί δὲ τὸ συμπέρασμα; Τὸ ἀπὸ παντὸς ἱερέως ἀδιαβλήτου, κατὰ τὸν Θεολόγον καὶ Χρυσόστομον, μετέχειν. Ὁ μὲν γὰρ, φησίν· Ἔστω σοι πᾶς ἀξιόπιστος εἰς τὴν κάθαρσιν, μόνον ἔστω τις τῶν ἐγκρίτων, καὶ μὴ προδήλως κατεγνωσμένων, μηδὲ τῶν τῆς πίστεως ἀλλοτρίων. Ὁ δὲ, Περιεργάζου, πολυπραγμόνει· οὐ γὰρ ἀκίνδυνος ἡ ἀνεξέταστος κοινωνία. Περὶ γὰρ μεγάλων ὁ κίνδυνος. A

fecerunt, ob susceptam, ut ipsis visum est, pecuniariam ordinationem, et alias quasdam quæstiones. Si hoc vobis etiam, recte habere videatur: ad ea quæ sequuntur pergamus. Dicentur enim et ea quæ post Tarasium huc usque. Quid autem ex his colligitur? Ut a quocunque sacerdote qui reprehensione vacet, ex Theologi et Chrysostomi sententia, ne te segreges. Nam ille quidem ait: Quilibet tibi idoneus esto ad purgationem, dummodo sit ex proborum numero, non ex damnatis manifesto, neque ex iis qui a fide sunt alieni. Hic vero ait: Satage, et anxie inquire: non enim periculo vacat quæ sine inquisitione fit communio. De re quippe magna periculum.

Ἐκζητήσωμεν τοίνυν καὶ πολυπραγμονήσωμεν παρ' οὗ ὀφείλομεν κοινωνῆσαι· εἰ τὴν πίστιν ὁμολογοίη ὀρθὴν, εἰ μὴ χρήμασι κεχειροτόνηται· εἰ μή τι ἄλλο τῶν κατὰ τὸν βίον αὐτοῦ ὑποπτευομένων καὶ ἠκουσμένων σφαλερῶν, ἀληθές. Εἰ δὲ ὅτι τὴν χειροτονίαν καταγομένην ἔχει ἀπὸ τοῦ δεῖνος, εἴτε ἐξ αἱρετικοῦ, εἴτε ἐκ χρηματοχειροτονήτου· αὐτὸς δὲ οὔτε αἱρετικὸς, οὔτε ἐν γνώσει ἐκ χρηματολήπτου, εἴτ' οὖν Σιμωνιανοῦ, κεχειροτονημένος· ὁμολογοίη δ' ὅμως τὴν πᾶσαν ἀλήθειαν, τήν τε πίστιν φυλάττειν καὶ τοὺς κανόνας ἀπαρατρώτους· τούς τε κατ' ἀμφότερα παρατετραμμένους ἀποβαλλόμενος· οὐδεὶς ἡμῖν λόγος ἀποχῆς πρὸς αὐτόν. Ἀκατάγνωστος γὰρ ὁ τοιοῦτος κατὰ τοὺς προδεδηλωμένους ἁγίους, καὶ δι' αὐτῶν κατὰ πάντας. Οὕτω τοίνυν καὶ κοινωνοῦμεν, καὶ ὑμῖν ταυτὸ ποιεῖν συμβεβουλεύμεθα [Reg. cod. *εἰ οὐκ ἀκουσόμεθα, si non audiitis*]. Ἐπεὶ εἰ περισσότερον διηρεύνηται, ἀποκρούεται μὲν, ὡς δέδεικται, τὰ τῶν Πατέρων παραγγέλματα· ἐκλιμπάνει δὲ τοσοῦτον τὸ τῆς ἱερωσύνης δῶρον, ἐφ' ᾧ τὸ Χριστιανοὶ καλεῖσθαι ἔχομεν· ὡς εἰς ἐθνικὴν ἡμᾶς μεταπεσεῖν λατρείαν· ὅπερ ἄτοπον. Πρὸς τό γε καὶ ἀκριβευομένους, οὕτω μηδὲ ἐν Δύσει καὶ Ἀνατολῇ ἀφικομένους εὑρίσκειν τὸ ζητούμενον, ἀναδρομάδην καθαιρουμένων πάντων διὰ τῆς ἀλληλούχου συλλειτουργήσεως· ἐπειδὴ προφανῶς τῷ Ῥωμαίων προέδρῳ ἐπὶ Ταρασίου συνιεράτευσαν οἱ ἐκ τῶνδε ἀποκρισιάριοι ἀποσταλέντες· κἀκείνου τάχα τυῖς τῆς Ἑῴας· καὶ φροῦδα ἐντεῦθεν τὰ τῆς ἱερωσύνης· ὃ ἀπαγορεύσαντες πάντως, καταδεξόμεθα ἐν τῷ προειρημένῳ κατὰ τοὺς ἁγίους μέτρῳ στῆναι. B C D

Investigemus ergo et sollicite simus cum quo nobis communicandum sit, num rectam fidem profiteatur; num pecunia sit ordinatus; nunquid aliud eorum, quæ illum in vita commisisse vel suspicio vel fama est, verum sit. Si autem quia deductam habet ordinationem ab aliquo hæretico seu per pecuniam ordinato; cum ipse interim nec hæreticus sit, nec sciens ordinatus ab homine pecunia corrupto, id est Simoniaco: omnem autem veritatem et fidem et canones illibatos servare profiteatur, et eos qui alterutro deflectunt rejicere: nulla nobis ratio est ab illo discedendi. Is enim inculpatus est, juxta sanctos modo laudatos, et per illos juxta omnium sententiam. Sic ergo et nos communicamus, et vobis ut idem faciatis auctores sumus. Alioqui, si amplius inquiratur, exploduntur, ut demonstratum est, Patrum monita, et irritum fit ingens illud sacerdotii munus, per quod Christianorum nomen adipiscimur: ut ad ethnicos ritus delabi nos oporteat: quod est absurdum. Præterquam quod ita inquirentes, et ad occidentem atque ad orientem progressi, nusquam reperiunt quod quærunt, omnibus sursum versus depositis, propter mutuam inter ipsos sacrorum societatem: quandoquidem manifestum est, Tarasii temporibus apocrisiarios hinc missos sacra peregisse cum Romano antistite, atque hujus fortasse cum orientalibus: indeque cassa est omnis ratio sacerdotii: quod omnino respuentes, in prædicta secundum sanctos lege stare amplectemur.

Διότι πολλὰ συνέβη καὶ συμβαίνει τοιαῦτα παραπτώματα ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ· ἃ οὐδεὶς τῶν ἁγίων εὗρηται οὕτω διερευνήσας· ὅτι μηδὲ οἷόν τε, οὔτε μὴν ἐκδέδωκε φυλάττειν ἡμᾶς. Ἔχει μὲν ταῦθ' οὕτως· Περὶ δὲ τοῦ προύργιαίτερον ἡμῖν εἶναι τῆς μοιχοκυρώτου συνόδου τὴν καθ' ἡμᾶς [cod. Reg. ὑμᾶς] ἔνστασιν, τεθαύμακα ἀκούσας· τοσοῦτον γὰρ προτιμοτέρα, ὅσον ἀποστολικῆς φωνῆς ἡ Κυριακή.

Quia multæ contigerunt continguntque hujusmodi offensiones in Ecclesia, quas nullus unquam sanctorum ita curiose indagasse legitur: ac ne fieri quidem id possit: quare nec nobis observandum tradiderunt. Atque hæc in hunc modum. De hac vero contentione nostra, quod utilior nobis non sit quam synodus quæ mœchis patrocinatur, miratus sum cum audivi: tanto enim illa præstabilior, quanto Domini vox apostolicam antecedit.

Καὶ οὔπω λέγω ὅτι Ταράσιος οὐκ ἐκήρυξεν ἐν χρήμασι χειροτονεῖσθαι. Ἀλλὰ καὶ τοὺς τοιούτους ὁμολογῶν μὴ δέχεσθαι κατὰ τὸ προφανές· ὧδε δὲ δόγμα κατά τε τοῦ Εὐαγγελίου, τοῦ τε Προδρόμου, τῶν τε

Neque id tantum dico, non edixisse Tarasium ut per pecuniam ordinatio fieret: sed professum esse se tales non recipere, sicut palam est. Nunc autem dogma adversus Evangelium et Præcursorem et ca-

Digitized by Google

nones, synodice per adulterii copulatoris susceptionem promulgatum est, scelus dispensationem esse sanciens, ac episcopos et sacerdotes, cum libuerit, auctoritatem in canones habere : eos qui eadem non sentiunt, anathematizans et diris devovens, ut scitis. Hoc Iconomachorum hæresi, etsi posterius, at non levius videbitur pie considerantibus : quorum precibus Dominus malum depellens pristinam pacem reddat Ecclesiæ suæ. Præterquam quod, ut scripsisti, alterum ab altero pellitur, et sibi cohærent cognitio et abrogatio sceleris quo præter legem facta conjunctio est. Incolumem et pro humilitate nostra orantem, cum tota familia Dominus te conservet, amicorum prime, et zelantium maxime.

A κανόνων, συνοδικῶς διὰ τῆς τοῦ μοιχοζεύκτου παραδοχῆς ἐκπεφώνηται, βεβαιοῦν τὴν παρανομίαν οἰκονομίαν, τούς τε ἱεράρχας καὶ ἱερεῖς ὁπόταν βούλωνται ἐξουσιάζειν τῶν κανόνων· καὶ τοὺς μὴ ταυτὸν φρονοῦντας ἀναθεματίζον καὶ ἐκσκορακίζον, καθάπερ ἴστε. Τοῦτο καὶ τῆς Εἰκονομάχου αἱρέσεως, εἰ καὶ δεύτερον, ἀλλ' οὐκ ἔλαττον τοῖς εὐσεβῶς ἀναθεωροῦσιν. Ὧν ὁ Κύριος ταῖς εὐχαῖς ἐκποδὼν τὸ κακὸν ἄρας πρυτανεύσοι εἰρήνην ὡς τὸ ἀπαρχῆς τῇ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ. Πλὴν ὅτι, καθὰ γέγραφας, θάτερον, ὑπὸ θατέρου βάλλεται, καὶ διάλληλος ἡ ἐπίγνωσις καὶ λύσις τῆς ἀνομοδέσμου πράξεως. Ἐρρωμένον, καὶ εὐχόμενον ὑπὲρ τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν πανέστιον ὁ Κύριός σε διαφυλάξοιε, φίλων πρώτιστε, καὶ ζηλωτῶν κράτιστε.

LIV. — *Annæ præpositæ.*

ΝΔ'. — Ἄννῃ ἡγουμένῃ. [σοδ'.]

Laudat ejus pietatem erga monachos.

Quid distulisti ad nos scribere, ac de rebus sanctitatis tuæ indicare? Nos vero multo minus propterea desistemus, partim quidem quia humile os nostrum jam semel aperuimus; partim ob zelum tuum divinum, et ardentem pietatem. Audio enim te assiduis erga fratres nostros beneficiis non fatigari, huc illucque circumeundo, et obvium quemque tractando perhumaniter, votivisque verbis tanquam Christi ministrum prosequendo. O pulcherrimam hanc tuam occupationem! o vigilantem in divinis rebus sacram animam tuam! Neque enim sola sunt ista et unica; sed fetus aliarum virtutum, et fecunditatis tuæ spiritualis propagines. Quoniam nec fieri potest ut non bene oleat, qui unguenta circumferat : neque ut non luceat qui facem gestet. Hinc igitur usquequaque dignoscuntur, ac potissimum in persecutionibus pro Christo, quinam sint sanctitatis amatores, et beati; quinam contra improbi et bonitatis expertes : quantumvis interiora recte habere, externa specie assimulent.....

B Τί ὑπεστείλω τοῦ γράφειν καὶ γνωρίζειν ἡμῖν τὰ τῆς ὁσιότητός σου; Ἡμεῖς δὲ διὰ τοῦτο μᾶλλον οὐ διαλείψομεν. Τὸ μὲν διὰ τὸ ἅπαξ ἡμᾶς ἀνοῖξαι τὸ ταπεινὸν στόμα· τὸ δὲ διὰ τὸν κατὰ Θεόν σου ζῆλον καὶ πυρίπνουν εὐσέβειαν. Πυνθάνομαι γάρ σε ἄληκτον ἔχειν τὸ περὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν εὐποιητικὸν, ἔνθεν κἀκεῖθεν περιθέουσαν, καὶ ἕκαστον τὸν παρατυγχάνοντα δεξιουμένην φιλανθρώπως, καὶ τοῖς εὐκταίοις ῥήμασι παραπέμπουσαν ὡς Χριστοῦ διάκονον. Ὦ τῆς καλλίστης σου ταύτης πραγματείας! ὦ τῆς γρηγορούσης σου περὶ τὰ θεῖα ἱερᾶς ψυχῆς! Οὐ γὰρ ὀρφανικὰ ταῦτα. Ἀποκυήματα δὲ ἑτέρων ἀρετῶν, ἦγουν προβλήματα τῆς πνευματικῆς σου πολυκαρπίας· ἐπεὶ οὐδὲ οἷόν τε μὴ εὐωδεῖν τὸν ἐπιφερόμενον ἀρώματα· μηδὲ λαμπαδουχεῖν τὸν φωτοφόρον. Διαδείκνυνται τοίνυν ἐντεῦθεν πάντοτε καὶ πάντως, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ διωγμοῖς, τίνες οἱ τῆς ὁσιότητος ἐρασταὶ καὶ θεόλβιοι, καὶ τίνες οἱ φαυλότητος καὶ ἀμοιράγαθοι· κἂν τῷ ἔξω σχήματι τὰ ἔνδον καλῶς ἔχειν ὑποπλαττόμενοι... (1).

LV. — *Irenæ patriciæ.*

ΝΕ'. — Εἰρήνῃ πατρικίῳ. [σπβ'.]

Ut scribere pergat. Tum de filiæ morbo dolentem solatur.

Philtri cujusdam vim habet litterarum collocutio affectum ingenerans in animis amantium : tantoque magis, quanto fuerit sermonis communicatio frequentior, latentes amoris scintillas quodammodo exsuscitans, et magnam conjunctionis benevolæ flammam incendens. Simile quiddam et in nobis humilibus effecit epistola suavitatis tuæ, spiritualem ejus benevolentiam multiplicans, memoriæque igniculis vegetioribus insidens. Utere igitur, pientissima Domina, hoc amoris pharmaco; ac de tua valetudine et prosperitate nobis significa. Novimus enim perpetuo virentem virtutis tuæ florem, et pietatis abundantiam ex iis quæ audivimus, et quæ nunc etiam audimus : et quibus nos ipsi beneficiis affecti sumus et afficimur etiamnum : sive vocem

D Φιλτροποιόν τι πρᾶγμα ἡ γραμματικὴ προσφώνησις, σχέσιν ἐμποιοῦσα ταῖς ψυχαῖς τῶν ἐρώντων. Καὶ τοσοῦτον [Reg. cod. τοσαύτην], ὅσῳπερ ἂν καὶ πυκνάζῃ ἡ ὁμιλία· οἱονεὶ ἀνασκαλεύουσα τοὺς ἐναποκειμένους ἐρωτικοὺς σπινθῆρας, καὶ πολλὴν τὴν ἀγαπητικὴν διάθεσιν ἀνακαίουσα. Τοσοῦτόν τι καὶ ἐν ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς ἀπειργάσατο ἡ ἐπιστολὴ τῆς ἐμμελείας σου, πολυπλασιάσασα τὴν πνευματικὴν φιλίαν αὐτῆς, καὶ τὰ τῆς μνήμης ἐμπυρεύματα ἀκμαιότερα ἐνιζάνουσα. Χρῶ τοιγαροῦν, θεοσεβεστάτη Κυρία, τῷ ἀγαπητικῷ τῷδε φαρμάκῳ· καὶ γνώριζε ἡμῖν τὰ τῆς εὐεξίας καὶ εὐπραξίας σου. Ἴσμεν γὰρ τὸ κατ' ἀρετὴν σου ἀειθαλὲς καὶ πριστικὸν εἰς εὐσέβειαν ἐξ ὧν τε ἀκηκόαμεν, καὶ εἰσέτι ἀκούομεν· καὶ ἀφ' ὧν ἡμεῖς αὐτοὶ εὖ πεπόνθαμεν καὶ πάσχομεν·

NOTÆ.

(1) Desunt nonnulla, ut conjicere est ex spatio vacuo in Reg. cod.

Digitized by Google

εἴτε δανειζομένη τὴν φωνήν· εἴτε καὶ ἐξ οἰκείας γλώττης φθεγγομένη· ὡς ἡμεῖς γε ἡδείᾳ ταύτην μᾶλλον ἐπαίομεν διαθέσει, οὐ ψιλῷ ἤχῳ προσέχοντες· καὶ ἅμα ἐκεῖνο γινώσκοντες, ὡς οὐδεὶς οὕτως εἰκονίσειε ψυχὴν, ὡς ὁ παρ' αὐτῆς προϊὼν λόγος, κἂν ὁποῖός ποτ' ἂν εἴη. Περὶ τῆς κυρίας τῆς θυγατρός σου ὅτι γέγονεν οὕτω μαθόντες, ἠνιάθημεν· εὐχὴν δὲ ποίαν, ἢ ἀπομύρισμα οἷον δῶμεν ἁμαρτωλοὶ τυγχάνοντες; Πλὴν ἐκεῖνο πέπεισο· ὅτι οὐδὲν ἰσχύουσιν αἱ τοιαῦται περιεργίαι, εἰ μήγε ἡμεῖς δῶμεν χώραν ἀπροσεξίᾳ τινί. Ὡς γὰρ οὐχ οἷόν τε τόπον τινὰ ἡλίῳ περιλαμπόμενον, τὸ ἀντίθετον σκότος εἰσδέξασθαι· οὕτως οὐδὲ ἄνθρωπον θείῳ φωτὶ, ἤγουν συνέσει καὶ ἀρετῇ ἐπερειδόμενον, παθεῖν τι τῶν σκαιῶν καὶ δαιμονικῶν μαγγανευμάτων. Ἰαθείη τοίνυν ἡ παῖς ἐν ὀνόματι Κυρίου τοῦ θεραπεύοντος πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν· καὶ ἔστω χεὶρ Θεοῦ περιιπταμένη καὶ ἐπισκιάζουσα τὴν αὐτῆς κεφαλὴν, καὶ ἀποσοβοῦσα πᾶσαν ἐνέργειαν βλαπτικήν· ὡς ἂν εὐεκτοῦσα σὺν μητρὶ θεοφόβῳ ἀποδοίη τὰς εὐχὰς αὐτῆς χαριστηρίως τῷ Κυρίῳ.

A mutueris alienam, sive lingua propria loquare; quam nos utique longe dulciore sensu excipimus, haud nudo sono intenti; sed hoc simul intelligentes, nihil animum sic exprimere, ut ab eo prodiens, qualiscunque tandem illa sit, oratio. De domina filia tua, quod ei accidit, ubi didicimus, indoluimus vehementer: quasnam vero preces, aut cujusmodi lenimen impertiamus nos qui peccatores sumus? Verumtamen sic tibi persuadeas, nullam vim habere istiusmodi molestias, nisi aditum ipsimet socordia aliqua patefaciamus. Quemadmodum enim fieri nequit, ut locus quispiam solis radiis illustratus, contrarias tenebras admittat, sic neque homo divino lumine, hoc est prudentia et virtute nixus, sinistra ulla dæmonis fraude lædi potest. Convalescat ergo puella in nomine Domini, qui sanat omnem B morbum et languorem omnem: et manus Dei circumeat atque obumbret caput illius, et noxiam vim omnem depellat; ut, cum pia matre, incolumis vota sua Domino cum gratiarum actione reddat.

ΝΖ'. — Ἀντωνίῳ ἡγουμένῳ τοῦ ἁγίου Πέτρου, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ. [σιϛ'.]

LVI. — *Antonio præposito sancti Petri, et iis qui cum illo.*

Suadet ut pace Ecclesiæ jam per imperatorem constituta, cum patriarcha, dictisconditionibus, communicent. (Baron. an. 811, n. 15.)

Τὰς ἐκ πολλῆς συνοχῆς καὶ θλίψεως καρδίας γραφείσας ἡμῖν ἐπιστολὰς παρὰ τῆς πατρικῆς ὑμῶν ἁγιωσύνης δεξάμενοι· ὅσον κατεστενάξαμεν τί δεῖ καὶ λέγειν, ἀδελφικοῖς σπλάγχνοις κινούμενοι, εἰ καὶ ἀνάξιοι τυγχάνομεν, καὶ ἐκ ταυτοπαθείας τὴν περιπόνησιν ὑμῶν στοχαζόμενοί τε καὶ συνυφιστάμενοι; οὐδὲ γὰρ ἄλλοις ἔστι γνωρίζεσθαι τὸ ὀδυνηρὸν, ἢ τοῖς ὁμοιοπαθῶς τοῖς αὐτοῖς ἐνεχομένοις λυπηροῖς. Ἀλλ' αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν τοσοῦτον ἐπλήθυναν ἐν τῇ παρούσῃ γενεᾷ τῆς ἀνομίας, [Cod. Reg. τὴν ἀνομίαν] ὑγείσης τῆς ἀγάπης κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον· ὥστε τοὺς ὀφείλοντας διαλύειν τὰ σκῶλα καὶ προσκόμματα, τούτους τὰ ἴσα ἢ τάχα καὶ δεινότερα τοῖς ἐν ταῖς ἔξωθεν ἀρχαῖς ἔστιν ὁρᾷν πράττοντας. Δεσμωτήρια φατε, ἀπαγωγὰς, ὀνειδισμοὺς, διωγμοὺς, καὶ περιστάσεις ὑφεστάναι, καὶ ἔτι ὑφίστασθαι, παρὰ τῶν κρατούντων τὰς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ· καὶ οὐχ ὅτι ὑπὲρ ἐντολῆς ἐνιστάμενοι, ἀλλὰ καὶ εἰ ἁλωκότες ἦτε ἐν παραπτώμασιν ἀνθρωπίνοις, οὐδαμῶς τὰ τοιαῦτα πανθάνειν ἐξὸν ἦν ὑμῖν παρὰ ποιμένων Θεοῦ· μὴ ὅτιγε ὑπὲρ ἀληθείας διαθλοῦσιν· οἷς τὸ ἐπαινεῖσθαι καὶ μακαρίζεσθαι κεχρεώστηται· καὶ ταῦτα τῷ μοναδικῷ κατακεκοσμημένοις ἐπαγγέλματι. Ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτοὺς, ἔφη ὁ Κύριος. Οὐ δήπου τοιοῦτον παρὰ τοῖς ἁγίοις ἐγνωρίσθη· τούναντίον δὲ αὐτοὶ μᾶλλον πεπονθότες ἐδείκνυντο διδασκόμενοι παρὰ τῆς ἀποστολικῆς φωνῆς, ἥ φησι περὶ τοῦ Κυρίου· *Ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει· πάσχων οὐκ ἠπείλει·* παρεῖχε δὲ εὐμενῶς τῷ παίοντι καὶ τὴν θείαν σιαγόνα. Ἐντεῦθεν οἱ ἐπίσκοποι.

Cum epistolas vestras magno cum animi angore et afflictione ad nos scriptas a paterna sanctitate vestra accepissemus, quantopere ingemuerimus quid dicere attinet, fraternis visceribus commoti, tametsi indigni simus, ex parili mœrore dolorem C vestrum æstimantes, atque una sustinentes? Nec enim aliis licet molestias æstimare, quam iis qui consimili affectu iisdem molestiis anguntur. Enimvero peccata nostra usque adeo in hoc sæculo iniquitatem exaggerarunt refrigescente, juxta Domini verba [80], charitate; ut, qui offendicula et scandala removere debebant, eos videre sit paria ac fortasse graviora externis magistratibus facere. Carceres dicitis, exsilia, probra, persecutiones, et ærumnas sustinuisse vos, ac etiamnum sustinere ab iis qui Ecclesias Dei moderantur: quos non solum pro mandato pugnantes, sed ne si quidem humanis criminibus rei essetis, talia unquam a Dei pastoribus perpeti fas esset, nedum pro veritate certantes, quibus laus debetur et beatitudo: atque insuper monastica professione ornati. « Ex operibus D eorum cognoscetis eos, » ait Dominus [81]. Haud sane talia in sanctis spectata sunt; quin ipsi contra pati potius visi sunt, apostolica voce edocti, quæ de Domino sic ait: *Qui cum malediceretur non maledicebat: cum pateretur non comminabatur* [82], præbebat autem placide divinam maxillam percutienti [83]. Hinc Christi pastores noti: illinc alieni episcopi.

Ἀλλὰ τί δεῖ παθεῖν; κατὰ τὴν ἐνσκήψασαν ἐν τῇ ποιμένες Χριστοῦ γνώριμοι· κἀκεῖθεν οἱ ἀλλοτριο-

Sed qualia pati necesse est? ob ingruentem hac

[80] Matth. xxiv, 12. [81] Matth. vii, 10. [82] I Petr. ii, 23. [83] Luc. vi, 26.

Digitized by Google

Quantum quidem ex litteris, de valetudine tua nihil cognovi, sed heu peccatis meis quod hæc ita evenerunt! Indicatum enim mihi est a fratribus, litteras illas una cum aliis intercidisse: et hæc quidem diaboli vis. Sed laus Deo, qui illas abscondit iis qui rerum potiuntur: multis enim impendebat periculum. Quinetiam perilsse simul iambos, quos recte agens contra Iconomachos scripseras: omnino autem sine exemplo et nota eos mittere non debueras. Hæc sane contristarunt nos, ut par erat. Ego vero humilis iterum alloquor sanctitatem tuam, faciem venerandam videre desiderans; cujus enim potius quam tuam? Ac nonne semper? neque id ex natura tantum, quantum ex actionum conspiranti societate, non humi nata, sed cœlitus profecta, a primis fere carceribus in hanc diem, ut sciunt omnes; ac formaverunt parentes, corporaliter dicam an spiritualiter? Utinam autem sic maneamus etiam in posterum, ut a virtute tua non divellar peccatorum meorum multitudine, ex divina benignitate consentientes, et ex eorum deprecatione qui genuerunt! Ac vota quidem nostra talia sunt.

Τὰ δ' ἄλλα οἷα καὶ ὅσα, ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, στεναγμῶν καὶ ὀδυρμῶν ἄξια, ἤδη πάντως

Cætera autem qualia et quam multa, in Ecclesia Dei, gemitu ac lacrymis digna, jam prorsus audi-

[85] Matth. VII 16. [86] I Joan. II, 19.

Digitized by Google

sti : quæ enim ne prisci quidem contra Christum egerant hæretici, ea nunc majori rabie patrata sunt. Et dormit Christus, et salsum incredulitatis mare intumescit, extremam perniciem afferens. Sed adsint tecum germani discipuli, qui Christum ad increpationem periculique depulsionem exsuscitent. Abiit et meus in habitu susceptor ac sponsor, vir bonus, confessionis præmium reportans in molestissima, ut in lectulo se ipse versare non posset, infirmitate. Quomodo? Cum resisteret, abductus est et custoditus, deinde etiam relegatus, atque ita martyrium consummans. Itaque Dominus non despexit obedientiæ ejus labores, quantos nosti : tametsi propter peccata mea inter Mœchianos deprehensus fuerit, corpori parcens, non animo item abreptus, ut res ipsa declaravit. Propterea cœtui a Deo subductus, in alteram partem victoriam vertit : quemadmodum et Mediciotes, atque adeo Nicænus quoque ; ut litteris ipsis edoctus sum. Et quid hunc aut illum dico? Mihi enim persuadeo, sic affectos esse omnes qui restiterunt. Quin et ipse verus patriarcha noster veritatem profitetur, ut ex ejus ore didici qui illum audierat, ejusque defensionem laudabat. Hæc dixi, tum ut defunctum merito laudarem, tum ut sanctitati tuæ nota facerem quæ debebam. Sed non ignoras intestinum malum, Leontium illum quondam nostrum, qui et antea Mœchianis adhæsit, et nunc princeps est œconomachorum. Eam ob causam et Studianum obtinuit, et Saccudioni injuste dominatur. Ex impuro nihil purum : qualis genitor carnalis, talis et filius : quem Deus convertat sanctis precibus tuis ; et me peccatorem in timore suo confirmet. Saluto eos qui reverentiæ tuæ famulantur. Qui mecum est, ut famulus te veneratur.

A

B

C

ἀκούοις · ἃ γὰρ οὐδὲ οἱ πάλαι αἱρετίσαντες ἔπραξαν κατὰ Χριστοῦ, ταῦτα μανικώτερον ἐξείργασται νῦν. Καὶ Χριστὸς καθεύδει · καὶ ἡ ἅλμυρὰ τῆς ἀπιστίας θάλασσα κεκορύφωται, πανολεθρίαν ποιοῦσα. Ἀλλ' εἴησαν σὺν σοὶ οἱ γνησιεύοντες τῶν μαθητῶν, Χριστὸν εἰς ἐπιτίμησιν καὶ καταστόρευσιν τῆς κινδυνεύσεως διεγείροντες. Οἴχεταί μου καὶ ὁ τοῦ σχήματος ἀνάδοχος, ἀνὴρ ἀγαθὸς, ὁμολογίας ἄθλον ἀπενεγκάμενος ἐν τοιαύτῃ χαλεπωτάτῃ νόσῳ· ὡς ἐνδεῶς ἔχειν καὶ τοῦ ἐπὶ κλίνης στρέφεσθαι. Πῶς; ἐνστὰς, καὶ ἀρθεὶς καὶ φυλακισθεὶς, εἶτα καὶ ἐξορισθεὶς · καὶ ταύτῃ τὸ μαρτύριον τελέσας. Οὐ παρεῖδεν οὖν αὐτοῦ Κύριος τοὺς ὑποτακτικοὺς κόπους, ὁπόσους οἶσθα, κἂν ἐάλω κατὰ τὰς ἁμαρτίας μου ἐν τοῖς Μοιχειανοῖς, φειδοῖ τοῦ σώματος, οὐ συναιρεύμενος τῷ φρονήματι · ὡς τὸ πρᾶγμα ἐδείκνυ. Διὰ τοῦτο ὑπὸ Θεοῦ καὶ ῥαγεὶς τῆς συμμορίας, ἑτεραλκὴς τὴν νίκην πεποίηται, ὥσπερ καὶ ὁ Μηδικιώτης· ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ Νικαίας· ὡς γράμμασιν αὐτοῖς ἐπιστώθην. Καὶ τί λέγω τοῦτον κἀκεῖνον; Καὶ γὰρ πείθομαι καὶ ἕκαστον τῶν ἐνισταμένων οὕτως ἔχειν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ ἀληθινὸς ἡμῶν πατριάρχης ὁμολογῶν ἐστι τὴν ἀλήθειαν · ὡς ἔμαθον ἐκ στόματος τοῦ παρ' αὐτοῦ ἀκηκοότος, καὶ ἐπαινοῦντος τὴν τότε ἔνστασιν. Εἴρηκα ταῦτα, ὁμοῦ μὲν τὸν ἐκδημήσαντα εἰκότως ἀποτιμῶν· ὁμοῦ δὲ καὶ τῇ σῇ ὁσιότητι γνώριμα καθιστῶν τὰ ὀφειλόμενα. Ἀλλ' οἶδας ὅτι τὸ ἐγκόλπιον κακὸν Λεόντιος, ὁ ποτὲ ἡμέτερος, ὡς συναπήχθη τοῖς Μοιχειανοῖς πρότερον, καὶ νῦν προστάτης τῶν Εἰκονομάχων. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ Στουδίου παρέλαβε · καὶ τοῦ Σακκουδίωνος ἀνόμως ἄρχει. Ἐξ ἀκαθάρτου οὐδὲν καθαρόν · οἷος ὁ φύσας κατὰ σάρκα, τοιοῦτον δὴ καὶ τὸ γέννημα · ὃν ὁ Θεὸς μεταστρέψειεν εὐχαῖς σου ἁγίαις· κἀμὲ στηρίξειε τὸν ἁμαρτωλὸν εἰς φόβον αὐτοῦ. Τοὺς ἠξιωμένους ὑπηρετεῖσθαι τῇ τιμιότητί σου προσφθέγγομαι. Ὁ σὺν ἐμοί σε δουλικῶς προσκυνεῖ.

D

XXXII. — *Thaleæo filio.*

ΛΒ'. — *Θαλελαίῳ τέκνῳ.* [σξθ'.]

De presbytero, qui, cum orthodoxus esset, metu, cum hæreticis cibum sumebat. (Baron. an. 818, n. 20.)

Recte egisti, qui ad me scripseris, dilecte fili. Hoc ipso enim tum fidem, tum amorem tuum prodidisti. Sed quid mihi laudes occinis, quarum omnino sum expers? Non me peccatorem nosti, ac sermone rudem? Sed solers est admodum charitas, amicis eas quarum expertes sunt laudes attribuens. Laudandi igitur studio misso, ora potius, fili, ut in Domino constabiliar, et omni modo server a malo. Corporalis infirmitas tua cum gratiarum actione sit apud Deum : nec de modo contristare quo contigit. Novit Dominus quæ cuique prosint tribuere. Unde id tamen acciderit nescio. Maledicentia contemnatur, ac celeriter evanescet : si enim timeatur, magis ingruet ; quam vincas utinam, Deo corroborante. Quanquam plurimæ ab iis qui persequuntur, molestiæ ingruunt : at cœlestis remuneratio est. *Siquidem* igitur *compatimur, et conglorificabimur*[87]. Non enim oblectationis fistud, sed martyrii tempus est.

[87] Rom. VIII, 17.

Καλῶς ἐποίησας, ἐπιστείλας μοι, τέκνον ἠγαπημένον. Ἔδειξας γὰρ ἐν τούτῳ τὴν πίστιν καὶ ἀγάπην σου. Ἀλλὰ τί μοι ἐπαίνους ᾄδεις, ὧν ἀμοιρῶ κατὰ πάντα; Οὐκ οἶδας ὅτι ἁμαρτωλὸς ἐγὼ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ ; Ἀλλ' ἡ ἀγάπη κλεπτίστατος, τὰ μὴ ὄντα τοῖς ἀγεράστοις παρὰ τῶν φιλούντων προσάπτουσα. Ἀφέμενος οὖν τοῦ ἐπαινεῖν, προσεύχου μᾶλλον, τέκνον, στηρίζεσθαί με ἐν Κυρίῳ, καὶ σώζεσθαι ἐν παντὶ τρόπῳ ἀπὸ τοῦ Πονηροῦ. Ἡ σωματική σου ἀσθένεια ἐν εὐχαριστίᾳ εἴη πρὸς Θεόν · καὶ μὴ λυποῦ τὸν τρόπον ἐξ οὗ ἦλθεν. Οἶδε Κύριος τὰ συμφέροντα ἑκάστῳ τιθέναι· πλὴν ἀγνοῶ ὅθεν σοι ἦκεν. Ἡ βλασφημία καταφρονείσθω · καὶ οἰχήσεται θᾶττον· φοβοῦσα δὲ μᾶλλον παραγίνεται. Ἧς ῥυσθείης Θεοῦ ἐπιῤῥώσει. Εἰ καὶ καταπόνησις πολλὴ παρὰ τῶν διωκτῶν · ἀλλὰ τὸ βραβεῖον οὐράνιον. *Εἴπερ* οὖν *συμπάσχομεν*, [ἵνα] *καὶ συνδοξασθῶμεν*. Οὐ γὰρ εὐπαθείας ὁ καιρὸς, ἀλλὰ *μαρτυρίου*.

Digitized by Google

Τὸ πρόβλημα περὶ τοῦ πρεσβυτέρου τοῦ ὀρθοδοξεῖν δοκοῦντος, συνεσθίοντος δὲ ἐπισκόπῳ καθὰ εἰρηκας· εἰ μὲν παύσοιτο τῆς τοιαύτης συνεστιάσεως, μετ' ἐπιτιμίου ἀπείρξεως τῆς ἱερουργίας ἕως τινὸς χρόνου, μηκέτι εἰς τὸν αὐτὸν ὄλισθον ὑποπίπτειν· ἔχει ἴασιν τοῦ ἱερουργεῖν Θεῷ. Εἰ δὲ ἀδιαφοροίη· μὴ γένοιτο λύτρον ἀνδρὸς ὁ ἴδιος πλοῦτος· τοῦ φυγεῖν σὺν τῇ δόσει καὶ αἱρετικῆς κοινωνίας, καὶ ἁμαρ[τη]τικῆς ἄλλης πράξεως· οὐ μὴν τῇ ἀνταλλαγῇ δοῦναι τὰ καλὸν, καὶ λαβεῖν τὸ χεῖρον· οἷον δοῦναι φῶς, καὶ λαβεῖν σκότος. Οὐδ' ἂν τὰ ὅλα χρήματα τοῦ κόσμου παρέξει τις· καὶ κοινωνῶν εἴη τῇ αἱρέσει, φίλος Θεοῦ καθίσταται, ἀλλ' ἐχθρός. Καὶ τί λέγω κοινωνίας; Κἂν ἐν βρώματι, καὶ πόματι, καὶ φιλίᾳ συγκάτεισι τοῖς αἱρετικοῖς ὑπεύθυνος. Τοῦ Χρυσοστόμου ἡ ἀπόφασις· ἐπεὶ καὶ παντὸς ἁγίου. Πῶς δὲ ἀκούσιον, καὶ οὐκ ἔργον τῷ δοκοῦντι ὀρθοφρονεῖν, κοινωνοῦντι δὲ ὅμως τῇ ἀρέσει; Ἀκούσιόν ἐστιν, ὅταν τὸ στόμα τις τοῦ ὀρθοδόξου βιαίως ἀναχάνας, ἐγχέῃ τὴν αἱρετικὴν κοινωνίαν· ὅπερ ἐποίησαν οἱ πάλαι αἱρετικοὶ, καὶ ποιοῦσιν, ὡς ἔμαθον, οἱ νυνὶ Χριστομάχοι. Τὸ δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ μετασχεῖν, ἑκούσιον. Εἰ δὲ ὅτι δέει· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ζητούμενον· οὐδὲ οὕτως ἕξει ἀπολογίαν. *Μὴ φοβεῖσθε γὰρ ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα*, ἀλλὰ Θεὸν, τὸν τὸ συναμφότερον γεέννῃ αἰωνίου πυρὸς παραπέμποντα. Ἀκούομεν; Ἀληθῶς ὁ κόσμος ὅλος μιᾶς ψυχῆς οὐκ ἔστιν ἀντάξιος, τῆς φυλαττούσης ἑαυτὴν ἀμέτοχον καὶ αἱρετικῆς κοινωνίας καὶ παντὸς κακοῦ. Οἱ δὲ ἀμφοτέρων μέτοχοι, χόρτῳ ἰσότιμοι, ξύλοις, καλάμῃ. Ἃ κατακαύσει τὸ δοκιμαστικὸν πῦρ τῆς κρίσεως· τοὺς δ' αὐτῶν πράκτορας συντηρήσει, ἀΐδίως φλογιζομένους, καὶ μὴ χωνευομένους.

A Quæstio de presbytero, qui cum orthodoxus crederetur; cum episcopo, quemadmodum dixisti, una cibum capit; si quidem ita convivari desierit, imposita pœna, abstentus ut sit ab re sacra obeunda usque ad certum tempus, ne posthac simili lapsu offendat: sanari potest, ut sacris operetur. Sin is parvipendat; ne sint homini propriæ opes pro redemptionis pretio. Fugienda enim cum donatione communio hæretica, et aliud quodvis scelus: nec sic instituenda commutatio, ut quod bonum est detur, accipiatur quod deterius: cujusmodi est lucem impertiri, ac tenebras referre. Nec si quis universas mundi divitias offerat, communicetque hæresi, amicus Dei censebitur, sed hostis. Quanquam quid communionem dico? Vel si in cibo potuque, et amicitia cum hæreticis congrediatur, reus est. Hæc Chrysostomi, imo et cujusvis sancti, oratio est. Quomodo vero id contra voluntatem ac non sponte fit, cum quis orthodoxus quidem videtur, hæresi tamen interim communicat? Contra voluntatem est, si quis orthodoxi os per vim aperiens, hæreticam communionem infundat: id quod fecerunt olim hæretici, et faciunt, ut didici, hujus ætatis Christomachi. Cum quis autem a seipso particeps fit, id sponte fit. Sin autem quoniam timet; hoc enim est quod quæritur; nec sic habebit excusationem. *Nolite* enim *timere eos qui occidunt corpus* [88]; sed Deum, qui utrumque potest in gehennam sempiterni ignis amandare. Audimus? Vere mundus totus non est cum anima una conferendus, quæ seipsam tum ab hæretica communione, tum ab omni malo servat immunem. Qui vero sunt utriusque participes, feno similes sunt, ligno, stipulæ: quæ quidem explorator ignis judicii cremabit: eorum autem auctores in sempiternum ævum servabit, exurendos idem, non vero purgandos.

B

C

ΛΓ'. — *Πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ περιγραπτὸν εἶναι τὸν Χριστόν* [σπη'.]

Ὁ μὴ περιγραπτὸν εἶναι σώματος χαρακτῆρι τὸν Χριστὸν λέγων· εἰρμῷ τινι πάντως φυσικῷ, καὶ ἀποδείξει λογικῇ κεχρημένος, τὴν περὶ τούτου ἔνστασιν πεποίηται, εἰς βεβαίωσιν ἀληθείας καὶ διασάφησιν τῶν ἀμυήτων.

Οὐκοῦν παρελθὼν διδασκέτω, ὅπως ἔχει φύσεως ὁ λόγος, καὶ τίς ἡ αἰτία τῆς ἀγραφίας. Ὅτι τῷ καθ' ἡμᾶς εἶδει οὐ μεμόρφωται; ὅτι ὀστέοις τὸ σῶμα οὐ διεῖληπται; ὅτι βλεφάροις καὶ ὀφρύσι τὰς ὀπτικὰς κόρας οὐκ ἐφήρμοσται; ὅτι ὠσὶ τοὺς ἑλικοειδεῖς πόρους οὐ τετόνωται; ὅτι ῥισὶ τῶν ὀσφραντῶν ἀντιλαμβάνειν οὐκ ηὐθείασται; ὅτι παρειαῖς ἡδώσαις οὐκ ἐξήρτηται; ὅτι στόματι καὶ γλώττῃ, χείλεσί τε καὶ ὀδοῦσιν, οὐ διείλεκται, βέβρωκέ τε καὶ πέπωκεν; ὅτι ὤμων, καὶ ὠλενῶν, καὶ χειρῶν περιθέσει οὐ διέπλασται; ὅτι στέρνα αὐτῷ καὶ νῶτα σὺν κνημῖσι καὶ ποσὶν οὐκ ἐμπέφυκεν; ὅτι παράτασιν χρονικὴν κατὰ προκοπὴν καὶ αὔξησιν ἡλικίας οὐκ εἴληφεν; ὅτι κίνησις αὐτῷ πορευτικὴ, ἡ ἄνω, ἡ κάτω, ἡ ἐντὸς, ἡ ἐκτὸς, ἡ δεξιὰ, ἡ ἀριστερὰ, ἡ κυκλοφορικὴ, οὐ συνεκπέφανται; ὅτι κόποις καὶ

XXXIII. — *Ad eos qui dicunt non circumscribi Christum.*

Qui circumscriptum esse corporis forma Christum negat; consecutione quadam omnino physica, et demonstratione logica, usus, hanc de isto argumento instantiam protulit ad confirmationem veritatis, et ut profani homines manifesti fiant.

Prodiens itaque in medium, doceat cujus sit naturæ sermo, et quæ causa sit, cur Christus pingi non possit. An quod non est ad similitudinem nostram informatus? quod corpus ei non est divisum ossibus? quod pupillas oculorum non habet palpebris instructas ac superciliis? quod aures non sunt sinuosis compactæ meatibus? quod non sunt aptæ compositæ nares ad percipiendos odores? quod non est pubescentibus genis instructus? quod ore, lingua, labiis dentibusque, nec vocem protulit, nec comedit aut bibit? quod non est humeris, et ulnis, et manibus circumductis conformatus? quod nec pectus ei nec dorsum, cum cruribus pedibusque, inest a natura? quod progressu temporis non est procerior factus, juxta processum et incrementum ætatis? quod nullus ei ad incessum motus, supra, in-

D

[88] Matth. x, 28.

Digitized by Google

fra, intra, extra, dextrorsum, sinistrorsum, in orbem, deprehensus est? quod laboribus ac molestiis aliisque affectionibus, quæ culpa vacant, obnoxius non fuit; capitis comam nutriens, et vestibus universum corpus obvelans? Sin autem in confesso est visum in his quæ collegimus hominem verum, cujus fieri delineatio possit quoad formam corporalem, veraxque pictura, sine qua nec constare ullum corpus compositum possit: siquidem tactu et colore continetur: quæ ingens illa cæcitas est, impiaque altercatio, ut Christum, qui nobis consubstantialis apparuit, ac per omnia similis, pingi non posse contendat? Quomodo vero, eo pereunte quod pingi potest, non una perire necesse est cognatas omnes proprietates? Est enim immutabilis proprietas, ait Theologus; aut quomodo permanet mutata evanescensque proprietas? Respondeat adversarius.

A ἀχθηδόσι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀδιαβλήτοις πάθεσιν, οὐ συνουσίωται· θριξὶ τὴν κεφαλὴν κομῶν, καὶ χιτῶσι τὸ ὅλον σῶμα σκεπόμενος; Εἰ δὲ ἐν τούτοις ὁμολογουμένως ὤπται, ὧν ἡ ἄθροισις, ἄνθρωπος ἀληθής, καὶ οὗ ἡ κατὰ τὸν σωματικὸν χαρακτῆρα ἐξεικόνισις, γραφὶς ἀψευδής· καὶ ἧς ἄνευ οὐδὲ συστῆναι πᾶν σῶμα σύνθετον οἷόν τε· εἴπερ ἐν ἀφῇ καὶ χροιᾷ τὸ τοιοῦτον· τίς ἡ ἄγαν τυφλότης καὶ ἄθεος ἔρις, τὸν ἡμῖν ὁμοούσιον καὶ ὅμοιον κατὰ πάντα πεφηνότα, ἄγραπτον Χριστὸν λέγειν; Πῶς δὲ καὶ τοῦ γραπτοῦ οἰχομένου, οὐ συνοιχήσεται ἅπαντα τὰ σύστοιχα ἰδιώματα; Ἡ γὰρ ἰδιότης, φησὶν ὁ Θεολόγος, ἀκίνητος, ἢ πῶς μένοι ἰδιότης κινουμένη καὶ μεταπίπτουσα; Εἰπάτω ὁ ἀντικείμενος.

XXXIV. — *Naucratio filio.*

ΛΔ'. [ΤΕ'.] — *Ναυκρατίῳ τέκνῳ.*

Carcere inclusum cohortatur: tum, quæ et ipse in suo carcere pateretur, exponit. (Baron. an. 816, n. 8.)

Quid jucundius audire ego peccator poteram, B quam te dilectum, filium meum, cum aliis septem fratribus tuis, *quorum nomina sunt in libro vitæ* [11], pro Christo optimo Deo nostro flagris cæsum fuisse? Laus ei qui vos vocavit ad confessionem veritatis suæ: laus ei qui honorandas animas vestras corroboravit, ut ante alios certamen subirent: ut non reformidarent, nec refugerent a conspectu impii, sed pulchram confessionem vestram obirent, et propter eam dorsum verberibus cum Christo præberent. Vos chorus alius confessionis Ecclesiæ Dei adjecti estis: vos fraternitatis in Christo gloriam auxistis. Beati omnino, dilecti mei, et ter beati: quin et beati ventres qui in lucem vos ediderunt. Quod si de me aliquid etiam dicendum est; beatus ego quoque infelix ac miser, qui tantorum C audio pater filiorum, Dei filiorum et hæredum Christi. Quodnam hoc gaudium? Annon omni gaudio delectabilius? Quænam gloria hæc? Annon diadema gestantium gloria mirabilior, ferre stigmata Christi: vivificas ejus passiones, ceu coronas?

Τί τούτου χαριέστερον, τοῦ ἀκοῦσαί με τὸν ἁμαρτωλὸν, ὅτιπερ σὺ ὁ ἀγαπητός μου υἱὸς, μεθ' ἑτέρων ἑπτὰ ἀδελφῶν σου, *ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς*, ἐμαστίχθητε ὑπὲρ Χριστοῦ τοῦ ἀγαθοῦ ἡμῶν Θεοῦ; Δόξα τῷ καλέσαντι ὑμᾶς εἰς τὴν ὁμολογίαν τῆς ἀληθείας αὐτοῦ· δόξα τῷ στηριξαντι τὰς τιμίας ὑμῶν ψυχὰς τῶν ἄλλων προκινδυνεῦσαι εἰς τὸ μὴ πτῆξαι, μηδὲ ὑποχωρῆσαι ἀπὸ προσώπου τοῦ ἀλάστορος· ἀλλὰ τὴν καλὴν ὑμῶν ὁμολογίαν ὁμολογῆσαι, καὶ διὰ ταύτην σὺν Χριστῷ δοῦναι τὸν νῶτον εἰς μάστιγας. Προσετέθητε χορὸς ἄλλος ὁμολογίας τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. Ηὐξήσατε τὸ κλέος τῆς ἐν Χριστῷ ἀδελφότητος. Μακάριοι ὄντως, ποθητοί μου, καὶ τρισμακάριοι, μακάριαι καὶ αἱ κοιλίαι, αἵ εἰς φῶς ὑμᾶς ἤγαγον. Εἰ δέ τι καὶ περὶ ἐμοῦ· μακάριος κἀγὼ ὁ ἀμακάριστος καὶ ἄθλιος· ὅτι τηλικούτων ἀκούω, Πατὴρ τέκνων, Θεοῦ υἱῶν, καὶ κληρονόμων Χριστοῦ. Τίς ἡ χαρὰ αὕτη; ἀλλ' οὐχὶ πάσης χαρᾶς θυμηρεστέρα; Τίς ἡ δόξα αὕτη; ἀλλ' οὐχὶ τῶν τὰ διαδήματα φορούντων θαυμασιωτέρα, στίγματα φέρειν τοῦ Χριστοῦ, τὰ ζωοποιὰ αὐτοῦ πάθη, ὡς στέφη;

Sic igitur vestra se habent, quæ et cœlum laudavit, et terra audivit. Nostra vero nullius sunt momenti, et plena peccatis, qualia nimirum Adrianus frater nuntiavit: omnino enim salvus evasit. Quod si quid adjici oporteat: hæc quoque indicabimus. Post dilaniationem incluserunt nos ambo in sublimi loco, januam obstruentes: et, scalis remotis, additi sunt circumquaque custodes, ne quis propius accedat, contingatque domicilium. Quin et castrum ingredientes singulos obvii custodes observant, nec alio divertere sinunt quam ad proprias domos, quoad illi rursum egrediantur. Interdictum est severe, ne quid nobis detur præter aquam solum et lignum. Ita nos plane tanquam in sepulcro locarunt, ut enecent nos. Deus autem benignitatis suæ misericordia, per ea quæ intulimus necessaria, et quod insuper ab eo qui admo-

Οὕτως μὲν οὖν τὰς καθ' ὑμᾶς· ἃ καὶ οὐρανὸς ἤνεσε, καὶ γῆ ἠκουτίσθη. Τὰ δὲ ἡμέτερα μηδαμινὰ καὶ ἁμαρτωλά· πλὴν ὡς ἀπήγγειλεν ὁ ἀδελφὸς Ἀδριανός· πάντως γὰρ ἀποσέσωσται. Εἰ δέ τι δέοι καὶ προσθεῖναι, ταῦτα καὶ δηλώσομεν. Μετὰ τὸν δαρμὸν ἔκλεισαν ἡμᾶς τοὺς δύο εἰς ἀνώγεων, ἀναφράξαντες τὴν θύραν, καὶ ἄραντες τὴν κλίμακα· κυκλόθεν φύλακες· μή τίς που θίγῃ, μηδὲ ἅψηται D τοῦ δωματίου· ἀλλὰ καὶ πάντα τὸν εἰσερχόμενον εἰς τὸ κάστρον, προϋπαντῶντες οἱ φύλακες, οὐκ ἐῶσί που τραπῆναι πάρεξ τοῦ ἰδίου οἴκου, ἕως ἂν αὖθις [ἴ. αὖτις] ἐξέλθοι. Παραγγελία κραταιὰ, μὴ ἐπιδοθῆναι ἡμῖν τι πάρεξ ὕδατος μόνου καὶ ξύλου. Οὕτως ἁπλῶς θέμενοι ὡς ἐν τάφῳ, καὶ πρὸς τὸ κτεῖναι ἡμᾶς. Ὁ δὲ Θεὸς ἐλέει φιλανθρωπίας αὐτοῦ· δι' ὧν προεισηνέγκαμεν χρειῶν· καὶ ἔτι δι' οὗ ἐπιδέδοται ἡμῖν τὸ προσταχθὲν δι' ὁπῆς τῆς θυρί-

[11] Philipp. IV, 3.

Digitized by Google

δος, ἐπὶ κλίμακος ἀνιόντος κατὰ τὴν ὥραν ἐστώσης διατρέφει. Οὐ τολμῶμεν φῆσαι ἐκεῖνο ὃ φησι Δανιὴλ δεξάμενος παρὰ τοῦ Ἀμβακοὺμ τὸ ἄριστον· *Ἐμνήσθη γάρ μου ὁ Θεός*. Πλὴν ὅτι ἐμνήσθη καὶ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν· καὶ ἐλεεῖ, καὶ περιέπει, καὶ σκέπει. Ἕως ἂν οὖν πάρεστιν ἡμᾶς τρέφεσθαι ἐκ τῶν ἔνδον· ἢ ὅπως ποτὲ ἑνὸς τῶν πορταρίων οἴκοθεν λάθρα ἐπιδιδόντος τοῦ καὶ ἑβδομαρησίου· τρέφει ἡμᾶς, καὶ δοξάζομεν τὸν Θεόν. Ἐπιλιπόντων δὲ τῶν χρειῶν, οἰκονομίᾳ Θεοῦ, συγκαταλείψομεν καὶ ἡμεῖς τὴν ζωὴν, καὶ ἐν τούτῳ χαίρομεν· καὶ τοῦτο τῆς μεγαλοδωρεᾶς τοῦ Θεοῦ.

A tis stata hora scalis redit, nobis tribuitur imperatum per foramen ostioli, nos sustentat. Dicere non audemus quod Daniel dixit, cum prandium ab Habacuc accepisset : *Recordatus enim est mei Deus* [60]. Verumtamen recordatus est nostri qui peccatores sumus, et miseretur, et regit, et protegit. Quandiu igitur suppetit intus unde alamur, aut quocunque modo aliquis ostiariorum qui hebdomadarius sit, clam elargitur domo allatum cibum ; alit nos, et Deum glorificamus. Deficientibus autem necessariis, Dei permissu ; vitam una ponemus ipsi atque in hoc gaudemus, idque ipsum est Dei munificentia.

Καὶ τίς εἰμι ἐγὼ ὁ τάλας, τοιούτῳ τρόπῳ καταληφθεὶς ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὸ ἐξῆς, ὡς κελεύει, δόξης περισσοτέρας τὸν ἀγέραστον καταξιῶσαι σὺν τῷ ἀδελφῷ; Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, συναγωνίσασθέ μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν πρὸς τὸν Θεὸν, ἵνα ῥυσθῶ ἐν παντὶ τρόπῳ διὰ παντὸς ἐκ τοῦ Πονηροῦ· καὶ ἵνα ὁ ἐναρξάμενος ἐν ἡμῖν ἔργον ὁμολογίας αὐτοῦ διὰ σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, οὐκ ἐξ ἔργων μού τινων· οὐ γὰρ ἐποίησά τι ἀγαθὸν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ τοὐναντίον· αὐτὸς καὶ ἐπιτελέσειεν ἐν ἀμφοτέροις. Τοῦτο καὶ ἡμεῖς οἱ ταπεινοὶ πρὸς ὑμᾶς τοὺς τὰ αὐτὰ πάσχοντας οὐ διαλιμπάνομεν αἰτεῖσθαι μετὰ δακρύων. Οὐ μόνον τοὺς ὀκτὼ τὴν ἐκλογὴν τοῦ Κυρίου· ἀλλὰ καὶ τὸν ἀββᾶν Πέτρον, καὶ τὸν καλὸν Λητόϊον· καὶ εἴ τινα ἄλλον, ἀσπαζόμεθα ἐν Κυρίῳ.

B Et quis ego sum miser, qui pro ejus nomine in hunc modum detinear, ut abundantiore post gloria, sicut jubet, inhonoratum cum fratre remuneret ? Obsecro ergo vos, fratres, juvate me precibus vestris ad Deum, ut semper a malo liberer omnibus modis : et qui confessionis suæ opus in nobis cœpit, per viscera misericordiæ suæ, non ex operibus meis ullis ; neque enim bonum aliquod in terra egi, sed contrarium ; ipse perficiat in ambobus. Hoc etiam et nos humiles pro vobis, qui eadem patimini, cum lacrymis orare non cessamus. Non octo tantum in Domino electos, sed abbatem quoque Petrum, et egregium Letoium, et si quis alius, in Domino salutamus.

ΛΕ'. — *Ἐπιφανίῳ τέκνῳ.* [τς'].

C

XXXV. — *Epiphanio filio.*

Epiphanius mittitur ad Paschalem summum pontificem. (Baron. an. 818, n. 4.)

Ἰδοὺ, τέκνον μου ἠγαπημένον, καθὼς προεθυμήθης, ἀπᾶραι ἐν τῇ Δύσει, εἰπόντος μου ἆραι γράμματα ταῦτα. Ἀπέστειλα δύο ἐπιστολὰς, τοῦ τε ἀποστολικοῦ, καὶ τοῦ κυροῦ Μεθοδίου. Οἱ γὰρ περὶ τὸν ἀδελφὸν Διονύσιον εὐδοκίᾳ Θεοῦ καὶ ἀπεσώθησαν ἕως τῶν ἐκεῖ, καὶ χρηστὰς ἐλπίδας ἤνεγκαν· πρὸς ἃς καὶ πάλιν ἐπιστεῖλαι εὖ ἐνόμισα. Ἐπέστειλα δὲ, οὐχ ὡς ἀπ' ἐμοῦ μόνον, ἀλλ', ὡς τὸ πρότερον, ἐξ ἀμφοτέρων τῶν ἡγουμένων, οὓς δηλοῖ ἡ ἐπιστολὴ, πάρεξ τοῦ τῆς Εὐκαιρίας· οὗτος γὰρ, ὡς ἔμαθον, κατὰ τὰς ἁμαρτίας μου κατέπεσε. Γνώσει οὖν καὶ κοινῇ γνώμῃ, διὰ μηνύματος λαθραίου, καὶ ἀναγνώσεως τῆς ἐπιστολῆς, τότε ἐπεστείλαμεν, ὡς καὶ ἐδήλου τὸ ἀπιὸν γράμμα. Νῦν δὲ, κἂν οὐ δεδύνημαι τοῦτο ποιῆσαι διὰ τὴν ἀσφάλειαν, ἀλλ' ὡς ἤδη ὁμογνωμονούντων ἀμφοτέρων, καὶ αὕτη ἡ ἐπιστολή. Ἴσως δὲ καὶ μετὰ ταῦτα ἐνδέχεται κἀκείνους ἐπιγνῶναι. Ἄπιθι οὖν, ὦ καλὲ Ἐπιφάνιε· ἐπίφανον τῇ Δύσει ἄγγελος πιστὸς, φρόνιμος, ἀρχαιογνώριστος· ἀποδιδοὺς τὴν ἐπιστολὴν, καὶ κατὰ τὰ θεοκινήτως τυπωθέντα ἐν τῷ ἁγίῳ ἀποστολικῷ, ὑποθετικῷ τρόπῳ καὶ λόγῳ τοῦ ἱεροῦ Μεθοδίου, καὶ τοῦ τῆς Μονεμβασίας ἁγίου ἐπισκόπου, καὶ αὐτὸς συνεπιπρεσβεύων καὶ ἐκλιπαρῶν εἰς πέρας ἐνεχθῆναι ταῦτα Θεοῦ εὐδοκίᾳ, τοῦ ἔχοντός σε καὶ ἀποσῶσαι, καὶ παραστῆσαι τῇ ἱερᾷ καὶ μακα-

D En, dilecte fili mi, sicut alacri animo instituisti, solve in Occidentem, litteras istas laturus quas dictavi. Misi epistolas duas, ad apostolicum, et ad dominum Methodium. Frater enim Dionysius Dei nutu et incolumis eousque pervasit, et spem optimam reportavit : ad quam iteratas litteras addere operæ pretium duxi. Scripsi autem, non tanquam a me solum, sed, sicut antea, ex persona utrorumque præpositorum, quos indicat epistola, præterquam Eucæriæ : is enim, ut accepi, propter peccata mea lapsus est. Ex communi ergo sententia et scientia, tum per occultam significationem, tum per epistolæ ipsius lectionem, tunc scripsimus, ut epistola missa etiam declarabat. Nunc vero, etsi propter arctam custodiam id facere non potui, attamen veluti jam consentientibus utrisque, eorum etiam est hæc epistola. Fortasse autem postea contingit ut et ipsi certiores fiant. Vade igitur, egregie Epiphani, appare Occidenti nuntius fidelis, prudens, jam olim probatus : redde epistolam, et juxta ea quæ divino instinctu impressa sunt in sancto apostolico, suggestione verbisque sancti Methodii, et sancti Monembasiæ episcopi simul intercede et ipse, et ora, ut ad finem hæc perducantur Dei voluntate, qui potest et salvum te servare, et sistere sacro, et beato vertici. Ne formides · multa tibi

[60] Dan. XIV, 37.

Digitized by Google

merces, et magnum certamen. Christus tecum. Saluta sanctos omnes, et maxime eos qui notissimi sunt : præcipue sanctum Patrem meum archimandritam, ac dominum meum Chartophylacem : cujus charitas infixa est in humili corde meo.

ρίᾳ κορυφῇ. Μὴ δείσῃς· πολύς σοι ὁ μισθός, καὶ μέγας ὁ ἀγών. Χριστὸς μετὰ σοῦ. Πρόσειπε πάντας τοὺς ἁγίους, καὶ μάλιστα τοὺς γνωριμωτάτους· ἐξαιρέτως τὸν ἅγιόν μου Πατέρα τὸν ἀρχιμανδρίτην. Ἀλλὰ καὶ τὸν δεσπότην μου τὸν Χαρτοφύλακα· οὗ ἡ ἀγάπη ἔγκειται ἐν τῇ ταπεινῇ μου καρδίᾳ.

XXXVI. — *Naucratio filio.*

ΛϚ'. [ΤΘ'.] — *Ναυκρατίῳ τέκνῳ.*

Dogmatica de sanctis imaginibus.

De te gaudeo, mi frater Naucrati, quod lætitiæ filius factus es, quod est pro Christo pati. Nam quod isto majus lætitiæ argumentum, aut quid est ad laudem illustrius? Flagellis igitur cæsus es, Christi exemplo : e carcere pertractus in carcerem, in manus impii Joannis traditus es, sub quo et ego humilis decertavi. Quinetiam, quod illo aggrediente non es subversus, sed e contrario insanæ mentis hominem repulisti et confutasti, utique audivi ego miser, et magnam animo cepi voluptatem. Adsit vero tibi et in posterum ad eventus omnes a Domino subsidium. Quoniam vero insinuasti, quasdam ab eo inter disputandum proferri sententias, ad eversionem sanctarum imaginum, videlicet Asterii, Epiphanii, et Theodoti : operæ pretium duxi ad instructionem amborum, hoc loco recensere, quanquam id epistolæ modum excedit, tum ipsas illorum voces, tum nostram, Deo juvante, etsi imperiti sumus, earum confutationem. Asterii itaque oratio ad verbum est hujusmodi. « Christum ne pinge. Sufficit enim ipsi quod ad corpoream naturam assumendam nostra causa se sponte dimisit : sed mente et intellectu Verbum incorporeum circumfer [1]. » Interrogetur itaque argutator, quamobrem Christum pingi negat. Sufficere ei dicit unicam incorporationis humilitatem, quippe quæ semel suscepta est sine honore, refugiente ipso alteram humilitatis manifestationem. Et quomodo illa sponte suscepta, si habet adjunctam infamiam? Nam quod voluntarium est, id gloriosum quoque, nec adjunctam habet involuntarii notam. Ac, si res secus foret, tamen pictura iteratio est, idem quod prius exhibens quoad similitudinem. Et quomodo illius memoriam per auditum refricare non piaculum sit : si quidem per visum rem divulgare, quasi iterare injuriam fuerit? Est enim alterum alteri consonum et æquale, ut magnus Basilius divino ore pronuntiavit. Intelligetur autem et per comparationem, si crux semel delineatur, alterius videlicet esse crucis iterationem, sicut et de Evangelio. Et quoniam semper utrumque describitur; innumeras esse cruces, multoque plura Evangelia, non unam et unum. Quod si una crux et non alia est, etsi mille pin-

Χαίρω ἐπὶ σοὶ, ἀδελφέ μου Ναυκράτιε, ὅτι τῆς χαρᾶς υἱὸς χρηματίζεις· ὅπερ ἐστὶ τὸ διὰ Χριστὸν πάσχειν. Καὶ τί γὰρ τούτου χαριέστερον; τί δὲ εὐκλεέστερον; Ἐμαστίχθης οὖν Χριστομιμήτως· ἤρθης ἐκ φυλακῆς εἰς φυλακὴν, παραδοθεὶς εἰς χεῖρας Ἰωάννου τοῦ ἀσεβοῦς, ἐφ' ᾧ ὁ ταπεινὸς καὶ ἠγωνίασα. Ἀλλ' ὅτι προσβαλόντος αὐτοῦ οὐ περιετράπης, τοὐναντίον δὲ καὶ ἀπεπέμψω διελεγκτικῶς τὸν ματαιόφρονα, πάνυ ὁ τάλας ἤσθην, καὶ εὐθύμησα. Εἴη δέ σοι καὶ πρὸς τὸ ἑξῆς πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν συμβησομένων παρὰ Κυρίου βοήθεια. Ἐπειδὴ δὲ ἔφης προτεῖναι αὐτὸν ἐν τῇ διαλέξει φωνὰς ἐν ἀνατροπῇ τῶν ἁγίων εἰκόνων· ἤγουν Ἀστερίου, Ἐπιφανίου, καὶ Θεοδότου· ἀναγκαῖον ᾠήθην πρὸς καταρτισμὸν ἀμφοτέρων, παραθέσθαι ἐνταῦθα· εἰ καὶ ὑπερτείνει τὸ ἐπιστολιμαῖον ὕψος· αὐτὰς ἐκείνων τὰς φωνὰς, καὶ τὴν σὺν Θεῷ παρ' ἡμῶν τῶν ἀμαθῶν ἀνατροπὴν αὐτῶν. Ἡ οὖν τοῦ Ἀστερίου (1) ἐπὶ λέξεως τάδε· « Μὴ γράφε τὸν Χριστόν· ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ ἡ μία τῆς ἐνσωματώσεως ταπεινοφροσύνη, ἣν αὐθαιρέτως δι' ἡμᾶς κατεδέξατο· ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς σου βαστάζων νοητῶς τὸν ἀσώματον Λόγον περίφερε. » Ἐρωτάσθω τοιγαροῦν ὁ λογογράφος, ἀνθότου ἀπαγορεύσας Χριστὸν γράφεσθαι, ἀρκεῖν αὐτῷ λέγει τὴν μίαν τῆς ἐνσωματώσεως ταπεινοφροσύνην· ὡς καὶ τὴν ἅπαξ αἱρεθεῖσαν ἄδοξον ὑποφεύγοντι τὴν δευτερεύουσαν τῆς ταπεινοφροσύνης φανέρωσιν. Καὶ πῶς αὐθαίρετος εἰ ἄδοξος; τὸ γὰρ αὐθαίρετον ἔνδοξον, οὐκ ἔχον τοῦ ἀκουσίου τὸ ἄδοξον. Εἰ δὲ τοῦτο οὔ· ἀλλ' ὅτι δευτέρωσις ἡ τὸ αὐτὸ καὶ πρῶτον καθ' ὁμοίωσιν δεικνύουσα γραφή. Πῶς δὲ καὶ τὸ ὑπομνηματίζεσθαι δι' ἀκοῆς οὐ παραιτήσεται· εἶγε τὸ δι' ὄψεως θριαμβεύεσθαι ὡς δευτέρωσιν φέρον νεμεσητὸν αὐτῷ; Ἑκάτερον γὰρ θατέρου σύνοδόν τε καὶ ἰσοδύναμον, ὡς τὸ θεῖον στόμα, Βασίλειος ὁ μέγας, ἀπεφθέγξατο. Λογισθήσεται δὲ καὶ κατὰ τὸ ἀνάλογον, καὶ τό τὸν σταυρὸν ἅπαξ γραφῆναι, ἑτέρου δηλαδὴ σταυροῦ δευτέρωσις· ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ Εὐαγγελίου. Καὶ ἐπειδὴ ἀεὶ γράφεται ἀμφότερα· ἀπείρους σταυροὺς, πρὸς δὲ καὶ Εὐαγγέλια, οὐχ ἕνα καὶ ἕν, ὑπάρχειν. Εἰ δὲ εἷς καὶ οὐδέτερος, κἂν μυριοστῶς γράφοιτο, σταυρός (2). Καὶ ἓν καὶ οὐδέ-

NOTÆ.

(1) In cod. Reg. ad oram libri : Ἰστέον ὡς ἔστιν Ἀστέριος ὑπὸ τοῦ ἁγιωτάτου Σωφρονίου ἐν τοῖς αὐτοῦ συνοδικοῖς ἀναθεματιζόμενος, καὶ ὑπὸ ἄλλου Πατρὸς Ἀπολιναρίῳ καὶ Εὐτυχεῖ συνταττόμενος. *Sciendum quod Asterius a sanctissimo Sophronio est anathematizatus ; et ab alio cum Apollinario et Eutyche conjunctus.*

(2) In cod. Reg. ad oram libri : Εἷς ἐστι Χριστὸς, κἂν γράφωνται μυρίοι. Καὶ σταυρὸς οὕτω, κἂν γίνωνται πλείονες. *Unus est Christus : etsi innumeri pingantur. Sic et crux, licet plures conficiantur.*

Digitized by Google

τερον, κἂν ἀπείρως γράφοιτο, Εὐαγγέλιον· καὶ εἷς καὶ οὐ δύο, κἂν ὡσαύτως γράφοιτο, Χριστός. Γραφόμενος γάρ ἐστιν, ὡς ἀναγινωσκόμενος· καὶ οὐ πλησθήσεται οὖς ἀπὸ ἀκροάσεως, οὔτε μὴν ὀφθαλμὸς ἀπὸ ὁράσεως· ὅτι ὁ Θεὸς ἄνθρωπος γέγονε· καὶ ὅτι ὡχθη βρέφος ὁ αἰώνιος· καὶ γαλακτοτροφεῖται ὁ τρέφων τὰ σύμπαντα· καὶ ἀγκαλίζεται ὁ ἀπερίληπτος· καὶ χρηματίζει ἀνὴρ ὁ ὑπέρθεος· καὶ βαπτίζεται ἡ τῆς σοφίας ἄβυσσος· καὶ δρᾷ τὰ θεοπρεπῆ καὶ ἀνθρωποπρεπῆ ὁ ὑπερούσιος· καὶ σταυροῦται ὁ τῆς δόξης Κύριος· καὶ θάπτεται καὶ ἀνίσταται ὁ ζωοποιῶν τὰ σύμπαντα· καὶ ἀναλαμβάνεται ἀνθρωποπρεπῶς ὁ μηδαμοῦ χωρούμενος. Παυσάσθω ἀπαγορεύειν τὴν οὕτω σωτήριον κόσμου καθ' ἑκάτερα φανέρωσιν· καὶ τὴν δόξαν Κυρίου ἀδοξίαν ὑποτιθέμενος, καὶ τὴν αὐθαίρετον ταπεινοφροσύνην ἀκούσιον ὑποβαλλόμενος· παυσάσθω δὲ καὶ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ ἀντιφερόμενος, οὗ ἡ φωνή, θεοῦ φωνή· ὧδέ που προστάσσοντι· « Ἐγγραφέσθω τῷ πίνακι καὶ ὁ τῶν παλαισμάτων ἀγωνοθέτης Χριστός. » Ἐρρίφθω δέ που θείου χοροῦ σὺν τῇ παρούσῃ ἀποφάσει καὶ ἡ ἐξῆς κατάφασις, ὡς τὸ ἴσον τῆς ἀτοπίας ἔχουσα.

Τί γάρ φησιν; Ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς σου βαστάζων νοητῶς τὸν ἀσώματον Λόγον περίφερε. Ὦ τῆς ἀλογίας! Οὐτίπου γὰρ θεῖον στόμα ἀσώματον τὸν Λόγον, μετὰ τὸ γενέσθαι αὐτὸν σάρκα, λέλεχεν; Οὐκέτι μὲν γὰρ σάρκα Χριστὸν, ἀλλ' οὐκ ἀσώματον τὸν Λόγον ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος εἴρηκεν, ἐν οἷς φησιν· *Ἡμεῖς δὲ ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα· εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν.* Ὅπερ ἑρμηνεύων ὁ Θεολόγος Γρηγόριος, τὰ σαρκικὰ ἔφη πάθη, καὶ χωρὶς ἁμαρτίας ἡμέτερα· ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· Οὐκέτι μὲν σάρκα, οὐκ ἀσώματον δέ. Ὁ δὲ ἀσώματον τὸν Λόγον φήσας, οὐ μόνον τοῖς δυσὶν, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς θεοφόροις μαχόμενος εἶεν. Δέδεικται τοίνυν φύσεως λόγῳ ἀτόπῳ ἄτοπον ἑπακολουθῆσαν· καὶ τῇ τοῦ ψεύδους ἀνατροπῇ κείσθω ἀντιστρόφως ἡ ἀλήθεια. Πῶς; Γράφε τὸν Χριστὸν ὅπου δεῖ· ὡς ἔχων αὐτὸν κατοικοῦντα ἐν τῇ καρδίᾳ σου· ἵνα καὶ ἀναγινωσκόμενος ἐν δέλτῳ, καὶ ὁρώμενος ἐν Γραφῇ· ὡς ταῖς δυσὶν αἰσθήσεσι γνωριζόμενος διττῶς, φωτίζῃ σου τὰς φρένας· μαθόντος ὅπερ διὰ λόγου κατηχήθης, τοῦτο βλέπειν κατ' ὀφθαλμούς. Καί γε ἐν τῷ οὕτως ἀκουτίζεσθαι καὶ ὁρᾶσθαι, οὐκ ἔχει φύσιν μὴ οὐχὶ δοξάζεσθαι Θεὸν, καὶ κατανύττεσθαι ἄνθρωπον εὐσεβῆ· οὗ τί ἂν γένοιτο σωτηριωδέστερον καὶ Θεῷ εὐπρόσιτον; Οὕτως οὖν οἱ οὐδαμινοὶ νοοῦμεν τἀληθῆ· εἰ καί τινες τῶν πρὸ ἡμῶν ἱερῶν Πατέρων ἑτέρως ὑπειλήφασι τὸ διελεγχθὲν πρόβλημα. Τῆς γοῦν τοῦδε φωνῆς περαιωθείσης, τίς ἡ τοῦ Ἐπιφανίου (3); Νοήσει ἡ σὴ θεοσέβεια, εἰ πρέπον ἐστὶ

gantur : si unum, et non alterum, Evangelium est, etsi infinite describatur : sic unus, non geminus, etsi similiter pingatur, Christus est. Pingitur enim, ut et legitur : nec multiplicatur auris auditu, aut oculus visu. Jam cum Deus factus homo sit, infans habitus qui sempiternus : cum lacte alatur per quem universa aluntur ; cum incomprehensibilis ulnis contineatur ; cum vir appelletur qui Deus eximius est ; cum baptizetur is cujus inexhausta sapientia est ; cum divina humanaque peragat qui naturam omnem superat ; cum cruci Dominus gloriæ affigatur ; sepeliatur ac resurgat is qui rebus omnibus vitam impertit ; accipiatur denique ut hominem decet is qui nullo spatio continetur. Desinat tam salutarem mundo utraque ex parte manifestationem prohibere, et cum Domini gloriam ignominiam reputat, et cum spontaneam humilitatem contra voluntatem fuisse falso supponit : desinat et magno Basilio adversari, cujus vox, Dei vox est : sic autem is alicubi præcipit : « Pingatur in tabula et certaminum præses Christus [41]. Repudietur autem a piorum cœtu cum hac sententia, sequens quoque assertio, cum ait illa ex æquo absurda.

Quid enim ait? In animo tuo per contemplationem incorporeum Verbum circumfer. O dementiam! Nunquid enim Dei vox incorporeum Verbum, postquam caro factum est, appellavit? Non carnem quidem Christum, sed neque incorporeum Verbum sacer Apostolus dixit, ubi sic ait : *Itaque nos ex hoc neminem novimus secundum carnem : etsi cognovimus secundum carnem Christum ; sed nunc jam non novimus* [42]. Quod interpretatus Gregorius Theologus [43], carnis dixit affectus, et quæ nostra sunt absque peccato : ut et alibi dicit : jam quidem non carnem, non incorporeum tamen. Qui vero incorporeum Verbum dicit, non duobus modo, sed et omnibus sanctis Patribus adversatur. Ostensum igitur ratione physica, absurdum ex absurdo consequi. Jam profligato mendacio, ex adverso veritas statuatur. Quo pacto? Christum pinge ubi operæ pretium fuerit : tanquam ipsum gerens habitantem in corde tuo : ut sive in libro legatur, sive cernatur in pictura ; tanquam duplici sensu agnitus, bifariam animum tuum collustret, expertum utique quod per sermonem edoctus es, hoc ipsum oculis intueri. Atqui cum sic auditur ac cernitur, natura omnino comparatum est ut et glorificetur Deus, et homo pius dolore pungatur, quo quid salutarius fieri potest, aut facilioris ad Deum aditus? Sic igitur nos pusilli vera cogitamus : etsi quidam e sanctis Patribus, qui nos præcesserunt, confutatam quæstionem aliter accepere. Hac igitur confecta illius sententia, quænam altera Epiphanii

[41] Homil. 1 De divite et Lazaro. [42] *Orat. in S. Barlaam*, in fine. [43] II Cor. v, 16. [44] Orat. 11, de Filio.

NOTÆ.

(3) In cod. Reg. ad oram libri : Ἱστέον ὡς Ἐπιφάνιος ὑπὸ τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου, ἐν τῷ λβ'. κεφαλαίῳ τῶν αἱρέσεων, Οὐαλεντίνῳ καὶ Ἰσιδώρῳ συντάττεται· ὑπὸ δὲ τοῦ ἁγίου Σωφρονίου μετὰ Καρποκράτην Ἐπιφάνιος ἀναθεματίζεται. *Sciendum quod Epiphanius a sancto Epiphanio, hæreseon capite* XXXIII,

Digitized by Google

est? Viderit pietas tua, num deceat depictum coloribus nos habere Deum. Vide porro mendacem. Non Christum dixit, in quo circumscriptio cum incircumscriptione demonstratur: sic enim utriusque naturæ declaratio fit: sed Deum habere nos depictum, Verbum humanitate exuens ex Manichæorum sententia, ac Deum nudum proponens, ut propositionis absurditate terreat audientem. Sic profecto et visibilem Deum dicere absurdum est: siquidem ait divina Scriptura: *Deum nemo vidit unquam*, et quidem *unigenitus Filius*, cum Deus esset et cerneretur, hoc ipsum *enarravit*[65]. Sed, procul dubio, nudum humanitate Deum nemo vidit. Quoniam vero unigenitus non ita nudus post incarnationem; idcirco et aspectabilis est. Hinc sacer Apostolus clamat: *Deus manifestatus est in carne, justificatus est in spiritu, apparuit angelis, prædicatus est in gentibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria*[66]. Illud utique *in carne*, in quacunque enuntiatione æquo jure subintelligendum est. Cohæret enim vox illa prior, non modo cum subsequentibus, sed et cum omnibus incorporationis proprietatibus. Quemadmodum igitur Deus manifestatus est in carne; sic et in singulis quæ sunt ante commemorata. Neque enim natura fert, ut, nisi subintelligatur illud *in carne*, aut *apparuerit*, aut *assumptus sit*. Ita videlicet et lacte nutritur in carne, et proficit ætate, et pedibus ambulat, et in agonia sudat, et lingua loquitur, et quotquot alia sunt ejusdem ordinis.

A Θεὸν ἔχειν ἡμᾶς ζωγραφητὸν διὰ χρωμάτων. Ὅρα δὴ τὸν ψευδηγόρον. Οὐ Χριστὸν εἶπεν, ἐφ' ᾧ δηλοῦται ἡ περιγραφὴ μετὰ τοῦ ἀπεριγράπτου· ὧδε γὰρ τῶν ἑκατέρων φύσεων ἡ δήλωσις· ἀλλὰ Θεὸν ἔχειν ἡμᾶς ζωγραφητόν· ἀπαμφιεννὺς τὸν Λόγον τῆς ἀνθρωπότητος Μανιχαϊκῷ φρονήματι, καὶ Θεὸν γυμνὸν προτείνας· ὡς ἂν τῷ ἀτόπῳ τῆς προτάσεως τὸν ἀκροατὴν ἐκπλήξειεν. Οὕτω δὴ καὶ ὁρατὸν Θεὸν εἰπεῖν ἔκτοπον· εἴπερ φησὶ τὰ θεῖα Λόγια· *Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε*· καὶ μὴν *ὁ μονογενὴς Υἱὸς* Θεὸς ὢν καὶ ὁρώμενος, τοῦτο ἐξηγήσατο· ἀλλ' εὔδηλον ὅτι γυμνὸν Θεὸν ἀνθρωπότητος οὐδεὶς ἑώρακεν. Ἐπεὶ δὲ ὁ Μονογενὴς οὐ γυμνὸς μετὰ τὴν σάρκωσιν, διὰ τοῦτο καὶ ὁρατός. Καὶ βεβόηκεν ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος· *Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ.* Τὸ οὖν *ἐν σαρκὶ*, ἐπὶ πάσῃ ἀποφάνσει ἀπὸ κοινοῦ ληπτέον. Εἱρμὸς γάρ τίς ἐστιν ἡ πρώτη φωνὴ, οὐ μόνον ταῖς ἐφεξῆς· ἀλλὰ γὰρ καὶ πάσαις ταῖς τῆς ἐνσωματώσεως ἰδιότησιν. Ὡς οὖν ὁ Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν προειρημένων (οὐ γὰρ ἂν ἔχοι φύσιν, μὴ προσυπακουομένου τοῦ *ἐν σαρκὶ, ἢ ὀφθῆναι, ἢ ἀναληφθῆναι*)· οὕτω δηλαδὴ καὶ γαλουχεῖται *ἐν σαρκὶ*, καὶ προκόπτει ἡλικίᾳ, καὶ βαδίζει ποδὶ, καὶ ἱδροῖ ἀγωνίᾳ, καὶ διαλέγεται γλώττῃ· καὶ ὅσαπερ ἄλλα τῆς αὐτῆς συστοιχίας.

Hæc vero si sic habent, quandoquidem una ex omnibus corporis proprietatibus circumscriptio est, manifestum est et circumscribi Deum in carne, sive coloribus adumbretur, seu quovis alio modo. E duobus enim alterum omnino necessarium est. Si visus est in carne, et in carne circumscribitur: siquidem hæc cognata sunt inter se, et alterum alterius causa. Si itaque posterius verum non est, certe nec prius: atqui verum prius: igitur et posterius. Sic et juxta divinas paginas, et secundum vulgarem ratiocinandi modum, insipientis est non confiteri Deum in carne pingi, siquidem visus in carne est. Deinde alio in loco vir strenuus ait: « Audivi quosdam jubere incomprehensibilem Dei Filium pingi. Cum istud audis, exhorresce. » Quis itaque sanæ mentis desipientem non rideat! Non legit utique, quod *comprehenderunt Jesum, et ligaverunt eum; et adduxerunt eum ad Annam primum*[67], principem sacerdotum? Et alibi rursum: *Acceperunt ergo corpus Jesu, et ligaverunt illud linteis cum aromatibus*[68]? Annon confitetur Deum esse Jesum? Si Deus igitur, quomodo is qui comprehendi nequit, comprehensus est ac ligatus nisi manifeste in carne, quemadmodum sapientissimus Paulus confessus est? Sileat igitur furens in Christum et hic fraudulentus. Sicubi vero audiat ha-

C Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως· ἐπειδὴ ἓν τῶν ἁπάντων ἰδιωμάτων τοῦ σώματος καὶ ἡ περιγραφὴ, εὔδηλον ὅτι καὶ περιγράφεται Θεὸς ἐν σαρκὶ, εἴτε χρωματουργικῶς, εἴτ' οὖν ἑτεροτρόπως. Δυοῖν γὰρ ἑκάτερον, πᾶσα ἀνάγκη. Εἰ ὤπται ἐν σαρκὶ, καὶ περιγράφεται ἐν σαρκί· ἐπείπερ σύστοιχον καὶ ἀλληλαίτιον ἑκάτερον ἑκατέρου. Εἰ οὖν μὴ τὸ δεύτερον ἀληθὲς, οὐδ' ἄρα τὸ πρῶτον. Ἀλλὰ μὴν τὸ πρῶτον ἀληθές· οὐκοῦν καὶ τὸ δεύτερον. Οὕτω καὶ κατὰ τὰ θεῖα Λόγια, καὶ κατὰ κοινὸν συλλογισμὸν, ἠλίθιον τὸ μὴ ὁμολογεῖν Θεὸν ἐγγράφεσθαι ἐν σαρκὶ, εἴπερ ὤπται ἐν σαρκί· Ἐπεὶ καὶ ἑτέρωθι ὁ γεννάδας φησίν· « Ἤκουσα ὅτι καὶ τὸν ἀκατάληπτον Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τινες γράφειν ἐπαγγέλλονται. Φρίξαι ἐπὶ τοῦ ἀκοῦσαι. » Τίς γοῦν νοῦν ἔχων οὐκ ἐπιγελάσειε τὸν ματαιόφρονα; Οὐκ ἐπὶ-
D που ἀνέγνω, ὅτι *Συνέλαβον τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἔδησαν αὐτὸν, καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν πρὸς Ἄννα πρῶτον*, τὸν ἀρχιερέα; Καὶ ἑτέρωθι πάλιν· *Ἔλαβον οὖν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἔδησαν αὐτὸ ἐν ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων;* Οὐχ ὁμολογεῖ Θεὸν τὸν Ἰησοῦν; Εἰ Θεὸς οὖν, πῶς ὁ ἀκατάληπτος ἐλήφθη καὶ ἐδέθη, ἢ δῆλον ὅτι ἐν σαρκὶ, καθὰ ὡμολόγησεν ὁ πάνσοφος Παῦλος; Σιγάτω οὖν λυττῶν κατὰ Χριστοῦ καὶ οὗτος ὁ πλάνος. Ἐὰν δέ που ἀκούσειεν ὅτι καὶ ἐσθιόμενον ἔχομεν Θεὸν, τάχα ἂν οὐ μόνον φρίξοι, ἀλλὰ καὶ διαῤῥηχθείη, μὴ φέρων τὸ ἄκου-

[65] Joan. I, 11. [66] I Tim. III, 16. [67] Joan. XVIII, 12. [68] Joan. XIX, 40.

cum Valentino et Isidoro conjungitur: a sancto autem Sophronio post Carpocratem anathematizatur.

Digitized by Google

σμα. Ἀλλὰ τί φησιν ὁ Χριστός; *Καὶ ὁ τρώγων* A *με, κἀκεῖνος ζήσεται δι' ἐμέ.* Οὐκ ἂν δὲ ἄλλως βρωθείη εἰ μὴ ἐν σαρκί. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς ὁμοῦ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὑπάρχων, ὁπότερον καθ' ἑκάτερον τῶν ἐξ ὧν συνετέθη φύσεων ὀνομάζοιτο· καὶ καθ' ἑκάτερον κυρίως νοούμενος λέγοιτο· οὐ τῆς θατέρου ἰδιότητος ἐν τῷ μοναδικῷ τῆς ὑποστάσεως μειουμένης ἢ συμφυρομένης.

Καὶ μάρτυς τοῦ λόγου αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ Λόγος, τῇ μὲν λέγων· *Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα;* Καίτοιγε ὁ λέγων καὶ Θεὸς ἀθάνατος ἦν. Ἢ δὲ φάσκων· « Ὑμεῖς λέγετε, ὅτι Βλασφημεῖς· ὅτι εἶπον· Υἱὸς τοῦ Θεοῦ εἰμι. » Καὶ μὴν ὁ εἰπών, καὶ υἱὸς B ἀνθρώπου ἦν. Οὕτω τὸ πεφυκὸς ἑκατέρου ὀνόματος θατέρᾳ φύσει ἀπονέμοντες οὐτίπου διασφαλλόμεθα. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦδε τέλος εἴληφεν ἡ φωνή, τίς ἡ Θεοδότου (4); « Τὰς τῶν ἁγίων ἰδέας οὐκ ἐν εἰκόσιν ἐξύλικῶν χρωμάτων ἁνα μορφοῦν παρειλήφαμεν· ἀλλὰ τὰς τούτων ἀρετὰς διὰ τῶν ἐν Γραφαῖς περὶ αὐτῶν δηλουμένων, οἷόν τινας ἐμψύχους εἰκόνας ἀναμάττεσθαι δεδιδάγμεθα· ἐκ τούτου πρὸς τὸν ὅμοιον αὐτοῖς διεγειρόμενοι ζῆλον. Ἐπεὶ εἰπάτωσαν οἱ τὰς τοιάσδε ἀναστηλοῦντες μορφὰς, ποίας ἄρα ἐκ τούτων καταπολαύοιεν ὠφελείας· ἢ ἐν ποίᾳ διὰ τῆς τούτων ἀναμνήσεως ἀνάγονται πνευματικῇ θεωρίᾳ. Ἀλλ' εὔδηλον ὡς ματαία ἡ τοιαύτη ἐπίνοια, καὶ διαβολικῆς μεθοδείας εὕρεμα. » Εὐθὺς ἡ βαλβὶς τοῦ λόγου οὐ νεμεσητὴ, C εἰ καὶ τῶν ἐφεξῆς ἀτόπων κατασκευαστική· ἐπεὶ καὶ πολλοὶ τῶν ἱερῶν διδασκάλων τῆς εἰκονικῆς θέας τὴν διὰ λόγων ἱστορίαν προὐργιαιτέραν τίθενται· οὐ διαβάλλοντες τὴν θατέραν· ἕτεροι δὲ τὸ ἔμπαλιν· ἴχαι δὲ τὸ ἴσον, καθά φησιν ὁ μέγας Βασίλειος· « Ἃ γὰρ ὁ λόγος τῆς ἱστορίας δι' ἀκοῆς παρίστησι, ταῦτα γραφικὴ σιωπῶσα διὰ μιμήσεως δείκνυσι. » Καὶ οὐ πάντες ζωγράφοι, οὐδὲ πάντες λογογράφοι· ἀλλ' ἑκάστῳ ὡς ὁ Θεὸς ἐμέρισε μέτρον χάριτος. Ὥστε τήνδε τὴν πρότασιν παρεὶς, λεγέτω τὴν ἑξῆς· « Ἐπεὶ εἰπάτωσαν οἱ τὰς τοιάσδε ἀναστηλοῦντες μορφὰς, ποίας ἐκ τούτων ἄρα καταπολαύοιεν ὠφελείας· ἢ ἐν ποίᾳ διὰ τῆς τούτων ἀναμνήσεως ἀνάγονται πνευματικῇ θεωρίᾳ. »

Ἀντερωτάσθω οὖν ὁ γεννάδας· ποίαν γὰρ δνησιν καὶ ἱερὰν θεωρίαν οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν εὑρέσθαι; Εἰ γὰρ αὕτη φύσις εἰκόνος, μίμημα εἶναι τοῦ ἀρχετύπου, καθά φησιν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος· καὶ ἐν τῇ εἰκόνι τὸ ἀρχέτυπον ἐκφαίνεται, καθά φησιν ὁ πάνσοφος Διονύσιος· δῆλον ὅτι ἐκ τοῦ μιμήματος,

bere nos Deum quem manducemus, forte non modo is exhorrescet, sed disrumpetur, dictum non ferens. Sed quid Christus ait? *Et qui manducat me, et ipse vivet propter me* [69]. Nec vero aliter manducaretur nisi in carne. Etenim Christus cum simul Deus sit et idem homo perfectus, utrumlibet secundum alterutram, ex iis naturis quibus constat, appellari, et secundum alterutram proprie spectatus dici potest, neutra proprietate in singularitate personæ vel diminuta vel commista.

Et testis quidem hujus sententiæ Deus idem ac Verbum, alicubi dicens: *Quid me quæritis interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum* [70]? Et qui hæc tamen dixit, Deus etiam immortalis fuit. Alibi vero aiens: *Vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi: Filius Dei, sum* [71]. Et sane cum hæc diceret, filius etiam hominis fuit. Sic quod proprium est alterutrius appellationis alterutri naturæ tribuentes, a vero neutiquam aberramus. Quando autem et hujus vox finem accepit, jam Theodoti quænam est? « Sanctorum ideas non in imaginibus ex crassis coloribus informare accepimus, sed eorumdem virtutes per ea quæ de ipsis declarantur in sacris Scripturis, quasi quasdam animatas imagines exprimere edocti sumus, ex quo pari cum ipsis studio incitamur. Dicant deinde qui tales formarum effigies erigunt, quem ex illis denique fructum consequantur: aut ad quam ex earum admonitione spiritalem contemplationem assurgant. Sed perspicuum, est inanem ejusmodi excogitationem esse, et diabolicæ artis inventum [72].» Non statim reprehendendum orationis exordium est, etsi viam muniat ad absurda quæ consequuntur: quandoquidem et multi e sacris doctoribus narrationem quæ voce fit, utiliorem arbitrantur aspectu imaginum, neque hunc tamen vituperant; alii vero vice versa. Sed perinde est, ut magnus ait Basilius: « Nam quæ narrationis sermo per auditum ingerit, hoc pictura silens per imitationem ostendit [73]. » At nec omnes pictores, nec omnes sunt oratores: sed prout unicuique Deus gratiæ modum impertiit. Quare, omissa hac propositione, ad sequentem veniat. « Dicant deinde qui tales formarum effigies aut ad quam ex earum admonitione spiritalem erigunt, quem ex illis denique fructum consequantur: D contemplationem assurgant. »

Interrogetur vicissim vir strenuus, quis non inde fructus, quæ non pia contemplatio oriatur. Nam si imaginis natura est ut sit archetypi simulacrum, quemadmodum ait Gregorius Theologus, et in imagine archetypum cernitur, ut sapientissimus Dionysius loquitur: perspicuum est ex simulacro,

[69] Joan. VI, 58. [70] Joan. VII, 40. [71] Joan. X, 36. [72] Concil. Nicæni II, act. 6. [73] Hom. 20 in 40 martyres, initio, t. I, pag. 527.

NOTÆ.

(4) In cod. Reg. ad oram libri: Ἰστέον ὡς Θεόδοτοι τέσσαρες ὑπὸ τοῦ ἁγίου Σωφρονίου ἀναθεματίζονται· ἀλλ' οἱ μὲν τρεῖς πρόδηλοι· ὁ δὲ εἷς ἀνώνυμος, ὑπὸ δὲ ἑτέρου πατρὸς, ὡς ἀνέγνων, Θεόδοτος Ἀγκύρων διαβέβληται, *Sciendum est quatuor Theodotos a sancto Sophronio anathematizari ac tres quidem noti sunt: hic autem unus sine cognomine, ab altero Patre, sicut legi, infamatur tanquam sit Theodotus Ancyranus.*

Digitized by Google

hoc est, ex imagine magnam utilitatem percipi, ac per simulacrum exsistere multiplicem circa archetypum mentis contemplationem. Ac testis quidem divinus Basilius, alicubi dicens : « *Imaginis honor ad prototypum ascendit* [74]. » Si ascendit autem, et descendit haud dubie ad imaginem a prototypo. Nemo vero ita desipit ut dicat honorem nullius esse utilitatis, aut simulacrum non esse rei assimilatæ expressam effigiem, ita ut alterum in altero sit, juxta divinum Dionysium : quo quid esse utilius potest vel ad sublimia animo contemplanda ! Est enim repræsentatio ipsi rerum aspectui par : est imago, ut proprio exemplo utar, ad solis lucem quasi lunæ lux. Alioqui si res secus habet, quid veteribus tabernaculum testimonii profuit, quod fuit cœlestium simulacrum ? Nam et illic cum cæteris Cherubim gloriæ propitiatorium obtegebant [75], hoc est, imagines humana similitudine expressæ : omnes ad mentem sursum attollendam aptæ, et contemplationes adorationis in spiritu. Frustra vero nobis, secundum illam propositionem, et imago crucis : frustra et quæ lanceam : frustra et quæ spongiam repræsentat : siquidem et hæc simulacra sunt, etsi non humanæ similitudinis : frustra et quæcunque alia sensibilibus imaginibus, ut cum Dionysio loquar [76], nobis sunt tradita : per quæ ad intelligibilem, quoad ejus fieri potest, inquit, contemplationem assurgimus.

Deinde vero et una e quinque animæ facultatibus phantasia est : phantasia vero imago quædam merito videatur : utrumque enim simulacrum est. Non inutilis igitur imago, quæ sit phantasiæ similis. Quod si inutilis ea est quæ præstantior, multo utique magis ea quæ deterior, frustra naturæ congenita. Ac si frustra, pariter et quæ sunt ejusdem cum illa ordinis, sensus, opinio, cogitatio, mens. Sic ratione physica utens oratio insipientem ostendit, magis probabili contemplatione, imaginis sive phantasiæ contemptorem. Ego vero et alio nomine phantasiam miror. Aiunt enim nonnulli mulierem hausta Æthiopis imagine sub ipso conceptu, Æthiopem peperisse. Simile quiddam de patriarcha Jacob narratur in virgarum decorticatione [77] ; quo ex visu, varii coloris pecora nascebantur, et, o rem miram ! imagini similis phantasia vim effectricem visa est consummasse. Sed ad propositum revertatur oratio ; «Dicant qui tales formarum effigies erigunt, quem ex illis denique fructum consequantur : aut ad quam ex earum admonitione spiritalem contemplationem provehantur. » Ecquis, o amice, ex imaginis aspectu, siquidem exacte fixisque dextrorsum, ac sinistrorsum oculis cernat, simulacra hauriens non infigat in animo : et optima quidem, si ex imagine optima : sin ex turpi, turpia ? ita ut persæpe et domi habitans nunc compungatur, nunc vero succenseat. Annon et aliquis interdum obdormiens visis noctur-

ἤγουν εἰκόνος, πολὺ τὸ ὄφελος πράσει· καὶ διὰ τοῦ μιμήματος πλείστη ἐπὶ τὸ ἀρχέτυπον ἡ πνευματικὴ θεωρία ἄνεισι. Καὶ μάρτυς ὁ αὐτὸς θεῖος Βασίλειος ὧδέ που λέγων· « Ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον ἀναβαίνει. » Εἰ δὲ ἀναβαίνει, καὶ κάτεισιν εὔδηλον ἐπὶ τὴν εἰκόνα ἀπὸ τοῦ πρωτοτύπου. Οὐκ ἂν δέ τις ἀνοηταίνων ἀνωφελῆ τὴν τιμὴν εἴποιεν· οὐδ' αὖ τὸ μίμημα μὴ οὐχὶ τοῦ μεμιμημένου ἀποτύπωμα· ὡς εἶναι ἑκάτερον ἐν ἑκατέρῳ κατὰ τὸν θεῖον Διονύσιον· οὗ τί ἂν γένοιτο ὠφελιμώτερόν τε καὶ ἀναγωγικώτερον; Ἔμφασις γάρ ἐστι τῆς αὐτοψίας, καὶ σεληνιαῖόν τι φῶς, ἵνα καὶ οἰκείῳ παραδείγματι χρήσωμαι, πρὸς ἡλιακὸν φῶς ἡ εἰκών· ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο, τί ὀνίνησι τοὺς πάλαι ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου, μίμημα οὖσα τῶν ἐπουρανίων; Κἀκεῖ γὰρ μετὰ τῶν ἄλλων Χερουβὶμ δόξης κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον· τουτέστιν εἰκόνες ἀνθρωπομόρφῳ εἴδει διατυπούμεναι· ἀναγωγικὰ πάνυ, καὶ τῆς ἐν πνεύματι λατρείας θεωρήματα. Μάτην δὲ ἡμῖν ὅσον ἐπὶ τῇ τοιᾷδε προτάσει καὶ ἡ σταυροειδὴς εἰκών· μάτην καὶ ἡ λογχοειδής· μάτην καὶ ἡ σπογγοειδής. Ἐπείπερ καὶ ταῦτα μιμήματα, κἂν οὐκ ἀνθρωπόμορφα· μάτην καὶ ὅσα ἄλλα αἰσθηταῖς εἰκόσι, Διονυσιακῶς εἰπεῖν, παραδέδοται ἡμῖν· δι' ὧν ἐπὶ τὰς νοητὰς κατὰ τὸ δυνατὸν, φησὶν, ἀναγόμεθα θεωρίας.

Ἔπειτα καὶ ἡ μία τῶν πέντε τῆς ψυχῆς δυνάμεων ἡ φαντασία· φαντασία δὲ δόξειέ τις εἰκὼν· ἐνδάλματα γὰρ ἀμφότερα. Οὐκ ἀνωφελὴς ἄρα ἡ εἰκὼν τῇ φαντασίᾳ ἐοικυῖα. Εἰ δὲ ἀνωφελὴς ἡ προὐργιαιτέρα, πολλῷ οὖν μᾶλλον ἡ ὑφειμενεστέρα, μάτην συνυπάρχουσα τῇ φύσει· καὶ εἰ μάτην, καὶ αἱ σύστοιχοι αὐτῆς, αἴσθησις, δόξα, διάνοια, νοῦς. Οὕτω φυσιολογῶν ὁ λόγος ἄνουν ὑπαγορεύει διὰ θεωρίας ἐπαγωγικωτέρας τὸν τῆς εἰκόνος ἤτοι φαντασίας ἐξουδενωτήν. Ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλως ἄγαμαι τὴν φαντασίαν. Φασὶ γάρ τινες γυναῖκα κατὰ τὸν συλλήψεως καιρὸν Αἰθίοπα φαντασθεῖσαν, Αἰθίοπα ἀποτεκεῖν. Τοιοῦτον καὶ τὸ κατὰ τὸν πατριάρχην Ἰακὼβ ἐπὶ τῷ τῶν ῥάβδων λεπισμῷ· ἐξ ἧς φαντασίας ἐποικίλλοντο τὰ ἐν τοῖς θρέμμασι τικτόμενα, καὶ, ὦ τοῦ θαύματος! ὅτι πραγματικῆς ἐνεργείας ἡ εἰκονοειδὴς φαντασία ὤπτατο ἀποτέλεσμα. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ὁ λόγος· « Εἰπάτωσαν οἱ τὰς τοιάσδε ἀναστηλοῦντες μορφὰς, ποίας ἄρα ἐκ τούτων κατεπολαύοιεν ὠφελείας· ἢ ἐν ποίᾳ διὰ τῆς τούτων ἀναμνήσεως ἀνάγονται θεωρίᾳ. » Καὶ τίς, ὦ τᾶν, οὐκ ἐκ τῆς εἰκονικῆς ἰδέας, εἴπερ ἐναργῶς ἀτενίσειε, δεξιάς τε ἢ ἀριστερᾶς, ἐνδάλματα λαβὼν ἐν νῷ ἄπεισιν; ἀλλ' εἰ μὲν ἐξ ἀρίστης ἄριστα· εἰ δὲ ἐξ αἰσχίστης αἴσχιστα· ὥστε πολλάκις καὶ οἶκοι μένων τῇ μὲν κατανύττεσθαι, τῇ δὲ παθαίνεσθαι. Ἢ οὐχὶ καί τις ἐνίοτε ἀφυπνώσας τοῖς νυκτερινοῖς φαντάσμασι περιχαρῶς ἢ λυπηρῶς διανίσταται; Εἰ δὲ ἐκεῖ οὕτως, πολλῷ μᾶλλον ἐν τοῖς καθ' ὕπαρ εἰκονίσμασι διατί-

[74] Lib. De Spiritu sancto, c. 17. [75] Exod. xxv, 20. [76] De cœlesti hierarchia, cap. 1. [77] Gen. xxx, 37.

Digitized by Google

διαβαίνει, ὡς φησιν ὁ μέγας Βασίλειος· ἐξουδένωται δὲ νῦν ἡ εἰκὼν Χριστοῦ, ἥρνηται, πεπάτηται παρὰ τῶν Χριστομάχων· ἆρα ἐν τῇ εἰκόνι αὐτοῦ καὶ διὰ τῆς εἰκόνος ἠρνήθη Χριστὸς, ἠτιμάσθη ἀπεδοκιμάσθη Ἰουδαϊκῶς· καὶ ἀλλοίως οὐκ ἔστιν ὑπεξαγαγεῖν τὸ θεώρημα. Διὰ τοῦτο θρήνων καὶ κοπετῶν ὁ καιρός· διὰ τοῦτο καὶ τοσοῦτοι οἱ ἐνιστάμενοι, οὐ μόνον ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες· ὡς λογικῶς τε καὶ πραγματικῶς ἀρνουμένου Χριστοῦ· ὅπερ ἐπὶ τῶν πάλαι αἱρέσεων οὐκ ὦπται· λογικῶς μὲν, ἐν τῷ λέγειν τοὺς ἀσεβεῖς, μὴ οἷόν τε ἐγγεγράφθαι Χριστὸν σώματος χαρακτῆρι· πραγματικῶς δὲ, ὅτι καθαιροῦσι πᾶσαν εἰκόνα ἁγίαν Χριστοῦ, τῆς Θεοτόκου, ἀγγέλων, ἁγίου παντὸς καὶ ἁγίας, ἐκ πάσης Ἐκκλησίας, ἀπὸ παντὸς ἱεροῦ ἀναθήματος, πυρὶ παραδιδόντες, ἐπιτωθάζοντες, γελῶντες τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον, βδέλυγμα Χριστὸν ἐγγεγραμμένον σὺν Μητρὶ καὶ θεράπουσιν ἀποκαλοῦντες· ὅπερ φρονεῖν καὶ λέγειν καὶ πράττειν, Ἰουδαίων ἐστὶ καὶ Ἑλλήνων. Οἱ γὰρ Ἄραβες καὶ Σκύθαι αἰδοῖ χρώμενοι οὐδὲν τοιοῦτον ἐφάνησαν πεποιηκότες. Πῶς οὖν οὐκ ἄρνησις τῆς οἰκονομίας Χριστοῦ ταῦτα; Ἀλλ' ἐπὶ τὰς προτάσεις ὁ λόγος. Τινὲς ἐξ ἰδίας προαιρέσεως ὑπέκυψαν, ἄνευ τοῦ καταναγκάζοντος· ἄλλοι μετὰ πληγῶν· ἄλλοι δι' ἀπειλῆς καὶ μόνης· ἕτεροι ἄνευ ἀπειλῆς, καὶ βασάνων, δέει, καὶ μόνον· ἄλλοι διὰ τὸ μὴ ἐκπεσεῖν τῶν ἰδίων. Τινὲς δὲ καὶ κατὰ ἄγνοιαν. Τούτους ἐπιστρέφοντας πῶς δεῖ ἀποδέχεσθαι; ἐπιδεικνυμένους δηλαδὴ ἀξίους καρποὺς τῆς μετανοίας ἅπαντας. Τίνες δὲ οὗτοι; Ἀποχὴ τῶν ἀγιασμάτων, μετὰ προσκλαύσεως, καὶ ἐπιπόνου δεήσεως· ἐπὶ μὲν τῶν πρώτων, τριετίζουσα· ἐπὶ δὲ τῶν δευτέρων, διετίζουσα· ἐπὶ τῶν τρίτων καὶ τετάρτων καὶ πέμπτων, ἡ τῶν πρώτων· ἐπὶ τῶν ἕκτων, ἐνιαυσιαία. Μετὰ τὴν ἐκπλήρωσιν πῶς δεῖ ἔχειν αὐτούς; Εἰ μὲν ἐξ ἱερατικοῦ πληρώματος, καὶ οὐχ ὑπέγραψε, μηκέτι μετέχων τῆς ἀσεβοῦς κοινωνίας τις. Ὡς ἐν ᾧ ἐτέτακτο κλήρῳ. Εἰ δὲ καὶ ὑπογράψας, εἶτα ὡς εἰργόμενος τῆς ἱερουργίας ἕως ὀρθοδόξου συνόδου· κοινωνῶν δ' οὖν ὅμως τῶν ἁγιασμάτων. Τοῖς πάντη ἀσεβέσιν εἰ ἔξεστι κατὰ ἀνάγκην δέους ἕνεκα, ἢ διὰ λιμὸν, ἢ καὶ ἄνευ ἀνάγκης, ἢ καὶ διὰ βίαν ἄλλοις κοινωνοῦσιν, ὀρθοδόξους δὲ αὐτοὺς ὁμολογοῦσι, συνεσθίειν; Οὐδαμῇ οὐδαμῶς· εἰ μή τί γε τοῖς ἐσχάτοις, οὐκ ἀδιαφόρως, ἀλλ' ἐξ ἀναγκαίου τινὸς τρόπου, ἅπαξ ἢ δίς. Εἰ τῶν τούτοις ἐδωδίμων τὰ λείψανα ἐσθίειν κατὰ ἀνάγκην, ἢ καὶ ἄνευ ἀνάγκης, διότι προεσχημάτισται ἐν αὐτοῖς ὁ σταυρός; Εἰ μὲν παρὰ ἱερέως, οὐδαμῶς· εἰ δὲ μὴ, μεταληπτέον κατὰ βίαν. Εἰ δὲ εἰς εὐκτήριον αὐτῶν εἰσέρχεσθαι εὐχῆς χάριν· καὶ εἰ δεῖ τὴν ἁγίαν ἀναφορὰν ἐν αὐτῷ ἐπιτελεῖν μετὰ ἰδίας τραπέζης; Οὐδαμῶς ἑκάτερον. Εἰ δεῖ χαίρειν αὐτοῖς, λέγειν, καὶ ἀσπάζεσθαι; Οὐδαμῶς, ὡς φησιν ὁ μέγας Βασίλειος. Ὁ Κύριος ἐκώλυσε τὸν κοινὸν ἀσπασμόν. Ὥστε τοῦτο κατὰ σύμβασιν· ὡς δὲ ἐξ ἀγάπης καὶ φιλίας, φευκτέον· ἵνα πληρωθῇ ἐν τούτῳ. Οὐκ ἔστι λέγειν χαίρειν τοῖς ἀσεβέσιν. Εἰσί τινες τῶν μοναστηρίων, οἳ οὔτε λόγῳ, οὔτε ἔργῳ συνῆλθον φυγῇ

enim in imagine archetypum elucet, ut sapientissimus Dionysius ait: ac si imaginis honor ad prototypum ascendit, ut magnus loquitur Basilius: nunc autem despicatui habita est imago Christi, negata, conculcata a Chrystomachis: utique Christus in imagine ipsius et per imaginem negatus est, ignominia affectus, more Judaico reprobatus: nec colligere aliud, re plane perspecta, licet. Idcirco plangendi et ejulandi tempus istud est: idcirco et tam multi reluctantur, non viri modo, sed et mulieres, eo quod non voce solum, sed et opere ipso Christus negatur: quod in vetustis hæresibus minime visum est. Voce quidem, cum negent impii corporea similitudine pingi Christum posse: opere autem ipso, cum omnem evertant Christi sanctam imaginem, Deiparæ, angelorum, sancti ac sanctæ cujusvis, ex omni æde sacra, ex omni sacro monumento, igni tradentes, conviciis insectantes, magnum pietatis mysterium irridentes, Christum depictum, cum matre et famulis, abominandam rem nuncupantes: quod quidem cogitare, et dicere, et facere, Judæorum est atque gentilium. Arabes enim ac Scythæ reverentia ducti, nihil tale visi sunt præstitisse. Quid est igitur dispensationem Christi negare, si hoc non est? Sed ad propositiones revertatur oratio. Quidam propria sponte manus dedere, nemine per vim cogente: alii cum plagis: alii minis duntaxat exterriti; alii citra minas ac supplicia, solo metu; alii, ne exuerentur bonis: nonnulli autem per inscientiam. Ili si resipiscant, qua ratione sunt admittendi? Utique si dignos videlicet pœnitentiæ fructus omnes exhibeant. Qui sunt illi porro fructus? Dilata Eucharistiæ perceptio, cum fletu, et assidua deprecatione, primis quidem, per triennium: secundis, per annos duos: tertiis, quartis, et quintis, quemadmodum primis: sextis denique, unius anni spatio. Quibus ubi perfuncti fuerint, qua ratione sunt habendi? Si quidem est ex sacerdotali ordine aliquis, nec subscripsit, nec fuit impiæ communionis particeps; in quo ordinatus est clero permaneat. Sin vero subscripsit idem; abstentus a re sacra facienda sit usque ad synodum orthodoxam: communicet tamen sacris mysteriis. Si hominibus omni ex parte impiis, propter necessitatem ingruente metu, vel ob famem, vel etiam citra necessitatem aut per vim, alii communicent qui orthodoxos se profiteantur, an licet cum istis cibum sumere? Nullo prorsus modo: nisi forte sint ex infima plebe: nec passim ac promiscue, sed casu aliquo necessario, semel aut iterum. An licet eorum cœnæ reliquias ex necessitate, vel citra necessitatem edere, eo quod in his signum crucis prius expressum sit? Si quidem a sacerdote, minime: sin minus, cogente vi sumi oportet. An licet orationis causa eorumdem oratorium ingredi? ac num licet sanctam ibi oblationem peragere cum mensa propria? Neutrum licet. An fas est gratulari ipsis, confabulari cum iis, eosdem salutare? Neutiquam, ut ait magnus Basi-

Digitized by Google

lius. Communi salutatione Dominus interdixit. Quamobrem istud ex occasione fiat : ut vero ex amicitiæ ac benevolentiæ significatione, declinandum : ut sic istud impleatur : Nefas est dicere Ave impiis [46]. Sunt quidem e monachorum cœtu qui neque verbo neque opere consenserunt, fuga salutem consecuti : rursumque post secessionem ab impiis se subtraxere. Recte habet. Si autem ab impiis sacra peracta sint in Ecclesia aliqua semel duntaxat, in eam ingredi poterunt solas peracturi preces : si vero sæpius, secedant ab ea longissime. Sæculares quidam ac monachi impietatem vehementer detestantur ac lugent : propter minas autem impiorum, ad eorum se communionem adjungunt, ita eos allici posse arbitrati, preces autem fieri pro ipsis a nobis efflagitant. An licet his divina mysteria impertiri ? Preces quidem peragere licet, impertiri vero sacra non licet, quidquid illi dicant aut agant. Si secus viam publicam cruces ii statuerint, an sunt adorandæ ? Nihil vetat. An licet horum oblationes consecrare ? Minime. Hæc igitur pro eo ac Dominus in mentem injecit, elocuti sumus : non quasi sancientes legem : neque enim ex antistitum numero sumus, penes quos potestas est condendi canones ; sed consilium dantes, quoniam ejusdem vobiscum ordinis sumus : ac propterea quod ii desunt qui statuere summo jure debeant, huc a vobis coacti descendimus. Vos vero, Patres sanctissimi, veniam date, si quid in prædictis displicet. Præterquam quod medicus tum animi tum corporis, et personæ qualitatem, et temporis opportunitatem, habitum, affectus, vires, imbecillitatemque contemplatur : et sic remedia conficit adhibetque : quæ uno capite ac genere comprehendi rite non possunt : quemadmodum ipsi quoque sancti Patres nostri definierunt.

A τὴν σωτηρίαν ποριζόμενοι· καὶ πάλιν μετὰ τὴν ὑποχώρησιν τῶν ἀσεβῶν ἀνθυποστρέφοντες. Εὖ ἂν ἔχοι. Εἰ δὲ καὶ ἐλειτουργήθη ἡ Ἐκκλησία ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν, εἰ μὴ ἅπαξ· εἰσίτωσαν ἐπιτελοῦντες ἐν αὐτῇ τὰς προσευχὰς μόνον· εἰ δὲ πολλάκις, ὑποχωρείτωσαν ταύτης πόρρω. Κοσμικοί τινές εἰσιν ἢ καὶ μοναχοί, σφοδρῶς μυσαττόμενοι, ἢ καὶ ἀποδυρόμενοι τὴν ἀσέβειαν· διὰ δὲ τὰς ἀπειλὰς τῶν ἀθέων προσέρχονται τῇ αὐτῶν κοινωνίᾳ, οἰόμενοι αὐτὴν δηλητήριον εἶναι, αἰτοῦνται δὲ εὐχὴν ὑπὲρ αὐτῶν ἡμᾶς ποιεῖσθαι. Εἰ ἔξεστιν αὐτοῖς μεταδιδόναι τῶν θείων μυστηρίων ; Εὐχὴν μὲν ποιεῖσθαι ἐξὸν, οὐ μὴν μεταδιδόναι, κἂν ὅ τι λέγωσιν ἢ πράττωσι. Σταυροὺς ἐὰν ἱστῶσι κατὰ τὰς λεωφόρους, εἰ δεῖ προσκυνεῖν ; Οὐ κωλυτέον. Εἰ δεῖ τῶν τοιούτων τὰς προσφορὰς προσ-
B κομίζειν ; Οὐδαμῶς. Ταῦτα οὖν ὡς ὁ Κύριος κατὰ νοῦν ἐπήγαγεν ἡμῖν, ἐφθεγξάμεθα· οὐ νομοθετικῶς· ἐπεὶ μηδὲ ἐσμεν τῶν ἱεραρχούντων· αὐτῶν γὰρ τὸ τυποῦν κανονικῶς· ἀλλὰ συμβουλευτικῶς, ἐπεὶ ἐσμεν ὑμῖν ὁμοταγεῖς καὶ ἐπειδὴ ἐξ ἀπορίας τῶν ἱεραρχικῶς ὀφειλόντων τυπῶσαι· ἀναγκασθέντες ἀφ' ὑμῶν ἐληλύθαμεν εἰς τοῦτο. Ὑμεῖς δὲ, ἁγιώτατοι Πατέρες, σύγγνωτε, εἴ τί ἐστιν ἀπαρέσκον ὑμῖν ἐν τοῖς εἰρημένοις. Πλὴν ὅτι ὁ ἰατρὸς καὶ ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ προσώπου ποιότητα, καὶ καιροῦ ἰδιότητα, ἕξιν τε καὶ πάθος, δύναμίν τε καὶ ἀδράνειαν ἐπιτηρεῖ· καὶ οὕτω φαρμακεύει καὶ ἰᾶται· ἐλλείψεσι καὶ προσθήκαις χρώμενος· ἃ ἐν κεφαλαίῳ περιλαβεῖν οὐκ οἷόν τε κανονικῶς· ὡς καὶ αὐτοὶ οἱ ἅγιοι Πατέρες ἡμῶν ὡρίσαντο.

L. — *Luciano filio.*

Pœnitenti absolutionem impertitur. (Baron. an. 816, n. 19.)

Deus noster optimus, cum humanæ naturæ imbecillitatem noverit, fierique interdum ut, quamvis inoffenso pede ingredi aliquis videatur, is tamen si remittat paululum, quo nescit modo dejiciatur : insigni benignitate pœnitentiam dedit, quæ hominem a lapsu revocet, restituatque in integrum. Quandoquidem igitur et ipse, frater mi, similiter offendisti, ac laudabilis pœnitentiæ tempus explesti ; acerbo animi dolore, profusisque lacrymis ut accepi, exorato Deo ; nunc vero absolutionem efflagitas : (1) quemadmodum et ab œconomo et ab œconomi vicario significatum mihi est : hanc habeto a Domino, et eris, fili mi, ab hodierno die sanus, in Christo gaudens, et in ipso prospere vitam agens, ut ne posthac decidas obligata Domino fide, sed pro ipso mortem obeas, quemadmodum et ipse pro te pertulit. Antea igitur per litteras ejulans, indignus licet, sic te compellabam : *Adam, ubi es* [47] ?

[46] II Joan. 10. [47] Gen. III, 9.

N'. — *Λουκιανῷ τέκνῳ.* [τνδ'.]

Ὁ ἀγαθὸς ἡμῶν Θεὸς, εἰδὼς τὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως εὐάλιστον, καὶ ὅτι εἰ καὶ δοκεῖ τις κατορθῶν πορεύεσθαι, ὡς οὐκ οἶδε μικρὸν ῥαθυμήσας ὑποσκελίζεται· φιλανθρώπως ἐδωρήσατο τὴν μετάνοιαν, ἀνακαλουμένην τὸν ἄνθρωπον τῆς πτώσεως, καὶ εἰς τὸ ὑγιὲς ἀποκαθιστῶσαν. Ἐπεὶ οὖν καὶ αὐτὸς, ἀδελφέ μου, πέπονθας ὃ πέπονθας, καὶ τὸν τῆς ἀξιολόγου μετανοίας καιρὸν πεπλήρωκας, πολλῇ κατανύξει καὶ πλείστοις δάκρυσιν, ὡς ἀκήκοα, ὡς ἐξιλεωσάμενος τὸν Θεόν· ἐπιζητοίης δὲ ἄρτι λύσιν· καθὰ διά τε τοῦ οἰκονόμου καὶ τοῦ παροικονόμου ἐδηλώθη μοι. Εἴη σοι αὕτη παρὰ Κυρίου· καὶ ἔσῃ ὑγιαίνων ἐκ τοῦ δεῦρο, υἱέ μου, καὶ χαίρων ἐν Χριστῷ, καὶ κατευοδούμενος ἐν αὐτῷ· μηκέτι συμπίπτειν διδοὺς ἐγγύας τῷ Δεσπότῃ, ἀλλὰ θνήσκειν ὑπὲρ αὐτοῦ, ὡς καὶ αὐτὸς ὑπὲρ σοῦ ἔπαθε. Πρότερον μὲν οὖν διὰ γράμματος ὁ ἀνάξιος κλαυθμυρικῶς ἐφθεγξάμην πρὸς σέ· Ἀδὰμ, ποῦ εἶ ; τὴν θείαν φωνὴν ὑπειπών· διὰ τὸ

NOTÆ.

(1) Hanc absolutionem, minime sacramentalem explicat Joan. Jejunator in libello *Pœnitentiali* apud Joan. Morinum in *Commentario de Pœnitentia*.

Digitized by Google

ἐξ ὑψηλοῦ σε βίου οἱονεὶ παραδεισιακοῦ ἐκπεπτωκέναι. Νῦν δὲ ἀναγκαῖον ἀποτολμῆσαί με τὸν τάλανα καὶ εἰπεῖν· Εἰρήνη σοι, ἀνάστα, Χριστὸς κελεύει· ζῆθι εἰς αἰῶνα.

A Dei vocem inculcans, quod ex sublimi vitæ genere tanquam ex paradiso excidisses. Nunc vero necesse est miserum me audacter ac libere dicere : Pax tibi : exsurge, Christus jubet : in æternum vive.

ΝΑ'. — Ἀλβενέκᾳ πρωτοσπαθαρίᾳ. [τνζ'.]

LI. — *Albenecæ protospatharii.*

Renuntiare sæculo cupientem docet quo pacto id impetrare a marito possit.

Ἐξένισέ με τὸ γράμμα τῆς εὐγενείας σου οὐκ ὀλίγον· οὕτω μὲν ἐκ φιλοθέου καρδίας ὑπαγορευθέν· οὕτω δὲ ὑπὸ συντετριμμένης καὶ τεταπεινωμένης διαθέσεως πραχθέν· ὥστε δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀναγνόντα με ἐπιλέγειν. Τίς καὶ ὁποία καὶ ἡλίκη ἡ ψυχὴ αὕτη, ἡ ταῦτα φθεγγομένη πρός με τὸν ταλαίπωρον; ὡς δὲ καὶ παρὰ τοῦ γραμματηφόρου ἀνηγγέλη μοι ἅπερ ζώσῃ φωνῇ παρέθου αὐτῷ ἐξειπεῖν· τότε καὶ μᾶλλον ἠγάσθην λίαν, καὶ ἐδόξασα τὸν ἀγαθὸν ἡμῶν Θεὸν, ὃς ἐνέπνευσέ σοι τοιοῦτον διαλογισμὸν, καὶ εἰς ἔργον αὐτὴν προαγαγεῖν ἐφιεμένην.

Me litteræ nobilitatis tuæ haud mediocriter perculere : sunt enim tam religioso animi affectu dictatæ, tam intimo pii doloris sensu confectæ, ut iisdem iterum perlectis in hanc denique vocem eruperim : Quæ et qualis, et quanta anima est, quæ ad me infelicem ista perscribit ? Ut vero nuntiata sunt mihi a tabellario ea quæ viva voce ut mecum ille communicaret mandasti ; tunc vero obstupui multo vehementius, et laudavi Deum nostrum optimum qui tale tibi propositum in mentem injecit, idemque te perficiendi cupiditate incendit.

Μέγα τοιγαροῦν τὸ ἔργον ὃ ἐπεπόθησας, κυρία, καὶ τῶν δυσανύστων· οὐ μόνον διὰ τὸ ὑψηλὸν καὶ οὐράνιον τοῦ βίου (οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἡ ἀποταγὴ, ἡ σταυροῦ καὶ θανάτου ἐπαγγελία τῷ γε ἀληθινῶς μονάσαντι), ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ δεδέσθαι σε ἀνδρί· οὗπερ οὐχ ὡς ἔτυχεν ἔστι διαζευχθῆναι, διὰ τὸ θεοσύναπτόν σοι εἶναι ἠλιονότι. Τίς οὖν ἀποσυνάψειεν, ἢ δηλαδὴ ὁ συνάψας, ἐπὶ μείζονα ἠπειγμένην προελθεῖν πολιτείαν ; Δεῖ οὖν καθάπερ ἡ διαταγὴ τοῦ ἁγίου Βασιλείου πρῶτον τὰ πρὸς τὸν ὁμόζυγον εὖ διαθέσθαι. Τί τοῦτο; Ἀπογυμνῶσαι τὸν λογισμὸν τῆς ἐφέσεως· ὑποδεῖξαι τὸ τοῦ κόσμου μάταιον καὶ ὀνειρῶδες· ὡς οὐδὲν μόνιμον ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ παρατρέχον ἴσα καὶ σκιαῖς, κἂν περιχαρές τι, κἂν ἀπολαυστικὸν, κἂν πολύολβον, κἂν ἐνήδονον, κἂν βασιλεία αὐτῇ. Ὥσει ἄνθος γὰρ τοῦ ἀγροῦ πάντα ἀφίπτατσι. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον· ἀλλὰ καὶ κρῖμα ἀπαραίτητον ἐπὶ τῶν προσπαθῶς ζησάντων ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι, καὶ μὴ κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ Χριστοῦ· ὅπερ ἐργῶδες ἐκτελέσαι ἐν τῷ κοινῷ βίῳ. Ταῦτα λάλησον, παρακάλεσον, ἐκμείλιξαι, ὡς ἂν πείσειας αὐτὸν συναιρήσασθαί σοι τὸν σκοπὸν τῆς ἀποταγῆς· *Τί γὰρ οἶδας*, φησὶ, *γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις ;* Καὶ τοῦτο ἐπὶ χρόνον ἱκανόν. Καὶ εἰ μὲν συνέλθοιεν, εὖ ἂν ἔχοι· εἰ δὲ μὴ, τότε εἰ τοσοῦτον ἀνάπτει σε ὁ Θεοῦ πόθος, πράττεις τὰ δόξαντά σοι, καὶ μὴ βουλομένου τοῦ ὁμόζυγος. Ἀλλ', ὡς προείρηται, δυσεξάνυστον τὸ πρᾶγμα· καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τοῦ διωγμοῦ ἡμέραις· καὶ ὅτι οὐχὶ τυχοῦσα αὐτὴ, ἀλλὰ τῶν ὑπερεχουσῶν, καί γε τῶν συναίμων τῇ βασιλευούσῃ. Ἐφ' ᾧ καὶ θαυμάζειν ἔστί πως ἐν τῇ ἄγαν εὐδοξίᾳ τοῦ τῇδε βίου, ταύτην βδελυσσομένῃ, τὴν ταπείνωσιν Χριστοῦ ἐπιποθεῖς ἐνδύσασθαι. Εὐλογητὸς Κύριος ὁ οὕτω πείθων· καὶ γὰρ πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ὡς ἀληθῶς βδέλυγμά ἐστι τὰ ἔνδοξα τοῦ ματαίου βίου. Ἔχου τοίνυν τοῦ καλλίστου βίου σου. Ἀκούω γὰρ οἷα ἀγαθουργεῖς· καὶ πῶς ἀφιεμένη τὰς βασιλικὰς διατριβὰς, σχολάζεις ἐν ἑαυτῇ καὶ ἐν ἀγαθοῖς. Ἔστι γὰρ καὶ ἐν τῷ

Magnum utique quiddam est quod expetiisti, domina, et arduum, non modo propter cœlestis hujus vitæ sublimitatem ; nihil enim aliud renuntiatio est, quam crucis ac mortis denuntiatio ei qui vere monachus sit; verum etiam quod sis cum viro copulata, a quo divelli magnum negotium est, propterea quod ambos videlicet consociaverit Deus [80]. Quis ergo disjunget? Ipse nimirum qui conjunxit, qui progredi cogit ad præstantius vitæ institutum. Necesse est igitur, ex præscripto sancti Basilii, ea primum quæ ad maritum spectant recte componi. Quid istud est? Quid consilii ceperis, aperire : quam sint res mundanæ inanes ac somnii similes, suggerere : ut nihil hic fixum sit ac stabile, nihil non instar umbræ præteriens, quantumvis jucundum illud gratumque sit, quantumlibet felicitatis afferat ac voluptatis, vel si potestas regia fuerit. Nam velut flos agri omnia evanescunt. Neque hoc solum : sed et judicium inexorabile erit eorum, qui in præsenti ævo vitiosis affectibus inquinati vixerint, nec secundum Christi præcepta : id quod perdifficile est in sæculari vita. Hæc loquere, adhortare, verborum blanditia adhibe, ut animum] is inducat renuntiationis propositum una tecum amplecti. *Unde enim scis*, inquit, *mulier, si virum salvum facies* [81]? Et istud ad tempus satis est. Ac si quidem ille consenserit, belle habet : sin minus, tunc si te Dei tantus amor incendit, id efficies quod libitum erit, vel invito conjuge. Sed res ea, ut dictum est antea, multum habet difficultatis ac laboris : præsertim vero persecutionis tempore : et quod non quælibet e plebe sis, sed e primariis et principibus feminis, ac Augustæ consanguineis. Unde et mirari subit quemadmodum in tam abundanti vitæ præsentis gloria, ea repudiata, Christi humilitatem induere concupiscas. Benedictus Dominus a quo hæc injecta mens est : vere enim præ Dei gloria, abominanda res est

[80] Matth. XIV, 6. [81] I Cor. VII, 16.

Digitized by Google

quidquid est in hac inani vita gloriosum. Tene igitur tuum optimum vitæ institutum. Tua enim facta illustria audio, et quemadmodum abdicata principum familiaritate, tibi uni ac rebus bonis vaces. Nam et in isto vitæ genere salutem consequi potes, etiam cum viro : deinde autem subsequenti tempore, ut fortunaverit Dominus, sic et ages, nec virum contristans, sed potius inflectens divina conversatione. De sorore, significavi ei quo res meæ loco essent. De œconomo filioque dilectissimo, maximas tibi gratias ago, quod omni eum humanitatis officio sis prosecuta. A Domino misericordiam consequare.

βίῳ σωθῆναι, καὶ μετὰ ἀνδρός· καὶ πάλιν πρὸς τὸ ἐξῆς, ὡς ὁ Κύριος εὐοδώσειεν, οὕτω καὶ διαγίνῃ, μὴ λυποῦσα τὸν ὁμόζυγον, ἀλλὰ μᾶλλον κατακάμπτουσα διὰ τῆς ἐνθέου διαγωγῆς. Περὶ τῆς ἀδελφῆς, δεδήλωκα αὐτῇ τὸ παριστάμενόν μοι. Περὶ τοῦ οἰκονόμου καὶ ἀγαπητοῦ τέκνου, πλεῖστά σοι ἀπευχαριστῶ, συμπαθῶς ἐπειχθείσῃ [*cod. Reg.* ἐπιχθέστῃ] πρὸς αὐτόν. Εὕροις ἔλεος παρὰ Κυρίῳ.

LII. — *Mariæ moniali.*

Non improbat, quod persecutionis metu sub sæculari habitu lateret.

Legi reverentiæ tuæ schedulam, ac pium consilium intellexi : quod idem cum beato illo Patre propositum habeas propter Christum patiendi : idque jure optimo : ut palam sit, unam utrique carnem et mentem unam esse, nec te discrepare fide. Deo igitur grates agendæ, qui vos ita, ex ipsius metu et amore, disjunxit invicem Evangelii gladio, quoad corpus ; rursumque uno spiritu ac sensu, quoad animum consociavit. Enitere igitur, domina mea, ut æquali cum eo conditione digna censearis, ut illic eidem occurras, ut sis cum eo semper, ipsum eligens, ut ipse te elegit. Insigni enim charitate curam ille ingentem in salute tua procuranda suscepit, quemadmodum et ipse novi : nam is humilitati meæ tanquam filio sua negotia communicabat. Quod propter persecutionis difficillima tempora, dissimulandi causa, sæcularem externo habitu ornatum geris, idque modice, nec diu : repertum istud in sanctis ex causa aliqua necessaria : in omne vero tempus, minime ; cæterum quid dicturus sim hæreo. Nam si auctor sim ut fictum habitum deponas, imparem te martyrio dices : vocaberis enim et ad pœnas. Si rursum te sic dimittam, scripta nulla auctoritas est quæ suffragetur. Duobus igitur propositis malis, præstabilius est clam monialem esse, quam, si plagas perpeti nequeas, perduelli communicare hæresi, atque a Christo desciscere, in quo sors tua futura est sempiterna.

NB'. — *Μαρίᾳ μοναζούσῃ.*

Ἀνέγνων σου τὴν τιμίαν συλλαβὴν, καὶ ἐπέγνων σου τὸν εὐσεβῆ λογισμόν· ὅτι τῆς αὐτῆς τῷ μακαρίῳ ἐκείνῳ Πατρὶ διαθέσεως ἀκολούθως ἔχεις ὑπὲρ Χριστοῦ πάσχειν· καὶ εἰκότως· ἵνα φανῇ ὅτι ἡ μία σὰρξ ἓν καὶ φρόνημα κρατεῖ, οὐχ ἑτεροζυγοῦσα περὶ τὴν πίστιν. Χάρις οὖν τῷ Θεῷ τῷ οὕτως ὑμᾶς διὰ τὸν φόβον καὶ πόθον αὐτοῦ διαζεύξαντι ἀπ' ἀλλήλων μαχαίρᾳ εὐαγγελικῇ σωματικῶς, καὶ πάλιν τῷ ἑνὶ πνεύματι καὶ φρονήματι συνάψαντι ψυχικῶς. Σπούδασον οὖν, κυρία μου, τῆς ἴσης αὐτῷ μερίδος ἀξιωθῆναι, καὶ συντεύξασθαι ἐκεῖ, καὶ συνεῖναι εἰσαεὶ, αἱρουμένην αὐτῷ ὡς ἠρετίσατό σε. Καὶ γὰρ πολλῇ ἀγάπῃ πολλὴν καὶ φροντίδα ἔσχεν ἐν τῇ σωτηρίᾳ σου, ὡς οἶδα κἀγώ· καθότι κοινωνῶν ἦν τῇ ταπεινώσει μου τὰ καθ' αὐτὸν ὡς υἱῷ. Περὶ τῆς κατὰ ἀνάγκην τοῦ διωγμοῦ ὑποκριτικῆς σου ἔξωθεν κοσμοφορήσεως, πρὸς μικρὸν χρόνον καὶ τρόπον· εὕρηται ἐν τοῖς ἁγίοις κατά τινα ἀναγκαίαν ὑπόθεσιν· εἰς δὲ τὸ ἀεὶ, οὐδαμῶς. Λοιπὸν οὐκ οἶδα τί εἴπω. Ἐὰν ἐπιτρέψω ῥίψαι τὴν ὑπόκρισιν, εἴποις ἂν μὴ φέρειν τὸ μαρτύριον· ἐνεχθήσῃ γὰρ καὶ εἰς βάσανα. Ἐάν τε πάλιν ἐπαφήσαιμι οὕτως, οὐκ ἔχω Γραφικὴν μαρτυρίαν. Δύο τοίνυν κακῶν προκειμένων, κρεῖττόν ἐστι κρυπτομόναχον εἶναι, ἢ μὴ φέροντα τὰς πληγὰς, κοινωνῆσαι τῇ ἀρνητικῇ αἱρέσει, καὶ ἀποστῆναι Χριστοῦ, ἐφ' ᾧ ἔσται ἀεὶ ἡ μερίς σου.

LIII. — *Moniali.*

Hortatoria. Ut pro recta fide martyrium perferre parata sit.

Ea temporis hujusce conditio est, ut de aliis nos esse sollicitos oporteat : cum pari animo simus ac pari fide præditi : quandoquidem veluti in Ecclesiam unam sive cœtum convocavit Deus eos omnes qui pro veritate dimicant, in eaque consentiunt. Quemadmodum igitur citra offensæ periculum non est, qui cum ejusdem monasterii sit, nihil de condiscipulis curet ; aut præpositus qui nulla pariter de discipulis sollicitudine sit : sic est profecto de nobis omnibus : quandoquidem, ut dictum est, Ecclesia una cœnobica sumus. Inviso te per epistolam, et rogo quomodo utique in Domino valeas, soror spiritalis : utrum in egregia Christi confessione permaneas : an depositum fidei integrum serves ope Spiritus sancti : an sis in Deo corroborata, nec impios expavescas.

NΓ'. — *Μοναζούσῃ.* [τξα'.]

Ὁ Παρὼν καιρὸς τοιοῦτος, ὃς ἀναγκάζει ἡμᾶς μεριμνᾷν ὑπὲρ ἀλλήλων· διὰ τὸ τῆς ἰσοψυχίας καὶ ὁμοπιστίας ἀξίωμα· ἐπειδὴ ὡς μίαν Ἐκκλησίαν ἤγουν συνοδίαν συνεκαλέσατο ὁ Θεὸς ἅπαντας τοὺς ἀντεχομένους τῆς ἀληθείας, καὶ ἐν αὐτῇ ὁμολογοῦντας. Καθάπερ οὖν οὐκ ἀκίνδυνον τῷ τῆς αὐτῆς μονῆς ὄντι, μὴ ὑπὲρ τῶν συμμαθητῶν φροντιοῦντι, ἢ καθηγουμένῳ, τὸ μὴ περὶ τῶν φοιτητῶν ὡσαύτως φροντίζειν· οὕτω δὴ καὶ ἡμῖν πᾶσιν· ἐπειδήπερ, ὡς εἴρηται, μία Ἐκκλησία κοινοβιακὴ ἐσμεν. Ἐπισκέπτομαί σε διὰ τοῦ γράμματος, καὶ ἐρωτῶ πῶς δὴ ἔχεις ἐν Κυρίῳ, ὦ ἀδελφὴ πνευματική· εἰ ἐμμένεις ἐν τῇ καλῇ ὁμολογίᾳ Χριστοῦ· εἰ τηρεῖς τὴν παρακαταθήκην τῆς πίστεως διὰ Πνεύματος ἁγίου ἀσφαλῆ· εἰ κρατύνῃ ἐν Θεῷ μὴ πτυρομένη ἀπὸ τῶν ἀσεβῶν.

Digitized by Google

Εὖγε, εὖγε· στηριχθείης ἔτι πλειόνως· καὶ τοσοῦτον ὡς ἂν ἅδειν σε σὺν τῷ ἁγίῳ Δαβίδ· *Οὐ φοβηθήσομαι ἐν τῷ ταράσσεσθαι τὴν γῆν, καὶ μετατίθεσθαι ὄρη ἐν καρδίαις θαλασσῶν.* Καὶ γὰρ ὁ ὡς ἀληθῶς βεβαιόπιστος, ἀμετακίνητός ἐστι πάμπαν τῆς ἀγάπης Χριστοῦ· ἧς οὐ θλῖψις, οὐ στενοχωρία, οὐ λιμὸς, οὐ διωγμὸς, οὐ κίνδυνος, οὐ μάχαιρα χωρίζειν δύναται. Ταύτῃ τῇ πεποιθήσει οἱ ἅγιοι πάντες ἐτελειώθησαν· τῇ αὐτῇ καὶ ἡ σὴ τιμιότης εἴη. Οὐ γὰρ εἶ ἀγενεστέρα Θέκλης, Φεβρωνίας, καὶ τοῦ περὶ αὐτὰς μακαρίου χοροῦ· θυγάτηρ θεοῦ, νύμφη Χριστοῦ, ὡς κἀκεῖναι, καὶ αὐτή. Ὑπὲρ οὗ καὶ τανῦν τὸ μαρτύριον ὥσπερ τηνικαῦτα. Ὑπομείνωμεν οὖν, παρακαλῶ, οὐχ ὅτι ἐν οἷς ἐσμεν θλιπτικοῖς· ἀλλὰ κἂν τὰ προειρημένα ἅπαντα ἐπιστῇ. *Ἀπροσωπόληπτος ὁ Θεός*· τῇ αὐτῇ ἀγάπῃ ἀγαπῶν ἡμᾶς, ᾗ ἠγάπησε καὶ τοὺς πάλαι. Ταῦτα ὡς ἐν ὀλίγοις· εἰδὼς ὅτι οἴκοθεν καὶ ἐξ ἄλλων τὰς παρακλήσεις ἔχει σου ἡ σεμνοπρέπεια· ὅμως καὶ παρ' ἡμῶν, ἵνα γνοίης ὅτι οἰκειοπαθοῦμέν σοι ὀφειλομένως· καὶ ὅπως προσεύχῃ, τοῦ στηρίζεσθαι ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλούς.

A Euge, euge : adhuc amplius confortare : imo in tantum ut cum sancto David possis accinere : *Non timebo dum turbabitur terra, et transferentur montes in cor maris*[51]. Enimvero qui prorsus firma fide est, dimoveri omnino nequit a charitate Christi : a qua non tribulatio, non angustia, non fames, non persecutio, non periculum, non gladius potest separare[52]. Hac fiducia omnes sancti consummati sunt : eadem reverentiam tuam consummet. Neque enim es Thecla ignobilior, aut Febronia, aut felici illarum cœtu : cum sis Dei filia, Christi Sponsa, quemadmodum illæ, sic et ipsa : quam ob causam nunc quoque martyrium instat, uti olim. Sustineamus igitur, obsecro, non modo eas quibus premimur molestias, sed vel si supra dicta omnia B ingruant. *Non est personarum acceptor Deus*[53] : eadem nos charitate diligit qua et majores dilexit. Sed hæc paucis : cum probe sciam gravitatem tuam domi atque ab aliis habere solatia : tamen et a nobis hæc habe : ut intelligas nos tuis rebus, ut par est, affici : et ut nobis peccatoribus vires ac robur precibus impetres.

ΝΔ'. — *Βασιλείῳ πατρικίῳ.* [ρξε'.]

LIV. — *Basilio patricio.*

Consolatur in morte filii.

Τῆς θεομιμήτου σου συγκαταβάσεως ἔργον, οὐ μόνον εἰς ὄψιν σου ἱερὰν ἐνεγκεῖν τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν ἐν πνεύματι, ὁμιλῆσαί τε τὰ δόξαντα, οὕτω προσηνῶς καὶ μετρίως· ἀλλ' ὅτι καὶ τὴν κυρίαν καὶ ἐμοὶ σεβασμίαν πατρικίαν, ἅμα τοῖς εὐγενεστάτοις σου βλαστοῖς ἀγαγὼν, κλῖναί τε οὐ κεφαλὴν, ἀλλὰ γόνυ πρὸς αὐτὸν ἐπιτέτραφας. Ὦ τῆς μεγίστης σου ταπεινοφροσύνης! ὦ τῆς φιλοθέου συνέσεως! ὦ τῆς ὑπερβαλλούσης σου ἐν ἁμαρτωλοῖς πίστεως! Καὶ οὐκ ἀποτεύξῃ τοῦ τῆς εὐαποδεξίας μισθοῦ. Διὰ ταῦτά σοι πάντα· καὶ ἔτι πλέον εἰς ἀρετῆς λόγον, εἰκότως ὁ ἐμὸς δεσπότης καὶ αἵματι καὶ πνεύματι φιλούμενος γέγονας πρὸς πάντων τῶν γνωρισάντων καὶ ὁρώντων σε. Καὶ μάρτυρες τοῦ λόγου αἱ κατὰ τὰς ἀξίας ὑπεροχαί σου, ἀρετῆς ἔπαθλον ὑπάρξασαι· ἐφ' ᾗ σὺν τῷ τῆς φύσεως νόμῳ μορφώσας υἱούς τε καὶ θυγατέρας, ἅμα τῇ ὁμοζύγῳ· εἰκόνας ὄντως ἐναργεῖς τῆς εὐσεβείας σου ἐναπέδειξας· ἐκ τῆς πρὸς σὲ ἐπιφαινομένης αὐτοῖς ὁμοιότητος ἐπιγινωσκομένους ἀψευδέστατα.

Fuit divinæ cujusdam demissionis, quod non modo in sacrum conspectum tuum venire passus sis fratrem nostrum spiritalem, eaque profari quæ liberet, tam leniter ac moderate : verum etiam dominam mihique venerandam patriciam cum nobilissima tua sobole adduxeris, jusserisque, non caput, sed genu ante ipsum inflectere. O insignem animi demissionem! o plenam pietate prudentiam! o nimiam tuam in peccatoribus fiduciam! Neque vero admissionis hujus præmio fraudabere. Ea propter tibi omnia insunt : ac magis etiam ob virtutem, merito Dominus meus et sanguine et spiritu charus es omnibus qui te noverunt et viderunt. Atque harum rerum testes sunt illæ pro meritis prærogativæ tuæ, quippe totidem præmia virtutis : ad quam cum, tu simul cum uxore, juxta naturæ legem filios filiasque informasti ; vere conspicuas pietatis tuæ imagines effinxisti, quæ ex indiscreta tecum ac manifesta similitudine certissime dignoscantur.

Ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τούτου λόγος τοιοῦτος. Τίνα δὲ λόγον παραμυθητικὸν ἐπὶ τῷ πάθει τοῦ Προδρόμου ὁμωνύμου ἔρνους σου παγκαλλίστου ἐξεύροιμι ὁ ταπεινὸς, λεαίνοντα μικρόν τι τὸ τῶν τιμίων ψυχῶν ὑμῶν θλιβερόν; ἐπεὶ ἀπηγγέλη μοι πρὸς αὐτοῦ τοῦ ἀδελφοῦ ὁποῖον τὸ ἄλγος· οἷα τὰ δάκρυα ἀποστάζοντα θερμὰ ἐξ ὀφθαλμῶν· τάς τε ἀνακλήσεις, ἐλεεινολογίας τε καὶ στοναχήσεις· ὡς ἀκούσαντι ἕκαστα τὰ τοῦ παιδὸς πλεονεκτήματα, παθεῖν τι μικροῦ δεῖν ὁμοιοπαθὲς ὑμῖν. Ὦ πῶς ὡμοιώθημεν τῷ Δαβὶδ πενθήρῃ ψαλμὸν ἐπὶ τῷ υἱῷ ᾄσαντι! Εἰ δὲ ἐκεῖνος οὕτως ἐπὶ ἀτασθάλῳ καὶ ἀντάραντι καὶ δικαίαν δίκην τῆς πατραλοίας δώσαντι· τί δεῖ ἐνταῦθα εἰπεῖν; καὶ πηλί-

D Sed de hoc argumento hactenus. Quam vero ego humilis consolatoriam orationem inveniam in pulcherrimi nati tui morte, qui Præcursori cognominis fuit? quanam arte vel tantillum mitigabo venerandarum animarum vestrarum ægritudinem? Mihi enim ab eodem fratre nuntiatum est, quantus sit vester dolor, quales, quam ferventes ex oculis lacrymæ manent : quæ deinde imploratione, quam lugubris oratio, quæ suspiria : ut cum singulas pueri dotes audirem, pari propemodum vobiscum doloris affectu commoverer. Heu, quam Davidi similes effecti sumus, cum luctuosum de filio carmen accineret! Quod si ille sic affectus est erga impium

[51] *Psal.* xlv, 3. [52] Rom. viii, 35. [53] Act. x, 34.

Digitized by Google

ac perduellem, moritas parricidii pœnas luentem : quid nunc dicendum? aut quam necesse est orationis conferri symbolam? Puer interiit cum ætatis flore ipso frueretur, et suopte ingenio et magistri voce pereruditus, moribus et sermone blandus, vel ipso aspectu quemvis in sui amorem alliciens : et, quod majus est, purus corpore, animo candidus : illud quidem ob virginitatem, quæ dos maximam habet admirabilitatem ; neque enim perditorum more irretitus est, sed vitium superavit : istud autem, quod nullam cum hæresi quæ nunc bacchatur societatem inierit. Itaque divinitus coiere in unum integritas animi, integritasque corporis. Quanta digni laude parentes, qui talem genuisse puerum feruntur : qui non solum corpore, sed et spiritu, tam egregia indole prolem finxere! O felicem partum, sive quod patrios mores imitatus est, sive quod in se ipse Christum expressit : qui cum nascens ex Virgine virginitatem honore affecerit, sui asseclam, utpote filium lucis, filium vestrum excepit. Quid ergo? Luctus id, an lætitiæ argumentum? Gaudii utique ; licet mœrorem vobis illius excessus attulerit. Ipse nunc gaudio triumphat in cœlis, princeps factus. Et nos igitur gaudere ejus gaudium deinceps necesse est, non eum nostro mœrore contristare. Habeat hunc epistola exitum, pro transmisso munere gratiarum actionem simul et excusationem referens.

κον ἔρανον τοῦ λόγου ποιήσασθαι; Οἴχεται παῖς, αὐτὸ τῆς ἡλικίας ἄγων τὸ βιώσιμον, εὐπαίδευτος καὶ τρόπῳ καὶ λόγῳ, εὐμελὴς καὶ ἦθει καὶ φθέγματι· ἀπ' αὐτῆς τῆς ὁράσεως εἰς φίλτρον ἐπισπώμενος τὸν θεώμενον· τὸ μεῖζον, καθαρὸς τὸ σῶμα, λευκὸς τὴν ψυχήν· τὸ μὲν τῇ παρθενίᾳ, ὅπερ ἐστὶν ἀξιάγαστον· μὴ κατὰ τοὺς ῥηξίφρονας ἀλοὺς, ἀλλὰ τοῦ πάθους ὑπεραλλόμενος· τὸ δὲ τῇ ἀμεθεξίᾳ τῆς νῦν κορυβαντιώσης αἱρέσεως. Ὅπερ θαυμασίως εἰς ταυτὸν συνέδραμεν, ἀφθορία ψυχῆς, ἀφθορία σώματος. Ὡς ἐπαινετοὶ οἱ γεννήτορες, τοιούτου παιδὸς πατέρες χρηματίσαντες, ἐνεγκόντες, οὐ σωματικῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ πνευματικῶς εὐφυέστατον ἔρνος! Ὡς μακαριστὸς ὁ γόνος· ὁμοῦ μὲν πατρώζων· ὁμοῦ δὲ καὶ ἑαυτὸν Χριστῷ ἐνδαλματίσας· ὃς τῇ παρθένῳ γενήσει τὴν παρθενίαν τιμήσας, ὁπαδὸν ὡς υἱὸν φωτὸς τὸν υἱὸν ὑμῶν εἵληφε. Τί οὖν; κλαυθμοῦ τὸ δρᾶμα, ἢ χαρᾶς; Δηλαδὴ εὐφροσύνης, κἂν ἀνίας ὑμῖν ὁ χωρισμὸς αὐτοῦ ἐνεποίησεν. Οὗτος χαίρει χαρᾷ νῦν ἐν οὐρανοῖς, πρέσβυς καθιστάμενος. Δεῖ οὖν συγχαίρειν ἡμᾶς τῷ χαιρομένῳ ἀπάρτι, ἀλλὰ μὴ λυπεῖν αὐτὸν ἐν τῷ λυπεῖσθαι. Πέρας ὁ λόγος ἐχέτω· τὴν ἐπὶ τῇ πεμφθείσῃ εὐλογίᾳ εὐχαριστίαν καὶ ἀπολογίαν συναποφερόμενος.

LV. — *Gregoræ laico.*

Pro fide captivum roborat. (Baron. an. 818, n. 19.)

Salve, confessor Christi. Merito Dei hominem te olim appellavi : en mentitus non est humilis sermo meus, qui sublimis in te apparuit. Quomodo carcer? Ferrea etiam vincula sustines, ut audio, corpore constrictus. Res laboriosa. Verumtamen confortare in Domino, sancte et martyrum more depugnans. Belle, belle, frater, qualis eluxisti! quantum exaltatus es! Unus ex omnibus laicus (de iis loquor qui sub hoc imperio degunt) tu solus Deo confessor ostensus es et angelis et hominibus. Cernis ubinam te detineant persecutores? In palatio : ceu margaritam, ceu regem affectuum : quamvis ita non sentiant. Ne timeas, amice, ne terrearis ob imminentia verba ; sustine ; Christus una sublevans, simul adjuvans, ut simul pugnans et simul percussus. Si ergo a quopiam e subditis detentus, imperatorem haberes defensorem, et cum verberaris, tecum et animo et affectu verberatum : nonne pati gauderes, ornamentum amplectens, quasi patiendo perciperes quas desiderabas opes, gloriam, principatum? Quanto vero magis hoc in re præsenti sentiendum! Quod et amplectendum nobis necessario, ut non somni similia hæc et inania, sed sempiterna et vera et ineffabilia bona consequamur, æterna supplicia declinantes, quæ, qui pingi Christum negant, sustinebunt : a quibus liberemur, frater, pro nobis invicem orantes.

ΝΕ'. — *Γρηγορᾷ λαϊκῷ.* [τξη'.]

Χαῖρε, ὁμολογητὰ τοῦ Χριστοῦ· εἰκότως ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ πάλαι προσηγόρευσά σε· ἴδε, οὐ διεψεύσθη ὁ ταπεινός μου λόγος, ὑψηλὸς ἐν σοὶ ἀποφανθείς. Πῶς ἡ φυλακή; φέρεις καὶ σίδηρα, ὡς ἀκούω, ἔνδον πιεζόμενος τὰς σάρκας. Κοπῶδες τὸ πρᾶγμα. Πλὴν ἐνδυναμωθείης ἐν Κυρίῳ, ὁσίως καὶ μαρτυρικῶς διαθλῶν. Ὦ, ὦ, ἀδελφὲ, πῶς ἐξέλαμψας! ἡλίκον ὑψώθης! Εἷς ἐκ πάντων λαϊκὸς, τῶν ὑπὸ τήνδε τὴν ἐξουσίαν λέγω, σὺ μόνος τῷ θεῷ ὁμολογῶν ὑπεδείχθης καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις. Ὁρᾷς ποῦ σε καὶ κατέχουσιν οἱ διῶκται; Εἰς τὰ βασίλεια· ὡς μαργαρίτην, ὡς βασιλέα τῶν παθῶν· κἂν οὐχ οὕτως νομίζωσι. Μηδὲ, φίλε, δείσῃς, μηδ' αὖ φοβηθῇς μάστιγας ἐρχομένας· ὑποίσεις· Χριστὸς ὁ συγκουφίζων, ὁ συναντιλαμβανόμενος, ὡς συναθλῶν καὶ συντυπτόμενος. Ἐὰν οὖν κατεχόμενος ὑπό τινος τῶν ὑπὸ χεῖρα, εἶχες τὸν βασιλεύοντα ὑπερασπιζόμενόν σου, καὶ ἐν τῷ δέρεσθαι συνδερόμενόν σοι τῇ διαθέσει· οὐκ ἂν ἔχαιρες παθεῖν, φιλῶν τὸν κόσμον· ὡς ἂν τῷ πάθει ἐδρέψω ἃ ἐπόθεις χρήματα, δόξας, πρωτεῖα; Πόσῳ δὴ ᾧδε μᾶλλον τοῦτο νοητέον. Ὃ καὶ φιλητέον ἡμῖν ἐξ ἀναγκαίου· ἵνα μὴ τὰ ὀνειρώδη ταῦτα καὶ μάταια· ἀλλὰ τὰ ἀΐδια καὶ ἀληθινὰ καὶ ἀνεκλάλητα ἀγαθὰ ἀπολάβοιμεν· φυγόντες τὰς αἰωνίους τιμωρίας· ἃς οἱ ἀπαρνούμενοι Χριστὸν ἐγγράφεσθαι, ὑποστήσονται· ὧν ῥυσθείημεν, ἀδελφὲ, ὑπὲρ ἀλλήλων προσευχόμενοι.

LVI. — *Leoni Patricio et Sacellario.*

Persecutionis acerbitatem cum illo deplorat.

Ea si nosse desideras quæ nostram humilem

ΝΣ'. — *Λέοντι Πατρικίῳ καὶ Σακελλαρίῳ.* [τπβ'.]

Εἰ αὐτὸς φιλεῖς μανθάνειν τὰ τῆς ταπεινῆς

Digitized by Google

ζωῆς ἡμῶν, ὡς τῇ ἀγαθῇ καὶ φιλαλλήλῳ διαθέσει χρώμενος εἴρηκας· πόσον ἐγὼ ὁ ταπεινὸς προθυμηθείην ἐπιστέλλειν τῇ ἀνυπερβλήτῳ σου ὑπεροχῇ· αὐτὸ τοῦτο μανθάνων τὰς εὐκταίας ὑγείας σου· καὶ δοκῶν ὁρᾷν σου τὸ φιλούμενον πρόσωπον· καὶ ἀκούειν σου τῆς ἡδυτάτης φωνῆς· τῇ πρὸς τὸν γραμματηφόρον συγκαταβατικῇ ὁμιλίᾳ καὶ θεωρίᾳ σου! Δέχῃ γὰρ διὰ Θεὸν εὐμενέστατα, καὶ ὁμιλεῖς εὐπρόσιτα καὶ τῷ τυχόντι. Ὃς καὶ ἀπήγγειλέ μοι ὅπως ἐπιστυγνάζεις τοῖς ἤδη κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν τετολμημένοις· στένων, καὶ ἀλγῶν τὴν καρδίαν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν γιγνομένων. Καὶ εἰκότως. Ἄνθρωπος γὰρ εἶ Θεοῦ, νοῦν ἔχων ἱερὸν, ψυχὴν Χριστοφιλῆ, γνῶσιν θεοτελῆ, διάνοιαν ἐμμελῆ, δόξαν εἰλικρινῆ· ἐν οἷς σφαδάζεις, μὴ δυνάμενος βοηθῆσαι τοῖς πράγμασι, κατὰ τὸ εἰωθός· ἀλλ' ὁρῶν οὕτω κινδυνεύουσαν τὴν Ἐκκλησίαν, *ἣν περιεποιήσατο Κύριος διὰ τοῦ οἰκείου αἵματος*. Ὦ δέσποτα, εἰς οἷα δεινὰ ἐφθάσαμεν· καὶ ἡλίκα κακὰ τεθεάμεθα! Ἀμοιβαὶ ταῦτα προλαβόντων ἁμαρτημάτων. Ἐπειδὴ γὰρ *οὐκ ἐδοκιμάσαμεν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει*, διὰ φυλακῆς τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ· ἀλλ' ἐλύσαμεν οὐ μίαν, ἀλλὰ καὶ πολλὰς, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ σχίσαντες τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ· οἶσθα, ὁ σοφὸς, ἃ λέγω· παρέδωκεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐν οἷς πάσχομεν· *ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν*· καίγε οἱ δοκοῦντες εἶναί τι. Ὥστε *μὴ ὑψούσθωσαν ἐν ἑαυτοῖς* οἱ ἀσεβοῦντες, ὡς ἄρα εὐσεβοῦντες, ἀλλὰ καὶ λίαν γινωσκέτωσαν Χριστὸν ἀρνεῖσθαι τῇ ἀθετήσει τῆς σεπτῆς αὐτοῦ εἰκόνος, ὃς ἔτι ἀναβάλλεται ἐπαφεῖναι τὴν ἐκδίκησιν, φειδοῖ καὶ ἐλέῳ φιλανθρωπίας καὶ μετανοίας· οἶδε δὲ ἐν τέλει ἀμύνασθαι τοὺς ἀνεπιστρόφους. Αὐτὸς οὖν προσεύχου, ὡς θεοφιλὴς, τὴν τῶν δυσχερῶν λύσιν. Ἀλλὰ μὴ ἡμῖν ἐπίτρεπε· οἳ οὐκ ἀρκοῦμεν κἂν περὶ τῶν οἰκείων ἁμαρτιῶν ἐξιλεοῦσθαι τὸν ἀγαθὸν Θεόν. Ὅμως ὅτι καὶ ἡμεῖς αἰτούμεθα.

vitam spectant, quemadmodum ex sincera ac mutua charitate significasti: quanta me humilem alacritate par est ad eminentem tuam excellentiam litteras dare: cum hoc ipsum de te discam, belle te, ut cupidissime opto, valere: cum suavissimum os tuum videar intueri, ac jucundissimam vocem audire, ubi humanissimo tuo alloquio et aspectu frui tabellario nostro licet! Excipis enim blandissime propter Deum, ac benevole affaris vel privatum quemlibet. Ad me autem ille retulit, quam acerbo animo ea feras quæ jam illi, propter peccata nostra, ausi sunt facinora: ingemiscens, ac singulis quæ accidunt malis offensus cum intimo sensu doloris. Et merito. Nam et homo Dei es, cui sacra mens, anima Christi amans, divina peritia, circumspecta cogitatio, rerum existimatio sincera; quocirca vehementer angeris quod opem ferre non possis, ut soles: Ecclesiam autem ita periclitantem intelligas, *quam Dominus acquisivit sanguine suo* [55]. O Domine, in quas devenimus calamitates! quanta vidimus mala! Pœna hæc justa criminum quæ præcesserunt. Quandoquidem enim *non probavimus Deum habere in notitia* [56], mandata illius observantes; sed non unum modo, verum ex his plurima neglexisimus, et privatim et publice Evangelium Christi scindentes; intelligis, vir sapiens, quid velim; idcirco tradidit nos Deus his quæ patimur, *ut non cum hoc mundo damnemur* [57]: etsi videmur aliquid esse. Quamobrem *non exaltentur in semetipsis* impii, tanquam sint utique pii: sed plane intelligant negari Christum, ubi veneranda ejus imago abrogatur: qui nihilominus inferre pœnam cunctatur ex benignitate erga homines ac misericordia, utique illos ad pœnitentiam adducat: novit autem malo demum afficere eos qui non resipiscunt. Tu igitur, quippe Deo gratus, ærumnarum liberationem precibus exora. Sed noli has nobis vices mandare, qui vix pares sumus placando vel pro peccatis propriis Deo optimo. Nihilominus illud et nos ipsi flagitamus.

NZ'. — Ἀναστασίῳ πρωτοσπαθαρίῳ. [τπγ'.]

LVII. — *Anastasio protospathario.*

Grates pro ipsius erga se studio agit: tum quibus ærumnis conflictetur exponit.

Ὡς καλὴ ἡ φιλία, τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι ἀποῦσα ὡς παροῦσα τοὺς φιλουμένους εὐεργετεῖν εἴωθε. Τοιαύτη δὴ ἡ περιφανής σου καὶ ἀγάπη καὶ εὐσέβεια πρός με τὸν δύστηνον ἔκπαλαι καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο· καὶ παροῦσα κατ' ὀφθαλμοὺς, καὶ ἐν τοσούτῳ ἀπειροπλήθει μήκει διεστῶσα· ἀπὸ Σικελίας με εὐεργετοῦσα ἐν τῷ Βυζαντίῳ ὄντα, καὶ ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου ὧδε κἀκεῖσε περιωρισμένον, ὥσπερ καὶ τανῦν. Καὶ τί τοῦτο, ὅτι εἰς ἄνθρωπον ἁμαρτωλὸν καὶ ἀνάξιον τῆς εὐγενείας σου οὕτω πράττεις· πλὴν ὅτι ἀγαπῶντά σε λίαν διὰ τὴν ἐν ἅπασιν ἀρετὴν καὶ φιλοθεΐαν σου· ἣν ᾄδει οὐ μόνον Σικελία, καὶ ἡ τίσδε χώρα καὶ τίς· ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ βασιλεύουσα πόλις. Διὰ τοῦτο καὶ βασιλεῦσι σὺ φιλητὸς, καὶ τοῖς ἐν τέλει· καὶ αἱ ἀξίαι σοι ἀπ' ἀρετῆς. Οὕτω φιλῶν τὸν Θεὸν, πεφίλησαι καὶ ὑπ' αὐτοῦ καὶ παρὰ τῶν αὐ-

Eximium quiddam amicitia est, cum ob cæteras causas, tum quod de absentibus æque ac præsentibus amicis bene mereri solet. Talis utique insignis illa tua benevolentia pietasque erga me infelicem jamdudum usque ad hodiernum diem, et cum te coram spectarem oculis, et nunc cum tanto locorum intervallo dissides: cum ex Sicilia me Byzantii commorantem, et a Byzantio hic vel illic exsulantem, beneficiis oneras, sicut et nunc. Ecquid istud rei est, quod erga hominem peccatorem, ac generositate tua indignum, sic es animatus: nisi quod ille te vehementer diligit propter absolutam virtutem ac pietatem tuam, quam non Sicilia modo, aut hæc vel ista regio concelebrat, sed et ipsa imperatoria civitas. Quapropter et regibus ipsis tu charus et optimatibus: ac dignitates tibi ob virtutem datæ.

[55] Act. xx, 28. [56] Rom. i, 28. [57] I Cor. xi, 32. [58] Psal. lxv, 7.

Digitized by Google

Sic, cum Deum diligas, et ab ipso diligeris, et ab eis qui sunt ejus. Ego vero nec cuiquam charus, et idem parentibus destitutus. Dereliquit enim me pater meus migrans ad Dominum, quemadmodum et ipse omnino nosti. Similiter et Calogerus. Archiepiscopus et idem frater, solus est relictus. Verum et ipse, propter ea quæ nos comprehenderunt mala, longissimo terrarum spatio dirimitur. Angustiæ mihi utrinque : quæ tamen Christi causa latissimæ ac suavissimæ sunt. Sed quid ad infidelitatis tempestatem : in qua universus propemodum orbis, qui huic paret imperio, naufragium facit? Vide, domine, ad quæ mala reservati sumus : quæ nihil vel parum admodum a Judaismo discrepent : quandoquidem Christi, sanctissimæque Deiparæ, et sancti cujusvis imago spreta, nihili habita, dedecore affecta est. Ipse enim Christus, cum matre et famulis, ista perpetitur : etsi negantibus aliter videtur. Verum custodiat te Dominus in recta sententia, servetque a naufragio ; quanquam hæresis fluctibus extrinsecus respergaris : quandoquidem declinare id minime potes, in media tempestate positus. Idem et humilitatis meæ vice multiplicem tibi persolvat mercedem, tum in isto, tum in futuro sæculo.

A τοῦ. Ἐγὼ δὲ ὁμοῦ μὲν ἀπόθητος, ὁμοῦ δὲ καὶ ὀρφανός. Ὁ πατήρ μου ἐγκατέλιπέ με, χωρήσας πρὸς Κύριον, καθὰ πάντως διέγνως καὶ αὐτός. Ὡσαύτως καὶ ὁ Καλόγηρως. Ὁ ἀδελφὸς καὶ ἀρχιεπίσκοπος μόνος μοι ἐγκαταλέλειπται. Ἀλλὰ καὶ οὗτος, διὰ τὰ νῦν κατειληφότα ἡμᾶς δεινὰ, διεσπασμένος λίαν πόρρω. Στενά μοι ἑκατέρωθεν· ὅμως ὅτι διὰ Χριστὸν καὶ λίαν γλυκέα καὶ εὐρύτατα. Ἀλλὰ τί πρὸς τὸν κλύδωνα τῆς ἀπιστίας· ἐφ' ᾧ τὸ παγκόσμιον ὅσον τὸ κατὰ τὴν καθ' ἡμᾶς ἐξουσίαν ναυάγιον; ἴδε, δέσποτα, εἰς οἷα πονηρὰ ἐταμιεύθημεν, οὐδὲν ἢ μικρόν τι ἀποδέοντα Ἰουδαϊσμοῦ· ἡνίκα ἡ εἰκὼν Χριστοῦ, τῆς τε ἁγίας Θεοτόκου, καὶ παντὸς ἁγίου, ἠθέτηται, ἐξουδένωται, ἐνυβρίζεται. Αὐτὸς γὰρ Χριστὸς σὺν μητρὶ καὶ θεράπουσίν ἐστιν ὁ ταῦτα ὑφιστάμενος· κἂν οὐ δοκῇ B τοῖς ἀρνουμένοις. Ἀλλά σε Κύριος φυλάξειεν ἐν τῷ ὀρθῷ φρονήματι ἀκαταβάπτιστον· εἰ καὶ τοῖς αἱρετικοῖς κύμασι καταῤῥαντιζόμενον ἔξωθεν· ἐπεὶ οὐχ οἷόν τε διαφυγεῖν σε παντάπασιν ἐν μέσῳ στρεφόμενον. Καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ταπεινώσεως μισθόν σοι παράσχοι πολυπλασίονα, ὧδέ τε καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι.

LVIII. — *Fratribus Studianis.*

ΝΗ'. — *Τοῖς εἰς τὰ Στουδίου ἀδελφοῖς.* [υς'.]

Monachos Studianos in Christi confessione confirmat. (Baron. an. 818, n. 20.)

Salvete in Domino, fratres ac Patres : salvete, milites Christi : salve, fratrum trias, sanctæ Trinitatis gratia dives, vere digni talibus salutationibus, quia propter Christum generose durissimum carcerem patimini, a Leontio nefario vexati. O C Judaicam apostasiam ! Si agrestis fera esset, satiari utique jam posset, sanguinem vestrum tandiu pœnis fundens et hauriens. At nunc insatiabilis manet sanguinis potor dæmoniacus, nullum sensum misericordiæ, nullam humanitatis commiserationem erga vos suscipiens agnos Christi, sed affligens omnique modo devorare vos cum Satana moliens : ut glorietur draco : ut per vos, nos omnes etiam perterrefaciat. Sed frustra. *Fidelis enim Deus, qui non patietur vos tentari supra quam potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere* [59]. Recordamini sanctorum qui a sæculo fuerunt, quia nemo tentationum et tribulationum expers placuit Deo. Hic quidem sectus est; ille lapidatus ; alius igne consumptus ; alii distenti D sunt [60]. Et quod tempus sufficiat recensendæ nobis circumpositæ nubi martyrum; quorum vos cum participes sitis et certaminum socii, gaudete, fratres mei, gaudio ineffabili, regnum obtinentes contra hæresim, contra affectus. Tu, nomini congruenter, forti es animo, Carterius : tu in patientia dives, opulentissimus Aphthonius : tu divina charitate corroboratus, verissime Agapius. Carceris obscuritas æternæ vobis et inaccessibilis lucis est conciliatrix : fames, paradisi deliciarum ; nuditas, pallii immortalitatis; solitudo, conversationis cum Deo; coma intonsa, decoræ venustatis : ut revelata

Χαίρετε ἐν Κυρίῳ, ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες· χαίρετε, στρατιῶται τοῦ Χριστοῦ· χαίρετε, τριὰς ἀδελφική, τῆς ἁγίας Τριάδος τὴν χάριν καταπλουτήσαντες· ὄντως ἄξιοι τοιούτων χαιρετισμῶν· ὅτι διὰ Χριστὸν φέρετε γενναίως τὴν δεινοτάτην φυλακὴν, ὑπὸ Λεοντίου τοῦ ἀλάστορος κολαζόμενοι. Ὦ τῆς ἀποστασίας τοῦ Ἰουδαιόφρονος! Εἰ θὴρ ἦν ἄγριος, τοσούτοις χρόνοις ἐκκενῶν τῇ κακώσει καὶ πίνων τὸ αἷμα ὑμῶν, ἐκορέσθη ἄν. Ὁ δὲ μένει ἀκόρεστος αἱματοπότης ἀγριούμενος ὁ δαιμονῶν, οὐ λαμβάνων αἴσθησιν ἐλέους, οὐκ οἰκτιρμὸν φιλανθρωπίας εἰς ὑμᾶς τὰ ἀρνία τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ἐκθλίβων καὶ παντὶ τρόπῳ μηχανουργῶν σὺν τῷ Σατᾶν καταπιεῖν ὑμᾶς· ἵνα ἐγκαυχήσηται ὁ δράκων· ἵνα πτοήσῃ δ' ὑμῶν καὶ ἡμᾶς πάντας· ἀλλ' οὐδαμῶς. *Πιστὸς γὰρ ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε· ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν.* Ἀναμνήσθητε τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων, ὅτι οὐδεὶς ἄνευ πειρατηρίων καὶ πολλῶν θλίψεων εὐηρέστησε τῷ Θεῷ. Ὁ μὲν ἐπρίσθη· ὁ δὲ ἐλιθάσθη· ἄλλος πυρίκαυστος γέγονε· ἕτερος ἀπετυμπανίσθη. Καὶ ποῦ καιρὸς ἐξαριθμεῖν τὸ περικείμενον ἡμῖν νέφος τῶν μαρτύρων; ὧν ὄντες καὶ ὑμεῖς κοινωνοὶ καὶ σύναθλοι, χαίρετε, ἀδελφοί μου, χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ· βασιλεύοντες κατὰ τῆς αἱρέσεως, κατὰ τῶν παθῶν. Σὺ ὁ φερωνύμως καρτερόψυχός μου Καρτέριος· σὺ ὁ ἐν ὑπομονῇ δεδαψιλευμένος, ἀφθονώτατος Ἀφθόνιος· σὺ ὁ εὐσθενημένος τῇ θείᾳ ἀγάπῃ, ἀληθέστατα Ἀγάπιος. Τὸ ζοφῶδες τῆς φρουρᾶς πρόξενον ὑμῖν τοῦ αἰωνίου καὶ ἀπροσίτου φωτὸς· ἡ λιμοκτόνησις, τῆς τρυφῆς τοῦ παραδείσου· ἡ γυμνήτευσις, τοῦ

[59] I Cor. x, 14. [60] Hebr. xii, 35.

Digitized by Google

τῆς ἀθανασίας περιβολαίου· ἡ μόνωσις, τῆς μετὰ Θεοῦ διαγωγῆς· ἡ τῆς κόμης ἄκαρσις, τῆς εὐπρεποῦς θεομορφίας· εἰς τὸ ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτρίζεσθαι. Οὐκ ἔνι χαρὰ ταῦτα; οὐκ ἔνι ἀγαλλίασις πάσης ἀγαλλιάσεως ὑπεραίρουσα; Τάχα ὀφείλομεν καὶ ἀνιᾶσθαι, ὅτι μὴ καὶ εἰς ξύλον ὁ ποῦς, καὶ ἅλυσις περικειμένη. Ὅσον γὰρ πλεονάζει τὰ παθήματα, τοσοῦτον καὶ ἡ παράκλησις τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Ταῦτα ἐν ὀλίγοις· εἰδὼς ὅτι οἴκοθεν ἔχετε τὴν ὑπομονήν, παρεκάλεσα ὑμᾶς, φίλτατοι. Ὑμεῖς δὲ ἀντιδοίητέ μοι, σὺν τῷ συνόντι ρεύει, τὰς ἱερὰς προσευχὰς εἰς τὸ σώζεσθαι ἡμᾶς. A

facie Dei gloriam conspiciatis. Non gaudium sunt ista? Non exsultatio omni exsultatione major? Ægre forsan laturi sumus; quod non inditus pes ligno, non imposita catena. Quo enim magis abundant ærumnæ, tanto abundantior consolatio gloriæ Dei. Hæc paucis: sciens vos a vobis ipsis habere patientiam, hortatus sum, charissimi. Vos vero rependite mihi, simulque Nicolao qui mecum est fratri nostro, qui vos et salutat, sacras preces vestras, ut salvi simus.

Νικολάῳ τῷ ἀδελφῷ ἡμῶν, ὃς ὑμᾶς καὶ προσαγο-

ΝΘ'. — *Μοναζούσαις.* [υκ'.]

LIX. — *Monialibus.*

Triginta moniales quæ pro Christo carcerem et verbera pertulerant, laudat, et ad perseverantiam adhortatur. (Baron. an. 816, n. 20.)

Χρέος εἴπερ ἄλλο τι ἐμοὶ τῷ ταπεινῷ, ὑμᾶς τὰς τοῦ Κυρίου ἀδελφὰς καὶ μητέρας κατὰ τὸ ἀληθὲς, ὡς αὐτὸς ἔφησεν ἡ ἀλήθεια, λόγῳ παρακαλεῖν, καὶ παραινέσει ἀλείφειν· ὑπομενούσας διὰ Χριστὸν καὶ στέρησιν μητρὸς πνευματικῆς, καὶ διάζευξιν ἀλλήλων, καὶ μονῆς εὐαγοῦς ἀφαίρεσιν, καί γε φυλακῆς τήρησιν, ἤδη προμαρτιχθείσας ὁμολογίᾳ ἀληθείας. Ἀλλὰ τί τοσοῦτον εἶπω ἐπαίρων ὑμῶν τὸ ἀξιόχρεων ἐγκώμιον; Μιᾶς μονῆς ὅλη ἀδελφότης τριακοντάριθμος ἐν τῷ παρόντι χρόνῳ, ὅτε ἐξετράπησαν ὁμοῦ μὲν ἄρχοντες καὶ ἀρχόμενοι, δέει θανάτου παρακρουσάμενοι τὸν τοῦ Κυρίου λόγον· ὁμοῦ δὲ μονάζοντες καὶ μονάζουσαι, εἰ καί τινες ὀλιγοστοὶ ὑπελείφθησαν· ὁμοψυχῆσαι οὕτως, καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἆεθλον ἀναδήσασθαι, τοῦτο τοῖς πάλαι χρόνοις παραβλητέον. Τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα ἡ ὁμοίωσις, ἥ τισιν ἄλλοις τῶν μακαρίων ἀθλοφόρων ἐξεικονιζόμενον. Ὡς μακάριαι ὑμεῖς, μία τῆς μιᾶς τῷ διαπύρῳ ζήλῳ ὑπερβάλλουσαι, καὶ πᾶσαι ὁμοῦ ἀλλήλας παραθήξασαι εἰς τὸ τῆς ὁμολογίας στάδιον. Ἄξιον θέαμα ἀγγελικῆς χορείας· μαρτυρικῆς ὁμηγύρεως ἐπέραστον Θεῷ, ὑπὲρ οὗ καὶ τὰ παθήματα. Δεῦρο δὴ οὖν, θυγατέρες τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ, κλήματα τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου, μαθήτριαι ἀψευδῶς τοῦ Λόγου· ἀγαλλιασώμεθα θεοπρεπῶς· ἀνθομολογησώμεθα τῷ δυναμώσαντι ὑμᾶς Χριστῷ ὑποῖσαι τὰ φθάσαντα· εἶτα καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα παρασκευασώμεθα. Τί τοῦτο; Κἂν αὖθις μάστιγες, κἂν δεσμὰ, κἂν πῦρ, κἂν ξίφος· μηδαμῶς ἀναδῦναι, ἀλλὰ πάντα προθυμηθῆναι ἐνεγκεῖν σὺν Χριστῷ. Ἰσχύσομεν γάρ· ἐπείπερ εἴρηκε· *Τῷ πιστεύοντι πάντα δυνατά.* Ὁρᾶτε οἷα τὰ ἐγκώμια; Τί λοιπὸν, τὰ μέλλοντα ἀνταποδόματα, βασιλεία οὐρανῶν, χαρὰ ἀνεκλάλητος; Μή τις οὖν ὑποπίπτουσα τῷ Σατανᾷ· μή τις φιλόζωος, ὡς εἷς τῶν τεσσαράκοντα, ἐκ τῶν τριάκοντα. Ἐκεῖνοι τῆς ἐγκρατείας τὸ ἀπεικόνισμα· ὑμεῖς τῆς ἁγίας Τριάδος τὸ ὑποτύπωμα, τριαδικῶς δεκατούμενον. Τοιαύτη ἡ οὐδαμινὴ ἡμῶν παράκλησις. Ὑμεῖς δὲ ἀντιδοίητέ μοι τὰς προσευχὰς, ὦ μητέρες τρισόλβιοι, εἰς σωτηρίας ἐφόδιον. B C D

Debeo, si quid aliud, humilis ego vos, Domini revera sorores matresque, ut Veritas ipsa dixit, verbis hortari, et monitis accendere, quæ propter Christum, et spiritualis matris privationem, et mutuam a vobis separationem, et sancti cœnobii ademptionem, et carceris custodiam sustinetis, verbera jam ante pro veritatis confessione perpessæ. Sed quid satis magnum dicam, præclarum encomium vestrum extollens? Unius monasterii congregationem universam, sororum numero triginta, hoc tempore cum una desciverunt principes et subditi, verbum Domini mortis metu rejicientes, monachi etiam ipsi et moniales, licet pauci quidam sint reliqui; sic animis conspirasse, certamenque pro Christo suscepisse, hoc vero cum priscis est temporibus comparandum. Sanctorum quadraginta hæc similitudo, aliorumve quorumpiam e beatis victoribus expressa imitatio. Quam beatæ vos estis, alia aliam ardenti zelo superans, et omnes pariter ad confessionis stadium vos invicem acuentes! Dignum angelicis choris martyrumque cœtu spectaculum, Deo imprimis gratum, cujus causa susceptæ afflictiones. Adeste igitur, filiæ cœlestis Jerusalem, veræ vitis palmites, Verbi haud dubiæ discipulæ: divinum in morem exsultemus: Christo confiteamur, qui vos ad toleranda quæ præterierunt confirmavit: deinde ad futura quoque accingamur. Quidnam hoc rei est? Etsi rursum verbera, etsi vincula, etsi ignis, etsi gladius: nullo modo refugere, sed lætis animis perferre omnia cupere cum Christo. Enimvero poterimus: quandoquidem dixit: *Omnia possibilia sunt credenti* [61]. Cernitis qualia sint encomia? Quid demum futuræ retributiones, regnum cœlorum, gaudium ineffabile. Nulla ergo Satanæ succumbens, nulla vitæ amans, sicut ille unus ex quadraginta, in his triginta reperiatur. Illi abstinentiæ symbolum: vos sanctæ Trinitatis simulacrum tripliciter decumatum. Talis est infima et nihili exhortatio nostra. Vos vero preces mihi, o matres ter beatæ, ad salutis iter perficiendum rependite.

[61] Marc. IX, 22.

Digitized by Google

LX. — *Ad Canonicas.*

Ξ'. — *Κανονικαῖς.* [υκε'.]

Gratias agit pro beneficiis in Naucratium aliosque Christi confessores collatis.

Et superioribus temporibus egregium specimen religiosi vestri erga nostram humilitatem affectus accepimus, et nunc ut cum maxime : ita ut plane obstupescamus, cum quæ quantæque sint largitiones vestræ intuemur : atque ubi edocti sumus a tabellario, qui spectator ipse intellexit, quanta cura vobis sollicitudoque sit, charitas, commiseratio, ad cibum, potum, vestimentumque suggerendum; qua alacritate tenuitati nostræ subministretis si quid ad vitam necessarium est : quam cupide idipsum inquiratis, ut opere ipso effectum detis. Nonne igitur jure optimo grates Deo agere me de his rebus par est, qui matres sororesque spiritales invenerim? Annon et merito consentaneum est ut laudes vobis accinam, quæ Deum ex toto corde quæritis? Gaudete, matres ac filiæ in Domino. Gaudete, quæ Evangelica mandata sedulo perficitis. Gaudete, lilia agri spiritalis, in mediis quidem spinis positæ, si locus spectetur; sin autem mores, longe ab hæretico spineto summotæ. Gaudete, cœtus egregius, invicem cohærentes, et ad Dei obsequium invicem colligatæ. Quanta vestra illa secundum Deum concordia est, illa amica conjunctio, illa vita solitaria!

A κατεγνωσμένων. Ἐγὼ δέ σου ἐπαινῶ τὸ φιλόσοφον καὶ μάλα εἰκότως. Φιλόσοφον γὰρ τὸ ῥῆξαί σε φωνὴν ἐπὶ τοῦ κράτους ἣν οἶδας· τά τε λοιπά σου λαλήματά τε καὶ σπουδάσματα ὑπὲρ ἀνακλήσεως τῆς πεπτωκυίας καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίας. Καὶ ὄντως ἔδει τὸν σοφὸν ἄνδρα, καὶ διεγνωσμένον ἐν εὐσεβείᾳ, τοῦτο δρᾶν· πρός τε τὸ οἰκεῖον συμφέρον, καὶ τοῦ ὅλου σώματος Χριστοῦ· ὃ διέτεμεν ὁ δράκων ὁ μέγας, ὁ ἀποστάτης, ὁ σκολιὸς ὄφις, τὸ προεισόδιον τοῦ Ἀντιχρίστου, ἡ μιαρὰ καὶ βλάσφημος γλῶσσα, ὁ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα ναὸν Θεοῦ, ὁ νοῦς ὁ Ἀσσύριος, τὸ βαρβαρικὸν ἔκτρωμα, ἡ Ῥαψακοειδὴς χεὶρ, ἡ θεοκατάρατος καρδία, ὁ ὁλόσωμος τοῦ Σατανᾶ ὑπηρέτης· καὶ οὐκ οἶδ' ὅ τι φράσω ἐπάξιον τοῦ ἀλιτηρίου κωμῴδημα· διὰ τὴν πολυώνυμον τοῦ ἐξ-
B αγίστου ἀσέβειαν. Πλὴν ἄλλου χρόνου τὸ ταῦτα διαστείχειν. Νῦν δέ μοι τοῦτο λέξον, ὦ τριπόθητε, πῶς τοῦ χειμῶνος παρελθόντος οὐ τέλεον ἔαρ, ἀλλ' ἢ μόνον καλλιωρία τις, καὶ ἀπαυγασμὸς εὐπλοΐας. Τὸ πῦρ ἔσβεσται· τί ἔτι καπνῶδες ὑπολέλειπται; Κινήθητι ἔτι, πόθημα ἐμόν· διαγώνισαι μᾶλλον, μέλος Χριστοῦ. Οὐχ ὁρᾶτε τὸν ἀσεβοκαύστην, οἷον πέπτωκεν, ἐξαίσιον, καὶ λαλούμενον, καὶ ἀκουόμενον; Ἐάν ὁ τοῦδε ὄλεθρος οὐ σωφρονίσῃ ἡμᾶς, φησὶν ὁ Χρυσορρήμων, τίς λοιπὸν ἐλεήσει ἡμᾶς; Οὐκ ἀνενήψομεν; οὐκ ἐννοήσομεν ὅτι εἰ μὴ Χριστὸς ἤρητο ἀθετουμένης αὐτοῦ τῆς ἁγίας εἰκόνος, οὐκ ἂν τὸν ταύτης ὑβριστὴν οὕτως ὠλεθρίωσεν; *Ἀκούσατε ταῦτα, πάντα τὰ ἔθνη· ἐνωτίσασθε, πάντες οἱ κα-*
C *οικοῦντες τὴν οἰκουμένην*, τί γέγονεν ἐν Γραικοῖς. Πρὸ τοῦ Ἀντιχρίστου Ἀντίχριστος· ἦρθη ἀφ' ἡμῶν τὸ σημεῖον τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ.

Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἴνδαλμα τοῦ σωματικοῦ αὐτοῦ χαρακτῆρος· ἐμφανίζοιτο ἐν ἡμῖν καρηφοροῦν τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ· ἀλλὰ τὸ μὲν ἐκρίπτοιτο, τὸ δὲ προσείληπται· μεμέρισται Χριστός· ἢ μᾶλλον ὁ βασιλεὺς ἀπέπτυσται ὁ κτείνας τὸν διάβολον· τὸ δόρυ δὲ δι' οὗ τὸν ἐχθρὸν ἔσφαξε, τὸ τούτου κράτος ἀνεδήσατο διάδημα· ἐπ' ἴσῃ νίκῃ τοῦ σφαγέντος ὑποτάξαν, ὡς ἐχθρὸν, τὸν κατασφάξαντα. *Ἄκουε, οὐρανέ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ.* Τίς ἡ ἔκστασις αὕτη ἣν ἐξέστη ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ; Ἄκουε, Ἀνατολὴ καὶ Δύσις, ὅπως ἐξετυφλώθη ἡ Βυζαντίς· ὅπως κεκώφωται, φωνῆς ὑμῶν ἐλεγκτικῆς οὐκ ἀκούσασα· ὑποδεικτικῆς ὑμῶν μαρτυρίας οὐκ ἐμβλέπουσα· ἀλλ' Ἰαννοῦ καὶ Ἰαμβροῦ τῶν ἀντιστατῶν Χριστοῦ, τῆς ὀλεθρίου
D δυάδος, ἣν εὖ οἶδ' ὅτι ἡ Τριὰς ἐν τάχει καταλύσειεν· ὡς ἂν σὺν τοῖς προολεσθεῖσι δυσὶν ἀσεβέσιν ἀπαχθεῖεν καὶ αὕτη ἡ δυὰς, τὸ τετρακέφαλον τοῦ διαβόλου ἅρμα. Δεῦρο δή, δεῦρο, ἀδελφέ· καταβαλοῦ ἔτι ἀγῶνας· Κύριος κελεύει. Λάλησον ἀγαθὰ εἰς τὰς τιμίας ἀκοὰς τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως ἡμῶν. Μιμησάσθω Ἰωσίαν τὸν ἀοίδιμον. Γίνοιτο νέος Δαυὶδ, εἴτε ὡς Σαοὺλ, εἴτε ὡς Ἀμών, τὰ τοῦ ἐξαγίστου Λέοντος καταπτύων· κἀντεῦθεν Θεὸν ἐξευμενιζό-

[19] II Thess. II, 4. [20] Psal. XLVIII, 2. [21] Isa. I, 2.

Digitized by Google

μενος, καὶ τῷ τῆς εἰρηναρχίας στέφει τὸ τῆς βασιλείας αὐτοῦ κράτος ἀνίκητον περιποιούμενος.

Deum placans, atque administrationis tranquillæ corona robur imperii sui reddens insuperabile.

ΟΖ'. — *Στεφάνῳ μαγίστρῳ.* [υιζ'.]

LXXVI. — *Stephano magistro.*

Solatur in uxoris obitu : tum ut pro imaginibus apud novum principem agat, hortatur.

Οἶδα, δέσποτα, ταῖς ὑπεροχαῖς ὑποστέλλεσθαι, καὶ μάλιστα τῇ σῇ ἀνυπερβλήτῳ. Ἀλλ' ὅμως τὸ εὐπρόσιτόν σου καὶ μέτριον τοῦ φρονήματος, ἔδωκεν ἡμῖν παῤῥησίαν, καὶ πάλαι ποτὲ ἐπιστεῖλαι, καὶ ἄρτι τὸ αὐτὸ ποιῆσαι, καλοῦντος τοῦ χρόνου καὶ ἀφεμένων ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν τῆς διὰ Κύριον φυλακῆς, κατὰ τὴν τοῦ διώκοντος παῦλαν· ἥτις ἀκουσθεῖσα ἦχησε παντὸς ἀνθρώπου ἀμφότερα τὰ ὦτα· οὐχ ὅτι ἁπλῶς ἤρθη· ἀλλ' ὅτι τοιουτοτρόπως. Αὕτη μὲν οὖν ἡ πρόφασις τῆς ἐπιστολῆς. Ἐγὼ δὲ πρὸ τῆς ὁρμηθείσης μοι ὑποθέσεως εἰς τὸ γράψαι, ἐκεῖνο ὑποδηλῶ· ὅτι οὐκ ἀστενάκτως καὶ ἀπαθῶς ἤνεγκα τὴν ἀκοὴν τοῦ θανάτου τῆς ἀγαθῆς καὶ ἀειμνήστου ὁμοζύγου σου· ἐνθυμούμενος ἡλίκην πληγὴν ἔλαβεν ἡ τιμία σου ψυχὴ τῇ διαζεύξει· ἐπεὶ ἦν μακαρία τῶν ὄντως ἐπαινετῶν γυναικῶν· ὅσον ἀπὸ τῆς ἔξω ἀκοῆς, ἧς πεῖραν κἀγὼ μικρὰν ὁ ταπεινός, πλέον δὲ μᾶλλον ὁ μακάριός μου πατὴρ εἴληφε· τὰ δὲ πάντα κατὰ πάντα αὐτὸς εἶ, κύριέ μου, εἰδώς. Ἐκείνης μὲν εἴη τὸ μνημόσυνον μετὰ δικαίων. Τεκμαίρομαι γὰρ ὅτι καὶ ὀρθόφρων ἦν λίαν μετὰ τῆς ἄλλης ἀρετῆς.

Novi, domine, dignitates revereri, maxime vero sublimem illam tuam. Tua tamen comitas animique modestia loquendi potestatem nobis fecit, et jampridem ad te scribendi, et nunc idem faciendi : quoniam id tempus poscit, nosque peccatores carcere propter Dominum tolerato soluti sumus per interitum persequentis : cujus ut fama percrebruit, ambæ omnium hominum aures tinnierunt : non quod simpliciter sublatus de medio, sed quod tali modo. Hæc porro hujus epistolæ præfatio esto. Nunc vero antequam ad propositum mihi scribendi argumentum aggrediar, istud obiter significo; non sine luctu intimoque sensu doloris accepisse me nuntium de obitu optimæ æternaque memoria dignæ conjugis tuæ : cum apud me reputem quantum hac disjunctione veneranda anima tua vulnus acceperit : quandoquidem felix illa vere inter feminas laudabiles exstitit, quantum quidem fama popularis retulit, cujus leve experimentum ego humilis, multo vero majus beatus pater meus accepit : omnia vero omnino ipse, Domine mi, probe nosti. Sit autem illius memoria cum justis. Sic enim conjicio : quoniam præter cæteras virtutes erecto excelsoque animo fuit.

Οὗ δὲ χάριν τὸ γράμμα, πρόδηλον τῇ μεγαλοφυεῖ σου ἐξουσίᾳ. Ἐπιζητεῖ σε ὁ χορὸς τῶν διδιωγμένων· ἐπικαλεῖταί σε ὁ λόγος τῆς ἀληθείας· ὁ μὲν ὡς φιλευσεβῆ καὶ φιλομόναχον· ὁ δὲ ὡς ἐραστὴν αὐτῆς εὐπαῤῥησίαστον. Οὐχ ὅτι οὐκ ἐκινήθης ἕως τοῦ νῦν προμαχῶν ἀμφοτέρων· ἐπείπερ ἠκούσαμεν οἷα θεοκινήτως καὶ πέπραχας καὶ λέλεχας· ἀλλ' ὅπως καὶ πρὸς τὸ ἑξῆς. Ὁρᾷς, δέσποτά μου, οἷον τὸ κακὸν τῆς αἱρέσεως; Οὐδὲ γὰρ εἰ μὴ τηλικοῦτον, τοσοῦτοι οἱ πάσχοντες, καὶ τοσαῦτα τὰ αἰκίσματα καὶ θλιπτήρια, ἃ μέχρις ἐσχάτων τῆς οἰκουμένης διέδραμε. Βλέπεις καὶ τὸν τοῦ διώξαντος θάνατον. Παράκλητι, ὁ εὐπαράκλητος. Συγκινήθητι, ὁ θεοκίνητος. Ὄρεξον χεῖρα χαμαὶ κειμένῃ τῇ καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίᾳ ὅσον ἐνδέχεται· ἐφ' ὅσον ἰσχὺς λάλησον εἰς τὰ ὦτα τοῦ εὐσεβοῦς ἡμῶν βασιλέως ἔτι ἀγαθά. Ὑπὲρ Χριστοῦ σοι τὸ ἀγώνισμα, ὑπὲρ τῆς Θεοτόκου, ὑπὲρ πάντων τῶν ἁγίων. Οὐδὲ γὰρ εἴ τις τῆς τοῦ βασιλέως εἰκόνος ἀντεχόμενος λέγει τι ἢ πράσσει, ἄλλῳ τινὶ ἢ τῷ βασιλεῖ χαρίζεται τὸν λόγον. Καὶ περὶ ἑνὸς ἁγίου εἰ ἦν τὸ λεγόμενον· μέγιστόν σοι τὸ ἄθλον. Ὅπου δὲ Χριστὸν, καὶ ὑπὲρ Χριστοῦ ἡ διάπραξις· ἆρα οὐχὶ χαρά σοι, δόξα τε καὶ ἀγαλλίασις, σὺν πολλῇ προθυμίᾳ ὅλον σεαυτὸν ἐπιδοῦναι; Ναὶ, κύριέ μου ἀειπόθητε, ἐκδυσωπῶ κἀγὼ ὁ τάλας. Καὶ ἄλλως ὅτι ἡμῖν αὐτοῖς εὐεργετοῦμεν τοῦ κοινοῦ φροντίζοντες· ἐπείπερ συννοσοῦμεν· κἂν οὐ φρονήματι στρεβλῷ, ὅμως δ' οὖν χραινόμενοι τῇ αἱρετικῇ κοινωνίᾳ. Αὕτη ἐστὶν ἡ ταπεινὴ ἡμῶν

Quæ sit autem scribendi causa, magnificæ tuæ potestati liquet. Tuam implorat opem cœtus eorum qui persecutionem patiuntur : invocat te sermo veritatis : ille quidem, ut pietatis peramantem ac monachorum : iste, ut sui amatorem, in loquendo liberum. Non quod non olim usque in hunc diem pro utrisque acriter dimicaris; audivimus enimvero qualia Dei impulsu egeris dixerisve; sed ut et deinceps. Vides, domine mi, quanta hæreseos improbitas sit? Neque enim, nisi tanta foret, tot essent qui paterentur: nec tot contumeliæ et ærumnæ, quæ ad ultimos orbis terrarum limites pervenere. Cernis et persequentis obitum. Solatium cape, qui facile illud admittis. Commoveare, qui a Deo moveris. Manum porrige humi jacenti Ecclesiæ nostræ, quantum res patitur : quantum potes, adhuc in aurem pii nostri imperatoris dic bona. Pro Christo tibi certamen, pro Deipara, pro sanctis omnibus. Neque enim si quis imperatoris amplexus imaginem, aliquid dicit aut facit, alterum quempiam quam imperatorem sermone compellat. Ac, si unum e sanctis hæc causa spectaret, ingens maneret te præmium. Ubi vero Christus, et pro Christo negotium est; non tibi lætitia, gloria, et exsultatio est, cum ingenti alacritate teipsum totum impendere? Utique, Domine mi desideratissime, obsecro et ego miser. Quanquam et nostræ ipsorum utilitati servimus, cum publicæ rei prospicimus : quandoquidem pari morbo laboramus :

Digitized by Google

non quod perverse sentiamus, sed quod hæreticorum communicatione inquinemur. Nostra hæc humilis postulatio est, hic noster libellus : et quod vel pro bono duntaxat sermone non contemnenda tibi merces reposita sit ; multo magis pro tanto labore, quantum te ultro suscepisse accepimus. Servet te incolumem præpotens Dei manus, virum pem senatus.

A ἐξαίτησις, τοῦτο τὸ ὑπόμνημα· καὶ ἔτι καὶ ὑπὲρ λόγου ἁπλῶς ἀγαθοῦ οὐκ εὐκαταφρόνητοι μισθοί σοι ἀπόκεινται· μὴ ὅτι γε τοσούτῳ μόχθῳ ἑαυτὸν ἐπιδώσαντι, καθὰ ἠκούσαμεν. Σώζοι σε ἡ κραταιὰ χεὶρ τοῦ Θεοῦ, τὸν ὡς ἀληθῶς ἀξιάγαστον, καὶ τῆς συγκλήτου πρωτόβαθρον.

profecto dignum admiratione, eumdemque princi-

LXXVII. — *Sanctis confessoribus Patribus fratribusque.*

ΟΖ'. — *Τοῖς ἁγίοις ὁμολογηταῖς Πατράσι καὶ ἀδελφοῖς.* [υιζ'.]

De imperatoris Iconomachi obitu, deque persecutionis fine gratulatur.

Nunc tempus exclamandi cum Davide, ac dicendi : *Exsultate, justi, in Domino : rectos decet collaudatio*[22]. *Cantate ei, et psallite ei*[23] : quoniam exaudivit Dominus, cum omnibus qui sunt pari gloria prædiiti, vestras assiduas preces. Ecquid ergo factum est? Periit impius, contritus est qui nos cædebat : vicistis filium iniquitatis : furentem belluam prostravistis, mentem perversam. O desideratissimi, quam potens est sanguis vester! Hanc ille pestem, hunc carnificem exstinxit : ille detestandum homicidæ sanguinem fudit : siquidem pollicitus est ille qui verax est, fore ut præbeat aures iis qui clamant ad se nocte ac die, ut sacræ paginæ loquuntur. Disce, Christi contemptor, quantum illius vox valeat, cujus carnes lacerasti. Vide, perduellis, quantum adversus Christum profeceris. Quoniam adversus stimulum calcitrasti, dejectus es in præceps cum strepitu: non viscera quidem tua, sed sceleratus cruor effusus tergemino vulnere, quippe qui Trinitatem offenderis per contumeliam sanctæ imaginis Christi illatam. Abi cum Juda, quippe qui sis Judæ mente similis. Obviam ito Patri tuo Uralyphio, cui a Caballo nomen. Bibe hoc primum, ut ait propheta[24] : et id quod acerbius in novissimis.

Nῦν καιρὸς ἐκβοῆσαι μετὰ τοῦ Δαυῒδ, καὶ εἰπεῖν· Ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι, ἐν Κυρίῳ· τοῖς εὐθέσι πρέπει αἴνεσις. Ἄσατε αὐτῷ, καὶ ψάλατε αὐτῷ· ὅτι ἐπακήκοε Κύριος, σὺν ἅπασι τοῖς ἰσοκλεέσιν, ὑμῶν B τῆς ἐκτενοῦς ἱκετηρίας. Καὶ τί γέγονεν; Ἤλετο ὁ ἀσεβής, συνετρίβη ὁ κόπτων ἡμᾶς. Νενικήκατε τὸν τῆς πονηρίας υἱόν· κατεβάλετε τὸ θηρίον τῆς ὀργῆς, τὸν σκολιόγνωμον νοῦν. Ὦ, ὦ τριπόθητοι· οἷα τὰ αἵματα ὑμῶν δυνατά! Τάδε ἔβρεξαν τὸν ἀλάστορα κολαστήν· ταῦτα ἐκένωσαν τὸ ἐναγὲς αἷμα τοῦ φονευτοῦ· εἴπερ ὑπακούειν ὁ ἀψευδὴς ἐπηγγείλατο τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν νυκτὸς καὶ ἡμέρας, καθά φησι τὰ Λόγια. Μάθε, Χριστυβρι, ὅσον ἰσχυσεν ἡ βοὴ ὦ [*Reg. cod.* ὧν] κατέξανας τὰς σάρκας. Ἴσθι, μυσάρχα, ἠλίκον σοι τὸ κατὰ Χριστοῦ ἀποτέλεσμα· ἐπειδὴ πρὸς κέντρα λακτίζων ἦς, ἐλάκησας πρηνής· ἐξεχύθη σου, εἰ καὶ οὐ τὰ σπλάγχνα, ἀλλὰ τὸ ἐναγὲς αἷμα, ἐντομαῖς τρισὶν, ὡς τῇ Τριάδι προσκρούσαντος, διὰ τῆς ὕβρεως τῆς ἁγίας εἰκόνος Χριστοῦ. C Ἄπιθι μετὰ τοῦ Ἰούδα, Ἰουδαίοφρον. Σύντυχε τῷ πατρί σου Οὐραλυφίῳ Καβαλλωνύμῳ. Πίε τοῦτο πρῶτον, ὡς φησιν ὁ προφήτης, καὶ τὸ δριμύτερον ἐπ' ἐσχάτων.

Proh, qui illius fuit in Christum furor! quæ vestra confessio! Vos viri Christum gestantes, alumni pietatis, immortalitatis unguenta, triumphatores inimici. Vos Ecclesiæ nervi, firmamentum fidei, orbis universi decus. Auspicatissima vestri memoria est, quam et futura ætas excipiet. Corona vestra cœlestis, divinarum laudum floribus rite contexta. Quid deinde reliquum est, nisi ut Deo laudes, pio principi grates agantur, quod carcerum D ac dolorum finem denique fecerit? Sperandum fore ut qui prospera dedit initia Deus, adjiciat ut respondeant extrema primis, et recta fides cum pace conjuncta caput exerat. Tantum obsecro, mementote mei in orationibus impensius, ac vobis ipsis semper attendite. Quandiu enim spiritum hunc vitalem ducimus, tentator instat. Frater vester Nicolaus pro more salutem dicit.

Ὢ τῆς ἐκείνου Χριστομανίας, καὶ τῆς ὑμετέρας ὁμολογίας! Ὑμεῖς ἄνδρες Χριστοφόροι, θρέμματα εὐσεβείας, μυρίσματα ἀθανασίας, στηλιτεύματα τοῦ ἐχθροῦ. Ὑμεῖς νεῦρα τῆς Ἐκκλησίας, ἑδραίωμα πίστεως, κλέος τῇ ὑφ' ἡλίῳ. Ὑμῶν τὸ μνημόσυνον αἰῶνιον, ὃ καὶ ὁ μέλλων ὑποδέξοιτο χρόνος. Ὑμῶν τὸ στεφάνωμα οὐράνιον, τοῖς ᾄσματικοῖς ἄνθεσιν ἀξιοχρέως συμπλεκόμενον. Τί τὸ λοιπόν; αἰνετέον Θεὸν, εὐχαριστέον τῷ εὐσεβεῖ βασιλεῖ, ὅτι τῶν φυλακῶν καὶ ὀδυνῶν εἴασε τέως· καὶ ἐλπιστέον ὅτι ὁ δοὺς Θεὸς τὴν ἀπαρχὴν δεξιὰν, συναποίσει τῇ ἀρχῇ καὶ τὸ τέλος· τῆς εἰρηνοχύτου ὀρθοδοξίας ἐξανατείλαι τὸ κέρας. Μόνον παρακαλῶ μνημονεύειν μου ἐν προσευχαῖς θερμότερον. καὶ προσέχειν ἑαυτοῖς πάντοτε. Ὅτι ἕως ἂν ἐμπνέωμεν, ὁ πειράζων πάρεστιν. Ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν Νικόλαος ἀσπάζεται κατὰ τὸ σύνηθες.

LXXVIII. — *Nicetæ præposito.*

ΟΗ'. — *Νικήτᾳ ἡγουμένῳ.* [φδ'.]

De persecutoris interitu, et contra Iconomachos.

Misit ad humilitatem meam, ut accepi, sanctitas

Ἐπέστειλεν, ὡς ἔμαθον, ἡ ἁγιωσύνη σου πρὸς

[22] Psal. xxxii, 1. [23] Psal. civ, 2. [24] Isa. ix, 1, sec. LXX.

Digitized by Google

τὴν ταπείνωσίν μου· ἀλλ' οὐκ ἐδεξάμην διά τινα περιπέτειαν. Ἐγὼ δὲ ὡς δεξάμενος, χαράσσω σοι τόδε τὸ εὐτελές μου γραμμάτιον· προσηγορίαν κομίζον καὶ τὸ, Χαῖρε, φθεγγόμενον. Διὰ τί; ὅτι συντρίβη, μᾶλλον δὲ κατεκόπη ὁ κόπτων ἡμᾶς· ὅτι δέδειχε Κύριος ἐν ὀφθαλμοῖς ἁπάντων, ἀρνητὴν αὐτοῦ εἶναι τὸν τῆς ἁγίας αὐτοῦ εἰκόνος ἀθετητήν. Ὡς γὰρ οὐ χωρίζεται ἀκτὶς ἀπὸ ἡλίου· οὕτως οὐδὲ εἰκὼν τοῦ πρωτοτύπου, ἢ μόνον κατὰ τὸ τῆς οὐσίας διάφορον. Ἐπὶ τῶν τεχνητῶν δὴ λέγω. Ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως ἀστραψάσης τῆς ἀληθείας, οὐκ ἔστιν ἄθρησις, οὐδαμοῦ ἀνάνηψις. Καὶ τίς οὐ στενάξει; καὶ τίς οὐκ ἀποκλαύσοιτο; οὐ τοὺς ἀθλοφοροῦντας· μήτιγέ τις τοῦτο ὑπολάβοι· πῶς γὰρ οἱ θεομακάριστοι ἐπικλαύσιμοι; ἀλλὰ τοὺς ἀβλεπτοῦντας καὶ τῷ αὐτῷ ζόφῳ τῆς ἀσεβείας ἐπερειδομένους. Ἐγὼ μὲν οὖν ὁ τάλας οὕτω καὶ διανοοῦμαι, οὕτω καὶ ἀποκλαίομαι. Σὺ δὲ, ὦ ἱερὰ κεφαλὴ, καὶ τῆς ἐμῆς σὺθενότητος φίλη, μὴ ἀπολήξειας προσευχομένη καταλλαγὴν φθάσαι ἄνωθεν τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ. Ἔπειτα τοῦ καὶ ἡμᾶς διασώζεσθαι τοὺς ἀναξίους, κατόπιν ὑμῶν τῶν ἁγίων ὄντας. Ὁ σὺν ἐμοὶ ἀδελφὸς προσαγορεύει. Τοὺς μετὰ τῆς ἁγιωσύνης σου ἀδελφούς μου ἀσπάζομαι· καίγε μάλιστα τὸν ἱερὸν Ἀρσένιον.

tua litteras. sed non sunt ad me nescio quo casu perlatæ. Nunc vero, tanquam accepissem, hoc tibi tenue epistolium exaro, quod tibi salutationem ferat, et gaudere jubeat. Quorsum? quoniam contritus est, vel potius concisus est qui nos cædebat: quoniam palam fecit Dominus in conspectu omnium, negatorem ejus esse, sanctæ ipsius imaginis contemptorem. Quemadmodum enim non disjungitur a sole radius, sic neque imago a prototypo, nisi sola substantiæ differentia: de arte factis utique loquor. At nihilominus, cum tantopere veritas fulgeat, nemo est qui respiciat, nemo qui expergiscatur. Et quis porro non ingemiscat? et quis non defleat? non eos qui fortiter certant; neque vero quis id suspicetur: nam quomodo lugendi sint quos Deus beavit? sed eos qui cæcutiunt, atque in ipsa impietatis caligine gloriantur. Ego sane miser sic mecum animo reputo, sic et lugeo. Tu vero, sacrum caput, ac tenuitatis nostræ amicum, ne precari desine, uti populo Dei cœlitus pax contingat: deinde ut et nos salvi simus, indigni licet, vestigia vestra qui sancti estis subsequentes. Frater qui mecum est, tibi salutem dicit. Fratres meos, qui cum sanctitate tua degunt, saluto: imprimis vero sacrum Arsenium.

ΟΘ'. — *Νικηφόρῳ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ.* [φς'.]

LXXIX. — *Nicephoro sanctissimo patriarchæ.*

Dolentem quod Ecclesiæ suæ pax Leonis Armeni morte nondum penitus reddita esset, spe meliorum solatur. (Baron. an. 821, n. 42.)

Ἐπέστειλα πάλαι ὁ τάλας, οὐ πρὸς ἀντίδοσιν γραμμάτων ἀποσκοπῶν· ὅτι μηδὲ δούλοις παρὰ δεσποτῶν ὀφειλή· ἀλλὰ τὴν ἐμαυτοῦ διάθεσιν γλιχόμενος ὑπεκφάναι· οὕτω τοῦ πόθου καὶ τοῦ καιροῦ βιαζομένων, οὐκ ἀπεικότως. Αὐτὸς δὲ, ὦ θεία καὶ κορυφαία τῶν ἱερῶν κεφαλῶν ἀκρότης, οὐ μόνον ἀντεπιστεῖλαι ἠξίωσας τῷ ἀναξίῳ, θεομιμήτως δηλονότι φερόμενος· ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς προγραφῆς τοσοῦτον ἡμῖν τὸ τῆς ταπεινοφροσύνης σου θεῖον ὕψος ὑπέδειξας, ὡς καταπλαγῆναι ἡμῶν τὴν οἰκτρὰν διάνοιαν. Ὦ τοῦ θαύματος! Εἰ ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος τὴν ἀξίαν, καὶ τῇδε συνισουμένην ἔχων τὴν ἀρετὴν ἀναστράπτουσαν, ὡς αὐτὰ μαρτυρεῖ τὰ πράγματα, υἱὸν ἑαυτὸν τοῦ ἀσθενοῦς ἀπεκάλεσεν· ὁ οὐθενὴς καὶ ἀφανὴς τί ἑαυτὸν ὀνομάσειε; Καὶ εἰ ὁ τῆς ἁγιωσύνης λαμπτὴρ ἁμαρτωλὸν ἑαυτὸν ὑπογράφοιεν· ὁ ἁμαρτωλὸς καὶ ἠπορημένος τί δ' ἄν καὶ ἀποκριθήσεται; Ἆρα εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον ἐγέγραπτο τῇ ἐπιστολῇ, ἤρκει τοῦτο μόνον τοῦ τε δεχομένου τὸν νοῦν ἐκθαμβῆσαι, καὶ τοῦ πεπομφότος τὸ ἀνυπέρβλητον ἐν ἀρετῇ θριαμβεῦσαι. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ ὅλον ὕφος τοῦ ἱεροῦ βιβλίου διέγνωμεν οἱ ταπεινοὶ, τότε καὶ μᾶλλον ἡσθημεν, τῇ κεφαλίδι τὸ ὅλον σῶμα τῆς διαλέξεως καταλλήλως εὑρηκότες ἀπηρτισμένον. Οἶδας, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, οἷα ἐφθέγξω πνευματοκινήτως· ὡς ἐπέρρωσας ἡμῶν τὴν ἀσθενῆ διάνοιαν ἐπαίνων φαρμακεύμασιν· ὡς συνερρίζωσας ἡμᾶς ὑπομονητικῶς, μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσι, καὶ ὅσα ἄλλα ὑπεσημήνατο θεοσοφία καλλυνόμενα. Ἀλλ' εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς ἐν τοιούτῳ σεισμῷ ἀσεβείας, τηλικοῦτον ὑπέρμαχον ὁμοῦ καὶ κυβερνήτην τῇ

Scripsi olim miser, non ut mihi vicissim scriberes: nec enim servis domini debent; sed meum ipsius affectum declarare cupiens, amore et opportunitate ita cogentibus, non incongrue. Tu vero, o divine et supreme sacrorum capitum vertex, non solum respondere indigno dignatus es, Dei videlicet exemplo ductus, sed et ab ipso inscriptionis exordio tantum nobis tuæ humilitatis divinum culmen ostendisti, ut stuporem infelici menti nostræ injeceris. O rem admirandam! Si tantus ac talis dignitate, et huic quidem parem gerens emicantem virtutem, ut facta ipsa testantur, filium se homuncionis appellavit; vilis homo ac nullius pretii quod sibi nomen imponet? Et, si sanctimoniæ lampas, peccatorem seipsum subscribit; peccator et inops quid respondebit? Igitur si aliud nihil scriptum fuisset, satis hoc unum erat et ad accipientis animum obstupefaciendum, et ad scribentis insuperabilem virtutem extollendam. Postquam autem totum sacri libelli contextum humiles perlegimus; tum multo magis gavisi sumus, totum orationis corpus suo capiti apte respondere animadvertentes. Scis, sancte Dei, qualia Spiritu movente locutus sis: quomodo infirmam mentem nostram laudum medicamentis confirmaveris: quomodo ad patientiam nos corroboraveris, ne in afflictionibus despondeamus; et quæcunque alia divina sapientia pulchre suggessit. Sed benedictus Deus, qui in tanto impietatis motu et concussione, talem propugnatorem simul ac gubernatorem Ecclesiæ suæ largitus est, inconcussum, immobilem, verba vitæ habentem, confessionis lu-

Digitized by Google

men umverso orbi accendentem. Quod si hiems nondum præteriit, licet parva quædam serenitas affulserit : non desperandum, o ter beate. Potest enim qui brevem pacis scintillam concessit Dominus, Deum flectentibus precibus tuis inflexus, etiam totum orthodoxæ fidei ver pandere : et tunc nimirum, quando iræ nubes omnino mutabitur, et piorum ac Deum amantium amor probatus clarius fuerit. Hæc ausus sum in præsentia tanquam catulus quispiam mutire optimo meo revera archipastori : qui et venerandum enchiridium cum ingenti exsultatione suscepi.

A ἑαυτοῦ Ἐκκλησίᾳ ἐδωρήσατο, ἄσειστον, ἀκράδαντον, λόγον ζωῆς ἐπέχοντα· φῶς ὁμολογίας τῇ ὑφηλίῳ πυρσεύοντα. Εἰ δὲ ὅτι ὁ χειμὼν οὐτίπου παρῆλθεν, εἰ καί τις μικρὰ αἰθρία ὑπήστραψεν· οὐκ ἀθυμητέον, ὦ τρισμακάριστε. Δυνατὸς γὰρ ὁ δοὺς τὸ βραχὺ τῆς εἰρήνης ἐμπύρευμα Κύριος, ταῖς θεοκλινέσι σου καμπτόμενος προσευχαῖς, καὶ τὸ ὅλον τῆς ὀρθοδοξίας ἀναπετάσαι ἔαρ· καὶ τότε δηλονότι, ὁπότε καὶ τὸ τῆς ὀργῆς νέφος ἀμειφθείη τέλεον, καὶ ὁ πόθος τῶν θεοφιλῶν δοκιμασθείη λαμπρότερον. Ταῦτά μοι νῦν τετόλμηται ὥσπερ τι κυνίδιον γρύξαι τῷ χρηστῷ μου ὡς ἀληθῶς ἀρχιποίμενι, εἰληφότι καὶ τὸ προσκυνητὸν ἐγχειρίδιον μεθ' ὑπερβαλλούσης ἀγαλλιάσεως.

LXXX. — *Joanni Logothetæ.*

Π'. — *Ἰωάννῃ Λογοθέτῃ.* [φζ'.]

De Leonis Armeni morte ipsius sceleribus congruente. (Baron. an. 821, *n.* 24.)

Reseravit tempus januam libertatis, ut loquamur B nos cum bonis viris simul et amicis. In his autem quis potiorem obtineat locum quam pietas tua? qui ob hunc ipsum pietatis cultum non exiguas perpessus es molestias ærumnasque ab eo qui et Deum offendit, et mundum impietate perdidit, et parem apostasiæ vitam violenter finivit, non in loco sancto, licet id horribile dictu sit : quia nequaquam templum Dei sanctum, quod ab hæreticis profanatum est, sed domus profana est, sicut ait magnus Basilius : præside illius angelo, ut præest Ecclesiæ unicuique, abscedente propter impietatem. Quapropter nec Deo accepta est quæ in eo immolatur hostia. Et audi ipsum dicentem : *Iniquus, qui immolat mihi vitulum, quasi qui interficit canem* [28]. Quod si tanquam in templo mortuum esse impium con- C tendas; id ita commode explicabitur. Oportebat enim, oportebat eum, qui Dei templis bellum indixerat, in templo strictos in se gladios videre : oportebat eum, qui divinum altare destruxerat, ante altare a medio tolli : eam manum, quæ fuerat in Christi probrum elata, cædi et amputari : in caput, quod ad perniciem aliorum movebatur, ensem distringi : humero, qui ad piorum plagas erigebatur, lethale vulnus infligi; regio e palatio cum dedecore pelli eum, qui Christi, qui Deiparæ, qui sancti cujuslibet sanctam imaginem probro affecerat. Quorsum autem tibi, Domine mi, scelerati mortem in hunc modum tragice descripsi? Quia necesse est hinc non modo pium imperatorem, congruentem impietati exitum impii agnoscere, sed etiam hominem unumquem- D que. Ac miror equidem vehementer quomodo hæc intelligens optimus Dominus noster, de nefandi persecutoris impietate triumphum non agat, nec sibi ac subditis orhodoxæ fidei reconciliationem impertiat, tanquam princeps pacis, ad exemplum Christi. Propterea peto, humilis obtestor, ut tu, qui eximie pius es, porro pergas, quemadmodum accepi te sponte aggressum, ut totum te tradas restituendæ fidei, in qua est salus et imperii et subditorum.

[28] Isa. LXVI, 3, sec. LXX.

Ἤνοιξεν ὁ καιρὸς θύραν παῤῥησίας, φθέγξασθαι ἡμᾶς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, ὁμοῦ τε καὶ φίλοις. Τῶν δὲ τοιούτων τίς ἂν εἴη μείζων τῆς σῆς εὐσεβείας; ἃ γε δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ εὐσεβεῖν σε, οὐκ ὀλίγας ἀνέτλης θλίψεις τε καὶ κακώσεις παρὰ τοῦ καὶ Θεῷ προσκρούσαντος, καὶ κόσμον ὁλέσαντος ἐν ἀσεβείᾳ, καὶ ἰσόῤῥοπον τῆς ἀποστασίας τὴν ζωὴν ἀπορῥήξαντος, οὐκ ἐν ἁγίῳ τόπῳ, κἂν μορμολύττῃ τὸ λεγόμενον· διότι οὐ ναὸς Θεοῦ ἅγιος ὁ ὑφ' αἱρετικῶν βεβηλούμενος, ἀλλ' οἶκος κοινός, ὥς φησιν ὁ μέγας Βασίλειος· τοῦ ἐφεστῶτος ἀγγέλου ἐν αὐτῷ, ὡς ἑφ' ἑκάστης Ἐκκλησίας, ὑπεκστάντος διὰ τὴν ἀσέβειαν. Διόπερ οὐδ' ἡ τελουμένη ἐν αὐτῷ θυσία, Θεῷ εὐπρόσδεκτος. Καὶ ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· « Ὁ ἀσεβὴς ὁ θύων μοι μόσχον, ὡς ὁ ἀποκτείνων κύνα. » Εἰ δὲ καὶ ὡς ἐπὶ ναοῦ λάβοις τεθνᾶναι τὸν ἀσεβῆ, ἁρμόσειε καὶ οὗτος ὁ τρόπος. Ἔδει γάρ, ἔδει τὸν κατὰ τῶν ναῶν τοῦ Θεοῦ γενόμενον, ἐν ναῷ ἰδεῖν τὰ κατ' αὐτοῦ γυμνούμενα ξίφη· ἔδει τὸν τὸ θεῖον θυσιαστήριον ἀφανίσαντα, ἐν θυσιαστηρίῳ ἐξαφανισθῆναι· κατὰ τῆς ἐκταθείσης ἐφ' ὕβρει Χριστοῦ χειρὸς, τομὴν ἐπαχθῆναι· κατὰ τῆς κινηθείσης κεφαλῆς ὀλεθρίως, ξίφος διελάσαι· κατὰ τοῦ ὤμου τοῦ ἐπ' αἰκισμῷ τῶν εὐσεβῶν ἐπαρθέντος, καιρίαν ἐλθεῖν πληγήν· ἄτιμον ἀποπεμφθῆναι τῶν βασιλικῶν αὐλῶν τὸν ἀτιμάσαντα τὴν ἁγίαν Χριστοῦ εἰκόνα, τῆς Θεοτόκου, καὶ οὐτινοσοῦν τῶν ἁγίων. Τί δήποτε οὕτω σοι, Κύριέ μου, ἐξετραγῴδησα τοῦ ἐξαγίστου τὸν θάνατον; ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐντεῦθεν οὐ μόνον τὸν εὐσεβῆ βασιλέα ἐπιγνῶναι τὸ κατάλληλον τῇ ἀσεβείᾳ τοῦ ἀσεβοῦς ἀποτέλεσμα, ἀλλὰ καὶ πάντα ἄνθρωπον. Καὶ ἄγαμαι λίαν πῶς ὁ ἀγαθὸς ἡμῶν Δεσπότης γνοὺς τοῦτο, οὐ θριαμβεύει τὴν τοῦ παλαμναίου δυσσέβειαν· καὶ χαρίζεται ἑαυτῷ τε καὶ τῷ ὑπηκόῳ τὸ τῆς ὀρθοδοξίας ἐξίλασμα, ὡς βασιλεὺς εἰρηναρχίας Χριστομιμήτως. Διὰ τοῦτο αἰτῶ, ἀντιβολῶ ὁ ταπεινὸς, ἐπειχθῆναί σε τὸν εὐσεβέστατον, καθάπερ καὶ ἤκουσταί μοι ὅτι ἐκινήθης, δοῦναι ἑαυτὸν ὁλικῶς εἰς ἀνόρθωσιν τῆς πίστεως· ἐν ᾗ ἐστι τὸ σωτήριον τοῦ τε κράτους καὶ τοῦ ὑπηκόου παντός.

Digitized by Google

ΠΑ'. — *Παντολέοντι Λογοθέτῃ.* [φη'.]

LXXXI. — *Pantoleonti Logothetæ.*

Pro fide libere locutum laudat : hortaturque ut cultum imaginum novo imperatori persuadeat.

Ἄλλων μὲν ἡ ἀρετὴ ἐξ ἀκοῆς ἡμῖν διέγνωσται· σοῦ δὲ τοῦ ὑπερτίμου δεσπότου μου, πρότερον δι' ὄψεως, νῦν δὲ ἐξ ἀκοῆς μέχρι τῆς ἐσχατιᾶς ἐν ᾗ ἐσμεν φθασάσης. Τίς δὲ ὁ λόγος; ὅτι ἐπαῤῥησιάσατό σου τὸ πνευματοκίνητον στόμα λαλῆσαι σοφίαν Θεοῦ, λόγους ἀληθείας, ἐπ' ὠφελείᾳ καὶ σωτηρίᾳ τῆς τε οἰκείας ψυχῆς καὶ πάσης τῆς καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίας. Καὶ μακάριος εἶ, καὶ εὐλογημένον τὸ ὄνομά σου· καὶ σὲ αἰνέσαισαν πάντες οἱ ἀκούσαντες εὐσεβεῖς. Καὶ στέφανος χαρίτων ἐπὶ τὴν τιμίαν σου κάραν· καὶ κλοιὸς χρύσεος ἐπὶ τὸν ἱερόν σου τράχηλον, υἱὲ ὑπακοῆς, τέκνον φωτὸς, θρέμμα εὐσεβείας. Τάδε λέγει Κύριος· *Ἄνοιξον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό·* ἀνθ' ὧν ὑπήκουσας φωνῆς μου. Ἐντολὴ γὰρ Κυρίου μὴ σιωπᾷν ἐν καιρῷ κινδυνευούσης πίστεως. Λάλει γὰρ, φησὶ, καὶ μὴ σιώπα. Καὶ, *Ἐὰν ὑποστέλληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ.* Καί· *Ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται.* Ὥστε ὅτε περὶ πίστεως ὁ λόγος, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, Ἐγὼ τίς εἰμι; Ἱερεύς; ἀλλ' οὐδαμοῦ. Ἄρχων; καὶ οὐδ' οὕτως. Στρατιώτης; καὶ ποῦ; Γεωργός; καὶ οὐδ' αὐτὸ τοῦτο. Πένης, μόνον τὴν ἐφήμερον τροφὴν ποριζόμενος. Οὐδείς μοι λόγος καὶ φροντὶς περὶ τοῦ προκειμένου. Οὐά, οἱ λίθοι κράξουσι, καὶ σὺ σιωπηλὸς καὶ ἄφρων τις; ἡ ἀναίσθητος φύσις Θεοῦ ἐπακήκοε, καὶ αὐτὸς λαιλαπιστής; ὃ μὴ ἐψύχωται, μηδὲ ἐν κριτηρίῳ λελογοθέτηται, δεδοικὸς οἱονεὶ τὸ πρόσταγμα φωνοβολεῖ· καὶ σὺ ὁ μέλλων εὐθύνεσθαι ὑπὸ Θεοῦ ἐν καιρῷ ἐτάσεως, καὶ περὶ ἀργοῦ ῥήματος, κἂν ἐπαίτης εἶ, διδόναι λόγον· λέγεις ἀλογῶν· Τίς μοι ἐν τούτῳ φροντίς; *Ταῦτα,* ὦ δέσποτα, φησὶν ὁ Παῦλος, *μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλὼ δι' ὑμᾶς· ἵνα ἐν ἡμῖν μάθητε τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν.* Ὥστε καὶ αὐτὸς ὁ πένης πάσης ἀπολογίας ἐστέρηται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, μὴ τανῦν λαλῶν ὡς κριθησόμενος καὶ διὰ τοῦτο μόνον· μὴ ὅτι γέ τις τῶν ἐφεξῆς καθ' ὑπεροχὴν, μέχρις αὐτοῦ τοῦ τὸ διάδημα περικειμένου· ᾧ καὶ ἀνυπέρβλητον τὸ κρῖμα· *Δυνατοὶ γὰρ δυνατῶς ἐτασθήσονται,* φησί. Καί· *Κρίσις ἀπότομος ἐν τοῖς ὑπερέχουσι.* Λάλει οὖν, κύριέ μου, λάλει. Διὰ τοῦτο κἀγὼ ὁ τάλας δεδοικὼς τὸ κριτήριον λαλῶ. Φθέγξαι ἕως τῶν θεοηχῶν ὤτων [f. ὠτῶν] τοῦ εὐσεβοῦς ἡμῶν βασιλέως· ἐπείπερ εἶ τῶν ὑπερεχόντων.

Οὐδεμία αἵρεσις τῶν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀναβρασάντων, τῆς εἰκονομαχικῆς ταύτης αἱρέσεως δεινοτέρα. Χριστὸν ἤρνηται, εἰς πρόσωπον δέρει, πραγματικῶς καὶ λογικῶς λυττῶσα. Τὸ μὲν φληναφεῖ, Χριστὸν μὴ περιγράφεσθαι κατὰ τὸν τοῦ σώματος χαρακτῆρα· ὅπερ ἐστὶν ἀναιρετικὸν τοῦ σάρκα γενέσθαι τὸν Λόγον. Εἰ γὰρ σὰρξ, πάντως καὶ περιγράφοιτο· ἐπεὶ φάντασμα τὸ εὐαγγελιζόμενον Μανιχαϊκῷ φρονήματι. Τὸ δὲ ὅτι ξέει, κλᾷ, κατασκάπτει, πυρικαυστεῖ πάντα θεῖον ναὸν, πᾶν ἱε-

A Aliorum quidem virtus nobis est auditione ac fama perspecta : tua vero, Domine mi imprimis colende, visu primum, nunc vero fama ad ultimas terrarum oras delata, in quibus degimus. Quis porro de te sermo ? Quod afflatus Spiritu, Dei sapientiam audacter ac libere sis locutus, sermones veritatis, ad utilitatem ac salutem tum animæ propriæ, tum nostræ totius Ecclesiæ. Et beatus es, et benedictum nomen tuum : et laudent te omnes pii, qui audierint, et corona gratiarum super venerandum caput tuum : monile aureum collo sacro tuo circumdatum, fili obedientiæ, lucis proles, alumne pietatis. Hæc dicit Dominus : *Aperi os tuum, et implebo illud* [26] ; quoniam audisti vocem meam. Jussio enim Domini est, tum minime silere, cum periclitatur fides.

B Loquere enim, inquit, et non sile. Et : *Si subtraxerit se, non placet animæ meæ in eo* [27]. Et : *Si hi tacuerint, lapides clamabunt* [28]. Quamobrem quando de fide sermo est, non est quod quis dicat : Quis ego sum ? Sacerdos ? minime. Princeps ? ne istud quidem. Miles ? ubi porro ? Agricola ? neque istud ipsum. Egenus, quotidianum modo victum quæritans. Nihil id quod incidit in disputationem, curæ mihi aut sollicitudini est. Vah, lapides clamabunt, et silebis securus ? Sensus expers natura Deum exaudiit : et tu sensu audiendi cares ? Quod neque est animatum, a quo neque in judicio ratio poscitur, velut ad mandatum expavescens vocem edit : et tu qui reus coram Deo peragendus es inquisi-

C tionis tempore, ac de verbo otioso rationem redditurus, vel si mendicus fueris, stulte dicis : Quid mihi istud curæ est ? *Hæc,* Domine, ait Paulus, *transfiguravi in me et Apollo propter vos : ut in nobis discatis ne supra quam scriptum est sapiatis* [29]. Quamobrem et mendicus ipse omni excusatione caret in die judicii, nisi in præsenti veluti judicium subiturus loquatur, vel ob id unum : multo magis quispiam eorum qui dignitate pollent, usque ad eum qui insignitus diademate est, cui intolerandum judicium erit. *Potentes enim,* inquit, *potenter tormenta patientur* [30]. Et, *Judicium durissimum his qui præsunt* [31]. Loquere igitur, Domine mi, loquere. Idcirco et ego infelix, judicium veritus loquor. Usque in divinas religiosi principis nostri aures vocem mit-

D te : quandoquidem ex eorum numero es qui præsunt.

Nulla hæresis ex iis quæ ab Ecclesia ebullierunt, hac Iconomachica hæresi acerbior fuit. Christum negavit, in faciem cædit, opere ac sermone furit. Pars quidem adeo desipit ut Christum neget circumscribi secundum corporis formam : quod est plane negare Verbum carnem factum. Nam si caro, omnino et circumscribitur : phantasma enim esse, Manichæorum Evangelii sententia est. Pars vero radit, frangit, diruit, incendit omnem sacram ædem, sacrum omne donarium in quo sit Christi

[26] Psal. LXXX, 11. [27] Hebr. X, 38. [28] Luc. XIX, 40. [29] I Cor. IV, 6. [30] Sap. VI, 7. [31] Ibid. 6

Digitized by Google

effigies, Deiparæ, aut cujuslibet sancti. Actum est A de nobis Christianis. *Præoccupemus faciem* Christi *in confessione* [80,81] : Christum amplectamur, quem per ipsius sanctæ imaginis contemptum negamus.

ρὸν ἀνάθημα, ἐφ' ᾧ ὁ Χριστοῦ χαρακτὴρ, τῆς Θεοτόκου, εἰτινοσοῦν τῶν ἁγίων. Χριστιανοὶ ἀπολλύμεθα. *Προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον* Χριστοῦ *ἐν ἐξομολογήσει* · ἀσπασώμεθα Χριστὸν, ὃν δι' ἀθετήσεως τῆς αὐτοῦ ἁγίας εἰκόνος ἀρνούμεθα.

LXXXII. — *Demochari Logothetæ generali.*

ΠΒ'. — *Δημόχαρι Λογοθέτῃ γενικῷ.* [φθ'.]

Laudat quod impium Joannem pro meritis coarguerit : tum ut pro fide apud imperatorem agere pergat hortatur.

Virorum proborum affabilitas ad eos libere adeundi vel ignoto cuique potestatem facit : multo magis iis qui et noti sunt, et eorumdem comitatis experimentum cepere. Ea re confisi nos humiles, ad eximiam et religiosissimam magnificentiam tuam litteras scribimus, gratulantes ei, ut par est, quod sis optima radicis egregiæ soboles, quod sagacis prudentiæ divinum opus, quod multiplicis institutionis decus expetendum : unde et regibus acceptus es, et omnium ore ac sermone celebraris : eamque ob causam magistratus alios ex aliis gerens, ad supremum denique celeriter pervenisti. Gaude, et jure quidem optimo. Quanquam autem quod ob eamdem hanc virtutem nobis tenuibus desiderium tui facis, haud tanta dignum admiratione est, cum nullius pretii simus : tamen ratio temporis admonet, ut et a tenuibus viris tibi supplicationis libellus offeratur : ut nostræ nimirum Ecclesiæ, impietatis ruina collapsæ manum porrigas. In hoc autem te jam elaborasse ad nos fama detulit : et id ut operam dares, nos peccatores precati sumus : ac summis te laudibus extulimus sincero animi affectu, quod justa reprehensione Joannem coarguisti impietatis principem, ea objiciens quæ scelestum hominem audire par fuit : quæ cum nobis, tum plurimis aliis, ut opinor, comperta fuerunt. Quoniam *nihil est occultum, quod non scietur* [82], ut aiunt sacræ paginæ. Et alioqui impietatis duces talium scelerum rei manifeste comperti convictique sunt.

Ἡ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔντευξις παῤῥησίαν δίδωσι καὶ τοὺς ἀγνῶτας πρὸς αὐτοὺς ἔσθαι · μὴ ὅτι τοὺς γνωρίμους, καὶ τῆς αὐτῶν εὐθημοσύνης πεῖραν εἰληφότας. Διὰ τοῦτο τεθαῤῥηκότες οἱ ταπεινοὶ, ἐπιστέλλομεν τῇ ὑπερφυεῖ καὶ εὐσεβεστάτῃ σου μεγαλωσύνῃ, εὐφημοῦντες αὐτὴν κατὰ τὸ εἰκὸς, ὅτι βλάστημα εὐφυοῦς ἀγαθὸν βλάστημα · ὅτι φρονήσεως δεξιᾶς ἱερὸν ἀποτέλεσμα · ὅτι παιδεύσεως ποικίλης ἀγλάϊσμα περισπούδαστον · ἔνθεν καὶ βασιλεῦσιν ἀσπαστὴ, καὶ πᾶσι διαλαλητή. Κἀκ τούτου ἀρχὰς ἐξ ἀρχῶν ἀμείβουσα, εἰς τὴν κορυφαιοτάτην τῶν ἐν τέλει ἀνέβραμεν. Εὖγε, καὶ πάνυ εἰκότως. Εἰ δὲ καὶ ὅτι ἡμῖν τοῖς εὐτελέσι δι' αὐτὴν τὴν ἀρετὴν προσθήτη, οὐ πάνυ τι τῶν ἀγαστῶν, διὰ τὸ σύδαμι· πλὴν ὅτι ὑποβάλλοι ὁ καιρὸς καὶ ἐξ εὐτελῶν παράκλησίν σοι προσάγεσθαι. Ἡ δέ ἐστιν ὀρέξαι σε χεῖρα τῇ καταπεσούσῃ καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίᾳ πτώματι ἀσεβείας. Τοῦτο δὴ καὶ ἠκούσται ἡμῖν ἐνεργήσαντα · καὶ εὐξάμεθά σοι ὡς ἁμαρτωλοὶ, καὶ εὐλογήσαμέν σε ἀπὸ καρδίας πεπονημένης, ὅτι καὶ ἐλεγμῷ δικαίῳ ἤλεγξας τὸν ἀσεβάρχην Ἰωάννην, τοσαῦτα εἰπὼν, ὅσα ἦν ἄξιον ἀκοῦσαι τὸν μυσαρὸν· ἄττα καὶ ἡμῖν, οἶμαι, καὶ πολλοῖς ἄλλοις προδεδήλωται. Ἐπεὶ *οὐκ ἔστι κρυπτὸν ὃ οὐ γνωσθήσεται*, πάθά φησι τὰ Λόγια. Καὶ ἄλλως ὅτι οἱ ἀσεβείας ἐξάρχοντοιούτων πράξεων ἔνοχοι δικαιοτάτως πεφανέρωνται.

Μὴ τοίνυν, ὦ δέσποτά μου, ἀπολήξειας τοῦ καλοῦ σου ἀγῶνος · ἀλλὰ συνεισένεγκον τῇ μεγίστῃ σου ὑπεροχῇ ἰσόῤῥοπον τὴν βοήθειαν, ὡς ὑπὸ Θεοῦ εἰς ταύτην προσκληθεὶς ἐξ ἀναγκαίου τοῦ χρόνου. Οὕτω γὰρ μᾶλλον εὐκλεηθήσῃ παρά τε Θεῷ τῷ εὐδοκήσαντι, καὶ βασιλεῖ τῷ ἀπαρξαμένῳ εὐσεβεῖν, καὶ ἅπασι τοῖς τὸν ὀρθὸν λόγον τῆς ἀληθείας πρεσβεύουσιν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ σεαυτῷ τῆς κατὰ τὴν αἱρετικὴν κοινωνίαν χράνσεως, ἐντεῦθεν χαρίσῃ ἀλεξιτήριον φάρμακον.

LXXXIII. — *Sanctis Patribus meis, et confessoribus Christi, Joanni, Michaeli, et Basilio.*

ΠΓ'. — *Τοῖς ἁγίοις μου Πατράσι καὶ ὁμολογηταῖς Χριστοῦ, Ἰωάννῃ, Μιχαὴλ, καὶ Βασιλείῳ* [φιε'.]

Carcere atque exsilio solutum se nuntiat, ac multa pro Christo passis gratulatur.

Et nunc ad Patres meos scribere æquum existimavi, et simul scribere tanquam ad ejusdem virtutis ac sententiæ martyrique pro Christo participes. Quandoquidem enim Deo nostro optimo placuit, ut et nos peccatores dimitteremur e carcere, optimi principis interventu : instar cujusdam muneris vobis epistolam offero, gaudens, gratulansque pa-

Καὶ νῦν ἐπιστεῖλαι ἐδοκίμασα τοῖς ἐμοῖς Πατράσι, καὶ ἐπιστεῖλαι ὁμοῦ ὡς τῆς αὐτῆς ἀρετῆς καὶ ὁμονοίας, μᾶλλον δὲ μαρτυρίας Χριστοῦ ἀξιωμένους. Ἐπεὶ γὰρ εὐδόκησεν ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ἡμῶν ἀφεθῆναι καὶ ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς φυλακῆς, τῇ μεσιτείᾳ τοῦ ἀγαθοῦ βασιλέως · ὥσπερ τι ξένιον προσφέρω ὑμῖν τὸ γράμμα, χαίρων καὶ συγχαίρων

[80,81] Psal. xciv, 2. [82] Matth. x, 26.

Digitized by Google

ὑμῶν τῇ πατρωσύνῃ, καὶ τῇ, οἷον εἰπεῖν, κατὰ Χριστὸν νίκῃ. Καὶ γὰρ νενικήκατε τὸν πονηρὸν, ὦ θαυμάσιοι, καὶ ἔνδον διὰ τῆς πάλης τῶν λογισμῶν, καὶ ἐκτὸς διὰ τῆς ἐνθέου ὑπομονῆς· μὴ κάμψαντες γόνυ τῷ ὑπηρετοῦντι δράκοντι. Ἐκείνου γὰρ ἀριδήλως ὑπουργὸς Λέων, ὁ παγκάκιστος ἐκείνου θεραπευτὴς, ὁ τῆς εἰκόνος Χριστοῦ ὑβριστὴς, καὶ τῶν ἁγίων φονευτής. Ἑκάτερος ἑκατέρῳ συμφωνήσας· καὶ συνθήκην ἄμφω ποιησάμενοι περιελεῖν τὸ ὄνομα Χριστοῦ, δι' ἀφαιρέσεως τοῦ θείου καὶ προσκυνητοῦ αὐτοῦ χαρακτῆρος. Ἐπεὶ μὴ πέφθακεν ὁ καιρὸς τῆς δευτέρας θείας ἐπιφανείας, ἵνα ὁλοφανῶς Χριστὸς ἀρνηθείη. Ἀλλ' εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς καὶ τὸν διώκτην ὤλεσε θάνατῳ περιδοήτῳ καὶ ἀξιολόγῳ τῆς ἀποστασίας· ἔδει γὰρ τὸν τεμόντα τὸ Κυριακὸν σῶμα, ξίφει κατατμηθέντα ἀποῤῥῆξαι τὴν ζωήν· καὶ ὑμᾶς στεφανίτας ἀναδείξας, κλέος τῇ ἑαυτοῦ Ἐκκλησίᾳ περιεποιήσατο, ἀρετῆς ἀλείπτας· ἐρείσματα πίστεως, ἑδραιώματα ἀληθείας, ὑποδείγματα καρτερίας, τῷ ὄντι καθηγητὰς, ὡς ἀληθῶς μοναστὰς, ἀπεικονίσματα τῶν μακαρίων ἐκείνων καὶ πάλαι ἁγίων· οἱ ἐν τοῖς ὁμοίοις ἀνδρικοὶ γεγονότες, τῷ ἀμαράντῳ τῆς δικαιοσύνης στεφάνῳ κατεκοσμήθησαν, χορεύοντες αἰώνια. Τοιοῦτοι ὑμεῖς, καὶ ὑμῶν ὁ ἔπαινος ὑπέρτερος τῆς ἐμῆς οὐδαμινῆς γλώττης· τοσοῦτον δὲ μόνον ῥοδύσης, ὅσον τὸν καιρὸν ἀφοσιώσασθαι, καὶ τὸν πόθον θεραπεῦσαι, καὶ τὸ πνεῦμα ἀναζωπυρῆσαι, εἰς ἄληκτον δέησιν τοῦ ἐπικληθῆναι Θεὸν, τέλεον ἡμῖν τὸ τῆς εἰρήνης ἀγαθὸν ἐξανατεῖλαι. Ὁρᾶτε γὰρ, ὦ σεβάσμιοι, ὅπως ἔτι κραδαίνει τὰ πράγματα. Δυνατὸς δέ ἐστι τῇ ἀρχῇ καὶ τὸ τέλος δεξιὸν συναναφάναι. Εὔχεσθαι παρακλήθητε περὶ τῆς ταπεινώσεώς μου, ἀεισέβαστοι.

ternitati vestræ, ac reportatæ, ut ita dicam, secundum Christum victoriæ. Dæmonem enim vicistis, o viri admirandi : tum intus per luctam adversus cogitationes : tum foris per tolerantiam plane divinam, non flectentes genu coram administro ipsius dracone. Fuit enim haud dubie minister illius Leo, ille pessimus ipsius cliens, ille imaginis Christi contemptor, ille sanctorum interfector. Conspirantibus enim invicem sententiis fœdus ambo iniere, ut Christi nomen e medio tollerent, sublata utique divina et adoranda ipsius effigie. Verumenimvero nondum tempus advenit secundi adventus Domini, ut penitus Christus negetur. Sed benedictus Deus, tum qui vexatorem perdidit turpissimo necis genere, pro defectionis suæ meritis (oportuit enim eum qui Domini corpus discidit, gladio intercisum vitam abrumpere), tum qui vos et victores exhibuit, et in Ecclesiæ suæ decus servavit, virtutis propugnatores, firmamenta fidei, stabilimenta veritatis, specimina fortitudinis, vere magistros, vere monachos, beatorum illorum ac veteris ævi sanctorum imagines : qui in pari certamine cum strenue se gesserint, incorrupta justitiæ corona exornati nunquam desituro gaudio perfruuntur. Tales cum sitis, vestra laus nostram exiguam in dicendo facultatem superat : tantumque commemoro, quantum satis est ut tempori satisfaciam, et desiderio obsecundem : ut studium incendam assiduæ precationis, ad exorandum Deum, ut perfectæ tranquillitatis bono perfruamur. Videtis enim, o venerandi, quemadmodum adhuc res fluctuent. Sed potens est Deus felicibus initiis conjungere prosperum finem. Orare pro humilitate mea ne gravemini, o semper venerandi.

ΠΔ'. — *Θεοδώρῳ μοναζοντι.* [φκθ'.]

LXXXIV. — *Theodoro monacho* (*).

De sancta imagine. Basilii dictum interpretatur.

Ἐγώ σου τὴν θεοσέβειαν παρεκάλεσα, τῶν κατ' ἐμοῦ ἐγκωμίων ἀφέμενον, μᾶλλον προσεύχεσθαι, μὴ πάντη με Θεοῦ ἀπομακρύνεσθαι· καὶτὸς οὐκ οἶδ' ὅθεν φερόμενος, εἰς μείζους ἐξῆφθης λόγους αἰνέσεως. Μὴ οὕτω, Πάτερ, μηδαμῶς. Ἢ οὐκ οἶσθα ὅτι ἀνθρώπων ἁπάντων ἐγὼ ὁτάλας ἁμαρτωλότερος; κἂν οὐκ οἶδ' ὅπως ἐλέει Θεοῦ εἰς φυλακὴν αὐτοῦ ἠξίωμαι διατελεῖν. Διὸ καὶ δέδια, μήπως ἐπισκεψάμενος; ἐν τῷ τελουμένῳ ὁμολογητικῷ γάμῳ, ἴδοι με οὐκ ἐνδεδυμένον ἔνδυμα γάμου, εἶτ' οὖν καθαρότητος· καὶ εἴποι τοῖς ὑπηρέταις ἀγγέλοις· *Δήσαντες αὐτοῦ χεῖρας καὶ πόδας, ἐκβάλετε αὐτὸν, καὶ ἐμβάλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον*· ὡς παρενείραντα ἑαυτὸν ἀναξίως τοῖς ὁμολογηταῖς μου. Ὥστε τοῦτο εἰδὼς, κλαῖέ με μᾶλλον, Πάτερ, καὶ προσεύχου, μὴ τοῦτό μοι συμβῆναι. Καὶ ὧδε μὲν ταῦτα. Περὶ δὲ τοῦ *Διὰ* καὶ *Ἀνὰ* ὑπὸ τοῦ μεγάλου Βασιλείου εἰρημένων, δηλονότι ἐν τῇ χρήσει κειμένων τῶν προθέσεων τῆς εἰκόνος· οὐχ ὑπὸ τοῦ ἁγίου δοκεῖ μοι ἐκφωνηθῆναι καὶ οὕτως καὶ οὕτως, ἀλλ' ἐκ μεταγρα-

Pietati tuæ auctor exstiti, ut laudibus meis supersedens, funderes potius pro me preces, ne a Deo magis avertar : tu vero nescio qua impulsus ratione in uberiores multo erupisti laudes. Mitte omnino sic agere, Pater. An nescis miserum me mortalium omnium maxime esse peccatis obnoxium? Quanquam nescio qua Dei misericordia sub ejus tutela præsidioque semper sum versatus. Quamobrem vereor ne, cum visitaverit in consummatis confessionis nuptiis, videat me non indutum veste nuptiarum, hoc est puritatis : angelisque administris dicat : *Ligatis manibus et pedibus ejus, mittite eum et projicite in tenebras exteriores*[83]; quippe qui se temere confessoribus meis inseruerit. Quamobrem hoc cum probe scias, me potius defle, Pater, et ne istud mihi eveniat, deprecare. Sed de his hactenus. De vocibus autem διὰ et ἀνὰ (*trans* et *ad*) quas Basilius Magnus usurpavit, videlicet in proposito de imagine argumento : non mihi videntur a sancto et hæc et illa prolatæ, sed

[83] Matth. xxiii, 13.

(*) Dogmatica.

Digitized by Google

exscribentis erratum istud est : quanquam idem ambarum est intellectus. Exempli causa, imaginis honor ad prototypum ascendit : idque verum est, tum in imagine naturali, tum in ea quæ est arte facta : nihil aliud significante ascensu, quam eumdem esse in arte factis honorem, præter discrimen substantiæ : in naturalibus vero, etiam secundum similem amborum substantiam. Enimvero ipsa veritas dixit : *Qui vos spernit, me spernit : qui autem me spernit, spernit eum qui misit me* [84]. Naturalis utique Dei et Patris imago est Filius : arte facta vero Filii quemadmodum et Patris, nos sumus, hoc est, factitia : fictor enim et artifex omnium Deus sane appelletur.

Intellexit autem sanctus Basilius arte factum, in imaginibus quæ sunt in tabulis pictæ : et idem de nobis qui ad imaginem Dei conditi sumus, intelligere est, et eam quam nos ipsi in tabula finximus imaginem in arte factis censere. Magis autem ac verius nostra effigies unum et idem est nobiscum in similitudine (quemadmodum et effigies Christi cum ipso) quam nostra cum Deo : quandoquidem Deus et homines infinito distant intervallo. Nam ille increatus, incomprehensibilis, incircumscriptus, et quæ sunt ejusdem generis : homines vero res creata, corpus, circumscriptio, et quæ sunt ordinis ejusdem. Homo autem et imago hominis, utrumque creatum : quanquam est utriusque rei creatæ in substantia discrimen. Est utique quod de proposita a te quæstione gaudeam. Patuit enim inde nobis ex ipso divino oraculo, spreta ipsius imagine ipsum sperni : spreto autem ipso Christo, sperni Patrem qui misit ipsum : ac deprehenduntur Iconomachi non negatores Christi modo, sed et ter negatores. Jam quod ad vocem διαβαίνει (*transit*) eodem recidit et transitus et ascensus. Ait Dominus : *Ascendo ad Patrem meum* [85]. Et Moyses : *Transiens videbo* [86]. Amborum similis motus est, neque alter alterum orbiculata vel tortili figura repræsentat : sed quidquid est discriminis, quoad situm est, non quoad habitudinem. Septem enim aiunt esse motus. Ascensus autem, ut et figura rem exhibeam, sic se habet | : transitus hoc pacto ——— . Amborum igitur, ut dictum est, par ratio. Linea enim philosophico more exempli instar est. Quam igitur habitudinem dicit summum ad imum, eamdem et dextrum latus ad sinistrum. Quamobrem ascendere et transire eodem recidunt. Ac si quidem nostra scopum oratio attigit, agantur Deo ac Verbo gratiæ : sin minus, doce me imperitum, vir optime.

A φῆς τὸ σφάλμα · πλὴν εἰς ταυτὸν φέρει τὸν νοῦν ἀμφότερα. Οἷον « Ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον ἀναβαίνει · » καὶ ἀληθὲς τοῦτο καὶ ἐπὶ φυσικῆς εἰκόνος, τοῦτο καὶ ἐπὶ τεχνητῆς · τῆς ἀναβάσεως οὐδὲν ἄλλο δηλούσης, ἢ ὅτι ἡ αὐτὴ ἐστι τιμὴ παρὰ τὸ τῆς οὐσίας διάφορον ἐπὶ τῶν τεχνητῶν · ἐπὶ δὲ τῶν φυσικῶν, καὶ κατὰ τὸ τῆς οὐσίας ταυτὸν ἀμφοῖν. Καὶ γοῦν αὐτὴ ἡ ἀλήθεια εἴρηκεν · *Ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ · καὶ ὁ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν πέμψαντά με.* Φυσικὴ οὖν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εἰκὼν ὁ Υἱός · τεχνητὴ δὲ τοῦ Υἱοῦ, ὥσπερ καὶ τοῦ Πατρός, ἡμεῖς, ἤγουν ποιητική · καὶ ποιητὴς γὰρ καὶ τεχνίτης τῶν ἁπάντων λέγοιτο Θεός.

B Εἴληπται δὲ τῷ ἁγίῳ Βασιλείῳ τὸ τεχνητὸν, ἐπὶ τῶν ἐν πίναξιν εἰκόνων · καὶ ταυτὸν ἡμᾶς λαβεῖν τοὺς κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγονότας, καὶ τὴν ἐν πίναξι ὑφ' ἡμῶν τεχνουργημένην εἰκόνα ἐπὶ τοῦ τεχνητοῦ. Καὶ μᾶλλον ἔγγυος ταυτισμὸς ἐπὶ τοῦ καθ' ὁμοίωσιν ὁ ἡμέτερος χαρακτὴρ πρὸς ἡμᾶς, ὥσπερ καὶ ὁ Χριστοῦ πρὸς αὐτὸν, ἢ ὁ ἡμέτερος πρὸς Θεόν · ἐπειδὴ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων τὸ μέσον ἄπειρον· ὅτι ὁ μὲν ἄκτιστος, ἀπερίληπτος, ἀπερίγραπτος, καὶ ὅσα τῆς αὐτῆς συστοιχείας · ἄνθρωποι δὲ κτίσμα, σῶμα, περιγραμμὸς, καὶ ὅσα ὁμόστοιχα τούτων. Ἄνθρωπος δὲ καὶ εἰκὼν ἀνθρώπου, ἑκάτερα κτίσμα · κἂν διαφορότης κτίσεως κατὰ θάτερον ἐπ' οὐσίᾳ. Καὶ εὖγε τὸ πρόβλημά σου · ὅτι ὑπέδειξεν ἡμῖν ἐξ αὐτῆς τῆς θεολέκτου φωνῆς, ἐν τῇ ἀθετήσει τῆς εἰκόνος αὐτὸν C ἀθετεῖσθαι · καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ Χριστοῦ ἀθετήσει ἀθετεῖσθαι τὸν Πατέρα τὸν πέμψαντα αὐτόν · καὶ εὑρίσκονται οἱ Εἰκονομάχοι οὐκ ἀρνησίχριστοι μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ τρισάρνητοι. Τὸ δὲ *Διαβαίνει*, ὅτι εἰς ταυτὸν φέρει ἡ διάβασις τῇ ἀναβάσει. Εἶπεν ὁ Κύριος · *Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου.* Καὶ ὁ Μωϋσῆς · *Διαβὰς ὄψομαι.* Ἀμφοῖν ὁμοιοφανὴς ἡ κίνησις, καὶ οὔτε κυκλοφορικὴ θατέρα θατέρας, οὔτε ἑλικοειδὴς · ἀλλ' εἰ καὶ διάφορος, κατὰ θέσιν, οὐ κατὰ σχέσιν. Ἑπτὰ γάρ φησιν εἶναι τὰς κινήσεις · ἡ οὖν ἀνάβασις, ἵνα καὶ σχηματίσω, τοῦτο | . Καὶ ἡ διάβασις, τοῦτο — - —. Ἀμφοῖν οὖν, ὡς εἴρηται, ἰσοφανῆ. Γραμμὴ γὰρ φιλοσοφικῶς τὸ δεῖγμα. Ἥνωνται ἔχει σχέσιν τὸ ἄνω πρὸς τὸ κάτω, τὴν αὐτὴν καὶ τὸ δεξιὸν πρὸς τὸ ἀριστερόν. Ὥστε τὸ ἀναβαίνειν καὶ τὸ διαD βαίνειν εἰς ταυτὸν φέρει. Καὶ εἰ μὲν ἐπιτετευγμένος ὁ λόγος, τῷ Θεῷ καὶ Λόγῳ χάρις · εἰ δ' οὖν [f. οὐ], δίδαξον, λῷστε, τὸν ἀμαθῆ ἐμέ.

LXXXV. — *Athanasio filio* (*).

ΠΕ'. — Ἀθανασίῳ τέκνῳ. [φμβ'.]

De sanctissima Domini et Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi imagine.

Quomodo, inquis, latria non colitur imago Christi, sed qui in ipsa adoratur Christus : cum una in ambobus sit adoratio? Quoniam in ipso quidem Christo latriæ est adoratio (nam cum ipsum adoro, simul adoro Patrem ac Spiritum sanctum :

Πῶς, φῄς, οὐ λατρεύεται ἡ εἰκὼν Χριστοῦ, ἀλλ' ὁ ἐν αὐτῇ προσκυνούμενος Χριστός · μιᾶς οὔσης ἐπ' ἀμφοῖν προσκυνήσεως; Ὅτι ἐπ' αὐτοῦ δὴ Χριστοῦ λατρευτικὴ ἡ προσκύνησις. Προσκυνῶν γὰρ αὐτὸν, συμπροσκυνῶ τὸν Πατέρα καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὁμοῦ·

[84] Luc. x, 16. [85] Joan. xx, 17. [86] Deut. xxv, 3.

(*) Dogmatica omnino necessaria.

Digitized by Google

ὅπερ ἐστὶν ἡ τριαδικὴ ἡμῶν προσκύνησις καὶ λατρεία· ἐπὶ δὲ τῆς εἰκόνος, ἡ αὐτὴ μὲν (πῶς γὰρ οὔ; ὧν γὰρ ἓν τὸ κράτος, καὶ ἡ δόξα μία, τούτων δηλαδὴ ἓν τὸ σέβας, καὶ μία ἡ προσκύνησις), σχετικὴ δὲ ὅμως, ἤγουν ὁμωνυμική. Προσκυνῶν γὰρ αὐτὴν, οὐ συμπροσεκύνησα, ἀλλὰ προσεκύνησα Χριστὸν, οὐ διαιρούμενον καθ' ὑπόστασιν, ἀλλὰ διαφορούμενον κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον· ὅπερ ἐστὶ σχετικὴ, ἀλλ' οὐ λατρευτική· κἂν ἡ αὐτὴ, ἐκεῖ μὲν οὕτως νοουμένη καὶ λεγομένη, καθότι τριαδική, ἤγουν φυσική· ἐνταῦθα δὲ τὸ ἔμπαλιν, καθότι σχετική, ἤγουν ὑποστατική. Εἰ γὰρ εἴποις, λατρευτική, ἐσήμανας σεσαρκῶσθαι, ὡς τὸν Υἱὸν, τόν τε Πατέρα, καὶ τὸ Πνεῦμα· ὅπερ ἐστὶν ἔκτοπον. Τοιγαροῦν προσκυνῶν τὴν εἰκόνα Χριστοῦ, οὐ τὴν θεότητα προσκυνῶ, ὥς τινές φασι· τοῦτο γὰρ τῆς Τριάδος σημαντικόν· καὶ οὐ σεσάρκωται ἡ Τριάς· ἄπαγε. Ἀλλὰ τί; αὐτὸν Χριστὸν σχετικῶς. Μόνος γὰρ αὐτὸς ὁ σαρκωθεὶς Θεὸς Λόγος. Προσκυνῶν δὲ αὐτὸν Χριστόν, δηλόνοτι συμπροσεκύνησα τὸν Πατέρα ὁμοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα. Ὥστε ἐπὶ τῆς εἰκόνως [σχετικὴ προσκύνησις], ἂν νοοῖτο καὶ λέγοιτο· ἐπ' αὐτοῦ δὲ Χριστοῦ λατρευτική· ὡς; συνεπινοουμένου τε καὶ συμπροσκυνουμένου τοῦ τε Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος.

A atque hæc nostra est Trinitatis adoratio et latria), in imagine vero eadem quidem est : quomodo enim non eadem? nam quorum imperium et gloria una, horum utique et cultus unus, et una adoratio est : at relativa tamen, sive homonymica. Adorans enim ipsam, Christum non coadoravi, sed adoravi non divisum secundum hypostasim, sed discrepantem ratione substantiæ, quod est adoratio relativa, sed non latreutica; quanquam eadem; illic quidem sic intellecta dictaque quatenus Triadica est sive naturalis : hic vero vice versa, quatenus relativa est sive hypostatica. Nam si latriæ adorationem dixeris, indicasti carnem factum, sicut Filium, ita et Patrem et Spiritum : quod est absurdum. Itaque cum imaginem Christi adoro, non divinitatem adoro, ut quidam aiunt : nam id Trinitatem significat : non est autem Trinitas caro facta, absit! Quid ergo? ipsum Christum relative. Solus enim ipse caro factus est Deus Verbum. Cum vero Christum ipsum adoro, simul et Patrem scilicet coadoravi, et Spiritum. Quamobrem in imagine relativa adoratio recte intelligatur et dicatur, in Christo autem ipso latriæ : quoniam tunc simul subintelligitur atque adoratur et Pater et Spiritus.

B

ΠΖ'. — *Ἐπιστολὴ ἐκ προσώπου πάντων τῶν ἡγουμένων πρὸς Μιχαὴλ βασιλέα.* [φμη'.]

LXXXVI. —*Epistola ex persona omnium præpositorum ad Michaelem imperatorem.*

Vinculis et exsilio liberati gratias agunt. Orant ut ipsum alloqui liceat. Cum hæreticis vero colloqui minime licere. (Baron. an. 821, n. 36.)

Ἡμεῖς οἱ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθόντες κατὰ κέλευσιν θεοσέπτου ὑμῶν βασιλείας, ἐλάχιστοι ἐπίσκοποί τε καὶ ἡγούμενοι, πρώτην φωνὴν ταύτην φθεγγόμεθα ἐπὶ τοῦ θεοπροβλήτου ὑμῶν κράτους, εὐχαριστήριόν τε καὶ αἰνετήριον· ὅτι ἀνεκλήθημεν οἱ ἀπωσμένοι, ὅτι ἠλεήθημεν οἱ τεταλαιπωρημένοι, ὅτι ἀνεψύξαμεν οἱ ἐκλελοιπότες· ἀπὸ χειμῶνος εἰς ἔαρ, ἀπὸ ζάλης εἰς γαλήνην, ἀπὸ ἀθυμίας εἰς εὐθυμίαν· ξένα τινὰ καὶ παράδοξα ἑωρακότες. Τοιαύτη γὰρ ἡ δικαία ὑμῶν βασιλεία χαρμόσυνος, εὐφρόσυνος, πολύευκτος, εἰρήναρχος, φιλοδίκαιος, πολλαῖς ἑτέραις προσηγορίαις ἀξιώνυμος· μιμήσει Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τὰ διεστῶτα συνάπτουσα, τὰ νενοσηκότα ὑγιάζουσα, τὰ λυπηρὰ χαροποιοῦσα· ἐξαίρετός τις οὖσα βασιλεία, καὶ τῶν πάλαι μακαριζομένων ἰσόρροπος· ἦν ἀποσεμνύνειν τοῖς ἐγκωμίοις οὐκ ἂν εὐμαρῶς γλῶσσα ἀνθρώπου ἐξαρκέσειεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ταῦτα οὕτως, παρακαλοῦμεν καὶ ἀντιβολοῦμεν οἱ ἀνάξιοι, καὶ αὐτῆς τῆς ἱερᾶς ὑμῶν θέας ἀξιωθῆναι, καὶ φωνῆς ἡδίστης ἀκοῦσαι τοῦ παντίμου καὶ θεοσόφου στόματος ὑμῶν· ὡς ἂν ἅπερ ὠσὶν ἀκούομεν, ταῦτα κατ' ὀφθαλμοὺς θεασάμενοι σκιρτήσοιμεν τῷ πνεύματι· ὥσπερ τι ἔνδυμα πενθικὸν τὴν κατήφειαν μετενδιδυσκόμενοι εὐφροσύνης ἀγαλλιάματι. Ἐπειδὴ δὲ ὁ δεύτερος λόγος περὶ τῆς εἰλικρινοῦς τε καὶ ἀμωμήτου ἡμῶν τῶν Χριστιανων ἐστι πίστεως· ἐκεῖνο μετὰ αἰδοῦς τολμῶμεν ἀνενέγκαι, ὡς εἰ μὲν ἀνθρώπινόν τι ἦν τὸ λεγόμενον, καὶ ἦ πρὸς τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν ἀρχιερέως, ἢ παρ' ἡμῶν τῶν ἀναξίων ἐξουσιαζόμενον· οὐτί που τὸ μικρὸν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ πᾶν παραγωρεῖν ἔδει· οὕτω τῆς ἐντολῆς κελευούσης.

C

Nos qui vestri a Deo coronati imperii jussu in unum convenimus, minimi episcopi et præpositi, primam hanc vocem sub divinitus constituto regno vestro edimus, actionis gratiarum et laudis : quod revocati simus, qui fueramus ejecti; quod misericordiam experti, qui ærumnis pressi; quod refocillati fuerimus, qui deficiebamus; ab hieme ad ver, a tempestate ad tranquillitatem, a mœrore ad lætitiam, nova quædam et incredibilia cernentes. Tale enim est justum imperium vestrum; lætum, jucundum, valde optabile, pacatum, æqui amans, multis aliis appellationibus dignum : quod ad Christi veri Dei nostri exemplum, dissidentia coaptat, ægra sanat, tristia exhilarat. Eximium quoddam revera imperium, et iis quæ beata quondam prædicata fuerunt, par : quod laudibus exornare hominis lingua haud facile possit. Sed quandoquidem hæc ita se habent, oramus et obtestamur indigni, ut sacro ipso conspectu vestro frui nobis liceat, et suavissimam vocem audire venerandi ac sapientissimi oris vestri : ut quæ auribus accepimus, oculis intuentes animo exsultemus, quasi lugubrem quamdam vestem mœrorem nostrum hilaritate permutantes. Et quoniam alterum nobis loquendi argumentum de sincera et inviolata Christianorum fide nostra est; illud cum reverentia referre audemus, quod, si humanum quidpiam esset de quo sermo est, et vel in sanctissimi patriarchæ nostri potestate situm, vel in nostra; non solum parum aliquid, sed totum ipsum cedere oporteret, ita jubente mandato. Cum autem de Deo sermo-

D

Digitized by Google

sit, et in Deum cui serviunt omnia : non modo hic aut ille, sed neque si Petrus et Paulus, neque si angelorum quispiam foret, demutare quidpiam vel minimum auderet, tanquam everso ea ratione Evangelio universo. Jam vero sermonem, refellendi causa, cum heterodoxis conferre apostolico mandato repugnat [87] : minimeque convenit nisi ad correptionem tantummodo. Propterea indigni nos pii imperii vestri famuli ne hiscere quidem audemus. Quod si quid est ejusmodi de quo ambigat aut diffidat divina magnificentia vestra pie a patriarcha dissolvi posse ; jubeat magna ipsius et a Deo confirmata manus, velut divinorum æmulatrix ad communem utilitatem, a vetere Roma suscipi declarationem, prout olim et ab initio paterna traditione transmissus mos fuit. Hæc enim, Christi æmule imperator, suprema est Ecclesiarum Dei, in qua Petrus sedem primus tenuit, ad quem Dominus dixit : *Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam* [88]. Hæc est indignorum famulorum tuorum postulatio : hæc nostra humilis secundum Deum exhortatio. Valida ego Dei manus servet te mundo desiderabilem, piumque Christianorum imperatorem, ad multos annos superstitem, et ad filiorum filios imperium transmittentem cum prosperis successibus, hostiumque et inimicorum victoriis. Fiat, fiat!

A Ἐπεὶ δὲ περὶ Θεοῦ καὶ εἰς Θεὸν ὁ λόγος, οὗ δοῦλα τὰ σύμπαντα· οὐχ ὁ τίσδε ἢ τίσδε· ἀλλ' οὐδ' εἰ Πέτρος καὶ Παῦλος, οὐδ' ἂν τις τῶν ἀγγέλων εἴη, τολμήσιεν ἂν κἂν τὸ βραχύτατον παρακινῆσαι· ὡς διὰ τούτου τοῦ παντὸς Εὐαγγελίου ἀνατρεπομένου. Πρός τε τὸ συνάραι λόγον ἀντιῤῥητικὸν μετὰ τῶν ἑτεροδόξων ἐναντιούμενον, τῇ ἀποστολικῇ παραγγελίᾳ οὐ καθῆκον· εἰ μή τι πρὸς νουθεσίαν μόνον. Καὶ διὰ τοῦτο οἱ ἀνάξιοι δοῦλοι τοῦ εὐσεβοῦς ὑμῶν κράτους, καὶ γρύξαι μόνον οὐ κατατολμῶμεν. Εἰ δέ τι ἀμφιβαλλόμενον ἢ ἀπιστούμενον τῇ θείᾳ ὑμῶν μεγαλονοίᾳ διαλύεσθαι ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως εὐσεβῶς· ἡ μεγάλη καὶ θεοστήρικτος αὐτῆς χεὶρ, ὡς ζηλοτυποῦσα τὰ θεῖα ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ παντὸς, κελευσάτω παρὰ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης δέξασθαι τὴν διασάφησιν, ὡς ἄνωθέν τε καὶ ἐξ ἀρχῆς πατροπαράδοτος ἐξεδόθη. Αὕτη γὰρ, χριστομίμητε βασιλεῦ, ἡ κορυφαιοτάτη τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, ἧς Πέτρος πρωτόθρονος, πρὸς ὃν ὁ Κύριός φησι· *Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν· καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.* Τοῦτο ἡμῶν τὸ αἴτημα τῶν ἀναξίων δούλων σου· αὕτη σὺν Θεῷ ἡ παράκλησις τῶν τεταπεινωμένων. Ἡ κραταιὰ οὖν χεὶρ τοῦ Θεοῦ σώζοι σε, τὸν κοσμοπόθητον καὶ θεοφιλῆ τὸν, βασιλέα τῶν Χριστιανῶν, ἐν πολλοῖς χρόνοις διατεινόμενον, καὶ εἰς παῖδας παίδων τὸ κράτος ἀμείβοντα ἐν εὐημερίαις τε καὶ νίκαις ἐχθρῶν τε καὶ πολεμίων. Γένοιτο, γένοιτο!

B

LXXXVII.— *Episcopis propter Dominum casulibus* (1).

(*) ΠΖ'.— *Ἐπισκόποις διὰ Κύριον πεφυγαδευμένοις.* [φξη'.]

Adoratio Christi imaginis quomodo intelligenda. (Baron. an. 816, n. 47.)

Cum de beatitudinis vestræ rebus nuper ego humilis audivissem, Patres desideratissimi, gavisus sum magnopere, et optimum Deum nostrum collaudavi : quod non etiam videre vos, nec gratiæ donis quæ in vobis sunt frui licuit, permoleste tuli. Visurus siquidem eram homines Dei, episcopos Domini, beatos viros, mundi lumina, fidei firmamenta, et si quid aliud honesti est, rem ejus ac nomen obtinentes. O jacturam ! o calamitatem ! Sed multa nimirum peccata nostra hujus casus nobis causa fuerunt. Nec jam miramur infortunium, sed offerimus supplicationem. Quid istud autem ? Ut quod defuit, litteris compensetis, instruentes, illuminantes, confirmantes, ostendentes quæcunque vera sunt, quæ honesta, quæ justa, quæ ad fidei defensionem ac certamen idonea. Si qua virtus, si qua laus confessionis, hanc præscribite, et quomodo adorandus sit imagine expressus Christus, homonyme an synonyme : quoniam alterum quidem orthodoxæ, alterum vero contrariæ est sententiæ [89] : et quomodo intelligatur adoratio erga Christum ejusque imaginem : unane an duæ ; quoniam alterum quidem nostrum est, alterum vero

C Ἄρτι ἀκουτισθεὶς ὁ ταπεινὸς [τὰ περὶ τῆς μακαριότητος ὑμῶν, ὦ τριπόθητοι Πατέρες, λίαν ἥσθην, καὶ ἐδόξασα τὸν ἀγαθὸν ἡμῶν Θεόν. Ὅτι οὐδὲ ἠξιώθην ἰδεῖν ὑμᾶς, καὶ ἀπολαῦσαι τῶν ἐν ὑμῖν χαρισμάτων, καὶ πάνυ ἠνιάθην. Ἔμελλον γὰρ ὁρᾷν ἀνθρώπους Θεοῦ, ἱεράρχας Κυρίου, μακαρίους ἄνδρας, φωστῆρας κόσμου, ἐρείσματα πίστεως εἴ τι ἄλλο τῶν καλῶν, καὶ ὄντας καὶ ὀνομαζομένους. Ὢ τῆς ζημίας ! ὢ τῆς συμφορᾶς ! Πλὴν αἱ πολλαὶ ἡμῶν ἁμαρτίαι αἴτιον τοῦ συμβεβηκότος. Καὶ οὐ θαυμάζομεν τὴν ἀτυχίαν· ἀλλὰ προβάλλομεν τὴν ἱκετηρίαν. Τί τοῦτο; ἵνα γράμμασι παραμυθήσησθε τὴν ἀπόλειψιν, νουθετοῦντες, φωτιοῦντες, στηρίζοντες, ὑποφαίνοντες ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνὰ, ὅσα δίκαια, ὅσα ἐνστατικὰ, ὅσα ἔναθλα. Εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις D ἔπαινος ὁμολογίας, ταῦτα γράφοιτε· καὶ πῶς προσκυνητέον Χριστὸν ἐγγεγραμμένον, ὁμωνύμως ἢ συνωνύμως, ἐπειδὴ τὸ μὲν ὀρθοδοξίας, τὸ δὲ ἀντιδοξίας· καὶ πῶς τῆς προσκυνήσεως νοουμένης εἰς Χριστόν τε καὶ τὴν αὐτοῦ εἰκόνα, μιᾶς ἢ δυεῖν· ἐπειδὴ τὸ μὲν, ἡμέτερον· τὸ δὲ, τῶν Εἰκονομάχων; ὧν γὰρ μία ἡ ὑποστατικὴ ὁμοίωσις, τούτων μία καὶ ἡ αὐτὴ προσκύνησις· παρὰ τὸ τὴν οὐσίαν τῆς εἰκόνος

[87] Tit. III. 10. [88] Matth. XVI, 18. [89] Ea de re Petavius, lib. V De incarnat. cap. 8, n. 10 ; et lib. XV, cap. 15, n. 5.

NOTÆ.

(1) Videri tamen possit scripta post mortem Leonis. (*) Cod. Reg Ἀρχὴ βιβλίου γ', *initium libri tertii.*

Digitized by Google

μήτιπου προσχυνεῖσθαι. Οὗτος ὁ μικρὸς ἡμῶν λόγος ὑπομνηματικὸς, ἀλλ' οὐ διδακτικός· ὑμῶν δὲ τὰ τελειότερα πάντως τοσοῦτον, ὅσον καὶ τὸ καθυπερέχον τοῦ χρίσματος· ἐφ' ᾧ τελοῖητε τὸν προκείμενον δρόμον ὁσιώτατοι, ἀνδρειότατα· ὡς ἀπολῃψόμενοι τὸν τῆς δικαιοσύνης στέφανον.

A Iconomachorum ? Quorum enim una est et hypostatica similitudo, horum una et eadem est adoratio : præterquam quod imaginis substantia nequaquam adpratur. Hic tenuis est sermo noster commonitorius, non ad docendum comparatus : vestra autem tanto prorsus perfectiora, quanto supereminet dignitas unctionis : in qua præsentem cursum viriliter peragite, sanctissimi, tanquam justitiæ coronam percepturi.

ΠΗ'. — Ἀμμοῦν τέκνῳ. [φξθ'.]

LXXXVIII.— *Ammoni filio.*

Monachum apostatam, etiam conjugio implicatum, ad pœnitentiam excitat.

Οἴμοι ἐξ αὐτῆς βαλβίδος τῆς ἐπιστολῆς καὶ στεναγμὸν ἀναπέμπω ἐκ βάθους καρδίας, καὶ δάκρυον ἀναμίγνυμι τῷ μέλανι ἐφ' οἷς ἠκουτίσθην περὶ σοῦ, ἀδελφέ. Φασὶ γὰρ ἀπορρίψασθαί σε τὸ ἅγιον ἔνδυμα τοῦ μοναχοῦ, καὶ τελεῖν ἐν λαϊκοῖς, καὶ γυναῖκα περιάγειν. Ὦ τοῦ ἐλεεινοῦ ἀκούσματος! ὢ τῆς ἐμῆς συμφορᾶς! Ἐμὴ γὰρ ἡ σή, τέκνον, ἁμαρτία, κατὰ τὸν τῆς πατρικῆς συμπαθείας τρόπον. Ποῦ τὸ φῶς τῆς διανοίας; ποῦ τῆς ἐλπίδος τὸ πτερόν; ποῦ ὁ ἔρως ὁ πρὸς τὸν Θεόν; ποῦ τῆς πίστεως ὁ θυρεός; ποῦ τοῦ λογιστικοῦ τὸ κριτικόν; ποῦ ὁ ἐντεῦθεν κόσμου δρασμός; ποῦ ἡ ἐγκατάλειψις ἁπάντων τῶν ἐπὶ γῆς; ποῦ ἡ ἐπιστασία τῆς μονῆς; ποῦ ἡ εὐκατάνυκτος παραδοχὴ τῆς εἰσδοχῆς; ποῦ ἡ στοιχείωσις τῆς κοινοβιακῆς ζωῆς; ποῦ ἡ φωτιστικὴ ἐξαγόρευσις; ποῦ σου τὰ καλὰ δάκρυα; ποῦ ἡ εὐλαβοειδὴς ἔξις; ποῦ ἡ ἐκ τοῦ πληρώματος τῆς ἀδελφότητος μαρτυρία; ποῦ ἡ ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ βήματος ὁμολογία; ποῦ μάρτυρι Θεῷ τε καὶ ἀγγέλοις ὑποσχέσεις; ποῦ ἡ ὑποφαεινὴ φαιδρότης τοῦ σχήματος; ποῦ ὁ πνευματικῶς νοούμενος γάμος; ποῦ ὁ ὑπὲρ σοῦ τυθεὶς ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ; ποῦ τὸ εὐαγγελικόν τε καὶ ἀδελφικὸν ἀγαλλίαμα; ποῦ ὁ παρὰ πάντων ἱερώτατος ἀσπασμός; ποῦ ἡ ἐν τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ παράστασις; ποῦ ἡ τοῦ σώματός τε καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ θεία μετάληψις; ποῦ ἡ ὅλη φαιδρὰ καὶ ἀγγελοχαρμόσυνος τελετή; ποῦ ἡ φανὴ λαμπάς; ποῦ ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή; ποῦ ἡ καρποφόρος φυτεία τοῦ Πνεύματος; ποῦ ἐμοῦ γε τοῦ ἀθλίου ὁ υἱὸς, ὁ προαχθεὶς ἔτι καὶ ἔτι ἐν καλῷ, καὶ χρήσιμος ὀφθεὶς τῇ ἀδελφότητι, τὸ τέκνον τοῦ Θεοῦ, ὁ τοῦ φωτὸς χορευτής, ὁ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν πολίτης, τὸ σκεῦος τὸ ἐκλεκτόν; Πῶς ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω; πῶς ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος; πῶς ἐσκοτίσθη ὁ πεφωτισμένος; πῶς ἀπεσείσατο τὰ τῆς ἁγνείας ὅπλα; πῶς ἐγένετο θήραμα διαβόλου, ἐζωγρημένος ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα, καὶ ἀφεὶς τὸν καλὸν Νυμφίον τὸν Κύριον τῆς δόξης, τὸν ἐξουσιαστὴν τῶν ἁπάντων; Ὦ τίς οὐ στενάξει ἐκ βάθους; τίς οὐκ ἐλεήσειε τὸν ἐξηπατημένον; Οὐρανὲ, ἔκστηθι ἐπὶ τούτῳ· γῆ, βόησον τὸ πάθος. Τί γέγονεν, ἀδελφέ; οὐκ ἠδέσθης κἂν τοὺς ὁρῶντας; οὐκ ἠρυθρίασας ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἀέρος; οὐκ ἐδυσχέρανας τὴν δυσωδίαν τῆς παγκαταράτου ἁμαρτίας; ἔχεις νοῦν; ζῇς ἄρα; ἀθρεῖς ἥλιον; βλέπεις σελήνην; ἑρᾷς ἀστέρας; οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅσον τὸ ἁμάρτημα, ὅσος ὁ σκότος, ὅση ἡ ἀλογία. Καὶ εἴθε μέχρι τούτων ὁ λόγος· εἶχε γὰρ ἂν ἡ ἀθλιότης συμμετρίαν. Ἀλλ' ὅτι κρῖμα, ἀδελφὲ, ἀπαραίτη-

Hei mihi ! statim ab ipso epistolæ exordio mitto ex intimo corde suspirium, et lacrymas atramento commisceo, ob ea quæ de te accepi, frater. Aiunt enim te sanctum abjecisse monachi habitum, atque inter laicos degere, et uxorem circumducere. O tristem nuntium ! o ingentem calamitatem meam ! Tuum enim istud scelus, fili, meum est propter paternæ commiserationis affectum. Ubi mentis lumen ? ubi spei alæ ? ubi Dei amor ? ubi fidei clypeus ? ubi sagax consultandi vis ? ubi hujusce mundi fuga ? ubi terrenarum rerum abjectio ? ubi monasterii gubernatio ? ubi gesta non sine pietatis sensu cura hospitalitatis ? ubi cœnobiticæ vitæ disciplina ? ubi confessio lucem pariens ? ubi egregiæ tuæ lacrymæ ? ubi plena reverentiæ species ? ubi ex totius fraternitatis cœtu testimonium ? ubi emissum ad sacram aram votum ? ubi sub Deo teste et angelis factæ promissiones ? ubi fulgens habitus splendor ? ubi spiritales quæ mente intelliguntur nuptiæ ? ubi oblatus propter te Agnus Dei ? ubi fratrum ex Evangelii præscripto lætitia ? ubi sanctissimus omnium complexus ? ubi ad divinum altare accessus ? ubi corporis et sanguinis Christi divina perceptio ? ubi tota lætitiæ plena et angelico par gaudio cæremonia ? ubi lucerna fulgens ? ubi vitis vera ? ubi frugifera plantatio Spiritus ? ubi filius meus, miserum me, qui quotidie majores in virtute progressus habebat, idemque visus est fraternitati perutilis, Dei proles, lucis administer, regni cœlorum civis, vas electionis ? Quomodo conversus est retrorsum ? quomodo recalcitravit dilectus ? quomodo tenebris obsitus, qui luce plenus ? quomodo castimoniæ arma posuit ? quomodo factus est diaboli præda, ab ipso captus, ejusdemque voluntati mancipatus, abdicato egregio Sponso Domino gloriæ, penes quem rerum omnium imperium est ? Quis non cum intimo sensu doloris ingemiscat ? quis delusum non commiseratione prosequatur ? Obstupesce, cœlum, super hoc : terra, calamitatem inclama. Quid factum est, frater ? Non veritus es saltem intuentes ? non hunc ipsum aerem erubuisti ? non tulisti graviter detestandi sceleris fetorem ? Tunc mentis compos ? vivisne ? num solem intueris ? an lunam cernis ? an sidera aspicis ? Dici omnino, dici non potest, quantum istud flagitium, quantæ tenebræ, quanta amentia sit. Atque utinam huc usque tantum progredi deberet

Digitized by Google

oratio! haberet enim calamitas modum. Sed judicium, frater, inexorabile, ignis sempiternus, tenebræ exteriores ac teterrimæ, stridor dentium, cætera supplicia, quibus improbi multantur, et illa quidem interminata in perpetuum. Omitto bonorum jacturam, quam ipse tibi accersivisti. Quæ illa porro? Cum Deo esse, gaudium inexplicabile, vita immortalis, lætitia sempiterna, paradisi deliciæ, sanctæ Trinitatis splendor, quævis alia, et quæ dicitur et quæ intelligitur felicitas. Huc ades, huc, inquam, fili: expergiscere, revertere, renovare: excute injecta tibi ab hoste vincula peccati: ab Eva divellere: ad immemorem injuriarum plenissimumque humanitatis Jesum accede. Ex adverso clamat: *Venite, omnes qui laboratis et onerati estis* [90] peccatis. Obviam procedit ipse, ruit in amplexum, domum inducit, nec priora exprobrat, diem festum rursum agit, prodigum servat. Utique ore te, fili, audi, exardesce, vulnus infer ei qui tibi intulit. Veni itaque, veni confestim ad nos peccatores. Ego animam meam pono pro te: ego pro salute tua sponsor: ego te lenibus medicamentis sanabo: ego miser cum Deo amantius te quam olim amplectar. Tantum advola, tantum ne perstes adhuc: sed Evam quidem dimitte, suos ut habeat sibi ludos. Si autem voci divinæ obtemperat, in monasterium trude: teipsum vero Deo exhibebis et nobis. Obtestor igitur coram Deo et electis angelis, ut hæc audiens mores mutes, et ad nos acceleres, antequam finis adveniat, antequam contra te veniæ fores occludat inexorabile responsum.

A τον, πῦρ αἰώνιον, σκότος ἐξώτερον καὶ ἀλαμπές, βρυγμὸς ὀδόντων, ἅπαντα τὰ ἄλλα κολαστήρια, ἐν οἷς ἡ εὐθύνη, καὶ αὖτη ἀπέραντος εἰς αἰῶνας. Καὶ οὕπω λέγω τῶν ἀγαθῶν τὴν ἀπόπτωσιν, ἣν σεαυτῷ προεξένησας. Τίς αὕτη; μετὰ Θεοῦ γενέσθαι, χαρὰ ἀνεκλάλητος. ζωὴ ἀκήρατος, εὐφροσύνη αἰώνιος, τρυφὴ παραδείσου, τῆς ἁγίας Τριάδος ἔλλαμψις, πᾶσα ἄλλη καὶ λεγομένη καὶ νοουμένη μακαριότης. Δεῦρο δὴ οὖν, δεῦρο, τέκνον, ἀνάνηψον, ἀνακλήθητι, ἀνακαινίσθητι, ῥῖψον τὰ συμπλακέντα σοι ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ σχοινία τῆς ἁμαρτίας· διατμήθητι τῆς Εὔας· πρόσελθε τῷ ἀμνησικάκῳ καὶ φιλανθρωποτάτῳ Ἰησοῦ. Ἄντικρυς βοᾷ· *Δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι* ταῖς ἁμαρτίαις. Ὑπαντᾷ, περιπλέκεται, εἰσοικίζεται, οὐκ ἐγκαλεῖ περὶ τῶν προτέρων

B ἄγει καὶ πάλιν ἑορτὴν, σώζει τὸν ἀσωτευθέντα. Καὶ δέομαί σου, τέκνον, ἄκουσον, ἐξάφθητι, τρῶσον τὸν τρώσαντά σε. Ἧκε οὖν, ἧκε τάχει πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλούς. Ἐγὼ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ σοῦ· ἐγὼ ἐγγυητὴς τῆς σωτηρίας σου· ἐγώ σε ἰατρεύσω ἀπαλοῖς φαρμάκοις· ἐγὼ σὺν Θεῷ ὁ τάλας ἀσπάσομαί σε ὑπὲρ τὸ πρότερον. Μόνον πρόσδραμε, μόνον μὴ στῇς ἔτι, ἀλλὰ τὴν μὲν Εὔαν ἄφες εἰς ἑαυτὴν παίζειν. Σὺ δ' οὖν ἀκούει θείως, ἔμβαλον εἰς σεμνεῖον· σαυτὸν δὲ παρέξεις τῷ Θεῷ καὶ ἡμῖν. Διαμαρτύρομαι οὖν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων, ἵνα τούτων ἀκούων, ἀλλάξῃς ἑαυτὸν, κατεπείγων πρὸς ἡμᾶς πρὶν ἢ φθάσει τὸ τέλος· πρὶν ἢ ἀποκλείσει κατὰ σοῦ ἡ ἀπαραίτητος ἀπόφασις.

C

LXXXIX. — *Theophilo præposito.*

ΠΘ'. — *Θεοφίλῳ ἡγουμένῳ.* [φοθ'.]

Increpat quod persecutionis tempore cum Iconomachis communicasset. Hortatur ut culpam pœnitentia eluat.

Non pauca ad me delata sunt de tua reverentia, ob quæ non mediocri eram dolore affectus: sed hæc discussit veneranda tua epistola. Admisit enim, audeo dicere, pœnitentiam tuam Dominus, ac satisfactionem pro reversione in monasterium: etsi tunc justa non fuit, cum persecutionem Christus pateretur. Nunc vero cum persecutio cessavit, quid fugam meditaris, ac non certamen potius? *Ex me*, inquit, *videbitis, atque ita facite* [91]. Hoc te oportuit discipulis dicere, cum sollicitarentur domum ut redirent, non obtemperare, et succumbendi exemplum fieri: et hæc quidem post lapsum. An nescis abnegato Christo fuisse tibi communionem cum iis qui impio errore abducti sunt? Deinde postquam pœnitentiam subiisti per secessionem

D (hoc enim pœnitentiæ caput fuit, sine quo nulla delicto venia foret), quid rursum ad vitium deflexisti? Ignosce, Pater: cum tradideris teipsum ultro humilitati meæ, cogor tanquam ex Domini ore tibi convenientia loqui. Quin universos, ut similiter vexationem tecum tolerarent, commonuisti? aut si nollent, quin dimisisti, ut osores Christi, ut carnis amatores, ut inobsequentes, non autem filios? Quin vel minorem effecisti cladem, et sub-

Οὐκ ὀλίγα τὰ ἀκουσθέντα μοι περὶ τῆς τιμιότητός σου, ἃ καὶ ἐλύπει με οὐ μετρίως· ὅμως ὅτι ἀπεσκευάσθησαν διὰ τοῦ τιμίου σου γράμματος. Καί γε δέδεκταί σου, τολμῶ λέγειν, ὁ Κύριος τὴν μετάνοιαν, καὶ τὴν ἀπολογίαν τῆς ἐν τῷ μοναστηρίῳ ἀνθυποστροφῆς· εἰ καὶ οὐκ ἀστεία τηνικαῦτα ἦν, ὅτε Χριστὸς ἐδιώκετο. Ἄρτι δὲ ἐπὰν ἐλώφησεν ὁ διωγμός, τίς λόγος ὑποστροφῆς, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἀθλήσεως; Ἀπ' *ἐμοῦ*, φησὶν, *ὄψεσθε, καὶ οὕτως ποιήσατε.* Τοῦτό σε ἔδει φθέγξασθαι τοῖς φοιτηταῖς ἐκκαλουμένοις οἴκοι ἐπαναδραμεῖν· οὐχ ὑπακοῦσαι, καὶ γενέσθαι ὑποτύπωσιν ἥττης· καὶ ταῦτα μετὰ τὴν πτῶσιν· ἢ οὐκ οἶσθα ὅτι ἐπ' ἀρνήσει Χριστοῦ ἦν ἡ κοινωνία σοί τε καὶ τοῖς συναπαχθεῖσιν ἀθέως; Εἶτα ἐπειδὴ εἶλου μετάνοιαν διὰ τῆς ὑποχωρήσεως· τοῦτο γὰρ τὸ κεφάλαιον τῆς μετανοίας, καὶ ἧς ἄνευ ἀμεταμέλητος ἡ πτῶσις· τί πάλιν ἐπὶ τὸ πλημμελὲς ἀνέκαμψας; Σύγγνωθι, Πάτερ· ἀναγκάζομαί σε ἐπιδόντος σου σεαυτὸν τῇ ταπεινώσει μου, λέγειν σοι ὡς ἀπὸ στόματος Κυρίου τὰ προσήκοντα. Τί οὐ πάντας ἢ ὁμοτρόπως συνδιώκεσθαί σοι νενουθέτηκας· ἢ μὴ βουλομένους εἴασας ὡς μισοχρίστους, ὡς φιλοσάρκους, ὡς ἀπειθεῖς, ἀλλ' οὐχ υἱούς; Κἂν τούτῳ καὶ τὴν ἧτταν ἀνεκαλέσω καλῶς, καὶ τοῖς ὑπὸ χεῖρα ἐγένου ὑπογραμ-

[90] Matth. xi, 28. [91] Judic. vii, 17.

Digitized by Google

μὶς χρηστὸς, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ ὤφθης οἰκοδομὴ, ἀντὶ καταλύσεως προτέρας.

Οὕτως εἰργάσατο ὁ θεοφιλέστατος ἀδελφὸς ἡμῶν, καὶ ἡγούμενος τοῦ Μηδικίου· οὕτως ὁ ἁγιώτατος Πατὴρ ἡμῶν τῆς Λαοδικείας· ἐπεὶ καὶ ἕτεροι. Δυοῖν θάτερον· εἰ οὗτοι ἐνόμως, αὐτὸς ἀνόμως, καὶ εἴ τίς σοι ὁμοίως δέδρακεν. Ἀλλ' εἰσί τινες, ὡς μανθάνω, τῆς συμπτωματικῆς συστοιχίας· ὧν τὰ ὀνόματα ἐκὼν ὑπερβήσομαι· οἱ λέγουσιν ὑπὲρ αὐτῆς μηδ' ὁτιοῦν μετανοεῖν, μηδ' αὖ ἐν συγχωρητικὸν καὶ μόνον ἐξαιτεῖν, καὶ καλῶς πεποιηκέναι· ἐξ οὗ καὶ οἱ ἀδελφοὶ, φασὶ, σέσωνται, καὶ οἱ ναοὶ ἀσίναντοι. Ὦ τῆς πωρώσεως! ὦ τῆς θεομαχίας! Χριστὸς ἥρνητο, ἀθετουμένης τῆς ἁγίας αὐτοῦ εἰκόνος· ἡ Θεοτόκος, ὁστισοῦν τῶν ἁγίων· δι' ὧν καὶ ἀρχιερεὺς δεδίωκτο, καὶ ἐπίσκοποι περιορίζοντο, καὶ ἡγούμενοι ταυτοπαθοῦντες, μοναχοὶ καὶ μονάζουσαι, λαϊκοὶ, λαΐζουσαι· οἱ μὲν τυπτόμενοι, οἱ δὲ φρουρούμενοι· ἄλλοι λιμοκτονούμενοι, ἕτεροι ξενόμενοι· ἄλλοι θαλαττευόμενοι, ἕτεροι θανατούμενοι· ἄλλοι κρυπταζόμενοι, ἕτεροι δραπετεύοντες. Πλήρεις αἱ ἐρημίαι καὶ τὰ σπήλαια· πλήρη τὰ ὄρη καὶ αἱ νάπαι· σάρκες κοπτόμεναι, αἵματα ῥέοντα, ἡ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένη κωδωνιζομένη τῷ διωγμῷ· πᾶσα ἡ ὑπ' οὐρανὸν ὡς εἰπεῖν στοναχίζουσα, καὶ κατακλαίουσα· καὶ σὺ, ὦ τρισάθλιε, ἐαλωκὼς τῇ ψυχοφθόρῳ κοινωνίᾳ, καὶ μένων εἰς τὸ ὀλετήριον· ἐπ' ἂν οὕτως· ἀλλ' οὐ μοναστήριον· λέγεις εὖ ἔχειν· καὶ ἐγγελᾷς Ἰουδαϊκῶς τοὺς Χριστοφόρους, μᾶλλον δὲ αὐτὸν Χριστὸν, ὑπὲρ οὗ καὶ τὸ πάσχειν. Ποῖον δὲ καὶ διεσώσω ναὸν, τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ μιάνας σεαυτόν; Τίνας δὲ καὶ ἀδελφοὺς ἐφυλάξω· διεφθορότας τῇ ὀλεθρίᾳ σου κοινωνίᾳ, κἂν ἐν βρώμασι; σκάνδαλον τοῦ κόσμου, ὑπόδειγμα ἀρνήσεως, προτροπὴ ἀπωλείας, σὰρξ, ἀλλ' οὐ πνεῦμα, σκοτὴρ, ἀλλ' οὐ φωστήρ. Ταῦτα αὐτὴ ἡ ἀλήθεια βοᾷ πρὸς τοὺς οὕτως ἀσεβοῦντας· οὓς εἰ μὴ μετανοήσουσιν ἐπιλέγειν οὕτως ἄθεα, οὐ Χριστιανοὺς ἡγητέον.

Ἤκουσας τὸ κρῖμα, Πάτερ· ἡμάρτηκας ὑποστρέψας καὶ ἠθετηκὼς τὴν ὑπόσχεσιν. Πλὴν ὁ ἀγαθὸς Θεὸς συγχωρήσει σοι. Μεῖνον οὖν ἄρτι ἐν τῷ μοναστηρίῳ, ἐπ' ἂν μετῆλθεν ἄλλως τὰ πράγματα· ἐχόμενος τοῦ ὁμολογοῦν παντὶ ἀνθρώπῳ τὸ ἡμαρτον· ὡς ἂν ὁ Θεὸς εὐμενιαθείη, καὶ ἀναγάγῃ σε εἰς τὸ πρότερον φῶς, ὅτε ἠῦγει ὁ λύχνος τῆς πολιτείας σου· ὅτε ἦς σεβαστὸς καὶ βασιλεῦσιν· ὅτε οὐδὲ τὸ τυχὸν παροφθὲν ἦν σοι ἀκαταφρόνητον. Καὶ πρὸς τὸ ἑξῆς ὡς οἰκονομήσει Κύριος τὰ τῆς Ἐκκλησίας, οὕτω καὶ λαλήσομεν· οὕτω καὶ συναποθανούμεθά σοι διὰ τὴν ἀγάπην ἐν τῇ ἀγάπῃ. Προσεύχου περὶ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν· καὶ μὴ οἷον ὑπεροπτικῶς ἡμᾶς γράφαι· ἴσμεν γὰρ ἑαυτοὺς βδέλυγμα ἐν ἀνδράσιν ὁσίοις· ἀλλὰ διὰ τὸ ἀληθὲς καί σου σωτήριον. Εἰ δὲ καὶ ἄλλων, ὁ παθὼν ὁμολογήσοι Θεῷ τὴν χάριν.

ditis factus es exemplum optimum, et Ecclesiam Christi ædificare visus es, loco ruinæ antea illatæ?

Sic egit Deo amicissimus frater noster, et idem Medicii præpositus: sic sanctissimus Pater noster Laodicensis: deinde et alii. Necesse est alterutrum sit e duobus: hi si ex legis præscripto fecere; tu præter legem, et quisquis tecum paria fecit. Sed nonnulli sunt, ut audio, quorum similis lapsus atque offensio est, quorum nomina libens prætermittam, qui pro eo lapsu agere pœnitentiam renuunt, aut porro veniam postulare: seque recte egisse dicunt: ex eo enim fratrum, inquiunt, saluti prospectum, ac templorum incolumitati. O duritiem cordis! o Dei odium! Negatus est Christus spreta sanctissima ipsius imagine: negata Deipara, et e sanctis quilibet: propter quos et archiepiscopus vexatus est, et fugati in exsilium episcopi, et præpositi idem perpessi, monachi ac moniales, e laicis viri ac feminæ: alii verberati, alii in custodiam missi, alii fame enecti, alii dilacerati, alii in mare ejecti, alii morte multati, delitescentes alii, alii capessentes fugam. Plenæ sunt solitudines ac speluncæ: pleni montes ac saltus: carnes concisæ sunt, profluit sanguis, nostra regio persecutionis tumultu personat, orbis terrarum propemodum universus ingemiscit ac luget: et tu, miserrime, cum te exitialis communio captivum teneat, maneasque in pestifero loco; nam sic est, non in monasterio; ais te recte habere: ac Judæorum more, eos qui Christum gestant irrides, imo Christum ipsum potius, cujus gratia illi patiuntur. Quale porro templum servasti; cum templum Dei teipsum fœdasti? Quos vero fratres custodiisti, cum eosdem pestifera tua communione, vel solo cibo, corruperis mundi scandalum, defectionis exemplum, ad exitium adhortator: caro, at non spiritus; tenebrio, at non lux. Hæc veritas ipsa inclamat ad eos qui sic impie agunt: quos nisi pœniteat tam nefaria loqui, non sunt ii Christiani censendi.

Audisti judicium, Pater. Peccasti, cum violata fide terga vertisti. Sed veniam tibi Deus optimus dabit. Mane itaque nunc in monasterio, quoad alio se negotia verterint: assidue hanc unicuique homini confessionis vocem inculcans, Peccavi: ut exoretur Deus, revocetque te ad illam priorem lucem, cum conversationis tuæ fax effulgeret, cum esses principibus ipsis venerandus, cumque nihil non despectui esset, ubi tecum conferretur. Ac deinceps, prout Ecclesiæ negotia Dominus dispensabit, sic et loquemur, sic et commoriemur tibi mutuæ charitatis officiis. Pro me peccatore preces funde: nec me existimes arroganter scribere; scimus enim inter viros sanctos esse nos abominationis instar; sed studio veritatis, ac tuæ salutis desiderio. Quod si hæc et aliis prosint; qui beneficium acceperit, gratiam is Deo referat.

Digitized by Google

XC (*). — *Dilectis spiritualibus filiis et fratribus, Laurentio, Simeoni, Dionysio, Poemeni, Litoio, et reliquis huc et illuc dispersis, Theodorus peccator monachus in Domino salutem.*

Ut persecutione liberati, et gratias agant Deo, nec quidquam de virtutis studio remittant. (Baron. an. 821, *n.* 44.)

Gaudere semper licet iis qui secundum Deum vitam agunt : etiam si in tristia et lætitiæ contraria devolvantur : quia unum veræ lætitiæ opus est spes in Deum, ac pro ipso et per ipsum vivere et moveri, et aliud quidvis agere. Quod vero ita vos comparati sitis, res ipsæ testantur. Qua enim alia de causa dispersio et labor et vexatio vestra, quam propter ipsum bonum Deum nostrum ? Tametsi nunc, ejusdem providentia, per optimi imperatoris renuntiationem, cessavit persecutio : et iis qui eam patiebantur, libertatis ostium patefactum est, modica illis relaxatione et pace concessa per urbes singulas atque provincias. Quo nomine agere Domino gratias debemus, Patres, et precari eum, tum pro abundantiori pace, tum pro confirmatione electorum a Deo imperatorum nostrorum. Hic igitur primus sermo noster. Proximus, ut et nos et vos relaxationem istam missionemque ad virtutis solutionem minime accipiamus ; sed ubicunque singuli simus, idipsum sentiamus [99], eamdem normam teneamus, *in nullo dantes offensionem, ut non vituperetur ministerium : sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos*, ut scriptum est, *sicut Dei ministros, in patientia, in tribulationibus, in angustiis* [99]; in aliis quibus hujus temporis vita obnoxia est. Ita enim et ea quæ jam peracta sunt stabilia confirmabimus, et ea quæ nunc instant, faciliora reddemus, et futuris, ut pietati convenit occurremus.

Nos hic sumus ad urbem habitantes, sciente imperatore : videmus pariter et videmur ab adventantibus fratribus et Patribus nostris : et libertas ab pio imperatore constituta est. De futuro, ut diriget Dominus, et jubebit imperator, sive hic manere, sive alio secedere, iter faciemus. Tantum vos in opus vestrum intenti insistite, et pro humilitate nostra assidue precamini, ut sine offensione simus his atque illis et Ecclesiæ Dei. Fratres, qui avulsi a nobis temere fuerunt variis modis, per idoneum sermonem nobis uniri optimo Deo placuit. Et gavisi sumus indigni gaudio magno, quia quæ non sperabamus, vidimus oculis nostris, et cicatricem obduxerunt divisa membra, et festum Domino agimus in uniuscujusque concursu, et confitemur Domino et gratias agimus imperatoribus ; quoniam si aliud nihil, nobis certe magnum est beneficium : deinde quia nobis hæc nequaquam ita apte cecidissent, nisi e carceribus ita dimissi fuissemus, et in tali loco consedissemus. Omnia nobis belle evenerunt, et evenient, sat scio, sanctis

[99] Philipp. II, 2. [99] II Cor. VI, 3.

(*) Catechetica.

Λ ιγ'. — *Τοῖς ἠγαπημένοις πνευματικοῖς τέκνοις τε καὶ ἀδελφοῖς, Λαυρεντίῳ, Συμεών, Διονυσίῳ, Ποιμένι, Λιτωΐῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ὧδε κἀκεῖσε διεσπαρμένοις, Θεόδωρος ἁμαρτωλὸς μοναχὸς ἐν Κυρίῳ χαίρειν.* [φπγ'.]

Χαίρειν ἔστι πάντοτε τοῖς κατὰ Θεὸν ζῶσι· κἂν τοῖς τῆς χαρᾶς ἐναντίοις ὑποπέσοιεν· ἐπειδὴ ἐν εὐφροσύνῃ ἀληθινῇ ἔργον ἡ εἰς Θεὸν ἐλπὶς, καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτὸν ζῆν, καὶ κινεῖσθαι, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἄλλο πράττειν. Ὅτι δὲ οὕτως ὑμεῖς, μαρτυρεῖ αὐτὰ τὰ πράγματα. Οὕτινος γὰρ ἄλλου ἕνεκεν ὁ σκορπισμὸς καὶ κόπος καὶ κλόνος ὑμῶν, ἢ δι' αὐτὸν τὸν ἀγαθὸν Θεὸν ἡμῶν ; Εἰ καὶ ὅτι νῦν τῇ αὐτοῦ προμηθείᾳ ἐλώφησεν ὁ διωγμός. Ἀναῤῥήσει τοῦ χρηστοῦ κράτους· καὶ παῤῥησίας θύρα ἀνεῳχθη τοῖς δεδιωγμένοις, ἀπολαύουσι μετρίας ἀφέσεως καὶ εἰρήνης κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν. Ἐφ' οἷς ὀφειλέται ἐσμὲν, ὦ Πατέρες, εὐχαριστίας προσάγειν Κυρίῳ, καὶ πρεσβείας ὑπέρ τε πλουσιωτέρας εἰρήνης, καὶ ἐπιστηρίξεως τῶν θεοπροβλήτων ἡμῶν βασιλέων. Οὗτος οὖν ὁ πρῶτος λόγος. Δεύτερον δὲ, ἵνα καὶ ἡμεῖς καὶ ὑμεῖς μὴ τὴν ἄφεσιν εἰς διάλυσιν ἀρετῆς δεξοίμεθα· ἀλλ' ὅπουπερ ἐσμὲν ἕκαστος τὸ αὐτὸ φρονεῖν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, *ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπήν· ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία· ἀλλ' ἐν παντὶ συνιστῶμεν* ἑαυτοὺς, καθὰ γέγραπται, ὡς *Θεοῦ διάκονοι, ἐν ὑπομονῇ, ἐν θλίψεσιν, ἐν στενοχωρίαις*, ἐν ἄλλοις οἷς ὁ βίος τῶν παρουσῶν ἡμερῶν ὑποπίπτει. Οὕτω γὰρ καὶ τὰ προηνυσμένα φυλάττοιμεν ἀναφαίρετα, καὶ τὰ ἤδη προσπίπτοντα εὐμαρίζοιμεν, καὶ τὰ μέλλοντα θεοπρεπῶς ὑπαντήσοιμεν.

Ὧδε ἐσμὲν πρὸ τοῦ ἄστεως παροικοῦντες εἰδήσει τῆς βασιλείας, ὁρῶντες καὶ ὁρώμενοι ὑπὸ τῶν φοιτώντων ἀδελφῶν καὶ Πατέρων ἡμῶν· καὶ ἡ ἐλευθερία πρὸς τοῦ ἀγαθοῦ βασιλέως ἐπιτεταγμένη. Πρὸς τὸ ἐξῆς ὡς ἂν εὐοδοῖ Κύριος· ἢ κελεύῃ τὸ κράτος ἐπιμένειν ἐνταῦθα, ἢ ἀλλαχῆ μεταπίπτειν τε καὶ ὑποχωρεῖν, οὕτω καὶ ἐνεχθησόμεθα. Μόνον αὐτοὶ τοῦ ἔργου ὑμῶν ἐχόμενοι, ἔχεσθε καὶ τοῦ προσεύχεσθαι περὶ τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν· ὡς ἂν ἀπρόσκοποι ὦμεν τοῖσδε κἀκείνοις, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. Τοὺς πρὶν ἀποῤῥαγέντας ἀδούλως ἀδελφοὺς κατὰ πολλοὺς τρόπους εὐδόκησεν ὁ Θεὸς ὁ ὑπεράγαθος, ἑνωθῆναι ἡμῖν μετὰ τοῦ προσήκοντος λόγου. Καὶ ἐχάρημεν οἱ ἀνάξιοι χαρὰν μεγάλην· ὅτι ἃ οὐκ ἠλπίζομεν εἴδαμεν ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, καὶ συνουλώθη τὰ διασπασθέντα μέλη, καὶ ἑορτάζομεν ἑορτὴν Κυρίῳ ἐν τῇ ἑνὸς ἑκάστου συνδρομῇ, καὶ ἀνθομολογούμεθα τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀπευχαριστοῦμεν τοῖς κρατοῦσιν· ὅτι εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, ὅσον πρὸς ἡμᾶς μέγα τὸ δώρημα· καὶ πάλιν, ὅτι οὐκ ἂν ἄλλως εὐθέτως ἔσχομεν τὴν σύμβασιν, ἢ τὸ οὕτως

Digitized by Google

ἀφεθῆναι ἡμᾶς τῶν φυλακῶν· καὶ καθεσθῆναι ἐν καθίσματι τηλικούτῳ. Πάντα εἰς καλὸν ἡμῖν συνέδραμε, καὶ συνδράμοιεν εὖ οἶδ' ὅτι εὐχαῖς ὑμῶν ἁγίαις. Ἐπειδὴ δὲ ὁ λόγος περὶ ἀνακλήσεως· ἀνεκλήθη καὶ ἠνύθη ἡμῖν σὺν τοῖς ἄλλοις καὶ πλέον μᾶλλον τῶν ἄλλων ὁ γραμματηφόρος, ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν υἱὸς Κλέμης ὁ εὐλαβέστατος ἡγούμενος, πάντα ἀσμένως εἰσδεξάμενος ἃ ἔδει αὐτῷ λαληθῆναι, καὶ περὶ πάντων ποιησάμενος τὴν προσήκουσαν ἀπολογίαν. Ἐφ' ᾧ καὶ ἀρεσθέντες ἠσπασάμεθα αὐτὸν ἐνστερνισμένως· ἐλπίζοντες καὶ δι' αὐτὸν αὖχημα ἔχειν οἱ ἁμαρτωλοὶ σωτήριον αὐτὸ τοῦτο. Καὶ ὑμεῖς προσήκασθε παρακαλῶ τὸν ἀδελφὸν ὡς ἀδελφοί, τὸ μέλος ὡς μέλη, τὸν ὁμόφρονα ὡς ὁμόφρονες. Οὕτω γὰρ αὐτὸν εὕροιτε χάριτι Χριστοῦ ἐν πᾶσιν εὖ ἔχοντα καὶ ζητοῦντα Θεόν.

A precibus vestris. Et quoniam de revocatione incidit mentio, revocatus est nobisque cum aliis conjunctus, imo plusquam alii, tabellarius dilectus filius noster Clemens, religiosissimus præpositus, omnia libenter accipiens, quæ ipse dici par erat, et de omnibus rationem idoneam reddens. Qua quidem re nos recreati, toto eum sinu amplexi sumus, sperantes eum etiam salutari nobis peccatoribus gloriæ fore. Hunc ipsum et vos, quæso, admittite fratrem ut fratres, membrum ut membra, consentientem ut consentientes. Sic enim illum reperietis Christi gratia in omnibus recte habentem, et quærentem Deum.

A'. *Ἡγουμένῃ τῆς Νικαίας.* [φπε'.]

XCI. — *Prævositæ Nicææ.*

Gratulatur ob constantiam tempore persecutionis.

Καὶ πρότερον αἱ περὶ τῆς τιμιότητός σου ἀγαθαὶ ἀκοαὶ εἵλκυσαν ἡμᾶς ἐπιστεῖλαί σοι. Καὶ νῦν ταῖς· αὐταῖς εὐφημίαις ἐπεριδόμενοι καὶ γράφομεν καὶ προσαγορεύομεν τὴν σεμνοπρέπειάν σου· ἀποδεχόμενοι καὶ μακαρίζοντες, ὅτι εἵλου διὰ Κύριον ὑπεῖσαι θλίψεις καὶ στενοχωρίας, διωγμὸν τῆς μονῆς, καὶ ἐξορίαν μεταθέσεως, καὶ εἴ τι ἄλλο περιστατικὸν καὶ ὁμολογίας ὑποδεικτικόν. Ταῦτα αἰνέσεως καὶ ἐξομολογήσεως· ταῦτα Νύμφης Χριστοῦ ἔπαθλα καὶ ἀγωνίσματα, καὶ τὸ ἔτι ἀξιαγαστότερον, ἡ περὶ τὰς ὑπὸ χεῖρα ἀδελφὰς ὁσιότης· ὅτι κἀξ αὐτῶν εἵλοντο συναποδύσασθαί σοι τῇ ὁμολογίᾳ, καὶ ἠνδρίσαντο, καὶ ἐμαστιγώθησαν καὶ περιωρίσθησαν, καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι αὐτῶν, καὶ ἐν τῷ πνεύματι. Ὦ τῶν ἄθλων! οὐὰ τῆς καλῆς παιδαγωγίας! οἷον τὸ ἄρχον, τοιοῦτον καὶ τὸ ἀρχόμενον· οἷα ἡ διδάσκαλος, τηλικαῦται καὶ αἱ μαθήτριαι. Σοὶ εὖ ἔχει λέγειν· Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεὸς, ἔναθλοι, ἀνδρικαὶ, φιλόχριστοι μᾶλλον ἢ φιλόσαρκοι, πάντα σκύβαλα ἡγούμεναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσωσι· πάντα τὰ μέλη Χριστῷ προσενέγκασαι, ἵνα τὸν ἐραστὴν θεραπεύσωσι. Μετὰ ὁμολογητῶν συνετάγητε, μετὰ μαρτύρων ἐστεφανόθητε, ὅσον ἐκ τοῦ φθάσαντος. Ἀλλ' ἐπειδὴ, ὦ μῆτερ, *οὐδεὶς στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ*, νόμιμον δέ ἐστι τὸ μέχρι τέλους καὶ πίστει καὶ βίῳ ἀριστεῦσαι· παρακαλῶ καὶ ὑπομιμνήσκω· *ἀξίως περιπατῆσαι ἧς κλήσεως ἧς ἐκλήθημεν· μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ πραότητος*· μετὰ ἀσφαλείας πρὸς τὸ ἐξῆς, μήτε ἀλῶναι τῇ ἔτι κορυβαντιώσει αἱρέσει ἀρνησιχρίστῳ· μήτε τι κατὰ τὸν ὀφειλόμενον κανονίζεσθαι ἀσκητικὸν βίον παρατρέπεσθαι· ἀλλὰ πάντα ποιεῖν εἰς δόξαν Θεοῦ· παντοίως διαλάμπειν τῷ φωτισμῷ τῶν ἐντολῶν· ὅπερ πιστεύω ἐνεργεῖν ὑμᾶς εἰς ἔπαινον δόξης Χριστοῦ, εἰς αὖχημα αἰώνιον ὑμῶν· εἴη δὲ εἰπεῖν καὶ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν. Καὶ γὰρ εἰ ἑνὸς Πατρός ἐσμεν, ἀδελφοὶ πάντες ἀλλήλων χρηματίζομεν· καὶ τὰ πάντων σπουδάσματα, ἐκκαυχήματα οἱ πάντες οὐκ ἀπεικότως ἡγού-

Et prius optima de reverentia tua fama nos impulit ut ad te scriberemus : et nunc eadem commendatione famæ permoti tum scribimus, tum gravitatem tuam salutamus, laudantes ac felicem prædicantes, quod propter Dominum ultro pertulisti ærumnas atque angustias, vexationem monasterii abductionemque in exilium, et si quid est aliud calamitosum, quo confessio exploratur. Laudis hæc sunt et prædicationis plena : hæc Sponsæ Christi certamina et prælia, et, quod est majori admiratione dignum, sororum subditarum sanctimonia : nam et sunt ex ipsis quæ propter confessionem tecum bonis exutæ sunt, et forti animo fuerunt, et plagas exceperunt, et ejectæ sunt in exsilium, et glorificaverunt Deum tum in corpore suo, tum vero et in spiritu. O certamina! vah præclaram institutionem! Quale quod imperat, tale et quod subest : qualis magistra, tales et discipulæ. Te vox decet ista : Ecce ego et puellæ meæ quas dedit mihi Deus [94], strenuæ, fortes, Christi magis quam carnis amatrices, omnia arbitratæ ut stercora, ut Christum lucrifacerent [95] : quæ membra omnia Christo consecrarunt, ut amantem se demererentur. Cum confessoribus annumerâtæ estis, cum martyribus coronatæ, quantum ad præterita. Sed quandoquidem, o mater, *nemo coronatur nisi legitime certaverit* [96] : legitimum est autem usque in finem fide ac moribus excellere : obsecro et admoneo, ut *digne ambulemus vocatione qua vocati sumus, cum omni humilitate et mansuetudine* [97]; caventes sedulo in posterum ne irretiti teneamur insaniente adhuc hæresi quæ Christum negat : nec detorqueri nos patiamur ab optima et regulari vita monastici instituti : sed omnia faciamus in gloriam Dei, omni ex parte mandatorum splendore fulgeamus : quod et existimo vos præstare, in laudem gloriæ Christi, in gloriationem vestram sempiternam, utinam fas sit addere, et nostram qui peccatores sumus. Nam si ex uno Patre sumus, omnes invicem

[94] Hebr. II, 13. [95] Philipp. III, 8. [96] II Tim. II, 5. [97] Ephes. IV, 1.

Digitized by Google

fratres appellamur : et omnium virtutibus gloriari singulos haud temere posse arbitramur. Orate pro nobis. Salutatio nostra in Spiritu. Dominus Jesus Christus cum spiritu vestro. Amen. Audivi abstinentiam te protrahere longiorem, et gavisus sum : sed tamen quoniam modus in rebus omnibus optimus est, commoneo ut vel in ea re modum teneas, ut et corpus in servitutem redigatur, nec sit mandatis exsequendis impar.

μεθα, Προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν· ὁ ἀσπασμὸς ἡμῶν ἐν Πνεύματι. Ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τοῦ Πνεύματος ὑμῶν. Ἀμήν. Ἀκήκοα ὅτι ἐγκράτειαν ἔλκεις πολλὴν, καὶ ἥσθην· πλὴν ἐπειδὴ τὸ μέτριον ἐν πᾶσιν ἄριστον, ὑπομιμνήσκω, μετρίωσον ἑαυτὴν κἀν τούτῳ, ἵνα καὶ δουλαγωγῆται τὸ σῶμα, καὶ μὴ ἀτονῇ ὑπουργεῖν ταῖς ἐντολαῖς.

XCII. — *Episcopis propter Christum exsulibus in Chersone.*

ΚΒ'. — *Ἐπισκόποις τοῖς διὰ Χριστὸν φυγαδευθεῖσιν ἐν Χερσῶνι.* [φπς'.]

Gratias agit quod nuntium de suis rebus ad ipsum miserint : laudat quod exsules præclara ubique fidei pietatis exempla præbuerint. (Baron. an. 821, n. 54.)

Veræ charitatis opus est, fideique non fictæ demonstratio, quod tanto ex locorum intervallo unum de coexsulibus fratribus misit paterna sanctitas vestra, Agapetum monachum reverendissimum, vel potius beatissimum, juxta id quod a Domino dictum est de iis *qui persecutionem patiuntur propter justitiam* [98] : ad visitandum primum quidem divinum ac supremum caput; deinde nos quoque minimos in fratribus et filiis spiritualibus. O præclarum consilium ! o sinceram dilectionem ! et quorumnam aliorum, quam eorum qui propter Christum elegerint a domesticis separari, et longinquam in oram secedere tanto maris spatio disjunctam, eaque illic pati quæ fert talis exsilii conditio? Clarissimum hoc vestræ charitatis argumentum est. Benedictus ergo Dominus Deus qui vos erga tenuitatem nostram sic excitavit, et vires ac gratiam delegato dedit, ut nota nobis faceret omnia quæ peregistis, quæque adhuc sustinetis, felicissimi Patres, pro nomine Domini nostri Jesu Christi. Quæ quidem audientes gavisi sumus, laudavimus, gratias egimus, et diximus, vere in vobis complacitum esse Deo, quem colitis confessione veritatis.

Ego vero sic existimo, non vestræ tantum incolumitatis gratia, sed etiam salutis incolarum, ab omnium conservatrice providentia constitutum fuisse vestrum in eas oras exsilium. Eo siquidem profecti, mox luminaria in tenebris vitæque errore versantibus vos præbuistis, duces cæcorum, virtutis magistros, præcones pietatis, nuntios omnium quæ hic contra Christum per horrendam temeritatem gesta sunt. Ita et ibi et ubique terrarum ac maris, veluti faces accendit Dominus confessores ad ostensionem veritatis, eversionem impietatis, quemadmodum sæculis superioribus. Et magnificatum est nomen ejus, et probatus est populus Christi electus, et Christi osor cœtus reprobatus : denique magnus draco, mens Assyria, finem vitæ sortitus est dignum temeritate sua, quam in Deum exercuit. Quomodo autem nunc se res hic habeant, supervacaneum foret dicere, cum idoneus, Christi gratia, sit tabellarius ut omnia doceat exacte : cui nos cum epistola distributionem quamdam commisimus, quam suscipere dignemini, venerandas preces ad animum corroborandum nobis largiendo.

[98] Matth. v, 10.

Ἀληθινῆς ἀγάπης ἔργον καὶ πίστεως ἀνυποκρίτου ἀπόδειξις τὸ ἐκ τοσούτου διαστήματος τοπικοῦ ἀποστεῖλαι τὴν πατρικὴν ὑμῶν ἁγιωσύνην ἕνα τῶν συνδεδιωγμένων ἀδελφῶν, Ἀγαπητὸν τὸν αἰδεσιμώτατον μοναστήν· μᾶλλον δὲ μακαριώτατον κατὰ τὸ ὑπὸ Κυρίου ῥηθόμενον *ἐν τοῖς δεδιωγμένοις ἕνεκεν δικαιοσύνης* · ἐπισκοπὴν ποιησόμενον, προηγουμένως μὲν τῇ θείᾳ καὶ κορυφαιοτάτῃ κάρᾳ, ἔπειτα ἡμῖν τοῖς ἐλαχίστοις ἐν ἀδελφοῖς καὶ υἱέσι πνευματικοῖς. Ὦ τῆς καλῆς εὐβουλίας ! ὦ τῆς εἰλικρινοῦς ἀγάπης ! καὶ τίνων ἄλλων, ἢ τῶν διὰ Χριστὸν ἑλομένων καὶ τῶν οἰκείων ἐκστῆναι, καὶ εἰς τὴν ἀλλοδαπὴν ἐκπεφευγέναι· τοσούτῳ μήκει θαλάσσης διειργομένην· καὶ τλῆπαθεῖν ἐκεῖ ὅσα εἰκὸς ἐπισυμβαίνειν, τοῦτο ἐναργέστατον δεῖγμα καθέστηκεν. Εὐλογητὸς οὖν Κύριος ὁ Θεὸς, ὃς κατένυξεν ὑμᾶς ἐπὶ τοσοῦτον πρὸς τὴν εὐτέλειαν ἡμῶν· καὶ ὃς ἔδωκεν ἰσχὺν καὶ χάριν τῷ Ἀποστόλῳ γνωρίσαι ἡμῖν πάντα, ἅπερ καὶ ἠνύσατε· καὶ ἔτι φέρετε τρισόλβιοι Πατέρες· ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐφ' οἷς ἀκούσαντες ἐχάρημεν, ἠνέσαμεν, ἀνθωμολογησάμεθα· εἴπομεν, ὅτι ὁ Θεὸς ὄντως ἐν ὑμῖν ἐστιν· εὐαρεστούμενος καὶ θεραπευόμενος τῇ ὑπὲρ ἀληθείας ὁμολογίᾳ.

Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, οὐχ εἵνεκα ὑμῶν σώματος μόνον· ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν τοῖς αὐτόθι σωτηρίας τὴν φυγαδείαν οἰκονομηθῆναι, παρὰ τῆς τὰ πάντα σωζούσης προνοίας. Ἐπειδήπερ ἐπιστάντες ὤφθητε φωστῆρες τῶν ἐν σκότει καὶ πλάνῃ βίου, ὁδηγοὶ τυφλῶν· παιδευταὶ ἀρετῆς, κήρυκες εὐσεβείας· διδάσκαλοι τῶν ἐνταῦθα πραχθέντων κατὰ Χριστοῦ φοβερῶν τολμημάτων. Οὕτω καὶ ἐν τοῖς αὐτόθι καὶ παντοῦ γῆς τε καὶ θαλάσσης ἠγάγασε Κύριος τοὺς ὁμολογητὰς, εἰς ἔνδειξιν ἀληθείας, εἰς ἀποτροπὴν ἀσεβείας· καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄνωθεν χρόνων· καὶ ἐμεγαλύνθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἐδοκιμάσθη ὁ ἐκλεκτὸς λαὸς Χριστοῦ, καὶ ἀπεδοκιμάσθη ὁ μισόχριστος θίασος· καὶ τέλος ἔλαβεν ὅρον ζωῆς, ἐπάξιον τῆς τόλμης ὁ μέγας δράκων, ὁ Ἀσσύριος νοῦς, ἧς ἔδρασε κατὰ Θεοῦ· τὸ δὲ ὅπως νῦν ἔχει τὰ ἐνταῦθα, παρέλκον ἂν εἴη λέγειν· διὰ τὸ τὸν γραμματηφόρον ἱκανὸν εἶναι χάριτι Χριστοῦ, ἕκαστα ἐκδιδάξαι ἐμμελῶς· ᾧ καὶ παρεθέμεθα μετὰ τῆς ἐπιστολῆς καί τινα διανομὴν, ἣν καὶ καταξιώσατε εἰσδέξασθαι, χαριζόμενοι ἡμῖν τὰ; τιμίας προσευχὰς εἰς στηριγμὸν ψυχῆς.

Digitized by Google

ΚΓ'. — *Τῇ ἡγουμένῃ τῶν Γόρδιτα.* [φλα'.]

XCIII. — *Præpositæ Cordinensis monasterii.*

Monasterii illius alumnas laudat ob constans fidei ac pietatis veræ studium.

Ἀπῄτησεν ἡμᾶς ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς Ἀντώνιος τὸ παρὸν γραμματεῖον, λέγων ὅτι τοῦτο ὑπεσχόμην πάλαι ποιῆσαι. Καὶ δι' αὐτὸ οὖν τοῦτο, καὶ διὰ τὰς ἀποστολὰς ὑμῶν, ἰδοὺ προσφθέγγομαι καὶ προσαγορεύω ὑμᾶς, ὡς μητέρας, ὡς ἀδελφὰς ἐν Κυρίῳ· μεμνημένος τῆς ὑπαντῆς ὑμῶν, καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης ἧς ἐνεδείξασθε εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ· διαφυγοῦσαι τὴν κοινωνίαν τῶν αἱρετικῶν, καὶ διατηρήσασαι ἀσπίλους ἑαυτὰς ἀπὸ τοῦ κόσμου. Βλέπετε οὖν καὶ πρὸς τὸ ἐξῆς, ἅγιαι· ἐπειδὴ ἐνίσταται ἡ....

A Hanc epistolam a nobis expetiit dilectus frater noster Antonius, suggerens pollicitum me dudum sic esse facturum. Et ob hanc igitur causam, et propter missas a vobis sorores, ecce vos alloquor et saluto tanquam matres, tanquam sorores in Domino, memor periculi vestri et laboris, in quo tolerando eximiam ejus nominis charitatem significastis, communionem hæreticorum aversatæ, ac vosmet a mundo illæsas servantes. Videte igitur et in posterum, feminæ sanctæ; quandoquidem imminet. . . . . .

ΚΔ'. — *Εὐδοκῷ παρθενευούσῃ.*

XCIV. — *Eudoconi virginis.*

Gratias agit de obsequiis sibi in carcere præstitis. (Baron. an. 818, n. 14.)

..... ἐφυλακίσθημεν ἐν τοῖς αὐτόθι, ἐγώ τε καὶ ὁ ἀδελφὸς Νικόλαος, ἡνίκα πρὸ τῆς ὀπῆς τῆς φυλακῆς φύλακες, μὴ ἐῶντες θίγειν ὀντιναοῦν κατὰ τὴν τῶν ἀσεβῶν πρόσταξιν τῷ φρουρείῳ· τότε, ἵνα τὰ πρότερα ἐάσω λέγειν· καίπερ ὄντα ἱκανά· παῤῥησιαζομένῃ τῇ κατὰ Θεὸν πεποιθήσει· ἔπεμπες, ἐγαλούχεις οἷονεὶ, διέτρεφες, ἐπότιζες, παρεκάλεις, ἤλειφες, σεαυτὴν ἐπιδίδους ῥιψοκινδύνως εἰς θάνατον· ὅπερ μικροῦ δεῖν, εἰ μὴ ἡ χεὶρ τοῦ Θεοῦ φθάσασα εἶλέ σε· καὶ ἐνέπιπτες εἰς ἔργον. Οἶδας τὰς κατηγορίας τῶν γειτνιαζόντων, τὰς εἰσπράξεις τῶν ἀρχόντων· ὅτι δῶρα εἴληφας παρὰ τοῦ καταδίκου· ὅτι λόγους διαταγῆς ὑπακούεις· τοῦτο, κἀκεῖνο. Ἀλλ' ὅμως, ὦ τῆς μεγαλοπιστίας! οὐδὲ οὕτω τούτων τυρβασθέντων ὑφῆκας τὸ καθόλου. Ἀλλ' ὡς μηδενὸς καινοῦ γεγονότος, ἔχου πάλιν τῆς διακονίας· δώροις τοὺς φύλακας ἐξευμενιζομένη, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον, Θεὸν δι' ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν θεραπεύουσα· ἐξ οὗ καὶ ἡ ἁρπαγὴ τῶν κινδύνων· καὶ ἡ παρ' ἐλπίδα σωτηρία. Τί τοῦτο δεύτερον Πρισκίλλης καὶ Φοίβης ἐκείνης· ἢ τῶν ταύταις ὑποστασίων κατὰ τὴν τῆς διακονίας θεωρίαν, ἐφ' ᾗ μακαρίζονται ὑπὸ τοῦ θείου Ἀποστόλου; οὐδαμῶς ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, εἰ μὴ ὅτι εἰς ἀναξίους· ἀλλὰ καὶ τοῦτο μᾶλλον αἰνετώτερον· ἐκεῖ γὰρ τὸ μεγαλοψυὲς τοῦ προσώπου τάχα ἂν καὶ τοὺς ἀναισθήτους λίθους ἐκίνησεν εὐεργετεῖν· ἐνταῦθα δὲ τοὐναντίον, καὶ τοὺς ἐναισθήτους νόας ναρκᾷν ἔπεισε τὸ ἀπόπτυστον τῶν ὑποκειμένων. Ἀλλ' ὅτι τοῦτο οὕτως, καὶ ἀντιπεπονθότως ὤφθης δράσασα, σκόπησον τὸ ἐγκώμιον. Ἀπέχομεν τοίνυν, ὦ καλλιπάρθενε, τὸ ἔλεος, καὶ αἰνοῦμέν σε εἰκότως, προσαποδεχόμενοι καὶ συνεπαινοῦντες, καὶ τὰ ἄλλα σου σεμνολογήματα, τὴν ἐγκράτειαν, τὴν αὐχμηρὰν κόμην, τὴν ἠμελημένην ἐσθῆτα, τὴν ἐλεημοσύνην, καὶ ἐπ' ἄλλοις τὴν φιλαγνείαν, καὶ ἐπὶ τούτῳ μηδαμῶς μωμοσκοπηθεῖσαν πρὸς τινοσοῦν τῶν ἀνθρώπων· ὢ τῆς καλῆς σου ἐργασίας· ὢ τῆς θεοφιλοῦς καὶ γηραλέας κεφαλῆς! ἤνθησας ἐν μέσῳ ἀκανθῶν ὡς ῥόδον· εὐωδίασας ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης, ὡς ὀρθοφυὲς κρίνον. Τί τὸ λοιπόν; διαμένειν σε καὶ πρὸς τὸ ἐξῆς ἀπρόσκοπον, σεσωσμένην, φιλοκρινοῦσαν πᾶσαν ἄλλην ἐντολὴν Κυρίου· ὥστε μήτε ὀμνύειν τὸ ὄνομα Κυρίου τὸ παράπαν· μήτε τι

B ..... in carcere illic detinebamur ego fraterque Nicolaus, cum ante custodiæ foramen positi custodes neminem, ex impiorum interdicto, propius contingere sinebant: tum tu (ut superiora, quamvis memorabilia, præteream) fiducia Dei freta, mittebas, quodammodo lactabas, alebas, potum dabas, consolabaris, hortabaris, teipsam in apertum mortis periculum conjiciens: quam quidem, nisi te Dei manus prævertens eripuisset, re ipsa pertulisses. Nosti vicinorum accusationes, exactiones magistratuum; quia a reo munera accepisti; quia autem mandatis præbuisti, hoc et illud. Attamen, o fidei magnitudinem! nec sic quidem commotis illis, ullo modo destitisti. Sed quasi novi nihil accidisset, ministerio iterum insistebas, custodes muneribus concilians, et, quod dici solet, Deo per nos peccatores deserviens, a quo et periculorum liberatio, et præter spem salus. Quanam in re cedunt ista Priscillæ et Phœbæ illi, aut earum æqualibus in ministerio, cujus causa celebrantur a divino Apostolo? Nullo modo mea quidem sententia, nisi quod erga indignos: sed hoc tanto laudabilius. Ibi enim personæ amplitudo vel sensu carentia saxa ad beneficentiam permovisset: hic autem e contrario etiam sensu præditas mentes languere cogeret vilitas eorum quibus ministrabatur. Cum ergo hæc ita essent, et tu nihilominus secus agere visa fueris; vide quam laudem merearis. Suscepimus itaque, egregia virgo, misericordiam, et jure te laudamus, amplectentes simul et collaudantes alia tua ornamenta, temperantiam, incomptam comam, neglectam vestem, in alios quoque beneficentiam, amorem castimoniæ, et quod de ea nunquam reprehensa fueris ab ullo mortalium. O præclaras actiones tuas! o Deo charum et senile caput! Efloruisti in medio spinarum, sicut rosa: odorem dedisti in medio nationis pravæ atque perversæ, tanquam rectum lilium. Quid reliquum est? Ut salva permancas etiam in posterum absque offensione, servansque cætera omnia Domini mandata: ut nec prorsus jures Domini nomen, nec ullum aliud contemnas ex mandatis. Hoc autem dico, non quasi te culpæ obnoxiam

Digitized by Google

esse deprehenderim, sed quod in omnibus perfectam te esse cupiam, et promissa inde bona consequi. Salutat te frater Nicolaus; et ego Dominum ac consobrinum tuum.

A ἄλλο παραθεωρεῖν τῶν ἐντεταλμένων· τοῦτο δὲ λέγω οὐχ ὡς καταλαμβανόμενός σε ὑπαιτιᾶσθαι· ἀλλ' ὡς ἔχων ἐν ἐφέσει τοῦ ἐν πᾶσιν ἄρτιον εἶναι, κἀντεῦθεν ἐπιτυχεῖν τῶν ἐν ἐπαγγελίαις ἀγαθῶν· ὁ ἀδελφὸς Νικόλαος προσαγορεύει· κἀγὼ τὸν Κύριον καὶ ἀδελφιδοῦν σου.

XCV. — *Basilio præposito.*

ϞΕ'. — *Βασιλείῳ ἡγουμένῳ.* [χ'.]

Dolenti quod Iconomachis consenserit, ac resipiscenti, pœnitentiam indicit.

In his quæ scripsit reverentia tua, frater, in pœnis ultro subeundis, acquiescere se significavit, et ad meliora porro ferri : quemadmodum non tabellarius modo edocuit, sed et ante ipsum reverendissimus frater noster Petrus, et idem amicus tuus : ob quæ gavisus sum ego humilis et gratias egi. B Neque enim leve est aut contemnendum quod admisimus, vir optime, cum negatoribus imaginis Christi communicando, sed ingens piaculum, et plane cum fidei negatione conjunctum : quoniam imaginis negatio ad prototypum ascendit : et huic ipsi negationi Christi communicarunt, quotquot quomodocunque communicarunt. Postquam vero iterum confessus es, sivisse te, metu persequentis, ut imagines e medio tollerentur, gravius istud flagitium est. Quod autem et subscripsisse te ais, consummata iniquitas et negatio est. Quid agendum igitur, cum et salutis remedium quæras, nec ferre te posse dicas exiguum illud quod adjiciendum pœnæ restat, valetudinem obtendens, atque hoc et illud potius subire præoptans? Utrinque in magnas angustias adducor; hinc amore fratris, ne te deseram : inde gravitate sceleris, ne medicamentum minuam. Attamen vehementius charitate impulsus hæc cum timore ac tremore definio. Uno adhuc anno, frater, sacris mysteriis abstine, ob geminum delictum, sanctarum imaginum eversionem dico, et subscriptionem impiam. Subscriptio enim est, vel si modo adductus es ut crucis signum pingeres. Easdem interim preces perages ac genuflexiones, citra morbum. Quoniam autem exigua plane pœna reliqua est, congrua in pauperes pecuniæ erogatione æqualem repende compensationem. Quantam autem esse illam oporteat, declarabit.....

Ἐν οἷς γέγραφεν ἡ τιμιότης σου, ἀδελφὲ, ὑπέδειξεν ἑαυτὴν εὐδοκοῦσαν ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις, καὶ ἐπειγομένην πρὸς τὰ κρείττονα· καθὰ ἐξεδίδαξεν οὐ μόνον ὁ γραμματηφόρος· ἀλλὰ γὰρ καὶ πρὸ αὐτοῦ ὁ τιμιώτατος ἀδελφὸς ἡμῶν Πέτρος ὁ καὶ σοὶ φιλούμενος· ἐφ' οἷς ἥσθην ὁ ταπεινὸς καὶ ηὐχαρίστησα. Οὐ γάρ τι μικρόν τε καὶ εὐκαταφρόνητον ὃ πεπόνθαμεν, ὦ τᾶν, ἐπὶ τῇ ἀρνήσει τῆς Χριστοῦ εἰκόνος κεκοινωνηκότες· ἀλλὰ καὶ λίαν ἔκτοπον καὶ ἀρνητικὸν ἀριδήλως τῆς πίστεως· διότι ἡ τῆς εἰκόνος ἄρνησις ἐπὶ τὸ πρωτότυπον ἀναβαίνει· καὶ ταύτῃ τῇ ἀρνήσει Χριστοῦ, πάντες οἱ ὁπωσοῦν κεκοινωνηκότες, κεκοινωνήκασιν. Ἐπεὶ δὲ πάλιν ἐξηγόρευσας, καὶ ἐπιτρέψαι δέει τοῦ διώκοντος ἀφανίσαι εἰκόνας· χαλεπώτερον τὸ ἀνόμημα· ὅτι δὲ καὶ ὑπογράψαι ἔφης, ὁλόσωμος ἡ ἁμαρτία καὶ ἡ ἄρνησις. Τί οὖν δεῖ ποιεῖν, ὅτι καὶ ἐπιζητοίης τὸ τῆς ὑγιείας φάρμακον, καὶ οὐ φέρειν πάλιν φῂς τὴν κατ' ὀλίγον ἐπίθεσιν· ἀσθένειαν προβαλλόμενος, καὶ τοῦτο κἀκεῖνο μᾶλλον εἰσδέξασθαι προαιρούμενος; Στενά μοι ἑκατέρωθεν, καὶ ἐῶντι διὰ τὸ φιλάδελφον· καὶ σμικρύνοντι τὸ φάρμακον διὰ τὸ τῆς ἁμαρτίας μέγεθος. Ὅμως συμπιεζόμενος μᾶλλον τῇ ἀγάπῃ ὁρίζω σὺν φόβῳ καὶ τρόμῳ τάδε· ἓν ἔτος ἄλλο ἀπόσχου, ἀδελφὲ, τῶν ἁγιασμάτων, ἐφ' ἑκατέροις τοῖς συμπτώμασι, τῆς τῶν ἁγίων εἰκόνων κατενέξεως λέγω, καὶ ἀσεβοῦς ὑπογραφῆς· ὑπογραφὴ γὰρ κἂν ὅτι μόνον ἑάλως σταυρὸν χαράξαι· ποιῶν καὶ τὰς προσευχὰς τὰς αὐτὰς καὶ γονυκλισίας, ἄνευ ἀσθενείας. Ἐπειδὴ δὲ ὀλίγον λίαν τὸ ἐπιτίμιον, ἐπιδόσει ἐλεημοσύνης ἱκανῆς, ἀντισηκοῦσαν συνεισένεγκε τὴν ἀντιστάθμησιν. Ὑπόσης δὲ ταύτης, δηλώσει....

XCVI. — *Niceteæ curatori* (*).

ϞϚ'. — *Νικήτᾳ κουράτωρι.*

..... convenienter: atque adeo dicendum erit : D Non est manifestatus Deus in carne : quo quid esse potest Judaicum magis? Hæc pro epistolæ brevitate dicta sint. Quod si Deus dederit nos tandem invicem coram intueri, tunc tibi tot proferentur placita veritatis, de pictura et adoratione sanctarum imaginum, quot vix aures tuæ, vir reverende, capere possint.

... ἀραρότως· καὶ οὕτως ἀνάγκη λέγειν· οὐκ ἐφανερώθη Θεὸς ἐν σαρκί· οὗ τί ἂν γένοιτο Ἰουδαϊκώτερον; ταῦτα ὡς ἐν ἐπιστολῆς μέτρῳ λέλεκται. Ἐὰν δὲ δῷ Θεὸς ὀψέ ποτε ἰδεῖν ἡμᾶς ἀλλήλους, τότε τοσαῦτά σοι λαληθήσεται ἀληθείας δόγματα περὶ τε γραφῆς καὶ προσκυνήσεως τῶν ἁγίων εἰκόνων, ὅσα οὐδὲ τὸ τίμιόν σου οὖς δυνηθείη ἀκοῦσαι.

XCVII. — *Basilio filio spirituali.*

ϞΖ'. — *Βασιλείῳ υἱῷ πνευματικῷ.*

Præcipue ad fratrum curam hortatur.

Optabamus cum domno Gregorio et te illic intue- Ἐπεθυμοῦμεν σὺν τῷ κυρῷ Γρηγορίῳ, καί σε

NOTÆ.

(*) Dogmaticam hanc fuisse apparet.

Digitized by Google

ἐνταῦθα θεωρῆσαι, τέκνον ἠγαπημένον· ἀλλ' ἐπεὶ τοῦτο οὐ γέγονε, γράμμασι παραμυθούμεθα τὴν ἀπόλειψιν· γνωρίζοντές σοι ὅτι ἔχομέν σε ἀεὶ ἐπὶ καρδίας ἡμῶν ταπεινῆς· φιλοῦντες τὴν σωτηρίαν σου τε καὶ τῶν μετὰ σοῦ ἀδελφῶν, καὶ τέκνων. Καὶ γὰρ πατρὶ κλέος, υἱοῦ εὐδοξία· καὶ αὔχημα ἱερὸν, τὸ ὑϊκὸν σεμνολόγημα. Παρακαλῶ οὖν σε ἐν Κυρίῳ ἔχεσθαι οὐ μόνον τῆς οἰκείας εὐσταθείας, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἀδελφῶν ἐπιμελείας ποθούμενον καὶ ποθοῦντα· στεργόμενον καὶ στέργοντα. Ὅπου γὰρ ἀγάπη πνευματικὴ, ἐκεῖ ἐν μέσῳ Χριστὸς, καθὰ ἐπηγγείλατο. Ὡς καλὸς καθηγητὴς, ἄγε τοὺς ἄρνας Χριστοῦ· συμπαθῶς πεφεισμένως ὀνειρόμενος αὐτῶν ὡς οἰκείων μελῶν· οἶδας τίς εἶ, ὅτι ἀπροσπαθής· ὅτι συμπεριφερόμενος· ἀλλ' οὖν ὅτι καὶ ἀκριβολογούμενος, περὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. Εἶεν ἁπάντων ἡ ψυχὴ μία διὰ τοῦ πάντα εἶναι κοινά. Εἶεν ἐξαγόρευσις ἐπείπερ πᾶν τὸ φανερούμενον φῶς ἐστιν, ὡς καὶ τὸ ἔμπαλιν· εἶεν ὑπακοὴ, ὑφ' ᾗ ὁ λῃστὴς εἴσοδον ἐξαπάτης οὐχ εὑρίσκει· εἶεν ταπείνωσις, ἣν ἀμπεχόμενος ὁ Θεὸς ἄνθρωπος γέγονε, θεοὺς ἐντεῦθεν τοὺς ἀνθρώπους δημιουργῶν. Ὦ καλὲ Βασίλειε, τὴν παρακαταθήκην φύλαξον· ἐκτρεπόμενος τὰ πονηρά· ἐγκολπούμενος τὰ θεῖκά· τύπος ἀγαθοεργίας πάσῃ προκείμενος τῇ ἀδελφότητι· καὶ οὕτως ὃ σε ἀθετῶν, ἀθετεῖ Θεόν· καὶ ὁ ὑπείκων σοι, ὑπείκει Θεῷ. Μνημόνευέ μου τῆς ταπεινώσεως σὺν τοῖς ἀδελφοῖς.

ri, fili dilecte : sed quando id minime factum est, litteris desiderium mitigamus : ut intelligas a nobis humilibus gestari te semper in sinu ; tuam enim salutem optamus, et eorum qui tecum sunt fratrum ac filiorum. Enimvero filii gloria, laus patris est : et pie exsultandi causa, vita filiorum gravis et composita. Obsecro te itaque in Domino, ut non propriæ modo stabilitati consulas, sed et fratrum curam geras : ut et ab iis diligaris et eos vicissim diligas, ut ameris et ames. Ubi enim charitas spiritalis, ibi Christus in medio, sicut pollicitus est [99]. Tanquam egregius ductor, Christi oves agito : commiseratione quadam atque indulgentia ipsas ceu propria membra diligens. Nosti qui sis, expers scilicet pravæ affectionis, insigni facilitate et comitate, exacta morum disciplina, et observatione mandatorum Dei. Omnium sit anima una, ut sint communia omnia : sit animi manifestatio, quandoquidem omne quod in aperto est, lux est : et vice versa. Sit obedientia : quæ si est, nullum fur invenit decipiendi locum : sit humilitas, quam Deus amplexus homo factus est, ut homines vel sic deos efficeret. O egregie Basili, serva depositum, prava respuens, divina complectens : tanquam recte agendi forma toti fraternitati propositus. Sic enim qui te spreverit, Deum spernit : et qui tibi paruerit, Deo paret. Memor esto una cum fratribus humilitatis meæ.

ΚΗ'. — *Τοῖς ἠγαπημένοις ἀδελφοῖς Γρηγορίῳ, Ἰεζεχιὴλ, Ἐράστῳ, Θεοφάνει, Ἀνίκᾳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἐν Ἑλλάδι.*

XCVIII. — *Dilectis fratribus, Gregorio, Ezechieli, Erasto, Theophani, Aninæ, et reliquis in Græcia.*

Monasticæ vitæ præcepta dat, præcipue de paupertate.

Καιρὸς τοῦ λαλεῖν, καὶ καιρὸς τοῦ σιγᾶν. Ἐπεὶ οὖν τοῦ δευτέρου ὁ λόγος ἐν ταῖς προλαβούσαις ἡμέραις· εἶπω δὲ καὶ ἐν αἷς τὸ παρόν. Διὰ τοῦτο μόλις καὶ ἄρτι ἐξεληλυθότες τῆς πόλεως εὐδοκίᾳ Θεοῦ, φθεγγόμεθα ὑμῖν, πατέρες καὶ ἀδελφοί· φθεγγόμεθα δὲ ἀποστολικαῖς φωναῖς· *Χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε, καὶ πάλιν ἐρῶ, χαίρετε*· οὐ κατὰ τὴν χαρὰν τοῦ τῇδε κόσμου· πλὴν ὅτι οὐδὲ χαρὰ, ἀλλὰ πάνυ θλῖψις, ἀτακτοῦντος τοῦ ὑπηκόου. Ἀλλὰ χαίρετε κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης, ὅτι ἐλυτρώθητε ἐκ τῆς δουλείας τοῦ ἐχθροῦ, ἐκ τῆς ματαίας ἀναστροφῆς, ἀπὸ σαρκὸς καὶ αἵματος, δουλεύοντες Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ· ἐξ οὗ καὶ ὁ πρότερος κατὰ τὸν διωγμὸν μακαρισμὸς, καὶ ὁ νῦν ξενισμός· ὧδέ τε κἀκεῖσε διεσπαρμένων ὑμῶν, ἕως οὗ ἐπίδοι Κύριος εἰρήνην βραβεύων τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἀποκαθιστῶν ἡμᾶς ἐπὶ τὸ αὐτό.

Tempus loquendi, et tempus tacendi [1]. Quandoquidem igitur posterior sententiæ pars locum habuit superioribus diebus, dicam et nunc quæ fert præsens conditio. Idcirco ægre nunc tandem urbe egressi Dei beneficio, vos alloquimur, Patres fratresque. Alloquimur autem verbis Apostoli : *Gaudete in Domino semper, et iterum dicam, gaudete* [2] ; non secundum hujus mundi gaudium : neque enim gaudium, sed gravis afflictio est, ubi subditus flagitiose vivit. Sed gaudete secundum Spiritum sanctitatis, quoniam ab hostili captivitate redempti estis, ab inani conversatione, a carne et sanguine, servientes Deo vivo ac vero : ex quo tum prior illa ex persecutione felicitas, tum istud quod nunc perfertis exsilium, huc atque illuc dispersi, donec respiciat Dominus, pacem Ecclesiæ suæ concedens, nosque in unum concilians.

Τὸ δὲ νῦν ἔχον δέομαι ὑμῶν, ἀδελφοὶ, *ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως ἧς ἐκλήθημεν· μετὰ πάσης* ἀσφαλείας καὶ προσοχῆς· μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ ὑπακοῆς τῆς εἰς ἀλλήλους· ἔχοντος τοῦ προηγουμένου τὸν τόπον τῆς ἀρχῆς, οὐκ εἰς ἔπαρσιν δαιμονικὴν, ἀλλ' εἰς τύπον ἀρετῆς τῶν ἑπομένων, καὶ τῶν δὲ ὑπεικόντων καὶ πειθομένων, ὡς ἐμοὶ τῷ ἀναξίῳ, μᾶλλον δὲ Χριστῷ, δι' ὃν καὶ τὸ πᾶν τοῦ

In præsenti autem rerum statu, oro vos, fratres, *ut digne ambuletis vocatione qua vocati sumus, cum omni* [3] diligentia et attentione, cum omni humilitate et obedientia invicem : præfecturæ locum tenente præposito, non ad diabolicam elationem animi, sed ad virtutis exemplum alumnis, iisque qui ipsi obtemperant ac morem gerunt tanquam mihi indigno, vel Christo potius, propter quem et vita

[99] Matth. xviii, 20. [1] Eccle. iii, 8. [2] Philip. iv, 4. [3] Ephes. iv, 1.

Digitized by Google

omnis, et voluntaria mors quotidiana, o filii, magnum salutis mysterium est. Videte quemadmodum degatis : non ut vitiis obnoxii, sed ut expertes vitiorum : non ut carnis, sed ut Dei amatores. Ne oculos in feminarum ora conjicite : sed neque erga vos invicem liberiores in agendo estote. Est enim licentia, ignis animum perurens. Mortem animo semper cogitate, ut sitis ad egressum ex vita parati et alacres. Traditiones servate : quæ sunt præstituta perficite, tum quæ psalmodiam attinent, tum quæ orationem et quidvis aliud. Nolite aurum vobis ipsis colligere, ut, cum eritis in unum coacti, propinquis et amicis illud tribuatis : quoniam monasterio cura est rerum nostrarum. Non est hoc filiorum Dei, sed eorum qui ea quæ carnis sunt sapiunt. Quomodo igitur? ut in communem usum conferatur : et quidquid contigerit, fraternitati tribuatur : ut ex multorum symbola res cœnobii constituatur. Hæc a me idcirco dicta sunt, quod ad nos fama detulit esse quosdam qui jam nunc ita statuant : Hoc pecus, inquiunt, et hoc indumentum, sive quidpiam aliud, volo tali relinquere! O miseriam! o dementiam! Atqui non est e filiorum numero qui ejusmodi est, nec frater, sed alienus, sed sacrilegus, cujus sors cum Giezi fure....

βίου καὶ ὁ καθ' ἡμέραν προαιρετικὸς θάνατος, ὦ τέκνα, μετὰ τὸ τῆς σωτηρίας μυστήριον. Βλέπετε πῶς ἀναστρέφεσθε, μὴ ὡς ἐμπαθεῖς, ἀλλ' ὡς ἀπαθεῖς· μὴ ὡς φιλόσαρκοι, ἀλλ' ὡς φιλόθεοι. Μὴ ἐπιβάλλοιτε τὰ ὄμματα ὄψεσι γυναικῶν, ἀλλὰ μηδὲ εἰς ἑαυτοὺς εἶητε παῤῥησιάστικοι. Παῤῥησία γὰρ πῦρ καταφλέγον ψυχήν. Μελετᾶτε τὸν θάνατον ἀεί, ὡς ἂν εἶητε παρεσκευασμένοι πρὸς τὴν ἔξοδον ἐν χαρᾷ. Τὰς παραδόσεις κρατεῖτε· τὰ ὡρισμένα τελεῖτε, κατά τε ψαλμῳδίαν καὶ προσευχὴν καὶ εἴ τι ἕτερον. Μὴ θησαυρίζητε ἑαυτοῖς χρυσίον εἰς τὸ ἐν καιρῷ ἐπισυναγωγῆς παρασχέσθαι αὐτὸ ἰδίοις καὶ φίλοις· ὡς ὅτι τὸ μοναστήριον φροντίσει τὰ καθ' ἡμᾶς. Οὐ τέκνων Θεοῦ τοῦτο, ἀλλὰ σαρκοφρόνων· πῶς δέ; ἵνα τὸ κατὰ θρείαν γένοιτο· καὶ τὸ φθάσαν εἶναι προσενεχθῇ τῇ ἀδελφότητι· ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ συστατικὸν εἴη τοῦ κοινοβίου. Ταῦτα δέ μοι εἴρηται ἐπειδὴ ἠκουσται ὅτιπέρ τινες ἤδη ἀπεντεῦθεν ὁρίζονται. Τόδε, φησί, τὸ ζῶον, καὶ τόδε τὸ ἱμάτιον, εἴτ' οὖν ἕτερον, βούλομαι τῷ δεῖνι ἐᾶσαι. Ὦ τῆς ἀθλιότητος! ὦ τῆς ἀφροσύνης! Οὐκοῦν οὔτε τέκνον ὁ τοιοῦτος, οὔτε ἀδελφός· ἀλλ' ἀλλότριος, ἀλλὰ ἱερόσυλος, οὗ ἡ μερὶς μετὰ Γιεζῆ τοῦ κλέπτου . . . . . .

XCIX. — *Abrahamio hospitalario.*

ιθ'. — Ἀβραμίῳ ξενοδόχῳ.

Hortatur ad lenitatem erga subditos.

..... obscuratur sic faciendi metu. Nam Dei timore nihil est majus : et nihil animi salute magis necessarium. *Quid enim proderit homini*, inquit, *si lucretur mundum totum, et detrimentum animæ suæ faciat* [a]? Et medicum quæri par est in adversa corporis valetudine, et in tempestate gubernatorem. Annon vides magnam esse tempestatem et plagam divinitus immissam? Medere, domine, rege, ut et teipsum serves incolumem, et eos qui rei sunt sanes, et ad stabilitatem reducas, minas cohibens, cum et ipse in corpore sis et lapsui obnoxius. Sic enim et propitio uteris Deo. Deo autem protegente quis afficere malo possit? Memento, domine mi, quod et ipse caro es, et ut lapsum metuis, lapsis ignosce : *Eadem quippe mensura qua mensi fuerimus, remetietur nobis* [b]. Memento, frater optime, quod hodie sumus, nec scimus *quid superventura pariat dies* [c] : ut ne inveniamur notati cum dedecore ac maledicti, tum in præsenti sæculo, tum in futuro. Memento horrendæ illius inexorabilisque sententiæ, qua imminericordes in ignem inextinctum mittentur. Memento fore ut nobis sistantur ob oculos ii, qui fuerint a nobis aut beneficio aliquo aut damno affecti. Ecquid tum proderit egregia per hanc vitam fama fuisse? Ne sic, obtestor, nostro nos ipsi gladio jugulemus. Hæc tui peramans dico, maximeque de te, domine, sollicitus, ut finem dicendi faciam. Lætos posthac nuntios audiam de comitate in erudiendo ac facilitate domini mei : ut cantem, ut intelligam quantopere mihi deinceps amicus meus

. . . . . συσκιάζεται φόβῳ οὕτω διαπράττεσθαι. Φόβου γὰρ Θεοῦ οὐδὲν μεῖζον, καὶ σωτηρίας ψυχῆς οὐδὲν ἀναγκαιότερον. *Τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπον*, φησίν, *ἐὰν ὅλον τὸν κόσμον κερδήσῃ, καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ*; Καὶ ὁ ἰατρὸς ἐν ταῖς περιστάσεσι ζητητέος· καὶ ὁ κυβερνήτης ἐν τῷ κλύδωνι. Ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅτι κλύδων μέγας καὶ θεομηνὶς πληγή; ἰάτρευσον, δέσποτα, κυβέρνησον, ἵνα καὶ σεαυτὸν σώσῃς, καὶ τοὺς ὑπαιτίους ἐξιάσῃ, καὶ ἀναστοιχειώσῃς εἰς εὐστάθειαν, ἀνεχόμενος τὴν ἀπειλήν, ὡς καὶ αὐτὸς ὢν ἐν σώματι καὶ ὑπὸ τὸ πταιστόν. Οὕτως γὰρ καὶ Θεὸν κτήσῃ ἵλεω. Θεοῦ δὲ περιέποντος τίς ὁ κακώσων; Μνήσθητι, Κύριέ μου, ὅτι σὰρξ εἶ καὶ αὐτός· καὶ ὡς φοβῇ τὰς πληγάς, φείδου τῶν πληγῶν· *Ἐπείπερ οἷῳ μέτρῳ μετροῦμεν, ἀντιμετρηθήσεται ἡμῖν*. Μνήσθητι, ἀδελφὲ καλέ, ὅτι σήμερόν ἐσμεν, καὶ *τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα οὐκ οἴδαμεν*· ὡς μὴ εὑρεθῆναι ἡμᾶς κωμῳδουμένους καὶ κατηραμένους, καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Μνήσθητι τῆς ἀποφάσεως ἐκείνης τῆς φοβερᾶς καὶ ἀπαραλογίστου, ὑφ' ἧς οἱ ἀνελεήμονες εἰς πῦρ ἄσβεστον ἐκπεμφθήσονται. Μνήσθητι ὅτι παραστήσονται ἡμῖν τὰ εὖ πεπονθότα πρόσωπα, καὶ τὰ δεινοπαθήσαντα ὑφ' ἡμῶν. Καὶ τί ὠφελήσει τότε τὸ ἐνταῦθα ἀκοῦσαι ἡμᾶς ἱκανούς; Μή, παρακαλῶ, μὴ οὕτως εἰς ἑαυτοὺς τὸ ξίφος ὠθῶμεν. Φίλων λέγω καὶ μάλα κηδόμενος, δέσποτα, τέλος τοῦ λόγου. Ἀκούσαιμι ἀπὸ τοῦ νῦν ἀγαθὰς ἀκοὰς καὶ φιλανθρώπως παιδευτικὰς περὶ τοῦ ἐμοῦ Κυρίου· ἵνα ᾄσω, ἵνα γνῶ ὡς ὑπακουόμενος ἔσομαι καὶ πρὸς τὸ ἑξῆς ὑπὸ τοῦ ἐμοῦ

[a] Marc. VIII, 36. [b] Luc. VI, 38. [c] Prov. XXVII, 1.

Digitized by Google

φλου. Ἤδη γὰρ οἱ γειτνιάζοντες ἡμῖν ἐνταῦθα ἔμφοβοι καὶ ἔντρομοί εἰσιν ἐξ ὧν ἀκούουσι· καίπερ μὴ ἐπταικότες τι. Τύραννός ἐστιν ὁ ἐρχόμενος· μάχαιραν ἐπιφέρεται· πτωχὸς οὐχ ὑποίσει ἀπειλήν· οὐχ ἵνα ἀνταγωνίσηται, δέχεται, κἂν μὴ βούλοιτο, ἐπὶ τούτῳ οὐχ ὑπεύθυνος· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ καταληφθεὶς οὕτως, δυνηθείην ἂν ἑτέρως δρᾶσαι. Ἐὰν δὲ πέρα τούτῳ τὸ αἴτιον, καλῶς· ἀλλὰ καὶ οὕτως συμπαθῶς ὡς ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου· ἐξ οὗ καὶ εὐσταθήσει μᾶλλον τὸ ὑπήκοον, δουλούμενον εὐνοίᾳ τοῖς νικοποιοῖς βασιλεῦσιν.

A obsequetur. Jam enim et qui hic in nostra vicinia sunt, pavent ac contremiscunt ob ea quæ ad ipsos perferuntur, etsi nusquam offenderint. Tyrannus imminet, gladium intentat, non sustinebit minas pauper. Non quo reluctetur : sed excipiet vel invitus, in hac re minime reprehendendus : neque enim ego si sic comprehensus sim, possim aliter facere. Si vero hic deinceps in culpam incidat, recte : sed et tum cum quadam commiseratione, tanquam in oculis Domini : ex quo subditus magis confirmabitur ut ex benevolentia victoribus imperatoribus serviat.

P'. — *Ὑπάτῳ τέκνῳ.* [χιγ'.]

C. — *Hypato filio.*

Jacobum monachum, egregium Christi confessorem, defunctum laudat. (Baron. an. 818, n. 25.)

Οὐκ ἀπαθῶς καὶ ἡμεῖς οἱ ταπεινοὶ ἐδεξάμεθα, ὦ τέκνον, τὴν ἱερὰν κοίμησιν Ἰακώβου τοῦ ὁμολογητοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἀδελφοῦ ἀξιεράστου· ἀλλ' οὖν οὐδὲ ἀπεριχαρῶς. Τὸ πρῶτον διὰ τὸ πνευματικὸν φίλτρον· τί γὰρ ἡ υἱὸς, καὶ υἱὸς τηλικοῦτος, οὗ ἐγὼ διὰ τὰς ἁμαρτίας οὐδὲ παῖς καλεῖσθαι ἄξιος; Τὸ δὲ διὰ τὴν ἐλπίδα, μᾶλλον δὲ διὰ τὸ λυσιτελὲς, καὶ οὐχ ἡμῶν μόνον, ὧν ὡς μέλος κόσμος ἱερὸς καθίστασθαι πέφυκεν· ἀλλὰ γὰρ καὶ πάσης τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. Τί γὰρ οἴει τὸν ἄνδρα; ἀλλ' οὐχ ὁμολογητήν; ἀλλ' οὐχὶ μάρτυρα; ἀλλ' οὐχ ὅσιον; Ἐκ νεότητος ἤθλησεν ἀσκητικῶς, ὑποταγεὶς ἐννόμως, κατὰ παθῶν ἀνδρισάμενος, παρθένον τὸ σῶμα φυλάξας, ὀι' ὑπωπιασμῶν ἐγκρατικῶν καὶ δουλαγωγιῶν· οὕτως ὡς ἔτυχεν ἐσθίων, οὕτως καθεύδων, ἔτι ὑγιαίνων, ὡς ξενίζειν τοὺς ὁρῶντας ὑποχωρητικὸς ὡς τὰ πολλὰ, ἐφ' ὅσον οἷόν τε, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἐπαναγόμενος, κἀντεῦθεν πτερῶν ἑαυτὸν πρὸς τὸν οὐράνιον ἔρωτα. Καὶ μή τις νομίσειεν ὑποπλάττεσθαί με ψυχαγωγίας ἕνεκεν τῶν ἀκουόντων λόγους· μάρτυς Θεὸς καὶ ὁ ἐκείνου παιδαγωγὸς Λουκιανὸς ὁ ἱερὸς, κἂν δυσανέγερτος· ἐξ οὗ μοι καὶ ἡ τῶν ἀγνοουμένων δήλωσις. Ταῦτα ὡς ἴνδαλμά τι σχέδιον τῆς ἀσκήσεως.

B Nec nos humiles sine dolore, fili, accepimus sacram dormitionem Jacobi confessoris Christi, et amabilis fratris nostri, nec porro sine lætitia. Illud quidem ex spirituali affectu : quid enim ille nisi filius, et talis filius cujus ego propter peccata mea ne filius quidem dici merebar? hoc vero spei causa vel utilitatis : nec nostræ duntaxat, quorum ille velut membrum sacer ornatus futurus erat? verum etiam totius Dei Ecclesiæ. Quid enim? qualem virum censes? annon confessorem? annon martyrem? annon sanctum? A primis annis in asceticæ vitæ laboribus desudavit legitime subditus, obediens, adversus animi motus viriliter pugnans, incorruptum corpus afflictionibus custodiens, quibus illud continebat, et in servitutem redigebat, sine delectu comedens et dormiens cum adhuc sanus esset, ita ut in admirationem raperet intuentes : secessum colens ut plurimum et quoad poterat, et seipsum colligens, atque ad cœlestem amorem inde assurgens. Ac ne quis hæc a me fingi existimet animi gratia propter illos qui hæc audient : testis est Deus, et qui ejus pædagogus fuit sacer Lucianus, quamvis ægre produci possit, a quo mihi eorum quæ nesciebam facta explicatio. Atque hæc velut rude quoddam specimen asceticæ disciplinæ.

C

Ἐπὶ δὲ τῆς ὁμολογίας πόσον καὶ ἡλίκον θέατρον ἐγενήθη καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις. Ὦ τῆς εὐθύμου καὶ θεοφιλοῦς καρδίας! εἰσῆλθεν εἰς τὸ στάδιον ὡς Χριστοῦ στρατιώτης, ἀδείλαντος, ἀτρέμας· ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν οἱ ὑπηρέται τοῦ σκότους κατέξαναν ταῖς πληγαῖς νῶτα, στέρνα, βραχίονας· ἐξέχεαν αἵματα, ὑπέτεμον σάρκας, εἴασαν εἰς γῆν ἐρριμμένον τὸν ἅγιον, μὴ προέμενον ῥῆμα ἀριστερὸν τὸ καθόλου, ἀλλὰ θεοτελῆ τὴν μαρτυρίαν ποιούμενον· καὶ ταῦτα ὑπὲρ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν. Τὸ γὰρ περὶ τῆς ἁγίας αὐτοῦ εἰκόνος ἐναθλεῖν, ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκείνου ἐστὶ μαρτυρεῖν. *Ἀκουσάτωσαν πρᾳεῖς καὶ εὐφραν θήτωσαν·* χορευσάτωσαν φιλομάρτυρες καὶ γεγηθέτωσαν· αἰσχυνέσθω διάβολος· πιπτέτω εἰκονομάχων στίφος· ἐκ τῶν ἔργων ἀμφοτέρων θεοκελεύστως ἐπιγνώσατε ἀμφοτέρους. Οἱ μὲν γὰρ οὐ τόνδε μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ πολλοὺς τῶν ἡμετέρων, καὶ οὐχ ἡμετέρων, ἡμετέρων δ' οὖν ὅμως·

D In confessione autem quantum et quale spectaculum factus est et angelis et hominibus! O generosum Deoque charum cor! Ingressus est stadium tanquam Christi miles impavidus, intrepidus : hic et inde tenebrarum ministri terga verberibus laniarunt, pectora, brachia : sanguinem hauserunt, carnes conciderunt, stratum humi sanctum reliquerunt, cum sinistram vocem nullam prorsus emitteret, sed martyrium Deo acceptum expleret, et hæc pro Christo Filio Dei ac Deo nostro. Nam pro sancta ejus imagine decertare, pro ipso est martyrium pati : *Audiant mansueti et lætentur*[7]; exsultent martyrum amatores et tripudient : confundatur diabolus : concidat iconomachorum caterva, ex utrorumque operibus, juxta divinum mandatum[8], utrosque agnoscite. Hi enim non hunc solum, sed et multos e nostris, ac non nostris, sed nostris tamen; siquidem omnes unum corpus

[7] Psal. xxxiii, 2. [8] Matth. vii, 20.

Digitized by Google

sumus in Christo Jesu qui est caput omnium ; pariter divexarunt, occiderunt, inedia enecarunt, et quæcumque alia consecuta sunt. Ille vero ex diversis illis vulneribus membris omnibus solutus, et artubus laxatus, et corpus acerbissimis doloribus chirurgicæ curationis subjecit, et fractus inde ad finem usque tanquam quotidie moriens vitam traxit, et quidem cum gratiarum actione, atque adeo cum humilitate. Quod si, ut scribis, suum etiam obitum prædixit, hoc ipsum erat consequens ex certaminibus. Quia vero adjecisti maximum ad funus concursum fuisse etiam illustrium utriusque generis; id quoque facit ad testificationem eorum quæ dico. Neque enim nisi Dei nutu ad hominem obscurum secundum carnem talis factus concursus esset. Ille igitur in cœlum abiit, et appositus est ad commilitones : auctusque est chorus confessorum ac martyrum priorum, ex quo gaudium est in cœlo et animi lætitia, cujus precibus salvemur, fratres : ipse autem dignam obsequii sui mercedem nanciscatur. Beati autem et qui convenerunt, revera pii, revera martyrum amatores, quorum pars cum eo sit quem extulerunt. De venerandis ejus reliquiis, sicut scripsi de canone, faciam si Domino placet : *Salutate invicem in osculo sancto*[9]. Etenim omnibus fratribus hæc legenda. Salutat vos dominus archiepiscopus, protopresbyter, œconomus, et reliqui fratres. Dominus sit vobiscum. Amen.

A ἐπειδὴ οἱ πάντες ἐν σῶμα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ὄς κεφαλὴ πάντων· ὡσαύτως ἡκίσαντο, ἔκτειναν, ἐλιμαγχονήσαντο, καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ἑπόμενα. Ὁ δὲ ἀπὸ τῶν δυσφορωτάτων ἐκείνων πληγῶν παραλυθείς, καὶ ἐξαρθρωθείς, καὶ χειρουργεῖται ἀνίαις δριμείαις τὸ σῶμα, καὶ ἔκτοτε μέχρι τέλους ἐντεῦθεν διαλελυμένος, ὡς καθημέραν ἀποθνήσκων διετέλει, καί γε ἐν εὐχαριστίᾳ, καί γε ἐν ταπεινοφροσύνῃ. Εἰ δὲ, ὡς σὺ φῄς, καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ προηγόρευσε, καὶ τοῦτο ἀκόλουθον τῶν ἄθλων. Ἐπειδὴ δὲ προσεῖπας καὶ πολυάνθρωπον συνδρομὴν γενέσθαι τῆς κηδείας, καί γε ἀπὸ τῶν περιφανῶν κατ' ἀμφότερα, ἔτι μαρτύριον τοῦ λόγου. Οὐ γὰρ ἂν εἰς ἄνθρωπον ἀφανῆ τὸ κατὰ σάρκα, εἰ μὴ Θεοῦ νεύσει, ἡ τοιαύτη συνάθροισις ἐγεγόνει. Ἐκεῖνος μὲν οὖν μετέδη πρὸς οὐρανὸν, καὶ προσετέθη τοῖς συνάθλοις, καὶ ηὔξησεν ὁ χορὸς τῶν ἀπ' αἰῶνος ὁμολογητῶν καὶ μαρτύρων. Ἐφ' ᾧ χαρὰ ἐν οὐρανῷ καὶ θυμηδία, οὗ ταῖς εὐχαῖς σωθείημεν, ἀδελφοί· εὕροι τε μισθαποδοσίαν ἀξίαν τῆς ὁσίας ἐξυπηρετήσεως αὐτοῦ. Εὐλογημένοι δὲ καὶ οἱ συναγερθέντες, ὡς ἀληθῶς εὐσεβεῖς, ὡς ἀληθῶς φιλομάρτυρες· ὧν μερὶς μεθ' οὗ ἐξεκομίσαντο εἶεν. Περὶ τοῦ τιμίου αὐτοῦ λειψάνου, ὡς γέγραφα περὶ κανόνος, εἰ εὐδοκεῖ Κύριος, ποιήσω· *Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ.* Καὶ γὰρ πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς ἀναγνωστέον. Ἀσπάζεται ὑμᾶς ὁ κύριος ὁ Ἀρχιεπίσκοπος, ὁ πρωτοπρεσβύτερος, ὁ οἰκονόμος, καὶ οἱ λοιποὶ ἀδελφοί. Ὁ Κύριος μεθ' ὑμῶν. Ἀμήν.

B

CI. — *Petro Nicææ.* (*)

C

ΡΑ'. — *Πέτρῳ Νικαίας.* [χιδ'.]

Lapsis tempus ad modum pœnitentiæ præscribit.

De interrogatione Domini præpositi hoc nostrum est consilium, ut usque ad sanctos apostolos solvantur omnes a pœnitentia, et participes fiant sacramentorum : non tamen ut presbyteri munia obeant sacerdotii, quoad conveniat orthodoxa synodus, in qua integra erit absolutio et plena animi lætitia. In communi autem omnes, ut communes monachi, sive sacris initiati sive non, benedicant et benedicantur, et precentur et preces suscipiant. Et quoniam necesse est Missas celebrari ut ordinentur et presbyter et diaconus, qui eorum qui arcentur vices impleant, quorum non invidia sed gratiarum actio innotescat : quandoquidem *alter alterius onera portare*[10] jubemur verbis apostolicis, hoc jam ab omnibus antea palam constituto, ut, si Deus per inscrutabilia justitiæ suæ judicia permiserit persecutionem iterum excitari, perferre omnia usque ad mortem malint, quam prodere veritatem. Ita nos humiles sentimus, atque omnibus respondemus. Quod vero paternæ sanctitati tuæ videbitur, id prorsus recto judicio magis consentaneum.

Αὕτη ἡ παρ' ἡμῶν συμβουλὴ πρὸς τὴν ἐρώτησιν τοῦ κυρίου ἡγουμένου, ἵνα μέχρι τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ λυθῶσι πάντες τοῦ ἐπιστιμίου, μετέχοντες τῶν ἁγιασμάτων· οὐ μέντοι ἐνεργεῖν τοὺς ἱερεῖς τῆς ἱερωσύνης, ἕως ἐλεύσεως ὀρθοδόξου συνόδου, ἐν ᾗ πᾶσα λύσις καὶ πᾶσα θυμηδία. Κοινῶς δὲ πάντες ὡς κοινοὶ μοναχοὶ, εἴτε ἱερώμενοι, εἴτε μὴ, εὐλογείτωσαν καὶ εὐλογείσθωσαν, καὶ εὐχέσθωσαν καὶ εὐχὰς λαμβανέτωσαν. Ἐπειδὴ δὲ ἀναγκαῖον καὶ λειτουργίαν θείαν ἐπιτελεῖσθαι, ἵνα χειροτονηθῇ καὶ πρεσβύτερος καὶ διάκονος, ἀναπληροῦντες τὸν τόπον τῶν εἰργομένων· ὧν οὐχὶ φθόνος, ἀλλ' εὐχαριστία γνωριζέσθω· ἐπείπερ *ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζειν* ἀποστολικῶς διατετάγμεθα. Ἤδη τούτου προδιομολογουμένου ὑπὸ πάντων· τοῦ εἰ παραχωρήσοι θεὸς κατὰ τὰ ἀθεώρητα αὐτοῦ κρίματα τῆς δικαιοσύνης, πάλιν διωγμὸν ἀναφθῆναι· πάντα ἑλέσθαι μέχρι θανάτου, ἢ τὴν ἀλήθειαν προδοῦναι. Οὕτως ἡμεῖς οἱ ταπεινοὶ φρονοῦμεν, ἐπεὶ καὶ πᾶσιν ἀποκρινόμεθα· ὡς δὲ δοκεῖ τῇ πατρικῇ σου ἁγιωσύνῃ, εἴη πάντως τὸ εὐκριτώτερον.

D

CII. — *Evaresto filio* (*).

ΡΒ'. — *Εὐαρέστῳ τέκνῳ.* [χηγ'.]

Apostatam monachum revocat ad officium.

Et gravi angore et cordis mei angustia, addam et lacrymis, epistola hæc ad te, frater : eo quod

Ἐκ πολλῆς θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας μου, προσθείην καὶ δακρύων, ἡ ἐπιστολὴ πρός σε αὕτη,

[9] I Petr. v, 14. [10] Galat. vi, 2.

(*) Paræneticа.

Digitized by Google

ἀδελφέ· διότι ἀκήκοα ἀποθανεῖν σε τὸν τῆς ἁμαρτίας θάνατον. Φασὶ γὰρ ἀπορριψάμενον τὸ ἐπάγγελμα τῆς παρθενίας, τὸ ἔνδυμα τὸ εὐαγγελικὸν, τὸ σεβάσμιον καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις πολίτευμα, λαβεῖν σε γυναῖκα μοιχικῶς, μᾶλλον δὲ τὴν Εὔαν εἰπεῖν κυριώτερον. Αὕτη γάρ σε τοῦ παραδείσου τῆς ἁγίας ζωῆς ἐκβαλοῦσα ἔθετο, εἰς πένθος μὲν ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ σου πατρὶ, εἰς τε αἰσχύνην τῆς ἀγγελικῆς σου ἀδελφότητος, καὶ εἰς ἔπαρσιν καὶ αὔχημα τῷ διαβόλῳ. Ὦ τί γέγονε; φεῦ! πῶς σε ἐχειρώσατο ὁ δράκων; εἰς οἷον δέ σε ἀπέρριψε βάθος δυσωδίας; Τὸ φῶς γέγονας σκότος: ἡ Χριστοῦ εὐωδία ὁ ἱερὸς, μιαρός· ὁ τίμιος, ἄτιμος· ὁ ἔνδοξος, ἄδοξος· ὁ ἄσχετος, τῷ δαίμονι χειροδέσμιος· ὁ φιλητὸς, μισητός· τὸ πρόβατον Ἰησοῦ, θηριάλωτον. Προσθήσω τὰ μείζω. Ὁ δεδιωγμένος ἕνεκεν τῆς δικαιοσύνης, κατειλημμένος ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας· ὁ ὁμολογητὴς, ἀρνητής· ὁ τὸν μακαρισμὸν ἐπὶ κορυφῆς ὡς διάδημα φέρων, ἀφῃρημένος τὸ θαυμαστὸν ὄνομα τοῦ μοναχοῦ.

Οἴμοι! τίς ἀκούσας οὐ στενάξειε; τίς δὲ κατανοῶν οὐ φρίξειεν; ἤσχυνας τὸ μοναχικὸν, ἐφόβησας τοὺς ἑστηκότας, ἐσάλευσας τοὺς ὀκλάζοντας, ἔπιες ποτήριον ἀνομίας, εἵλκυσας τὸ καθ' ἑαυτὸν τοὺς ὁμοταγεῖς ἀπογεύσασθαι τοῦ θανάτου. Ὦ καὶ αὖθις λέγω, τί πέπονθας ἐλεεινέ; πῶς ὁ Ἑωσφόρος ἐσκοτίσθης; πῶς τὸ χρησιμεῦον σκεῦος συνετρίβης; οὐκ αἰδῇ κἂν τὸ ὄνομά σου, ὅτι Εὐάρεστος καλούμενος, Δυσάρεστος ἐχρημάτισας; Οὐ πέρυσι ἦκες πρός με ἐπεὶ καὶ πρὸς τὸν κῦριν τὸν ἀρχιεπίσκοπον ὅλος ὑγιὴς, εὔθυμος, πρόθυμος, ὑπὲρ ἑτέρου μᾶλλον ἀδελφοῦ σου παρακλήτωρ καὶ ἀνορθωτής; πῶς ἐξέλιπες ἐξάπινα; πῶς ἀπετυφλώθης; πῶς ἠμνημόνησας καὶ Θεοῦ καὶ ἡμῶν, τῶν τε προηνυσμένων ἀσκητικῶν σου πόνων καὶ ἱδρώτων· ἐπεὶ ἦς καὶ τῶν χρησίμων, καὶ τῶν ἐν ταῖς ὑπερεχούσαις διακονίαις τεταγμένων; Εἶτα τί; μικρὰ προσβολὴ τοῦ ἐχθροῦ, ἐπιθυμία ἔχουσα μὲν τῷ δοκεῖν γλυκὺ, συνειλιγμένη δὲ διστόμῳ μαχαίρᾳ, ἧς τῆς πικρίας οὐδὲν χολωδέστερον, δραξαμένη σε κατήγαγεν ὡς ἀπ' οὐρανοῦ τῆς ὑψηλῆς πολιτείας, δείκνυσι δὲ ὡσεὶ τραυματίαν καθεύδοντα ἐν τάφῳ. Τί γὰρ ἄλλο ἐστὶν εἶναι τὸν ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἢ ἐν φθορᾷ; Οὐτίπου φῶς νοερὸν, οὐδεμία ἐλπὶς, οὐδεμία γλυκύτης ψυχῆς, οὐδεμία διανόησις ἱερὰ, ἀλλὰ νὺξ βαθεῖα, μύσις τοῦ διανοητικοῦ, δαγμὸς καρδιακὸς, φόβος καὶ τοῦ τυχόντος, ἐν τῷ βορβόρῳ κυλινδεῖσθαι καθεκάστην, ὡσεί τι ἰλυσπώμενον κνώδαλον. Τί εἰργάσατο ὁ δαίμων; τί σε ἀπετέλεσεν ἡ παγκατάρατος ἐπιθυμία; δι' ἧς ἀπὸ τοῦ αἰῶνος οἱ ἡπατημένοι, οὐδὲ τὰ ἐνταῦθα κεκερδάκασιν, ἀλλὰ καὶ τὰ οὐράνια ἀπώλεσαν, ἐν κληρονομήσαντες μόνον τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον.

Ἀλλὰ δεῦρο, υἱέ μου, ἀνακλήθητι, καλῶ σε ἀπὸ βαθέων καρδίας μου, ἀπὸ σπλάγχνων ἐμπυριζόντων με· ἐπειδὴ ἡ σὴ δόξα ἐμὴ, ὡς καὶ ἔμπαλιν ἡ αἰσχύνη. Δεῦρο, ἐξεγέρθητι, ὁ Κύριος κεκέλευκεν· *Οὐ μὴ μνησθῶ*, φησὶ, *τῶν ἀνομιῶν σου*. Καὶ· *Μὴ*

A audivi te peccati morte mortuum esse. Aiunt enim abjecisse te propositum virginitatis, indumentum evangelicum, venerandum et angelis et hominibus vitæ institutum, et feminam adulterio tibi ascivisse, quam proprie magis Evam dicere liceat. Hæc enim te de sanctæ vitæ paradiso exturbatum exposuit mihi quidem peccatori Patri tuo ad luctum, ad pudorem vero angelicæ confraternitati tuæ, diabolo autem ad ostentationem et jactantiam. O quid factum est? heu! quo pacto te subjugavit draco? quale te in fetoris profundum demersit? Lumen in tenebras, Christi bonus odor in grave olentiam mutatus es: ex sacro profanus, ex honorato inhonoratus, ex glorioso inglorius, ex soluto et libero mancipium factus diaboli, ex dilecto exosus, ex B Christi ove præda lupi. Addam his majora. Qui persecutionem justitiæ causa patiebatur, captus est a peccato; qui confessor erat, nunc negator; qui beatitudinem in vertice velut diadema gestabat, admirando monachi nomine spoliatus est.

Hei mihi! quis hæc audiens non gemat? quis cogitans non exhorrescat? Pudore suffudisti monachos, stantibus terrorem injecisti, lapsantes impulisti, bibisti calicem iniquitatis, traxisti quantum in te fuit socios ut mortem degustarent. O iterum dico, quid passus es, miser? quomodo tenebris offusus es, Lucifer? quomodo vas utile contritus es? Nec ipsum nomen tuum revereris, quod Evarestus cum appelleris, Dysarestus evasisti? Nonne anno præterito ad me venisti atque ad dominum archi- C episcopum totus sanus, hilari animo et alacri, pro altero etiam fratre tuo deprecator et erector? Quomodo repente defecisti? quomodo excæcatus es? quomodo Dei oblitus es et nostri? exactorumque in ascetica vita laborum sudorumque, quandoquidem eras inter utiles, eosque in primis ministeriis fungebantur? Quid post hæc? Parva hostis impressio, cupiditas specie quidem dulcedinem præferens, sed ancipiti gladio implicita, cujus acerbitate nihil amarius, abreptum te dejecit tanquam de cœlo excelsæ conversationis, ostenditque velut plagis onustum in sepulcro dormientem. Quid enim aliud est in peccato esse quam in morte? Nullum jam lumen intellectus, nulla spes, nulla suavitas animæ, nulla sacra cogitatio: sed profunda nox, mentis obstructio, et cordis morsus, ac timor ex re qualibet: in cœno versari assidue, velut animal quodpiam in luto se volutans. Quid operatus est dæmon? quid tibi contulit exsecranda cupiditas? per quam qui ab ævo decepti fuere, neque ea quæ hic sunt lucrifecerunt, et cœlestia amisere, unum solum hæreditate possidentes ignem æternum.

Verum huc ades, fili mi: ab imo corde voco te, ex visceribus me inflammantibus: quoniam gloria tua; gloria mea est: sicut dedecus e contrario. Age, expergiscere, Dominus jussit. *Non recordabor*, inquit, *iniquitatum tuarum* [11]. Et: *Nunquid qui ca-*

[11] Isa. XLIII, 25.

Digitized by Google

dit, non resurgit [12] ? Et : *Vidi quia tristis ambulas* [13]. Et : *Remedium tuum contritio tua* [14]. En bonum Deum, en medicum misericordem. Utique oro te, fili ; filius enim meus es, tametsi moortuus es; ne permaneas in peccato : dirumpens dirumpe quantocius innexos tibi a diabolo funiculos: et tanquam e fossa exsurgens transili in admirabile lumen pristinæ vitæ tuæ. Et ego te supinis manibus excipiam, non exprobrans sed commiserans : non aggravans medicamenta pœnitentiæ, sed leniens illa et leviora reddens quoad fieri poterit. Itaque festina, festina, priusquam repente veniat inexorabilis angelus, miserandum in modum te abducens e corpore, et ad pœnam transferens sempiternam.

A ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται ; Καί · Εἶδον ὅτι πορεύῃ στυγνός. Καί · Ἴαμα τὸ σύντριμμά σου. Ἴδε Θεὸς ἀγαθὸς, ἴδε ἰατρὸς ἐλεήμων. Ναὶ δέομαί σου, τέκνον· τέκνον γάρ μου εἶ, κἂν ἀποτέθνηκας. Μὴ ἀναμείνῃς ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ · διαῤῥήσσων διάῤῥηξον τάχει τὰ συμπλακέντα σοι ὑπὸ τοῦ διαβόλου σχοινία · καὶ ὡς ἀπὸ βόθρου ἀναστὰς, μεταπήδησον εἰς τὸ θαυμαστόν σου τῆς προτέρας ἀγωγῆς φῶς. Κἀγώ σε ὑπτίαις χερσὶν ὑποδέξομαι, οὐκ ὀνειδίζων ἀλλ' οἰκτείρων · οὐ βαρύνων τὰ φάρμακα τῆς μετανοίας, ἀλλ' ἡπιῶν αὐτὰ κουφίζων ὅσον οἷόν τε. Καίγε σπεῦσον, σπεῦσον πρὶν ἢ ἀφνίδιον ἐπελεύσεται ὁ ἀπότομος ἄγγελος, ἐλεεινῶς σε χωρίζων τοῦ σώματος, καὶ εἰς κρίσιν αἰώνιον ἀποφέρων.

CIII. — *Gregorio præposito.*

ΡΓ'. — *Γρηγορίῳ ἡγουμένῳ.* [χκς'.]

Ut gregi suo, boni pastoris exemplo, invigilet.

Jam tibi juxta promissionem scripsimus tanquam filio nostro, ut gregem qui istic est prudenter pascas secundum Domini præceptum, nihil prætermittens eorum quæ ad fratrum utilitatem conducant. Etenim si is cui expertes rationis oves sunt commissæ non dormit sed vigilat, nec curam intermittit, sed nocte dieque certat ne qua vel a feris rapiatur, vel impasta aut macilenta maneat ; sed et fures ac latrones observat, et feras abigit, et pecudes affatur, et ante illas gradiens postum illi procurat, requietem prope aquas et umbracula designans, et alia quæcunque videre est in virga pastoritia : quid et quantum est si cui obtigit animarum curam gerere : quarum sanguis si quo modo effundatur, de manibus ejus requiretur, sicut scriptum est [15]. Insiste ergo de cætero, fili, in gregis præfectura diligenter invigilans : sana infirmos, reduc errantes, hortare, admone, revoca in mentem promissum iis regnum qui ut decet sanctos ambulant, atque ex adverso indesinens supplicium iis qui vitiosam vitam agunt : *Ut teipsum* hoc pacto *salvum facias , et eos qui te audiunt* [16]. Qui amat studiose castigat : qui autem odio habet, susque deque omnia habere subditos sinit. Sed et vos, fratres et filii in Domino, estote sicut oves, amantes ejus præcepta servare, et monasticam vitam ducere non sæcularem. Una sit voluntas omnium, cor unum, anima una, non meum et tuum, omnia communia, omnia munda per confessionem. Quod si aliter fiat : et quod sæculi erat amisistis, et cum veri monachi non sitis, justæ vindictæ obnoxii eritis. Charitate impulsi commonefecimus. Vos vero valete, et Deo placete ; pro nobis etiam peccatoribus orantes, ut quæ docemus, eadem opere præstemus in Christo Jesu Domino nostro, cui sit gloria. Amen.

B Ἤδη ἐπεστείλαμέν σοι κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν ὡς ἡμετέρῳ υἱῷ ποιμαίνειν τὸ αὐτόθι ποίμνιον μετ' ἐπιστήμης κατ' ἐντολὴν τοῦ Κυρίου, μηδὲν παραθεωροῦντι τῶν συντεινόντων εἰς ὠφέλειαν τῶν ἀδελφῶν. Εἰ γὰρ ὁ τὰ ἄλογα πρόβατα ἐμπιστευθεὶς οὐ καθεύδει ἀλλ' ἀγρυπνεῖ, οὐδὲ ἀμελεῖ, ἀλλὰ πυκτεύει νύκτωρ καὶ μεθημέραν, μήτε θηριάλωτόν τι ἐργάσασθαι · μή τε ἀλίπαντον · ἀλλὰ καὶ κλέπτας καὶ λῃστὰς κατασκοπεῖ, καὶ θῆρας ἀποσοβεῖ, καὶ προσλαλεῖ τοῖς θρέμμασι. Καὶ ἔμπροσθεν αὐτῶν πορευόμενος τὰς τροφὰς αὐτοῖς περιποιεῖται, ἐφ' ὕδωρ ἀναπαύσεως καὶ σκιαδίων περιορίζων, καὶ ὅσα ἄλλα ἔστιν ὁρᾶν ἐν ποιμαντικῇ ῥάβδῳ · τί δεῖ καὶ πόσον, εἶναι τῶν ψυχῶν λαχόντα προστατεῖν · ὧν τὸ αἷμα εἰ κατά τι ἀμιγὲς γίνοιτο, ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἐκζητηθήσεται, καθὰ γέγραπται. Ἐπίστηθι οὖν λοιπὸν, ὦ τέκνον, γρηγορῶν τῇ ποιμνιαρχίᾳ · ἴασαι τοὺς ἠσθενηκότας, ἐπίστρεφε τοὺς πεπλανημένους, παρακάλει, νουθέτει, ὑπομίμνησκε τὴν ἐπηγγελμένην βασιλείαν τοῖς ἀγιοπρεπῶς πορευομένοις, καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου τὴν ἀτελεύτητον κρίσιν τοῖς ἐμπαθῶς διαζῶσιν · Ἵνα οὕτως καὶ σεαυτὸν σώσῃς, καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου. Ὁ ἀγαπῶν, ἐπιμελῶς παιδεύει · ὁ δὲ μισῶν, ἐᾷ ἀδιαφορεῖν τοὺς ἑπομένους. Ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς, ἀδελφοὶ καὶ τέκνα ἐν Κυρίῳ, ὡς πρόβατα ἔσεσθε, φιλοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ἐργάζεσθαι, καὶ μοναχικῶς ἀναστρέφεσθαι, ἀλλὰ μὴ κοσμικῶς, ἓν ἔστω θέλημα πάντων, μία καρδία, μία ψυχὴ μὴ καὶ τὸ ἐμὸν τὸ σὸν, πάντα κοινὰ, πάντα καθαρὰ διὰ τῆς ἐξαγορεύσεως. Εἰ δὲ μὴ οὕτως, καὶ τὸν κοσμικὸν ἀπωλέσατε, καὶ μοναχοὶ μὴ ὄντες ἀληθινοὶ, ὑπόδικοι γενήσεσθε κατακρίσεως δικαίας. Ἀγαπῶντες ὑπεμνήσαμεν. Ὑμεῖς δὲ εὖ πράξοιτε, καὶ τῷ Θεῷ εὐαρεστήσοιτε, εὐχόμενοι καὶ περὶ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, ὧν διδάσκομεν, τούτων ἐργάται εἶναι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα. Ἀμήν.

CIV. *Irenæ et Euphrosynæ monialibus.*

ΡΔ' (1). — *Εἰρήνῃ καὶ Εὐφροσύνῃ μοναζούσαις.* [χκη'.]

Ut in sancto vitæ monasticæ instituto perseverent.

Proficiscente fratre parœconomo, opportunum

Εἰσερχομένου τοῦ ἀδελφοῦ καὶ παροικονόμου, εὔ-

[12] Jerem. VIII, 4. [13] Gen. IV, 6. [14] Nahum III. 19. [15] Ezech. III, 18. [16] I Tim. IV, 16.

Digitized by Google

καιρον ἡγησάμεθα χαράξαι ὑμῖν βραχεῖαν συλλαβὴν ταῖς κατὰ Κύριον ἀδελφαῖς. Καὶ δὴ ἐρωτῶμεν, πῶς ἔχει ἡ ἁγία δυὰς ὑμῶν, αἱ πᾶσαι ἀδελφαί. Ὁρᾶτε πῶς, καὶ οὐκ ἄλλαις ἀδελφαῖς, ὑμῖν προσκείμενοι κατὰ Θεὸν ἐρωτῶμεν καὶ διαλεγόμεθα· καὶ εἰκότως· οὗ γὰρ πίστις, ἐκεῖ καὶ πόθος, ἔλκων καὶ ἀνθελκόμενος διὰ Πνεύματος ἁγίου· οὗ δὲ ταῦτα, ἐκεῖ καὶ φροντὶς σώματος. Διὰ τοῦτο γράφομεν παρακαλοῦντες ὑπὲρ Χριστοῦ οἱ ἀνάξιοι, ἔχεσθαι ἡμᾶς τῆς καλῆς ὁμολογίας, ἧς ὡμολογήσαμεν ἅπαντες ἐνώπιον Θεοῦ καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων· ζῆσαι ἐν Κυρίῳ ἐν τῇ ἀποθέσει τοῦ σαρκικοῦ φρονήματος· ὅπερ ἐστὶ τὸ ῥαγῆναι τῶν δεσμῶν τῆς προσπαθείας τοῦ τῇδε αἰῶνος, καὶ μετὰ Θεοῦ γενέσθαι, ὃν καὶ ἠγαπήσαμεν, ᾧ καὶ ἐνυμφεύθημεν, μεθ' οὗ καὶ συνεσόμεθα εἰσαεί. Τοῦτον ἐρωτευώμεθα τὸν ἀληθινὸν ἔρωτα, τὸν ἀπρόσιτον πόθον, τὸν μόνον Δεσπότην οὐρανοῦ καὶ γῆς. Οὗ ἡ πρὸς ἀνθρώπους ἀγάπησις τοσαύτη, ὡς δούλου μορφὴν αὐτὸν ἀναλαβεῖν, εἰς τὸ ἀνακαλέσασθαι ἡμᾶς τῆς φθορᾶς, καὶ θεοὺς ἀπεργάσασθαι. Ὡς μεγίστη ἡ ἐπαγγελία. Ὡς ἐξαίσιον τὸ ἐν οὐρανοῖς ἀπάντημα! *Ἐκεῖ ἐκλάμψουσιν οἱ δίκαιοι* ὡς ὁ ἥλιος· ἐκεῖ αἱ τὴν παρθενίαν ἐνδεδυμέναι τῷ ἀφθάρτῳ νυμφίῳ συναφθήσονται· ἐκεῖ αἱ τὴν ὑποταγὴν καὶ ὑπακοὴν ἐξασκήσασαι ὡς ἄρχουσαι Χριστοῦ, χορεύσουσιν αἰώνια· αἱ δὲ ἐναντίαι, τὰ ἐναντία, δηλονότι πείσονται.

duximus brevem ad vos, in Domino sorores epistolam exarare. Et quidem rogamus quomodo se habeat sanctus binarius vester, sororesque universæ. Videtis quemadmodum vobis et non aliis sororibus addicti secundum Deum sciscitamur et verba facimus. Nec immerito, ubi enim fides, ibi et amor, trahens tractusque vicissim per Spiritum sanctum; ubi enim hæc sunt, ibi et cura corporis. Idcirco scribimus, vos vice Christi hortantes indigni, ut persistamus in pulchra pactione quam pacti sumus omnes coram Deo et electis angelis; vivere in Domino in depositione sensus carnalis, quod est dirupisse vincula cupiditatum sæculi hujus, et cum Deo versari quem dileximus, et cui desponsatæ sumus, cum quo et semper erimus. Hunc adamemus qui verus amor est, desiderium inaccessum, solus cœli terræque Dominus. Cujus erga homines tanta dilectio, ut servi formam assumpserit, quo nos revocaret ab interitu, et deos efficeret. O maximam promissionem! o stupendum in cœlis occursum [17]! *Ibi fulgebunt justi sicut sol*: ibi, quæ virginitatem induerunt, incorrupto sponso conjungentur: ibi, quæ subjectionem et obedientiam coluerunt, velut principes Christi perpetuo tripudiabunt: contrariis autem contraria sine dubio evenient.

Ὥστε, ἀδελφαί, σταυροφόροι, μὴ λάθωμεν ἑαυταῖς ἀντὶ ζωῆς καὶ χαρᾶς ἀπείρου, κόλασιν καὶ πῦρ αἰώνιον ἀποθησαυρίζουσαι δι' ἀμελείας καὶ φθορᾶς σαρκὸς, παρακοῆς τε καὶ ἐμπαθοῦς ἀναστροφῆς· ἡ ἀρετὴ ἐκ Θεοῦ καὶ θεία· ἡ κακία ἐκ Σατανᾶ, καὶ Σατανᾶς. Οἱ τὴν πρώτην ἐλόμενοι, Θεοὶ καὶ Θεοῦ· οἱ τὴν δευτέραν δαίμονες, καὶ τοῦ Σατανᾶ. Οὕτως ὑμᾶς καὶ νῦν δεξιούμεθα. Καὶ μὴ βαρὺς ὑμῖν λογισθείην ὡς φορτικὰ λαλῶν, ἀλλὰ μᾶλλον ἡδὺς, ὡς ὑπὲρ Θεοῦ παραινῶν. Καὶ οὐ πρὸς τὰς κυρίας ὁ λόγος· αὐταὶ γὰρ διδάσκαλοι καὶ ἑτέρων. Ἀλλὰ πρὸς τὸ τῆς ἀδελφότητος πλήρωμα· ὅπερ φυλαχθείη ἔτι τε καὶ ἔτι, εὐεκτοῦν, εὐθηνοῦν εἰς καύχημα, καὶ ἐμοὶ ὡς παρακλήτορι, εἰς ἡμέραν Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Quare, sorores, crucem portantes caveamus nobis, ne pro vita et gaudio immenso supplicium ignemque æternum acquiramus per negligentiam et carnis corruptionem, per inobedientiam molliorem-que conversationem. Virtus a Deo, et divina: vitiositas a Satana, et Satanas. Qui priorem eligunt, dii sunt et Dei: qui posteriorem, dæmones sunt et dæmonis. Sic ego vos nunc etiam complector. Nec vero gravis videar vobis tanquam dura loquens, sed gratus potius, ut qui pro Deo vos moneam. Neque ad dominas spectat hic sermo; illæ enim aliarum etiam sunt magistræ; sed ad communem cœtum sororum: qui magis magisque sanus et vigens servetur, ad meam etiam ut hortatoris gloriationem in die Christi: cui gloria in sæcula. Amen.

PE'. — *Ἀνθίμῳ τέκνῳ.* [χκθ'.]

CV. — *Anthimo filio* (*).

Ad quemdam qui defecerat.

Ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ ὁ φόβος τε καὶ ὁ τρόμος αὐτοῦ, ὥς φησι· *Σκοπόν σε τέθεικα τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ.* Ὁ δὲ σκοπὸς τῆς ἀγγελίας, ἠνάγκασέ με, ἀδελφὲ, διὰ γράμματος πάλιν ἀναγγεῖλαί σοι τὴν ἐρχομένην ῥομφαίαν τοῦ Θεοῦ ἐπὶ σὲ, ῥομφαίαν φοβερὰν, ῥομφαίαν πύρινον, ῥομφαίαν οὐ σῶμα, ἀλλὰ ψυχὴν ἐμβάλλουσαν, εἰς γέενναν πυρὸς εἰς ἀπεράντους αἰῶνας. Καὶ δακρύων γράφων ὁ τάλας, καὶ στένω πικρὸν, ὅτι ἐπὶ τὸν ἐμὸν υἱὸν καὶ μαθητὴν ὁ λόγος. Ἀλλὰ τί πάθω; ἐὰν μὴ ἀναγγείλω, τὸ αἷμά σου ἐκ τῶν χειρῶν μου ἐκζητεῖν ἔφη Θεός· οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὸ αὐτό με τῆς τιμωρίας συναπολαῦσαι κρῖμα. Ὦ

Lex Dei, timor et tremor ipsius qui ait: *Speculatorem posui te domui Israel* [18]. Scopus autem mandati coegit me, frater, per litteras iterum annuntiare tibi venientem super te rhomphæam Dei, romphæam formidabilem, rhomphæam igneam, rhomphæam quæ non corpus sed animam conjicit in gehennam ignis in sæcula sempiterna. Scribens illacrymor miser, et amare angor, quod de filio et discipulo meo sit sermo. Sed quid agam? Si non annuntiavero, sanguinem tuum de manibus meis requisiturum se dicit Deus [19]: neque aliam, sed eamdem ipsam me pariter vindictæ sententiam ex-

[17] Matth. XIII, 43. [18] Ezech. XXX, 7. [19] Ezech. III, 18.

(*) Paræneticа.

Digitized by Google

cepturum. O frater, cur oculos cordis ita clausisti? cur Deum contempsisti, cujus nutu moventur universa, nec possunt moventi resistere? Antea resiliisti e palæstra ascetica: abiisti ad loca quæ non respicit Dominus: solvisti signaculum castitatis, corrupisti animam et corpus, factus es mancipium peccati; deinde ad nos sero tandem rediisti in principio persecutionis, confitens, pœnas luens, promittens regressum post finem persecutionis. Ad hæc et ab Œconomo institutus es, et a fratre Dionysio susceptus, et pulchrum exsilium elegisti, ex malis locis migrans, et in bonis locis habitans super quæ oculi Domini, et beatitudo persecutionis supra caput tuum circumvolitans. Et euge ob hanc revocationem, purgationem, angelicam opitulationem. Quid ergo rursus factum est? Quid est quod a Deo te abduxit, et diabolo tradidit? Heu meam infelicitatem! Reversus es denuo ad cœnum peccati, corrumpens et corruptus a muliere, vel potius a mulieribus. Domine, miserere; parce, Deus; dimisit te custos tuus angelus, suscepit Satanas. An vivis, miser? et quomodo vivat is qui ab homicida devoratur? An lumen vides? et quomodo videat qui peccati tenebris est obsitus? An Deum oras? et quomodo ad Dominum accedat, qui sese diabolo mancipavit? Ubi est præclarum tuum initium? fervor? compunctio? obedientia? lacrymæ? ad Deum volans oratio? cœlestis conversatio? Abierunt omnia, perierunt. O acerbos gemitus meos in tua dementia! Utinam rationis expers animal esses, quod non est obnoxium judicio. Sed quod sis animal a Deo formatum, quod resurget, et judicabitur; hoc vero miserandum. Agedum, fili mi, qui periisti: age, ad Dominum convertere: quia cum benignus sit, iterum recipit, iterum sanctificat, iterum nuptiali veste induit, iterum vitulum saginatum mactat, et gaudens convocabit supernas Virtutes, quia inventus es. Ne igitur audire detrectes, fili mi, fili mi; sed revoca te, sed revertere, adhærescens egregio fratri tuo Dionysio, priusquam te mortis æternæ rhomphæa invadat.

A ἀδελφὲ, τί ἔμυσας τὰ ὄμματα οὕτω τῆς καρδίας; τί κατεφρόνησας Θεοῦ, οὗ τῷ βλέμματι τὰ σύμπαντα σείεται καὶ οὐ φέρει στήκειν; ἀπεπήδησας πάλαι τῆς ἀσκητικῆς παλαίστρας· ἐπορεύθης εἰς τόπους οὓς οὐκ ἐπισκοπεῖ Κύριος· ἔλυσας τὴν σφραγῖδα τῆς ἁγνείας, ἔφθειρας τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα, ἐγένου δοῦλος τῆς ἁμαρτίας, εἶτα ὀψέποτε ἐπανῆκες πρὸς ἡμᾶς ἐν τῇ ἀπαρχῇ τοῦ διωγμοῦ, ἐξομολογούμενος, ἐπιτιμώμενος, ἐπαγγελλόμενος τὴν ἀνάδρομὴν μετὰ τὴν παῦλαν τοῦ διωγμοῦ. Ἐπὶ τούτῳ καὶ πρὸς τοῦ Οἰκονόμου ἐστοιχειώθης, καὶ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ Διονυσίου προσελήφθης, καὶ τὴν καλὴν φυγαδείαν εἵλου, ἐκ τόπων πονηρῶν εἰς τόπους ἀγαθοὺς διαιτώμενος, ἐφ' οὓς ὀφθαλμοὶ Κυρίου· καὶ B ὁ μακαρισμὸς τοῦ διωγμοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς σου περικυκλούμενος· Καὶ εὖγε τῆς ἀνακλήσεως τῆς καθάρσεως, τῆς ἀγγελικῆς ἐπικουρήσεως. Τί οὖν πάλιν τὸ γεγονός; τί τὸ ἐκστῆσάν σε Θεοῦ, καὶ παραδῶσαν τῷ διαβόλῳ; Φεῦ τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος! Ἐπέστρεψας πάλιν εἰς τὸν βόρβορον τῆς ἁμαρτίας, φθείρων καὶ φθειρόμενος, ὑπὸ γυναικὸς, μᾶλλον δὲ γυναικῶν. Κύριε, ἐλέησον· φεῖσαι, ὁ Θεός. Ἀφῆκέ σε ὁ φύλαξ σου ἄγγελος, προσελάβετο ὁ Σατανᾶς. Ζῇς ἄρα, ἄθλιε; καὶ πῶς ἔστι ζῆν τὸν ὑπὸ ἀνθρωποκτόνου κατεσθιόμενον; Ὁρᾷς ἄρα τὸ φῶς; καὶ πῶς ἔστι βλέπειν τὸν ἐσκοτισμένον τῇ ἁμαρτίᾳ; προσεύχῃ ἄρα τῷ Θεῷ; καὶ πῶς ἔστι προσιέναι Κυρίῳ, τὸν ἑαυτὸν δουλώσαντα τῷ διαβόλῳ; Ποῦ ἐστιν ἡ καλή σου ἀρχή; ἡ θέρμη; ἡ κατάνυξις; ἡ ὑποταγή; τὸ δάκρυον; ἡ θεοπτέρωτος προσευχή; ἡ οὐράνιος πολιτεία; ᾤχοντο πάντα, ἀπολώλασιν. Ὦ στεναγμῶν μοι πικρῶν ἐπὶ τῇ σῇ ἀλογίᾳ! εἴθε ζῶον ἄλογον ἦς· ὅπερ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται. Ἀλλ' ὅτι θεόπλαστον, ἀνιστάμενον καὶ κρίνεσθαι μέλλον, τοῦτο ἐλεεινόν. Δεῦρο δὴ, ὁ ἀπολωλὼς μου υἱός. Δεῦρο, ἐπίστρεψον πρὸς Κύριον, ὅτι φιλάνθρωπος ὢν πάλιν δέχεται, πάλιν ἁγιάζει [Reg. cod. ὑγιάζει], πάλιν νυμφοστολεῖ, πάλιν θύει τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, καὶ χαίρων συγκαλέσει τὰς ἄνω δυνάμεις ἐπὶ τῇ σῇ εὑρέσει. Μὴ δὴ οὖν ἀπειθήσῃς, υἱέ μου, υἱέ μου· ἀλλ' ἀνακλήθητι, ἀλλ' ὑπόστρεψον, συγκολληθεὶς τῷ καλῷ σου ἀδελφῷ Διονυσίῳ, πρίν σε καταλάβῃ ἡ ῥομφαία τοῦ αἰωνίου θανάτου.

CVI. — *Eustratio præposito.*

Lapsum, et scelus defendentem objurgat. (Baron. an. 822, n. 47.)

Gavisus sum acoepta venerabili epistola tua, Patrum charissime, ubi de sanctitatis tuæ rebus hæc et illa cognovi. Cæterum, quod ex nuntiis tantum, sed tamen fide dignis accepi, ægerrime tuli audiens fictam subscriptionem. Ac sustine me, reverendissime, liberius disserentem. Non sine causa fuit quod cum a regio ministro tenereris, indemnis dimissus fuisti. Hoc enim est quod rumores qui jactantur induxit. Nullum itaque eorum qui libertate usi sunt, sine carcere, aut saltem sine exsilio mansisse, in confesso est. Qui vero harum rerum expertes fuerunt, ii seducti sunt, ut ne quid asperius dicens te offendam.

PϚ′ (5). — *Εὐστρατίῳ ἡγουμένῳ.* [χλ′.]

Ἐχάρην δεξάμενός σου τὸ τίμιον γράμμα, Πατέρων φίλτατε, καὶ διδαχθεὶς τὰ κατὰ τὴν ὁσιότητά σου οὕτως ἔχειν καὶ οὕτως, ἐπεὶ, ὅσον ἐκ τῶν ἀπαγγειλάντων, καίτοι ἀξιοπίστων, λυπηρῶς διεκείμην, ἀκούσας τὴν ὑποκριτικὴν ὑπογραφήν. Καί με δέξαι, τιμιώτατε, παῤῥησιαστικώτερον διαλεγόμενον. Οὐκ ἔξω αἰτίας τὸ κατασχεθέντα σε ὑπὸ βασιλικοῦ μεῖναι ἀπαθῆ, ἦγουν ἄφετον. Τοῦτο γὰρ τῶν τεθρυλλημένων ἐπαγωγόν. Οὐδεὶς οὖν τῶν πεπαῤῥησιασμένων ἄτερ φυλακῆς, ἢ τοὐλάχιστον, ἐξορίας, ἤτοι φυγαδείας ὡμολόγηται διαμεῖναι. Οἱ δὲ τούτων ἐκτὸς, ἐντὸς τῆς ἀπαγωγῆς, ἵνα μὴ τραχύτερον εἰπὼν λυπήσω.

(5) In cod. Reg. ρθ′.

Digitized by Google

Ἢ οὐ διεβλέψω, διορατικώτατε, τὸν χαλεπὸν διωγμὸν Λέοντος τοῦ θηριωνύμου; οὗ ἡ Ἀχααβιτικὴ χεὶρ εἶλε καὶ τοὺς ἐξ ἄλλου κράτους, ἔκτεινέ τε καὶ ὤλεσε· τό γε φιλανθρωπότερον ἐφρούρησε μετὰ πικρὰν μαστίγωσιν· μὴ ὅτι γε τοὺς ὑπὸ χεῖρα. Εἰ δ' αὐτὸς οὐτίπου τῶν τοιούτων πεπονθὼς μετὰ τὴν σύλληψιν, σύγγνωθι, ἐσυλήθης, ἅγιε. Καὶ μή μοι φυλάττεσθαι τὰς οἰκείας Ἐκκλησίας λέγε, καὶ σώας τὰς ἱστορίας μένειν, τήν τε ἀναφορὰν τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν πατριάρχου. Τοῦτο γὰρ καὶ ἄλλοι ἁπαχθέντες φιλολογοῦσιν. Οὐ δύναται ταῦτα διασεσῶσθαι, εἰ μήτοι προδοσίᾳ ἀληθινῆς ἐνστάσεως ἐγένετο. Τί τὸ ὄφελος, εἰ ἡμεῖς οἱ ναὸς Θεοῦ, καὶ ὄντες καὶ λεγόμενοι, ἠχρειώθημεν, καὶ ἀψύχους οἴκους περιεποιησάμεθα; ἡ εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ, οὔτε τῆς Θεοτόκου, οὔτε τινὸς ἁγίου διαπίπτει. Μένει γὰρ ἐν αὐτοῖς ὡς πρωτοτύποις· πίπτουσι δὲ οἱ δοκοῦντες καθαιρεῖν αὐτάς· ἀλλὰ γὰρ καὶ οἱ φειδοὶ τούτων προέμενοι τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὴν δι' αὐτῆς κάκωσιν. Οὐά! ἄλλοι ἀποθνήσκοντες, ἕτεροι ὑπεροριζόμενοι, ἄλλοι μαστιζόμενοι, ἕτεροι φρουρούμενοι· τὰ ὄρη ἔχοντα καὶ αἱ ἐρημίαι, πέτραι τε καὶ σπήλαια τοὺς μακαρίως δεδιωγμένους· καὶ ἡμεῖς οἶκοι μένοντες, καὶ οἰόμενοι ἀβλαβῶς διαμένειν; οὐδαμῶς. Ἀπολέσθω πᾶσα ἡ τοῦ κόσμου ὕλη τῶν δοκούντων· ἡ ὁμολογουμένη βλάβη ψυχῆς προκρινέσθω ἣν ὑπέστη πᾶς προφασιστής. Ταῦτα φιλῶν καὶ ὑπομιμνήσκων εἴρηκα, καὶ ὡς ὑπὸ ἐπιτιμίαν ἐσμὲν ἄξιοι ἐλθεῖν· καὶ ὅτι ἐν καιρῷ ὀρθοδοξίας, οὐδὲν ἀψηλάφητον ἀφεθείη. Καὶ εὖ ἔχει, διὰ ταπεινώσεως βαδίσαι, καὶ ἰάσασθαι τὸ ἠσθενηκὸς, ἢ διὰ ἀναιτιασμοῦ προστρίβειν ἑαυτοῖς μείζονα αἰτιάματα.

Annon vidisti, vir oculatissime, gravem Leonis, nomine ferino digni persecutionem? cujus Achabitica manus etiam eos qui sub alio imperio erant apprehendit, occidit, interemit, aut, quod humanius fuit, in carcerem detrusit post diram flagellationem: nedum iis parcens qui erant sub ejus potestate. Quod si tu nihil hujusmodi passus es post comprehensionem, ignosce: spoliatus es, vir sancte. Neque mihi dixeris servatas fuisse proprias ecclesias, et picturas integras permanere, et commemorationem sanctissimi patriarchæ nostri. Hoc enim et alii qui seducti fuerunt causari solent. Non potuerunt hæc servari, nisi veræ defensionis proditio intercederet. Quid prodest si nos qui Dei templum et sumus et dicimur, inutiles facti sumus, inanimas autem domos integras servamus? Imago Christi, nec Deiparæ, nec sancti ullius intercidit. Manet enim in eis tanquam prototypis: excidunt vero qui illas e medio tollere sibi videntur, tum et qui, ut his parcant, libertatem abjecerunt, et, quæ ex ea sequitur, vexationem. Væ! alii moriuntur, alii exsulant, alii flagellis cæduntur, alii carceribus addicuntur: montes et solitudines, saxa et speluncæ beatos illos qui persecutionem patiuntur, passim habent: et nos domi hærentes, absque incommodo manere nos posse arbitramur? Nullomodo. Pereat universa mundi aspectabilis materia: anteponatur certa animæ pernicies, quam subiit quisquis excusationem prætendit. Hæc amoris ergo, ut commonefaciam, dixi, et ut digni simus qui ad pœnitentiam veniamus: et quia, cum tempus fidei orthodoxæ opportunum erit, nihil relinquetur non excussum: præstatque per humilitatem incedere, et sanari quod infirmum est, quam per impunitatem accire sibi majora delicta.

ΡΖ' (4). — *Τοῖς ἐν ἄστει ἀδελφοῖς.* [χλγ'.]

CVII. — *Fratribus in urbe degentibus.*

Quædam contra officium ac præter fas agentes increpat.

Εὔκαιρον ἡγησάμην τανῦν εἰσιόντος τοῦ ἀδελφοῦ Λέοντος ἐπιστεῖλαι κοινῶς πᾶσιν, εὐλογημένοι ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες· προσυπομιμνήσκων τὰ ἐχόμενα σωτηρίας. Ἐπειδὴ κἀν τῇ ἀπουσίᾳ ταύτῃ καὶ ἐξορίᾳ ἔμφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος μετὰ τοῦ οἰκείου φορτίου τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ περὶ τῆς ἀνηκούστης μοι εἰς ὑμᾶς φροντίδος καὶ προστασίας. Φοβοῦμαι γὰρ καὶ δέδια, μήπως ὑμεῖς οἱ ἐν ἄστει διατρίβοντες, εὐρυπιστότερον εἰς ἔμπτωσίν τινα ἐμπέσοιτε, καὶ ἅπερ διὰ πολλῶν κόπων τε καὶ ἄθλων, τῶν πρὸ διωγμοῦ, καὶ ἐν τῷ διωγμῷ συνηθροίσαμεν ἀγαθουργήματα, ἀφυλακτήσαντες πρὸς βραχὺ, ἅρδην ἀπολέσωμεν. Ἀκούω ἀστασίαν, μεταβασίαν· ἄλλον ἐξ ἄλλου καὶ ἀδελφοῦ καὶ τόπου μεταβαίνοντα· καὶ τό γε ἐλεεινότερον, μόνον ἄλλον καθεζόμενον, καὶ ἕτερον, τὸ κελλίον εἰς οἰκίαν ἔνθα γυναῖκες, ἔχοντα· καὶ ἄλλον πάλιν εἰς μοναστήριον γυναικεῖον διαιτώμενον εἰσαεί· ἕτερον πάλιν ὧδέ τε κἀκεῖσε οἰκοτριβοῦντα, ἔνθα κόραι, ἔνθα πῦρ οὐκ ἐμπυρίζον χόρτον, ἀλλ' οἶκον ψυχῆς· ἐνίους πάλιν ἐπιλαθομένους τῆς ἐννόμου ζωῆς, δούλους ὠνησαμένους αὐτοῖς συζῆν· καὶ

Opportunum existimavi proficiscente nunc fratre Leone, communes omnibus litteras dare, benedicti fratres Patresque; revocans in memoriam quæ pertinent ad salutem, quia per absentiam istam et exsilium in metu et timore versor, ob illam quæ mihi præter proprium peccatorum onus incumbit, vestri curam et præfecturam. Metuo enim ac vereor ne vos qui in urbe habitatis, facilius in lapsum aliquem incurratis, et quæ multis laboribus certaminibusque, tum ante persecutionem, tum in persecutione, bona opera collegimus, brevis temporis negligentia funditus deperdamus. Audio instabilitatem, audio emigrationem, alium ab alio et fratre et loco abeuntem; et, quod miserabilius est, alium solum residentem, alium cellulam in domo in qua sunt mulieres habentem; alium rursus in muliebri monasterio perpetuo diversantem; alium denuo ibi frequentem ubi sunt puellæ, ubi ignis non fenum, sed domum animæ comburens: quosdam rursus astrictæ legibus vitæ oblitos, servos emere, et cum illis vivere; alios item mercari agros. O infelicem

(4) In cod. Reg. ρια'.

Digitized by Google

animam meam ; quomodo in his non ingemiscam ? quomodo non metuam si justum Dei præceptum non annuntiem ? Utquid, fratres, de statu mentis exiistis ? utquid Domini servi, vitiorum servi facti estis ? cum sub lege sitis, cur contra legem agere sustinetis ? cur Christi cultores, filii exacerbantes, a prava seductione non receditis ? non residetis in locis scandalo carentibus ? non bini et bini aut etiam plures simul estis more apostolico ?

Væ soli : væ sedem non habenti : væ mulieribus dedito : væ servi servo : væ Giezi, qui emptis agris et vinetis, lepræ Naaman hæres fuit [20] ! An divinæ voces non sunt hæ ? An ego a meipso profero ? Quando fervebat persecutio, habebat qua se defenderet necessitatem, qui in eorum quæ recensuimus aliqua lapsus esset ; et ob fidem exorta necessitas reum absolvebat. Nunc vero nullus est persecutor, nullus qui prohibeat quominus honeste habitetis, et cum aliis vel minimum duobus. Nam male viventes, condemnatis ex vobis ipsis eos qui secundum legem vivunt. Annon hæc vestra instabilitas indicio est, vos in pace minime conventuros ? Resipiscite, obsecro, *fratres mei sancti, cœlestis vocationis participes* [21] : nisi corrigamini, non sic appellandi, sed nominibus contrariis, quod absit. Hæc ego contestor coram Deo electisque angelis : si quis correctus non fuerit, et post constitutum temporis spatium perstiterit, a divinorum sacramentorum participatione arcebitur pro ea potestate quæ mihi in vos a Domino data est ; ad ædificationem, non ad destructionem loquor. Vos vero, fratres mei, tanquam filii obedientiæ bene agite, ut et Deo serviatis, et me miserum a peccati morte vindicetis, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria cum Patre et sancto Spiritu. Amen.

CVIII. — *Joanni Sardensi.*

ΡΗ' (5). — *Ἰωάννῃ Σάρδης.* [χλε'.]

Ut ex gravi morbo convalescat, Ecclesiæ imprimis causa precatur.

Χθὲς ἰδὼν ὑμᾶς τὰς ἐν Κυρίῳ ἀδελφὰς, ἐπεὶ κατεπεῖγον ἦν διὰ τὴν τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου ἀσθένειαν, ἐκωλύθην ὑμῖν λαλῆσαι ὅσον ἐχρῆν. Νυνὶ δὲ διὰ τοῦ γράμματος τὸ ἐλλιπὲς ἀναπληρῶσαι καλῶς ἔχειν ἐνόμισα. Εἶδον ὑμῶν τὴν ἀδελφότητα ὅση καὶ ἡλίκη, ὅτι τε πλήθει ηὐξημένη, καὶ συνέσει διαφέρουσα· καὶ ἐδόξασα τὸν ἀγαθὸν Θεὸν ἡμῶν· ὃς συνήγαγεν ὑμᾶς τοσοῦτον πλῆθος ἐπὶ τὸ αὐτὸ, τῷ σταυροφόρῳ βίῳ δουλεύειν D αὐτῷ ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ. Τίνα οὖν ἐπαινέσω; τὴν καθηγουμένην πλέον, ἢ ὑμᾶς τὰς ἑπομένας καὶ ὑποτασσομένας; Ἀμφότεραι ἐγκωμίων πλήρεις, αἴνων καὶ ἐπαίνων. Καὶ οὐ μόνον κατὰ τὸ συναφὲς τῆς πνευματικῆς ζωῆς, ἀλλ' ὅτι καὶ βίῳ ἠκριβωμένῳ, κατά τε ἐγκράτειαν, καὶ τὴν ἐφ' ἑαυταῖς δουλείαν καὶ πᾶσαν διακονίαν, καθὰ μεμάθηκα, διατηρεῖσθε. Εὐλογημέναι ὑμεῖς ἐν Κυρίῳ· μακάριον τὸ σύνταγμα ὑμῶν· αἰνετὸν τὸ πολίτευμα

Cum vos hesterna die in Domino sorores vidi, quia propter dilectissimi Deo archiepiscopi valetudinem res urgebat, prohibitus sum vos quantum opus erat alloqui. Nunc vero congruum existimavi per litteras supplere quod defuit. Vidi namque societatem vestram, quanta qualisque sit, quod et numero ampla, et prudentia præstans : bonumque Deum nostrum glorificavi, qui tanta vos multitudine in unum congregavit, ut sub cruce viventes, in sanctitate et justitia serviatis illi. Quam igitur laudabo? Ducemne vestram potius, an vos quæ sequimini et subditæ estis? Ambæ enim encomiis cumulatæ, laudibus et præconiis. Nec ideo tantum quod spiritualis vitæ nexu copulatæ estis, sed quod exacta disciplina et continentiam et mutuum inter vos famulatum ac ministerium quodcunque, ut didici, observatis. Benedictæ vos in Domino : beatus cœtus vester : laudabilis conversatio vestra :

[87] I Cor. x, 31. [88] Matth. xii, 36. [89] Deut. iv, 24.

NOTÆ.

(21) In cod. Reg. ρλξ'.

Digitized by Google

omnes sponsæ Christi : virgo unaquæque, ut Canticorum verbis loquar *hortus conclusus, fons signatus* [90], rosa boni odoris Deo, lilium incorruptionis. O pulchrum paradisum ! o pratum, quo delectatur Deus, Christus in medio vestrum, qui lignum est vitæ.

Sed quoniam ad experimentum probationemque virtutis est etiam arbor vetita, quæ pulchra ad contemplandum, nec est sane id quod videtur; imo amara et mortifera si edatur : et quid hoc aliud est quam voluptas, qua Eva prima parens capta est? Commonemus vos et hortamur, ne unquam lethalem fructum attingatis, sed mandatum arripiatis speciosi undequaque ac veri reipsa fructus, obedientiam et humilitatem excolentes, charitatem ad invicem et vacuam invidia æquitatem, paupertatem, pacisque curam et studium. Sic enim viventes glorificabitis Deum in corpore vestro et in spiritu, sicut sanctus prædicat Apostolus [91]. Sic et amplius multiplicabimini : sic et sanctitatis nomen in hac vita obtinebitis, et in futuro sæculo gloria simul fruemini. Scriptum est : *Si compatimur, et conglorificabimur* [92]. Et quid tandem vobis decorum magis? quid augustius quam Dei filias dici, sacra donaria, templa virginitatis? Cum ergo hæc ita sint, gaudete, sorores in Christo, gaudete, odio habentes affectum erga carne junctos, odio habentes sortem in terra possidere, odio habentes omnia quæ optabilia in mundo sunt : quoniam conversatio vestra in cœlis est, et hæreditas regnum cœlorum, et sponsus Christus ipse, qui vos vocavit ut ipsum sequamini : qui et vos per consummationem, in cœlestem thalamum cum prudentibus virginibus introducet. Hæc ego paucis, ut agnoscatis me in Spiritu sancto tanquam sorores vos habuisse, vobisque optima omnia exoptare.

ὑμῶν· πᾶσαι νύμφαι Χριστοῦ· ἑκάστη παρθένος, Ἀσματικῶς εἰπεῖν, *κῆπος κεκλεισμένος, πηγὴ ἐσφραγισμένη, ῥόδον εὐοσμίας Θεοῦ, κρῖνον ἀχραντίας*! Ὦ καλοῦ παραδείσου ! Ὦ λειμῶνος θεοτερποῦς. Χριστὸς ἐν μέσῳ ὑμῶν, ὅς ἐστι τὸ ξύλον τῆς ζωῆς.

Ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς πεῖραν καὶ δοκιμὴν ἀρετῆς ἐστι καὶ τὸ φυτὸν τὸ ἀπειρημένον· ὅπερ ὡραῖον εἰς κατανόησιν· οὐ μὴν ὅπερ φαίνοιτό ἐστιν, ἀλλὰ πικρὸν καὶ θανάσιμον τῇ μεταλήψει· καὶ τί τοῦτο, ἀλλ'[ἢ] ἡδονὴ ὑφ' ἧς ἑάλω Εὔα ἡ προμήτωρ; ὑπομιμνήσκομεν καὶ παραινοῦμεν, μήποτε ἅψασθαι ὑμᾶς τοῦ θανασίμου καρποῦ· ἀλλὰ μεταλαμβάνειν τῆς ἐντολῆς τοῦ πανωραίου καὶ ἀληθινοῦ ὡς ἀληθῶς καρποῦ· ὑπακοῇ καὶ ταπεινοφροσύνῃ κεχρημένας· ἀγάπῃ τῇ εἰς ἀλλήλας καὶ ἀφθονίᾳ, ἀκτημοσύνῃ καὶ εἰρηνοποιΐᾳ. Οὕτω γὰρ βιοῦσαι δοξάσοιτε τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν καὶ ἐν τῷ πνεύματι· καθὰ βοᾷ ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος· οὕτω καὶ μᾶλλον πληθυνθήσεσθε· οὕτω κἀντεῦθα ὀνομασθήσεσθε ὀνόματι ὁσιότητος, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι συνδοξασθήσεσθε. *Εἴπερ γὰρ συμπάσχομεν, καὶ συνδοξασθησόμεθα*, γέγραπται. Καὶ τί λοιπὸν ὡραιότερον ὑμῶν ; τί δὲ σεβασμιώτερον ; θυγατέρας Θεοῦ καλεῖσθαι, ἀναθήματα, ἱερά, ναοὺς παρθενίας. Ἐπεὶ οὖν ταῦτα, χαίρετε, ἀδελφαὶ ἐν Κυρίῳ, χαίρετε, μισοῦσαι τὴν χαρὰν τοῦ κόσμου· μισοῦσαι τὸ πρὸς τοὺς κατὰ σάρκα ἰδίους προσπαθές· μισοῦσαι τὸ κλῆρον ἔχειν ἐπὶ γῆς· μισοῦσαι τὰ κατὰ κόσμον ἐραστὰ ἅπαντα. Ἐπείπερ ὑμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς, καὶ κληρουχία ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· καὶ νυμφίος αὐτὸς Χριστὸς, ὁ κεκληκὼς ὑμᾶς ὀπίσω αὐτοῦ ἀκολουθεῖν· καὶ εἰσάξων διὰ τελειώσεως εἰς τὸν ἐπουράνιον νυμφῶνα, μετὰ τῶν φρονίμων παρθένων. Ταῦτα δὲ ἐπ' ὀλίγον, ὡς ἂν γνῶτε ὅτι ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ὡς ἀδελφὰς ὑμᾶς λελογίσμεθα, καὶ ἐπευχόμεθα τὰ κρείττονα.

CXXVI. — *Monachis Photinudii.*

ΡΚϚ' (22). — *Τοῖς μοναχοῖς τοῦ Φωτεινουδίου.* [χθ'.]

De morte abbatis, quam laudat : tum de successore, quem hortatur ut bene præsit, ac monachos, ut ei pareant.

Lætitiam quidem vobis affert, fratres, quod scribo, sed summam tristitiam argumentum scriptionis : quia dereliquit vos pastor bonus, Pater in Domino, via, dux et lumen, qui multis annis multas oves pavit, et caulam alumnis plenam reliquit, viginti numerantem supra ducentos : vir venerandus, et divinæ gratiæ compos : candidus admodum capillis, et candidum simul cor gerens; dives charitate, ditiorque misericordia : plurimis revera virtutibus ornatus, ne singulas recensendo longiorem faciam orationem. Eheu ! eheu ! quo pacto gravia hæc non siut? quo pacto non luctuosa? aut quis desolatum posthac gregem non videat, si quis ea spectet quæ acciderunt? Verum quid tandem? Utrum in luctu persistemus? an mœrore dejicie-

Χαρᾶς μὲν ἡ προγραφὴ ὑμῖν, ἀδελφοί· λύπης δὲ ὅτι μάλιστα ἡ ἐπὶ τὸ γράφειν ὑπόθεσις· ὅτι, ἀπολέλοιπεν ὑμᾶς ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ ἐν Κυρίῳ Πατὴρ, ὁ ὁδηγὸς καὶ φωστὴρ, ὁ πολλοῖς ἔτεσι καὶ πολλὰ πρόβατα ποιμάνας, καὶ τὴν λείαν ἐάσας πλήρη θρεμμάτων. Εἴπερ ἐν διακοσίοις παρὰ εἴκοσιν ἠριθμημένην· ὁ αἰδέσιμος ἀνὴρ καὶ χάριτος θείας μέτοχος· ὁ λευκὸς ἄγαν τὴν τρίχα, καὶ ἔτι λελευκασμένος τὴν καρδίαν· ὁ πλούσιος τὴν ἀγάπην, καὶ πλουσιώτερος τὴν ἐλεημοσύνην· ὁ πλείοσιν ἀρεταῖς ὡς ἀληθῶς κατακεκοσμημένος· ἵνα μὴ ἓν καθ' ἓν ἀπαριθμούμενος μακρὸν εὐρεθῶ ἀποτείνων λόγον. Ὦ ! ὦ ! πῶς οὐ ταῦτα θλιπτικά ; πῶς δὲ οὐκ ὀδυρτικά ; πῶς δὲ οὐκ ἐπ' ἐρημίας ἡ θεωρία τῆς ποίμνης ὅσον κατὰ τὰ φθάσαντα ; Ἀλλὰ τί ἄρα ; ἐπι-

[90] Cant. IV, 12. [91] I Cor. VI, 20. [92] Rom. VIII, 17.

NOTÆ.

(22) In cod. Reg. ρλη'.

Digitized by Google

μείνωμεν τῷ πένθει; κατηφιάσωμεν δυσθυμότερον; ἐναφεθῶμεν τῷ πάθει; Οὐμενοῦν, ὦ ἀδελφοί· ἀλλ' εἰδότες ὅτι δόγμα Θεοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις εἰς γένεσιν ἐλθοῦσιν αὖθις ἀναλύειν, καὶ τὴν κρείττονα καὶ ἀπήμονα μεταλαμβάνειν ζωήν, ἧς ἀπαρχὴ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τῆς ζωῆς ἀρχηγός· παρακληθῶμεν παρακλήσει Θεοῦ, εἰς ἑαυτοὺς γενώμεθα· εἴπωμεν· *Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο*, τὸν καλὸν διδάσκαλον, τὸν ἱερὸν καθηγεμόνα. *Τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος ὃς ζήσεται, καὶ οὐκ ὄψεται θάνατον;* ἵνα τοῦ ἡμετέρου Πατρὸς ξενοπαθεῖν ἔχωμεν. Εὐχαριστ[ητ]έον ὅτι τοιούτου ἠξιώμεθα· καὶ ὅτι ἕως γήρους καὶ πρεσβείου ἡ χρονικὴ παράτασις· καὶ ὅτι γε ἐγκατέλιπεν, οὐκ ἀπροστατεύτους, οὐδὲ ἐρήμους· ἀλλὰ καὶ εὐλόγησεν ἐξόδια, καὶ ἐπηύξατο ἁρμόδια· καὶ ἕνα τῶν σὺν ὑμῖν κατέστησεν ἐφ' ὑμᾶς προστατεύσοντα· ὃν παραινοῦμεν ζώσασθαι ὡς τέλειον ἄνδρα τὴν ὀσφῦν, καὶ Χριστομιμήτῳ ταπεινώσει τῆς ἐμπιστευθείσης αὐτῷ διακονίας ἔχεσθαι· κανόνι καὶ ἕχνει τοῦ μακαρίου ἐκείνου πορευόμενον τῷ κατ' ἐντολὴν Θεοῦ λόγῳ.

Παρακαλοῦμεν δὲ ὡσαύτως καὶ ὑμᾶς, τὴν καλὴν ἀδελφότητα, ὁμογνώμῳ πίστει τε καὶ ἀγάπῃ τῷ νεοκτίστῳ καθηγεμόνι ὑπείκειν ἐν Κυρίῳ· καὶ δεῖξαι ὅτι ὄντως ὁ Θεὸς ἐν ὑμῖν ἐστι· καὶ ὁ ὅσιος Πατὴρ προθυμούμενος καὶ συνδέων πάντας, εἰς ὁμόνοιάν τε καὶ σύμπνοιαν. Ναί, ἀδελφοὶ ἐπιπόθητοι· οὕτως ἔσεσθε, οὕτω παγιώθητε· κἂν πᾶσα ἀρχὴ οὐκ εὐμάρειαν ἔχοι· χρόνῳ δὲ προϊοῦσα, εἰς ἕξιν ἐπιστημονικὴν καθίσταται· μηδὲ ὁμοιωθῆτε τοῖς ἐκ εὐθὺς (*sic*) φιλαρχίας ἀστάτοις καὶ ἀνεπιστήμοσιν. Ἐπειδὴ δὲ ἐπὶ ξυροῦ τὸ τοῦ διωγμοῦ πρᾶγμα, μὴ προδῶτε, ὑμῶν δέομαι, τὴν πίστιν, μηδὲ τὴν εὐσέβειαν· ἀλλ' εἰ ἥξει μηδαμῶς τοῖς αἱρετικοῖς καθ' ὁἱονδήποτε τρόπον συνυπαχθῆναι. Φέροιτε γενναίως πάντα δεύτερα ἡγούμενοι, μὴ μόνον μοναστήρια, καὶ τὰ ἐν μοναστηρίοις ἅπαντα, κἂν εἶεν ὑπὲρ λίαν ἄπειρα· ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ ἑαυτῶν σώματα· τὴν καλὴν φυγαδείαν ἐλόμενοι, καὶ τὸν τοῦ διωγμοῦ μακαρισμὸν στεφανούμενοι τὸν ὑπερένδοξον καὶ ὑπερθαύμαστον· καθὰ καὶ ἐντέταλται ὑμῖν ὁ μακάριος. Εἰ δὲ ὅτι ἐάλω ἐκεῖνος· ναὶ καὶ φεῦ τῆς ἥττης! πλὴν ὅτι ἀνακέκληται· πλὴν ὅτι ἐπιτετίμηται, καὶ μετὰ τῶν εὐσεβῶν συνῆπται, καὶ εἷς ἐστι τῶν ἀδελφῶν καὶ Πατέρων ἡμῶν· καθότι καὶ εἰσδέδεκται πρὸς τοῦ ἱεροτελεστοῦ ἡμῶν μακαριωτάτου πατριάρχου. Ταῦτα οὖν εἰδότες, ἀδελφοί, εὐψυχήσατε, εὐτακτήσατε, εὖ πράξοιτε, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ὃς κἀκεῖνον ἀναπαύσειε μετὰ δικαίων, καὶ ὑμᾶς καταρτίσειεν ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς, ἠγαπημένοι ἡμῶν ἀδελφοί.

A mus animum? an dolori succumbemus? Nequaquam, fratres? sed cum sciamus statutum esse a Deo omnibus in lucem prodeuntibus hominibus, rursum dissolvi, et meliorem malique expertem vitam recipere, cujus primitiæ Christus [93] Deus noster qui princeps est vitæ; consolemur nos consolatione Dei, ad nos ipsos redeamus, dicamus: *Dominus dedit, Dominus abstulit* [94] bonum magistrum, sacrum institutorem. *Quis* enim *est homo qui vivet et non videbit mortem* [95]? ut Patris nostri desiderium ferre assuescamus. Agendæ sunt gratiæ quod talem adepti fuimus, et quod ad provectam usque ætatem seniumque perductum est ejus vitæ tempus, et quod sine rectore nos non reliquit, nec solitarios; sed et abiens benedixit, et congruentia B precatus est, et unum e vobis constituit qui vobis præsit: quem hortamur ut tanquam vir perfectus lumbos accingat, et Christi æmula humilitate impositum sibi ministerium amplectatur, beati illius regulæ et vestigiis incedens, hoc est, Dei verbo et mandato.

Hortamur autem et vos pariter, præclaram fraternitatem, ut unanimi fide et charitate novo rectori obtemperetis in Domino: ostendatisque Deum revera inter vos esse, sanctumque Patrem, qui omnes accendat, connectatque ad concordiam et consensum. Utique, fratres amantissimi, sic estote, sic stabiliamini. Quamvis principium omne non statim facilitatem habeat: progressu tamen temporis usum et scientiam adipiscitur. Nec similes eis C fueritis, qui ex dominandi studio inquieti sunt et impatientes disciplinæ. Cæterum quoniam in summo discrimine persecutionis versamur, fidem vestram, obsecro, pietatemque ne prodatis: sed si ingruat, minime cum hæreticis quocunque pacto abducamini. Forti animo sustinete, omnia posthabentes, non solum monasteria, et quæcunque in monasteriis sunt, quamlibet supra modum sint copiosa, sed propria etiam corpora: pulchram fugam eligentes, et persecutionis beatitudine coronati, quæ gloriam incredibilem et admirabilem habet: quemadmodum beatus etiam ille vobis præcepit. Quod si quis victum illum fuisse dicat, utique et deploranda clades: at revocatus est, at pœni- D tentiam egit, at piis aggregatus est, unusque est fratrum Patrumque nostrorum. Itaque receptus est etiam ab antistite nostro, beatissimo patriarcha. Hæc igitur cum vobis comperta sint, fratres, bono animo estote, disciplinam servate, bene valete in Christo Jesu Domino nostro, qui et illi quietem tribuat cum justis, et vos in bonis omnibus perficiat, dilecti fratres nostri.

PKΖ' (23). *Πέτρῳ Νικαίας.* [χοα.]

CXXVII. — *Petro Nicææ.*

Apologetica adversus calumniatores. (Baron. an. 823, n. 19.)

Νῦν εὐοδούμεθα ἐπιστεῖλαι τῇ πατρικῇ σου

Nunc opportuna scribendi paternæ sanctitati

[93] I Cor. xv, 20 [94] Job i, 21. [95] Psal. lxxxviii, 49.

NOTÆ.

(23) In cod. Reg. ρλθ'.

Digitized by Google

tuæ datur occasio, postquam ab exsilio reversi sumus. Siquidem incursus Arabum nos quoque humiles cum aliis permultis ejiciens ab hospitio, in principem insulam ante urbem abegit. In qua quibus ærumnis affecti fuerimus partim a profugorum urgente nos turba, partim ab æstu et aquis ad potum minime idoneis, quid opus est dicere? Postea vero, ut inde progressi sumus ad vicina Chalcedoni loca, ad ista duo accessit, et hoc alterum, quod in gravissimum incidimus morbum qui miserum corpus nostrum totos septem dies rerum doloribus afflixit : atque ut semel dicam, plane laboriosum iter nostrum fuit. Attamen tria hæc divino munere nobis obtigerunt : primum ut beatissimum pontificem nostrum salutaremus, sacris ejus precibus fruentes; deinde hos atque illos sacros Patres ac fratres; ac tertio, ut objectiones et criminationes Dei misericordia diluerentur, quas contra nos, nescio unde, suscitarunt pacis opifices. Schismaticos nos antea depinxerunt, a divini pontificis nostri consortio aversos : privata auctoritate usos fuisse affirmarunt in eorum pœnis, qui hæreticæ communioni adhæserunt : et alia multa quæ epistola includere difficilius est.

Verum ad singula, ut diximus, auxilio precum tuarum apposite respondentes, et cum sacro pontifice nostro communicare nos ostendimus, qui et summa humanitate nos excepit, et amanter tractavit et dimisit, nulla mentione facta eorum, quæ per dolum conficta fuerant. Quinetiam cum mentio fieret de Domino beato Tarasio (nam et ab eo dixerant, Patrum scilicet amatores, nos descivisse, et secundam in Nicæa sanctam synodum, localem appellare), nos vero probavimus et illum in sanctis Patribus habere, et synodum verbis scriptisque œcumenicam confiteri : licet uspiam aliquando et aliquo modo et quibusdam aliter responderimus. Quæ quidem non oportet, sicut nec ea quæ tum aliter acta fuerunt, nunc inquirere et refricare. Id enim tumultus causam præbet, nec emolumentum ullum affert, sed altercationes potius et offendiculum Ecclesiæ Dei. Hoc et illo modo hi et illi scripserunt ac egerunt : singuli se veritatem tenere arbitrantes. Multis annis, ut nosti, amantissime, peractum fuit, quod in ore nunc est omnium, quodque Orienti atque Occidenti innotuit quæ gesta et scripta sunt evertere neutra pars potest. Nunc tempus est concordiæ, nunc tempus in commune decertandi. Eorum qui quid scripsere, monumenta, si quidem recte habere posteris videbuntur, erunt laude digna : sin minus, secus. Fidelis sermo, nec aliud hac de re dicere libet, neque in præsens, neque in posterum. Et ostendet, inquit, dies revelationis, et novissimus ignis quo judicantur facta nostra et purgantur [66]. Hæc partim quidem, tanquam unanimo patri et pacis auctori; partim etiam quia doloris commemoratio solatium dolentibus afferre consuevit, necessario a me scripta sunt.

[66] II Thess. I, 7, 8.

A ἀγιωσύνῃ· ὁπηνίκα ἀνθυπεστρέψαμεν τῆς φυγαδείας· ἐπείπερ ἡ τῶν Ἀράβων ἔφοδος σὺν πολλοῖς ἄλλοις καὶ ἡμᾶς τοὺς ταπεινοὺς μεθεῖσα τῆς ξενίας, ἀπήγαγε πρὸ τοῦ ἄστεως ἐν τῇ Πριγκίπῃ νήσῳ. Ἐν ᾗ ὅσον ἐταλαιπωρήσαμεν, ἀπό τε τοῦ συνέχοντος ἡμᾶς φυγαδευτικοῦ λαοῦ· τοῦ τε καύσωνος, καὶ τῶν δυσπότων ὑδάτων, τί δεῖ καὶ λέγειν; Εἶτα ἐπειδὴ προὔβημεν ἐγγυτέρω κατὰ τὴν Χαλκηδόνα, ἐκεῖ τοῖν δυοῖν θάτερον· κατεπέσαμεν ἐν ἀσθενείᾳ δυσοίστῳ νεφριτικοῖς πόνοις παιδευούσῃ ἡμῶν τὴν ἐλεεινὴν σάρκα μέχρις ἑβδοματαίου χρόνου· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀργαλεωτέρα ἡμῶν ἡ ὁδὸς ἐγεγόνει. Ὅμως τρία ταῦτα γέγονεν ἡμῖν ἐπιτεύγματα Θεοῦ χάριτι· τόν τε μακαριώτατον ἡμῶν ἀρχιερέα προσκυνῆσαι κομισαμένους τὰς ἱερὰς προσ- B ευχὰς αὐτοῦ· ἔπειτα τούσδε καὶ τούσδε τῶν ἱερῶν Πατέρων καὶ ἀδελφῶν· καί τρίτον, τὸ διαλῦσαι ἐλέει Θεοῦ τὰς ἐνστάσεις καὶ ἀντιπαραστάσεις, ἃς καθ' ἡμῶν οὐκ οἶδ' ὅθεν ἀνῆψαν οἱ τῆς εἰρήνης δημιουργοί· σχισματικοὺς ἡμᾶς προανεζωγράφησαν τῆς τοῦ θεσπεσίου ἡμῶν ἀρχιερέως συναφείας· ἰδιονόμους ἀπεφήναντο ἐν ταῖς ἐπιτιμίαις τῶν ἁλωκότων τῇ αἱρετικῇ κοινωνίᾳ.

Ἄλλα ἅττα ἐργωδέστερον τῷ γράμματι ἐπικυκλεῖν. Πλήν, ὡς προείρηται, εὐχαῖς σου πρὸς ἓν ἕκαστον ἀπαντήσαντες εὐθυδόλως, καὶ τοῦ ἱεροῦ ἡμῶν πατριάρχου κοινωνικοὶ εἶναι ἀποδεδείχαμεν· ὃς καὶ μετὰ ὑπερβαλλούσης συγκαταβάσεως καὶ ἐδέξατο καὶ ἐφιλοφρονήσατο, καὶ ἀπέστειλεν ἡμᾶς· μή C τινος λόγου τῶν σκαιωρηθέντων ἐπιμνηματισθέντος· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ κυρίου Ταρασίου καὶ ἐν ἁγίοις μνημονευομένου· ἔφασαν γὰρ οἱ δῆθεν φιλοπάτορες καὶ τούτου ἡμᾶς διεσχίσθαι, καὶ τὴν γε ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον ἁγίαν σύνοδον τοπικὴν ἀποκαλεῖν· ἡμεῖς δὲ συνεστησάμεθα ἑαυτοὺς, καὶ αὐτὸν ἐν Πατράσιν ἁγίοις ἔχειν· καὶ τὴν γε σύνοδον οἰκουμενικὴν ὁμολογεῖν ἐγγράφως τε καὶ ἀγράφως· εἰ καί που, καί ποτε, καί πως καί τισιν ἀπεκρίθημεν ἑτέρως. Ἃ οὐ δεῖ ὥσπερ καὶ τὰ τηνικαῦτα ἑτέρως πεπραγμένα νῦν ἀναζητεῖν καὶ ἀναξαίνειν· ἔστι γὰρ ταραχῆς αἴτιον, καὶ οὐδὲν ὄνησιν φέρον· ἢ μᾶλλον λογομαχίαν καὶ προσκοπὴν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ· οὕτως καὶ οὕτως, οἵδε καὶ οἵδε, ἔγραψαν, ἔδρασαν, ἕκαστοι τὸ ἀληθὲς ἔχειν οἰόμενοι. Μακροῖς ἔτεσιν, ὡς οἶσθα, τριπόθητε, D τὸ θρυλλούμενον κατεπράχθη, Ἀνατολῇ καὶ Δύσει γνώριμον γενόμενον· τὰ πεπραγμένα καὶ γεγραμμένα, οὔθ' ἕτερον μέρος ἀνατρέπειν οἷόν τε ἐστι. Νῦν καιρὸς ὁμονοίας, νῦν καιρὸς συναθλήσεως· τὰ ἐγκαταλείμματα τοῦ γεγραφότος, εἰ μὲν εὖ ἔξειν δοκεῖ τοῖς μετέπειτα ἐπαίνου ἔνδικα· εἰ δὲ μή, τούναντίον. Πιστὸς ὁ λόγος, καὶ περὶ τούτου λέγειν ἄλλο οὐ βουλόμεθα· οὔτε νῦν, οὔτε πρὸς τὸ ἑξῆς. Καὶ δηλώσει, φησὶν, ἡ τῆς ἀποκαλύψεως ἡμέρα, καὶ τὸ τελευταῖον πῦρ, ᾧ κρίνεται καὶ καθαίρεται τὰ ἡμέτερα. Ταῦτα ὁμοῦ μὲν ὡς Πατρὶ συμψύχῳ καὶ εἰρηνάρχῃ· ὁμοῦ δὲ καὶ εἰς τὸ ἐξιπεῖν τὰ λυπηρὰ, ῥᾳστώνην οἷδε φέρειν ἐν τοῖς ὀδυνωμένοις, ἀναγκαίως γέ-

Digitized by Google

γραπται. Εἰ δὲ παρακληθεὶς ὀφθῇς ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς, κόπον ἀγάπης ἀναλαμβανόμενος, πάντως ἰδίους ἡμᾶς ποιήσειας περὶ πάντα. Οἱ σὺν ἡμῖν προσαγορεύουσι πλεῖστα τὴν ἁγιωσύνην σου. Τοὺς σὺν σοὶ καὶ ἡμεῖς πλεῖστα προσφθεγγόμεθα, παναγιώτατε.

A Quod si consolatorem te nobis humilibus præbueris, charitatis laborem suscipiens; omnino tuos nos reddes in omnibus. Qui nobiscum sunt sanctitatem tuam plurimum salutant: eos qui tecum sunt salutamus et nos plurimum, sanctissime.

ΡΚΗ' (24). *Μαρίᾳ παρθενευούσῃ.* [χος'.]

CXXVIII. — *Mariæ virginitatem colenti.*

De laudibus virginitatis.

Ἐπειδὴ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἀποστολὰς ἐφθάσαμεν παρὰ τῆς τιμιότητός σου δέξασθαι, ἀναγκαῖον ἐκρίναμεν μὴ μόνον ψιλῇ προσρήσει, ἀλλὰ καὶ διὰ γράμματος προσαγορεῦσαι τὴν σεμνοπρέπειάν σου· καὶ οὐ τοσοῦτον διὰ τὰς ἀποστολὰς, ὅσον διὰ τὴν σεμνότητά σου. Μανθάνομεν γὰρ ὅτι τὸν ἐν παρθενίᾳ βίον ἑλομένη δουλεύειν τῷ Κυρίῳ κατεδέξω ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ. Τί γὰρ κρεῖττον παρθενίας; ᾗς ἡ μέριμνα πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ, πῶς ἐπιτεύξεται τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· πῶς δυνηθείη B διαδράσαι τὰς πολυπλόκους μεθοδείας τοῦ διαβόλου. Ἡ δὲ ὑπὸ γάμον τελοῦσα, τοὐναντίον, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρὶ, πῶς τὰς τοῦ κόσμου εὖ διαθείη· ἡ περικλυζομένη τοῖς ἀλμυροῖς κύμασι τοῦ βίου, ἐν τῷ φροντίζειν περὶ τέκνων τε καὶ δούλων καὶ δουλίδων· καὶ πρό γε τούτων, τὰ περὶ ἀρέσκειαν τοῦ ἀνδρός· οὕπω δυναμένη ὑπερανεστάναι τῶν στροφῶν τοῦ κόσμου, καὶ τῷ τῆς διανοίας πτερῷ κουφίζεσθαι πρὸς Κύριον. Σὺ οὖν, ὦ καλλίστη γυναικῶν, μακαρία ὡς ἀληθῶς, καὶ τρισμακαρία, ὅτι τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξω, μετὰ Μαρίαν ἐκείνην τὴν ἀοίδιμον, οἱονεὶ παρακαθεζομένη παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἀκούουσα δι' ἀπραγμονεστέρου βίου τὸν λόγον αὐτοῦ· ἡγίασας ἑαυτὴν ὡς κειμήλιον Θεῷ ἀναθεμένη τὴν ζωήν C σου. Ἐξευγένισας τὸ αἷμά σου ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, καλὸν ὑπόδειγμα ἑαυτὴν προθεμένη. Τί γὰρ καὶ κερδήσουσιν αἱ ὑπὸ ζυγόν; εἰ μή τι ἄρα ἐκζητήσοιεν καὶ ψηλαφήσοιεν καὶ αὐταὶ τὸν Θεὸν καθ' ὅσον οἷόν τε. Οὐχὶ πᾶσαι συζυγίαι ἀποζεύγνυνται διὰ θανάτου; οὐχ ὡς ὄναρ τὰ ὡραῖα τοῦ τῇδε βίου ἀπέρχονται; Ὅσα δὲ περὶ τὸν γάμον ἐλεεινά! οἱ μὲν ἄπαιδες, οἱ δὲ κακόπαιδες. Πενίαι, καὶ τλοῦτοι· αἱ μὲν πιέζουσαι, καὶ οἱονεὶ ἀποτηγανίζουσαι· οἱ δὲ μεταῤῥιπτούμενοι ὡς ἐν κύδοις ἐκ τῶνδε εἰς τόνδε· παστάδες ἐγειρόμεναι· ἀλλὰ καὶ μετὰ θρήνους καταλυόμεναι· θρῆνοι καὶ κοπετοί· ἀλλεπάλληλοι συμφοραί· ὧν πλήρης ὁ βίος, καὶ τὰ παραδείγματα πρὸ ὀφθαλμῶν.

Quoniam semel iterumque a reverentia tua nuntias accepimus, necessarium duximus non nudis solum verbis, sed etiam litteris affari gravitatem tuam: neque hoc tam propter nuntias, quam propter honorificentiam tuam. Audivimus enim te, suscepta virginitatis professione, Domino in sanctitate et justitia servire constituisse. Quid enim præstantius virginitate, cujus cura est quomodo placeat Domino [97], quomodo futura bona consequatur, quomodo multiplices queat diaboli fraudes declinare. Quæ vero matrimonio alligata est, e contrario, quomodo placeat viro [98], quomodo quæ mundi sunt recte procuret, amaris vitæ fluctibus æstuans, dum sollicita est de liberis, servisque et ancillulis, et præ his omnibus, curans quæ viro grata sint: nondum valens mundi versutias transcendere, et mentis alis evolare ad Dominum. Tu ergo, feminarum præstantissima, beata revera et ter beata, quia optimam partem elegisti, post Mariam illam celeberrimam, sedens quodammodo secus pedes Jesu [99]: et per quietiorem vitam verbum illius audiens. Sanctificasti teipsam, vitam tuam Deo in munus offerens. Nobilitasti sanguinem tuum in Spiritu sancto, pulcherrimum exemplum in te ipsa proponens. Quid enim lucri referent quæ sub jugo sunt, nisi et ipsæ quærant et attrectent Deum quantum possunt [1]? Annon conjugia omnia morte dissolvuntur? Annon speciosa hujus vitæ abeunt instar somnii? Quam multa vero in nuptiis miseranda? alii liberis carent, alii pessimos habent. Egestas, et divitiæ: illa angens, et quodammodo excoquens; hæ ab isto ad illum, talorum instar, emigrantes. Thalami nuptiales exstructi, sed et cum luctu destructi: lamenta et planctus, et alternæ calamitates, quibus referta est vita, et quorum exempla ob oculos.

Σὺ δὲ τούτων πάντων ἀπέφυγες, καλλιπάρθενε, κατοικοῦσα μονοτρόπως ἐν οἴκῳ· φυλαττομένη ὡς ῥόδον εὐωδίας Κυρίῳ τῇ παρθενίᾳ· ἔχουσα μενοῦνγε πάντως καὶ θλιπτικὰ ἐκ τε ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν. Ἐπειδὴ ὅπου ἀνάθημα Κυρίῳ, ἐκεῖ ὁ λῃστὴς ἐφεδρεύει κλέψαι καὶ συλῆσαι τὸ ἱερόν. Ἀλλὰ θάρσει ἐν Κυρίῳ, ἐν ᾧ πέποιθας, ἐν ᾧ στέργεις τοὺς κόπους· ὅτι αὐτὸς φύλαξ τῆς ζωῆς σου· ἐπίκουρος D

Tu vero hæc omnia evasisti, virgo præstantissima, seorsim domi habitans, ut suaveolens rasa per virginitatem Domino custodita: habens et ipsa prorsus tribulationes a visibilibus et invisibilibus inimicis: quippe ubi donarium est Domino, ibi fur insidiatur, ut quod sacrum est rapiat et deprædetur: sed confide in Domino, in quo spem collocasti, in quo ærumnas amplecteris: quoniam ipse custos est

[97] 1 Cor. VII, 32. [98] ibid. 34. [99] Luc. X, 42. [1] Act. XVII, 27.

NOTÆ.

(24) In cod. Reg. ρμα'.

Digitized by Google

vitæ tuæ, adjutor et auxiliator in tribulationibus : qui cursum tuum consummans, cœlesti regno suo te dignam efficiet. Hæc a nobis peccatoribus prolata sunt, ut scias te Domini famulam nos etiam, qui Domino servire studemus, habere tibi fratres in Spiritu, sicut et natura conservos : qui et pro reverentia tua oramus.

A καὶ βοηθὸς ἐν ταῖς θλίψεσιν ὃς καὶ τελειῶν σου τὸν δρόμον, ἀξίαν σε ποιήσει τῆς οὐρανίου βασιλείας αὐτοῦ. Ταῦτά σοι παρ' ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν προσπεφώνηται· ἵνα εἰδείης ὅτι ἡ τοῦ Κυρίου δούλη καὶ ἡμᾶς τοὺς σπεύδοντας δουλεύειν τῷ Κυρίῳ, ἔχεις κατὰ πνεῦμα ἀδελφούς σου, ὥσπερ καὶ ὁμοδούλους κατὰ φύσιν, ὑπερευχομένους σου τῆς τιμιότητος.

CXXIX. — *Leoni sacellario.*

ΡΚΘ' (25). — *Λέοντι σακελλαρίῳ.* [χπ'.]

Disceptationem de imaginibus coram imperatore fieri non debere. Baron. an. 82, n. 9.

Ingenti gratiarum et responsionum quas debemus, nomine obstricti, parvam quamdam debiti partem reddere nos censemus per litteras ad laudatissimam ac desideratissimam excellentiam tuam ab humilitate nostra exaratas. Nam et nunc Silvani fratris causa quid respondebimus? Primum quidem, quod cum B eum in conspectum suum admiserit Deo chara anima tua, quasi unum ex familiaribus, mellea affabilitate, hilarique vultu cum homine tenui colloquens ac tractans. Deinde quod de rebus nostris, qui peccatores sumus, et de utriusque nostrum humilis corporis infirmitate sciscitata sit, et aliis modis suæ in nos charitatis affectum ostenderit, adeo ut diceret : Ego in suspicionem apud eos qui erga vos male affecti sunt venio, quod Studita sim : et deprecaretur, ne tanti amoris conjunctio unquam labefactetur. Hæc nos omnia devinxerunt et magis magisque in sincera dilectione confirmarunt ut hæc verba usurparemus : Nunquam, o Domine universorum, oblivisci nos sinas egregii benefactoris, fidi, C unanimis, probati amatoris, sacri hominis, per omnia et in omnibus tutoris ac patroni, Herique et Domini nostri : sed hæreat in nobis infixus amor etiam post mortem, unaque in futuro sæculo comitetur, quando nos invicem cognituros speramus, et congratulaturos in Deo iis qui Spiritus impulsu nos amarint. Verum hinc egrediens oratio, in duplici, si jubes, argumento versabitur. In priore itaque, qui sensus tuus fuerit, domine mi, idem et noster erit. Sic igitur ordiamur.

Πολλοῦ χρέους εὐχαριστιῶν καὶ ἀπολογιῶν ὑπεύθυνοι ὄντες, μικράν τινα νομίζομεν ἀποδιδόναι ὀφειλὴν ἐν ταῖς πρὸς τὴν πανεύφημον καὶ παμπόθητόν σου ὑπεροχὴν ὑπὸ τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν ἐγχαραττομέναις ἐπιστολαῖς. Ἐπεὶ καὶ νῦν ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ Σιλουανῷ, τί καὶ ἀπολογησόμεθα; πρῶτον μὲν ὅτι οὕτως αὐτὸν προσήκατο ἰδεῖν ἡ θεοφιλής σου ψυχή· ὡς ἕνα τινὰ τῶν συνήθων· μειλιχίῳ, ἤθει καὶ εὐπροσίτῳ προσώπῳ συλλαλήσασα καὶ συνανακραθεῖσα μετὰ τοῦ εὐτελοῦς. Ἔπειτα τὰ περὶ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν οὕτως συνανακρῖναι, τήν τε τοῦ ἀμφοτέρων ἡμῶν ταπεινοῦ σώματος ἀσθένειαν, καὶ τὴν ἄλλην ὑποφῆναι ἀγαπητικὴν συνδιάθεσιν· ὡς τοσοῦτον εἰπεῖν· ὅτι καὶ Στουδιώτης ὑποπτεύομαι πρός τινων τῶν ἀντιθέτως πρὸς ὑμᾶς ἐχόντων· καὶ τὸ ἀπεύξασθαι μή ποτε γενέσθαι τινὰ τρῶσιν τῆς τηλικαύτης φιλικῆς ἀνακράσεως. Τοῦτο ὅλον ἐξένισεν ἡμᾶς, καὶ συνερρίζωσε μᾶλλον καὶ μᾶλλον ἐν τῇ εἰλικρινεῖ αὐτῆς ἀγαπήσει τὰ αὐτὰ λέγοντες· Μή ποτε, ὦ δέσποτα, τῶν ἁπάντων δῴης ἡμῖν ἐπιλαθέσθαι τοῦ καλοῦ εὐεργέτου, τοῦ πιστοῦ συμψύχου, τοῦ δοκίμου ἐραστοῦ, τοῦ ἱεροῦ ἀνθρώπου, τοῦ κατὰ πάντα ἐν πᾶσι καὶ προστάτου καὶ κηδεμόνος, καὶ Κυρίου ἡμῶν καὶ Δεσπότου· ἀλλ' εἴη τὸ φίλτρον καὶ μετὰ πότμον ἐνιζάνον ἐν ἡμῖν· μᾶλλον δὲ καὶ συμμετερχόμενον ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, ἐν ᾧ πιστεύομεν γνωρίζειν ἀλλήλους· καὶ συγχαίρειν ἐν Θεῷ τοὺς φιλήσαντας ἑαυτοὺς πνευματοκινήτως. Ἀλλ' ἐντεῦθεν ὁ λόγος μετελθὼν ἐν ταῖς δυσὶν ὑποθέσεσιν, ἐνδιατρίψειε κατὰ τὴν κέλευσιν· ἐπὶ μὲν οὖν τῆς πρώτης, ὡς ἔχεις, ὁ κύριος ἡμῶν, οὕτως καὶ ἡμεῖς διατιθέμεθα. Προδιαιτείσθω δὲ ὁ λόγος οὕτως·

Homicida postquam victus fuerit, debitas legibus pœnas dabit. Nunc autem civile bellum adest, quod, sicut alia iræ divinæ signa, terræ motus et fames, eluviones maris atque incendia; ad correptionem nostram a Deo est justo judicio excitatum, et po- D puli vim tantam, quanta periit, absumpsit. Postquam ergo misertus Dominus plagam repressit, minime vult superstites perire; alioquin communem omnium cladem, quemadmodum diluvii tempore, induxisset. Quid igitur? Servari vult eos qui relicti sunt, et venia dignos fieri. Ait enim in Evangeliis[2] : *Dimittite, et dimittetur vobis.* Et beati Pauli voce : *Ne quis malum pro malo alicui reddat, sed*

Φονίσκος ἐπ' ἂν κρατηθῇ, δικαίως ἀποτίσει πρὸς τοῦ νόμου τὴν ἀντισηκοῦσαν ποινήν. Νυνὶ δὲ ἐμφύλιος πόλεμος πρόκειται· ὃς ὥσπερ αἱ ἄλλαι θεομηνίαι· σεισμοί τε καὶ λιμοί, καταποντισμοί καὶ ἐμπρήσεις παρὰ Θεοῦ πρὸς σωφρονισμὸν ἡμῶν, δικαίᾳ κρίσει ἀνερρίπισθη, ὀλέσασα τοσοῦτον ἀριθμὸν, ὅσος καὶ ὤλλυτο· ἐπεὶ οὖν σπλαγχνισθεὶς κεκόπακε τὴν θραῦσιν Κύριος, οὐ βούλεται τοὺς ὑπολειφθέντας ὀλλυσθαι. Ἐπεὶ πάντως πανολεθρίαν εἰργάσατο, ὡς ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ. Ἀλλὰ τί; τὸ διασεσῶσθαι τοὺς ἐαθέντας, καὶ φειδοῦς γενέσθαι ἀξίους· φησὶ γὰρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· *Ἄφετε καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν.* Καὶ διὰ τοῦ μακαρίου Παύλου· *Μή τίς τινι*

[2] Matth. VI, 14.

NOTÆ.

(25) In cod. Reg. ρμγ'.

Digitized by Google

κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδότω· ἀλλὰ πάντοτε τὸ ἀγαθὸν διώκετε, καὶ εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάντας. Οὐ μὴν ἀνεπιτιμήτως. Ἐπεὶ καὶ Κάϊν φονεύσας τὸν ἀδελφὸν, τὸ πολυειδὲς καὶ ἀδόμενον ἐπιτίμιον εἰκότως εἴληφεν. Ἐπιτετίμηται πρὸς ἑαυτοῦ καὶ Λάμεχ, καὶ Ἀβεσσαλὼμ, ἀδελφὸν Ἀμνὼν κτείνας, ἐάθη ὑπὸ τοῦ πατρὸς, κατὰ τὸ ὑπὸ τῆς Θεοκοήτιδος πρόβλημα ἄκαντος· καὶ αὐτὸς Δαυὶδ οὐκ ἐβούλετο τὸν Ἀβεσσαλὼμ, τὸν πατροκλῴαν κτενέσθαι. Ἀλλ' οὐδὲ τοὺς συναποστατήσαντας αὐτῷ μετὰ τὴν παῦσιν τοῦ πολέμου γέγραπται προστάξαι φονεύεσθαι· τοσαῦτα ὡς κατ' ἐπιτομὴν περὶ τοῦδε. Ἐλεήμων γὰρ ὢν ὁ Θεὸς, θέλει δι' ἐπιτιμήσεων ἦγουν ἐξοριῶν, φυλακῶν, ἄλλων τινῶν ὑποθέσεων τὸ τῆς μετανοίας αὐτοῖς διὰ ζωῆς συντηρεῖσθαι.

A *quod bonum est sectamini in invicem, et in omnes* [a], At non sine multa. Nam et Cain cum fratrem occidisset, multiformem et celebratam pœnam merito subiit. Pœnam quoque a seipso repetiit Lamech, et Absalon, qui fratrem Amnon necarat, a patre, juxta Thecuitidis problema, nequaquam cæsus est; nec Absalon parricidam suum occidi volebat ipse David, sed neque eos qui cum eodem defecerant, post belli finem perimi jussisse proditum est. Ac de his hactenus veluti compendio. Misericors enim Deus per castigationes, id est, exsilia, carceres, et similia, pœnitentiam ab illis tota vita vult observari.

Ἐπὶ δὲ τῇ ἑτέρᾳ ὑποθέσει, τί καὶ φῶμεν; εἰδότος σου τοῦ ἐχέφρονος καὶ δραστηρίου νοῦ τὰ πάντα. Εἰς αὐτὸ τοῦτο ἡ τοῦ προάρξαντος Λέοντος ἔνστασις, συνᾶραι ἡμᾶς λόγον μετὰ τῶν ἑτεροδόξων· ἀντιθετικῶς κρίσιν ἀποίσοντος, ὡς ἐνόμιζεν. Ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ ἤδη τοῦ βασιλεύοντος ἡ αὐτὴ ἔνστασις ὁπηνίκα κατὰ πρόσωπον πρὸ τριῶν ἐτῶν διελέχθη ἡμῖν· οὐκ αὐτοῦ λέγοντος κρίνειν τὴν διαδικασίαν, ἀλλὰ τοῦτον κἀκεῖνον τῶν ὅθεν ὁμοφρόνων ἡμῖν. Ἀλλ' οὔτε ἡμεῖς οἱ παρόντες κατὰ πρόσωπον· οὔτε ὁ κλεινὸς ἡμῶν ἀρχιερεὺς ἠνέσχετο, ὡς ἔκθεσμον καὶ ὀθνεῖον· ὅπερ καὶ ἀληθὲς, παμπόθητε ἡμῶν δέσποτα· οὐδὲ γὰρ περὶ βιωτικῶν καὶ σαρκικῶν ὁ λόγος· ὧν βασιλεὺς τὸ κράτος ἔχει τοῦ κρίνειν, καὶ τὸ βιωτικὸν κριτήριον· ἀλλὰ περὶ θείων καὶ οὐρανίων δογμάτων, ἃ ἄλλοις οὐκ ἐπιτέτραπται, ἢ ἐκείνοις, οἷς φησιν αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος· *Ὅσα ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὅσα ἂν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ.* Τίνες δὲ οὗτοι οἱ ἐντεταλμένοι; Ἀπόστολοι, καὶ οἱ τούτων διάδοχοι. Τίνες δ' οὖν οἱ διάδοχοι; Ὁ τῆς Ῥωμαίων νυνὶ πρωτόθρονος, ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως δευτερεύων, Ἀλεξανδρείας τε καὶ Ἀντιοχείας, καὶ ὁ Ἱεροσολύμων. Τοῦτο τὸ πεντακόρυφον κράτος τῆς Ἐκκλησίας. Παρὰ τούτοις τὸ τῶν θείων δογμάτων κριτήριον. Βασιλέων δὲ καὶ ἡγεμόνων, τὸ συνεπικουρεῖν καὶ συνεπισφραγίζειν τὰ δεδογμένα· καὶ διαλλάττειν τὰ σαρκικῶς διαφορούμενα. Οὐκ ἄλλο τι ἐν τοῖς θείοις δόγμασιν, οὔτε δέδοται πρὸς Θεοῦ, οὔτε γενησόμενον στήσεται. Διὰ τοῦτο ἀπεδοκιμάσθη ἐπὶ τοῦ δόγματος τῶν θείων εἰκόνων τὰ ἐπὶ τοῦ πάλαι Κωνσταντίνου καὶ Λέοντος βασιλικῷ κράτει καὶ θράσει συνεδριασθέντα τε καὶ βατταρισθέντα· ἐφ' οἷς ἐτμήθη ἡ τῇδε Ἐκκλησία τῶν ἑτέρων τεττάρων ἀναθεματισμοῖς ὑποβαλλομένη αἰωνίοις, σφραγῖδι τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Εἶτα ἐλέῳ Θεοῦ ἠγέρθη κέρας ὀρθοδοξίας ἐπὶ Εἰρήνης τῆς πάνυ σὺν τῷ αὐτῆς ῥαδάμνῳ· ἐφ' ἧς συνήφθη τὰ διεστῶτα μέχρις Λέοντος τοῦ προσεχοῦς· ἐφ' ᾧ αὖθις διετμήθη ἡ τῇδε Ἐκκλησία, ἀναθεματιζομένη ὑπὸ τῶν προτέρων ἰσορρόπως.

B De altero autem capite quid dicemus, cum perspecta sint omnia prudenti ac solerti menti tuæ? Eodem nimirum tendebat Leonis nuper imperatoris conatus, ut nos cum heterodoxis sermonem conferremus disceptante illo: ut contrariam nobis sententiam ferret, sicut putabat. Quin et ejus qui nunc imperat, mens eadem fuit, cum ante tres annos nobiscum coram egit, ita tamen ut nequaquam judicem se futurum diceret, sed hunc atque illum scilicet ex iis qui nobiscum eadem sentiebant. Sed neque nos qui præsentes aderamus, neque inclytus pontifex noster id tulit, quippe iniquum et alienum, quod sane verum est, domine mi desideratissime. Non enim de rebus sæculi carnisque sermo est, de quibus judicandi penes imperatorem potestas est, et judicium sæculare: sed de divinis ac cœlestibus dogmatibus, quæ aliis commissa non sunt quam iis quibus Deus ipse Verbum dixit: *Quæcunque ligaveritis super terram erunt ligata et in cœlo: et quæcunque solveritis super terram, erunt soluta et in cœlo* [b]. Quinam autem hi sunt quibus hoc jussum fuit? Apostoli et eorum successores. Quinam porro sunt successores? Qui Romanam nunc primam sedem tenet: qui Constantinopolitanam secundam; qui Alexandrinam, et Antiochenam, et qui Hierosolymitanam. Hæc quinivertex potestas Ecclesiæ: penes hos divinorum dogmatum judicium. Imperatorum vero et præsidum est opem ferre, et comprobare quæ decreta sunt, et reconciliare qui carnaliter dissident ac discrepant. Haud aliud quidquam de divinis dogmatibus, neque a Deo traditum est, nec si fiat, stabit. Propterea explosa et rejecta fuerunt circa divinarum imaginum dogma, ea quæ sub Constantino quodam et Leone regia potentia atque audacia in conciliabulo acta et perperam dicta sunt. Quorum causa divisa hæc nostra Ecclesia fuit a cæteris quatuor, anathematismis affecta perennibus, approbante Spiritu sancto. Post hæc, Deo miserante, erectum est cornu fidei orthodoxæ, magna Irene imperium obtinente cum surculo suo, quo tempore quæ divulsa erant coaluerunt usque ad proximum Leonem: sub quo iterum discerpta est Ecclesia nostra, et ab iisdem pariter anathemate damnata.

[a] I Thess. v, 15. [b] Matth. xvi, 19.

Digitized by Google

Fieri ergo nulla ratione potest, domine, ut sæ- A culari judicio divinum judicium comparetur, aut ut coalescat hæc Ecclesia non consentientibus quinque patriarchis. Quod si roget quispiam, quo pacto id fieri possit? Si excedant, inquam, Dei Ecclesiis heterodoxi, et propriam sedem recipiat quondam Nicephorus sacer patriarcha. Qui, coacto eorum conventu cum quibus certamen sustinuit (si fieri non possit ut ab aliis patriarchis adsint vicarii, quod certe fieri potest, si velit imperator Occidentalem interesse, cui et potestas summa defertur synodi œcumenicæ), attamen pacem conficiat et conjunctionem, synodicas suas ad primæ sedis præsulem mittendo. Quod si hoc minime probet imperator, deflexitque, ut ipse ait, a veritate Nicephorus patriarcha: mittenda est ad Ro- B manum ex utraque parte legatio, *et inde fidei accipienda certitudo*. Etenim sic res habet, ut, si aberret unus e patriarchis, a cæteris ejusdem ordinis, quemadmodum divinus Dionysius tradit, correctionem admittat, non ab imperatoribus judicetur: exsurgant licet omnes quotquot unquam fuerunt imperatores orthodoxi. Atque hoc sane caput despicere minime debet imperator noster, sed ante omnia magni facere, in quo et imperii felicitas, et juste regnandi munus positum est. Aliud nihil sentimus nos humiles et indigni, orantes pro optabilis vitæ tuæ prosperitate. Si quid denique huic epistolæ deest, de eo venerandorum vestigiorum tuorum adorator tabellárius respon- debit. C

Ἀμήχανον οὖν ἐστιν, ὦ δέσποτα, βιωτικῷ κριτηρίῳ παραβάλλεσθαι τὸ θεῖον κριτήριον, ἢ συναφθῆναι τήνδε τὴν Ἐκκλησίαν, μὴ οὐχὶ ὁμονοούντων τῶν πέντε πατριαρχῶν. Εἰ δέ τις ἐρωτοίη καὶ πῶς ἐνδέχεται τοῦτο γενέσθαι· τῷ ἐκστῆναι τοὺς ἑτεροδόξους τῶν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν· καὶ ἀπολαβεῖν τὸν οἰκεῖον θρόνον Νικηφόρον τὸν ἱερὸν πατριάρχην· ὃς συνεδρεύσας μεθ' ὧν συνήθλησεν (εἰ οὐκ ἐνδέχεται ἐκ τῶν ἄλλων πατριαρχῶν παρεῖναι ἀντιπροσώπους. Ὅπερ δυνατόν ἐστιν, εἰ θέλοι βασιλεὺς τὸν ἐκ Δύσεως παρεῖναι· ᾧ καὶ τὸ κράτος ἀναφέρεται τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου), ἀποπεράνοι ἂν τὸ τῆς εἰρήνης, καὶ τὸ τῆς συναφείας βραβευτήριον, δηλονότι δι' οἰκείων συνοδικῶν ἀποστελλομένων τῷ πρωτοθρόνῳ. Εἰ δὲ οὐ τοῦτο καταδεκτέον τῷ βασιλεῖ, B καὶ ὡς φησι παρετράπη σὺν ἡμῖν τῆς ἀληθείας Νικηφόρος ὁ πρόεδρος, ἐξ ἑκατέρου μέρους ἀποσταλτέον πρὸς τὸν Ῥώμης. *Κἀκεῖθεν δεχέσθω τὸ ἀσφαλὲς τῆς πίστεως.* Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει· εἰ παρατραπῇ εἷς ἐκ τῶν πατριαρχῶν ὑπὸ τῶν ὁμοταγῶν, καθά φησιν ὁ θεῖος Διονύσιος, τὴν ἐπανόρθωσιν λήψεσθαι, οὐχ ὑπὸ βασιλέων κρίνεσθαι· κἂν ἐξαναστῶσι πάντες οἱ ὀρθοδοξήσαντες βασιλεῖς· καὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου οὐκ ὀφείλει ἀφειδῆσαι ὁ βασιλεὺς ἡμῶν. Ἀλλὰ καὶ πρὸ πάντων γε φροντίσαι· ἐν ᾧ καὶ τὸ βασίλειον μακάριον· καὶ τὸ βασιλεύειν ἐννόμως δεδώρηται. Ἄλλο τι οὐ φρονοῦμεν οἱ ταπεινοὶ καὶ ἀνάξιοι· ὑπερευχόμενοι τῆς πολυεύκτου σου εὐζωΐας. Εἰ δέ τι ἐλλιπὲς ἐν τοῖς γράμμασιν, ὁ προσκυνητὴς τῶν τιμίων σου ἰχνῶν καὶ ἐπιστοληφόρος ἀπολογήσεται. C

CXXX. — *Cizarensium fraternitati.*

ΡΑ' (26). — *Τῇ ἀδελφότητι Κιζάρων.* [χπδ.]

De obitu abbatis, quem magnopere laudat.

Nuntius dormitionis spiritualis Patris nostri ac vestri, dilectissimi fratres, animam nostram consternavit, ut par erat, acerbumque gemitum elicuit, non mortui causa; beatus enim ille, qui beatam vitam consummavit: quandoquidem et probus fuit monachus et præclare se exercuit usque ad senium, quodque caput est, orthodoxam fidem conservans inter persecutiones et susceptas pro recto ærumnas excessit e vita, justitiæ quodammodo propter Christi confessionem corona redimitus: sed nostri causa, aut vestri ipsorum potius, qui derelicti estis, velut grex boni pastoris obitu destitutus. Enimvero commiserationem doloremque cordis provocat præsulis recordatio, dum animum subit cujusmodi fuerit ejus in Domino gubernatio: quo D pacto hunc quidem collapsum solabatur, illum vero pervicacem objurgabat: alium frena detrectantem hortabatur, alium torpescentem excitabat, mansuetudine et æquitate regens ad ipsius Domini exemplum, qui dixit: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde*[8]: atque in omnibus demum, quibus in medio vestrum velut stella matutina refulsit,

Ἡ ἀγγελία τῆς κοιμήσεως τοῦ πνευματικοῦ ἡμῶν καὶ ὑμῶν Πατρὸς, ἠγαπημένοι ἀδελφοί, ἐθρόησεν ἡμῶν τὴν ψυχὴν, ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ εἰς στεναγμὸν ἤγαγε θλιπτικόν· οὐ διὰ τὸν κοιμηθέντα· μακάριος γὰρ ἐκεῖνος μακαρίῳ βίῳ τελειωθείς, ἐπειδὴ καὶ μονάζων δόκιμος· καὶ ἕως γήρους ἐξησκηκὼς ἄριστα, καὶ τὸ κεφάλαιον, πεφυλαγμένῃ καὶ ὀρθοδόξῳ πίστει μετὰ διωγμῶν καὶ τῶν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ ταλαιπωριῶν ἐξεληλυθὼς τῶν ἐνθένδε, καὶ οἱονεὶ ἐστεφανωμένος τῆς ὑπὲρ Χριστοῦ ὁμολογίας δικαιοσύνῃ· ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, μᾶλλον δὲ ὑμᾶς αὐτοὺς [*cod. Reg.* καὶ τοὺς] ἐναφεθέντας ὡς ποίμνιον ἠπορημένον τῇ τοῦ καλοῦ ποιμένος μεταστάσει. Καὶ γὰρ ἕλκει πρὸς οἶκτον καὶ συντριμμὸν καρδίας ἡ τοῦ προεστῶτος μνήμη, ἀναθεωρουμένη κατὰ τόπον καὶ τρόπον τῆς ἐν Κυρίῳ ἀφηγήσεως· πῶς ὃν μὲν παρεκάλει συμπίπτοντα· ὃν δὲ ἐπέπληττε θρασυνόμενον· ἕτερον προσεκαλεῖτο ἀφηνιάζοντα, καὶ ἄλλον διύπνιζε νωθρευόμενον, πραότητι καὶ ἐπιεικείᾳ διέπων, κατὰ μίμησιν αὐτοῦ τοῦ εἰπόντος Δεσπότου· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ*; καὶ ἁπλῶς ἐν πᾶσιν οἷς δι-

[8] Matth. xi, 29.

NOTÆ.

(26) In cod. Reg. ρμε'.

Digitized by Google

ἔπρεπεν ἐν μέσῳ ὑμῶν ὡς ἐωθινὸς ἀστήρ· ἄλλωστε καὶ τῷ πολυχρονίῳ ἔθει, βαρύνειν εἴωθε τὴν ψυχὴν σφόδρα ὁ τοῦ Πατρὸς χωρισμός.

Ἀλλὰ τί ποιήσομεν, ἀδελφοὶ, πρὸς νόμον Θεοῦ οὕτω κελεύοντα· *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ;* μᾶλλον δὲ ἐκδημία πρὸς Κύριον, ἡ διάζευξις. Ἐπετράπη τὴν μετάστασιν, καὶ ἐξῆλθε τοῦ σώματος. Ἐχωρίσθη ἀφ' ὑμῶν, καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ. Καλὸν ὑπόδειγμα τὸν ἑαυτοῦ βίον τῆς ἀρετῆς ὁμοίωσιν ἐγκαταλελοιπὼς ὑμῖν. Τί οὖν λοιπόν ἐστι τὸ ζητούμενον; Εἰς ἑαυτοὺς ὑμᾶς γενέσθαι, καὶ παρακαλέσαι ἀλλήλους ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Καὶ καθὼς ὑμῖν εἶασε τὸν κύριον Ἀντώνιον καθηγούμενον, τῷ αὐτῷ κανόνι καὶ τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσι τῆς εὐσεβείας ἀπάρξασθαι ὑμᾶς πολιτεύεσθαι, φρουροῦντας τὴν πίστιν, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς κακοπαθεῖν, εἰ δέοι, μέχρι θανάτου, κατὰ τὸν παρόντα διωγμόν· καὶ μηδαμῶς προδοῦναι τὴν ἀλήθειαν, τήν τε ἀγάπην πρὸς ἀλλήλους, καὶ τὴν πρὸς τὸν καθηγούμενον ὑπακοὴν παντὶ σθένει ἀσπάσασθαι. Τοῦτο γὰρ πρὸς τὴν ὑμῶν σωτηρίαν· τοῦτο καύχημα καὶ τῷ μακαρίῳ ἐκείνῳ εἰς ἡμέραν Χριστοῦ· τοῦτο καὶ ἡμῖν τοῖς φίλοις καὶ ἀδελφοῖς ὑμῶν ἐρασμιώτατον. Οὕτω γὰρ περιπατοῦντες κάλλιστα, ἕξετε ἡμᾶς συνεπομένους ὑμῖν, ὅσον οἷόν τε, εἰς τὰ πρὸς Κύριον, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι.

sit : cum præsertim ex diuturna etiam consuetudine gravare animum vehementer soleat paterna separatio.

Sed quid agemus, fratres, adversus Dei legem sic præcipientem : *Terra es, et in terram reverteris* [6] ? Quin potius profectio est ad Dominum, hæc disjunctio. Jussus est migrare, et abiit ex corpore. Separatus est a vobis, et appositus est ad patres suos, præclarum exemplar suam ipsius vitam virtutis effigiem vobis relinquens. Quid ergo restat inquirendum ? Ut ad vos ipsos redeatis, et invicem vos consolemini in Spiritu sancto. Et quia dominum Antonium rectorem vobis instituit, eadem norma, iisdemque pietatis vestigiis fidem conservantes, et pro eo pati parati vel usque ad mortem, si opus sit, juxta præsentem persecutionem. Veritatem utique nequaquam prodatis, charitatemque inter vos mutuam, et obedientiam erga rectorem pro viribus omnibus amplectamini. Hoc enim ad salutem vestram : hæc beato illi in die Domini futura gloriatio : hoc quoque nobis, amicis et fratribus vestris, optatissimum. Sic enim rectissime ambulantes, nos pariter sectantes in via Domini, quantum fas erit, habebitis, fratres reverendissimi.

ΡΛΑ'.(27).—*Κατηχητικὴ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς.*

CXXXI. — *Catechetica ad suos discipulos.*

Vitæ monasticæ officia commendat.

Θεόδωρος ἐλάχιστος πρεσβύτερος καὶ ἡγούμενος τῶν Στουδίου, ἠγαπημένοις ἀδελφοῖς μου καὶ πνευματικοῖς υἱέσι, τοῖς διὰ Κύριον ὧδε κἀκεῖσε διεσπαρμένοις. [χπ'.]

Theodorus minimus presbyter Studii præpositus, dilectis fratribus meis, et filiis spiritualibus huc et illuc propter Dominum dispersis.

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ χαρισαμένου ὑμῖν τὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ διωγμόν. Ὃς καὶ εἰ λυπηρὸς κατὰ σάρκα, ἀλλὰ χαροποιὸς κατὰ πνεῦμα· μακαρισμῶν γὰρ θεολέκτων αἴτιος, καὶ στεφάνων αἰωνίων πρόξενος. Οὗ χάριν κἀγὼ ὁ εὐτελὴς χαρᾷ χαίρω καὶ ἀγαλλιάσει ἀγαλλιῶμαι, ὅτι ἠξίωμαι τοὺς ἐμοὺς ἀγαπητοὺς ἰδεῖν ἐν τοιαύτῃ προκοπῇ, ἐν τηλικοῦτῳ βαθμῷ τῆς καλῆς ὁμολογίας, ἣν ὡμολογήσαμεν ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, προσκυνεῖν Χριστὸν ἐγγεγραμμένον ἤγουν ἐξεικονισμένον, καθὼς πάντες οἱ ἅγιοι Πατέρες ἡμῶν. Μόνον παρακαλῶ καὶ ὑπομιμνήσκω, ἀξίως τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ ὑμᾶς πολιτεύεσθαι. Τὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν ἔχοντας καλὴν, ἐν οἷς διατρίβετε καὶ τόποις καὶ προσώποις· τὸν λόγον ἐν χάριτι ἅλατι ἠρτυμένον· τὴν ἕξιν εὐλαβείᾳ μεμεστωμένην. Τὴν βρῶσιν καὶ τὴν πόσιν αὐταρκείᾳ τετηρημένην· τὸ ἔνδυμα καὶ βάδισμα συνέσει τεθεωρημένον· ὡς ἂν φωτισμὸς ἐστε τῶν λαϊκῶν, ἀλλὰ μὴ τοὐναντίον· ὑπόθεσις θείας ἐξομολογήσεως, ἀλλὰ μὴ τοὐναντίον. *Ἕκαστος καθὼς ἔλαβε χάρισμα, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸ διοικοῦντες, ὡς καλοὶ*

Gratia vobis et pax a Deo Patre et Domino Jesu Christo, qui dedit vobis pro ipsius nomine persecutionem pati ; quæ etsi tristis est secundum carnem, at lætitiæ plena secundum spiritum. Nam et beatitudinum divinarum causa est, et æternarum coronarum conciliatrix. Quapropter et ego abjectus gaudio gaudeo et exsultatione exsulto, quod dignus habitus sim qui dilectos meos viderem adeo profecisse, ac pervenisse ad sublimem gradum præclaræ confessionis, quam coram Deo et hominibus professi sumus, de adorando Christo pictura sive imagine expresso, juxta omnes sanctos Patres nostros. Unum hortor et moneo vos, ut ambuletis digne Evangelio Christi, bonam exhibentes conversationem vestram, quibus in locis et quibuscum personis degitis ; sermonem in gratiæ sale conditum ; tenorem animi circumspectione plenum, cibum et potum frugalitate, vestitum et incessum prudentia temperatum, ut laicis lux sitis, non contra : divinæ confessionis argumentum, non contra : *Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, tanquam boni dispensatores multiformis*

[6] Gen. III. 19.

NOTÆ.

(27) In cod. Reg. ρμς'.

Digitized by Google

gratiæ Dei, sicut scriptum est. *Si quis loquitur, tanquam sermones Dei*, non inanitates : *si quis ministrat, tanquam ex virtute*[7], non per superbiam : si quis laborat propriis manibus, ne gravis sit, non autem ne tanquam otiosus damnetur et non manducet. Si quis in omnibus mandatum exsequitur, ut operarius Dei, non autem ne scandalum sit proximo ; et ut in omnibus glorificetur Deus, et ego miser audiens, exhilarer et gaudeam.

A

Cernite perversas conspirationes : cernite perniciosam libertatem : cernite adulteriorum matrem edacitatem. Nullus cum muliere colloquatur sine necessitate : nullus sedeat solitarius : nullus avaritiæ studeat, lucro lucrum adjiciens, et aurum augens, in quo radix est peccati, et Judæ portio[8]. Nullus comparet, cum monasticam libertatem possideat, emptitium servum. Eo usque enim progressa est quorumdam nequitia, qui vitiosis affectibus se manciparunt, et monasticæ dignitatis jacturam fecerunt. Nullus vino se ingurgitet, Apostolum audiens : *Modico vino utere, propter stomachum tuum et crebras infirmitates tuas*[9]. Ex quibus rebus incenduntur adversus animam carnalia desideria, et exuritur domus Dei, qui interior homo noster est. Sed tanquam hospites et peregrini simus, singuli vestrum, fratres, in hac persecutione *quasi morientes, et ecce vivimus : ut castigati et non mortificati : quasi tristes, semper autem gaudentes : sicut egentes, multos autem* spiritualiter *locupletantes ; tanquam nihil habentes, et omnia possidentes*[10], ut apostolicis verbis utamur. Oculi mei semper ad vos quos desidero : cor meum in vobis ardet in Domino : sensus mei percelluntur, cum sinistrum quidpiam audio de aliquo : cum accipio aversionem Deo exosam, lacrymas fundunt oculi. Conteritur anima mea, si quando contra traditionem et constitutionem, et eorum quæ ante dicta sunt demonstrationem ambulet quis Deum non amans. Exiistis, patres, ex monasterio ad altiorem lucem persecutionis. Nunquid enim ad tenebras, Spiritus impulsu, discreti ab invicem sumus ? Nunquid ut voluptuose vivamus ? Nunquid Deus non videt ! Nunquid ad hominum aures opus uniuscujusque non pervenit, quo modo conversemini ?

B

C

D

Hæc, qui servos habetis, audite ; qui soli habitatis, qui mulieres sectamini, ne quid amplius dicam : avari, gyrovagi. Non libens vitupero, ignoscite : sed ægre accuso, tanquam ad hoc constitutus : *Implete gaudium meum, filii, ut idem sapiatis*[11], eadem norma ambulatis, bona exempla et documenta in animas intuentium imprimentes ad gloriam Dei, ad decus vestrum immortale, ad lætitiam quoque meam qui peccator sum, ad laudem fraternitatis vestræ in Christo Jesu Domino nostro ; cui gloria

οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος Θεοῦ, καθὼς γέγραπται· Εἴ τις λαλεῖ ὡς λόγια Θεοῦ, ἀλλὰ μὴ ματαιολογίας· εἴ τις διακονεῖ, ὡς ἐξ ἰσχύος, ἀλλὰ μὴ καθ' ὑπερηφανίαν· εἴ τις ἐργάζεται ταῖς ἰδίαις χερσὶ, πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρὴς εἶναι, ἀλλὰ μὴ ὡς ἀργὸς κατακρινόμενος καὶ τοῦ ἐσθίειν. Εἴ τις ἐν πᾶσι κατ' ἐντολὴν πράσσει, ὡς ἐργάτης Θεοῦ, ἀλλὰ μὴ κατὰ σκάνδαλον γιγνόμενος τοῦ πέλας· ἵνα ἐν πᾶσι δοξάζηται ὁ Θεός· κἀγὼ ὁ τάλας ἀκούων, εὐθυμῶ καὶ χαίρω.

Βλέπετε τοὺς κακοὺς συνδυασμούς· βλέπετε τὴν ἐλευθερίαν παῤῥησίαν· βλέπετε τὴν πορνοποιὸν ἀδηφαγίαν· μήτις μετὰ γυναικὸς ὁμιλείτω ἄνευ ἀνάγκης· μήτις μεμονωμένως καθεζέσθω· μήτις φιλαργυρείτω κέρματι κέρμα προστιθεὶς, καὶ αὔξων χρυσίον, ἐν ᾧ ῥιζοῦται ἡ ἁμαρτία, καὶ ἡ μερὶς τοῦ Ἰούδα. Μήτις ἀπεμπολείτω, τὴν μοναχικὴν ἐλευθερίαν κτώμενος, ἀργυρώνητον δοῦλον. Μέχρι γὰρ τοῦδε ἔφθασεν ἤ τινων πονηρία, δουλωθέντων τῇ προσπαθείᾳ, καὶ ἀπολωλεκότων τὸ μοναχικὸν ἀξίωμα. Μήτις οἰνοφλυγείτω, ἀκούων τοῦ Ἀποστόλου· *Ὀλίγῳ οἴνῳ χρῶ, διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας.* Ἀφ' ὧν ἀνάπτονται κατὰ τῆς ψυχῆς αἱ σαρκικαὶ ἐπιθυμίαι, καὶ ἐμπρίζεται ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ, ὅς ἐστιν ὁ ἔσω ἡμῶν ἄνθρωπος. Ἀλλ' ὡς ξένοι καὶ παρεπίδημοι ὦμεν, ὦ ἀδελφοὶ, ἕκαστος ὑμῶν ἐν τῷδε τῷ διωγμῷ, ὡς *ἀποθνήσκοντες, καὶ ἰδοὺ ζῶμεν*· ὡς *παιδευόμενοι, καὶ μὴ θανατούμενοι*· ὡς *λυπούμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες*· ὡς *πτωχοὶ, πολλοὺς δὲ πνευματικῶς πλουτίζοντες*· ὡς *μηδὲν ἔχοντες, καὶ τὰ πάντα κατέχοντες*, ἀποστολικῶς εἰπεῖν. Οἱ ὀφθαλμοί μου διὰ παντὸς πρὸς ὑμᾶς τοὺς ποθητούς μου· ἡ καρδία μου καιομένη ἐν ὑμῖν ἐν Κυρίῳ· τὰ αἰσθητήριά μου ματμάσσει με, ἡνίκα ἀκούσω ἀπευκτὴν ἀκοὴν ἐπί τινι· ἐπ' ἂν μάθω ἐκτροπὴν θεομίσητον· οἱ ὀφθαλμοί μου κατάγουσι δάκρυα. Ἡ ψυχή μου συντρίβεται, ὁπόταν παρὰ τὴν παράδοσιν καὶ κατάστασιν καὶ τὴν τῶν προειρημένων ἔκφανσιν περιπατεῖ ὁ ἀφιλόθεος. Ἐξελιλύθατε, ὦ Πατέρες, ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου εἰς ὑψηλότερον φάος τοῦ διωγμοῦ. Μὴ γὰρ εἰς ἐπισκότωσιν διῃρέθημεν ἀπ' ἀλλήλων πνευματοκινήτως ; μὴ γὰρ ἵνα περιπαθῶς ζήσωμεν ; μὴ γὰρ ὁ Θεὸς οὐχ ὁρᾷ ; μὴ γὰρ οὐκ ἀκουστὸν γίγνεται ἑκάστου τὸ ἔργον, ὅπως ἀναστρέφοισθε ;

Οἱ τοὺς δούλους ἔχοντες, ταῦτα ἀκούετε· οἱ μονοκάθιστοι, οἱ γυναικιζόμενοι, ἵνα μήτι πλέον λέγω· οἱ φιλάργυροι, οἱ φιλόγυροι. Οὐχ ἑκὼν ὀνειδίζω, σύγγνωτε· ἀλλὰ πονῶν κατηγορῶ, ὡς εἰς τοῦτο κείμενος. *Πληρώσατέ μου τὴν χαρὰν, ὦ τέκνα, ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε*, τῷ αὐτῷ στοιχῆτε κανόνι· ἀγαθὰ ὑποδείγματα καὶ ὑπομνήματα ἐναποσφραγίζοντες ταῖς ψυχαῖς τῶν ὁρώντων, εἰς δόξαν Θεοῦ, εἰς κλέος ὑμῶν ἄσβεστον, εἰς εὐφροσύνην κἀμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, εἰς ἔπαινον τῆς ἀδελφότητος ὑμῶν

[7] I Petr. IV, 10, 11. [8] I Tim. VI, 10. [9] I Tim. V, 23. [10] II Cor. VI. 9. [11] Philipp. II, 2.

Digitized by Google

ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A et imperium cum Patre et Spiritu sancto, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

PAB' (28). — *Τῇ ἡγουμένῃ Ἰγνῶν.* [χπζ'.]

CXXXII. — *Præpositæ Ignorum.*

Ut sanctimonialibus, quibus præest, sit exemplo.

Ἀπεδεξάμην τὴν εὐλάβειάν σου, ἀδελφὴ ἐν Κυρίῳ, καὶ ἐφ' οἷς ἀπέστειλας δώροις· καὶ ἐν αἷς διαθέσεσιν ὑπολαμβάνεις τὰ καθ' ἡμᾶς. Ἀλλ' οὐ τοιοῦτο ἡμεῖς· οἵ γε οὐδὲ ἑαυτοῖς ἀρκοῦντες ἐν ἀγαθοῖς, πῶς ἂν ἄλλοις μεταδοίημεν ἀγαθοειδοῦς διδασκαλίας; Γένοιτο δὲ κατὰ τὴν πίστιν σου θεοπρεπῶς πολιτεύεσθαι, τὸν ἐν παρθενίᾳ βίον ἀμέμπτως διατελοῦσαν· οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς προστασίας βαθμὸν ἀκατακρίτως περιέπειν. Ἴσθι γὰρ ὡς πολυ- B μισθον τὸ πρᾶγμα· ἀλλ' οὖν γε τοῖς μὴ προσέχουσι καὶ ἐπικίνδυνον, ψυχῶν ἄρχειν τῶν κατ' εἰκόνα Θεοῦ πεποιημένων. Ὡς οὖν ἐν Κυρίῳ ἄρχουσα ἡγοῦ, καὶ κατευοδοῦ τῆς ποίμνης σου, παντὸς ἀγαθοῦ προτύπωμα ἑαυτὴν τιθεῖσα· ἵνα ἀξιωθῇς εἰπεῖν· *Ἰδοὺ ἐγὼ, καὶ τὰ παιδία ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός.* Θεὸς γὰρ παραδέδωκέ σοι τὰς ψυχὰς δι' ἀποταγῆς· καὶ αὐτῷ δεῖν σε αὐτὰς προσάξαι ὡς θυσίαν εὐπρόσδεκτον· κἀν τούτῳ πολύς σου ὁ μισθὸς ἐν οὐρανοῖς ὑπάρξει. Δίδασκε αὐτὰ, νουθέτει τὰ σωτήρια ἐντάλματα, ποθεῖν μόνον Χριστὸν, ἀλλὰ μὴ σάρκας καὶ αἵματα· ἀκτημονεῖν, ἀλλὰ μηδὲν ἔχειν ἰδιόκτητον· ἀπροσπαθεῖν, ἀλλὰ μὴ φιλοϊδιάζειν πρὸς τοὺς ἀγχιστεύοντας· προθυμοεργεῖν, ἀλλὰ μὴ ὀκνηρῶς ἔχειν πρὸς τὴν ἄσκησιν. Ἂν γὰρ οὕτως, ἀπαντήσει C αὐταῖς ὁ νυμφίος Χριστὸς μικρὸν ὕστερον λαμπαδηφορούσαις, καὶ ἀπαντηθήσεται περιχαρῶς· ἀσπάσεται καὶ ἀσπασθήσεται ἱεροπρεπῶς· ἀνοίξει αὐταῖς τὸν οὐράνιον καὶ ἀχειρότευκτον νυμφῶνα· δώσει αὐταῖς βασιλείαν οὐρανῶν, τρυφὴν παραδείσου, πόματα ἀθανασίας, γλυκάσματα ἀειζωΐας· ἐνδύσει αὐτὰς περιβλήματα φωτοειδῆ, κοσμήσει κόσμοις ἀφθαρσίας, νυμφαγωγικοῖς διαδήμασιν· ἐμπλήσει τῶν ἀπείρων ἀγαθῶν, εἰς αἰῶνας αἰώνων. Διὰ ταῦτα καὶ σὺ κἀκεῖναι μοχθήσατε· διώξατε [f. ἐμοχθήσατε] ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ κατεργάζεσθαι τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν· ἀναψύχετε ταῖς ἐλπίσι· σβέννυτε τὸ ἐπεισαγόμενον πῦρ παρὰ τοῦ ἐχθροῦ ἐν ψυχαῖς, τῷ θείῳ ἔρωτι· ὅτι ἂν ἄλλο ἐπαχθὲς τῆς ἀσκήσεως. Ταῖς ἀναλήψεσι τῶν θείων D ἀναγνωσμάτων τε καὶ ᾀσμάτων παραμυθεῖσθε, περιφρουροῦσαι καὶ τὸ ἀκοινώνητον τῆς αἱρέσεως· κἂν δέῃ ὑπὲρ αὐτοῦ παθεῖν τι μέχρι καὶ θανάτου· μηδαμῶς προέμεναι τὴν πίστιν. Τῆς γὰρ ἀγάπης Χριστοῦ οὐδὲν προτιμότερον· καθὼς ἀπέδειξαν αἱ ἀπ' αἰῶνος παρθένοι μέχρι τοῦ δεῦρο· ἐπειδήπερ εἰσὶ καὶ νῦν διωκόμεναι, καὶ τῶν μονῶν ἐξωθεῖσαι διὰ Χριστὸν, ἢ μετασχεῖν τοῦ αἱρετικοῦ ἄρτου. Ταῦτα ὡς κατὰ Χριστὸν ἀδελφῇ οὔσῃ καὶ θυγατρὶ, γέγραφά σοι καὶ ταῖς μετὰ σέ· ὡς ἂν ἴδοις ὅτι

Pietatem tuam laudavi ac probavi, soror in Domino, tum in iis donis quæ misisti, tum in eo affectu quo nostra accipis. Nihil simile autem in nobis est, qui cum nec satis ipsi instructi a virtute simus, quomodo aliis doctrinam virtutis impertiemus? Utinam autem secundum fidem tuam divino more converseris, vitamque in virginitate peragas inculpate: atque adeo præfecturæ quoque munus sine reprehensione obeas! Scis enim rem esse cum ingenti mercede conjunctam, sed et iis qui sunt minus cauti, periculi plenam, præesse animis ad similitudinem Dei conditis. Itaque tanquam in Domino moderatrix præsto, et gregem tuum feliciter rege teipsam omnis boni effigiem præbens; ut possis dicere: *Ecce ego* et puellæ, *quas dedit mihi Deus*[12]. Tradidit enim tibi animas Deus per renuntiationem: atque ad ipsum adduci a te has oportet, tanquam hostiam acceptam: eamque ob rem maxima tibi merces in cœlis erit. Has doce, salutaria his præcepta ingere, unum amare Christum, non carnem et sanguinem, inopem vitam ducere, nihil habere privatim, nullo affectu teneri, nec propinquos peculiariter diligere: alacres exhibere se, nec esse in instituto monastico segnes. Nam si ita sit, ipsis suas lampades gerentibus paulo post sponsus Christus occurret, et excipietur idem cum gaudio, sacros vicissim accipiet ac reddet amplexus, cœlestem ipsis nec manufactum thalamum aperiet, donabit eis regnum cœlorum, paradisi voluptatem, potiones immortalitatis, suavitatem vitæ sempiternæ: induet eas amictu lucido, incorruptionis decore exornabit, sponsali diademate: innumeris bonis in sempiternum ævum cumulabit. Propter hæc et tu et illæ ærumnas pertulistis: magno studio quotidie enitentes ut salutem vestram operaremini. Spes vos illa reficiat ac recreet. Inductum in animos ab hoste ignem divino amore exstinguite. Quod si quid aliud in disciplina grave est ac molestum, id lectione sacra arrepta hymnisque decantandis leniter ac mitigate, ab hæretica communione sedulo cavente: vel si necesse sit hujus rei causa usque ad mortem pati, nullo pacto abjicientes fidem. Nihil enim præstabilius est Christi charitate: quemadmodum præ se tulerunt ab omni ævo virgines usque ad hunc diem. Quandoquidem nunc quoque sunt quæ vexantur, atque ex monasteriis propter Christum extrusæ sunt, ne hæreticum panem participarent. Hæc tibi tanquam sorori in Christo ac filiæ scripsi, et iis quæ tecum

[12] Isa. VIII, 18.

NOTÆ.

(89) In cod. Reg. ρμζ'.

Digitized by Google

sunt : ut intelligas et communem nobis Dominum amnobus esse, et quantum omnes esse salvos optemus, quippe qui sint unius corporis Christi, atque ex eo fratres invicem appellati. Nam in Christo Jesu *non est masculus neque femina, sed omnia et in omnibus Christus*[12], qui et vos et nos servet incolumes.

κοινός ἐστιν ὁ Δεσπότης ἀμφοτέρων ἡμῶν· καὶ ὡς φιλοῦμεν πάντας σώζεσθαι· ὡς ἑνὸς ὄντες σώματος Χριστοῦ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀδελφοὶ ἀλλήλων χρηματίζοντες· ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ, *οὔτε ἄρσεν, οὔτε θῆλυ, ἀλλὰ πάντα καὶ πᾶσι Χριστὸς*, ὃς διασώσειε καὶ ὑμᾶς καὶ ἡμᾶς.

CXXXIII. — *Ephraim et Agathoni cæterisque filiis.*

ΡΛΓ'. — *Ἐφραΐμ, καὶ Ἀγάθωνι, καὶ τοῖς λοιποῖς τέκνοις.* [χπη'.]

In obitum Laurentii præpositi.

Quod beatus Laurentius diem obiit, mors illi quidem pro requie est : nam qui possit non ita esse viro bono ? Illum in hujus vitæ egressu quies a monasticæ vitæ laboribus, vel potius a vexatione propter justitiam excipiet, migrantem ad Dominum : cujus virtutum testes quamplurimi. Vobis autem, fratres reverendissimi, deinde et nobis humilibus, triste hoc et acerbum accidit, qui probatum monachum amisimus, reverendum fratrem, constitutum ut caput esset ac spiritualis viæ dux. Sed tristitia tamen utrisque versa est in gaudium, quod electus Dei raptus est a nobis, optimi Dei jussu, in sanctitate et justitia. Quapropter et ego humilis gaudeo, gratulorque vobis quod tale vas ad Deum præmisimus : revera enim vas electionis Laurentius fuit, primum quidem sincera renuntiatione atque obedientia, deinde studio progressuque virtutum, ob quas et sacerdotio dignus est habitus, ac multorum fratrum præfecturam suscepit, hos benigne regens utilis gregi, Deo vivens revera ac præposito suo, non mundo, nec mundi negotiis : cujus et nota exsilia propter Dominum, et vexationes tum priores tum posteriores : cujus et speciosi pedes, ut cum Scriptura loquar : cum huc et illuc obiret, et evangelizaret fratribus salutaria præcepta. Unguentum spiritualis ejus sudor : ros sacer, certamen illius et virtutis curriculum. Qui in hac præsenti persecutione assumptus, quid aliud quam beatitudinem a Domino obtinuit ? Et nunc ille quidem in cœlo est, in eamdem cum sodalibus civitatem ascriptus : nos autem adhuc in certamine constituti, atque in metu ne dejiciamur. Neque enim consummata homini felicitas inest ante excessum e vita : cum sit incertus exitus.

Ὅτι ἐκοιμήθη ὁ μακάριος Λαυρέντιος, ἐκείνῳ μὲν ἀνάπαυσις ὁ θάνατος· ἀνδρὶ γὰρ ἀγαθῷ πῶς οὐχὶ τοῦτο ἀπαντήσεται, ἀπὸ κόπων ἀσκητικῶν μεταβάντι τοῦ βίου, μᾶλλον δὲ ἀπὸ τοῦ κατὰ δικαιοσύνην διωγμοῦ ἐνδημήσαντι πρὸς Κύριον· οὗ τῶν ἀρετῶν μάρτυρες πολλοί ; Ὑμῖν δὲ συνέβη, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, ἐπεὶ καὶ ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς τὸ λυπηρὸν, ἀπολέσασι δόκιμον μοναστὴν, τίμιον ἀδελφὸν, εἰς κεφαλὴν καθιστάμενον τῆς κατὰ ψυχὴν ὁδηγίας. Ἀλλ' ὅμως τὸ λυπηρὸν εἰς χαρὰν ἀμφοτέροις περιετράπη, διότι ἐκλεκτὸς Θεοῦ ὁ ἁρπασθεὶς ἀφ' ἡμῶν κελεύσει Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ, ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ. Διὸ κἀγὼ ὁ ταπεινὸς χαίρω καὶ συγχαίρω ὑμῖν, ὅτι παρεπέμψαμεν πρὸς τὸν Θεὸν τηλικοῦτον σκεῦος. Ἐκλογῆς γὰρ σκεῦος ὡς ἀληθῶς Λαυρέντιος, πρῶτον μὲν διὰ τῆς ἀψευδοῦς ἀποταγῆς καὶ ὑποταγῆς· δεύτερον διὰ τῆς φιλαρέτου σπουδῆς τε καὶ προκοπῆς· ἐξ ὧν καὶ ἱερωσύνης ἠξίωται, καὶ πολλῶν ἀδελφῶν ἐπιστασίας ἀνεδέξατο ἄξίωμα, φιλητῶς ποιμαίνειν χρήσιμος τῇ ποίμνῃ· ζῶν Θεῷ καὶ τῷ καθηγουμένῳ ὡς ἀληθῶς, ἀλλ' οὐ κόσμῳ καὶ τοῖς κατὰ κόσμον πράγμασιν· οὗ καὶ ἐξορίαι διὰ Κύριον, καὶ διωγμοὶ, καὶ πρότερον καὶ ὕστερον· οὗ καὶ οἱ πόδες ὡραῖοι, γραφικῶς εἰπεῖν, ὧδέ τε κἀκεῖ περιιόντος, καὶ εὐαγγελιζομένου τοῖς ἀδελφοῖς τὰ σωτήρια ἐπαγγέλματα. Μύρον, ὁ πνευματικὸς αὐτοῦ ἱδρώς· δρόσος ἱερὸς, ὁ ἀγωνίσις αὐτοῦ δρόμος τῆς ἀρετῆς. Ὃς προσληφθεὶς ἐν αὐτῷ τῷ παρόντι διωγμῷ, τί ἄλλο ἢ τὸν ὑπὸ Κυρίου μακαρισμὸν ἀνεδήσατο ; Καὶ νῦν ἐκεῖνος μέν ἐστιν ἐν οὐρανῷ συμπολεύων τοῖς ὁμοταγέσιν· ἡμεῖς δὲ ἔτι ἐπὶ τοῦ ἀγῶνος ἱστάμενοι, καὶ ἐπὶ φόβον τροπῆς κείμενοι. Οὐ γάρ ἐστι μακαρισμὸς τέλειος ἀνθρώπῳ, ἕως ἀποβιώσεως, διὰ τὸ ἄδηλον τῆς ἐκβάσεως.

Quamobrem obsecro vos, fratres, ut vigiletis ac sobrii sitis, ut virili ac forti animo in proposito certamine tum intelligibilis, tum sensibilis persecutionis. Qui enim secundum Deum vivit, semper patitur persecutionem ab invisibili vexatore, ut teneatur peccati laqueo : quem, o strenui Christi milites, fugiamus. Quæ porro fugæ ratio est ? Nempe si sub potenti manu Dei simus, in omnibus ei placentes. Id vero consequemini, si non ex proprio arbitratu sed ex communi lege vivatis : habentes videlicet fratrem Ephraim in præpositi vicem, quemadmodum et ille consensit, et nos assensi sumus, et tempus ac ratio postulant. Sint omnia communia : meum ac tuum exsulet : charitas exprimatur,

Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, γρηγορεῖν καὶ νήφειν, ἀνδρίζεσθαι καὶ κραταιοῦσθαι ἐν τῷ προκειμένῳ ἀγῶνι τοῦ τε νοητοῦ καὶ αἰσθητοῦ διωγμοῦ. Δεδίωκται γὰρ ἀεὶ ὁ κατὰ Θεὸν ζῶν ὑπὸ τοῦ ἀοράτου διώκτου εἰς κατάληψιν ἁμαρτίας· ὃν φύγωμεν γενναῖοι στρατιῶται Χριστοῦ. Πῶς δὲ ἔστι φυγεῖν ; Τῷ ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ γενέσθαι, διὰ τῆς εἰς ἅπαν εὐαρεστήσεως αὐτοῦ. Ἔσται δὲ τοῦτο, ἐὰν μὴ ἰδιοβούλως, ἀλλὰ κοινοβιακῶς ζήσητε· δηλονότι ἔχοντες τὸν ἀδελφὸν Ἐφραΐμ προκαθηγούμενον, καθὼς κἀκεῖνος εἶασε, καὶ ἡμεῖς συνευδοκοῦμεν, καὶ ὁ χρόνος καὶ ὁ τρόπος ἀπαιτοίη. Ἔστωσαν πάντα κοινὰ, τὸ ἐμὸν καὶ σὸν ἐξοριζέσθω· ἡ ἀγάπη χαρα-

[12] Galat. III, 28 ; Coloss. III, 11.

Digitized by Google

κτηριζέτω· ἡ ὑπακοὴ φυλαττέτω. Καί· *Εἰ ταῦτα* A *οἴδατε, μακάριοί ἐστε*, φησίν, *ἐὰν ποιῆτε αὐτά.*

obedientia servetur. Et : *Si hæc scitis, beati estis,* inquit, *si feceritis ea* [13].

ΡΛΔ' (25).—*Εὐφροσύνῃ ἡγουμένῃ.* [χπθ'.]

CXXXIV. — *Euphrosynæ præpositæ.*

Rursus de ipsius matris obitu.

Ἡ μνήμη τῆς μακαρίας μητρὸς, σοῦ μὲν ἀμφοτέρωθεν, ἐμοῦ δὲ κατὰ πνεῦμα, θαῤῥῶ δὲ εἰπεῖν καὶ πολλῶν ἄλλων· ἐπείπερ σεβασμία ἡ κυρία· προὐτρέψατό με ὥσπερ ὑπ' ἐκείνης νυττόμενον, προσφθέγξεσθαί σε, ἀδελφὴ ἐν Κυρίῳ, βραχέα τινὰ καὶ ταχύ. Τίνα δὲ ταῦτα; Ἵνα ἀγωνίζῃ τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς ἀσκήσεως, εἰς ἣν ἐκλήθης, καὶ ὡμολόγησας τὴν καλὴν ὁμολογίαν ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων. Πῶς δὲ ἔστιν ἀγωνίσασθαι; Ἐκ τοῦ ἔχειν τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ. Οὗ γὰρ φόβος, ἐκεῖ B ἐντολῶν τήρησις. Ἐκ τοῦ μελετᾷν τὸν θάνατον. Ἔνθα γὰρ μελέτη θανάτου, παθῶν ἀλλοτρίωσις. Ἐκ τοῦ μεριμνᾷν τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος διάζευξιν, τὴν ἐπὶ ταύτῃ ἀγγελικὴν ἐπιστασίαν, τὴν ἀπαγωγὴν τῆς ψυχῆς πρὸς τὰ οὐράνια. Πῶς ἄρα διέλθοι τὸν ἄρχοντα τοῦ τῇδε αἰῶνος, πειρώμενον πρὸς ἑαυτὸν τὴν ἀνιοῦσαν ψυχὴν ἐπισπάσασθαι, εἴπερ ἴδοι αὐτὴν κατεστιγμένην τοῖς πάθεσιν· εἶτα τοῦ τὴν ἀποκατάστασιν λάβοι μέχρι καιροῦ ἀναστάσεως· ἡνίκα τὸ συζυγὲς σῶμα ἑνωθείη κατὰ τὴν ἄῤῥητον τοῦ Θεοῦ δύναμιν. Καὶ οὕπω λέγω τὴν μικρὸν ὕστερον ἐπέλευσιν τοῦ νυμφίου Χριστοῦ, *ἀπ' οὐρανοῦ μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ*· τήν τε εἰς ἀέρα ἁρπαγὴν τῶν θεοφιλῶν ψυχῶν· καὶ τὴν ὁμοῦ πάσης τῆς κτίσεως συναγωγὴν πρὸ προσώπου τοῦ φοβεροῦ βήματος· εἶτα τὴν ἀπόφασιν ἑκατέρων τῶν παρισταμένων μερῶν· τοὺς μὲν δικαίους καλοῦσαν εἰς βασιλείαν οὐρανῶν· τοὺς δὲ ἁμαρτωλοὺς ἀποπέμπουσαν εἰς τὸ πῦρ τὸ ἐξώτερον. Τοίνυν ἡ ταῦτα ἐννοοῦσα εὐαισθήτως ψυχὴ, τρέμει, δεδιᾷ, κατανύσσεται, δακρύει, καθαίρεται, φωτίζεται, ἐξισταμένη τῶν τῇδε σχέσεων· ἀλλοιουμένη τε τὴν καλὴν ἀλλοίωσιν, καὶ πρὸς Θεὸν ἀνατρέχουσα ἐν χαρᾷ πνευματικῇ καὶ ἀῤῥήτῳ θυμηδίᾳ· ὃς ἀποστρέφεσθαι μὲν καὶ ἥλιον ὁρᾷν, καὶ τῶν ἄλλων ἡδέων τοῦ παρόντος βίου, διὰ τὴν ὑπερνικῶσαν τοῦ καλοῦ θεωρίαν. Οὕτως ἔστι τὸν καλὸν ἀγῶνα ἀγωνίζεσθαι, τιμιωτάτη. Τοῦτον δὴ ἀγωνισαμένη ἡ καλή σου μήτηρ, ἐκολλήθη Θεῷ, καὶ μετέβη ἐπαινε- D τῶς τῶν ἐνθένδε.

Memoria beatæ matris, tuæ quidem corpore ac spiritu, tum vero meæ secundum spiritum, ausim dicere et complurium aliorum, quoniam sancta est ac præcipuæ venerationis domina ; impulit me, tanquam matre ipsa instigante, ut te, soror in Domino, paucis verbis in præsenti alloquerer. Quæ sunt illa porro ? Ut bonum certamen certes monasticæ vitæ ad quam vocata es, et confessa bonam confessionem coram multis testibus [14]. Qua autem ratione certandum ? Si Dei timorem insitum in animo habueris. Nam ubi timor, ibi observatio mandatorum. Si mortem mediteris. Ubi enim mortis meditatio, ibi a vitiis alienatio est. Si tecum reputes animi sejunctionem a corpore, cui sejunctioni præerit angelus ; abductionem deinde animæ in cœlestem plagam. Quemadmodum effugiat utique hujus sæculi principem conantem videlicet pertrahere ad se evolantem animam, siquidem viderit eam vitiis tanquam maculis inustam : deinde ubi subsidendi locum accipiat usque ad resurrectionis tempus, cum socium corpus adjungetur inenarrabili Dei virtute. Necdum commemoro mox futurum Christi sponsi adventum *de cœlo cum angelis virtutis ejus* [15], acceptarum Deo animarum raptum in cœlum, ac simul omnis creaturæ convocationem coram horrendo tribunali : deinde de utraque parte quæ præsens aderit sententiam, quæ justos quidem in regnum cœlorum invitet, peccatores autem in exteriorem ignem ableget. Hæc igitur secum animus sedulo reputans, pavet, timet, dedit se lacrymis cum intimo doloris ex noxa sensu, purgatur, illuminatur, hujus vitæ affectibus exuitur, in egregium statum immutatus, et ad Deum evolans in lætitia spiritali, et inenarrabili alacritate : ita ut vel intueri solem, vel præsentis vitæ deliciis frui tædeat, ob præstantiorem honesti contemplationem. Est id bonum certamen certare, o reverendissima. Hac igitur cum egregia tua mater certaverit, Deo copulata est, et ex hac vita cum laude migravit.

Ἐπειχθῶμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, παρακαλῶ, τοῖς ἐκείνης ἴχνεσιν ἕπεσθαι· καὶ μήτ' ἰλιγγιάσῃς πρὸς τὸ ὕψος τῆς ἀρετῆς ἐκκαλουμένη· τὸ μὲν ὅτι χάριτι Θεοῦ καὶ συνεπαίρῃ ταῖς καλαῖς ἀναβάσεσιν, ἐξ ὧν ἀκούω εὖ πράττειν σε· τὸ δὲ ὅτι οὗ τὸ θέλειν πάρεστιν, ἐκεῖ κατὰ μικρὸν καὶ ἡ τελείωσις προσγίνεται, τοῦ Θεοῦ δυναμοῦντος, καὶ φιλοῦντος τὴν σωτηρίαν τοῦ οὕτως προαιρουμένου. Τάχα δὲ τὴν προστασίαν τῶν ἀδελφῶν ἐμπόδιον ἡγήσῃ τῆς τοιαύτης προθέσεως, προσβαρουμένη τῇ ὁδηγίᾳ· ἀλλὰ μηδαμῶς, ὦ κυρία. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀγαπητὸν Θεῷ,

Festinemus igitur et nos, obsecro, ejusdem vestigiis insistere. Ne vero obstupescas, ad virtutis fastigium invitata : tum quod Dei beneficio et sublimis attolleris egregiis progressibus, in quibus strenue rem a te geri audio : tum quod ubi voluntas adest, ibi res brevi e sententia conficitur, Deo corroborante, ac salutem illius qui sic affectus sit diligente. Forte autem sororum præfecturam impedimentum esse talis propositi arbitrabere, regendi cura prægravata. At nequaquam, o domina. Nihil enim tam acceptum Deo, quam subditos

[13] Joan. XIII, 17. [14] I Tim. VI, 12. [15] II Thess. I, 7.

NOTÆ.

(25) In cod. Reg. ρμθ'.

Digitized by Google

pascere ac regere. Sic enim magnum Petrum compellat : *Si diligis me, pasce oves meas* [16]. Iterumque : *Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris* [17]. Ac rursum : *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte, et operiet multitudinem peccatorum* [17*]. Si quis enim advolans ex dominandi cupiditate pastorale pedum arripiat, odiosus ille est et abominandus Deo, nec salutem alteri parat, nec ipse consequitur. Sin vocatus a Deo ac morem gerens præfecturam accipiat, et is amicus Deo intelligetur, et idem alteri ac sibi salutem afferet. Quandoquidem igitur ipsa sic vocata es, gaude et time : illud quidem ob spem ; istud vero ob sollicitudinem. Sic præsis, et prospere agas, pascens, gerensque de sororum contubernio curam. Terrent te ea quæ fama narrat, inquis : sed habes adjutorem Deum, efficaxque maternarum precum auxilium. In illum curam omnem tuam abjice, et ipse expedita efficiet consilia tua. Deesse tibi aliquem dixeris qui te rite defendat? sed præsidem habes ipsum quem dilexisti Dominum : deinde et custodem vitæ tuæ angelum, qui te ex omni malo eripiat. Quare ne demitte animum, sed erige : firmas adhibe, non imbecillas vires : prospiciens integræ valetudini corporis, ut Deo rite servias, et sorores regas, ac sorores vicissim (ad ipsas enim convertatur oratio) ut recte gubernentur, ac religiose pascantur, te unam spirantes, te veram matrem agnoscentes, ac se invicem sincere cognatas.

Nam ubi talis adest concordia animorum, ibi Christus in medio, et beatæ vitæ consummatio. Vitam enim beatam adeptæ sunt, virginitatem amplexa, et Christum sponsum habentes, non mortales procos, quorum molesta consociatio est, et quæ paulo post disjunctio fit, multo acerbior. Quem vero sponsum habent Christum, is nunquam moritur : sed et vita omnium est. Et una cum eo ingredientur ipsæ, votum servantes abstinentiæ, in cœlestem thalamum. Edant illæ, bibant, vestiantur, quidquid ex usu vitæ est accipiant a perspicaci charitate tua : quandoquidem Apostolus ait : *Ita desiderantes vos, cupide volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras* [18]. Sint modo unius sententiæ, uniusque mentis, animam unam habentes : una sit voluntas, communia omnia, peculiare nihil, diversa nusquam sententia : et perfecerint omnia quæ ad salutem necessaria : ac brevissimum et egregium cœnobiticæ vitæ curriculum emensæ in perpetuum exsultabunt cum egregia tua ac religiosa matre. Sic enim insigne cœnobium, et quæ præclare administrat, communi lætitia perfruentur, et erunt cum Domino semper. Nostra hæc brevis nuliiusque pretii allocutio est. Tu vero, domina, pauca hæc semina excipiens, ex teipsa quæ desunt adjice : ac pro nobis peccatoribus preces fundere ne graveris :

A ὡς τὸ ποιμαίνειν καὶ ὁδηγεῖν τοὺς ἑπομένους. Φησὶ γὰρ πρὸς τὸν μέγαν Πέτρον· *Εἰ ἀγαπᾷς με, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου.* Καὶ πάλιν· *Ὁ ἐξάγων ἄξιον ἐξ ἀναξίου, ὡς στόμα μου ἔσῃ.* Καὶ πάλιν· *Ὁ ἐπιστρέψας ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ, σώσει ψυχὴν αὐτοῦ ἐκ θανάτου, καὶ καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν.* Ἂν μὲν γὰρ ἐπιτρέχων τις, ἐκ φιλαρχίας δράξηται τῆς ποιμαντικῆς ῥάβδου, μισητὸς καὶ ἀπόπτυστος Θεῷ, οὔτε σώζων, οὔτε σωζόμενος. Ἂν δὲ κληθεὶς δι' ὑπακοὴν Θεοῦ δέξηται τὴν προστασίαν, καὶ φίλος Θεῷ καὶ σώζων καὶ σωζόμενος ἀποδειχθήσεται. Ἐπειδὴ δὲ αὐτὴ οὕτως κέκλησαι, χαῖρε καὶ τρέμε· τὸ μὲν διὰ τὴν ἐλπίδα, τὸ δὲ διὰ τὴν ἀγωνίαν· ἡγοῦ καὶ κατευοδοῦ, ποιμαίνουσα καὶ διαφέρουσα τὴν φροντίδα τῆς ἀδελφότη-

B τος. Ὀρρωδεῖ σε τὰ θρυλλούμενα ὡς φής· ἀλλ' ἔχεις θεὸν ἐπίκουρον, συνεργίᾳ τῶν προσευχῶν τῆς μητρός. Ἐφ' ᾧ τὴν μέριμνάν σου ἐπιῤῥίψοις, καὶ αὐτὸς ποιήσει ῥάους τὰς διαθέσεις σου. Οὐκ ἔχειν λέγοις τινὰ τὸν προστατοῦντά σου γνησίως; Ἀλλ' ἔχεις τὸν πρωτοστάτην αὐτὸν ὃν ἠγάπησας Κύριον· ἔπειτα καὶ τὸν φύλακα τῆς ζωῆς σου ἄγγελον, ῥυόμενόν σε ἐκ παντὸς κακοῦ. Διὸ εὐθύμει καὶ μὴ ἀθύμει· εὐρώστει καὶ μὴ ἀῤῥώστει· πρόνοιαν ποιοῦσα τῆς εὐεξίας τοῦ σώματος· ἵνα δουλεύῃς Θεῷ ἀρκούντως, καὶ διέπῃς τὰς ἀδελφάς. Καὶ αἱ ἀδελφαὶ πάλιν· πρὸς αὐτὰς γὰρ ὁ λόγος ἐπιστρέφοιτο· ἵνα ἔπωνται κατὰ λόγον, καὶ ποιμαίνωνται θεοπρεπῶς, σὲ μόνον ἀναπνέουσαι, καὶ σὲ μητέρα ἀληθινὴν

C γνωρίζουσαι, καὶ συγγόνους ἀψευδεῖς ἀλλήλας.

Ὅπου γὰρ ἡ τοιαύτη συμψυχία πάρεστιν, ἐκεῖ ὁ Χριστὸς ἐν μέσῳ, καὶ ἡ μακαρία ζωὴ τελειουμένη· μακαρίαν γὰρ ζωὴν εἵλοντο παρθενίαν ἀσπασάμεναι, καὶ Χριστὸν νυμφίον ἔχουσαι, καὶ οὐκ ἐπικήρους μνήστορας· ὧν ἡ συνάφεια ὀδυνηρὰ, καὶ ἡ μικρὸν ὕστερον διάζευξις ἀλγεινοτέρα· ὃν δὲ νυμφίον ἔχουσι Χριστὸν, οὔποτε ἀποθνήσκει· ἀλλὰ καὶ ζωή ἐστι τῶν ἁπάντων· καὶ συνεισελεύσονται αὐτῷ, τηροῦσαι τὸ ἐπάγγελμα τῆς νηστείας, εἰς τὸν οὐράνιον νυμφῶνα· καὶ φαγέτωσαν, καὶ πιέτωσαν, καὶ ἐνδυσκέσθωσαν, καὶ ὅ τι ἂν ἄλλο χρειῶδες λαμβανέτωσαν πρὸς τῆς εὐδιακρίτου σου θεοφιλείας· ἐπείπερ φησὶν ὁ Ἀπόστολος· *Οὕτως ἱμειρόμενοι ὑμῶν, εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι ὑμῖν, οὐ μόνον τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχάς.*

D Μόνον ὁμογνωμονείτωσαν, συμφρονείτωσαν, μίαν ψυχὴν ἔχουσαι, ἓν θέλημα, πάντα κοινὰ, μηδὲν ἰδιόκτητον, μηδὲν ἑτερόγνωμον· καὶ τὸ πᾶν αὐταῖς τῆς σωτηρίας ἐξείργασται· καὶ ὁ σύντομος καὶ ὁ πάγκαλος τοῦ κοινοβιακοῦ βίου δρόμος διήνυσται· καὶ χορεύσουσιν εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων μετὰ σοῦ τῆς καλῆς μητρὸς καὶ θεόφρονος. Οὕτω γὰρ τὸ καλὸν κοινόβιον, καὶ ἡ καλῶς ποιμαίνουσα εὐφρανθήσονται ὁμοδίαιτον εὐφροσύνην, καὶ ἔσονται σὺν Κυρίῳ πάντοτε. Αὕτη ἡμῶν ἡ μικρὰ καὶ μηδαμινὴ προσφώνησις· σὺ δὲ, κυρία, τὰ βραχέα σπέρματα λαβοῦσα, παρ' ἑαυτῆς πρόσθες τὰ ἐλλείποντα· καὶ

[16] Joan. xxi, 18. [17] Jerem. xv, 19. [17*] Jac. v, 20. [18] I Thess. ii, 8.

Digitized by Google

προσεύχεσθαι περὶ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν παρακλήθητι· ἵνα ὧν λόγων ἐσμὲν διδάσκαλοι, τούτων ἐνεργεῖς ὀφθῶμεν πράκτορες· καὶ σωθῶμεν σὺν ὑμῖν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

ut quæ docemus ore, ea opere perficere conspiciamur, ac salvi vobiscum simus in regno cœlorum.

ΡΛΕ' (26). — *Κατηχητική.* [χλα'.]

CXXXV. — *Catechetica.*

Pietatis documenta tradit in sacratum Quadragesimæ tempus.

Ὅτι ἐπεζήτησεν ἡ τιμιότης σου λόγον νουθεσίας παρὰ τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν· καὶ ὁ λόγος ἡμῶν ἐξουθενημένος, καὶ ὁ βίος ἡμῶν ἠμελημένος. Ὅμως ὅτι ἐρῶμεν τῆς σωτηρίας σου, καθότι καὶ παρθένος εἶ νύμφη Χριστοῦ, κειμήλιον ἁγιότητος, καὶ καθὼς ἐκ πεποιθήσεως ἐπιζητεῖς ἡμῶν τὴν νουθεσίαν· ἐπιζητεῖς δὲ αὐτὴν διὰ τὴν ἐπὶ θύραις ἐφισταμένην ἁγίαν τεσσαρακοστήν· καὶ ἡ ἀληθινὴ παρθένος Χριστοῦ οὐκ ἐν ἡμέραις ἀφωρισμέναις, ἀλλ' ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ ἐν ἑκάστῃ ἡμέρᾳ ζητεῖ πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ καὶ Νυμφίῳ αὐτῆς. Ἔχει δέ τι πάντως καὶ ὁ τῶν νηστειῶν χρόνος ἰδίωμα σπουδῆς ἐναρέτου πρὸς τὸν ὅλον ἐνιαυτόν· τοιγαροῦν, ὦ τιμιωτάτη, τὸν συνήθη σου κανόνα τῆς ἀσκήσεως ἐνεργεῖν καὶ ἄρτι προθυμήθητι· οὐ γὰρ δυνάμεθα ὁροθετεῖν τοῦτο κἀκεῖνο, ἢ σοὶ, ἢ ταῖς μετὰ σοῦ συνασκουμέναις, διὰ τὸ μήπω εἰδέναι τὴν τάξιν καὶ τὴν ἀγωγὴν ὑμῶν. Εἷς δὲ ὅρος καὶ κανὼν κοινωφελὴς πᾶσι κεχρεωστημένος, καὶ μάλιστα τοῖς ἀνῃρημένοις τὸ μοναχικὸν ἐπάγγελμα, τὸ μηδὲν ἔξω τῶν ἀπαρεσκόντων Θεῷ πράττειν ἡμᾶς, *ἀλλ' ἐν φόβῳ καὶ τρόμῳ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν κατεργάζεσθαι*· καὶ γὰρ νηστεία ἀληθὴς, ἡ παντὸς κακοῦ ἀποχή. Νηστεύσωμεν πρῶτον μὲν ἀπὸ τοῦ μὴ εἰσοικίζεσθαι τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς ἐν τῇ καρδίᾳ, κἀντεῦθεν ἀνάπτεσθαι εἰς ἐπιθυμίας ἐκτόπους. Μία γὰρ ἐπιθυμία καὶ εἷς ἔρως ἀληθινὸς, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ καλὸς καὶ ὡραῖος Νυμφίος· οὗ ἡ ἐφιεμένη ἐξ ὁλοκλήρου ψυχὴ, μισεῖ σάρκα καὶ αἷμα, καὶ πάντα τὰ τῆς φθορᾶς ἐνδάλματα· ἀεὶ δὲ πτερουμένη τῷ περὶ αὐτὸν πόθῳ, ἀποστρέφεται σχεδὸν εἰπεῖν, καὶ αὐτὸν τὸν ἥλιον ὁρᾷν· καὶ σφαδάζει καὶ τοῦ σώματος ἐκβῆναι, καὶ πρὸς τὸν ποθούμενον γενέσθαι· ὅπερ ἐστὶ τὸ ἀκρότατον ὀρεκτὸν τοῖς λόγου μετειληφόσι. Νηστεύσωμεν δὴ κατὰ δεύτερον λόγον, καὶ ἀπὸ βρωμάτων ποσότητός τε καὶ ποιότητος· καὶ τοσοῦτον, ὁπόσον ἡ δύναμις τοῦ σώματος φέρει· φησὶ γὰρ ὁ Ἀπόστολος· *Ἕκαστος καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ, μὴ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης· τὸ ἱλαρὸν γὰρ ἀγαπᾷ ὁ Θεός*· καὶ τὸ κατὰ δύναμιν. Τοῦτο δὲ ἐπὶ σοῦ τῆς καθηγουμένης κυριολεκτεῖσθαι δύναται· ἐπὶ δὲ τῆς ἀδελφότητος οὐκ ἔχει δύναμιν· διὰ τὸ κατὰ τὴν ὑπὸ σοῦ δεδομένην διάταξιν καὶ ἐσθίειν καὶ πίνειν, καὶ τὴν ἄλλην ἀγωγὴν εἶναι ἐφ' ἑκάστης, ὥστε διακριτικοῦ ὄμματός σοι χρεία προσηκόντως τὰ κατ' αὐτὰς ἐπιθεωρεῖν. Κοινῶς δὲ ἐπὶ πᾶσι, τὸ ἀπέχεσθαι ματαιολογίας ἀκαίρου, βασκανίας ἀτόπου, ἀργίας

Quod reverentia tua sermonem adhortationis ab humilitate nostra flagitavit· nec sermo noster ullius pretii est, et vita despicabilis. Quoniam tamen salutis tuæ percupidi sumus, propterea quod et virgo es Christi sponsa, specimen sanctitatis, ac veluti ex fiducia nostram desideras adhortationem : idcirco autem desideras quod veluti pro foribus astat sancta Quadragesima, ac vera quidem Christi virgo non certis ac definitis diebus, sed omni tempore et quolibet die sollicita est quomodo placeat Domino ac Sponso suo. Habet tamen omnino jejuniorum tempus peculiarem vim quamdam, ut studium acuat capessendæ per totum annum virtutis. Quamobrem, o reverendissima, da ultro operam ut consuetam tibi in monasterio vivendi normam nunc quoque teneas : neque enim possumus hoc vel illud definire, seu tibi, seu reliquis quæ tecum exercentur, quod vestra mihi minus sit cognita vitæ institutio. Una vero lex, regula una est quam par est omnibus esse communem, sed maxime iis qui monasticum vitæ institutum profitentur ; nihil ut exterius agamus eorum quæ Deo minus placent : *sed in timore ac tremore salutem nostram operemur*[18*]. Verum enim jejunium, ab omni malo abstinentia est. Sic igitur primum jejunemus, ut ne pravas cogitationes subire in animum patiamur, atque in scelerata deinde desideria exardescere. Unum enimvero desiderium et unus amor verus, Dominus noster Jesus Christus, Sponsus egregius ac speciosus : quem quæ anima omnino desiderat, carnem odit et sanguinem, omnesque rerum corruptibilium imagines ? semper autem illius desiderio in sublime evolans, refugit, prope dixerim, vel ipsum intueri solem : gestitque et e corpore exire, et cum eo quem amat versari : quod caput ac summa votorum est iis qui Verbi participes exstitere. Jejunabimus utique secundo loco, tum quantitate ciborum, tum a qualitate, et quatenus coporis vires ferunt. Ait enim Apostolus : *Unusquisque prout destinavit in corde suo : non ex tristitia, aut ex necessitate : hilaritatem enim diligit Deus*[19] : et pro ratione virium. Hoc vero in te, quæ præposita es, designari distincte potest : in sororum cœtu, non potest : quod ex tradita abs te lege, et edendi et bibendi modus, et reliqua vivendi ratio singularum pendere debeat. Quamobrem perspicaci tibi oculo est opus, ut quæ singulis expediant contempleris. Convenit autem ex æquo omnibus,

[18*] Philipp. II, 18. [19] II Cor. IX, 7.

NOTÆ.

(26) In cod. Reg. ρν'.

Digitized by Google

intempestiva garrulitate abstinere, inepta æmulatione, inutili otio : ac potius tempestivum silentium servare, loqui opportune, amare invicem ac diligere secundum Dominum : et habere communia omnia, et nihil privatim sepositum.

περιέργου · μᾶλλον μὲν οὖν ἡσυχίαν ἄγειν εὐκαιρον· καὶ λόγον φθέγγεσθαι δέοντα · καὶ ἀγαπᾷν καὶ στέργειν ἀλλήλας κατὰ Κύριον· καὶ πάντα κοινὰ ἔχειν, καὶ μηδὲν ἀποτεταγμένως ἴδιον... *Λείπει σελ. α'.*

(Deest pagina una.)

CXXXVI. — *Theodoro stratego.* ΡΛϚ'. — *Θεοδώρῳ στρατηγῷ.*

Lapsum excitat ad pœnitentiam.

..... Contrarius eventus. O calamitatem! Quænam ista est involuntaria abductio? quænam per vim illata participatio, intentans carnis periculum ei qui nolit heterodoxum panem participare? Voluntarium sacrificium, o christianissima cogitatio! corpus et sanguis Domini nostri Jesu Christi. Ait enim magnus Apostolus de eo, *Qui cum in forma Dei esset, se non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo : sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis* [19*]. Quoniam igitur voluntarium sacrificium et voluntarie datum volentibus, non autem nolentibus. Etenim Dominus ipse in Evangeliis ait apostolis : *Nunquid et vos vultis abire* [20]? propter eos qui jam discesserant ab eo, qui discipuli videbantur: et magni Petri responsio hujusmodi : *Ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Et nos credidimus, et cognovimus, quia tu es Christus Filius Dei viventis* [20*]. Et rursus magnus Petrus in Epistola sua, *Voluntarie pascere* oportet *non coacte* [21].

(27)..... οὕσι τὸ ἐναντίον ἀπάντημα. Ὢ τῆς συμφορᾶς! τίς αὕτη ἡ ἀκούσιος ἀπαγωγή; τίς δὲ ἡ ἀναγκαστικὴ μέθεξις ἐπαπειλοῦσα τὸν κατὰ σάρκα κίνδυνον ἐν τῷ μὴ προαιρεῖσθαι μεθέξειν τοῦ ἑτεροδόξου ἄρτου; ἑκουσιόθυτον · ὦ χριστιανικώτατε λογισμέ · τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Φησὶ γὰρ ὁ μέγας Ἀπόστολος περὶ αὐτοῦ· *Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο εἶναι ἴσα Θεῷ · ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος · ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ.* Ἐπεὶ οὖν ἑκουσιόθυτον καὶ ἑκουσιόδοτον τοῖς ἐθέλουσιν, ἀλλ' οὐχὶ τοῖς μὴ ἐθέλουσι. Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φησὶ πρὸς τοὺς ἀποστόλους · *Μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ἀπελθεῖν;* διὰ τοὺς ἤδη ἀπελθόντας ἀπ' αὐτοῦ τῶν δοκούντων μαθητιᾷν. Καὶ ἡ παρὰ τοῦ μεγάλου Πέτρου ἀπόκρισις τοιάδε · *Πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα; Ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις. Καὶ ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν, καὶ ἐγνωμεν ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.* Καὶ πάλιν ὁ μέγας Πέτρος ἐν τῇ οἰκείᾳ ἐπιστολῇ, *Ἑκουσίως ποιμαίνειν δεῖ, ἀλλ' οὐκ ἀναγκαστικῶς.*

Cognoscant proinde qui nolentes vi trahunt ad suam communionem, se gentium more hoc facere : non corpus Christi quod sponte oblatum est, perrigentes, sed contra, quod victimæ idolis oblatæ speciem habeat, prout coactum est sacrificium in libationibus dæmoni acceptis quæ apud ipsos fiunt. Et verus est sermo, et demonstratio perspicua : et nemo audit. Sed *Parce, Domine, parce : et ne des hæreditatem tuam in opprobrium perfectum* [21*], ut alicubi ait quidam e prophetis. Quid vero nobis eveniet, o desideratissime, et ab omnibus laudate? Dicetur enim nobis : Siquidem asperius, quomodo amicitia est? Cedamus adhuc tempori. Reformidabimus potestatem plusquam honestum est? Et ubi vox Domini quæ homines timeri vetat, et statuit ut potius timeatur Deus solus, in quo omnis potestas et virtus, qua potest animum et corpus perdere in gehennam ignis [22]? Heu lapsum! o trepidationem! in qualibet persona, et maxime in Christiano. Verumtamen huc ades iterum, amice ac domine optime, excitemur, pœnitentiam agamus. *Prope est Dominus quærentibus illum* [22*], nec

Γνώτωσαν οὖν λοιπὸν οἱ βιαστικῶς ἕλκοντες πρὸς τὴν ἑαυτῶν κοινωνίαν τοὺς μὴ προαιρουμένους, ὡς ἑλληνοειδῶς τοῦτο πράττουσιν · οὐ σῶμα Χριστοῦ τὸ ἐθελόθυτον παρέχοντες, ἀλλὰ τοὐναντίον εἰδωλοθύτου ἔχον ἔμφασιν, κατὰ τὴν ἀκούσιον τοῦ θυομένου ἐν ταῖς κατ' αὐτῶν φιλοδαίμοσι σπονδαῖς. Καὶ ὁ λόγος ἀληθὴς, καὶ ἡ δεῖξις ἐναργὴς, καὶ ὁ ἀκούων οὐδείς. *Ἀλλὰ, Φεῖσαι, Κύριε, φεῖσαι, καὶ μὴ δῷς τὴν κληρονομίαν σου εἰς ὀνειδος τέλειον,* ὡς που τις ἔφη τῶν προφητῶν. Τί δὲ ἡμεῖς πάθωμεν, ὦ τριπόθητε καὶ πανεύφημε; Εἰρήσεται γὰρ, Εἰ καὶ τραχύτερον, πῶς φιλία ὁ λόγος; ἀπαχθείημεν τῷ καιρῷ ἔτι · ὑποπτήξομεν τὴν ἐξουσίαν πλέον ἢ καλῶς ἔχει; καὶ ποῦ ἡ φωνὴ τοῦ Κυρίου ἀπαγορεύουσα τὸν ἀνθρώπινον φόβον, καὶ μᾶλλον καθορίζουσα τὸν Θεὸν μόνον, ἐφ' ᾧ ἡ πᾶσα ἐξουσία, καὶ ἡ δύναμις τοῦ καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἐμβαλεῖν εἰς γέενναν πυρός; Φεῦ τῆς συμπτώσεως! Ἀβάλε τῆς ὑποπτήξεως! ἐφ' ὅτῳ οὖν προσώπῳ καὶ μάλιστά γε χριστιωνύμῳ. Πλὴν ὅμως δεῦρο πάλιν, φίλε καὶ κύριε καλὲ, ἀνακληθῶμεν, μεταμεληθῶμεν. *Ἐγγὺς Κύριος τοῖς ζητοῦσιν αὐτὸν,* καὶ οὐ βούλεται μὲν τὴν πῶσιν

[19*] Philipp. II, 6-8. [20] Joan. VI, 68. [20*] ibid. 69. [21] I Petr. V, 2. [21*] Joel II, 17. [22] Luc. XII, 5. [22*] Psal. CXLIV, 18.

NOTÆ.

(27) Ibi inscriptionem non habent codices mss.; sed istam repræsentat codex Regius in Indice Epistolarum.

Digitized by Google

ἡμῶν κατά τι τῶν ἁμαρτανομένων · πεσόντας δὲ ἐρᾷ ἀνίστασθαι ἡμᾶς θᾶττον, καὶ ἁμαρτάνοντας ἐπιστρέφειν· καὶ τοῦτο ὁσάκις ἂν καὶ συμβαίη κατά τινα περιπέτειαν ἀβουλίας. Εἴποι δ' ἂν τυχὸν ἡ τιμία σου ψυχή· Ὁ βαλὼν καὶ ἰάσεται · καὶ οἷον τὸ ἐπιτίμιον · οὐδὲν γὰρ ἀνιάτρευτον θεραπευόμενον· οὐ βαρὺς ὑμῖν ὁ τῆς ἰατρείας λόγος.

A vult ruinam nostram propter aliquod perperam factum [23]: sed cum ceciderimus, optat nos resurgere confestim, et peccantes converti : et hoc, quotiescunque contigerit, ex qualibet occasione imprudentiæ. Dixerit autem fortasse veneranda anima tua : Qui percussit et sanabit[23*] : et possibilis est pœnitentia : nihil enim insanabile si curetur. Non gravis vobis est medicinæ mentio.

ΡΛΖ' (28).— *Προκοπίῳ μοράζοντι.* [χιδ'.]

CXXXVII. — *Procopio monacho.*

Reprehendit quod extra cœnobium degeret.

Ἄρτι ἐπιστέλλω τῇ τιμιότητί σου, ὁπότε τὸν διάκονον τοῦ γράμματος ἐμόν τε καὶ σὸν εὗρον, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρορμήσαντά με εἰς αὐτὸ τοῦτο, ὡς καὶ τῆς εὐσεβείας σου οὕτως ἐπιζητούσης, καὶ φιλούσης. Ἀλλὰ χαῖρε, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ. Χαῖρε, φίλων ἄριστε, καὶ μάλα τῶν ἀρχαίων. Χαῖρε, ὦ εὐ- B λαβείᾳ [*Reg. cod.* ὁ εὐλαβείᾳ.] περιβόητος, καὶ ἐν γνώσει ἐξακουτιζόμενος. Ποῦ ποτε ἀπολέλοιπας ἡμᾶς, τοσούτοις χρόνοις ὑποκρύψας σου τὸ τίμιον πρόσωπον; Τίς δὲ ὁ τρόπος τῆς κατὰ τὴν ἑστίαν περιορίσεώς σου, μήπω προϊόντος καὶ ἐμφανιζομένου δημοσίᾳ; καὶ τρίτον, ἵνα παῤῥησιαστικώτερον φήσω, μᾶλλον μὲν οὖν ἀγαπητικώτερον · ἀγάπης γὰρ ἴδιον, τὸ μὴ ὑποστέλλεσθαι ἐν ταῖς ὠφελίμοις πρὸς τὸν ἀγαπώμενον ὑπομνήσεσι · τίς ἡ ἐργασία σου αὕτη · πεφευγότος κόσμον διὰ τῆς μοναχικῆς τελειώσεως, καὶ οἴκαδε πάλιν ἀναστρέψαντος · λυθέντος δεσμῶν προπαθείας, τοῦτο γὰρ ἡ ἀποταγή, καὶ αὖθις δεθέντος τῇ συνοικήσει τῆς κυρίας τῆς ὁμοζύγου, καὶ τῶν θεοφυλάκτων τέκνων; καὶ ὃ ἔτι ξενικώτερον, ἀποκαρθέντος τῷ τῆς ἐνιαίας ζωῆς ἰδιώματι, καὶ τελειωθέντος τῷ θείῳ μυσταγωγήματι, καὶ αὖθις κα- C ρηκομῶντος ἐρημικοειδεῖ πολιτεύματι ; *Ἕκαστος*, φησὶ ὁ Ἀπόστολος, *ἐν τῇ κλήσει, ᾗ ἐκλήθη, μενέτω.* Καὶ πάλιν ἑτέρωθι · *Ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ.* Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ · *Οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω.* Καὶ ἕκαστος ἐκ τοῦ ἰδίου σχήματος γνώριμον ἑαυτὸν καθίστησι, στρατιώτης ἐκ τοῦ φορεῖν μάχαιραν, ἀστικὸς ἀπὸ τοῦ φορεῖν περιβόλαιον. Καὶ ἁπλῶς ἕκαστος σχεδὸν τῶν ἐν ἀρχαῖς, ἢ τέχναις, ἢ μεθόδοις τὰ προσήκοντα αὐτῷ σκεύη ἐπιφέρεται · οὔτε γὰρ ἰατρὸς ποιμαντικὴν ῥάβδον ἕλοιτο βαστάζειν · οὔτε ποιμὴν ἰατρικὸν ὄργανον ἐπὶ χεῖρα ἔχοι. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως, πολλῷ γε μᾶλλον ἐπὶ τῶν πνευματικῶν καὶ μεγίστων οὐκ ὀφείλει τις παρὰ τὰ οἰκεῖα τῆς καταστάσεως, οὔτε ζῆν οὔτε μετασχηματίζεσθαι · ἵνα μὴ τὸ ἐπηρτημένον παρὰ τοῦ Κυρίου κρῖμα, ὡς τὸν κόσμον σκανδαλίζων ἀποίσῃ · οὗ φύγοιμεν, ὦ τριπόθητε · καὶ μάλιστα ἡμεῖς οἱ καὶ γνώσει καὶ βαθμῷ τῶν πολλῶν διαφέροντες. *Ἐπειδὴ κρίσις ἀπότομος ἐν τοῖς ὑπερέχουσιν. Ὁ δὲ ἐλάχιστος συγγνωστὸς*, καθὰ

Scribo nunc excellentiæ tuæ, quando litterarum ministrum meum tuumque nactus sum, qui ad hoc ipsum etiam me instigavit, quasi pietas tua id exigat et amet. Salve igitur, homo Dei. Salve, amicorum optime, et quidem vetustiorum. Salve, cujus circumspectio et scientia in ore et auribus est omnium. Ubinam tandem nos deseruisti, tot annis abscondens honorandam faciem tuam? Quis porro hic modus, quo te intra domum conclusisti, nusquam prodiens et apparens publice? Ac tertio, ut liberius loquar, vel potius, ut amantius, amoris siquidem proprium est, non subtrahere se in opportunis erga eum quem ames admonitionibus : quænam tua isthæc agendi ratio, ut qui mundum per monasticam perfectionem effugeras, domum iterum sis reversus : qui affectionum vincula exueras; hoc enim est renuntiatio; dominæ conjugis, et Deo charorum liberorum cohabitatione iterum astringaris? Et, quod stupendum magis, qui, quod solitariæ vitæ insigne, detonsus fueras, et divina initiatione consecratus, promissam rursus comam alas in morem eremitarum? *Unusquisque*, ait Apostolus, *in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat* [24]. Et iterum alibi : *Sine offensione estote, et Judæis, et gentibus, et Ecclesia Dei* [25]. Et alio rursum loco ipse de seipso : *Non manducabo carnem in æternum, ut non scandalizem fratrem meum* [26]. Et unusquisque ex propria forma cognoscendum se præbet : miles gladium portans, urbanus togam gerens. Atque in summa singuli propemodum, qui magistratum, vel artem, vel opificium aliquod profitentur, congruentia sibi insignia præferunt. Nec enim pastoritiam virgam medicus gestandam sumpserit, nec pastor proprio medici D instrumento manum admoverit. Quod si hæc ita se habent, multo sane magis in spiritualibus et maximis non debet quisquam, præter ea quæ status sunt propria, vel in vita, vel in habitu externo præ se ferre, ne impendens a Domino judicium perferat, tanquam mundum scandalizans. Quod fugiamus, o charissime : nos præsertim, qui cognitione et gradu alios vulgo præcellimus. *Quoniam judicium durissimum his qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia*, sicut scriptum est [27].

[23] Ezech. xxxiii, 11. [23*] Osee vi, 4. [24] I Cor. vii, 20. [25] I Cor. x, 32. [26] I Cor. viii, 13. [27] Sap. vi, 6.

NOTÆ.

(28) In cod. Reg. ρνβ'.

Digitized by Google

Et rursum Dominus : *Cui multum datum est, amplius requiretur ab eo* [28]. Ne nos igitur, obsecro, qui lux esse debemus, eorum contra qui in tenebris versantur, e numero simus : nec, qui ad condiendum, juxta Evangelium [29], constituti sumus, infatuemur per inconsiderantiam : *Omnia honeste et secundum ordinem fiant* [30], clamat Apostolus : omnia ad utilitatem proximi, non ad damnum. Et cum in iis ipsis, quæ nobis indulgentur, scissio fuerit, hoc rursum clamat magnus Basilius, ac totum prorsus Vetus et Novum Testamentum, in propriis quemque finibus ac moribus permanere præcipit. Neque vero me, domine, arroganter in te invectum existimes, sed valde amanter potius, et studiose : ut qui quæ tua sunt in me recipiam, juxta charitatis communicationem; et pretiosæ animæ tuæ salutem cupiam perinde ac meam. Quod si quid extra quam deceat, a me dictum est; doceat oratio tua, humilitatique nostræ persuadeat, decenter te agere in iis quæ ut absurda reprehensa sunt.

A γέγραπται. Καὶ πάλιν ὁ Κύριος· *Ὃ παρέθετο πολὺ, περισσότερον ἀπαιτήσουσι.* Μὴ οὖν, παρακαλῶ, ἡμεῖς οἱ ὀφείλοντες φῶς εἶναι τῶν ἐν σκότει, τοὐναντίον ὦμεν· μηδὲ οἱ ἁλίζειν εὐαγγελικῶς τεταγμένοι, μωρανθείημεν ἐξ ἀπροσεξίας· *Πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γενέσθω*, βοᾷ ὁ Ἀπόστολος· πάντα πρὸς ὠφέλειαν τοῦ πλησίον, ἀλλὰ μὴ πρὸς βλάβην. Κἂν ἐπ' αὐτῶν τῶν συγκεχωρημένων ἡμῖν σκινδαλμὸς γίνοιτο, τοῦτο πάλιν βοᾷ ὁ μέγας Βασίλειος, καὶ πᾶσα ἁπλῶς ἥ τε Παλαιὰ καὶ Νέα Διαθήκη, ἐν τοῖς ἰδίοις ὅροις καὶ τρόποις ἕκαστον διαμένειν ἐγκελεύεται· καὶ μή με νομίσῃς, δέσποτα, κατεπαρτικῶς σοι ἐνεχθῆναι· ἀλλὰ καὶ λίαν ἀγαπητικῶς καὶ πεπονημένως· ἀναδεχόμενον τὰ σὰ ἐν ἐμοὶ, κατὰ τὴν τῆς ἀγάπης ἀνάκρασιν, καὶ ἐφιέμενον τὸ σωτήριον τῆς τιμίας σου ψυχῆς, ὡς τὸ ἐμαυτοῦ· εἰ δέ τι ἔξω τοῦ εἰκότος ὁ λόγος ἔχει, ὁ παρὰ σοῦ λόγος διδαξάτω, καὶ πεισάτω τὴν ἐμὴν ταπείνωσιν, τὰ εἰκότα σε πράττειν ἐν τοῖς ἀπελεγχθεῖσιν ἐκτόπως ἔχειν.

B

CXXXVIII. — *Theoctisto eremitæ.*

ΡΛΗ' (29). — *Θεοκτίστῳ ἐρημίτῃ.* (χιϛ'.)

Revocare a prava doctrina nititur.

Mandatum Dei, quod exigit ut invicem diligamus, et usque adeo, ut animam alter pro altero ponamus [31], adegit me, spiritualis frater, ut iterato ad te scribam, de salute tua satagens : cum audiam inter vos et alios fratres schismaticam esse divisionem, non vulgarem, sed valde gravem, ita ut in duas partes oppositas divulsa sit populi multitudo, altera alteri instante, proculque a mutua communione abscedente. Totum hoc autem Satanæ, antiqui homicidæ, est opus, et scandalum ingens : cum a Domino dictum sit : *Væ mundo a scandalis* [31a]. Et rursum : *Expedit ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in mare, quam ut scandalizet unum de pusillis istis* [32]. Mirorque quo pacto reverentia tua, quæ tot jam annorum spatio exercetur, Deoque adhæret, de hoc periculo nihil sollicita sit : quod, nisi omni tuo studio ac diligentia corrigatur, non modo inanem penitus exercitationem tuam reddet, verum etiam te, quod absit, longe a Deo submovebit. Quo impulsus fratris amans, frater, ante tres annos, cum Smyrna rediens isthuc appropinquassem, et schisma didicissem, scripsi ad te quæ audieram, et quomodo de veritate sentire te oporteret, et impendens scandali periculum effugere. Tu vero non rescripsisti mihi : et iterum significavi, et mihi non respondisti. Quod quidem manifestum est argumentum, nolle te Deo servire, nec circa veritatem recte incedere. Ignosce mihi, nec ægre feras me quod verum est dicere. Scriptum est : *Palam argues proximum tuum, et non coinquinaberis peccato il-*

Ἡ τοῦ Θεοῦ ἐντολὴ ἡ ἀπαιτοῦσα ἡμᾶς ἀγαπᾷν ἀλλήλους, καὶ τοσοῦτον ὅσον τὴν ψυχὴν τιθέναι ὑπὲρ ἀλλήλων, ἠνάγκασέ με, ἀδελφὲ πνευματικὲ, καὶ πάλιν ἐπιστεῖλαί σοι, πονοῦντα περὶ τῆς σωτηρίας σου· καὶ ἀκούοντα διαίρεσιν εἶναι σχισματικὴν μεταξὺ ὑμῶν καὶ ἑτέρων ἀδελφῶν οὐ τὴν τυχοῦσαν, ἀλλὰ καὶ λίαν χαλεπὴν, ὥστε καὶ συναποῤῥαγῆναι εἰς δύο μέρη ἀντικείμενα τὸν ἀγελαῖον λαὸν, ἑκατέρου ἑκατέρῳ προσκειμένου, καὶ πόῤῥω ἀφισταμένου τῆς ἀλληλούχου κοινωνίας· καὶ τοῦτο ὅλον ἔργον τοῦ Σατανᾶ τοῦ ἀρχαίου ἀνθρωποκτόνου· καὶ τοῦτο σκάνδαλον μέγα· καὶ λέλεκται παρὰ τοῦ Κυρίου· *Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων.* Καὶ πάλιν· *Συμφέρει ἵνα μύλος ὀνικὸς δεθῇ περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ῥιφῇ εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ ἕνα τούτων τῶν ἐλαχίστων.* Καὶ θαυμάζω πῶς ἡ τιμιότης σου, ἀσκοῦσα καὶ προσκειμένη Θεῷ ἐν τοσούτοις ἔτεσιν, ἀφροντίστως ἔχει περὶ τοῦ κινδύνου τούτου· ὃς εἰ μὴ διωρθωθῇ διὰ πάσης σπουδῆς σου καὶ ἐπιμελείας, οὐ μόνον κενὴν πᾶσάν σου τὴν ἄσκησιν ἐργάσεται, ἀλλὰ καὶ πόῤῥω σε Θεοῦ ποιήσει, ὃ μὴ γένοιτο. Διὰ τοῦτο, ἀδελφὲ, φιλαδέλφως κινηθεὶς πρὸ τριῶν ἐτῶν, ἡνίκα ἐπλησίασα τοῖς αὐτόθι ἀπὸ Σμύρνης ἐπανιὼν καὶ τὸ σχίσμα μεμαθηκὼς, ἔγραψά σοι ἅπερ ἀκήκοα, καὶ ὡς δεῖ σε φρονεῖν περὶ τῆς ἀληθείας, καὶ ὡς φυγεῖν τὸν ἐπηρτημένον κίνδυνον τοῦ σκανδάλου. Καὶ οὐκ ἀντέγραψάς μοι· καὶ πάλιν δεδήλωκα, καὶ οὐκ ἀπεκρίθης μοι· καὶ τοῦτο κατηγορία ἐναργὴς, τοῦ μὴ θέλειν σε Θεὸν θεραπεύειν, μηδὲ ὀρθοποδεῖν περὶ τὴν ἀλήθειαν. Καὶ συγχώρησον, μὴ καταγανακτήσῃς

[28] Luc. XII, 48. [29] Matth. V, 13. [30] I Cor. XIV, 40. [31] Joan. XV, 12. [31a] Matth. XVIII, 7. [32] ibid. 6.

NOTÆ.

(29) In cod. Reg. ργ'.

Digitized by Google

μου λέγοντος τὸ ἀληθές. Γέγραπται· *Ἔλεγμῷ ἐλέγξεις τὸν πλησίον σου, καὶ οὐ λήψῃ δι' αὐτὸν ἁμαρτίαν.* Ἰδοὺ ἐγὼ ὁ τάλας, καίπερ μὴ ἰδών σε πώποτε, ἀλλ' ὅτι ἀδελφὸς κατὰ Χριστὸν, οὐκ ἠνεγκα τὴν ἀκοὴν φόβῳ· ἐλεγμῷ δὲ ἤλεγξα· παρακαλῶν παρεκάλεσα, ἀποδυόμενος τὸ κρῖμα, καὶ φιλῶν τὴν σωτηρίαν σου. Πῶς αὐτὸς ὁ ἐγκληθείς, καὶ τοῦ σχίσματος πατὴρ, οἴσεις τὸ κρῖμα; πῶς δὲ ἀπολογήσῃ τῷ Χριστῷ ὑπὲρ τοσούτου λαοῦ εὐθυνόμενος; Ἰωάννου τοῦ προδρόμου εἰ τὸ ἔργον ἔχοις, κενόν σε τῆς βασιλείας ἀποπέμψει τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ προκαταλάβοις διορθώσασθαι. Τίς δὲ ἡ διόρθωσις; εἰ μέν οἷόν τε, σοῦ αὐτοῦ παρόντος· εἰ δὲ μή', δι' ἀποστόλου σου ἀπολογίᾳ γραμματικῇ περὶ ὧν πρότερον ἐνεκλήθης, ἀθῳῶν ἑαυτὸν διὰ τῆς ἀπολογίας, καὶ ὑποδεικνύων ὀρθὴν τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἐφ' ἅπασιν ὀρθοτομίαν τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας. Καὶ οὕτως γενομένης ὁμονοίας ἐν Κυρίῳ, οὐ λέγω μετὰ τοῦδε καὶ τοῦδε, ἀλλὰ μετ' ἐμοῦ μόνου τοῦ ταπεινοῦ, ἤρθη τὸ σκάνδαλον ἐκ μέσου, καὶ συνήφθη τὰ διεστῶτα· καὶ ὁ Κύριος ἐν μέσῳ ἡμῶν, καὶ οὐ βλασφημούμενον τὸ ὄνομα αὐτοῦ δι' ἡμᾶς· οὐ λέγω ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλ' ἐν τοῖς Χριστιανοῖς. Κἂν τινες διαφέρωνται μετὰ τὴν εἰς ἀλλήλους συμφωνίαν διδαχθήσονται καὶ συναφθήσονται δι' ἡμῶν αὐτῶν τῶν ταπεινῶν ὑπερασπιζομένων σε, ὡς ἐμαυτόν. Καὶ ὅλως ἔσται Θεὸς, καὶ ὁ βίος σου οὕτω μακάριος, καὶ τὸ τέλος σου αἰνετὸν, καὶ τὰ ἐγκαταλείμματά σου ἐν δικαιοσύνῃ. Ἰδοὺ δευτέρα ἡ ἐπιστολή μου αὕτη ἡ εὐτελής. Καὶ εἰ μὲν δράσεις τὰ δέοντα, δηλῶν καὶ ἀπολογούμενος περὶ πάντων ὧν ἐγκαλῇ, ἐχερδήθης ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν, κυριολέκτως εἰπεῖν, καὶ χαίρομεν ἐπὶ σοὶ μέγα οἱ ταπεινοί. Εἰ δὲ, ὅπερ ἀπείη, ἐμμείνῃς ἐν τῇ αὐτῇ σιωπῇ καὶ ἀπειθείᾳ, βαστάσοις τὸ κρῖμα αἰώνιον, ἄπρακτα ἀσκῶν, μᾶλλον δὲ ὀλεθρίως σχίζων τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ, διὰ τῆς οἰκείας ἰδιοπραγίας. Ἡμεῖς δὲ προσέξομεν τῷ Ἀποστόλῳ λέγοντι· *Αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ, εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος.*

lius [33]. En ego miser, tametsi te nunquam vidi, hoc uno quod frater in Christo meus es, quod audieram metu non silui : sed arguens argui, hortans hortatus sum judicium exuens, et amans salutem tuam. Quomodo ipse qui accusaris, et schismatis es auctor, judicium sustinebis? Quomodo Christo respondebis, pro tanto cœtu rationem reddens? Licet Joannis præcursoris opera fecisses vacuum te a regno Dei amandabit, nisi matures correctionem. Quænam porro est correctio? si quidem fieri potest, teipso præsente; sin minus, ut per hominem abs te misum, insontem te scripta defensione comprobes in iis de quibus hactenus accusatus es, rectam fidem, rectumque in omnibus veritatis sermonem ostendens. Atque hoc modo facta in Domino concordia, non dicam cum hoc vel illo, sed cum solo me humili, tolletur de medio scandalum, et coalescent quæ divulsa sunt : et Dominus in medio nostrum : et non blasphemabitur nomen ejus propter nos, non dico inter gentes, sed inter Christianos. Quod si qui post mutuam concordiam dissenserint, docebuntur, et unientur per nos humiles, qui te sicut nos ipsos defendemus. Et propitius erit Deus, et vita tua beata, et finis tuus laudabilis, et reliquiæ tuæ in justitia. Ecce hæc secunda est mea tenuis epistola. Ac si quidem quæ conveniunt egeris, declarans respondensque de omnibus quorum insimularis, lucrifactus es frater noster, ut Domini voce utamur [34], et de te humiles magnopere gaudemus. Sin vero, quod absit, in eodem silentio et inobedientia perstiteris, judicium perferes sempiternum, incassum te exercens, aut potius exitiose dividens populum Dei per privatam tuam actionem. Nos vero Apostolum audiemus dicentem : *Hæreticum hominem post unam et secundam correptionem devita, sciens quia subversus est qui ejusmodi est, et delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus* [35].

ΡΛΘ' (30). — *Στεφάνῳ ἡγουμένῳ.* [ψα'.]

CXXXIX. — *Stephano præposito.*

Nihil vetare quominus mensis benedicant, qui post lapsum pœnitentiam egere.

Ἡ συχνότης τῶν γραμμάτων πυκνουμένην δείκνυσι τὴν ἀγάπην τῆς τιμιότητός σου, πατρικῷ ἔθει ἐπερειδομένην. Κἀκεῖνος γὰρ ὁ μακάριος πρὸς τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ κατορθώμασι, καὶ τῷδε τῷ ἐπιτηδεύματι δημιουργῶν ἦν πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς τὸ τῆς ἀγάπης καλόν. Γράφε τοίνυν, ὦ τριπόθητε, πατρώζων ἐν τούτῳ, ἡμᾶς τε ἡδίους ποιῶν τῷ συνεχεῖ τοῦ φθέγματος. Μὴ μέντοι ἐπαίνει, μηδὲ σύγκρινε χρυσῷ μόλιβδον, μηδὲ μαργαρίτῃ πηλόν. Προσεύχου δὲ μᾶλλον, καὶ ὑμῶν τῶν ἐκείνου ὀπαδῶν κατόπιν ἰέναι· διὰ τὸ ἀχρεῖόν με εἶναι ἐν πᾶσι· κἂν αὐτὸς ὠφελεῖσθαι λέγοις πρὸς ἡμῶν τῶν ἀνωφελῶν ἀγαπη-

Crebritas litterarum vehementem ostendit charitatem reverentiæ tuæ, in paterno more constantem. Nam et beatus ille, inter alia egregia facinora, hoc etiam pulchrum charitatis studium apud fratres fovebat. Scribe igitur, dilectissime, Patrem imitans hac in parte, nosque exhilarans assiduitate sermonis. Attamen ne lauda, nec plumbum cum auro compara, nec lutum cum margarita. Quin potius ora ut vos illius assectatores pone subsequamur; quia inutilis ego sum in omnibus : tametsi amoris vi abreptus, juvari te dicas inutilibus sermonibus nostris. Quod si qua tibi utilitas

[33] Eccli. xix, 17; xxii, 15. [34] Matth. xviii, 15. [35] Tit. iii, 10.

NOTÆ.

(30) In cod. Reg. ρνε'.

Digitized by Google

obtigit, Deo ascribendum est, qui quæ profutura sunt, inter hos illosque mutuo dispensat. Atque hæc ita sint. De eo autem quod ab iis qui per pœnitentiam erecti sunt, signum in mensa, aut alia quapiam occasione fieri approbaverint ii qui lapsum jam evaserant; jam a sanctis Patribus prope dixerim synodice inquisitum et decretum est, bene habere, si et nos humiles rem merito probandam custodiamus, et aliis tradamus.

Si ergo et ipse vis id servare, et laudamus et admittimus. Quod enim renuunt quidam, superstitionis opus est, quam reprehendit Apostolus, sed quæ nec legi consentanea sit, nec fraternæ dilectioni. Unde namque tutum id esse confirmabunt, cum nec canon exstet qui sanciat, nec divinus hierarcha noster hoc recipi a nobis velit? Annon potius destruit pœnitentiam, et desperationem affert salutis? ut, cui sacramenta participare conceditur, et signare seipsum crucem imagine, huic non liceat cibum communem vel privatim vel publice obsignare? An nescimus bonum Deum nostrum et Dominum, qui solus expers est peccati, et tollit peccatum mundi, pertulisse ut immaculatos ipsius pedes meretrix manibus tangeret, ungeretque lacrymis pariter et unguento? Sed et cum publicanis manducat, et apud publicanos, et publicanos habet discipulos: nihilque illi adeo charum est, ac conversio a peccato, et mutua dilectio. Inde et agnosci discipulos suos designat: et quidem beatum Petrum, post negationem, reliquorum apostolorum principem renuntiat: quo quid majus ad rei propositæ confirmationem? Quid vero dementius iis qui eos, qui ex pœnitentia meliores jam facti sunt, signare et orare, imperite et arroganter non admittunt? Nos itaque humiles sic sentimus, ut dictum est, et vobis id suademus. Alii qui aliter sentiunt, de hoc videbunt. Nos ad ea quæ Simeon frater noster interrogavit respondimus: cupimusque humiles, ut vobis, viris honorandis, ad quietem cedant in omnibus; et optamus illæsos vos in omnibus custodiri.

τικῶς φερόμενος. Εἰ δὲ καί τι ὀνησιφόρον σου γίνοιτο, θεῷ τὸ πρᾶγμα ἀναθετέον, τῷ δι' ἀλλήλων καὶ ἐν ἀλλήλοις οἰκονομοῦντι τὰ κατὰ χρείαν. Εἶεν δὴ ταῦτα. Πρὸς δὲ τῶν ἐκ μετανοίας ἀνασφηλάντων σφραγῖδα ἐπὶ τραπέζης, ἢ κατὰ ἄλλην τινὰ περιπέτειαν δεδέχθαι τοὺς ἤδη διαπεφευγότας τὸν ὄλισθον ἤδη ἐπὶ Πατέρων ἁγίων σχεδὸν εἰπεῖν συνοδικῶς συνεζητήθη καὶ συνεκροτήθη, εὖ ἔχειν καὶ ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς εὐαπόδεκτον τὸ πρᾶγμα φυλαττόμενον, καὶ ἄλλοις μεταδιδόμενον.

Οὗτος ὁ Χριστὸς ὁ παρ' ἡμῶν ὁμολογούμενος, οἷς λόγοις ἀληθότητος ἐξεκρούσατο τὴν προτέραν πρότασιν, τούτοις, καὶ τὴν παροῦσαν συγκρούσειεν, ὡς ἰσορρόπως τὸ ἀσεβὲς ἔχουσαν. Ὃν δὲ ὑμεῖς Χριστὸν, ἤγουν μίαν ὁλότητα φυσικὴν ἐκ μερῶν, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, πρεσβεύετε, οὔτε ὁμοούσιος ἂν εἴη τῷ Πατρὶ, εἴπερ ὁ Πατὴρ Θεὸς μόνον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἄνθρωπος· οὔτε ὁμοούσιος τῇ μητρὶ, εἴπερ ἡ μήτηρ ἄνθρωπος μόνον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ Θεός· καὶ ὥρα ὑμῖν ζητεῖν ἑτέρους Χριστοὺς, οἷς οὗτος ἂν εἴη ὁμοούσιος· ἐπεὶ μὴ οἷόν τε μονοπρόσωπον φύσιν γνωρίζεσθαι. Εἰ δὲ οὐχ εὑρίσκοιτε, τοῖς ἰδίοις προβλήμα-

Digitized by Google

σιν ἐαλωκότες, τῷ κενῷ ἀναπλασμῷ οὐ Χριστὸν εἶναι ὅλως δοξάζοιτε.

A propriis objectionibus capti, hoc inani figmento Christum prorsus non esse docebitis.

ΡΟΑ' (63). — *Νικήτᾳ μοναζόντι.* [ψκδ'.]

CLXXI. — *Nicetæ monacho* (*).

Quod quemadmodum omnis vir perfectus, etiamsi in apostolico ordine censeatur indiget libro evangelico; sic et pictura historiæ quæ in eo libro continetur.

Τὸ παρὰ τῆς ὁσιότητος ἡμῶν διὰ τοῦ θεοφιλεστάτου μητροπολίτου ἀποσταλὲν ἡμῖν βιβλίον ἀνέγνωμεν. Καὶ οὐκ ἔστιν ὁ τοῦτο συγγραψάμενος ἐπὶ τῷ δόγματι τῶν σεπτῶν εἰκόνων ὀρθοφρονῶν. Λέγει γὰρ τάδε· « Τὴν ἄῤῥητον καὶ ἀπερίληπτον εἰς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ τοὺς ἱεροὺς τῶν ἁγίων ἀγῶνας ἐν Γράμμασι μὲν ἡμεῖς ἱεροῖς ἀνευφημεῖσθαι διατυποῦμεν, οὐδεμιᾷ πλάσει τὸ ἐφ' ἡμῖν ἡ γραφὴ καθάπερ [Cod. Reg. καθάπαξ] ἡδόμενοι. Συγχωροῦμεν δὲ τοῖς ἁπλουστέροις ἀτελεστέροις αὐτοῖς ὑπάρχουσιν, ὑπὸ συμφυοῦς αὐτῶν ἐναγωγῆς, καὶ ὄψει τῇ αὐτοῖς συμμέτρῳ, τὰ τοιαῦτα ἐν εἰσαγωγῆς τρόπῳ μανθάνειν. » Τί οὖν ἔστιν ἐν τούτοις εἰπεῖν; Πρῶτον μὲν ὅτι διαίρεσιν τῆς μιᾶς καὶ ἐντελοῦς, καὶ μηδ' ὁτιοῦν πρόσθεσιν ἢ ὑφαίρεσιν προσιεμένης πίστεως ἡμῶν ἀπεργάζεται· ἑαυτῷ μὲν τὴν διὰ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων ἀπονέμων διατύπωσιν· τοῖς ἁπλουστέροις δὲ δῆθεν καὶ ἀτελεστέροις ὑπάρχουσι τὴν ἐν πλάσει καὶ γραφῇ ἱστορίαν ἀποίσας. Ἔπειτα αὐτῷ μὲν ἀνάπτει τὸ τέλειον τῆς χάριτος· τοῖς δὲ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἀπορῥίπτει νηπιότητα, δεομένοις συμφυοῦς ἀναγωγῆς. Οὐκοῦν κατ' αὐτὸν διαψεύδεται ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος φάσκων· *Οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην· οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ ἐλεύθερος· οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ. Πάντες γὰρ ὑμεῖς εἷς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.* Εἰ δὲ ἀληθεύει, ὥσπερ οὖν ἠλήθευται, καὶ *Εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα*· τίς ἡ κενὴ αὕτη διαίρεσις εἰς δύο τμήματα ἄνισα; τὸ ἔθνος τὸ ἅγιον, τὸ βασίλειον ἱεράτευμα, ἀποκρίνεσαι· καὶ τὸ μὲν εἶναι τῆς ἐντελεστέρας μοίρας· τὸ δὲ τῆς ὑφειμενεστέρας. Ἔπειτα, ὅτι ἐπειδὴ πᾶς εὖ φρονῶν ἐφίεται τελειότητος· νεμεσητὸν ἡγήσεται τὸ ἀτελές· κἀντεῦθεν ἐξ ἀναγκαίου παρέλκον ἐστὶ τὸ τῆς ἱστορίας δόγμα. Ἐναντιοῦται δὲ ὅτι μάλιστα καὶ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ, μὴ ταυτίζων τὰ ὑπ' ἐκείνου ἐπίσης δογματιζόμενα. « Ἃ γὰρ ὁ λόγος, φησὶ, τῆς ἱστορίας δι' ἀκοῆς παρίστησι, ταῦτα γραφικὴ σιωπῶσα διὰ μιμήσεως δείκνυσιν. » Ἀντανίσταται ἄρα ὁ γεννάδας τοῖς ἱεροῖς Λογίοις, ὥσπερ καὶ τῷ κορυφαίῳ Πατρί· καὶ οἰόμενος ἄλλον ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ τῷ δόγματι διορθοῦσθαι, αὐτὸς πεφώραται ὀφλισκάνων μάταια. Καὶ διὰ τοῦτο ἡμεῖς μὲν πάντη διαγράφομεν τὰ τοιαῦτα βατταρίσματα. Ὑπομιμνήσκομεν δὲ καὶ τὴν ὑμετέραν ἐμμέλειαν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι τῆς ὀρθοδοξίας, εἰδυῖαν ὅτι ὡς δεῖται πᾶς τέλειος, κἂν ἐν ἀποστολικῷ ἀξιώματι κατείληκται, τῆς εὐαγγελικῆς δέλτου· οὕτω καὶ τῆς κατ' αὐτὴν γραφικῆς ἱστορίας· ὅτι καὶ τῆς ἴσης τιμῆς τε καὶ προσκυνήσεως ἀμφότερα.

Quem sanctitas vestra per religiosissimum metropolitam ad nos librum misit, legimus, et profecto, qui hunc scripsit, in venerandarum imaginum dogmate non recte sentit. Hæc enim dicit: « Ineffabilem et incomprehensam Dei erga nos benignitatem, et sacros Sanctorum agones in Litteris quidem sacris laudari affirmamus, nullo nos figmento, quantum in nobis est, vel pictura velut oblectantes. Permittimus autem simplicioribus, cum imperfectiores sint, pro naturali ipsorum persuasione, etiam aspectu ipsis congruente, talia per modum introductionis doceri. » Quid ad hæc igitur dicendum est? Primum quidem, quod unius et perfectæ, nullamque vel additionem vel substractionem admittentis fidei nostræ divisionem instituit; sibi ipsi quidem petitam ex sacris Litteris delineationem attribuens; simplicioribus vero atque imperfectioribus videlicet, per fictas vel pictas effigies ediscendi studium deferens. Deinde sibi quidem perfectionem gratiæ adaptat: aliis vero Judaicam relinquit infantiam, qui naturali institutione indigeant. Igitur secundum ipsum mentitur sanctus Apostolus cum ait: *Non est Judæus, neque Græcus: non est servus, neque liber: non est masculus, neque femina. Omnes enim vos unum estis in Christo Jesu*[72]. Sin autem verum dicit, ut certe dicit, et *Unus Dominus, una fides, unum baptisma*[73]; quænam est hæc inanis divisio in segmenta duo inæqualia? gentem sanctam, regale sacerdotium[74], dirimi: et alios quidem perfectioris partis esse, alios deterioris. Deinde, quoniam unusquisque si sapit perfectionem expetit; odio dignum ducet quod imperfectum est; atque hinc necessario supervacaneum est dogma picturæ. Adversatur et quam maxime magno Basilio, non assentiens, nec ea simul conjungens quæ ille ex æquo docuit. « Quæ enim, inquit, historiæ sermo per aures repræsentat, hæc pictura silens per imitationem ostendit[75]. » Repugnat ergo vir egregius sacris Scripturis, sicut et præstantissimo Patri: et dum alium in hoc ipso dogmate corrigere studet, ipse frivola dixisse deprehenditur. Et hanc prorsus ob causam tales nugas nos quidem omnino rejicimus. Commonefacimus autem diligentiam vestram, ut eamdem sequatur regulam fidei orthodoxæ, sciens, quemadmodum perfectus quisque, licet apostolica dignitate ornatus sit, evangelica eget pagina; ita et pictura secundum illam expressa: quoniam ejusdem honoris atque adorationis utrumque.

[72] Galat. III, 28. [73] Ephes. IV, 5. [74] I Petr. II 9. [75] Hom. XX, in 40 martyres.

NOTÆ.

(63) In cod. Reg. ρξη'.

(*) Dogmatica.

Digitized by Google

CLXXII. — *Hesychio protonotario* (*). POΒ' (64). — *Ἡσυχίῳ πρωτονοταρίῳ.* [ψκε'.]

De filiæ consecratione : et ne ullatenus cum hæreticis communicet.

Præclara quidem epistola præstantissimæ honorificentiæ tuæ, et tanquam de bono thesauro cordis profecta, et tanquam pulchritudine radians charitatis : non hoc tamen nomine laudanda, quod nos imperitos laudibus extollebat. Ecquando enim factus sum, quod ais', *lucerna ardens et lucens* [76], in qua tu Dominus meus luce collustratus exsultaveris? aut fons limpidissime fluens, de quo dilectio tua sermonem salutarem hauserit? Annon potius obscurata est e contrario facies nostra supra fuliginem, ut cum propheta loquar [77], per vitæ inutilitatem? et sermo noster operis viribus destitutus elanguit ad erudiendum talem auditorem? Quæ quidem a me dicuntur, non quod Smyrnensem custodiam vituperem ; absit ! veneranda enim illa, venerandæ confessionis meæ custos : sed ut meipsum culpem, qui non pro eo ac decuit in illa versatus sim. Verum his omissis, quæ indicia sunt charitatis, ad institutum orationem converto. Significavit nobis bonitas tua, duas te, ut verbo dicam, habere filias a Deo datas ; et priorem quidem, antequam nasceretur, Deo per vitæ monasticæ consecrationem spopondisse; alteram in medio et ancipiti reliquisse : nunc autem mutato consilio, vice versa facere constituisse ob quamdam necessitatem quæ incidit : ut nempe Deo promissam, mundo assignes, hoc est viro tradas omni ex parte laudabili, ejusdemque cum puella ætatis ; in medio autem relictam, admodum juvenculam et imparem ætate, offeras Deo; et in hoc vacillare te ac perplexum esse, ne forte id repugnet voluntati Dei. Debueras quidem, Domine honoratissime, hac de re alios interrogare, ab iisque, ut qui scientia nobis antecellant, solutionem accipere ; neque a nobis tam longo locorum intervallo disjunctis responsum requirere. Attamen quando pro ea quam habuisti fiducia sic statuisti; re cum Dei amantissimo archiepiscopo et fratre nostro considerata, judicavimus eam esse præter officium, et præter rectam fidem, præterque ea quæ unquam fuerint exempla. Olim Anna illa celebris Samuelem priusquam nasceretur pollicita, quem promiserat non commutavit, tametsi alios habebat filios, sed hunc ipsum obtulit Deo. Beata Nonna, cum Gregorium Theologum similiter promisisset, votum suum Deo reddidit. Sanctus item Euthymius, Deo a parentibus datus ante nativitatem, non est postea commutatus. Qui admirabiles plane in mundo visi sunt : quorum causa et parentes beati prædicati sunt. Quo igitur pacto nos, vir admirande, contra hæc agentes, extra reprehensionem erimus? ac non potius perstringet nos beatus Petrus, alicubi dicens : *Nonne*

Καλὴ μὲν ἡ ἐπιστολὴ τῆς παγκάλου σου τιμιότητος, καὶ ὡς ἀπ' ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐξαγορευθεῖσα· καὶ ὡς τῷ κάλλει τῆς ἀγάπης ἐναγλαϊσθεῖσα. Οὐ μὴν ὡς ἀπεσέμνυνεν ἡμᾶς τοὺς ἀμούσους, λόγους ἐγκωμίων ἔχει. Πότε γὰρ ἐγενόμην, ὡς φῄς, *λύχνος καιόμενος καὶ φαίνων*, ἐν ᾧ ὁ Δεσπότης μου ἠγαλλιάσω φωτιζόμενος ; ἢ πηγὴ νάουσα διειδέστατα, ἀφ' ἧς ἠρύσατο ἡ φιλότης σου λόγον σωτήριον ; καὶ οὐχὶ τοὐναντίον μᾶλλον ἐσκότασεν ὑπὲρ ἀσβόλην, προφητικῶς εἰπεῖν, τὸ εἶδος ἡμῶν τῇ τοῦ βίου ἀχρηστότητι ; καὶ ὁ λόγος ἠσθένησεν οὐκ ἔχων τὴν ἐξ ἔργου δύναμιν, εἰς ἐνίδρυσιν τοῦ ἀκούοντος; Καὶ ταῦτα λέγω, οὐ τὴν ἐν τῇ Σμύρνῃ φυλακὴν κακίζων· μή τι γένοιτο ! ἡ μὲν γὰρ σεβαστὴ, σεβαστῆς ὁμολογίας μοι φρουρός· ἐμαυτὸν δὲ αἰτιώμενος, ὡς οὐκ ἀξίως ἐν αὐτῇ πολιτευσάμενον. Ἀλλ' ἀφεὶς ταῦτα, ὡς τῆς ἀγάπης ὄντα συμβόλαια, ἐπὶ τὸ καιρεπεῖγον τὸν λόγον μεθαρμόσομαι. Ἐσήμανεν ἡμῖν ἡ χρηστότης σου, ὡς δύο ἔχειν, συντόμως εἰπεῖν, θεοδωρήτους θυγατέρας· καὶ τὴν μὲν πρώτην πρὸ γενήσεως καθυποσχέσθαι δι' ἀφιερώσεως τοῦ μοναδικοῦ βίου Θεῷ· τὴν δὲ δευτέραν ἐν μεταιχμίῳ φέρεσθαι· νῦν δὲ μεταβεβουλεῦσθαι ἐναλλὰξ ποιήσασθαι κατά τινα ἀναγκαίαν περιπέτειαν· ὥστε τὴν ὑποσχεθεῖσαν ἀπονεῖμαι τῷ κόσμῳ, ἤγουν ἀποδόσθαι ἀνδρὶ καλῷ τε τὰ πάντα, καὶ τῇ παιδὶ συνηλικιώτῃ· τὴν δὲ ἐν μεταιχμίῳ κομιδῇ νέαν οὖσαν καὶ οὐ συντρέχουσαν τῇ ἡλικίᾳ, ἀναθεῖναι Θεῷ· κἂν τούτῳ σκάζειν, καὶ δυσχεραίνειν, μή πως ἐναντιοθελὲς εἴη τῷ Θεῷ. Ἔδει μὲν οὖν, ὦ δέσποτα τιμιώτατε, ἄλλους συνάδνεσθαι περὶ τοῦδε τοῦ δράματος, καὶ παρ' αὐτῶν ὡς προφερεστέρων κατὰ γνῶσιν τῆς ἡμῶν οὐθενότητος, λαμβάνειν τὴν λύσιν, καὶ μὴ τοσούτῳ μήκει διωκισμένους ἡμᾶς τῇ θέσει τοῦ τόπου ἐπαναλαμβάνειν εἰς ἀπόκρισιν. Ὅμως ἐπειδὴ κέκρικας, οἷς πεπίστευκας τρόποις· τοῦτο δὴ μετὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου καὶ ἀδελφοῦ ἡμῶν συνέσκεπται ὡς παρὰ τὸ δέον τὸ πρᾶγμα, καὶ παρὰ τὴν ὀρθὴν πίστιν [Cod. Reg. κρίσιν], καὶ παρὰ τὰ ἐξ αἰῶνος παραδείγματα. Πάλαι Ἄννα ἡ ἀοίδιμος τὸν Σαμουὴλ πρὸ γεννήσεως ὑποσχομένη, οὐχ ὑπῆλλαξε τὸν ὑποσχεθέντα, καί τοι ἔχουσα καὶ ἑτέρους παῖδας, ἀλλὰ τοῦτον προσήγαγε τῷ Θεῷ. Νόννα ἡ μακαρία, ὡσαύτως ὑποσχομένη Γρηγόριον τὸν Θεολόγον, ἀπέδωκε τῷ Θεῷ τὴν εὐχὴν αὐτῆς. Καὶ μὴν ὁ ἅγιος Εὐθύμιος δοτὸς τῷ Θεῷ παρὰ τοῖς γονεῦσι πρὸ γεννήσεως, καὶ οὐ διήλλακται μετὰ τὴν γέννησιν. Οἳ καὶ χρῆμά τι θαυμαστὸν τῷ κόσμῳ ὤφθησαν· ἐξ ὧν καὶ οἱ τοκεῖς μεμακόρηνται. Πῶς δ' ἂν οὖν ἡμεῖς, ὦ θαυμαστότατε [Cod. Reg. συνετώτατε], παρὰ ταῦτα ποιοῦντες, ἔξω ἐγκλήματος πέσοιμεν; καὶ οὐχὶ μᾶλλον καθάψοιτο ἡμῶν ὁ μακάριος Πέτρος ὧδέ που λέγων·

[76] Joan. v, 35. [77] Thren. IV, 8.

NOTÆ.

(*) Dogmatica.

(64) In cod. Reg. ρξθ'.

Digitized by Google

Οὐχὶ μένον σοι ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξ- A
ουσίᾳ ὑπῆρχε; τί ὅτι ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου τὸ
πρᾶγμα τοῦτο; καὶ τὸ ἐξῆς δύσφημον παρίημι λέ-
γειν, εἰδότι διαλεγόμενος. Καὶ γὰρ ἐπὰν ὁτιοῦν ἀπο-
ταχθείη Θεῷ δι' εὐχῆς αἰσίας, εἰς κοινὴν χρῆσιν
μεταφέρειν οὐκ ἀκίνδυνον.

Κοινὴ δὲ χρῆσίς ἐστιν ἡ τοῦ βίου ἐπιγαμία. Καὶ
ὥσπερ ὁ ὑποσχόμενος μονάσαι, καὶ ἐπὶ τούτῳ κείμε-
νος, ὑπονοστήσας καὶ γήμας κατακέκριται· οὕτω καὶ
ὁ προελόμενος υἱὸν ἢ θυγατέρα προσοῖσαι Θεῷ, εἶτα
μεταλλάξας, τὴν αὐτὴν κατάκρισιν ἔχοι. Οὕτω νοοῦ-
μεν, σύγγνωθι· καίπερ ἐφιέμενοι τὸ ἀναπαυστικόν
σου, καὶ τὸ περὶ σεαυτὸν εὐχθὲν, εἰς ἔργον ἀποβῆ-
ναι· ἀλλ' οὐ δι' ἐντολὴν ἐντολὴ παραβαίνοιτο· οὐδὲ
διὰ τὸ θατέρου σωτηριῶδες, τὸ θατέρου ἐπιζήμιον
θεραπεύοιτο [Cod. Reg. πραγματεύοιτο]· ὡς οἱ θεο- B
φόροι Πατέρες ἀπεφήναντο. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ
τοσοῦτον. Ἡ δὲ τρίτη ἐπιβολὴ τοῦ λόγου, ὅτι εἰσί
τινες μοναχοὶ ὡς τὸ δοκεῖν τῆς ὀρθῆς πίστεως ἀντ-
εχόμενοι, καὶ πολλοὺς διωγμοὺς ὑπὲρ ἀληθείας ὑπο-
μεμενηκότες, συναναστρεφόμενοι δὲ ὅμως, καὶ συν-
εσθίοντες τοῖς αἱρετικοῖς, καὶ συγκαταβαίνοντες, καὶ
ἀδιάφορον τὸ πρᾶγμα οἰόμενοι, ὡς παρά τινι Πατρὶ
νενομοθετημένοι, τρία ταῦτα φυλάξασθαι· μὴ εὐλο-
γεῖσθαι ὑπὸ τῶν αἱρετιζόντων· μὴ συμψάλλειν αὐ-
τοῖς προαρχομένους· καὶ τὸ ἀπέχεσθαι τῆς κοινωνίας
τοῦ ἄρτου αὐτῶν. Παρὰ τὰ διατεταγμένα τοῖς ἁγίοις
Πατράσι τὸ λεγόμενον. Οὔτε γὰρ συναναστρέφεσθαι,
οὔτε συνεσθίειν, οὔτε συμψάλλειν, οὔθ' ὅλως ἔχειν
τινὰ κοινωνίαν πρὸς αὐτοὺς καταδέχονται· ἀλλὰ καὶ
τὸ οὐαὶ ἐπιφθέγγονται τοῖς μέχρι βρώματος, καὶ πό- C
ματος, καὶ σχέσεως κοινωνοῦσιν αὐτοῖς. Ὥστε ἐκκή-
ρυκτος καὶ ἀλλοτριοδιδάσκαλος ὁ ἐκεῖνα λέγων, ὅστις
ἂν εἴη ἐν ἀνθρώποις.

tibi manens manebat, et venumdatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem [18]? Et quod sequitur mali ominis prætermitto : cum scienti loquar. Enimvero ubi quidpiam Deo fuerit felici voto sepositum, in communem usum id transferre, periculo non vacat.

Communis autem usus est sæculare connubium : et quemadmodum qui monasticam vitam promisit, eamque adorsus est, si retrocedat et conjugium ineat, condemnatur : sic et qui filium aut filiam offerre Deo instituit, si postea mutet, in eadem erit condemnatione. Sic sentimus, ignosce; quamvis ea dicere quibus acquiescas cupiamus, et id quod optas tibi ex sententia succedere; non est tamen præceptum præcepti causa violandum; nec ex eo quod salutare est alteri, curabitur quod alteri est noxium, sicut divini Patres docuerunt. Ac de his quidem huc usque. Tertium epistolæ caput de monachis quibusdam, qui rectam fidem tueri videntur, et multas persecutiones pro veritate pertulisse; conversantur tamen et convescuntur cum hæreticis, et condescendunt, pro re indifferenti habentes (quasi hanc a Patre aliquo legem acceperint) tria hæc cavere, videlicet ne benedictionem ab hæreticis accipiant, ne cum illis psallant præeuntibus, et ut a panis ipsorum communione abstineant. A sanctorum Patrum Constitutionibus aliena sunt quæ dicunt. Nam neque conversari, neque convesci, neque una psallere, neque ullam omnino communicationem habere permittunt : quin et væ pronuntiant in eos qui vel in cibo, vel in potu, vel affectu cum illis communicant. Quare damnatus, et alienæ doctrinæ magister est qui hæc dicit, quisquis ille sit mortalium.

ΡΟΓ'. — *Γρηγορίῳ ὑπάτῳ.* [ψκη'.]

CLXXIII. — *Gregorio consuli* (*).

In illud Apostoli : *In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.*

Ἐζημίου ἡμᾶς μέχρι τοῦ δεῦρο ἡ τιμιότης σου μὴ
ἐπιστείλασα· καίπερ ἐπιστέλλουσα καλῶς· ὡς αὐτὰ
τὰ γράμματα δηλοῖ. Ἐφ' οἷς καὶ ἐπηνέσαμεν αὐτῆς
οὐ μόνον τὸ εὐμαθὲς, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔτι φιλομαθές·
γλιχομένης παιδείας ὑψηλοτέρας μετασχεῖν· ἧς τὸ
πυκτίον, καθὼς ἐπεζήτησεν, ἔχομεν μὲν, οὐ μὴν δ'
ἐνταῦθα. Ἐὰν δὲ συμβαίη ἀφικέσθαι ἐν τοῖς αὐτόθι
τὸν παροικονόμον ἡμῶν, λαβὼν ἐξ οὗπερ τεταμίευ-
ται τόπου ἐπιδώσειεν αὐτό. Καλὴ δὲ ἡ παιδεία, ὦ δέ- D
σποτα, ἕως ἂν συνεργὸς εἴη πρὸς τὴν ὄντως ἀληθινὴν
παιδείαν, ἀλλὰ μὴ κορυβαντιῶσα, ἀπαιδεύτους δια-
δεικνύῃ τοὺς μετόχους αὐτῆς. Τοῦ δὲ ἀποστολικοῦ
ῥητοῦ ἡ ἔννοια· *Ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ
πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς*· οὕτως μοι δο-
κεῖ ἔχειν· τουτέστιν ὅτι ἐν τῇ προσληφθείσῃ ἐκ
Παρθένου σαρκὶ τοῦ Λόγου, ἤτοι ἐν τῷ ναῷ, ᾧ ᾠκο-
δόμησεν ἑαυτῷ, κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεό-
τητος· πᾶν τὸ πλήρωμά φησιν, οὐ μέρος τι καθὰ πε-
φρόνηται τοῖς τὴν ἀμερῆ μερίζουσι θεότητα. Τὸ δὲ
σωματικῶς, ἤγουν οὐσιωδῶς· οὕτω γὰρ ἐξείληπται

Damno affecit nos hactenus honorificentia tua, nihil scribens litterarum, quamvis egregie scribat, ut litteræ ipsæ demonstrant. In quibus laudavimus ejus non solum docilitatem, sed præterea discendi quoque studium, ut quæ sublimiorem doctrinam adipisci cupiat : cujus codicem quem expetis, habemus quidem, non tamen hoc in loco. Quare cum parœconomum nostrum eo proficisci continget, inde ubi conditus est ablatum tradet tibi. Bona res est eruditio, domine, quatenus conferre potest ad eam, quæ vera prorsus est, doctrinam : sed ne Corybantum more insaniens imperitos reddat illos qui hac imbuti sint. Apostolici porro dicti sensus : *Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter* [19], hic esse mihi videtur, nimirum, quod in carne Verbi, quam de Virgine assumpsit, sive in templo quod sibi exstruxit, inhabitet omnis plenitudo divinitatis. Omnem plenitudinem dicit, non partem aliquam, prout ii senserunt qui partibus carentem dividunt divinitatem. *Corporaliter*

[18] Act. v, 4. [19] Coloss. II, 9.

(*) Dogmatica.

Digitized by Google

vero, id est substantialiter; sic enim acceperunt Patres adversus eos qui affectu uniri garriunt. Tale est et illud : *Verbum caro factum est et habitavit in nobis*[80]. Nam, ne opinaretur quispiam in carnem conversum esse Verbum, adjecit : *Et habitavit in nobis.* Perspicuum est autem aliud esse quod in tabernaculo habitat, et aliud tabernaculum in quo habitantis est habitatio : ut simul duo sint in una persona Christi, divinitas et humanitas. Quod si aliter tibi videtur res habere, noli perspicaciori et veriori speculatione privare nos, qui pauca didicimus, atque, ut hoc addam, negligentiores sumus, tametsi ipse nos, amicorum more, laudibus in cœlum sustuleris.

A τοῖς Πατράσι κατὰ ἀντίθεσιν τῶν σχετικῶς φληναφούντων. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν.* Ἵνα γὰρ μὴ δόξειέ τις εἰς σάρκα τετράφθαι τὸν Λόγον, ἐπήγαγε, *καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν.* Δῆλον δὲ ὅτι ἄλλο τὸ σκηνοῦν, καὶ ἄλλο τὸ σκήνωμα ἐν ᾧ ἡ σκήνωσις τοῦ σκηνοῦντος· ὥσθ' ἅμα μὲν εἶναι τὰ δύο, θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα, ἐν τῷ ἑνὶ προσώπῳ Χριστοῦ. Εἰ δέ σοι δοκεῖ ἄλλως ἔχειν, τῆς ὀπτικωτέρας καὶ ἀληθεστέρας θεωρίας μὴ ἀποστερήσειας ἡμᾶς τοὺς ὀλιγομαθεῖς· προσθείην δ' ἂν καὶ ἀτημελεῖς· κἂν ἄλλως αὐτὸς ἐξεθείασας τοῖς φιλικοῖς ἐπαίνοις.

CLXXIV. — *Philotheo possessori.*

Β ΡΟΔ' (65). — *Φιλοθέῳ κτήτορι* (66). [ψλη'.]

Ut omnem cum Iconomachis communionem devitet.

Acceptabiles Deo pioque homini sunt litteræ honorificentiæ tuæ : siquidem hoc tempore, in quo nocturna pugna hæreticorum, et procella incredulitatis, palam nobis fecisti, te stellæ cujusdam instar hic fulgere, nec tenebris obscuratum hæreticæ communionis, nec obrutum salo infidelitatis. Benedictusque sit Dominus, qui etiam in ordine laico defensores habet legis suæ, in præsenti confusione ac subversione orthodoxæ doctrinæ. Beatus es, frater honoratissime, vereque tibi congruit nominis tui appellatio, quia et Deum adamasti, et depositum fidei servasti. Nuntiasti autem in litteris tuis, hunc et illum tibi affectum inditum fuisse a beatis illis Patribus, qui sancto fine migrarunt ad Dominum, *quorum nomina sunt in libro vitæ*[81]. Ac bene res habet : hoc quoque ardentis zeli tui proprium est. Et quoniam post illorum excessum orbus quodammodo, postulasti ab humilitate nostra iterum eruditi : nos viles quidem et nihili, quia tamen scriptum est, *Supportantes invicem in charitate*[82], propter hanc in Domino charitatem, cedimus, approbamusque consecrationem tuam, pulchram prorsus et laudabilem. Igitur ab hæretica communione et abstinere conatus es, et abstinuisti, ut ais, Christi gratia ; et abstine porro : sic enim tuam erga Deum dilectionem ostendes et communionem : contraria quippe communio separat a Christo. Quod autem cogimini a duce exercitus, simul psallere cum hæreticis, et quæ ab illis cruce signata sunt comedere, ita ut aliter agere dominus strategus non possit sine periculo ; de ea re non habemus facile quod respondeamus : quoniam accurata disciplinæ ratio prohibet omnino, ne cum heterodoxis participet qui recte sentit, neque in cibo, neque in potu, neque in affectu cum ipsis communicet. Hæc bonitati tuæ cum perspecta sint, in bono zelo tuo permane, super pulchro fundamento utiles exactæ

Εὐαπόδεκτα τὰ γράμματα τῆς τιμιότητός σου καὶ Θεῷ καὶ εὐσεβεῖ ἀνθρώπῳ· ὅτι ἐν τῷ παρόντι καιρῷ, ἐφ' ᾧ νυκτομαχία αἱρετικὴ καὶ ζάλη ἀπιστίας, δήλωσιν ἡμῖν ἐποιήσατο, ὅτι ὥσπερ τις ἀστὴρ φαίνοις ἐν τοῖς αὐτόθι, μὴ ζοφωθεὶς τῇ αἱρετικῇ κοινωνίᾳ, μηδὲ μὴν ὑποβρύχιος γεγονὼς τῷ τῆς ἀπιστίας σάλῳ. Καὶ εὐλογητὸς Κύριος, ὃς ἔχει καὶ ἐν τῷ λαϊκῷ τάγματι τοὺς ἀντεχομένους τοῦ νόμου αὐτοῦ, κατὰ τὴν νῦν σύγχυσιν καὶ ἀνατροπὴν τῆς ὀρθοδοξίας. Μακάριος εἶ, ἀδελφὲ τιμιώτατε, καὶ ὄντως φερωνύμως σοι ἡ κλῆσις· ὅτι καὶ Θεὸν πεφίληκας, καὶ τὴν παρακαταθήκην τῆς πίστεως πεφρούρηκας. Ἀπήγγειλας δὲ ἐν τοῖς γράμμασιν, οὕτως καὶ οὕτως ἦχθαί σε ὑπὸ τῶν μακαρίων Πατέρων ἐκείνων τῶν τέλει C χρηστῷ ἐκδημησάντων πρὸς Κύριον· *Ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς.* Καὶ εὖ ἂν ἔχοι· καὶ τοῦτο τοῦ διαπύρου σου ζήλου ἰδίωμα. Ἐπειδὴ δὲ τῇ ἐκδημίᾳ ἐκείνων, οἷα ἀπορφανισθείς, ἐπεζήτησας πάλιν πρὸς τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν στοιχειωθῆναι· ἡμεῖς μὲν εὐτελεῖς καὶ οὐδαμινοί· ὅμως ἐπεὶ γέγραπται, *Ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ*· διὰ ταύτην τὴν ἐν Κυρίῳ ἀγάπην, ὑπείκομεν, καὶ προσιέμεθα τὴν ἀνάθεσίν σου, καλὴν οὖσαν τῷ ὄντι καὶ ἐπαινετήν. Τὸ μὲν οὖν ἀπέχεσθαί σε παντάπασι τῆς αἱρετικῆς κοινωνίας, καὶ ἠγωνίσω, καὶ ἀπέσχου, ὡς φῄς, χάριτι Χριστοῦ· καὶ ἔτι ἀπόσχου· οὕτω γὰρ δείξεις τὸ πρὸς τὸν Θεόν σου φιλητὸν καὶ κοινωνικόν· ἡ γὰρ ἐναντία κοινωνία διίστησιν ἀπὸ Χριστοῦ. Εἰς ἃ δὲ D ἀναγκάζεσθε ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦντος εἴς τε τὸ συμψάλλειν τοῖς αἱρετικοῖς καὶ τὰ πρὸς αὐτῶν σφραγιζόμενα βρώματα ἐσθίειν· ὡς οὐκ ἂν ἄλλως δύνασθαι τὸν κύριον τὸν στρατηγὸν ἀκινδύνως διελθεῖν· καὶ πρὸς τοῦτο οὐκ ἔχομεν εὐπετῶς ἀποκρίνεσθαι· διότι ἡ ἀκρίβεια ἀπείργει παντάπασιν ἀμέθεκτον εἶναι τῶν ἑτεροδόξων τὸν ὀρθόφρονα· καὶ μήτε ἐν βρώσει, μήτε ἐν πόσει, μήτε ἐν σχέσει συνέρχεσθαι αὐτοῖς. Ταῦτα εἰδυῖα ἡ χρηστότης σου ἐχέσθω τοῦ ἀγαθοῦ

[80] Joan. I, 14. [81] Philipp. IV, 3. [82] Ephes. IV, 2.

NOTÆ.

(65) In cod. Reg. Ἀρχὴ βιβλίου Δ'.

(66) In cod. Reg. ροδ'.

Digitized by Google

αὐτῆς ζήλου· ἐποικοδομοῦσα τῷ καλῷ θεμελίῳ τὰς A observationis structuras ædificans, et pro humilitate nostra orans.
τῆς ἀκριβείας χρυσοειδεῖς ἐνδομήσεις· εὐχομένη καὶ ὑπὲρ τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν.

POE' (67). — *Εἰρήνῃ πατρικίᾳ.* [ψλθ'.] CLXXV. — *Irenæ patriciæ.*

Ut ad officium et virtutem maritum excitet.

Ἐπειδὴ προσηγόρευσας ἡμᾶς τοὺς ταπεινοὺς, κυρία, διὰ τοῦ αἰδεσιμωτάτου πρεσβυτέρου· ἀμειβόμεθα τὴν προσηγορίαν γράμμασιν, ἀποδεχόμενοί σου τὴν καλὴν πίστιν καὶ τὴν θερμὴν πεποίθησιν· ἐγνωκότες ἐντεῦθεν ἀγαθήν σε εἶναι ἐν γυναιξὶ, φιλόθεόν τε καὶ φιλομόναχον· ὥστε ἁρμόσαι ἐκεῖνο ἐπιφθέγξασθαι τὸ Γραφικόν· *Γυναικὸς ἀγαθῆς μακάριος ὁ ἀνήρ*. Ὁρᾷς, ὦ κυρία, ὅτι μακαρίζεται τῇ ἀγαθότητί σου ὑπὸ τῆς Γραφῆς ὁ κύριος ὁ πατρίκιος, καὶ θεόσδοτός σου σύζυγος. Οὐκοῦν ζηλοῦσα ζήλωσον ἔτι μακαριώτερον αὐτὸν ἀπεργάσασθαι. Πῶς δ' ἂν εἶεν τοῦτο; ἐν τῷ σε ἔτι ἀγαθύνεσθαι· ἤγουν ὑπομνηματίζειν αὐτὸν, παρακαλεῖν, ἐκλιπαρεῖν, τὸ τῆς στρατηγίας ὕψωμα διέπειν θεοφιλῶς, καθὰ καὶ διέπει· ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς καὶ χήρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν· ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ ἀδικίας· φιλομόναχόν τε εἶναι καὶ φιλόπτωχον· ἡμερότητι κεχραμένον· ἐπειδήπερ ἡ ἐξουσία αὐτὴ ἀρκοῦσά ἐστι καταπλῆξαι τοὺς ὑπὸ χεῖρα· καὶ μὴν ἀνεχόμενον ἀπειλῆς καὶ παιδευτικῶς μὲν πλήττοντα, φιλανθρώπως δὲ καὶ μεμετρημένως μαστίζοντα· ἐπείπερ οὔτε τὸ ἄφετον παντάπασι σωτήριον· οὔτε τὸ ὑπέρμετρον πληκτικὸν C εὐαπόδεκτον. Καὶ πρόγε πάντων, τὸ κατὰ πίστιν ὀρθόδοξον. Εἰ γὰρ καὶ πρὸς τὸ ἔξω ἔστι λέγειν ἀδυνατεῖν κατὰ τὰ φθάσαντα τοῦτο φυλάττειν· ὅπερ οὐδὲ τοῦτο ἀρκοῦν εἰς Θεοῦ ἀπολογίαν· « τῆς γὰρ αὐτοῦ ἀγάπης οὐδὲν προτιμότερον· » ἀλλ' οὖν γε κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, δυνατὸν τοῦτο παραφυλάττεσθαι, καὶ πολλῶν σωτῆρα χρηματίζειν αὐτὸν καὶ μοναστῶν καὶ λαϊκῶν, καὶ ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων. Ταῦτα ἐξ ἀγάπης πνευματικῆς τῆς πρὸς ὑμᾶς κινούμενοι, τεθαρρήκαμεν ὑπομνῆσαι· εἰδότες καὶ ἀνυπομνήστως ἔχεσθαι ὑμᾶς τοῦ καλοῦ.

Quoniam per reverendum hunc presbyterum humiles nos, domina, salutasti : mutuam salutationem per litteras rependimus, egregiam fidem tuam, ardentemque fiduciam probantes, atque hinc egregiam te inter mulieres, Deique et monachorum amantem esse agnoscentes, ut illud Scripturæ acclamare conveniat : *Mulieris bonæ vir beatus* [83]. Vides, domina, bonitate tua beatum a Scriptura B prædicari dominum patricium conjugem tibi a Deo datum. Quare omni studio contende ut illum beatiorem adhuc efficias. Quonam autem pacto id fiet? Si bene illi facere pergas ; hoc est, si illum commonefacias, horteris, exores, ut militaris præfecturæ apicem ex Dei nutu regat, sicut reipsa regit ; ut orphanorum viduarumque curam in eorum æruminis gerat ; intactum se ab iniquitate conservet ; monachorum amator sit et pauperum ; humanitate temperatus ; potestas siquidem ipsa sufficit ut subditis terrorem injiciat ; et minas utique spernens, et correctionis quidem gratia plectens, sed humane et moderate cædens : quia nec salutaris est immodica usquequaque remissio, et ægre admittitur quæ modum excedit severitas. Ante omnia vero ejus fides sit orthodoxa. Nam etsi fortasse dicat non posse ad ea quæ præcesserunt hanc foris servari : quod ipsum tamen non sufficit ut Deo satisfiat (Dei enim amori nihil anteponendum est), at certe secundum interiorem hominem servari potest : ut salutis auctor multis sit ipse, et monachis et laicis, et principibus et subditis. Hæc spirituali erga vos charitate permoti suggerere ausi sumus : non ignorantes boni rectique studio, etiam sine monitore, vos teneri.

POZ' (68) — *Βρυένῃ στρατηγῷ.* [ψμ'.] CLXXVI. — *Bryenæ stratego.*

Consolatur de obitu matris.

Ἀνηγγέλη ἡμῖν ὁ θάνατος τῆς μακαρίας μητρὸς D καὶ ὅσον ἐστενάξαμεν τί χρὴ καὶ λέγειν; οὐ διὰ τὴν ὁσίως κεκοιμημένην, ἄπαγε· κέρδος γὰρ αὐτῇ ἐγένετο ἡ μετάστασις, φυγούσῃ τὸν πολυαμάρτητον βίον τοῦτον· ἀλλ' ἐννοοῦντες τὴν σὴν καλοκαγαθίαν, ὡς ἀπορφανισθεῖσαν τέλεον, καὶ μηδεμίαν ἐν τῷ βίῳ παραμυθίαν κεκτημένην. Καὶ ταῦτα ἐν οὕτω σκυθρωπῇ καταστάσει ὑπάρχουσαν· καὶ οὐδὲ αὐτῆς τῆς ὁσίας κηδείας ἀπολαύσασαν· ὃ φέρειν οἶδε μικρὰν παρηγορίαν· λόγος ἐξιτήριος καὶ τελευταία φωνὴ, πρόσπτυξίς τε τιμίου λειψάνου, καὶ αὐτῆς τῆς ἐν ᾧ κατατίθεται θήκης ἐπισκέψεως· καὶ ἔοικας τὸ τοῦ Ταντάλου παθεῖν) εἰ καὶ μυθικώτερον τὸ ἐπί-

Nuntiata nobis est mors beatæ matris : et quantum ingemuerimus, quid attinet dicere? non propter illam quæ sancte obdormivit, absit : lucrum enim ipsi fuit, quod multis peccatis obnoxiam hanc vitam evasit : sed cum cogitaremus eximiam probitatem tuam velut orbatam esse penitus, omnique in vita solatio destitutam : atque hæc in tam tristi rerum tuarum statu : et quod nec justa sanctæ illi persolvere ac funus curare licuerit; quæ res aliquam afferre solet coosolationem : morientis oratio et postrema vox, chararum reliquia rum amplexus, ipsiusque in quo depositæ sunt loculi conspectus : viderisque mihi idipsum pati

[83] Eccli. xxvi, 1.

NOTÆ.

(67) In cod, Reg. ροζ'. (68) In cod. Reg. ροη'.

Digitized by Google

quod Tantalus (etsi fabulosior est hæc commemoratio) in mediis fontibus siti confectus : cum tu auribus tantum, et non oculis, matris obitum acceperis. Quid ergo in istis ? An præterquam decet ingemiscemus ? an inexplebiliter flebimus ? effrenate stomachabimur ? Et ubi scientia ? ubi sapientia ? ubi prudentia ? quibus nobilitas tua ornata est, et quidem supra multos eorum qui magistratum nunc gerunt. Nequaquam, o amantissime, nequaquam : sed ubi moderate ingemueris et planxeris, quantum videlicet satis ut maternis funebribus defungare, et quod naturæ est patefacias ; redeamus iterum ad nos, si placet, sublimique contemplatione quæ hic sunt despiciamus : cum somnium, et umbra, et ludus sit quidquid in terra est, sicut Theologorum quidam ait : nasci eos qui non sunt, et natos interire. Nam et nos viam eamdem ingrediemur, quam patres nostri ante nos tenuerunt : idemque omnes ex æquo exspectat diversorium ; forsan autem et aliud alio luctuosius ; quoniam hic in pace sepultus est fortasse, hic vero non item, aut enim belli ludibrium fuit ; aut maris fluctibus absorptus est, aut alio quopiam modo, quales videre est diversorum generum miserandas mortes repentinas. Quibus superior exstitit beata mater, quæ in sanctitate, et crucem gestante vita, hinc migravit. Reliquum ergo est ut in his celebrem illam beati Job vocem usurpemus : *Dominus dedit, Dominus abstulit : sicut Domino placuit, ita factum est* [84]. Addam, utilem nobis fore hanc vocem in quibus conflictamur rerum difficultatibus et angustiis quandoquidem præclarus ille vir, ut nosti, inter innumeras ærumnas, gratiarum actiones Deo reddebat : ne igitur animum remittamus, amicissime, nec vitæ tædio afficiamur : scientes non permissurum Dominum, ut tentemur supra quam possumus sustinere [85]. Quis scit quid paritura sit crastina dies [86] ? Et : *Quis annuntiabit Abraham, quia lactat Sarra* [87] ? Symbolicus est sermo. Oramus itaque Dominum ipsum gloriæ, ut cor tuum tangens, lumen in eo producat consolationis nunquam deficientis : ut in teipso habens quo te consoleris, alterius voce non egeas. Vidimus porro dilectum etiam fratrem nostrum, et spiritualem filium, dominum Joannem, consanguineum celsitudinis tuæ ; qui nos peccatores opportune visitavit ; quem et paucis verbis consolati sumus de obitu matris : et fraterna conspiratione, una egimus de pietatis etiam tuæ consolatione.

φθεγμα, ἐν μέσαις πηγαῖς δίψει τηκόμενος, ἀκοαῖς μόναις, ἀλλ' οὐκ ὀφθαλμοῖς ὑπολαβὼν τὴν τῆς μητρὸς κοίμησιν. Τί οὖν ἐν τούτοις ; στενάξομεν ἄρα πέρα τοῦ δέοντος ; δακρυρροήσομεν ἄπληστα ; ἀποδυσπετήσομεν ἀκράτητα ; Καὶ ποῦ ἡ γνῶσις ; ποῦ ἡ σοφία ; ποῦ ἡ σύνεσις ; οἷς κατεκοσμήθη σου ἡ εὐγένεια, καί γε ὑπὲρ πολλοὺς τῶν νῦν ὁρωμένων ἐν τέλει. Μηδαμῶς οὖν, ὦ ἐπιπόθητε, μηδαμῶς ἀλλὰ στενάξας καὶ κλαύσας μετρίως, ὅσον καὶ τὰ μητρικὰ ἐπικήδεια ἀφοσιώσασθαι, καὶ τὸ τῆς φύσεως ἐπιδείξασθαι· εἰς ἑαυτοὺς πάλιν, εἰ βούλει, γενώμεθα, καὶ διαβλέψωμεν μετεώρῳ θεωρίᾳ τὰ τῇδε · ὡς ὄναρ, καὶ σκιά, καὶ τὸ ἐπὶ γῆς τοῦτο παίγνιον, ὥς πού φησί τις τῶν θεολόγων, οὐκ ὄντας γενέσθαι, καὶ γενομένους ἀναλυθῆναι. Καὶ γὰρ τὴν αὐτὴν ὁδὸν καὶ ἡμεῖς πορευσόμεθα, ἥνπερ οἱ Πατέρες ἡμῶν προωδεύκασι· καὶ τὸ αὐτὸ πᾶσιν ἐξ ἴσου ἀναμένει κατάλυμα· τάχα δὲ καὶ ἄλλου ἄλλο τραγῳδικώτερον· ὅτι τοῦ μὲν ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ τυχὸν, τοῦ δὲ οὐχ οὕτως. Ἢ γὰρ πολέμου παρανάλωμα γέγονεν· ἢ θαλάσσης ὑπορρόφημα· ἢ πως ἄλλως, ὡς ὁρᾶται τὰ ἄλλοις τρόποις ἐλεεινὰ τῶν ἐξαπίνης θανάτων · ὧν ἡ μακαρία μήτηρ ἀνωτέρα, ἐν ὁσιότητι καὶ σταυροφόρῳ βίῳ ἀπάρασα τῶν ἐνθένδε. Λειπόμενον οὖν ἐστιν ἐν τούτοις εἰπεῖν ἡμᾶς τὴν ἀοίδιμον ἐκείνην τοῦ μακαρίου Ἰὼβ φωνήν· *Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο* · ὡς τῷ *Κυρίῳ ἔδωκεν, οὕτως καὶ ἐγένετο*. Προσθείην ὃ ἂν λυσιτελεῖν ἡμᾶς τὴν φωνὴν ταύτην, καὶ ἐν οἷς ἐσμὲν θλιπτικῶς καὶ ἐξαπορητικῶς. Ἐπεὶ κἀκεῖνος ὁ ἀοίδιμος, ὡς οἶσθα, ἐπὶ μυρίοις ἀλγεινοῖς τὰ εὐχαριστήρια τῷ Θεῷ ἀπεδίδου. Μὴ τοίνυν ῥᾳθυμήσωμεν, ὦ φίλτατε, μηδὲ ἐξαπορήσωμεν καὶ τοῦ ζῆν εἰδότες ὅτι οὐκ ἐάσει ἡμᾶς Κύριος πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα. Τίς οἶδε τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα, καὶ *Τίς ἀναγγελεῖ Ἀβραὰμ, ὅτι Σάρρα θηλάζει* ; συμβολικὸς ὁ λόγος. Εὐχόμεθα οὖν αὐτὸν τὸν Κύριον τῆς δόξης, ἐφαψάμενόν σου τῆς καρδίας, ἐμποιῆσαι φῶς ἐν αὐτῇ ἀλήκτου παραμυθίας, ὡς ἂν οἰκοθεν ἔχουσαν τὰς ἀφορμὰς τῆς παρακλήσεως, μηδὲ δεῖσθαι φωνῆς ἑτέρας. Εἴδομεν δὲ καὶ τὸν ἀγαπητὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ πνευματικὸν υἱέα, τὸν κύριον Ἰωάννην, τὸν ὁμαίμονα τῆς ὑψηλότητός σου, ἐπισκεψάμενον ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς κατὰ τὸ εἰκός· ὃν καὶ παρεμυθησάμεθα βραχέσι λόγοις διὰ τὸ μητρικὸν πάθος · καὶ συμπαρεκαλέσαμεν οἴσειν τῇ ἀδελφικῇ συνδιαθέσει τὰ κατὰ τὴν θεοσέβειάν σου.

CLXXVII. — *Euphrosynæ præpositæ.*

Ejus vitæ sanctitatem, ac præclaram monasterii administrationem commendat.

Nunc etiam per litteras invisimus reverentiam tuam, scire aventes quam constanter in vita spirituali rite ferenda perseveres. Etenim ut hoc aga-

ΡΟΖ' (69). — *Εὐφροσύνῃ ἡγουμένῃ.* [ψμα'.]

Καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐπισκεπτόμεθά σου τὴν τιμιότητα διὰ τοῦ γράμματος, γλιχόμενοι μαθεῖν ὅπως ὑγιῶς διατελοίη φέρουσα εὐαγῶς τὴν πνευμα-

[84] Job I, 21. [85] I Cor. x, 13. [86] Jac. IV, 14. [87] Gen. XXI, 7 sec. LXX.

NOTÆ.

(69) In cod. Reg. ροθ'.

Digitized by Google

τικὴν ζωήν. Καὶ γὰρ ἔργον ἡμῖν ὀφειλόμενον τοῦτο ποιεῖν· καθάπερ καὶ αὕτη προσανατέθεικας ἑαυτὴν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν, ἀπ' αὐτῆς τῆς μακαρίας μητρός σου· ἧς τὸ μνημόσυνον ἐν βίβλῳ ζώντων· καλῶς βιωσάσης, καὶ χαρακτῆρα εὐσεβείας τὸν ἑαυτῆς βίον καταλιπούσης, οὐ μόνον σοι τῇ ἱερᾷ καὶ θεόφρονι, ταῖς τε ὑπὸ χεῖρα, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἄλλοις, οἷς ἐστι πόθος ζηλοῦν τὰ καλά. Τὸ γοῦν ὑπόδειγμα τῆς ἀρετῆς μητρόθεν ἔχουσα, πρόσθες καὶ τὰ κατὰ σαυτὴν ἔτι, κυρία, παρακαλοῦμεν· ἐξ εἰκόνος ἀρίστης εἰκὼν γινομένη καὶ αὐτὴ ἐνθέου βίου τοῖς ὁρῶσί σε, ὥσπερ καὶ γίνοιο. Καὶ γὰρ ἀκούομεν ἔτι καὶ ἔτι τὰ καλά σε πράττουσαν· τοῦτο μὲν ἐν τῇ καθηγήσει τῶν ἀδελφῶν, μιᾷ ψυχῇ ἀγαπητικῶς τὰς πάσας συνέχουσαν, γρηγοροῦσαν τὰ πρὸς Θεὸν, ἐν προσευχαῖς, ἐν ψαλμῳδίαις, ἐν ἀναγνώσεσι· τοῦτο δὲ καὶ ἐν φιλαδέλφῳ ξενοδοχίᾳ πολυτρόπως διαμεριζομένην ταῖς φροντίσεσί τε καὶ ἐπιδόσεσι· καὶ οἷόν τις ὀφθαλμὸς ἐν σώματι, τοῦτο ἐν τῇ Βυζαντίδι, ὡς κατανοῶ, τὸ σὸν μοναστήριον· δι' οὗ δοξάζεται Θεὸς, καὶ ἥδεται ἀῤῥήτως ἡ μακαρία μήτηρ· ἐπείπερ ἠξίωνται οἱ ἅγιοι βλέπειν τῶν σφῶν μαθητῶν τὰ κατορθώματα. Χαίροις οὖν, ἀγαθὴ διδάσκαλε, καὶ μήτηρ γνησιεύουσα τῶν κατὰ Θεὸν τέκνων· καὶ ἄλλοι μὲν ἐχέτωσαν δόξας γηΐνας καὶ λαμπρότητας, διαδήματά τε καὶ στεφανώματα πρόσκαιρα· σοὶ δὲ ἀρκέσει ὁ σταυρὸς Χριστοῦ, ὁ θεόληπτος βίος, ὁ χριστοπόθητος παρθενὼν, εἰ δὲ βούλει, τὰ ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον τιμαλφέστερα λόγια τοῦ Θεοῦ· τὸ φαιὸν ἱμάτιον, ἡ ἀκολούθησις τοῦ Χριστοῦ· ἅτινά ἐστι μείζω πάντων τῶν ἐπιγείων, καὶ ἀῤῥαβωνίσματα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν.

Μή σοι λοιπόν ποτε νυστάξῃ τὸ ὄμμα τῆς διανοίας, μηδὲ ἡ ἀκοὴ τῆς καρδίας ἀνακουστήσῃ· μηδὲ λήξῃ σού ποτε ὁ θεῖος ἔρως· ἀλλὰ γὰρ καὶ προσθήκαις ἀρετῶν ἀεὶ ἐπαύξαιο, νύσσουσα καὶ κατανύσσουσα τὴν ψυχὴν, καὶ ὥσπερ ἔκ τινος πηγῆς προχέουσα δάκρυον. Καλὸν γάρ ἐστιν ὅτι μάλιστα τὸ ὕδωρ τοῦτο· καθαίρει ψυχὴν, ἔσθ' ὅτε ῥυπουμένην ἐν λογισμοῖς· σβέννυσι πῦρ ἐξ ἀπροσεξίας ἀναπτόμενον ὑπὸ ἔρωτος σαρκός· κατευνάζει ταραχώδη διάθεσιν καὶ δυσμενοῦς προσβολῆς· κάμπτει τῷ ὄντι Θεὸν εἰς ἔλεον· καὶ ἵστησι πάλιν ἐπὶ τῆς προτέρας γνησιότητος τὸν ἐραστήν. Σοφὴ οὖσα, νόει ἃ λέγω. Δίδωσι γάρ σοι Κύριος χάριν, καὶ δώσειέ σοι ἔτι, εἰς τὸ στέργειν αὐτὸν καὶ ἀντιστέργεσθαι, ποθεῖν καὶ ἀντιποθεῖσθαι· ὡς ἂν ἔξει καὶ σοὶ εἰπεῖν μετὰ τοῦ Ἀποστόλου· *Ζῶ δὲ, οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός.* Καὶ γὰρ ὁ ἀγαπῶν ὁλοσχερῶς τὸν Θεὸν ἐξίσταται ἑαυτοῦ, ἐν τῷ ἀγαπωμένῳ καὶ ζῶν καὶ κινούμενος καὶ ὤν. Τοιαύτην σε ὁ λόγος ἐπιζητεῖ τὴν Νύμφην τοῦ Χριστοῦ, καίγε τὰς ὑπὸ σὲ θυγατέρας Θεοῦ. Καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; ὁ Νυμφίος Χριστὸς ὁ ἐπουράνιος νυμφῶν, καὶ τὰ ἀγαθὰ τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ, αὕτη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν καὶ ὅσα ἐπήγγελται ἀναπαυστικὰ τοῖς ἁγίοις· ἃ φθάσασα ἡ μακαρία μήτηρ, παρακαλεῖ ἐπιμένειν ὑμᾶς ἐν τῇ ἀσκήσει, ἐν τῇ ὁμονοίᾳ, ἐν τῇ συμψυχίᾳ· πατεῖν τὰ πά-

[88] Galat. II, 22.

A mus, officii est nostri : quatenus tu teipsam humilitati nostræ commisisti post obitum beatæ matris tuæ ; cujus memoria in viventium libro est, ut quæ sancte vixit : pietatisque formam, suam ipsius vitam reliquit, non solum tibi, quæ sacra es, et divina sapis, et iis quæ sub manu tua sunt sororibus, sed aliis etiam omnibus, qui recta æmulari desiderant. Cum ergo virtutis exemplum a matre habeas, adjice insuper quæ tua sunt, domina, obtestamur, ut ex optima imagine imago et ipsa divinæ vitæ sis intuentibus, quemadmodum revera futura es. Audio enim etiam atque etiam præclara quæ geris, partim circa præfecturam sororum, cunctas in anima una per charitatem continens, vigilans in iis quæ ad Deum spectant, in orationibus, in B psalmodiis, in lectionibus : partim et in amica hospitum sororum receptione, animum in curas largitionesque dividens : quodque oculus est in corpore, hoc in Byzantina urbe, ut intelligo, monasterium tuum : cujus gratia glorificatur Deus, et beata mater lætatur supra quam dici potest : hoc enim meriti sunt sancti, ut discipulorum suorum recte facta videant. Gaude igitur, bona magistra, et vera mater secundum Deum : sibique habeant alii dignitates terrenas et claritates, diademata et brevis temporis coronas ; tibi vero satis erit crux Christi, vita Deo accepta, Christo chara virginum domus, ac, si modo vis, desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum, eloquia Dei : pulla vestis, consectatio Christi : quæ quidem terrenis omni- C bus bonis potiora sunt, et pignora regni cœlestis.

Cæterum nunquam tibi dormitet oculus mentis, neque auris cordis obsurdescat, neque unquam cesset divinus amor tuus ; sed incrementis virtutum semper augearis, pungens et compungens animam, et tanquam ex fonte quodam lacrymas effundens. Pulchra enim est quam maxime hæc aqua, et animam cogitationibus interdum sordentem eluit ; ignem exstinguit, qui ex negligentia per carnis amorem accenditur ; sedat turbulentam affectionem ab hoste injectam : inflectit prorsus Deum ad misericordiam : et in pristina sinceritate rursus constituet amatorem. Sapiens cum sis, in- D tellige quod dico. Dat enim tibi Dominus gratiam, atque utinam det porro, ut ipsum ames et redameris, desideres et mutuo desidereris : ut tibi dicere liceat cum Apostolo : *Vivo autem, jam non ego, vivit vero in me Christus* [88]. Etenim qui penitus amat Deum, exit de seipso, et in amato vivit et movetur et exsistit. Talem te esse postulat ratio, sponsam Christi, simulque tibi commissas Dei filias. Quid inde autem ? Sponsus Christus, cœlestis thalamus, et bona supernæ Jerusalem, hoc est, regnum cœlorum, et quæcumque sanctis ad quietem promissa sunt ; quæ cum jam adepta sit beata mater, hortatur nos ut in exercitatione persistamus, in concordia et unanimitate ; perturbationes animi con-

Digitized by Google

culcemus ; carnem oderimus et sanguinem ; dediti A stimus virtutibus, per quas ineffabilia hæc bona consequi licet.

θη, μισεῖν σάρκα καὶ αἷμα, ἀντέχεσθαι τῶν ἀρετῶν δι' ὧν ἔστιν ἐπιτυχεῖν τῶνδε τῶν ἀῤῥήτων ἀγαθῶν.

CLXXVIII. — *Eudocimo spathario.*

ΡΟΗ' (70). — *Εὐδοκίμῳ σπαθαρίῳ.* [ψμβ'.]

Ipsius patientiam, et in adversis constantiam laudat.

Iterum scribo ad excellentiam tuam, idque impulsu Silvani reverendissimi fratris nostri. Postquam enim in conspectum et colloquium venit, humilem animam nostram percussit, cum singula enarrasset, quemadmodum cum gratiarum actione feras, domine noster, quod accidit, et ad Deum referas hanc ærumnam ; extra te omnia statuens quæ hominum injustitia machinata est ; atque unum denique hoc quærens, quo pacto acceptabilem Domino universorum vitam instituas in posterum. Quibus omnibus effecit ut merito illud diceremus : *Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona* [89]. Etenim cum in anima tanquam in promptuario quodam, ex præterita institutione divina et humana thesauros scientiæ condideris : tempore videlicet opportuno spirituales profers divitias, ad salutem tuam dispensans. Ac vide, vir optime, ut in bonum tibi cesserint divina documenta ; lectio et cognitio, otium et occupatio, congressus et oratio, sacrorum sermonum et codicum possessio : quam dives tu admodum, licet pauca tibi restent vitæ subsidia : quam pulchri tibi oculi et palpebræ, licet visu per injuriam orbatus sis : quam illustris valde sis et gloriosus, licet inhonoram et ingloriam vitam tolerare existimeris. Enimvero C hæc haud dubie probatio est experimentumque virtutis, ut unde nos derelictos putamus, inde nos beneficio affectos a bono Deo comperiamus : qui per prospera et adversa, *per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam* [90], et quotquot alia vox apostolica distinxit, vitam nostram novit utiliter dispensare.

Δευτερεύω τοῦ ἐπιστέλλειν τῇ τιμιότητί σου· καὶ τοῦτο προτραπεὶς παρὰ Σιλουανοῦ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἡμῶν ἀδελφοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ ἦλθεν εἰς ὁμιλίαν τὴν κατ' ὀφθαλμοὺς, κατέκλασεν ἡμῶν τὴν ταπεινὴν ψυχὴν, ἐξηγορήσας ἕκαστα ὅτι καὶ εὐχαρίστως φέροις, ὁ δεσπότης ἡμῶν, τὸ συμβεβηκὸς, καὶ ἐπὶ Θεὸν ἀναφέρεις τὸ πάθος. Ἔξω ἑαυτὸν τιθεὶς τῶν σκαιωρηθέντων ἀνθρωπίναις ἐπηρείαις· καὶ τέλος ἓν ζητῶν, ὅπως εὐπρόσδεκτον πρὸς τὸ ἐξῆς τὴν B ζωὴν καταστήσειας τῷ Δεσπότῃ τῶν ἁπάντων. Ἐπὶ πᾶσι τούτοις διέθηκεν ἡμᾶς κατὰ τὸ εἰκὸς ἐκεῖνο εἰπόντας, ὅτι *Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά.* Καὶ γὰρ ὥσπερ ἔν τινι ταμιείῳ, τὰ ἐκ τῆς προλαβούσης παιδείας θείας τε καὶ ἀνθρωπίνης ἐναποθέμενος τῇ ψυχῇ γνωστικὰ θησαυρίσματα, ἐπὶ καιροῦ εἰκότως χρειώδους προΐοις τὰ πνευματικὰ πλούτη, οἰκονομῶν τὸ κατὰ σεαυτὸν σωτήριον. Καὶ ἴδε, ἄνθρωπε ἀγαθὲ, ὅτι εἰς καλόν σοι ἀπέβη τὰ θεῖα μαθήματα· ἡ ἀνάγνωσις καὶ ἡ ἐπίγνωσις, ἡ σχολὴ, καὶ ἡ ἐντριβὴ, ἡ ἔντευξις καὶ ἡ προσευχὴ, ἡ κτῆσις τῶν ἱερῶν λόγων τε καὶ δέλτων· ὡς πλούσιος σὺ ἄγαν, κἂν εἰς ὀλίγα σοι περίεστι τὰ τῆς ζωῆς ἐφόδια· ὡς εὐώπης καὶ καλλιβλέφαρος, κἂν τὴν ὄψιν ἀδικίᾳ ἀπεστέρησαι· ὡς περιφανὴς λίαν καὶ περίδοξος, κἂν τὴν ἄτιμον καὶ ἄδοξον ζωὴν ἀντλᾷν διανενόησαι. Καί γε πάντως τοῦτο δοκιμή τίς ἐστι καὶ βάσανος ἀρετῆς, ἵνα ἐξ ὧν δοκῶμεν ἐγκαταλελεῖφθαι, ἐντεῦθεν εὕρωμεν εὐεργετεῖσθαι πρὸς Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ· ὃς διὰ τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν, *διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας*, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα ἡ ἀποστολικὴ διεστείλατο φωνὴ οἶδεν οἰκονομεῖν συμφερόντως τὴν ζωὴν ἡμῶν.

Atque hoc vetus est decretum, et omnium qui accepti Deo sunt vitæ probatio. Sume mihi Abel Dei testimonio justum : annon fraternæ manus ludibrium fuit [91] ? Enoch illum qui Deo placuit : annon propter illius temporis corruptores, qui et ipsum corrumpere nitebantur, Deus illum de medio rapuit, atque in ignota loca transtulit, ubi ad hanc diem D permanet, prænuntius secundi adventus Christi futurus ? Agnosce Abraham multis modis tentatum a Deo : cujus *probatio fidei multo pretiosior auro* [92]. Atque ut alios prætermittam, multos numero, et qui intra epistolæ modum commemorari non possunt ; si cum ærumnis Job, cujus innumera fuerunt certamina, ærumnas nostras contendamus, has utique inferiores deprehendemus ; et celebrem illam ejus vocem usurpantes una cum ipso pronuntiabimus. Sic igitur hortamur te, ut de rebus tuis

Καὶ τοῦτο δόγμα ἀρχαῖον, καὶ τῆς τῶν θεολήπτων ἀνδρῶν πολιτείας γνωριστικόν. Λάβε μοι Ἄβελ τὸν θεοκρίτως μαρτυρηθέντα δίκαιον· οὐχὶ παρανάλωμα ἀδελφικῆς χειρὸς γέγονε ; Τὸν Ἐνὼχ ἐκεῖνον Θεῷ εὐαρεστήσαντα· οὐχὶ διὰ τοὺς τηνικαῦτα φθορεῖς καὶ φθείρειν αὐτὸν ἐσπουδακότας, Θεὸς ἐκ μέσου ἥρπασεν, ἐν ἀδήλοις τόποις μεταθέμενος, ὃς καὶ μένει μέχρι τοῦ δεῦρο πρυάγγελος τῆς δευτέρας Χριστοῦ ἐπιφανείας ἐσόμενος ; Γνῶθι τὸν Ἀβραὰμ πειραζόμενον ὑπὸ Θεοῦ πολυτρόπως· οὗ τὸ *δοκίμιον τῆς πίστεως πολυτιμότερον χρυσοῦ ὅτι μάλιστα.* Καὶ ἵνα τοὺς ἄλλους παραδράμοιμι, πολλοὺς ὄντας, καὶ οὐκ ἐν ἐπιστολῆς μέτρῳ ὑπομνηματίζεσθαι ἐγχωροῦντας, Ἰὼβ τὸν μυριάθλον τάχα, εἰ παραβάλωμεν τὰ ἑαυτῶν τοῖς ἐκείνου πάθεσιν, εὕροιμεν δὴ ἐνδεῶς ἔχοντα· καὶ συμφθεγξόμεθα τὴν ἐκείνου *ἀοίδιμον* φωνὴν ἑκάστοτε ἀναλαμβάνοντες. Οὕτως οὖν παρα-

[89] Matth. XII, 35. [90] II Cor. VI, 8. [91] Sap. IV, 11. [92] I Petr. I, 7

NOTÆ.

(70) in cod. Reg. ρπ'.

Digitized by Google

καλοῦμέν σε, ἐπιπόθητε, διαθέσθαι τὰ κατὰ σαυτόν. Καὶ τὸν καιρὸν τῆς δυσπραγίας καὶ πολυπαθείας κρείττονι λογισμῷ καὶ βεβαιοπίστῳ γνώμῃ εἰς εὐτυχίαν καὶ εὐπάθειαν μεταστοιχειώσασθαι. Τὸν γὰρ οὕτως ἐρηρεισμένον καὶ πεποιθήσει Θεοῦ ζῶντα, οὐδὲν παρακινήσει τῶν ἀνθρωπίνων· ὑψηλότερον πεφηνότα πάντων τῶν λυπεῖν εἰωθότων. Κἂν λέγῃς ἐν τῇ παρακροάσει τοῦ ἀναγινώσκοντος εἰς ὕμνον τρέπεσθαι, οὐ θαῦμα· πέφυκε γὰρ ἡ ἀφαίρεσις τῆς ὄψεως τοῦτο ἐργάζεσθαι. Κἂν φῇς μηδὲν ἔργον ἐπὶ χεῖρας ἔχειν, ἀπρακτούσης τῆς φύσεως, μηδέν σοι μελέτω. Φησὶν ὁ Ἀπόστολος· *Ψαλμὸν ἔχεις, διδαχὴν ἔχεις, γλῶσσαν ἔχεις, ἀποκάλυψιν ἔχεις· πάντα πρὸς οἰκοδομὴν γινέσθω.* Φάγε, πίε, ὕπνωσον. Μόνον τὸ εὐχάριστον κέκτησο· καὶ ὅσα σοι οἰκοῦεν, καὶ ἐν τῷ φυσικῷ τοῦ νοῦ βιβλίῳ ἀπόκειται, ἀναγίνωσκε. Καὶ μικρὸν ὕστερον ἀναβλέψεις μέγα, καὶ ἴδοις τὸ φῶς τὸ ἀπρόσιτον, Ἰησοῦν τὸν Υἱὸν Θεοῦ ἀπ' οὐρανῶν ἐρχόμενον μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως αὐτοῦ ἐν πυρὶ φλογός· οὓς μὲν κρίνοντα ὡς ἐνδίκους κρίσεως· οὓς δὲ δοξάζοντα ὡς δόξης συνίστορας· μεθ' ὧν εἶης καὶ αὐτός, φίλτατέ μοι καὶ τιμιώτατε, ἀπαστράπτων ἴσα καὶ ἡλίου βολίδι. Περὶ οὗ προώρισας προαστείου εἰς μοναστήριον καθεστάναι, εἴ τι οὖν ἄλλο, οὕτως ἢ ἑτέρως, ἐν καλῷ διώριστο, πάντα ὡς ἤδη γεγονότα Θεὸς ἐδέξατο· εἴπερ εὐχαρίστως τὴν ἀφαίρεσιν πάντων οἴσεις. Προσεύχου περὶ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν· ἄρτι γὰρ οὐχ ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοί, ἀλλὰ καὶ εἴ τις τῶν ὁσίων ἐξαιτήσοιτο ἂν σου τὴν δέησιν, ὡς κάμνοντος τοῖς παθήμασιν. Ὁ θεοφιλέστατος ἀδελφὸς ἡμῶν καὶ ἀρχιεπίσκοπος πλεῖστά σε προσαγορεύει.

A statuas, charissime, tempusque adversitatis multarumque ærumnarum, meliori cogitatione ac fide nixa sententia, in felicitatem prosperitatemque convertas. Eum enim qui sit confirmatus Deoque confisus vivit, nihil rerum humanarum commovebit; ut qui omnibus quæ tristitiam afferre solent, superior apparuerit. Quod si dicas, tibi, dum lectorem audis, somnum obrepere, nihil mirum: solet enim privatio visus hoc efficere. Si dixeris nullum te opus præ manibus habere, ob inertiam naturæ: ne tibi id curæ sit. Ait Apostolus: *Psalmum habes, doctrinam habes, linguam habes, apocalypsim* [revelationem] *habes: omnia ad ædificationem fiant* [93]. Ede, bibe, dormi. Tantum grato sis animo, et quæ ex teipso tibi suppetunt, et in naturali mentis libro B condita sunt, lege. Et postmodum acute perspicies, et videbis lucem inaccessibilem, Jesum Filium Dei de cœlis venientem cum gloria et potestate sua in igne flammæ; hos quidem condemnantem, ut reos judicii [94]; hos vero glorificantem ut consortes gloriæ: quibuscum sis et tu, amicissime mi et honoratissime, coruscans instar solaris radii. De suburbano in quo monasterium constituere decrevisti, sive quid aliud isto vel illo modo recte ac præclare designatum est; omnia, ut jam facta suscepit Deus: modo omnium privationem grato feras animo. Ora pro nobis peccatoribus: neque pro nobis modo, qui peccatores sumus, sed si quis etiam sanctorum preces expetet tuas, ut qui ærumnis confli teris. Dei amantissimus frater noster et C archiepiscopus plurimum te salutat.

ΡΟΘ' (71). — *Σεργίῳ ἡγουμένῳ.* [ψμγ'.]

CLXXIX. — *Sergio præposito.*

Hortatur ad vigilantiam utque hæreticorum communionem vitet.

Χάρις Κυρίῳ, ὅτι ὑγιαίνει ἡ τιμιότης σου· τοῦτο γὰρ ἀνήγγειλε τὸ γράμμα, καὶ ἡ δυὰς τῶν ἀδελφῶν. Ἀπεδεξάμεθα δὲ καὶ τὴν πρόθεσιν τοῦ ἐπιθυμεῖν σε ἀφῖχθαι πρὸς ἡμᾶς, κωλυθέντα γε μὴν ὑπὸ τῆς συνοχῆς τῶν ἐμφυλίων πολέμων, καὶ τῆς κατὰ τὴν ὁδὸν ἀπηρείας· ἅτινα κακὰ Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν διατεκεδάσει ἐν τάχει, ἐπανάγων εἰς εἰρήνην τὸ ὑπήκοον, καίγε ἀπαλλάττων τῆς τῶν Ἀγαρηνῶν ἐπιδρομῆς. Ἐδιδάχθημεν γὰρ καὶ τὴν περὶ αὐτῶν ῥομφαίαν, οἷα καὶ ἡλίκη γέγονεν ἐν τοῖς αὐτόθι. Καὶ ταῦτα πάντα ἐπιτίμιά ἐστι παρὰ Θεοῦ, ἐπὶ τῇ ἀμετανοήτῳ ἡμῶν κακίᾳ. Ὅμως σὺ, ἄνερ ἀγαθὲ, D καὶ ἀδελφὲ τιμιώτατε, στῆθι καὶ ἀνδρίζου ἐν τῷ καθηγεῖσθαι τῆς ἀδελφότητος· μὴ ὑποπίπτων ἀθυμίᾳ, κἂν πολλαὶ αἱ δυσκολίαι· μὴ ἀποκάμνων ταῖς ἀπορίαις, κἂν ἡ ἰσχὺς δαπανᾶται. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν, ὃ καὶ πρώτου λόγου ἐστὶ ζήτημα, τὴν πίστιν φρούρει ἀσφαλῆ καὶ ἀκράδαντον, φεύγων τὴν κοινωνίαν τῶν ἑτεροδόξων παντοίῳ τρόπῳ. Ἴσθι γὰρ ὅτι διωγμὸς πάρεστι· καὶ οὐ τελειότητος, τὸ ὑμᾶς οἴκοι καθέζεσθαι, καὶ ἀδιώκτους διαμένειν· τῶν ζηλωτῶν τῆς εὐσεβείας πολλὰ πεπονθότων· καὶ μαρτυρίου διά-

Gratias Domino, quod incolumis sit honorabilitas tua; hoc enim litteræ renuntiarunt, et fratres duo. Pergratum etiam habuimus, quod consilium et animus fuerit tibi ad nos veniendi, nisi bella civilia obstitissent, et injuriæ quibus viæ infestæ sunt: quæ incommoda brevi dissipabit Dominus Deus noster, subditos ad pacem revocans, eosdemque liberans ab Agarenorum incursione. Nam et de rhomphæa illorum didicimus, quales et quantas apud vos strages ediderit. Atque hæc omnia pœnæ sunt, a Deo propter impœnitentem malitiam nostram inflictæ. Tu tamen, vir bone, ac frater honoratissime, sta et viriliter age in præfectura fratrum: nec animo cadas, quamvis multæ sint difficultates; nec fatiscas in angustiis, etsi vires consumuntur. Sed primum quidem, quod primo loco quæritur, fidem serva firmam et inconcussam, heterodoxorum communionem modis omnibus devitans. Scis enim adesse persecutionem, nec perfectionis esse residere vos domi, atque extra persecutionem permanere; dum, qui zelo pietatis flagrant, multa patiuntur, nonnullis jam martyrii

[93] I Cor. xiv, 26. [94] II Thess. II, 8, VI.

NOTÆ.

(71) In cod. Reg ρπα'.

Digitized by Google

diademate coronatis. Quapropter exacta vobis vita est opus, quæ expleat quod reliquum est ætatis : qualem sectatus est qui antea vobis præfuit, et quam ab illo vos suscepistis : quale namque est caput, tale et totum corpus. Et hæc dico, non ut dissipemini, sed ut diligenter conservemini, et corroboremini, commune cum hæresi nihil habentes. Deinde, attendens attende, et vigilans vigila, quia multi ab alto impugnantes nos, quia diaboli complures sunt laquei : *Quia tanquam leo rugiens quærit quem devoret* [95]. Atque hunc quidem voluptate carnis exsorbere conatur; alium vero incredulitatis morbo a compage fratrum divellere. Alium invidiæ telis vulnerat, ut Cain alterum efficiat : alium avaritiæ casu dejicit, Judam alterum gestiens ostendere. Atque ut semel dicam, opus ejus noctes diesque, nostrum est exitium. Observa, custodi re ac verbis oves Christi ; et merces tibi multa erit a Deo. Ipse enim apostolorum coryphæo dixit : *Simon Jonæ, diligis me plus his ? Pasce oves meas* [96]. Itaque probatio amoris erga ipsum est, juxta Scripturam, virga pastoralis.

A δημα στεψαμένων τινῶν. Ὥστε ἀκριβοῦς ζωῆς ὑμῖν χρεία, ἀναπληρούσης τὸ ἐλλιπὲς τῆς ἡλικίας [cod. Reg. ὑποπτώσεως, *pœnitentiæ*], ἣν ὑπέπεσεν ὁ προκαθηγησάμενος ὑμῶν, καὶ δι' αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς τῇ ἐκείνου παραδοχῇ. Οἷα γὰρ ἡ κεφαλή, τοιοῦτον καὶ τὸ ὅλον σῶμα. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα διαλυθῆτε, ἀλλ' ἵνα συντηρῆσθε ἀκριβῶς, καὶ ἐπιρρώννυσθε τῇ ἀμεθεξίᾳ τῆς αἱρέσεως. Δεύτερον, νήφων νῆφε, καὶ γρηγορῶν γρηγόρει· ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντες ἡμᾶς ἀπὸ ὕψους· ὅτι πολλὰ τὰ θήρατρα τοῦ διαβόλου· *Ὅτι ὡς λέων ὠρυόμενος ζητεῖ τίνα καταπίῃ.* Καὶ ὃν μὲν ἡδονῇ σαρκὸς πειρᾶται ῥοφῆσαι· ὃν δὲ ἀπιστίας νοσήματι διαῤῥῆξαι τῆς συναφείας τῶν ἀδελφῶν. Καὶ ἄλλον φθόνου βέλεσι κατατιτρώσκει, Κάϊν ἄλλον ἀποδεῖξαι βουλόμενος· ἕτερον δὲ φιλαργυρίας πτώματι καταβάλλει, Ἰούδαν δεύτερον γνωρίσαι γλιχόμενος. Καὶ ἅπαξ ἁπλῶς, ἔργον αὐτοῦ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, ἡ καθ' ἡμῶν ἀπώλεια. Σκόπει, φυλάττου τρόποις καὶ λόγοις τὰ πρόβατα τοῦ Χριστοῦ. Καὶ ὁ μισθός σου πολὺς παρὰ Θεοῦ. Αὐτὸς γὰρ εἶρηκε πρὸς τὸν κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων· *Σίμων Ἰωνᾶ, φιλεῖς με πλέον τούτων; Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου.* Ὥστε ἀπόδειξις τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης, ἡ ποιμαντικὴ κατὰ λόγον ῥάβδος.

B

tura? quam pulcher aspectu? quam nobilis sanguine? quam illustri fama gloriosus? tanquam solus relictus faustæ matri consolatio, paternæ familiæ firmamentum, generi decus et ornamentum; addiderim et regiis palatiis inusitatum spectaculum. Hic longinqua in regione res imperatoris administrans, avolavit : matrem relinquens laudatissimam, relinquens simul et illustrem conjugem, cum egregiis filiolis, et lautam domum, sanguinem celeberrimum, rem opulentam, industrios famulos, stipatores dominum amantes, hæc et illa; simul omnia : ne minuta quæque singillatim consectetur oratio : dehinc ab exteris oris domum reversus, onus miserandum, lamentabilis occursus et urbi regiæ, et domui spectatissimæ. O calamitatem immodicam! Ingemuerint muri ipsi urbis, ne dicam principes et æquales. Ingemuerint et imperatores ipsi, germine orbati multis nominibus admirando. Lacrymata fortasse urbana multitudo : mœsta autem merito fuerit universa cognatio. Quod si hæc ita sunt, quis dolorem tuum, o domina, luctuose satis explicet? quis et conjugis? quis et sororis? quis et domesticorum? Nec ipsæ fluminum profluentes aquæ in lacrymas conversæ vobis ad lamenta sufficerent. Quid aer? annon oculis vestris mutatus est? sol neque ortus est, sole domus amisso? Hæc atque his similia suggerit dolor ad lugendum. Sed quia mulierem alloquimur et divinis olim eruditam, et quæ omne virtutis argumentum in sua ipsius vita exhibet, sicut omnium prope aures oculique testantur; admonitione multa non est opus, cum domi habeat medicamenta consolationis. Multos codices sacros in manus sumpsisti : multa Patrum scripta evolvisti, nocte dieque vacans orationibus, in precibus pernoctans, hoc est, in nocturnis diurnisque psalmorum hymnorumque modulationibus. Ex quibus et continentia, et attritio corporis? liberalitas erga pauperes, erga sacerdotes et monachos observantia, et quidquid in aliis pietatis generibus laudatur et canitur. Domi ergo et a teipsa sat habes unde animæ suggeras quæ conveniant. Sed et sponsæ, et filiæ, et toti Abrahamiticæ domui, tanquam communis magistra, et virtutis exemplar, et quæ jampridem divinorum eloquiorum thesauros condidisti; potes et in tempore tritici mensuram distribuere[30]. Memineris, o generosa et admiranda inter mulieres, nec novum nec præter exspectationem evenisse quod accidit. Contemplare omnes qui ab Adam fuerunt ad hunc usque diem, et in profunda Dei judicia ingredere; ac vide, quia *homo velut fenum : dies ejus velut umbræ prætereunt*[31]. Quoniam igitur progenitor mortalis per peccatum, mortales et posteri invicem succedentes. Verum ex quo Christus, mors non amplius mors est, sed immortalis regenerationis principium. Pietate insignem filium, et orthodoxum, et

A αἷμα! ὡς εὐκλεὴς τὸ κῦδος! ὡς μόνος ἐγκαταλελειμμένος παραμύθιον μητρὶ αἰσίᾳ, οἰκίᾳ πατρῴᾳ ἔρεισμα, γένει ἐγκαλλώπισμα· προσθείην δ' ἂν καὶ βασιλείοις αὐλαῖς ξένον ὅραμα. Οὗτος ἐν ἀλλοδαπῇ τὰ βασιλέως διοικούμενος, ἀπέπτη· καταλιπὼν μὲν τὴν περιβόητον μητέρα, συναπολιπὼν δὲ καὶ τὴν περίδοξον ὁμόζυγα, σὺν εὐγενέσι νεογόνοις, καὶ λαμπρὰν ἑστίαν, τὸ πολυθρύλλητον αἷμα, τὸ πολυσύστιον κτῆμα, τοὺς δεξιοὺς ὑπηρέτας, τοὺς φιλοδεσπότους παραστάτας, ταῦτα κἀκεῖνα, ὁμοῦ τὰ πάντα, ὡς ἂν μὴ κατακερματίζοιεν ἓν ἕκαστον ὁ λόγος· εἶτα ἐπανελθὼν ἐκ τῆς ξένης οἴκαδε, φόρτος ἐλεεινὸς, σκυθρωπὸν ἀπάντημα καὶ βασιλίδι πόλει, καὶ ἀξιαγάστῳ ἑστίᾳ. Ὦ τῆς ὑπερβαλλούσης συμφορᾶς! Στενάξειε δ' ἂν καὶ αὐτὰ τὰ τείχη τῆς πόλεως, μὴ B ὅτι ἄρχοντες καὶ ὁμήλικες, στενάξειαν δ' ἂν καὶ αὐτοὶ οἱ αὐτοκράτορες, ἀποβεβληκότες ἔρνος πολυθαύμαστον. Δακρύσειε τάχα καὶ ὁ ἐπιπόλιος ὅμιλος· ἐπιστυγνάσει δὲ εἰκότως καὶ πᾶν τὸ γένος. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως, τίς τὸ ἐπὶ σοὶ πάθος ἐκτραγῳδήσειεν, ὦ δέσποινα; τίς δὲ τὸ τῆς ὁμοζύγου; τίς δὲ τὸ τῆς ἀδελφῆς; τίς δὲ τὸ τῶν οἰκετῶν; οὐδ' ἂν τῶν ποταμῶν τὰ ῥεύματα εἰς δάκρυον μεταποιούμενα ἐξαρκέσειεν ὑμῖν ὑπηρετεῖσθαι τῷ θρήνῳ. Τί δὲ ὁ ἀήρ; οὐκ ἠλλοίωται τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑμῶν ἄρα; καὶ ὁ ἥλιος οὐκ ἀνατεταλκὼς, τὸν τῆς ἑστίας ἥλιον ἀπολωλεκώς; Τοσαῦτα καὶ ὅσα τούτοις ἐφάμιλλα ὑποβάλλει τὸ πάθος ἀποδύρασθαι. Ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς γυναῖκα ἡμῖν ὁ λόγος πάλαι τὰ θεῖα πεπαιδευμένην, καὶ ὅλην ὑπόθεσιν ἀρετῆς τὸν ἑαυτῆς βίον ὑποδεικνύουσαν· ὡς C μαρτυρεῖ σχεδὸν πᾶσα ἀκοὴ καὶ ὄψις· οὐ πολλῆς χρεία ὑπομνήσεως· οἴκοθεν ἔχουσαν τὰ φάρμακα τῆς παραμυθίας. Πολλὰς ἱερὰς βίβλους ἐπὶ χεῖρας εἴληφας· πολλὰ πατρικὰ ἀναγνώσματα διεξελήλυθας. Νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν σχολάζουσα ταῖς προσευχαῖς, ταῖς δεήσεσιν ἐπιμένουσα ταῖς παννύχοις, εἴτ' οὖν νυκτεριναῖς καὶ ἡμεριναῖς ψαλμῳδίαις τε καὶ ὑμνῳδίαις. Ἀφ' ὧν καὶ τὸ ἐγκρατὲς, καὶ τὸ ὑπωπιαστικὸν τοῦ σώματος· τὸ πρὸς τοὺς ἐνδεεῖς ἐπιδοτικὸν, ἱερεῖς τε καὶ μοναστὰς θεραπευτικόν· τὸ ἐπὶ πολλοῖς οὖν ἄλλοις εὐσεβείας τρόποις ὑμνούμενόν τε καὶ ᾀδόμενον. Οἴκοθεν τοιγαροῦν καὶ παρ' ἑαυτῆς ἱκανῶς ἔχεις ἐπᾷσαι τῇ ψυχῇ τὰ εἰκότα. Οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τῇ νύμφῃ, καὶ τῇ θυγατρὶ, καὶ πάσῃ τῇ D Ἀβραμιαίᾳ ἑστίᾳ· ὡς κοινὸς διδάσκαλος, ὡς ἀρετῆς ὑπόδειγμα, ὡς ἐκπαλαι τὰ θεῖα λόγια θησαυρίσασα, καὶ ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον ἑκάστῳ διανέμειν ἔχουσα. Ἀναμνήσθητι, ὦ γενναία καὶ θαυμαστὴ ἐν γυναιξὶν, ὡς οὐδὲν ξένον καὶ τῶν παρ' ἐλπίδα τὸ συμβεβηκός. Ἀναθεώρησον τοὺς ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τῆς σήμερον· καὶ χώρησον εἰς τὰ τοῦ Θεοῦ βαθέα κρίματα· καὶ ἴδε, ὅτι *ἄνθρωπος ὡσεὶ χόρτος· αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὡσεὶ σκιαὶ παράγουσιν*. Ἐπεὶ οὖν ὁ προπάτωρ θνητὸς διὰ ἁμαρτίαν, θνητὸς καὶ ὁ γόνος ἀλλήλουχος ἰὼν μέχρι τοῦ δεῦρο. Ἀλλ' ὅμως ὅτι ἀφ' οὗ Χριστὸς, οὐκέτι θάνατος, ὁ θάνατος, ἀλλ' ἀρχὴ παλιγγενεσίας ἀθανάτου. Εὐσεβῆ παῖδα, καὶ ὀρθόδοξον,

[30] Luc. XII, 42. [31] Psal. CII, 15.

Digitized by Google

φιλομόναχόν τε καὶ φιλάγαθον, καὶ γεγέννηκας, καὶ προὔπεμψας. Ἔστω σοι παραμυθία αὐτάρκης καὶ εὐχαριστίας ὑπόθεσις. Καὶ παρακαλοῦμέν σε τὴν θεοπαράκλητον καὶ πανσύνετον· γενοῦ, ὡς ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις, κἀνταῦθα μεγαλοψυχίας ὑπόδειγμα· καλὸν ἐντάφιον καὶ τῷ παγκάλῳ υἱῷ, ὡς καὶ ψυχικῶς ἱμειρομένη τὰ αὐτῷ ἐπιβάλλοντα, ἀπόμοιραν Θεῷ εἰσοίσουσα. Τάχα γὰρ διὰ τοῦτο Θεός σε ἐταμιεύσατο τῶν προλαβόντων ὑστάτην, ἵνα πάντα θεοπρεπῶς διαθεμένη, εὐκταίως συναπάρῃς τῶν ἐνθένδε, καὶ κληρονομήσῃς σὺν αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον. Ταῦτα καὶ ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος συμφθεγγόμενός ἐστι, πολυτιμιωτάτη κυρία μου.

A monachorum amantem, et boni studiosum, et genuisti, et præmisisti. Sit tibi consolatio idonea, et gratiarum agendarum argumentum. Utique hortamur te, licet divinius incitatam et prudentem undequaque : esto, quemadmodum in cæteris omnibus, hic etiam magni animi exemplum : pulchrum funus pulcherrimo ipsi quoque filio, tanquam de iis quæ ad illum spectant, pie sollicita, in Dei partem offerens. Propterea enim fortasse Deus te illorum qui præcesserunt ultimam reservavit, ut omnibus digne Deo dispositis, feliciter hinc emigres, et cum ipsis vitam æternam sortiaris. Hæc et frater noster Dei amantissimus archiepiscopus una nobiscum loquitur, domina mea longe honoratissima.

ΡΠΘ' (83).—*Παντολέοντι λογοθέτῃ.* [ψξα'.] B **CLXXXIX. — *Pantoleonti Logothetæ.***

Deprecatoria pro Theodoto Protospathario.

Ἴσμεν καὶ τὸ εὐπαρρήσιαστον νεμεσητὸν ὑπάρχειν· συνεπιστάμεθα καὶ τὸν καιρὸν συστολὴν ἡμῖν ἐπιτρέπειν· ἀλλ' ὅμως τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἀμυθήτου σου περὶ ἡμᾶς τοὺς ταπεινοὺς εὐδιάθετον ἠνάγκασεν ἡμᾶς τολμηρότερον χρήσασθαι καὶ τῷδε τῷ γραμματίῳ. Τολμηρὸν γάρ ἐστιν ὡς ἀληθῶς οὐ μόνον τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἀναφέρειν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἑτέρων δεδεῆσθαι· ὅμως, ὡς εἴρηται, τὸ πολύ σου εὐμενὲς καὶ διπλοῦν εὐσεβὲς, παρεθάρρυνεν ἡμᾶς τολμῆσαι. Τί οὖν τὸ λεγόμενον; περὶ Θεοδότου τοῦ πρωτοσπαθαρίου, ὃς ὅπως ἐστὶν ἐναγώνιος, αἰτία τοῦ συναπάραντος αὐτῷ οἰκονόμου τῆς Ἐκκλησίας ἐν τῇ Δύσει, διαγινώσκει πάντως ἡ ἀνυπέρβλητός σου ὑπεροχή. Τίς οὖν ἄλλος ἂν ἐξευρεθείη ἀρρωγὸς ἐπὶ τῇ ἀντιλήψει τοῦ ἀνδρός; τίς δ' ἂν ἐχεφρονέστερος τῆς σῆς μεγαλονοίας συνιδεῖν τὸ δέον; τίς δὲ καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ κράτους τὸ ὑπόγυον ἔχων πλέον τῆς σῆς γνησιευτικῆς παραστάσεως; Δὸς ὃ εἴληφας παρὰ Θεοῦ ἔλεος, δέσποτα παμπόθητε, τῷ δεομένῳ. Προκυλινδούμεθά σου τοῖς τιμίοις ἴχνεσι· βουλή σου ὡς βουλὴ ἀγγέλου· φωνή σου ὡς βολὶς ἀστράπτουσα τῇ τε λαμπρότητι τῆς παῤῥησίας, καὶ τῇ τῆς ἀγάπης ἀγλαΐᾳ· ἧς εἰ ἀξιωθείη μέτοχος γενέσθαι ὁ ἱκέτης σου, πάντως ἂν ἔξω που γένηται τῶν κατηγορητικῶν βελῶν τοῦ ἀντικειμένου αὐτῷ, ὡς οἶδας ὁ ὑψηλόνους, κατὰ διαφόρους τρόπους. Ἡμεῖς τε οἱ ταπεινοὶ προσοίσομέν σοι πολλὰς τὰς εὐχαριστίας τε καὶ προσευχὰς ὑπὲρ ὑγείας ἀμφοτέρων ὑμῶν, τῆς καλῆς ὄντως καὶ ἀξιαγάστου συζυγίας. Καὶ τάχα ὑπὲρ τὴν τῶν χρύσεα δῶρα προσφερόντων οὐκ ἀτιμοτέρα εἴη ὑμῖν ἡ θεοπάροχος δωρεὰ, καὶ ἡ ἀπὸ Κυρίου χορηγουμένη εὐμένεια, εἰς σωτηρίαν ψυχῆς τε ὁμοῦ καὶ σώματος ὑμῶν τῆς παμποθήτου καὶ πανευφήμου δυάδος.

Scimus nimiam loquendi libertatem expositam esse reprehensioni : scimus præterea tempus ipsum cautionem nobis imperare : attamen exsuperans tuæ erga nos humiles inexplicabilis benevolentiæ magnitudo coegit nos audacius his etiam litteris uti. Audaciæ enim revera est, non solum de propriis rebus suis referre, sed pro aliis etiam deprecari : et tamen, ut dictum est, eximia humanitas tua, et gemina pietas, confirmavit nos ut audemus. Quid ergo est quod loquimur? De Theodoto Protospathario, qui quo pacto in discrimine versetur, propter œconomum Ecclesiæ, quia una cum ipso navigavit in Occidentem, novit prorsus incomparabilis eminentia tua. Quis igitur alius C inveniri adjutor possit, qui viri causam suscipiat? Quis magna tua mente intelligentior, ut quid facto sit opus perspiciat? Quis autem cujus opera paratior et validior sit quam sincera tua protectio? Quam a Deo accepisti misericordiam, domine desideratissime, impertire postulanti. Honoratis vestigiis tuis advolvimur : consilium tuum sicut consilium angeli : vox tua velut fulgur coruscans et libertatis claritate, et splendore charitatis : cujus particeps si fieri meruerit supplex tuus, adversarii sui accusationis jacula penitus evadet variis modis qui tibi pro alta mente tua perspecti sunt. Nos vero humiles gratiarum actiones plurimas reddemus, et preces pro incolumitate utriusque ve- D strum, pulchræ omnino et admirandæ copulæ. Et fortasse beneficii divini, et a Domino subministratæ humanitatis haud minus pretium vobis ambobus, amabilissimis et clarissimis viris, constabit ad animæ simul et corporis vestri salutem, quam si qui aurea dona proferrent.

Ρλ' (84). — *Θεοφάνῃ μονάζοντι.* [ψξζ'.] **CXC. — *Theophani* (84*) *monacho* (*).**

Quod Christus, Christus non est, nisi circumscribatur nostra effigie.

Εἴ σοι φίλον τὸ πρὸς ἡμῶν τῶν εὐτελῶν γράμμα, Si te humilitatis nostræ litteræ delectant, rursum

NOTÆ.

(83) In cod. Reg. ρλϐ'.
(84) In cod. Reg. ρλγ'.
(84*) Cerameo, postea archiepiscopo Tauromenitano, cujus exstant Homiliæ in Evangelia Dominicalia et festa, etc.
(*) Dogmatica.

Digitized by Google

accipe, vir charissime, non quæ facundiæ et elegantiæ quidquam habeant, ut tu blandiens dicis; at quæ charitatis symbolum sunt procul dubio : quantoque crebriores fuerint litterarum vices, tanto et charitatis crescat affectus : quo quid optabilius esse possit? Verum hæc missa faciamus : ad sequentia pergat oratio. Quid hoc est quod apud vos tentatum est novi? et quinam hi novi dracones, Charybdis instar absorbentes animas, quæ veritatis verbo firmatæ non sunt? Tu quidem haud nominasti : nos vero, etiam antequam litteræ tuæ significarent, vehementer planximus, unius hominis causa hæretici, seu potius revera blasphemi in Deum, qui chartularii munus istic ab imperatore adeptus est, hanc celeberrimæ Siciliæ perniciem dicentes obtigisse. Istud autem exitium non ex dogmatica doctrina conflatum est : doctrinæ enim expers ingens hæc statua : sed ab impia mente profectum, atque, ut quod verius est dicatur, ad impietatem a majoribus natum : et quidem cum duobus aliis consanguineis. Sed hos Trinitas, scio, profligabit, et vestro et aliorum qui veritatem una defendunt ore divino. Te vero et tui similes minime turbet adhuc furens hæresis. Nondum enim excussum et contusum est malum, nec satis adhuc probatus fidelium in Deum amor : ac præterea non possumus ingredi in abyssum judiciorum Dei, quomodo populum suum infidelitatis procella usque adeo agitari sinat. Cæterum sermonis conclusio est, *ut qui probati sunt, manifesti fiant* [32]; sicut sapientiæ dispensator Paulus dixit. Quapropter hortamur, et obsecramus, ne fatigeris, neque cesses adversarios coarguere, ex intimo cordis tui penu divina promens documenta, atque hinc perspicue demonstrans, Christum non esse Christum, nisi juxta figuram nostram circumscribatur. Nam si caro factus est, utique veluti caro circumscribetur. Quod vero non circumscribitur, id intra humanitatem non est, sed extra hanc haud dubie, necnon extra locum, et tempus : Deus nudus, quem natura incomprehensibilem et indefinitum dicimus et cogitamus. Atque hoc ex rerum natura per certam veritatis demonstrationem sequi necesse est : circumscribi nempe Christum, et in imagine adorari : « Siquidem in imagine archetypum repræsentatur, » sicut alicubi divinus ait Dionysius : et alibi : « Alterum in altero, præter substantiæ differentiam. » Quare qui negat depingi Christum, is natum hominem esse negavit : et qui ejus imaginem non adorat, prorsus ne ipsum quidem adorat, licet adorare se putet : quandoquidem, ut sermo sacer ait : *Infideles confitentur se Deum nosse, factis autem negant* [33]. Hæc ego reverentiæ tuæ non tanquam ignoranti exposui, sed tanquam eadem sentienti, ac veluti guttam ex dogmatum pelago hauriens : cum infinitæ præterea suppetant Patrum sententiæ, una cum vetere historia ab exordio ipso evangelicæ prædicationis, ad

A δέχοιο καὶ αὖθις, ὦ τριπόθητε· οὐδὲν μὲν ἔχον εὐπρεπές τε καὶ εὐφραδὲς, ὡς χάριτι φῄς, τὸ δ' οὖν τῆς ἀγάπης σύμβολον καὶ πάνυ ὁμολογουμένως· καί γε ὅσον ἡ ἀντίδοσις τῶν γραμμάτων γίνοιτο, τοσοῦτον ἡ τῆς ἀγάπης διάθεσις αὔξοιτο. Οὗ τί ἂν εἴη σπουδαιότερον; Ἀλλὰ τοῦτο νῦν κείσθω ἐνταῦθα· πρὸς δὲ τὸ ἑξῆς βαδιστέος ὁ λόγος. Τί τὸ νῦν καινοτομηθὲν ἐν τοῖς αὐτόθι; καὶ τίνες οἱ νεοφανεῖς δράκοντες Χαρυβδηδὸν καταπίνοντες ψυχὰς μὴ ἐστηριγμένας τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας; Αὐτὸς μὲν οὖν οὐκ ἐξωνομάτισας· ἡμεῖς δὲ, καὶ πρὸ τῆς δηλώσεως τῶν γραμμάτων, κατεστενάξαμεν ὅτι μάλιστα ἐφ' ἀνδρὶ αἱρετικῷ, μᾶλλον δὲ βλασφήμῳ τῷ ὄντι εἰς Θεὸν, λαχόντι ἐν τοῖς αὐτόθι παρὰ τοῦ κράτους χαρτουλαρεύειν, ἐκεῖνο εἰπόντες, ὅτι γε τῆς περιβοήτου Σι-
B κελίας ἔφθασεν ὄλεθρος. Τόδε τὸ πῆμα οὐκ ἐκ δογματικῆς πείρας τετεχνωμένον· ἄπειρον γὰρ τὸ ἀνδριαντάριον· ἀλλ' ἐξ ἀσεβοῦς γνώμης πεπληρωμένον, καὶ ἵνα τἀληθέστερον ῥηθείη, πατρόθεν ἐπὶ τὸ ἀσεβεῖν ἠγμένον· καί γε σὺν δυσὶν ἄλλοις ὁμαίμοσιν. Ἀλλὰ τούτους μὲν ἡ Τριὰς οἶδ' ὅτι ἐπιῤῥαπίσειεν, ἐνθέοις στόμασιν ὑμῶν τε καὶ τῶν ἐνταῦθα ὑπερμαχούντων τῆς ἀληθείας. Σὲ δὲ καὶ τὸν, οἷος σὺ, μηδὲν ξενιζέτω ἡ ἔτι λυττῶσα αἵρεσις. Οὕπω γὰρ ἐκτέτριπται τὸ κακὸν, οὔτε δεδοκίμασται ἱκανῶς τῶν πιστῶν τὸ φιλόθεον, καὶ τρίτον οὐχ οἷοί ἐσμεν ἐμβατεύειν εἰς ἄβυσσον κριμάτων Θεοῦ· καθ' οὓς τρόπους ἀνέχεται ἀκμὴν κλυδωνίζεσθαι τῷ σάλῳ τῆς ἀπιστίας τὸν λαὸν αὐτοῦ. Πλὴν συμπέρασμα τοῦ
C λόγου, *ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται*, ὡς ὁ τῆς σοφίας ταμίας Παῦλος λέλεχε. Διὸ καὶ παρακαλοῦμεν καὶ ἀντιβολοῦμεν μὴ ἐκκακεῖν, διακατελέγχειν σε τοὺς ὑπεναντίους, ἐκ τῶν ἀδύτων ταμείων τῆς καρδίας σου προφέρων τὰ θεῖα διδάγματα· καὶ ὑποδεικνύων ἐντεῦθεν ἀριδήλως, ὅτι Χριστὸς οὐ Χριστὸς, εἰ μὴ περιγράφοιτο τῇ καθ' ἡμᾶς ἰδέᾳ. Εἴπερ γὰρ σὰρξ ἐγεγόνει, πάντως καὶ ὡς σὰρξ περιγράφεται. Ὃ δὲ μὴ περιγράφοιτο, τοῦτο οὐκ εἶσω ἀνθρωπότητος, ἀλλ' ἔξω δηλονότι καὶ τόπου καὶ χρόνου· Θεὸς γυμνὸς τῇ ἀπεριληψίᾳ τε καὶ ἀοριστίᾳ καὶ λεγόμενος καὶ νοούμενος. Καὶ τοῦτο ἀραρότως εἰς ἀναμφίλεκτον ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας φυσικαῖς ἀκολουθίαις ἀναγκαζόμενον· περιγράφεσθαι Χριστὸν, κἂν τῇ εἰκόνι προσκυνούμενον. « Ἐπείπερ ἐν
D αὐτῇ τὸ ἀρχέτυπον ἐκπέφασται, ὥς πού φησιν ὁ θεοφάντωρ Διονύσιος· » καὶ ἀλλαχοῦ· « Ἑκάτερον ἐν ἑκατέρῳ παρὰ τὸ τῆς οὐσίας διάφορον. » Ὥστε ὁ ἀπαναινόμενος ἐγγράφεσθαι Χριστὸν, ἥρηται ἄνθρωπον γεγονέναι· καὶ ὁ μὴ προσκυνῶν αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, οὐτίπου προσκυνεῖ αὐτὸν τὸ καθόλου, κἂν νομίζῃ προσκυνεῖν· ἐπεί φησιν ὁ ἱερὸς λόγος· *Οἱ ἄπιστοι ὁμολογοῦσι Θεὸν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται.* Ταῦτα οὐχ ὡς ἀγνοούσῃ τῇ τιμιότητί σου ὑπεδήλωσα, ἀλλ' ὡς συνομογνωμονούσῃ· καὶ ὥσπερ ῥανίδα ἐκ πελάγους δογμάτων ἀνελκύσας· πρὸς τῷ καὶ ἄπειρον ἐσμὸν εἶναι πατρικῶν· μετὰ καὶ τῆς ἀρχαιολόγου ἱστορίας ἀπ' αὐτῆς βαλβίδος

[32] I Cor. xi, 19. [33] Tit. i, 16.

Digitized by Google

τοῦ κηρύγματος, εἰς σύστασιν τῆς ἀμωμήτου ἡμῶν A illibatæ fidei nostræ Christianæ confirmationem.
τῶν Χριστιανῶν πίστεως.

ΡΛΑ' (85). — *Φιλοθέῳ κτήτορι.* [ψξη'.] CXCI. — *Philotheo possessori.*

Laudat ejus virtutes, genus, patriam.

Μέγα κέρδος ἡγεῖταί σου ἡ τιμιότης, ὡς φησι, δεχομένη ἡμῶν γράμματα, ὁμοῦ τε καὶ μνημονευομένη πρὸς ἡμῶν αὐτῶν. Τοῦτο δὲ τῆς σῆς θεόφρονος διανοίας ταπεινοφροσύνῃ πολλῇ κεχρημένης ἐγκώμιον, οὐχ ἡμῶν τῶν ταπεινῶν [cod. Reg. εὐτελῶν], καὶ οὐδενὸς ἀξίων λόγου. Ὅμως κατὰ τὴν πεποίθησιν αὐτῆς λήψεται τὸν μισθὸν ὑπὸ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ ἡμῶν Θεοῦ δικαιοκρισίας, ἀμειβομένου B τὴν πίστιν ἑκάστου ἀμοιβαῖς οὐρανίαις, καὶ εἰς ἑαυτὸν τὸ τοῦ πέλας γιγνόμενον Χριστοειδῶς ἀνατιθεμένου. Ἡμεῖς δὲ τῷ ὄντι χαίρομεν, ἀνδρὶ τοσούτῳ καὶ τηλικούτῳ φιλιάζειν γνωρίσαντες· οὗ ἡ ἀρετὴ διαπρύσιος, καὶ ὁ ἔπαινος δικαιότατος, καὶ τὸ πολίτευμα πολλοῖς ὑπόδειγμα τοῖς ἐθέλουσιν εὐσεβεῖν ἐν τῇ παρούσῃ γενεᾷ, ὡς ἐν περιωπῇ ὄρους ἀρετῶν προκείμενον. Καὶ φερωνύμως ὡς ἀληθῶς ἐξέλαμψας φιλόθεος, φίλτρῳ Θεοῦ τὸ ἄπραγμον καὶ ἡσύχιον αἱρησάμενος, ἐπιτηρήσει θείων ἐντολῶν. καὶ ἐπιτεύξει τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν. Καίτοι ὑπάρχων, καὶ κατὰ ἰδέαν ἄξιος τυραννίδος, καὶ κατὰ γένος ὑπέρλαμπρος· τὸ αἷμα· ἀλλ' ὁ θεῖος πόθος σβέσας ταῦτα πάντα, καὶ οὐδαμινὰ δείξας, ὅπερ καὶ ἀληθὲς, πρὸς τὴν ὑπέρφωτον C τῆς θείας ὡραιότητος ἦρέ σου τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς, αἴγλην ἐκεῖ βλέπειν, ἐκεῖ φαντάζεσθαι, ἐκεῖ μετατιθέναι τὸ πολίτευμα, οὗ χαρὰ ἀνεκλάλητος, ἔνθα ζωὴ ἀκήρατος [cod. Reg. ἀμήρυτος], ὅπου ἡ ἔλλαμψις τῆς μακαρίας καὶ ἀρχικῆς Τριάδος. Ἀλλὰ γένοιτό σοι, ὦ θαυμάσιε καὶ ἐπιπόθητε ἡμῖν, ἐπαύξησις ἀρετῆς ἔτι καὶ ἔτι, καὶ θησαύρισις ἀγαθῶν ἔργων, εἰς τὸ μεγαλεμπόρως ἀπᾶραί σε τῶν ἐνθένδε, ἐπὶ μεθέξει τῶν ἀϊδίων. Σὰ μὲν οὖν τῆς προσηγορίας ἐνταῦθα κείσθω. Ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ τοῦ πρεσβυτέρου ἐπηρώτησας αὖθις, ὑποδείξας τὸ ἀνεξαγόρευτον ὄφλημα· ἐκεῖνο λέγομεν, ὅτι ὁ κανὼν οὐδὲ εἰς διγαμοῦντος γάμον ἑστιαθῆναι τὸν πρεσβύτερον παραχωρεῖ· πόσῳ γε μᾶλλον στεφανῶσαι τὸν τοιοῦτον; Ὁ γὰρ στέφανος ἐπιτίθεται ἐπὶ τῷ νικῶντι τὴν ἀκρασίαν, D καὶ τὸ τῆς παρθενίας κλέος ἀποσωσαμένῳ. Ὁ δὲ διγαμῶν, πρὸς τῷ μὴ ἄξιος εἶναι στεφανωθῆναι, καὶ ἐπιτιμίοις ὑποβέβληται κανονικῶς. Πῶς οὖν οὐκ ἔδεισε στεφανῶσαι τοὺς ὑπὸ κανόνας κειμένους τῆς διγαμίας; Παρ' ἡμῶν τοίνυν, σύγγνωθι, ἵνα μηδὲν ἦν ἄλλο αἰτίαμα, οὐκ ἐπιτέτραπται τὸ καθόλου ἱερουργεῖν· οὐκ οἶδ' ὅτι εἰ μή τι κατ' οἰκονομίαν, μεταδιδόναι ὑμῖν τῶν ἁγιασμάτων, παρὰ σεσωσμένου πρεσβυτέρου τετελεσμένων. Περὶ τοῦ ἀναγνώστου, ὅτι ἐπέστρεψεν ἐπιτιμιασθείς, δίκαιόν ἐστιν ἕως καιροῦ συνόδου μὴ ἀποστολίζεσθαι αὐτόν· ὁ μὲν γὰρ πρεσβύτερος εἴργεται τῆς λειτουργίας ἐπιτιμιασθείς, ὁ δὲ διάκονος τῆς διακονίας, καὶ ὁ ἀναγνώστης τῆς

Magnum lucrum putat honorificentia tua, ut ait, cum litteras nostras accepit, simulque cum ipsius a nobis fit mentio. Hoc vero divinæ mentis tuæ, magna humilitate præditæ encomium est, non nostrum, qui abjecti, et nullius pretii homines sumus. Attamen juxta fiduciam tuam mercedem accipiet a justo judicio boni Dei nostri, qui uniuscujusque fidem cœlestibus præmiis remuneratur, et quod proximo factum est, ut sibi ipsi Christus imputat. Nos vero gaudemus reipsa cum palam facimus amicos nos esse tanti ac talis viri, cujus virtus celeberrima, lausque justissima, et vivendi ratio multis pie in hoc sæculo vivere volentibus, exemplum est, tanquam in summo montis virtutum vertice propositum. Ac tuo certe nomini congruenter Philotheum te exhibuisti, Dei amore vitam tranquillam et a negotiis remotam eligens, ut divina serves mandata, et æterna bona consequaris. Et vero cum sis et ob formam dignus imperio, et, si genus spectetur, sanguine perillustri: divinus tamen amor exstinguens hæc omnia, et nihili esse docens, sicut verum est, et divinæ pulchritudinis splendorem omni lumine superiorem oculos tuæ mentis erexit; ut illuc spectes, illuc contemplationem, illuc conversationem tuam transferas, ubi gaudium est ineffabile, ubi vita immortalis, ubi coruscatio beatæ et supremæ Trinitatis. Sed contingat tibi, vir admirande nobisque desiderande, majus majusque virtutis incrementum, et bonorum operum congeries: ut magni mercatoris instar hinc solvas ad participationem æternorum. Quod igitur ad tuum nomen attinet, hic finis esto. Quia vero de presbytero etiam rursus interrogasti, pœnam minime expressam significans; illud dico, canonem ne concedere quidem presbytero ut in digami nuptiis convivetur; quanto minus ut illum coronet qui talis est? Corona enim ei imponitur, qui vicit intemperantiam, et virginitatis decus conservavit. Qui vero secundas nuptias init, præterquam quod dignus non est qui coronetur, canonum etiam pœnis est obnoxius. Quo igitur pacto coronare ausus est eos, qui ex canonibus de digamia multandi sunt? Quamobrem, ignosce, ut crimen aliud nullum esset, nullatenus sacrificare permissum est; haud scio an per indulgentiam dispensare circa sacramenta, quæ ab innoxio presbytero fuerint consecrata. De lectore, qui pœna suscepta reversus est, æquum est ut ante synodi tempus Apostolum non legat. Nam et presbyter inhibetur a sacrificio, et diaconus a ministerio, et lector a lectione. Nos ita sentimus et sanci-

NOTÆ.

(85) In cod. Reg. ρλδ.

Digitized by Google

mus. Sicut autem pietati tuæ visum fuerit, sic faciat.

ἀναγνώσεως. Ἡμεῖς οὕτως φρονοῦμεν καὶ τυποῦμεν. Ὡς δὲ ἡ εὐσέβεια ὑμῶν νομίζει, ποιείτω.

CXCII. — *Irenæ Patriciæ.*

ΡΚΒ' (86). — *Εἰρήνῃ πατρικίᾳ.* [ψοα'.]

De monasterio feminarum ad viros non transferendo.

Bonæ fiduciæ tuæ argumentum est, quod nos humiles salutaveris, Domina mihi honoratissima, per dilectum fratrem nostrum dominum Petrum propinquum tuum : per quem et nos vicissim quam debemus salutationem reddimus, laudantes pietatem tuam, rectamque in bonis æmulationem. Hoc quippe et ipsi per nos scimus, et a fratre persæpe discimus, quodque ob Dei amorem, ipsum etiam in honore habes, sicut virtuti tuæ, et viri moribus convenit. Quoniam autem percontata es de monasterio, quod Leones vocant, utrum conveniat viris illud attribuere, sicut est consilium tuum in ejus instauratione, cum antea muliebre monasterium diceretur, et reipsa esset : hoc habemus quod respondeamus, quod nempe, si a te nunc primum consecratus esset locus, integrum foret facere quod velles. Sed quia consecratus antea fuit per beatæ memoriæ defunctam filiam tuam illic præsidentem, quæ et multis annis monasterium rexit cum virginum cœtu; etsi superiore bello civili facta est sororum illius loci translatio, atque ipsius præpositæ, quæ ibi quiescebat in sacris loculis, cum aliis quæ præcesserant ejusdem ordinis animabus; fas non est, ut opinor, Domina, mutationem a te fieri, aut porro illius quæ præcessit, sorores filiasque dimittere, quæ ibi Deo servire malunt, ubi sepulta est præposita. Apostolicus sermo est : *Unusquisque in quo vocatus est, in hoc maneat* [34]. Monasterium muliebre appellatum est : quæ causa immutationis, ut virorum nomen gerat? præsertim cum viri non appareant? quæ autem expulsæ sunt, non ferant se non ibi vivere. Quod si sæpe mutatio facta est in quibusdam monasteriis, aut persecutio causa fuit, aut subreptio injusta, aut potentia non legitima. Quibus vero recta est fides, et vita fidei non repugnans, eos consentaneum fuerit secundum leges et canones loqui et agere. Quamobrem hortamur et obsecramus, ac si ipsa beatæ memoriæ filia tua per nos humiles vocem ederet, monasterium Leones pergat muliebre nuncupari, et ipsius filias in spiritu, servientes Deo custodire. Hoc enim ut illius, sic et tuæ quoque pietati laus erit sane maxima, neque ansam reprehensionis dabit iis qui nostra observant : quod præcipit Apostolus cum ait : *Sine offensione estote et Judæis, et Græcis, et Ecclesiæ Dei* [35]. Quoniam nisi ita feceris, res quidem non subsistet, ab eo quod convenit, ad id quod præter naturam est, translata; nos vero non effugiemus publicam ca-

Τῆς ἀγαθῆς σου πεποιθήσεως σύμβολον τὸ ἡμᾶς τοὺς ταπεινοὺς προσαγορεῦσαι, κυρία τιμιωτάτη μοι, διὰ τοῦ ἠγαπημένου ἡμῶν ἀδελφοῦ Κυρίου Πέτρου καὶ συγγενοῦς σου· δι' οὗ καὶ ἡμεῖς ἀντιπροσαγορεύομεν ὀφειλομένως, ἐπαινοῦντές σου τὸ εὐσεβὲς, καὶ εὐζήλωτον ἐν ἀγαθοῖς. Ὅτι τοῦτο καὶ ἀφ' ἑαυτῶν ἴσμεν, καὶ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ πολλάκις διδασκόμεθα· καί γε ὡς διὰ Θεοῦ ἀγάπην, καὶ αὐτὸν διὰ τιμῆς ἄγοις, ἀξίως τῆς ἐνούσης σοι ἀρετῆς, καὶ τῆς τοῦ ἀνδρὸς πολιτείας. Ἐπειδὴ δὲ ἠρώτησας περὶ τοῦ μοναστηρίου τοῦ ἐπιλεγομένου τοὺς Λέοντας, ὡς εἰ δέοι ἀνδρεῖον αὐτὸ καταστήσασθαι· οὕτως αἱρέσεως ἔχουσα ἐν τῷ μετασχηματισμῷ τοῦ πρὶν γυναικεῖαν μονὴν ὀνομαζομένου καὶ χρηματίσαντος· τοῦτο ἀποκρίνεσθαι ἔχομεν· ὅτι εἰμὲν νεωστὶ ἤρκταί σοι καθιεροῦν τὸν τόπον, ἐξὸν ὅπερ αἱρῇ διαπράξασθαι. Ἐπειδὴ δὲ προκαθιέρωται διὰ τῆς ἐν μακαρίᾳ μνήμῃ τελεσθείσης σου θυγατρὸς ἐκεῖσε καθηγουμένης, καὶ τοῦτο ἐπὶ χρόνοις ἱκανοῖς διακρατησάσης, μετὰ καὶ συνοδίας παρθενικῆς· εἰ καὶ ὅτι μετάθεσις γέγονεν ἐκ τοῦ προλαβόντος ἐμφυλίου πολέμου, τῆς ἀδελφότητος τῶν ἐκεῖσε, αὐτῆς τε τῆς ἡγουμένης δεῦρο κατακειμένης ἐν θήκαις ὁσίαις μετὰ καὶ προλαβουσῶν ἄλλων ὁμοταγῶν ψυχῶν· οὐ θεμιτὸν, ὡς οἶμαι, κυρία, ἐξαλλαγὴν ποιήσασθαί σε· μάλιστα τῶν ἀφεθεισῶν ἀδελφῶν καὶ τέκνων τῆς προηγησαμένης ὧδε αἱρουμένων λατρεύειν Θεῷ, ἔνθα καὶ ἡ καθηγουμένη κατάκειται. Ἀποστολικὸς ὁ λόγος ἐστίν· *Ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἐν τούτῳ μενέτω.* Μονὴ ἐκλήθη γυναικεία· τίς λόγος τῆς μεταλλαγῆς ἀνδρώνυμον γενέσθαι; καίτοι ἀνδρῶν μὴ κατ' ὀφθαλμοὺς φαινομένων, καὶ τῶν ἐκβεβλημένων οὐκ ἀνεχομένων μὴ οὐχὶ ἐκεῖσε διαζῆν. Εἰ δὲ ὅτι γέγονε πολλάκις ἐξαλλαγὴ ἔν τισι μοναστηρίοις, ἀλλὰ κατὰ διωγμοῦ αἰτίαν, καὶ ὑφαρπαγὴν οὐχ ὁσίαν, καὶ ἐξουσίαν οὐκ ἔνθεσμον. Οἷς δὲ καὶ πίστις ὀρθὴ καὶ βίος μὴ ἀνθιστάμενος, τούτοις ἀκόλουθον ἂν εἴη ἐνθέσμως καὶ κανονικῶς λέγειν καὶ πράττειν. Διὰ τοῦτο καὶ παραινοῦμεν καὶ ἀντιβολοῦμεν, ὡς αὐτῆς τῆς μακαρίας θυγατρός σου φωνὴν ἀφιείσης δι' ἡμῶν τῶν ταπεινῶν· μενέτω τὸ μοναστήριον οἱ Λέοντες γυναικεῖον χρηματίζον, καὶ φρουροῦν τὰς καταλειφθείσας θυγατέρας αὐτῆς, ἐν πνεύματι λάτριδας Θεῷ. Τοῦτο γὰρ σὺν ἐκείνῃ καὶ τῇ σῇ θεοσεβείᾳ κλέος ὅτι μάλιστα, καὶ ἀνεπίψογον τοῖς ἐπισκήπτουσι τὰ ἡμέτερα· ὅπερ παρεγγυᾷ ὁ Ἀπόστολος λέγων· *Ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ.* Ἐπεὶ ἐὰν

[34] I Cor. VII, 20. [35] I Cor. X, 32.

NOTÆ.

(86) In cod. Reg. ρλε'.

Digitized by Google

μη οὕτω πράξοις, τὸ μὲν δρᾶμα στάσιν οὐχ ἕξει, ἅπαξ κινηθὲν ἐκ τοῦ καθήκοντος εἰς τὸ παρὰ φύσιν· ἡμεῖς δὲ οὐκ ἔξω κωμῳδίας, προσθείην δ' ἂν καὶ κατακρίσεως ἀπενεγκοίμεθα παράπτωμα.

villationem, addiderim etiam, in condemnationem ob delictum incurremus.

ΡΛΓ' (87). — *Εὐδοκίμῳ σπαθαρίῳ.* [ψοβ'.]

CXCIII. — *Eudocimo Spathario* (*).

De præscientia Dei et prædestinatione.

Ὡψίσαμεν ἀντεπιστεῖλαι τῇ τιμιότητί σου· ὥστε μικροῦ δεῖν καὶ ἐκκεκροῦσθαι ἡμᾶς τῆς τῶν ἐπεσταλμένων δυνάμεως. Ἀλλὰ τὸ αἴτιον, τὸ μὴ παρεῖναι πιστὸν γραμματηφόρον. Νῦν δὲ ἐπειδὴ ἐξ ἀναγκαίου ἀπεστείλαμεν τὸν οἰκονόμον τῆς καθ' ἡμᾶς μονῆς ἐν τοῖς αὐτόθι· εἰκότως τὸ ἐλλιπὲς ἀποπληροῦμεν· ἐκεῖνο πρῶτον λέγοντες, ὅτι οὐχ οἷοί ἐσμεν φαρμακεύειν ψυχὴν λυπουμένην, καὶ πολλοῖς τετρυχωμένην πάθεσιν. Ὅμως πειρατέον ἐκ τῶν θεοπνεύστων Λογίων τὴν θεραπείαν ἐξευρίσκειν. Τί οὖν φησιν ὁ τούτων μέγιστος ταμίας; *Πάντοτε χαίρετε, ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε.* Εἰ οὖν ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ ἐν παντὶ πράγματι, καὶ ἀδιαλείπτως τὸ χαίρειν, καὶ εὐχαριστεῖν, καὶ προσεύχεσθαι ἡμῖν διατέτακται· οὐκ ἂν ἐξοιχήσεται χρόνος, οὐδὲ ὁ ἀκαριαῖος, μὴ οὐχὶ περιοριζόμενος ἐν τῷ χαίρειν καὶ εὐχαριστεῖν τὸν ἀληθινὸν Χριστιανόν. Οὔκουν λοιπὸν θλιπτικὰ τὰ παρόντα, κἂν οἷά ποτ' ἂν εἶεν τῆς δυσπραγίας ἔχοντα τὸ ὑπέρογκον; Καὶ ταῦτα οὐχ ὡς ἀγνοούσῃ τῇ ἀγαθῇ σου ψυχῇ, ἀλλὰ ὑπομνηστικῶς εἴρηταί μοι· ἐπειδὴ κάμνουσα ψυχὴ ἔσθ' ὅτε ἀτονεῖ πρὸς τὸ ἀνηγμένον τῆς θεωρίας. Δεύτερος λόγος μοι· ὅτι εἰ καὶ πολλῶν τῶν ἐνόντων ἀπεγύμνωσάν σε οἱ ἐξουσιάζοντες· ἀλλ' οὐδαμῶς ἀποστερῆσαί σε τοῦ τιμιωτέρου κτήματος ἠδυνήθησαν. Οὐχ ὁρᾷς καὶ εὐχαριστεῖς, οἷαν σοι γνῶσιν ὁ Θεὸς ἐθησαύρισε; πηλίκην γλῶσσαν; ἐξ ἧς ὡς ἐξ ἀδύτων θησαυρῶν τῆς καρδίας προφέρει τὰ ἀγορεύματα καὶ διανοήματα προῖξ ὅτι μάλιστα. Τοῦτο προφερέστατον καὶ πάντων χρημάτων χρηματιστικώτερον, καὶ πάσης οὐσίας ὑπερουσιώτερον· ὃ εἴ τις κέκτηται, τῶν ἅγαν πλουσίων αἱρετώτερός ἐστι τῷ νοῦν ἔχοντι, κἂν ῥακίοις μόνον ἀμπεχόμενος. Καὶ τοῦτο δέδειχε σύμπας μὲν ὁ τῶν δικαίων χορός· ἐν δὲ τοῖς ἐξωτερικοῖς προσώποις ὁ Ὀδυσσεὺς ἐκεῖνος, ἐκ ναυαγίου γυμνὸς ὀφθεὶς τῇ βασιλίδι.

Ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἐρώτημά σου τρεπτέον τὸν λόγον. Καίτοι εἰδὼς ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ εὖ ἔχον, φιλοπευστεῖς πρὸς ἡμῶν τῶν ἀμαθῶν ἐκδιδάσκεθαι. Φῂς γὰρ ὅτι πῇ μὲν λογισμὸς προτρέπεταί σε εἰς προσευχήν· πῇ δὲ ἀνακόπτει, ὡς τοῦ Θεοῦ εἰδότος ὅπερ βουλόμεθα αἰτῆσαι [cod. Reg. αἰτεῖσθαι]· ὡς ἐντεῦθεν παρέλκον ἂν τὸ προσεύχεσθαι. Πρὸς τούτοις, ἐπεὶ ἁμαρτωλὸς εἶς, οὐδὲν ὀνεῖ [cod. Reg. ὀνίνησι] τὸ προσεύχεσθαι. Καὶ ἁπλῶς εἴ τι ἄλλο ἐδήλου τὸ γράμμα· οὐ γὰρ παρῆν μοι ἐπὶ χεῖρας ἔχειν. Τί οὖν ἔστιν εἰπεῖν ἐν τούτοις; Ὅτι τύχης καὶ εἱμαρμένης ἔμφασιν ἔχει ἡ

Cunctati supra modum sumus honorificentiæ tuæ litteris respondere; adeo ut pene nobis exciderit quid potissimum continerent. Sed causa fuit, quod fidum tabellarium non haberemus. Nunc vero, quando quidem necesse fuit istuc mittere œconomum monasterii nostri, quod omissum fuit explemus ut par est, atque illud primo loco dicimus, non posse nos animæ mœrenti, et multis ærumnis attritæ remedium afferre: connitendum tamen ut ex divinis eloquiis curationem nanciscamur. Quid ergo ait maximus illorum dispensator? *Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite* [86]. Si ergo et omni tempore, et in omni re, et sine intermissione gaudere, et gratias agere, et orare nobis præceptum est; nullum utique tempus effluet, ne momentaneum quidem, quod vero Christiano, ut gaudeat et gratias agat, definitum non sit. Rursum, nonne afflictionem parere solent præsentia, gravique rerum adversarum oneri sunt obnoxia? Atque hæc me bonæ animæ tuæ, non ut ignoranti, sed excitandæ memoriæ causa dicta sunt; quia æger animus languescit interdum, quominus possit ad contemplationem assurgere. Altera mihi est ratio, quod etsi multis te opibus spoliarunt qui rerum potiuntur, at nullo modo privare te pretiosiori possessione potuerunt. Qualem tibi scientiæ copiam donarit Deus, annon vides, et gratias agis? qualem linguam? ex qua tanquam ex abditis cordis thesauris dicta et cogitata profers quam maxime gratuita. Hoc longe præstantissimum, et omnibus opibus opulentius, et rerum omnium copia copiosius: quod qui possideat locupletissimis præferendus est, judicio sapientum, etiamsi panniculis induatur. Et hoc quidem demonstravit justorum chorus universus: inter extraneos autem Ulysses ille, qui post naufragium spoliatus a regina conspectus est.

Verum ad interrogationem tuam convertenda est oratio. Licet per te noris ipse quid rectum sit, quæris a nobis ineruditis edoceri. Ex una parte ratio, ut ais, te provocat ad orationem; ex altera inhibet, tanquam sciente Deo quid petere velimus: ut proinde supervacaneum sit orare. Ad hæc quia peccator es, nihil juvat orare; ac demum si quid aliud litteræ significabant; neque enim ad manus erant. Quid in his ergo dicendum est? Quod fortunæ et fati significationem habeat hæc cogitatio, atque, ut totum dicatur, liberi arbitrii eversionem.

[86] I Thess. v, 27.

NOTÆ.

(87) In cod. Reg. ρλς'.

(*) Dogmatica.

Digitized by Google

Idcirco huic opinioni adhærere nos oportet, qui prudentes sumus, et Dei cognitione locupletati; sed, quod secundam propositionem attinet, persuasum habere, etiam peccatores, optima pœnitentia utentes, audiri a Deo. Quo enim pacto, cum super pœnitentibus gaudeat, juxta divina oracula [37], horum preces non exaudiat? In præcedenti proprositione sic respondendum: Divina præscientia non tollit liberum arbitrium. Etenim non quia præscit, facimus quæ facimus, sed quia facturi sumus præscit; et confirmatur in hoc, et præscientiæ definitio, et liberi arbitrii ratio. In iis enim quæ non sunt in nostra potestate, præcedit Dei definitio, de tempore, loco ac modo: in iis vero quæ in potestate nostra sunt, in quibus est liberum arbitrium, subsequitur quodammodo Dei præscientia, tum in virtute, tum in vitio. Quare oportet nos et amare et orare meliora, ut Deum inde habeamus subsequentem nos, sed contrariis modis. Nos enim modis contrariis subsequetur, si hic quidem puniat et castiget; ibi vero coronet et regnum cœlorum nobis rependat.

A διάνοια, καὶ, τὸ ὅλον εἰπεῖν, τοῦ αὐτεξουσίου ἀναίρεσιν. Οὑμενοῦν ταύτῃ τῇ δόξῃ ἐπερείδεσθαι ἡμᾶς χρὴ [cod. Reg. δεῖν], ἐχέφρονας ὄντας· καὶ δόξαν [cod. Reg. γνῶσιν] Θεοῦ πεπλουτισμένους· ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ δευτέρου προβλήματος, πεπεῖσθαι, ὅτι καὶ ἁμαρτωλῶν ἀκούει ὁ Θεὸς μετανοίᾳ κεχρημένων ἀρίστῃ· πῶς γὰρ ἐφ' οἷς χαίρει μετανοοῦσι, κατὰ τὰ ἱερὰ Λόγια, μὴ οὐχὶ καὶ εἰσακούειν τῆς τούτων δεήσεως; Περὶ δὲ τοῦ προηγουμένου προβλήματος οὕτως ἀπαντητέον· ὅτι ἡ θεία πρόγνωσις οὐκ ἀναιρεῖ τὸ αὐτεξούσιον. Καὶ γὰρ οὐχ ὅτι προγινώσκει, πράττομεν ἃ πράττομεν· ἀλλ' ὅτι πράξομεν, προγινώσκει· καὶ ἔρρωται ἐν τούτῳ, καὶ ὁ τῆς προγνώσεως ὅρος, καὶ ὁ τοῦ αὐτεξουσίου λόγος. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς οὐκ ἐφ' ἡμῖν, προηγούμενός ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ ὅρος, ἐπί τε χρόνου, καὶ τόπου, καὶ τρόπου· ἐπὶ δὲ τῶν ἐφ' B ἡμῖν, ἐφ' οἷς τὸ αὐτεξούσιον, οἱονεὶ ἑπομένη ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ πρόγνωσις, ἔπί τε ἀρετῆς καὶ κακίας. Ὥστε δεῖ ἡμᾶς καὶ ἐρᾷν καὶ εὔχεσθαι τὰ κρείττονα· ἵνα ἔχωμεν ἐντεῦθεν τὸν Θεὸν ἑπεπόμενον ἡμῖν, ἀλλὰ τοὐναντίον. Ἑξεναντίας γὰρ ἕψεται ἡμῖν, ὧδε μὲν κολάζων καὶ τιμωρῶν, ἐκεῖ δὲ στεφανῶν καὶ ἀποδιδοὺς ἡμῖν βασιλείαν οὐρανῶν.

CXCIV. — *Joanni grammatico.*

ΡΚΔ' (88). — *Ἰωάννῃ γραμματικῷ.* [ψος'.]

Quamdam suam de imaginum cultu epistolam propugnat.

Cum accessissem ad sermones de venerandis imaginibus, et colloquio adesset Plato noster: dixit is facundiam tuam, accepta olim mea de hocce argumento epistola, addubitasse, quasi ea non satis liquidam doctrinam contineret, atque a vero fortasse auditorem abduceret. Ego vero, si unus de multis esset is qui feriit, non cito commoverer, ut qui norim et jacula invidiæ, et ignotorum contumelias sustinere. Postquam vero ab amico est reprehensio, et amico doctissimo; necessarium existimavi epistolam ipsam ob oculos ponere, et quoad in me foret discussam et approbatam mittere ad benevolentiam tuam, ut aut percontandi cura liberet, aut corrigatur a solertia tua. Oportet enim eum qui increpat, vicissim proferre propriam sententiam, quid redarguendum existimet. Est igitur epistola hujusmodi.

Ἐν λόγοις ἐληλυθότος μου τῶν σεπτῶν εἰκόνων, παρῆν δὲ συνδιαλεγόμενος Πλάτων ὁ ἡμέτερος· ἔφη δὴ πάλαι εἰληφυῖαν τὴν λογιότητά σου, ἐπιστολὴν ἐμὴν, περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἠπορηκέναι, πῶς C οὐκ εὐκρινῶς δογματισθεῖσαν, ἢ τάχα που καὶ παρακομίζουσαν τοῦ ἀληθοῦς τὸν ἀκροατήν. Ἐγὼ δὲ εἰ μὲν τῶν ὡς ἔτυχεν ἦν ὁ βαλών, οὐ ταχέως ἐπεστράφην ἄν, εἰδὼς καὶ φθόνου βολίδας, καὶ ἀγνώτων ἐπιτιμήσεις ὑποίσειν. Ἐπεὶ δὲ παρὰ φίλου ἡ ἐπίληψις, καὶ φίλου σοφωτάτου· ἀναγκαῖον ᾠήθην αὐτὴν τὴν ἐπιστολὴν ὑπ' ὄψιν ἀγαγεῖν· καὶ καθ' ὅσον οἷόν τέ μοι ἐπικριθεῖσαν, ἀποστεῖλαι τῇ φιλότητί σου· ἢ ἀπολύουσαν τῆς ἀπορίας, ἢ ἐπανορθουμένην ὑπὸ τῆς ἀγχινοίας σου. Δεῖ γὰρ ἀντεισάγεσθαι πρὸς τοῦ ἐπιτιμῶντος τὴν οἰκείαν γνώμην τῆς μεμφθείσης ὑπολήψεως. Ἔστιν οὖν ἡ ἐπιστολὴ ἥδε·

Theodorus Athanasio.

« Quomodo, inquis [38], latria non colitur imago Christi, sed qui in illa adoratur Christus, cum una in ambobus sit adoratio? Quoniam in ipso quidem Christo latriæ est adoratio (adorans enim ipsum, coadoro Patrem et Spiritum sanctum; quæ Trinitatis est adoratio simul et latria), in imagine vero eadem est quidem; qui enim non sit? nam quorum unum est imperium et gloria una, horum profecto et cultus unus et una est adoratio: at relativa tamen, sive homonymica. Adorans enim illam, Christum non coadoravi, non divisum secundum hy-

Θεόδωρος Ἀθανασίῳ.

D « Πῶς, φῄς, οὐ λατρεύεται ἡ εἰκὼν Χριστοῦ, ἀλλ' ὁ ἐν αὐτῇ προσκυνούμενος Χριστὸς, μιᾶς οὔσης ἐπὶ ἀμφοῖν προσκυνήσεως; Ὅτι ἐπ' αὐτοῦ δὴ Χριστοῦ λατρευτικὴ ἡ προσκύνησις (προσκυνῶν γὰρ αὐτὸν, συμπροσκυνῶ τὸν Πατέρα καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ὅπερ ἐστὶν ἡ Τριαδικὴ ὁμοῦ προσκύνησις καὶ λατρεία)· ἐπὶ δὲ τῆς εἰκόνος ἡ αὐτὴ μὲν (πῶς γὰρ οὔ; ὧν γὰρ ἓν τὸ κράτος καὶ ἡ δόξα μία, τούτων δηλαδὴ ἓν τὸ σέβας, καὶ μία ἡ προσκύνησις), σχετικὴ δὲ ὅμως, ἤγουν ὁμωνυμική. Προσκυνῶν γὰρ αὐτὴν, οὐ συμπροσεκύνησα, ἀλλὰ προσεκύνησα Χριστὸν, οὐ διαι-

[37] Luc. xv, 10. [38] Supra, epist. 85.

NOTÆ.

88) In cod. Reg. ρξζ'.

Digitized by Google

ρούμενον καθ' ὑπόστασιν, ἀλλὰ διαφορούμενον κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον· ὅπερ ἐστὶ σχετική, ἀλλ' οὐ λατρευτική, κἂν ἡ αὐτή· ἐκεῖ μὲν οὕτως νοουμένη καὶ λεγομένη, καθότι τριαδική, ἤγουν φυσική· ἐνταῦθα δὲ τὸ ἔμπαλιν, καθότι σχετική, ἤγουν ὑποστατική. Εἰ γὰρ εἴποις, λατρευτική, ἐσήμανας σεσαρκῶσθαι, ὡς τὸν Υἱόν, τόν τε Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα· ὅπερ ἐστὶν ἔκτοπον. Τοιγαροῦν προσκυνῶν τὴν εἰκόνα Χριστοῦ, οὐ τὴν θεότητα προσκυνῶ, ὥς φασί τινες· τοῦτο γὰρ τῆς Τριάδος σημαντικόν· καὶ οὐ σεσάρκωται ἡ Τριάς· ἄπαγε! ἀλλὰ τί; αὐτὸν Χριστὸν σχετικῶς. Μόνος γὰρ αὐτὸς ὁ σαρκωθεὶς Θεὸς Λόγος. Προσκυνῶν δὲ αὐτὸν Χριστὸν, ἦλονότι συμπροσεκύνησα τὸν Πατέρα ὁμοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα. Ὥστε διὰ τῆς εἰκόνος σχετικὴ εἰκότως ἂν νοοῖτο καὶ λέγοιτο· ἐπ' αὐτοῦ δὲ Χριστοῦ λατρευτική· ὡς συνεπινοουμένου τε καὶ συμπροσκυνουμένου τοῦ τε Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος. »

A postasim, sed discrepantem juxta substantiæ rationem; quod est relativam esse, non latreuticam, tametsi eamdem, illic quidem sic intellectam dictamque, quatenus triadica est sive naturalis, hic vero quatenus relativa sive hypostatica. Nam si latreuticam dixeris, incarnatum significasti, ut Filium, sic et Patrem et Spiritum, quod est absurdum. Itaque adorans imaginem Christi, non deitatem adoro, sicut quidam aiunt: hoc enim Trinitatem designaret: at Trinitas incarnata non est; absit: quid autem? ipsum Christum relative. Solus enim ipse incarnatus est Deus Verbum. Ipsum vero Christum adorans, haud dubie coadoravi Patrem una et Spiritum. Quare in imagine merito intelliget et dicetur relativa, in ipso autem Christo latreutica; utpote simul intellecto et simul adorato et Patre et Spiritu. »

Καλῶς οὖν, ὦ τᾶν, ἔχειν μοι δοκεῖ τὸ θεώρημα, ἐπὶ μὲν τῆς μακαρίας καὶ προσκυνητῆς Τριάδος τὴν, *σὺν*, πρόθεσιν εἰλῆφθαι. Ἡ γὰρ, *σὺν*, διάκρισιν τῶν ὑποστάσεων ὑποφαίνουσα, ἑνότητα φυσικὴν παρίστησι· καθὼς ἐπὶ τοῦ συμβόλου τῆς πίστεως παρὰ πᾶσι Χριστιανοῖς ᾄδεται. Ἐπὶ δὲ τῆς προσκυνήσεως Χριστοῦ τε καὶ τῆς αὐτοῦ εἰκόνος οὐκ ἔχει χώραν ἡ, *σὺν*, πρόθεσις εἰλῆφθαι· ἡ γὰρ ἂν, εἰς δυάδα ὑποστάσεων κατὰ τὸν τῆς ἀκολουθίας λόγον [cod. Reg. τὸν ἀποδοθέντα λόγον] διιστᾶσα τὴν μίαν ὑπόστασιν, ἀποκομίσῃ ἡμᾶς εἰς τὸ τῆς κτισματολατρείας ἀσέβημα. Οὐκοῦν εἰκότως ἡ ἀντωνυμία παρελήφθη, ἥτις τὸ ἑνιαῖον τῆς ὑποστάσεως ἐπ' ἀμφοῖν τηρήσασα διίστησι τὸ ἑτεροῖον τῶν φύσεων. « Καὶ γοῦν, φησὶν ὁ πάνσοφος Διονύσιος, ἑκάτερον ἐν ἑκατέρῳ παρὰ τὸ τῆς οὐσίας διάφορον. » Διαφορότητα οὖν οὐσίας φήσας, ταυτότητα δηλονότι ὑποστάσεως, κατὰ τὸ ἑκάτερον ἐν ἑκατέρῳ ὑπέδειξε· καθ' ἣν καὶ ἡ κατὰ σχέσιν προσκύνησις τεθεώρηται. Ἡ γὰρ σχέσις, ὥς φασι, τῶν πρός τί ἐστιν· ἅμα τε γάρ ἐστι, καὶ ἀντιστρέφει πρὸς ἄλληλα, οἷον ὀρχέτυπον πρὸς εἰκόνα. Οὐ γὰρ ἂν εἴη θάτερον μὴ θατέρου παρόντος· καθὸ καὶ περὶ τῶν ἅμα πεφιλοσόφηται. Πρόσκειται δὲ, *ἤγουν ὁμωνυμική*· καί γε τῆς αὐτῆς ἐμφάσεως καὶ ἤδε ἡ λέξις. Τὸ γὰρ ὄνομα, ὀνομαζομένου ὄνομα. Ὥστε κἀνταῦθα τῶν πρός τι ὁ λόγος· ἐπεὶ καὶ κατὰ φιλοσοφίας λόγον [cod. Reg. ὅρον] ὁμώνυμά ἐστι διδασκόμεθα, ὧν ὄνομα μόνον κοινόν· ὁ δὲ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος· οἷον αὐτὸς Χριστὸς, καὶ ὁ γεγραμμένος. Ἐπεὶ δὲ καὶ, *ὑποστατική*, πρόσκειται, τοῦτο διαῤῥήδην ὡμολόγηται [cod. Reg. ἀποδέδεικται]· ὅτι οὐχ ἑτέρα ὑπόστασις παρὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ αὐτοῦ εἰκόνι, ἀλλ' αὐτὴ δὴ ὑπόστασις Χριστοῦ, ἤγουν ὁ χαρακτὴρ τῷ τῆς μορφῆς αὐτοῦ εἴδει ἐκφαινόμενός τέ ἐστι ἐν τῇ εἰκόνι καὶ προσκυνούμενος· καὶ ῥέπωται ὁ πᾶς λόγος τοῖς ὑγιῶς φρονοῦσι. Πρὸς δὲ τὸ πίστωσιν ἔχειν μᾶλλον τὸν λόγον, ἀναγκαῖον ἡγησάμην τρεῖς χρήσεις Πατρικὰς ὑποθεῖναι τῇ ἐπιστολῇ· ὡς ἂν

Recte igitur, amice, habere mihi decisio videtur, de beata quidem et adoranda Trinitate præpositionem *simul* usurpari. *Simul* enim hypostasum discrimen innuens, naturæ unitatem exhibet, quemadmodum in symbolo fidei apud Christianos omnes canitur. In adoratione vero Christi et imaginis ejus, locum non habet præpositonis *simul* usurpatio: alioqui, quod inde sequeretur, duas in hypostases unam dirimens hypostasim, abduceret nos ad creaturæ cultus impietatem. Itaque merito assumptum est pronomen, quod unitatem hypostasis in ambobus servans, diversitatem distinguit naturarum. « Est igitur, ait sapientissimus Dionysius, alterum in altero, præter substantiæ discrepantiam. Discrepantiam autem substantiæ cum dixit, identitatem videlicet hypostasis, quatenus alterum in altero, insinuavit: juxta quam relativa quoque adoratio constituta est. Relatio enim, ut aiunt, eorum est quæ ad aliquid; simul enim sunt, et inter se convertuntur, ut archetypum ad imaginem. Nec enim alterum esse possit altero non præsente; sicut de iis quæ simul sunt philosophatum est. Adjectum porro, *sive homonymica*; quod nempe eamdem emphasim habeat hæc dictio. Nomen enim nominati nomen est. Quare hic quoque relativorum est ratio: quoniam, ex philosophiæ præceptis, homonyma esse docemur, quorum nomen solum commune est; essentiæ vero ratio, quæ nomini subest, diversa; ut Christus ipse, et qui pictus est. Cum autem additur, *sive hypostatica*, hoc diserte asseritur, non aliam, quam Christi, in ejus imagine hypostasim esse, sed ipsammet utique hypostasim Christi, sive characterem per formæ ipsius speciem conspici in imagine et adorari: atque ita confirmata est tota oratio apud eos qui recte sentiunt. Ad majorem autem fidem eorum quæ dicta sunt, necessarium duximus tres Patrum sententias epistolæ subjicere; ut hic etiam impleatur quod scriptum est: *In duobus et tribus testibus stabit omne verbum* [39].

[39] Deut. xix, 15.

Digitized by Google

πληρωθῇ κἀνταῦθα· Ἐπὶ δύο καὶ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα, Γραφικῶς εἰπεῖν.

Chrysostomi ex interpretatione in Pelvim.

Ut cum regiæ effigies et imagines in urbem asferuntur, obviam procedunt magistratus et populi cum faustis acclamationibus, non tabulas, aut cereas picturas honorantes, sed regiam imaginem; sic creatura, non terrenam figuram honorat, sed cœlestem effigiem veneratur.

Synodi Antiochenæ sub Theodorito patriarcha.

Non ut alterum forma, sed ut ipsum unum Dominum in una forma exsistentem; quatenus et character unus Patris substantiæ natus, et ante carnem incorporeus erat, et in carne unus est; et in imagine idem unus est, non divisus in duos characteres, nec in duas scissus glorias; sed in unam coalescens. *Et post alia:* Sed quemadmodum ipse unus est ex duobus contrariis, et in unam coalescit personam; sic etiam ipsius imago et una est et ejusdem unius Christi: neque alterum characterem secundum carnem apparuisse nobis dicimus, et alterum in imagine efformatum characterem juxta speciem formæ ipsius; sed eumdum unum: quoniam neque character dictus est quatenus corpus, sed quatenus incorporeus: et hoc clarius per divinum Chrysostomum explicabitur, qui characterem cœlestem dicit, quippe qui e cœlo, non quatenus corpus, sed quatenus incorporeus, unigenitus Deus descendens de cœlis incarnatus est, et apparuit corpore nostro indutus. *Et post pauca:* Ergo quia per relationem ipsum ostendit characterem, ipsum Christum adoramus, et non materiam arte figuratam in imagine.

Synodi Nicænæ II.

Et qui adorat imaginem, adorat in ea hypostasim ejus qui depictus est.

CXCV. — *Eudaciæ Candidatissæ.*

Ægrum vanis terroribus animum corroborat.

Indicatum est mihi a fratre Silvano, honorificentiam tuam in mœrore esse, propter metum quemdam et terrorem, qui animam absque ulla causa occupavit. Quod audiens ego humilis haud sine animi sensu tuli, sed dolui, precatusque sum, licet incignus qui a Deo exaudiar, ut a te abscedat hic metus. Quin nunc etiam et ego et dominus archiepiscopus, et fratres simul orant ut pietas tua ab hoc morbo convalescat. Cæterum morbus hic, domina, absurdus est et jure contemnendus; neque existimare debes ipsum tibi quidquam mali afferre posse: siquidem Christum induta es, et crucem ejus pro armis habes: cujus signo te muniens, omnes protinus dæmonis machinas expulsuram te crede, sive interdiu,

A *Τοῦ Χρυσοστόμου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ Νιπτῆρος.*

Ὅταν βασιλικοὶ χαρακτῆρες καὶ εἰκόνες εἰς πόλιν εἰσφέρωνται, ὑπαντῶσιν ἄρχοντες καὶ δῆμοι μετ' εὐφημίας· οὐ σανίδα τιμῶντες, οὐδὲ τὴν κηρόχυτον γραφὴν, ἀλλὰ τὸν χαρακτῆρα τοῦ βασιλέως· οὕτως ἡ κτίσις, οὐ τὸ γήϊνον σχῆμα τιμᾷ, ἀλλὰ τὸν οὐράνιον χαρακτῆρα αἰδεῖται.

Τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου ἐπὶ Θεοδωρίτου πατριάρχου.

Οὐχ ὡς ἕτερον τῇ μορφῇ, ἀλλ' ὡς αὐτὸν ἕνα Κύριον ἐν μιᾷ μορφῇ ὄντα· καθ' ὃν καὶ χαρακτὴρ εἷς πεφυκὼς τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως, καὶ πρὸ σαρκὸς ἀσώματος εἷς τε ἦν, καὶ ἐν σαρκὶ εἷς ἐστι, καὶ ἐν εἰκόνι ὁ αὐτὸς εἷς ὑπάρχει· μὴ διαιρούμενος εἰς δύο χαρακτῆρας· μήτε δὲ σχιζόμενος εἰς δύο δόξας· ἀλλ' εἰς μίαν συναγόμενος. *Καὶ μεθ' ἕτερα·* Ἀλλ' ὥσπερ αὐτὸς εἷς ἐστιν ἐκ δύο τῶν ἐναντίων, καὶ εἰς ἓν συνάγεται πρόσωπον· οὕτω καὶ εἰκὼν αὐτοῦ μία τέ ἐστι, καὶ τοῦ αὐτοῦ ἑνὸς Χριστοῦ· καὶ οὐχ ἕτερον χαρακτῆρα ἐροῦμεν τὸν κατὰ σάρκα ἐπιφανέντα ἡμῖν, καὶ ἕτερον τὸν κατ' εἰκόνα σχηματιζόμενον χαρακτῆρα ἐν εἴδει μορφῆς αὐτοῦ· ἀλλὰ τὸν αὐτὸν ἕνα· ἐπεὶ μήτε καθὸ σῶμα ὁ χαρακτὴρ εἴρηται, ἀλλὰ καθὸ ἀσώματον· καὶ τοῦτο μᾶλλον διὰ τοῦ θείου Χρυσοστόμου διευκρινηθήσεται, τὸν χαρακτῆρα οὐράνιον λέγοντος, ἐπείπερ καὶ ἐξ οὐρανοῦ, οὐ καθὸ σῶμα, ἀλλὰ καθὸ ἀσώματον, ὁ μονογενὴς Θεὸς κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐσαρκώθη, καὶ ἐπέφανε σῶμα περιθέμενος τὸ ἡμέτερον. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Οὐκοῦν ἐπεὶ κατὰ ἀναφορὰν αὐτὸν δείκνυσι τὸν χαρακτῆρα, αὐτὸν Χριστὸν προσκυνοῦμεν, καὶ οὐ τὴν ὕλην τεχνικῶς σχηματιζομένην ἐν τῇ εἰκόνι.

Τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὸ Β'.

Καὶ ὁ προσκυνῶν τὴν εἰκόνα, προσκυνεῖ ἐν αὐτῇ τοῦ ἐγγραφομένου τὴν ὑπόστασιν.

PLE' (89). — *Εὐδοκίᾳ Καρδιδατίσσῃ.* [ψπ'.]

D Ἐδηλώθη μοι ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Σιλουανοῦ περὶ τῆς τιμιότητός σου, ὅτι ἐν λύπῃ ἐστὶ διὰ τὸ ἐγγίνεσθαί σοι φόβον τινὰ καὶ πτόησιν ἐν τῇ ψυχῇ ἄνευ τινὸς αἰτίας. Καὶ ἀκούσας οὐκ ἀπαθῶς ἤνεγκα ὁ ταπεινός· ἀλλὰ καὶ ἐλυπήθην, καὶ ηὐξάμην, εἰ καὶ ἀνάξιος ὑπακούεσθαι παρὰ Θεοῦ, λυθῆναι τὸ δέος ἐκεῖνο ἀπὸ σοῦ. Ἀλλὰ καὶ ἔτι κἀγὼ καὶ ὁ κύριος ὁ ἀρχιεπίσκοπος. καὶ οἱ ἀδελφοὶ συνεύχονται καταῤῥαῖσθῆναι τὸ πάθος ἀπὸ τῆς εὐσεβείας σου. Τοῦτο δὲ, κυρία, ἀλλόκοτόν ἐστι τὸ πάθος, καὶ εὐκαταφρόνητον· καὶ οὐκ ὀφείλεις λογίζεσθαι αὐτὸ ὅλως ἔν τινι δυνάμενόν σε παραβλάπτειν· διότι τὸν Χριστὸν ἐνδεδυμένη, καὶ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ ἔχεις ὅπλον· ἐφ' ᾧ σημειουμένη, ἀποδιώκειν παραυτὰ πίστευε πᾶσαν

NOTÆ.

(89) In cod. Reg. ῥλη'.

Digitized by Google

σκαιωρίαν δαιμονικήν, κἂν ἐν ἡμέρᾳ,' κἂν ἐν νυκτὶ συμβαίνῃ σε ἐκθροεῖσθαι. Ψάλλε οὖν πρὸς Κύριον· *Ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ ἐξελοῦ τὴν ψυχήν μου.* Καὶ πάλιν· *Οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου, ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ.* Καὶ· *Εἰ ὁ Θεὸς ὑπὲρ σοῦ, τίς κατὰ σοῦ;* οὗ καὶ τὸ σῶμα ἐσθίεις, καὶ τὸ αἷμα πίνεις· ἐφ' οἷς καταπατοῦμεν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Μὴ τοίνυν συγκαταπέσῃς, μηδὲ ῥαθυμήσῃς ἐν τῷ ἀκαίρῳ τούτῳ φόβῳ· ἀλλ' εὐθύμει ἐν Κυρίῳ· καὶ, ὑπομιμνήσκομεν, προσεύχου, καθὼς καὶ εἴθισταί σοι, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, εἰ δύνῃ, καὶ μικρὸν ἀναγίνωσκε· καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ φρουρήσει σε, καὶ ἀπήμονα διατηρήσει ἐν πᾶσιν.

A sive noctu te perturbari contigerit. Psalle igitur ad Dominum : *A timore inimici eripe animam meam*[50]. Et rursum : *Non timebo a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu et dæmonio meridiano*[51]. Et : *Si Deus pro te, quis contra te*[52], quæ corpus ejus edis, et sanguinem bibis ; quorum ope proculcantes inambulamus super serpentes et scorpios et super omnem virtutem inimici[53] ? Ne igitur anima concidas, nec languidior fias in hoc timore importuno : sed lætare in Domino ; et, quod admonemus, ora, ut soles, nocte dieque, si potes, et aliquantulum lege : et pax Dei te custodiet, et illæsam servabit in omnibus.

B

Ριζ' (90). — *Εὐφροσύνῃ ἡγουμένῃ.* [ψιβ'.]

CXCVI. — *Euphrosynæ præpositæ.*

Quomodo gerere se debeat erga quamdam, quæ ex ipsius monasterio dimitti postulabat.

Μεμάθηκα παρὰ τοῦ εὖ εἰδότος, ὅτι σου ἥψατο λύπη τῆς τιμιότητος, διὰ τὸ ἐθέλειν μίαν ἀδελφὴν τετμῆσθαί σου τῆς ἁγίας συνοδίας· καὶ οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος ἡ λύπη. Πῶς γὰρ ἂν καὶ οὐκ ἀλγήσειε ψυχὴ ἐκκοπτομένου τοῦ οἰκείου μέλους; Ἀλλ' ὅμως ὅτι συμβαίνει τὰ τοιαῦτα ἐξ ἐπηρείας τοῦ ἐνεδρεύοντες ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας· καὶ χρὴ ἡμᾶς μακροθύμως φέρειν· πᾶσαν ἐπιδεικνυμένους ἐπιμέλειαν, ὅσον ἐπιτρέπει ὁ ἀληθὴς λόγος· ὡς ἂν ἀθῷοι τοῦ αἵματος εἴημεν τοῦ τοιούτου, ἤγουν τῆς τοιᾶσδε, ἀδελφοῦ τε ὀνομασθέντος ἢ ἀδελφῆς. Ἐπεζήτησας δὲ μαθεῖν, εἰ ἀνένοχόν ἐστι τῇ τιμιότητί σου ἀπολῦσαι τὴν φιλονεικοῦσαν ἐκραγῆναί σου ἀδελφήν. Καὶ πῶς σοφὴ οὖσα καὶ συνετὴ, οὐκ ἀφ' ἑαυτῆς ἐπιγινώσκεις τὸ δέον ; Οὔτε οὖν σεαυτῇ τῇ διδασκάλῳ, οὔτε τῇ μαθητευθείσῃ ἀκίνδυνος ἡ διάστασις ἐθελουσίως γινομένη. Διὰ τί γὰρ καὶ πόθεν τὸ εὔλογον ἔχουσα; εἰ μὲν γὰρ τελεία οὖσα καὶ κατηρτισμένη ἡ μαθήτρια, πρὸς τὸ ἄλλων ἀδελφῶν καθηγεῖσθαι, ἤδη ὑποζητουμένης ἀδελφότητος, οἰκονομία τὸ τοιοῦτον, καθώς φησιν ὁ ἅγιος Βασίλειος, καὶ οὐ διάστασις. Ἄπαγε ! Καὶ γοῦν ἀπὸ τοῦ ἄρχεσθαι καλῶς, ἄνεισί τις ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἐννόμως. Κἀντεῦθεν ζῆλος ἀγαθὸς ταῖς ὁμοτρόποις, ἰέναι ἐπὶ τὴν τελειότητα, καὶ ταυτοπραγῆσαι θεοπρεπῶς· ἐπειδὴ ἔνδειξιν τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν τῷ κορυφαίῳ τῶν ἀποστόλων ὑποδεικνὺς ἔφη· *Εἰ ἀγαπᾷς με, βόσκε τὰ ἀρνία μου.* Καὶ πάλιν· *Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου.* Ὡς ὄγε τοιαύτῃ προθέσει ἐκβεβηκὼς εἰς τὸ ποιμαίνειν, μακάριος ἂν εἴη, Χριστὸν μιμούμενος τὸν ἀληθινὸν πρῶτον ἀρχιποίμενα. Ἔστι γοῦν καὶ ἑτέρα οἰκονομία ἐν τοῖς Πατράσιν ἡμῶν τεθεωρημένη· ὁπόταν ψυχὴ δυστροπεύουσα, μετὰ πολλὴν καὶ μακρὰν ἐπιμέλειαν, αἰρῆται μεταπεσεῖν εἰς ἄλλην ἀδελφότητα, ὡς ἐκεῖσε χρησιμεύειν μέλλουσα, κατὰ μίμησιν τῶν μεταφυτευομένων δένδρων ἐκ τοῦδε εἰς τόνδε τόπον. Ἐὰν οὖν καὶ τοῦτο

Didici ab eo cui probe nota res erat, dolore tactam esse reverentiam tuam, eo quod una de sororibus a sancta congregatione tua abscindi velit : neque abs re profecto hic dolor. Quo enim pacto anima non doleat cum proprium membrum resecatur? Verumtamen quia hæc per vim contingunt, atque ex illius improbitate, qui insidias struit filiis inobedientiæ ; magno animo nos ferre oportet, omnemque, quoad ratio vera præcipit, diligentiam adhibere, ut innocentes simus a sanguine hujus vel illius, seu frater nominetur seu soror. Scire autem quæsiisti, an extra culpam futura sit reverentia tua, si sororem illam dimittat quæ contendit per vim exire. Et quomodo tu, cum sapiens sis et intelligens, non per teipsam discernis quid facto sit opus? Ergo, nec tibi ipsi magistræ, nec discipulæ, periculo vacat, quæ sponte fiat separatio. Quo enim modo aut unde rationi esset consentanea? Nam si jam perfecta et consummata est discipula, ut sororibus aliis præfici possit, et a sororum communi expetitur, dispensatio hæc est, sicut ait sanctus Basilius, et non dissidium ; absit. Utique ab eo quod quis sub imperio rite fuerit, ascendit ut legitime imperet. Indeque sodalibus bona æmulatio tendendi ad perfectionem, idemque agendi quam accuratissime : quandoquidem amoris erga se argumentum Dominus et Deus noster apostolorum coryphæo exhibens ait : *Si diligis me, pasce agnos meos*[54]. Et iterum : *Pasce oves meas*[55], ut is qui isto consilio egressus est ad pascendum, beatus sit, Christum imitans verum principem, primum pastorum. Est porro et altera dispensatio, quæ apud Patres nostros cernitur : quando anima ingenio moribusque difficilis, post multam et longam diligentiam, ad aliam congregationem, tanquam utilis ibi futura, transire delegerit, arborum ritu quæ ab uno in alium locum transplantantur. Et hoc ergo si

C

D

[50] Psal. LXIII, 2. [51] Psal. XC, 5, 6. [52] Rom. VIII, 31. [53] Luc. X, 19. [54] Joan. XXI, 15. [55] ibid. 17.

NOTÆ.

(90) In cod. Reg. ριθ'.

Digitized by Google

feceris, subest aliqua ratio : utrisque videlicet, tum ea quæ dimittit, tum ea quæ recipit, adjuvantibus se mutuo, ut apostolicum præceptum impleatur : *Alter alterius onera portate, et sic adimplete legem Christi* [46].

Aliam vero separationem non recipit verbum veritatis. Primo quidem, quia disrumpitur conventio Spiritus sancti, quæ coram Deo et hominibus celebrata est in monastica professione : quo quid esse potest perniciosius ? Et vero quadrat hic etiam verbum Domini : *Quos Deus conjunxit, homo non separet* [47]. Nam si ibi, tametsi in carnali conjunctione, interdicta est separatio, quanto magis in spirituali copulatione ? nisi forte ludicra sunt divina : sed absit. Fidelis est sacramenti sermo, tum in remissione peccatorum, tum in vinculo indissolubili conjunctionis. Deinde quomodo non offendetur sororum congregatio ex qua avellitur, si culpa vacet illa quæ a præposita dimittitur? ac non potius abducetur ad dissidium simili studio abscissa, nunc hæc, postmodum altera, et non multo post alia (et sic integrum Christi corpus disperibit penitusque corrumpetur), a primis carceribus vix egressa ? Et maledictionis est hæres, ut clamat sanctus Basilius, quæ totum hoc malum perpetrat : neque enim stabilitatem, nec basim habebit, neque monasterium tuum, neque aliud porro ubi id fiat. Quare qui non credit, non credat ; et qui inique agit, inique agat, sicut scriptum est [48]. Tu vero servans serva animam tuam, non abjiciens leges Dei, sed innitens doctrinis sanctorum, quorum primus in his magnus Basilius : etiamsi cum duabus aut tribus virginibus tibi contingat vivere ! *Ubi enim sunt duo vel tres in nomine meo*, inquit Dominus, *ibi sum in medio eorum* [49] ; non autem cum iniqua agentibus, et si decies mille sint.

ποιησειας, ἔχει τινὰ λόγον· ἀμφοτέρων δηλονότι, τῆς τε ἐπιδιδούσης καὶ τῆς ἐπιδεχομένης, συναιρομένων ἀλλήλαις, πληρουμένου τοῦ ἀποστολικοῦ παραγγέλματος · *Ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, καὶ οὕτως ἀναπληρώσατε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ.*

Ἄλλον δὲ χωρισμὸν οὐκ ἐπιδέχεται ὁ λόγος τῆς ἀληθείας. Πρῶτον μέν, ὅτι ἡ σύμβασις τοῦ ἁγίου Πνεύματος διασπᾶται ἡ καθομολογηθεῖσα ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἐπὶ τῇ μοναχικῇ τελειώσει· οὗ τί ἂν εἴη ὀλεθριώτερον; Καί γε ἁρμόζει κἀνταῦθα ὁ λόγος τοῦ Κυρίου · *Οὓς ὁ Θεὸς ἔζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.* Εἰ γὰρ ἐκεῖ, καίτοι ἐπὶ σαρκικῇ ζεύξει, ἀπηγόρευται ὁ χωρισμός· πόσῳ γε μᾶλλον ἐπὶ πνευματικῇ συνσφείᾳ ; εἰ μή τι ἄρα παίζεται τὰ θεῖα · ἀλλ' ἄπαγε ! πιστὸς ὁ λόγος τοῦ μυστηρίου, ἐπί τε ἀφέσει τῶν ἡμαρτημένων, ἐπί τε δεσμῷ ἀλύτῳ τῆς συναφείας. Ἔπειτα πῶς οἰκοδομηθήσεται ἡ ἀδελφότης ἐξ ἧς ἀποῤῥήγνυται, εἴπερ ἀνεύθυνος ᾖ ἡ ἀπολελυμένη παρὰ τῆς καθηγουμένης ; καὶ οὐχὶ μᾶλλον ὑπαχθήσεται εἰς διάστασιν τῷ ὁμοίῳ ζήλῳ τεμνομένη, νῦν μὲν αὕτη, πρὸς δὲ τὸ ἑξῆς ἑτέρα, καὶ μετ' οὐ πολὺ ἄλλη (καὶ οὕτω τὸ ἄρτιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ οἰχήσεται καὶ διαφθαρήσεται πάμπαν), ἐκ τῆς πρώτης βαλβίδος ἀφορμηθεῖσα ; καὶ τοῦ οὐαὶ κληρονόμος, ὡς βοᾷ ὁ ἅγιος Βασίλειος, ἡ τοῦτο ὅλον τὸ κακὸν ἀπεργαζομένη. Οὔτε γὰρ στάσιν, οὔτε βάσιν ἕξει, οὔτε ἡ σὴ μονή, οὔτε ἑτέρα, ἡ οὕτως πράττουσα. Ὥστε ὁ ἀπειθῶν, ἀπειθείτω · καὶ ὁ ἀνομῶν ἀνομείτω, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Σὺ δὲ σώζουσα σῶζε τὴν ἑαυτῆς ψυχήν, μὴ προϊεμένη τοὺς νόμους τοῦ Θεοῦ · ἀλλ' ἐρηρεισμένη ἐν ταῖς διδασκαλίαις τῶν ἁγίων· ὧν πρῶτος ἐν τούτοις ὁ μέγας Βασίλειος· κἂν μετὰ δυοῖν ἢ τριῶν παρθένων φθάσῃς συζῆν· *Ὅπου γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς ἐν τῷ ὀνόματί μου*, φησὶν ὁ Κύριος, *ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν* · οὐ μὴν μετὰ παρανομούντων, κἂν μυρίοι ὦσιν.

CXCVII. — *Dorotheo filio.*

ΡΚΖ' (91). — *Δωροθέῳ τέκνῳ.* [ψκγ'.]

Ejus qui ante mortem resipuerit, commemorationem in publicis precibus fieri debere.

Cognovi, dilecte fili, etiam ex ea quæ nuper a te scripta est epistola, fidem erga nos humiles ac dilectionem tuam; quod quidem indicium est veræ subjectionis ; etsi nos peccatores et nullius pretii sumus. In quo utinam perseveres in posterum, bene placens Domino, et virtute collucens apud fratres tuos, imo etiam apud alios multos. Bonum siquidem natura sua occultari non solet ; sed tum etiam cum latere magis videtur, conspicuum reddit operarium ; ita ut civitas Dei appelletur, sicut scriptum est [50]. Verum hoc quidem hactenus. De eo autem quod significasti, hoc est, de illius commemoratione facienda ; debes tecum ipse dispicere, quod, si in morte, cum antea humano terrore communicasset hæresi, substitit confitens, et velut a

Ἔγνων, τέκνον ἠγαπημένον, καὶ ἐκ τῆς ἀρτίως γραφείσης σου ἐπιστολῆς, τὸ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ταπεινοὺς πιστόν τε καὶ ἀγαπητόν σου · ὅπερ ἐστὶ γνώρισμα ἀληθινῆς ὑποταγῆς · εἰ καὶ ἡμεῖς ἁμαρτωλοὶ καὶ οὐδαμινοί. Ἐφ' ᾧ καὶ συντηρηθείης πρὸς τὸ ἐξῆς, εὐαρεστῶν Κυρίῳ, καὶ διαλάμπων τῇ ἀρετῇ ἐν τῇ ἀδελφότητί σου, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς. Φύσιν γὰρ οὐκ ἔχει κρύπτεσθαι τὸ ἀγαθόν · ἀλλὰ καὶ μᾶλλον λανθάνειν δοκοῦν, εὔδηλον τὸν ἐργάτην ἀποκαθίστησιν · ὡς πόλιν Θεοῦ χρηματίζειν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐπὶ τοσοῦτον. Περὶ δὲ ἧς ἐσήμανας ὑποθέσεως, ἦγουν τοῦ ποιεῖν μνήμην τοῦ δεῖνος, ὀφείλεις ἐξ ἑαυτοῦ συνορᾶν, ὅτι εἰ μὲν ἐν τῷ θανάτῳ προκοινωνῶν ἐν τῇ αἱρέσει διὰ φόβον ἀνθρώπινόν ἐστι ἐξαγορεύων, καὶ οἱονεὶ ἐπιτι-

[46] Galat. VI, 2. [47] Matth. XIX, 6. [48] Apoc. XXII, 11. [49] Matth. XVIII, 20. [50] Psal. XLVII, 9.

NOTÆ.

(91) In cod. Reg. σ'.

Digitized by Google

μώμενος πρός τινος, εἶθ' οὕτως τῆς ὀρθοδόξου κοινωνίας, καὶ ταύτῃ συναπέπτη· ἔχει φύσιν ἐν μνημοσύνοις τάττεσθαι ὀρθοδόξων· τοῦ ἀγαθοῦ ἡμῶν Θεοῦ, διὰ πολλὴν φιλανθρωπίαν, ἐπ' αὐτῆς τῆς τελευταίας ὥρας δεχομένου τὸν μεταμελούμενον, καὶ ὧδε αὐτὸν κρίνοντος. Ὥστε εἰ οὕτως ἐγένετο, ποιεῖσθαι λειτουργίας ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς Θεὸν οὐ παραιτητέον. Εἰ δὲ οὐδὲν τούτων γέγονεν, ἀλλὰ κοινωνῶν ἦν τῇ αἱρέσει, καὶ οὐκ ἔφθασε μετασχεῖν τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου· αἱρετικὸς γὰρ ὁ ἄρτος ἐκεῖνος, καὶ οὐ σῶμα Χριστοῦ (Οὐ τολμητέον εἰπεῖν σύναξιν περὶ αὐτοῦ ποιεῖν)· οὐδὲ γὰρ παίγνια τὰ θεῖα. Ὡς ἂν μὴ ἀκούσῃ ὁ αἰτῶν περὶ τοῦ τοιούτου· *Αἰτεῖτε, καὶ οὐ λαμβάνετε, διότι κακῶς αἰτεῖσθε.* Ἄλλο τι λέγειν οὐκ ἔχω, ὅσον τὸ κατ' ἐμὲ γινώσκειν τὸ ἀληθές. *Οὐδεμία γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος·* οὔτε ἐν τῷ μέρει τῶν ὀρθοδόξων τετάξεται ὁ μὴ κοινωνῶν τῇ ὀρθοδοξίᾳ, κἂν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ὥρᾳ. Ὅπου γὰρ εὑρεθῇ, ἐκεῖ καὶ κριθήσεται· καὶ οἷον ἐφόδιον εἴληφε πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν, τούτῳ καὶ συναριθμηθήσεται. Τὸ λοιπὸν εὔχου ὑπὲρ ἐμοῦ. Ἀσπάζεταί σε ὁ κύριος ὁ ἀρχιεπίσκοπος, καὶ οἱ ἀδελφοί σου. Τοὺς μετὰ σοῦ ἀδελφούς ὡς τέκνα μου προσαγορεύω· ἐπεὶ καὶ τὴν κυρίαν Θέκλαν ὡς θυγατέρα ἐν Χριστῷ.

quopiam castigatus, atque ita orthodoxæ communionis particeps factus est, in eaque defunctus, consentaneum est ut in orthodoxorum commemorationibus locum habeat, bono Deo nostro per summam clementiam in ultima illa hora pœnitentem suscipiente, ibique eum judicante. Quare si ita se res habuit, non recusandum est quominus publicæ preces pro illo fiant ad Deum. Sin autem horum nihil factum est, sed qui hæresi communicabat, non ante particeps fuit corporis et sanguinis Domini (hæreticus enim panis ille et non corpus Christi), non audendum est dicere, ut pro illo synaxis fiat. Neque enim ludicra sunt divina, ut non audiat qui pro illo petit: *Petitis, et non accipitis, eo quod male petatis* [51]. Aliud quod dicam non habeo, quoad possim id quod verum est cognoscere. *Nulla enim est societas luci ad tenebras* [52]; neque in orthodoxorum parte collocabitur, qui orthodoxiæ vel in ultima hora non communicat. Ubi enim fuerit deprehensus, ibi judicabitur; et quale viaticum sumpserit ad vitam æternam, ex eo connumerabitur (93). Quod reliquum est, ora pro me. Salutat te dominus archiepiscopus, et fratres tui. Fratres qui tecum sunt, ut filios saluto: tum et dominam Theclam ut filiam in Christo.

PΛΗ' (92). — *Ἀβολίῳ καὶ Ἰωάννῃ μοναζουσιν.*

CXCVIII. — *Abolio et Joanni monachis.*

De sancta imagine.

Προσηγορίαν ὑμῶν τῶν ἁγίων κομισάμενος παρὰ Ἡσαΐου τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου καὶ πνευματικοῦ Πατρὸς, οὐ μόνον ἐξεδιδάχθην τίς ἡ ὁσία καὶ πατρικὴ ὑμῶν δυάς· ἀλλὰ γὰρ καὶ προετράπην χαράξαι ὑμῖν τήνδε τὴν οἰκτρὰν συλλαβήν. Ἡμεῖς δὲ ταπεινοὶ μὲν καὶ ἁμαρτωλοὶ, ζμως φιλοῦντες ὑμᾶς ἀνάψαι εἰς ἀγάπην, ἧς οὐδὲν προτιμότερον. Ἄλλως τε καὶ ὑπακοὴν πληροῦντες, ἐπεδώκαμεν ἑαυτοὺς τῷ γράμματι. Καὶ δὴ εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ, ὅτι καὶ ὑμεῖς ἐν τῷ σεισμῷ τῆς Εἰκονομαχικῆς αἱρέσεως ἄσειστοι διεμείνατε, ἅγιοι Πατέρες, μὴ ἁλόντες τῇ κατ' αὐτὴν ψυχοφθόρῳ κοινωνίᾳ· ἀλλὰ τῇ φυγῇ τὸν τοῦ διωγμοῦ τρισμακάριστον [cod. Reg. θεομακάριστον] στέφανον κομισάμενοι, ἄξιον ὄντως τῆς ἀρετῆς, καὶ κατάδηλον τῶν προδιηνυσμένων ὑμῖν ἀσκητικῶν ἀγώνων. Διότι ἐκ τῶν ἤδη φθασάντων ἀπόδειξιν ἐκφέρει πᾶς τις τοῦ προτέρου βίου, εὖ τε καὶ ὡς ἑτέρως ἔχει. Οἱ τὴν ὁσιότητα ἀμπεχόμενοι ἐνεδύσασθε καὶ τὴν ὁμολογίαν Χριστοῦ, ἀμφικαλλεῖς γενόμενοι. Ὁμολογία γὰρ Χριστοῦ, Πατέρες, ἡ τῆς ἁγίας αὐτοῦ εἰκόνος ὑπερμάχησις· ὡς καὶ ἔμπαλιν ἀθετῶν ἐστι Χριστὸν ὁ ταύτην ἐξαρνούμενος· διότι, φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος, ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει [cod. Reg. ἀναβαίνει]· καὶ ἐν ἑκατέρῳ ἑκάτερον καὶ ὁρώμενόν ἐστι καὶ προσκυνούμενον· κἂν Λέων ὁ θηριώνυμος, καὶ τοῦ Σατανᾶ ὑπηρέτης,

Cum salutationis officium vestro nomine, viri sancti, accepi ab Isaia episcopo Dei amantissimo, ac spirituali patre, non modo intellexi, quam sanctum par Patrum sitis vos duo; sed et impulsus sum ad hanc miserabilem epistolam exarandam. Nos vero, humiles licet ac peccatores, vos tamen optamus ad charitatem incendere, qua nihil præstabilius est. Alioqui et morem vobis gerentes, animum ad scribendum adjecimus. Et sane gratias Deo agimus, quod et vos in procella hæreseos Iconomachiæ perstitistis immoti, Patres sancti, minime irretiti pestifera illius communione: sed arrepta fuga ter felicem persecutionis coronam adepti estis, vere virtutis præmium, ac certaminum quæ prius in vita monastica sustinuistis, illustre documentum. Quare ex iis quæ jam contigere, specimen quilibet prioris vitæ colligat, dum et dispari modo se gerit. Sanctimonia vitæ ornati, Christi quoque confessionem induistis, utraque jam laude conspicui. Confessio enim Christi est, Patres, sanctæ ipsius imaginis propugnatio: ut et vice versa Christum despicit, quisquis hanc negat: «Quoniam, inquit magnus Basilius, imaginis honor transit ad prototypum: et alterum in altero cernitur et adoratur;» quantumlibet Leo, cui congruum a fera cognomen, Satanæ administer, Constantini, qui pridem

[51] Jac. IV, 3. [52] II Cor. VI, 14.

NOTÆ.

(92) In cod. Reg. ριβ'.

(93) De hac sententia, quæ tanquam ex Scriptura citatur a Patribus, videsis quæ notavit Cotelerius t. I, *Monum. Eccl. Græcæ*, pag. 821.

Digitized by Google

exstitit, impietatis æmulatione ferociter adversus Christum insaniat, adversus Deiparam, sanctumve quemlibet: cujus memoria periit cum sonitu [53] anathematis sempiterni. Vos vero utinam servemini, Ecclesiæ Dei columnæ ac firmamenta, nobis autem humilibus, apud optimum Deum defensores ac patroni: ut fidem habentes quæ per charitatem operatur [54], a maligno servemur. Quandoquidem vero litteras ad vos misimus, charitatis officium explentes: vicissim et a vobis scripta reddatur epistola; ut magis invicem agnoscamus, et mutuo veluti perfruamur aspectu, commercio litterarum, in Christo Jesu Domino nostro: cujus imago incorrupta, mundi salus, idolorum errori opposita.

A ζήλῳ τῆς τοῦ πάλαι Κωνσταντίνου δυσσεβείας μανείς ἐμάνη κατὰ Χριστοῦ, τῆς τε ἁγίας Μητρὸς αὐτοῦ, καὶ παντὸς ἁγίου· οὗ τὸ μνημόσυνον ὅλοιτο μετ' ἤχους ἀναθέματος αἰωνίου. Ὑμεῖς δὲ φυλαχθείητε τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ στύλοι καὶ ἑδραιώματα, ἡμῖν τε τοῖς ταπεινοῖς πρὸς Θεὸν τὸν ἀγαθὸν προασπισταί τε καὶ παρακλήτορες· ὡς ἂν τὴν πίστιν ἐνεργουμένην δι' ἀγάπης ἔχοντες, σωθείημεν ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Ἐπειδὴ δὲ ἐπεστείλαμεν τὸ τῆς ἀγάπης ἔργον πληροῦντες· καὶ ἀντιδεξοίμεθα λόγον ἐγγράμματον· ἵνα μᾶλλον καὶ γνωρίσωμεν ἀλλήλους, καὶ ὡς ὁρῶντες ὁρώμενοι τῇ γραμματικῇ προσφωνήσει διαμενοῦμεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν οὗ ἡ ἄχραντος εἰκὼν σωτηρία κόσμου, τῆς εἰδωλικῆς πλάνης ἀντίθετος.

CXCIX. — *Michaeli et Theophilo impp.*

B Ριθ' (93'). — *Μιχαὴλ καὶ Θεοφίλῳ βασιλεῦσιν.* [ψιε'.]

De fide orthodoxa, et de sanctis imaginibus. (Baron. an. 825, *n.* 14)

Regibus piissimis et religiosissimis a Deo Augustis et imperatoribus, apologia et allocutio eorum qui hic atque illic dispersi sunt.

Perspectum est iis qui ratione præditi sunt, Deum regem universorum, terreni imperii rem nomenque propterea naturæ humanæ concessisse, ut terra, imitatione cœli, pacem atque tranquillitatem obtinens, parili eum laude et adoratione prosequatur. Cujus nunc habenas divino sortitum suffragio vestrum Christi æmulum imperium, jure nos minimos advocavit, ut cum iis sermonem conferamus, qui circa fidei doctrinam a nobis dissentiunt: ut hinc nimirum cognoscatis utra pars verum proferat, et huic palmam tribuatis, ut non C sint inter nos schismata, sed idem omnes orthodoxe sentiamus. In quo quidem vestrum laudavimus perdiscendæ fidei studium; ac magis etiam pacis componendæ consilium laudavimus; quo subditorum utilitati ac saluti consulitis. Et vobis quidem hinc præmium erit, in claritate claritas ineffabilis, et in regno regnum sempiternum. Verum, o domini optimi et Deo amantissimi, non potest magnum hoc et exoptandum facinus tam facili negotio et sine labore confici: quoniam magnarum rerum semper sunt difficultates. Quid hoc sibi vult? Primum quidem, quoniam adversarii nostri longo tempore, et per synodicos conventus in opinionibus suis obfirmati sunt; nos vero, apostolorum Patrumque sanctionibus prohibemur sermonem de fide cum iis conferre, qui sic sunt errore occupati. Deinde, quoniam hujusce rei judicium non ad alios pertinet, quam ad eos, qui soli hanc a Domino potestatem per Spiritum acceperunt, consentientibus et comprobantibus etiam vobis, qui ad hoc ipsum a Deo præcipue vocati estis. Sincera autem

Βασιλεῦσι θεοφιλεστάτοις καὶ εὐσεβεστάτοις ἐκ Θεοῦ Αὐγούστοις καὶ αὐτοκράτορσιν, ἀπολογία καὶ προσφώνησις, παρὰ τῶν ὧδέ τε κἀκεῖσε διεσπαρμένων.

Ἐγνωσμένον ἐστὶ τοῖς λόγου μετέχουσιν, ὅτι ὁ παμβασιλεὺς τῶν ἁπάντων Θεός, τὸ τῆς ἐπιγείου βασιλείας χρῆμά τε καὶ ὄνομα τούτου χάριν ἐδωρήσατο τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει, ἵνα μιμήσει τῶν οὐρανίων καὶ τὰ ἐπίγεια τὸ εἰρηναῖον καὶ ἀστασίαστον κεκτημένα, σύμφωνον ἄγοιεν τὴν εἰς αὐτὸν δοξολογίαν τε καὶ προσκύνησιν. Ἧς τὰς ἡνίας λαχοῦσα θεοκρίτως ἡ ὁμετέρα Χριστομίμητος βασιλεία, εἰκότως προσκέκληκεν ἡμᾶς τοὺς ἐλαχίστους, εἰς λόγους ἐλθεῖν μετὰ τῶν ἀντιδιατιθεμένων ἡμῖν τῷ τῆς πίστεως λόγῳ· ὡς ἂν ἐντεῦθεν γνοίη πότερον μέρος τὸ ἀληθὲς πρεσβεύοι, καὶ ταύτῃ δοίη τὰ νικητήρια· εἰς τὸ μὴ εἶναι σχίσματα ἐν ἡμῖν, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ φρονεῖν ὀρθοδόξως ἅπαντας. Ἐφ' ᾧ ἠνέσαμεν μὲν ὑμῶν τὸ φιλομαθὲς τῆς πίστεως, ὑπερηνέσαμεν δὲ τὸ εἰρηνοθελὲς τῆς προαιρέσεως· τὸ οὕτως ἐφιεμένης ἐπ' ὠφελείᾳ καὶ σωτηρίᾳ ὑπήκοον καταστήσασθαι. Εἴη γὰρ ὑμῖν ἐντεῦθεν ἀμειψις, ἐπὶ λαμπρότητι λαμπρότης ἄῤῥητος, καὶ ἐπὶ βασιλείᾳ βασιλεία ἀτελεύτητος. Ἀλλ', ὦ δεσπόται κράτιστοι καὶ φιλοθεώτατοι, οὐχ οἷόν τέ ἐστι τοῦτο τὸ μέγα καὶ πολύευκτον κατόρθωμα ἁπλῶς οὕτως καὶ ἀκαμάτως γενέσθαι· διότι τῶν μεγίστων πραγμάτων μέγισται συναναφαίνονται καὶ αἱ τληπαθήσεις. Τί τοῦτο; Πρῶτον μὲν, τὸ τοὺς ἐναντιουμένους ἡμῖν, χρονίως τε καὶ D συνοδικῶς πεπαγιῶσθαι ταῖς οἰκείαις δόξαις· ἡμᾶς δὲ ἀποστολικῶς τε καὶ Πατρικῶς κεκωλύσθαι συνάραι μετὰ τῶν οὕτω κεκρατημένων τὸν περὶ πίστεως λόγον. Ἔπειτα, ὅτι καὶ ἡ περὶ αὐτοῦ κρίσις οὐκ ἄλλοις ἀνήκει, ἢ μόνοις τοῖς ὑπὸ τοῦ Κυρίου τὴν ἐξουσίαν διὰ τοῦ Πνεύματος εἰληφόσι, συναιρομένων τε καὶ συνεπισφραγιζόντων ὑμῶν

[53] Psal. IX, 7, 8. [54] Galat. V, 6.

NOTÆ.

(93') In cod. Reg. σα'.

Digitized by Google

τῶν ἐπὶ τούτῳ ὑπὸ Θεοῦ προηγουμένως κεκλημένων. Τὸ δὲ ὑγιὲς καὶ ἀμώμητον τῆς Χριστιανικωτάτης ἡμῶν θρησκείας φρόνημα ὁποῖόν ἐστιν, ἀναγκαῖον ἐκθέσθαι.

A et incorrupta Christianissimæ religionis nostræ sententia qualis sit, necesse arbitror exponi.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, τὸν ἐν Πατρί τε, καὶ Υἱῷ, καὶ Πνεύματι ἁγίῳ προσκυνούμενόν τε καὶ συνδοξαζόμενον· τὴν πολυΰμνητον, παντουργὸν καὶ ἀρχικὴν Τριάδα, κατὰ τὸ ὑπὸ τῶν ἁγίων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ Πατέρων παραδοθὲν ἡμῖν θεόπνευστον σύμβολον· δι' οὗ πᾶσα αἵρεσις ἐκκέκρουσται, καὶ παρ' οὗ πᾶσα ἁγία σύνοδος ἤρτηται, οἵἁπερ ἀπὸ ῥίζης κλάδοι, καὶ πηγῆς ποταμοί. Ἐντεῦθεν γὰρ ἡ δευτέρα τὴν κυρίαν φωνὴν τοῦ Πνεύματος ἐτράνωσεν. Εἶτα ἡ τρίτη τὴν ἁγίαν Μαρίαν Θεοτόκον, ὡς αὐτὸν τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀποκυήσασαν, ἐκήρυξεν. Ἔπειτα ἡ τετάρτη ἐκ δύο καὶ ἐν δυσὶ φύσεσι καθ' ὑπόστασιν ἐνικὴν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐδογμάτισεν. Εἶτα ἡ πέμπτη τὴν πρὸ αὐτῆς ἐπισφραγίσασα, Ὠριγένην τε καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν Προϋπαρκτίτας ἀνεθεμάτισεν. Ἔπειτα ἡ ἕκτη ἀκολούθως ταῖς δυσὶ φύσεσι, δύο θελήματά τε καὶ ἐνεργείας ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ ἐξεδίδαξεν. Εἶθ' ὕστερον ἡ ἑβδόμη, ἑπομένως ταῖς πρὸ αὐτῆς, ὡς διπλᾶ πάντα τὰ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ φυσικὰ ἰδιώματα, τὸν αὐτὸν ἀπερίγραπτον κατὰ τὸ ἀόρατον, καὶ περιγραπτὸν κατὰ τὸ ὁρώμενον ἀνεκήρυξε· τέτρασι τρόποις ἐστηρισμένως τὸ ἀληθὲς ἔχουσα· ἔκ τε φυσικοῦ δόγματος, παρά τε Πατρικῶν χρήσεων, ἔκ τε συνοδικῶν ἐκφωνήσεων, καὶ παρὰ ἀρχαίας θεσμοθεσίας. Κατὰ μὲν οὖν φυσικὴν ἀκολουθίαν, φέρε εἰπεῖν, ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ὑποδείκνυσι λέγων· *Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν.* Εἰ τοίνυν ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, δῆλον ὅτι ὡς μὲν Λόγος, ἀπερίγραπτος· ὡς δὲ σὰρξ, περιγραφόμενος. *Καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν*· ἄλλο δὲ τὸ σκηνοῦν, καὶ ἕτερον ἡ σκηνή· καθ' ἕτερον μὲν περιγράφοιτο· καθ' ἕτερον δὲ περιγραφῆς ἀνώτερος. Ἐπεὶ ποίοις σημείοις ἄνθρωπος γεγονέναι ἐπιγνωσθήσεται, εἰ μὴ τὸ τῆς ἐξεικονίσεως ἰδίωμα, ὅπερ ἐστὶ πρῶτον ἐν μεμορφωμένῳ ἀνθρώπῳ, φυσικῶς κέκτηται· οὗ τῇ ἀναιρέσει, φροῦδος ὁ ἄνθρωπος; Ἀλλὰ μὴν ἄνθρωπος ἀληθῶς· οὐκοῦν καὶ ὡς ἄνθρωπος περιγραφόμενος, ὁ ὡς Θεὸς ὢν ἀπερίγραπτος. Ἐφ' ᾧπερ λόγῳ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἐχρημάτισεν, ὡς τὰ ἀμφότερα ἄκρα πρὸς ἑαυτὸν συνάπτων, καὶ ἀμφότερα ὑπάρχων, καὶ τὰ τῶν ἀμφοτέρων, ἐξ ὧν συνετέθη, φύσεων ἰδιώματα ἐν μιᾷ ὑποστάσει ἀνελλιπῶς κεκτημένος· ἔκ τε Πατρὸς, σὺν πᾶσι, καὶ τὸ ἀπερίγραπτον· ἐπείπερ εἴρηκε· *Πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά*· ἔκ τε Μητρὸς, σὺν πᾶσι, καὶ τὸ περιγραπτόν· ἐπείπερ γέγραπται. *Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται.* Ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι. Ἐν οὖν καθ' ἑκατέραν φύσιν ἀναιρούμενον ἰδίωμα, συναν-

Credimus in unum Deum, qui in Patre, et Filio, et Spiritu sancto adoratur et conglorificatur: laudatissimam omnium effectricem et principem Trinitatem, juxta nobis traditum a trecentis octodecim sanctis Patribus symbolum divinitus inspiratum: per quod omnis hæresis explosa est, et a quo omnis sancta synodus pendet, tanquam rami a radice, et a fonte fluvii. Hinc enim secunda propriam Spiritus vocem declaravit. Dein tertia sanctam Mariam Deiparam, ut quæ ipsum unigenitum Dei Filium enixa esset, pronuntiavit. Tum quarta ex duabus et B in duabus naturis singularem secundum hypostasim Dominum nostrum Jesum Christum asserit. Postmodum quinta, eam quæ præcesserat consignans, Origenem, et asseclas ipsius Prohyparctitas (93**) anathemate damnavit. Tum sexta, consequenter ad duas naturas, duas quoque voluntates et operationes in uno Christo esse docuit. Demum septima, superiores sequens, uti duplices omnes in uno Christo naturales proprietates, ita eumdem incircumscriptum juxta id quod non cernitur, circumscriptum vero juxta id quod cernitur, esse sanxit: quaternis modis fundatam tenens veritatem: ex naturali nimirum doctrina, ex Patrum auctoritatibus, ex synodicis decretis, et ex antiqua consuetudine. Secundum naturalem ergo conse- C quentiam, verbi gratia, evangelista Joannes demonstrat, cum ait: *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* [56]. Etenim si Verbum caro factum est, perspicuum utique, quod, ut Verbum, incircumscriptum; ut caro, circumscriptum. *Et habitavit in nobis*: cum aliud sit quod inhabitat, et aliud ipsum habitaculum; secundum alterum circumscribetur; secundum alterum autem omnem circumscriptionem excedit. Et vero quibusnam signis homo esse cognoscetur, nisi assimilationis proprietatem, quæ in efformato homine prima est, naturaliter obtineat: qua sublata, vanus et nullus est homo? Atqui homo vere est: ergo, ut homo, circumscriptus; et ut Deus, incircumscriptus. Qua quidem D ratione mediator Dei et hominum factus est, ut qui extrema ambo in seipso conjunxit, et utrumque exsistit, et utriusque, qua constat, naturæ proprietates in una hypostasi plene et sine defectu habet: ex Patre, cum aliis omnibus, incircumscriptionem; quippe qui dixit: *Omnia mea tua sunt, et tua mea sunt* [56]; et ex matre, cum reliquis omnibus, etiam circumscriptionem: quia scriptum est: *Non enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit* [57]. Unde per omnia fratribus assimilari debebat. Vel unica igitur in alterutra natura proprietas si

[56] Joan. I, 14. [56] Joan. XVII, 10. [57] Hebr. II, 16.

NOTÆ.

(93**) Animarum præexsistentiæ assertores.

Digitized by Google

tollatur, omnes ejusdem ordinis aliæ simul tollantur necesse est. Sublatis autem proprietatibus, una utique tolluntur et earum naturæ.

Testis horum sacer martyr Justinus, cujus in quodam loco hæc sunt verba : « Nihil enim in rebus id quod est permanet, si unum, vel solum ex iis, quæ naturaliter ei insunt, deficiat. » Atque hinc cassa et vana per novam hypothesim fiunt fidei nostræ mysteria. Congruenter autem evangelistæ Apostolus hæc ait : *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*[58]. Igitur si, in forma Dei cum esset, formam servi accepit, sine controversia, quatenus quidem in forma Dei est, imagine non exprimitur ; quandoquidem Deus supra comprehensionem est : quatenus vero formam servi accepit, exprimitur, quoniam comprehensioni, quæ tactui et colori subest, servilis forma subjicitur. Quomodo enim in similitudine hominum factus credetur, nisi hominum more aptus sit qui per imaginem exprimatur? Quomodo rursus et habitu inventus ut homo dicetur, nisi humano habitu pictus cernatur? Videtis, o serenissimi, quo pacto, qui per omnia fratribus assimilari debuit, quibuscum ex æquo carnem ac sanguinem habuit, ex æquo pariter exprimi, sicut illi, necessario debeat. Sin minus, similis factus non est ; mentitusque est qui dixit : Et natura immutata est. Et tamen Deus ipse ac Verbum alicubi dixit : *Quid me quæritis interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi a Deo*[59]? Nunquam autem, qui non exprimatur, hominem seipsum fecit: nec, qui occidi queat, non idem etiam natura exprimi possit : alterum enim alterum infert et confirmat. Hic est *mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu*[60], sicut beatus Petrus dixit. Quid autem hoc aliud est, quam dicere, exprimi secundum carnem, qui exprimitur spiritu ? Hic est, qui dixit : *Qui manducat me, et ipse vivet propter me*[61]. Minime autem qui circumscriptus non esset, manducari se diceret, nisi forte phantasma quodpiam foret. Quod quidem si admiserimus, in Manichæorum opinionem prolabemur, magnum pietatis mysterium destruentes.

Ille siquidem in aspectabili et non aspectabili Filium propriam substantiam in monte manifestasse dicit, non duas habentem naturas, sed unicam. Quare ii pariter, qui non circumscribi Christum affirmant, tanquam naturam unam prædicantes, in ejus sententiam devolvi convincuntur. Quod enim incircumscriptum, idem incorporeum. Neque vero, eo quod circumscribitur, idcirco in duas personas unica Christi persona, ut quidam putant, dividitur. Quoniam neque natura imaginis ac prototypi secundum hypostasim dividitur; sed ex substantiæ ratione differentiam sortitur. Ait enim sapientissimus Dionysius : « Utrumque in utroque

A αιρεῖν πέφυκεν ἐξ ἀναγκαίου πάντα τὰ ὁμόστοιχα. Ἀναιρουμένων δὲ τῶν ἰδιωμάτων, δηλονότι συναναιροῦνται καὶ αἱ τούτων φύσεις.

Καὶ μάρτυς τοῦ λόγου ὁ ἱερόμαρτυς Ἰουστῖνος ὧδέ που λέγων · « Οὐδὲν γὰρ διαμένει τῶν ὄντων, ὅπερ ἐστὶν, ἑνὸς καὶ μόνου τῶν προσόντων αὐτῷ φυσικῶς ἐλλείποντος. » Κἀντεῦθεν φροῦδα τὰ τῆς πίστεως ἡμῶν ἐκ τῆς καινῆς ὑποθέσεως καθέστηκεν. Ἑπομένως δ' οὖν τῷ εὐαγγελιστῇ καὶ ὁ Ἀπόστολος τάδε φησίν · *Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών.* Τοίνυν εἴπερ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων μορφὴν δούλου ἔλαβεν · ἀναντιῤῥήτως ᾗ μὲν ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχει, οὐκ ἐξεικονίζεται · ὅτιπερ τὸ Θεῖον ὑπὲρ κατάληψιν

B ᾗ δὲ μορφὴν δούλου ἔλαβεν, ἐξεικονίζεται, ὅτι ὑπὸ κατάληψιν τῆς ἐν ἀφῇ τε καὶ χροιᾷ ἡ δουλικὴ μορφὴ περιορίζεται. Πῶς γὰρ ἂν ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γεγονέναι πιστευθήσεται, εἰ μὴ ὁμοίως τοῖς ἀνθρώποις ἐξεικονίζεσθαι πέφυκε ; πῶς δὲ καὶ σχήματι εὑρεθῆναι ὡς ἄνθρωπος λεχθήσεται, εἰ μὴ τῷ ἀνθρωπίνῳ σχήματι γεγραμμένος ὀφθήσεται ; Ὁρᾶτε, ὦ γαληνότατοι, πῶς ὀφειλομένως κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιούμενος, οἷς καὶ παραπλησίως μετέσχηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, ἐξ ἀναγκαίου ἔχει τὸ ἐπίσης τούτοις ἐξεικονίζεσθαι · εἰ δὲ μή, οὐχ ὡμοίωται, καὶ διέψευσται ὁ ἀποφηνάμενος · Καὶ ἡ φύσις παρήλλακται. Καὶ μὴν αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ Λόγος ὧδέ πού, φησι · *Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ Θεοῦ ;* Οὐκ ἂν δὲ ὁ μὴ ἐξεικονιζόμενος ἄνθρωπον ἑαυτὸν εἴποτέ ποτε · οὐδ' ἂν ὁ πεφυκὼς ἀποκτείνεσθαι, μὴ οὐχὶ πεφυκὼς εἴη καὶ τοῦ ἐξεικονίζεσθαι · θάτερον γὰρ θατέρῳ εἰσαγωγικὸν καὶ ὁμολογητικόν. Οὗτός ἐστιν *ὁ θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι* · καθὼς ὁ μακάριος Πέτρος λέλεχε. Τί δ' ἄλλο εἶεν τοῦτο, ἢ τὸ φάναι, ἐξεικονίζεσθαι σαρκικῶς, ἐξεικονιζόμενον πνεύματι ; Οὗτός ἐστιν ὁ εἰρηκώς· *Καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσεται δι' ἐμέ.* Οὐκ ἂν δὲ ὁ μὴ περιγραφόμενος εἴποιεν ἐσθίεσθαι, εἰ μή τί γε ἄρα φάντασμα εἶεν. Ὑπερ εἰ καταδεξοίμεθα, ἐμπεσούμεθα εἰς τὸ τῶν Μανιχαίων φρόνημα, ἀποσκευαζόμενοι τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον.

D Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐν τῷ ὁρατῷ καὶ ἀοράτῳ τὸν Υἱὸν τὴν ἰδίαν οὐσίαν ἐν τῷ ὄρει πεφανερωμένον [cod. Reg. πεφανερωκέναι] φησὶν, οὐ δύο ἔχοντα φύσεις, ἀλλὰ μίαν. Ὥστε καὶ οἱ μὴ περιγράφεσθαι Χριστὸν διισχυριζόμενοι, ὡς μίαν φύσιν πρεσβεύοντες, ἐκείνου τῷ φρονήματι συνεμπίπτειν ἀπελέγχονται. Ὁ γὰρ ἀπερίγραπτον, τοῦτο καὶ ἀσώματον. Οὐδ' αὖ ἐν τῷ περιγεγράφθαι, εἰς δυάδα προσώπων τὸ ἓν Χριστοῦ πρόσωπον, ὡς δοκεῖ τισι, διατέμνεται. Ὅτι μηδὲ φύσις εἰκόνος τε καὶ πρωτοτύπου ὑποστατικῶς οἵδε τέμνεσθαι · ἀλλὰ τῷ τῆς οὐσίας λόγῳ τὴν διαφορὰν κέκτηται. Φησὶ γὰρ ὁ πάνσοφος Διονύσιος · « Ἑκάτερον ἐν ἑκατέρῳ παρὰ τὸ τῆς οὐσίας διάφορον. »

[58] Philipp. II, 6. [59] Joan. VII, 20 ; VIII, 40. [60] I Petr. III, 18. [61] Joan. VI, 28.

Digitized by Google

Ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, οὐκ ἄν τις εἴποι τὴν σταυροειδῆ εἰκόνα ἄλλο τι παρὰ τὸ ταύτης πρωτότυπον, ἢ μόνον τῷ φυσικῷ λόγῳ διαφορουμένην· καὶ τὸ παράδειγμα ἐγγύθεν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἀναμφίλεκτος. Οὗτος οὖν ὁ πρῶτος τρόπος τῶν εἰρημένων. Τίς ὁ δεύτερος; Αἱ τῶν ἁγίων φωναί, οὐ συλλογιστικῶς, ἀλλὰ γυμνῶς, ἐξεικονίζεσθαι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν διαγορεύουσαι· ἃς εἰ πάσας ἐνταῦθα βουληθείημεν ἐντάξαι, ἐκβησόμεθα τοῦ μετρίου τῆς προσφωνήσεως. Ἐκ πολλῶν δὲ δύο ἢ τρεῖς, καὶ ταύτας προὐργιαιτέρας ἀναλεξάμενοι, ἐκ τῶνδε καὶ τὰς λοιπὰς πιστωσόμεθα· πληρουμένου κἀνταῦθα τοῦ γεγραμμένου· *Ἐπὶ στόματος δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.* Φωνὴ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου ἐν ἱστορίᾳ τοῦ ἱερομάρτυρος Παγκρατίου ὑπομνηματιζομένη· « Ἔξένεγκον τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐντύπωσον αὐτὴν ἐν τῷ πυργίσκῳ· ἵνα ἴδωσιν οἱ λαοί, ποίαν μορφὴν ἔλαβεν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· ἵνα ἰδόντες ἐπὶ πλεῖον πιστεύσωσιν, ὁρῶντες τὸν τύπον τῆς μορφῆς, καὶ ὑπόμνησιν λαμβάνωσι τῶν εἰς αὐτοὺς παρ' ἡμῶν κηρυχθέντων. » Ὡς φοβερὸς ὁ λόγος οὗτος! Μονονουχὶ καὶ ἐπιβοῶντος· Ἔξένεγκον τὴν εἰκόνα τοῦ τῇ ἀρετῇ τοὺς οὐρανοὺς καλύψαντος, καὶ ἐντύπωσον οἱονεὶ ἐν τῷ μετεώρῳ εἰς μαρτύριον ἐμφανές· ἵνα ἴδωσιν οἱ λαοὶ ποίαν μορφὴν ἔλαβεν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· οὐκ ἀγγέλου, οὐδὲ ἀρχαγγέλου, οὐδέ τινος ἄλλης δυνάμεως· ἀλλὰ τὴν καθ' ἡμᾶς δουλικὴν μορφήν· ἵνα ἰδόντες, ἐπὶ πλεῖον πιστεύσωσιν· ὡς οὐκ ἀρκούσης τῆς διὰ λόγου ἱστορίας, ἀλλὰ δεομένης καὶ τῆς δι' ὄψεως ἐνεργείας εἰς πλείονα πίστωσιν· ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, Υἱὸς ἀνθρώπου γέγονε· καὶ ὑπόμνησιν λαμβάνωσι τῶν παρ' ἡμῶν εἰς αὐτοὺς κηρυχθέντων· ὅμοιον τοῦ εἰπεῖν· Τοῦτο ὑμῖν μνημόσυνον εἰς γενεὰς γενεῶν.

Ἐπισημαίνει δὲ ἡ ἱστορία, ὅτι καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι τὸ αὐτὸ ἐποίουν ἔν τε πόλεσι καὶ κώμαις· ἅπασαν ἱστορίαν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διακοσμοῦντες ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε ὁ ἄγγελος τὸ, Χαῖρε, κέκραγε τῇ Παρθένῳ, μέχρις ὅτου καὶ ἀνελήφθη. Ἃς, φησὶ, καὶ φόβῳ παρῄνουν τιμᾶσθαι. Ὁρᾶτε, ὦ φιλανθρωπότατοι [cod. Reg. φιλοθεώτατοι], ὅτι ὁμοῦ τῇ ἀναστηλώσει τῶν ἱερῶν εἰκόνων, καὶ τὸ προσκυνεῖσθαι αὐτὰς φόβῳ, ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ἀπ' ἀρχῆς παραδέδοται; Τὸ γάρ τοι τιμᾶσθαι, ἰσόρροπον δηλονότι τοῦ προσκυνεῖσθαι ὡμολόγηται. Φωνὴ Ἀθανασίου τοῦ πολυάθλου, ἐκ τῆς ἐν Βηρυτῷ προσφωνήσεως· « Ἄρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν, καὶ ἴδετε τὸ καινὸν θέαμα τοῦτο. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Τότε τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οἱ Ἰουδαῖοι κατενέγκαντες ἔφησαν, ὅτι Καθὼς οἱ πατέρες ἡμῶν ἐνέπτυσαν αὐτῷ ποτε, οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐμπτύσωμεν αὐτῷ. Τότε ἤρξαντο ἐμπτύειν εἰς τὸ πρόσωπον τῆς εἰκόνος τοῦ Κυρίου, καὶ ἐῤῥάπισαν αὐτὴν κατὰ πρόσωπον τῶν συνελθόντων ἔνθεν κἀκεῖθεν, ἤγουν τὴν εἰκόνα

præter substantiæ differentiam. » Quandoquidem etiam in vivifica cruce, nemo cruciformem imaginem aliud ab ejus prototypo esse dixerit, sed naturali tantum ratione discrepare: et exemplum de propinquo est, et veritas extra controversiam. Hic igitur primus est modus ex iis quos diximus. Quisnam est secundus? Sanctorum voces, quæ non syllogistice, sed nude et aperte, exprimi per effigiem Dominum nostrum Jesum Christum enuntiant: quas si omnes digerere hic velimus, egrediemur terminos moderatæ allocutionis. Ex multis autem duas tresve, et ad rem magis aptas seligentes, ex illis fidem de cæteris faciemus. Ita ut hic etiam locum habeat quod scriptum est: *In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum*[65]. Vox coryphæi apostolorum Petri in historia sacri martyris Pancratii, memoriæ prodita[66]: « Affer imaginem Domini nostri Jesu Christi, eamque exprime in turricula, ut videant populi qualem formam accepit Filius Dei, et videntes amplius credant, figuram formæ intuentes, et recordentur eorum quæ per nos illis prædicata sunt. » Quam formidanda hæc oratio! quasi tantum non exclamaret: Profer imaginem ejus, qui cœlos virtute operit: et efforma, tanquam in sublimi, ad conspicuum testimonium: ut videant populi qualem Filius Dei formam sumpserit, non angeli, neque archangeli, alteriusve cujuspiam potestatis, sed servilem secundum nos formam: ut videntes amplius credant; quasi non sufficiat verborum narratio, sed necessaria etiam sit ad pleniorem faciendam fidem, sub oculos et aspectum cadens efficax demonstratio: quod Filius Dei, Filius hominis factus sit: et recordentur eorum quæ per nos ipsis prædicata sunt: quasi diceret: Hoc vobis est monumentum in generationes generationum.

Indicat autem historia, solitos idem facere cæteros apostolos in urbibus et vicis, universam Incarnationis Domini nostri Jesu Christi seriem describendo ab initiis ipsis, quando angelus Virginem salutavit, quousque assumptus est. « Quas, inquit, imagines cum timore honorandas monebant. » Videtis, o benignissimi, una cum sacrarum imaginum erectione, illarum etiam cum timore adorationem ab apostolis in exordio ipso traditam fuisse? Honorare siquidem, vim eamdem habere atque adorare, utique in confesso est. Vox strenui athletæ Athanasii ex allocutione in Beryto habita[67]: « Levate oculos intellectus vestri, et novum hoc spectaculum contemplamini. » Et post alia: « Tum imaginem Domini nostri Jesu Christi proferentes Judæi dixerunt: Quemadmodum patres nostri illuserunt ei quondam, ita et nos illudamus nunc ei. Tunc cœperunt exspuere in faciem imaginis Domini, colaphisque hinc illinc cædentes dixerunt: Quæcunque designarunt patres nostri in illum, ea et nos quoque faciamus in illius imaginem. Et dicunt: Illu-

[65] Deut. XIX, 15. [66] Apud Bollandum, 3 die mensis Aprilis, pag. 237. [67] In libello *De passione imaginis Domini nostri Jesu Christi*, t. II, pag. 627.

Digitized by Google

serunt ei, et nos idem faciamus. Mox infinita convicia evomuerunt in imaginem Domini, quæ nec efferre quisquam ausit. Addunt deinde : Audivimus patres nostros, pedes manusque illius clavis fixisse: quid obest quominus idem tentemus? Confestimque imaginis Domini pedes manusque clavis foraverunt. Rursum insano ore clamant : Audivimus quod aceto et felle imbuta spongia illum potaverunt; faciamus et nos similiter. Acceptaque spongia aceto plena, ad os imaginis applicuerunt. Rursus aiunt : Notum nobis est, quod arundine caput illius Patres nostri percusserunt : fiat idipsum etiam a nobis. Sumpta itaque arundine, caput Domini cædere cœperunt. Tandem aiunt : Clarum nobis est, quod et lancea latus ejus pupugerunt, nihil omittamus : addamus et hoc ipsum. Itaque lanceam cuidam suorum porrigentes, jusserunt ut latus imaginis dominicæ transfigeret : ex eo autem confestim sanguinis et aquæ rivuli emanare cœperunt. » Fidelis sermo, o sapientissimi, partim quidem, quia signa incredulis dantur, non autem credentibus; partim vero ut et nos intelligamus, per imaginis contumeliam probro affici prototypum; ut contra per imaginis honorem honore afficitur.

πιστεύουσι· τὸ δέ, ὡς ἂν καὶ ἡμεῖς γνοίημεν, ὅτι τῇ ἐμπαλιν, τῇ τῆς εἰκόνος τιμῇ ἀποτετίμηται.

Vox Basilii magni ex laudatione in Barlaam martyrem[65] : « Exprimatur in tabula et certaminum præses atque auctor Christus. Hic etiam, serenissimi, certissima lex imaginis erigendæ. Neque enim, ut frustra garriunt quidam, mentis tabulæ imprimi Christum jussit vir divinus. Non enim depictum in nobis, sed inhabitantem Christum per fidem in cordibus nostris habemus, sicut vociferatur Apostolus[66]. Deinde, conjunctionem *et* inserens, præcedentia utique designavit, quæ sic habent : Exsurgite nunc, o præclari athleticorum gestorum pictores : mutilam ducis imaginem vestro illustrate artificio; et obscurius a me depictum, coronatum athletam, vestræ industriæ coloribus conspicuum reddite. Abeam, certaminum ac victoriarum martyris a vobis posita imagine victus : gaudeam tali hodie per vestram dexteritatem victoria superatus. Videam manus hujus luctam cum igne exactius a vobis depictam. Videam alacriorem pugilem per vestram depictum imaginem. Plorent dæmones etiam, martyris in nobis perculsi victoriis : ardens iterum illis ac victrix manus ostentetur. »

Hæc ille haudquaquam in nobis pingi diceret : et, si hoc etiam daretur, non prius servum, ac deinde dominum pingi juberet. Sed et initio cum ait : Exsurgite nunc, o præclari athleticorum certaminum pictores : imaginum procul dubio, et non ora-

[65] Tom. I, hom. 18, pag. 515. [66] Ephes. III, 17.

τοῦ Κυρίου, λέγοντες· Ὅσα ἐποίησαν αὐτῷ οἱ πατέρες ἡμῶν, πάντα ποιήσωμεν τῇ εἰκόνι αὐτοῦ· καὶ λέγουσιν, ὅτι Ἐνέπαιξαν αὐτῷ· καὶ ἡμεῖς τὸ αὐτὸ ποιήσωμεν. Ἐμπαιγμοῖς οὖν ἀπείροις ἐνέπαιξαν τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου, ἅπερ οὐδὲ λέγειν ἡμῖν τετόλμηται. Εἶτα λέγουσιν· Ἠκούσαμεν ὅτι ἤλωσαν αὐτοῦ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας· τοῦτο καὶ ἡμεῖς ποιήσωμεν αὐτῷ· τότε τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας τῆς τοῦ Κυρίου εἰκόνος ἔπηξαν τοῖς ἥλοις. Πάλιν λέγουσι μεμηνότες· Ἠκούσαμεν ὅτι ὄξος καὶ χολὴν ἐπότισαν αὐτὸν μετὰ σπόγγου· ποιήσωμεν αὐτῷ καὶ ἡμεῖς. Καὶ ἐποίησαν, προσθέντες τῷ στόματι τῆς εἰκόνος τοῦ Κυρίου, τὸν σπόγγον τοῦ ὄξους πεπληρωμένον. Πάλιν λέγουσι· Μεμαθήκαμεν ὅτι καλάμῳ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἔτυψαν οἱ πατέρες ἡμῶν· τὸ αὐτὸ καὶ ἡμεῖς ποιήσωμεν. Καὶ λαβόντες κάλαμον, ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ Δεσπότου. Τέλος λέγουσιν· Ὡς ἀκριβῶς μανθάνομεν, ὅτι λόγχῃ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ ἔνυξαν· μηδὲν παραλείψωμεν· ἀλλὰ προσθῶμεν καὶ τοῦτο. Καὶ ποιήσαντες ἐνεχθῆναι λόγχην, ἐπέτρεψάν τινι αὐτῶν ἆραι τὴν λόγχην, καὶ κροῦσαι κατὰ τῆς πλευρᾶς τῆς εἰκόνος τοῦ Κυρίου· καὶ τούτου γενομένου εὐθέως ἀνέβλυσεν ἀπ' αὐτῆς πλῆθος αἵματος καὶ ὕδατος.» Πιστὸς ὁ λόγος, ὦ σοφώτατοι· τὸ μὲν, ὅτι τὰ σημεῖα τοῖς ἀπίστοις, οὐ τοῖς τῆς εἰκόνος ὕβρει ἐφύβρισται τὸ πρωτότυπον· ὡς

Φωνὴ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐκ τοῦ ἐγκωμίου τοῦ εἰς τὸν μάρτυρα Βαρλαάμ· « Ἐγγραφέσθω τῷ πίνακι καὶ ὁ τῶν παλαισμάτων ἀγωνοθέτης Χριστός· Κάνταῦθα, ὦ γαληνότατοι, ἀσφαλὴς ὁ ὅρος τῆς εἰκονικῆς ἀναστηλώσεως. Οὐ γὰρ, ὥς τινες εἰκαιολογοῦσι, τῷ πίνακι τῆς ψυχῆς ἐγγεγράφθαι Χριστὸν εἴρηται τῷ θεοφόρῳ. Οὐδὲ γὰρ ἐγγεγραμμένον ἐν ἡμῖν, ἀλλὰ κατοικοῦντα τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἔχομεν, ὡς ὁ Ἀπόστολος βοᾷ. Ἔπειτα, ὅτι καὶ τῇ ἐπιφορᾷ τοῦ, καὶ, συνδέσμου τὰ προηγούμενα ὑπεσημήνατο, ἅτινά ἐστι τάδε· Ἀνάστητέ μοι νῦν, λαμπροὶ τῶν ἀθλητικῶν κατορθωμάτων ζωγράφοι, τὴν τοῦ στρατηγοῦ κολοβωθεῖσαν εἰκόνα ταῖς ὑμετέραις μεγαλύνατε τέχναις· ἀμαυρότερον παρ' ἐμοῦ τὸν στεφανίτην γραφέντα, τοῖς τῆς ὑμετέρας σοφίας περιλάμψατε χρώμασιν. Ἀπέλθω τῇ τῶν ἀριστευμάτων τοῦ μάρτυρος παρ' ὑμῶν νενικημένος γραφῇ. Χαίρω τῇ τοιαύτῃ τῆς ὑμετέρας ἰσχύος σήμερον νίκῃ ἡττώμενος. Ἴδω τῆς χειρὸς πρὸς τὸ πῦρ ἀκριβέστερον παρ' ὑμῶν ἐγγραφομένην τὴν πάλην. Ἴδω φαιδρότερον ἐπὶ τῆς ὑμετέρας τὸν παλαιστὴν γεγραμμένον εἰκόνος. Κλαυσάτωσαν δαίμονες καὶ νῦν, ταῖς τοῦ μάρτυρος ἐν ἡμῖν ἀριστείαις πληττόμενοι· φλεγομένη πάλιν αὐτοῖς ἡ χεὶρ καὶ νικῶσα δεικνύσθω. »

Ταῦτα οὐ δήπου ἐγγεγράφθαι φαίη ἐν ἡμῖν· εἰ δὲ καὶ τοῦτο δοθείη, οὐκ ἂν πρότερον τὸν δοῦλον, εἶθ' οὕτως τὸν δεσπότην παρεγγυᾶτο. Ἄλλως τε καὶ τὸ εὐθὺς ἐν τῇ ἀπαρχῇ λέγειν· Ἀνάστητέ μοι νῦν, ὦ λαμπροὶ τῶν ἀθλητικῶν κατορθωμάτων ζωγράφοι·

Digitized by Google

δηλαδὴ τοὺς εἰκονουργούς, οὐ τοὺς λογογράφους ἐσήμανε· καθὼς καὶ ἐν τῷ ἐγκωμίῳ τῶν τεσσαράκοντα μαρτύρων, ὁ αὐτὸς τάδε φησίν· « Ἐπεὶ καὶ πολέμων ἀνδραγαθήματα, καὶ λογογράφοι πολλάκις, καὶ ζωγράφοι διασημαίνουσιν, οἱ μὲν τῷ λόγῳ κοσμοῦντες, οἱ δὲ τοῖς πίναξιν ἐγχαράττοντες. » Ἐπεὶ γοῦν καὶ ὁ δεύτερος τρόπος πέρας εἴληφε, τίς ὁ τρίτος; Φωνὴ τῶν μετὰ τὴν ἕκτην συνεδρευσάντων Πατέρων ἐν Κωνσταντινουπόλει. Ἔν τισι τῶν σεπτῶν εἰκόνων γραφαῖς ἀμνὸς δακτύλῳ τοῦ Προδρόμου δεικνύμενος ἐγχαράττεται, ὃς εἰς τύπον παρελήφθη τῆς χάριτος· τὸν ἀληθινὸν ἡμῖν διὰ νόμου προϋποφαίνων ἀμνὸν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν. Τοὺς οὖν παλαιοὺς τύπους καὶ τὰς σκιάς, ὡς τῆς ἀληθείας σύμβολά τε καὶ προχαράγματα, τῇ Ἐκκλησίᾳ παραδεδομένους κατασπαζόμενοι, τὴν χάριν προτιμῶμεν καὶ τὴν ἀλήθειαν, ὡς πλήρωμα νόμου ταύτην ὑποδεξάμενοι. Ὡς ἂν οὖν τὸ τέλειον κἀν ταῖς χρωματουργίαις ἐν ταῖς ἁπάντων ὄψεσιν ὑπογράφηται· τὸν τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου ἀμνοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον χαρακτῆρα, καὶ ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀπὸ τοῦ νῦν ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ ἀμνοῦ, ἀναστηλοῦσθαι ὁρίζομεν· δι' αὐτοῦ τὸ τῆς ταπεινώσεως ὕψος τοῦ Θεοῦ Λόγου κατανοοῦντες, καὶ πρὸς μνήμην τῆς ἐν σαρκὶ πολιτείας, τοῦ τε πάθους αὐτοῦ, καὶ τοῦ σωτηρίου θανάτου χειραγωγούμενοι, καὶ τῆς ἐντεῦθεν γινομένης τῷ κόσμῳ ἀπολυτρώσεως. Ἐνταῦθα ὁμοῦ τῇ Χριστοῦ εἰκόνι, καὶ τῶν ἁπάντων ἁγίων εἰκόνων λόγος πρόσεστι. Πρῶτον μὲν, ὅτι, ὡς ἤδη προεξεικονισμένου καὶ λείποντος τοῦ καὶ ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ ἀμνοῦ, αὐτὸν ἀναστηλοῦσθαι ἡ διαγόρευσις. Ἔπειτα ὅτι οὐ μόνον ἀσπαστὴ ἡ τοῦδε εἰκών, κατὰ τὰ ἐν νόμῳ σύμβολά τε καὶ προχαράγματα ἀσπαστὰ κεκλῆσθαι· ἀλλὰ καὶ προσκυνητὴ αὐτοῦ τε καὶ παντὸς οὐτινοσοῦν ἁγίου.

Δῆλον γὰρ ὅτι τὸ σεπτὸν, καὶ προσκυνητὸν ἂν τις ὁμολογήσειεν. Ἔτι τε ὅτι πᾶσα ἡ εἰκὼν ὁμωνύμως τῷ αὐτῆς πρωτοτύπῳ κέκληται, διὰ τοῦ εἰπεῖν· « Ἀμνὸς δακτύλῳ τοῦ Προδρόμου δεικνύμενος ἐγχαράττεται. » Ὡς καὶ ὁ Νυσσαεὺς θεῖος Γρηγόριος ὧδέ πού φησι· « Πρόκειται ὁ Ἰσαὰκ τῷ Πατρὶ, παρ' αὐτῷ τῷ θυσιαστηρίῳ. » Φωνὴ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνεδρευσάντων Πατέρων· « Οὐχ ὡς ἕτερον τῇ μορφῇ, ἀλλ' ὡς αὐτὸν ἕνα Κύριον ἐν μιᾷ μορφῇ ὄντα· καθ' ὃν καὶ χαρακτὴρ εἷς πεφυκὼς τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως, καὶ πρὸ σαρκὸς ἀσώματος, εἷς τε ἦν, καὶ ἐν σαρκὶ εἷς ἐστι, καὶ ἐν εἰκόνι ὁ αὐτὸς εἷς ὑπάρχει, μὴ διαιρούμενος εἰς δύο χαρακτῆρας· μήτε δὲ σχιζόμενος εἰς δύο χαρακτῆρας· μήτε δὲ σχιζόμενος εἰς δύο δόξας· ἀλλ' εἰς μίαν συναγόμενος. » Καὶ μεθ' ἕτερα. « Ἀλλ' ὥσπερ αὐτὸς εἷς ἐστιν ἐκ δύο τῶν ἐναντίων, καὶ εἰς ἓν συνάγεται πρόσωπον· οὕτω καὶ ἡ εἰκὼν αὐτοῦ μία τέ ἐστι, καὶ τοῦ αὐτοῦ ἑνὸς Χριστοῦ. Καὶ οὐχ ἕτερον χαρακτῆρα ἐροῦμεν τὸν κατὰ σάρκα ἐπιφανέντα ἡμῖν, καὶ ἕτερον τὸν κατ' εἰκόνα σχηματιζόμενον χαρακτῆρα ἐν εἴδει μορφῆς αὐτοῦ· ἀλλὰ τὸν αὐτὸν ἕνα, ἐπεὶ μήτε καθὸ σῶμα

tionum artifices designat ; quemadmodum et in quadraginta martyrum encomio, cum hæc dicit [67] : « Nam magnifica in bellis gesta, et oratores sæpenumero, et pictores pulcherrime demonstrat, hi oratione, illi tabulis describentes atque ornantes. » Quoniam igitur secundus quoque modus ad finem perductus est, quis est tertius ? Vox Patrum, qui post sextam synodum Constantinopoli convenerunt [68] : In quibusdam colendarum imaginum picturis agnus exprimitur, quem Præcursor digito demonstrat, qui in typum assumptus est gratiæ. Refert enim nobis verum illum agnum, quem lex significabat, nempe Christum Deum nostrum. Has igitur veteres figuras atque umbras, ut veritatis notas et signa Ecclesiæ tradita complectentes, gratiam et veritatem anteponimus, quam ut plenitudinem legis accepimus. Itaque ut id quod perfectum est, in picturis etiam omnium oculis subjiciamus, agnum illum, qui mundi peccatum tollit, Christum Deum nostrum, loco veteris agni, humana posthac forma exprimendum decrevimus : ut per humilitatem cogitemus Dei Verbi celsitudinem, et in memoriam conversationis ejus in carne, et cruciatuum, ac salutiferæ mortis ejus, ex quo mundo redemptio parta est, reducamur. Hoc loco simul cum Christi imagine de omnium etiam sanctorum imaginibus sermo est. Primum quidem, quod, tanquam antea pingeretur, et jam desineret, veteris agni loco exprimi eum jubent. Deinde, quod non solum amplectenda sit ejus imago, ad eum modum quo legis notæ et signa amplectenda dicuntur, sed etiam adoranda, tum ipsius, tum uniuscujusque sanctorum.

Manifestum enim est concessurum quemvis, venerandum quod dicatur, idem dici adorandum : itemque quod omnis imago homonyme cum prototypo suo nuncupetur ; cum dicitur : « Agnus exprimitur, quem Præcursor digito demonstrat. » Quomodo et divinus Gregorius Nyssenus quodam in loco ait [69] : « Procumbit Isaac coram patre ad aram. » Vox Patrum, qui Antiochiæ convenerunt : « Non tanquam alterum forma, sed tanquam unum ipsum Dominum in una forma exsistentem : quomodo et character unus exsistens subsistentiæ Patris, atque ante Incarnationem incorporeus, unus erat : et in carne unus est, et in imagine idem unus exsistit, non divisus in duos characteres, neque dissectus in glorias duas, sed in unam collectus. » Et post alia : « Sed quemadmodum ipse unus est ex duobus contrariis, et in unam coalescit personam ; sic et imago ejus et una est, et ejusdem unius Christi. Neque alterum characterem dicamus eum qui secundum carnem nobis apparuit, alterum autem characterem qui secundum imaginem exprimitur in figura forma illius, sed unum et eumdem : si-

[67] S. Basil. t. I, hom. 20, pag. 526. [68] Concil. Quinisext., can. 82. [69] Orat. in Abraham, t. II, pag. 908.

Digitized by Google

quidem neque ratione corporis ille character dicitur, sed ut est incorporeus. Hoc vero magis per divinum Chrysostomum declarabitur, qui characterem cœlestem vocat, quoniam ex cœlo, non quatenus corpus, sed quatenus coporis expers, unigenitus Deus descendens de cœlis incarnatus est, et apparuit corpore nostro indutus. » Et post pauca : « Igitur, quoniam secundum relationem ostendit illum eumdem characterem : ipsum Christum adoramus, et non materiam artificiose figuratam in imagine. » En apertior dogmatica declaratio : primum quidem unam esse formam in ambobus, Christo scilicet et imagine : deinde, characterem ipsum subsistentiæ Patris, in imagine, figura formæ ipsius, conspici simul et adorari gloria indivisa. Reliquus est quartus modus, antiquæ consuetudinis et instituti. Attolle in orbem oculos tuos, vir humanissime, et vide terram universam, ex ipsa apostolica prædicatione, ubique gentium, in sacris templis, vasisque divinis, et sanctis donariis, expressum Christum gestantem, et factis ipsis vocem edentem quod Christus regnavit super eos qui in terra sunt, sicut cecinit David : *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ* [70] : et : *Quia nihil est idolum in mundo* [71], juxta dictum Apostoli : et quod omnia beato lumine repleta sint, veniente eo qui dixit : *Ego lux in mundum veni* [72]. Qualia enim sunt quæ cernuntur ? Hic quidem in spelunca natus, et ab angelis glorificatus : hic vero in ulnis a matre gestatus, et a magis adoratus. Deinde puer, quando in medio doctorum sedens visus est. Tum baptizatus a Præcursore : tum miracula cum apostolis faciens : in crucem ascendens, exspirans, sepultus, resurgens, in cœlos revertens. In hæc igitur omnia per imaginem intenti, sicut tunc per contuitum ipsum apostoli, jure et nos dixerimus : *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis* [73]. Hæc igitur est ab ævo annuntiata fides : hanc amplexæ sunt synodi sanctæ : et huic suffragantur omnes ubique locorum Ecclesiæ, in Oriente et Occidente [74], in Septentrione et mari : quam et nos minimi amplectentes, oramus, jureque supplicamus pro vestro, quod Deus charum habet, imperio.

A ὁ χαρακτὴρ εἴρηται, ἀλλὰ καθὸ ἀσώματον. Καὶ τοῦτο μᾶλλον διὰ τοῦ θείου Χρυσοστόμου διευκρινηθήσεται, τὸν χαρακτῆρα οὐράνιον λέγοντος, ἐπείπερ καὶ ἐξ οὐρανοῦ, οὐ καθὸ σῶμα, ἀλλὰ καθὸ ἀσώματον ὁ μονογενὴς Θεὸς κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐσαρκώθη, καὶ ἐπέφανε σῶμα περιθέμενος τὸ ἡμέτερον. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Οὐκοῦν ἐπεὶ κατὰ ἀναφορὰν αὐτὸν δείκνυσι τὸν χαρακτῆρα αὐτὸν Χριστὸν προσκυνοῦμεν, καὶ οὐ τὴν ὕλην τεχνικῶς σχηματιζομένην ἐν τῇ εἰκόνι. » Δεῦρο τρανοτέρα ἡ δογματικὴ διασάφησις· πρῶτον μὲν, ὅτι μία μορφὴ ἐπ' ἀμφοῖν, τοῦ τε Χριστοῦ καὶ τῆς εἰκόνος· ἔπειτα, ὅτι ὁ αὐτὸς ὁ χαρακτὴρ τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως, ἐν εἰκόνι τῷ εἴδει τῆς μορφῆς αὐτοῦ, ἐκφαινόμενός τέ ἐστιν ὁμοῦ καὶ προσκυνούμενος ἀσχίστῳ δόξῃ. Λει-
B πόμενός ἐστιν ὁ τέταρτος τρόπος τῆς ἀρχαίας θεσμοθεσίας [cod. Reg. νομοθεσίας]. Ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, ὦ φιλανθρωπότατε, καὶ ἴδε τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος, πανταχοῦ γῆς τε καὶ θαλάσσης, δι' ἱερῶν ναῶν, θείων τε σκευῶν, καὶ σεπτῶν ἀναθημάτων, τὸν Χριστὸν ἐξεικονισμένον φέρουσαν, καὶ αὐτοῖς ἔργοις φωνὴν ἀφιεῖσαν, ὅτι Χριστὸς βεβασίλευκε τῶν ἐπὶ γῆς, κατὰ τὸ ᾀδόμενον Δαβιτικῶς· *Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς·* καὶ, *Ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ·* κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον. Καὶ ὅτι πάντα ὁλβίου φωτὸς πεπλήρωται, ἐληλυθότος τοῦ εἰπόντος· *Ἐγὼ φῶς εἰς*
C *τὸν κόσμον ἐλήλυθα.* Οἷα γὰρ τὰ ὁρώμενα ; ὧδε μὲν ἐν σπηλαίῳ τικτόμενος, καὶ ὑπ' ἀγγέλων δοξαζόμενος· δεῦρο δὲ ἐπ' ὠλενῶν ὑπὸ τῆς Μητρὸς βασταζόμενος, καὶ ὑπὸ μάγων προσκυνούμενος. Εἶτα ἐν μειρακίοις, ὀπηνίκα μέσος τῶν διδασκάλων ὢν ἐτύγχανε καθήμενος. Ἔπειτα βαπτιζόμενος ὑπὸ τοῦ Προδρόμου· εἶτα θαυματουργῶν σὺν ἀποστόλοις· ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀνιών, ἀποπνέων, θαπτόμενος, ἀνιστάμενος, εἰς οὐρανοὺς ἀνερχόμενος. Τούτοις οὖν πᾶσιν εἰκονικῶς ἐνατενίζοντες, ὡς τηνικαῦτα αὐτοπτικῶς οἱ ἀπόστολοι, εἴποιμεν ἂν εἰκότως καὶ ἡμεῖς· *Ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.* Αὕτη οὖν ἐστιν ἡ ἐξ αἰῶνος κηρυττομένη πίστις· ταύτην ἠσπάσαντο αἱ ἅγιαι σύνοδοι, καὶ ταύτῃ σύμψηφοι τυγχάνουσι πᾶσαι αἱ πανταχοῦ κατὰ τόπον Ἐκκλησίαι, ἔν τε Ἀνατολῇ καὶ Δύσει, Βορρᾷ τε καὶ θαλάσσῃ· ἦν καὶ ἡμεῖς οἱ ἐλάχιστοι ἀσπαζόμενοι, εὐχόμεθα καὶ ὑπερευχόμεθα ὀφειλομένως τῇ θεοφιλοῦς ὑμῶν βασιλείας.

CC. — *Petro Nicææ.*

Σ' (94). — *Πέτρῳ Νικαίας.* [ωγ'.]

De morte metropolitæ Synadorum.

Audiverunt prorsus sacræ aures tuæ id quod accidit beato et communi Patri nostro metropolitæ Synadorum ; planxitque sancta anima tua illius causa, prout par fuit : necdum videlicet genitus cessavit, nec sedatus est dolor, qui tanquam ex dissectione quadam natus est. Verum huc ades, et a nobis, vir desideratissime, clarius edisce : ut et

D Ἤκουσε πάντως ἡ ἱερά σου ἀκοὴ τὸ περὶ τὸν μακάριον καὶ κοινὸν Πατέρα ἡμῶν μητροπολίτην Συνάδων πάθος· καὶ ὠδύρατό σου ἡ ἁγία ψυχὴ ἐπ' αὐτῷ τὰ εἰκότα· ἐπεὶ καὶ ἔτι τοῦ στεναγμοῦ οὐκ ἀποπαύσοι· οὐδὲ τῆς οἱονεὶ ἐκ τῆς διχοτομίας γενομένης ἀλγηδόνος ἀπολήξειεν. Ἀλλὰ δεῦρο, καὶ παρ' ἡμῶν ὧ τριπόθητε, διδάχθητι ἐναργέστερον· ὡς ἂν καὶ

[70] Psal. II, 8. [71] I Cor. VIII, 4. [72] Joan. XII, 46. [73] Joan. I, 14. [74] Psal. CVI, 3.

NOTÆ.

(94) In cod. Reg. εβ'.

Digitized by Google

ἡμεῖς τὸ ὀφειλόμενον χρέος τίσωμεν· καὶ αὐτὸς ἱστορικώτερον ἐπιγνοὺς τὰ κατ' αὐτὸν, ῥᾳστώνην τινὰ λάβοις ἐκ τῆς ἐξηγορίας. Ὦ, ὦ! πῶς ἀδακρυτὶ ἐνέγκοιμεν τὸ ὀδυρτικὸν ἀπάγγελμα; ὑγιαίνων ἦν ὁ Πατὴρ, τὰ συνήθη ἐνεργῶν τῆς ἀνυποκρίτου αὐτοῦ ἀγάπης, καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ Πατέρας δεξιώσεως. Τίς γὰρ ὁ πλέον ἐκείνου φιλοξενίαν ἀσπαζόμενος, καὶ θεραπεύων φιλουμένους; ὃν οὐχὶ ἡ ἐπάλληλος τῶν ἐπιφοιτώντων παρουσία καὶ ἐπιμονὴ ἐδάμαζεν· ὅσον ἡνία μᾶλλον ἡ σπάνις τούτων, καὶ ταχεῖα παλινοδία. Καὶ τί δεῖ πρὸς σὲ τὸν εὖ εἰδότα ὑποδειγματίζειν τὸ λεγόμενον; Ἦν οὖν, ὡς εἴρηται, ἐν τούτοις. Ἐπεὶ δὲ παρῆν ἡ ἡμέρα τῆς μετὰ τὴν Πεντηκοστὴν δευτέρας ἑορτάσιμος, ἀναστὰς ἀπὸ τῆς ἑστιάσεως, ἐλήφθη πόνοις καταῤῥοίας ἀπὸ τῆς κεφαλῆς γενομένης ἐπὶ τὸν σπόνδυλον καὶ τοὺς τόπους τῶν μεταφρένων. Ἐφ' ᾧ κινηθέντες οἱ ταπεινοὶ, εὕρομεν αὐτὸν κάμνοντα τῷ ὄντι, καὶ διασαφοῦντα τὰς αἰτίας τῆς συμπτώσεως. Εἶτα ἐπειδὴ ὑπεστρέψαμεν οἴκοι· αὖθις τῇ ἑξῆς παραγενόμενοι, εὕρομεν αὐτὸν ἔτι βαλλόμενον σφοδροτέραις ἀλγηδόσι, καὶ διακαεῖ πυρετῷ· μόλις δυνηθέντα ἡμῖν ῥῆμα προσφθέγξασθαι· καὶ τὴν ἀπόγνωσιν τοῦ ζῆν ἐν σαρκὶ αἰνιττόμενον. Τί τὸ ἑξῆς; τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ καὶ δεσμὸς τῆς γλώττης πάμπαν, καὶ οὐ μετ' οὐ πολὺ ὁ πικρὸς θάνατος. Ἀλλ' ἡμῖν μὲν, διὰ τὴν στέρησιν τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς, τὸ πικρὸν εἰρήσθω· ἐκείνῳ δὲ καὶ πάνυ γλυκὺ, διὰ τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· οὗ τί ἂν εἴη μακαριώτερον; Ἔκειτο οὖν ὁ μακαρίτης (καλὸν γὰρ καὶ τοῦτο ὑπογράψαι, ὥσπερ τι ξένον θέαμα), αἰδέσιμος τῇ ὄψει, ἀγγελοειδὴς τῷ σχήματι· τῆς ἐνδημησάσης πρὸς Κύριον ψυχῆς ὥσπερ τινὰς ἡλιοειδεῖς χαρακτῆρας ἐναπομαξαμένης τῷ ἱερῷ σώματι, μεθ' οὗ καὶ ἐφ' ᾧ λελάτρευκε τῇ ἁγίᾳ Τριάδι. Ἠθροίσθη ἐξαπίνης ὅμιλος, ὁμοῦ μὲν μοναστῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ μιγάδων, πολὺς ὅτι μάλιστα· περιεκέχυτο εἰς αὐτὸ ὡς ἱερὸν κειμήλιον ἀποβλέπων, ἢ μᾶλλον οἰκειότερον εἰπεῖν, ὡς ἔμπνουν καὶ φωνεῖν δυνάμενον. Ἐχεῖτο δάκρυα τῶν μὲν αἰδημόνων ἀψοφητὶ, τῶν δὲ θεραπευτῶν ἐκραγέστερον. Οὕτως οὖν σὺν ψαλμῳδίαις ταῖς καθηκούσαις καὶ ἐπικλήσεσιν ἱεραρχικαῖς παρεδόθη τῷ τάφῳ, καθ' ὃν τόπον εἰώθει ὁ μακάριος λειτουργεῖν Κυρίῳ· καίγε προσετέθη ὁ Πατὴρ τοῖς Πατράσιν, ὁ ὁμολογητὴς τοῖς ὁμολογηταῖς, ὁ διδάσκαλος τοῖς διδασκάλοις, ὁ ὑποφήτης τοῖς ὑποφήταις· προσθείημεν δ' ἂν καὶ ταῦτα· ὁ ἐγκρατὴς τοῖς ἐγκρατέσιν, ὁ ἁγνὸς τοῖς φιλάγνοις, ὁ φιλόξενος τοῖς φιλοξένοις, ὁ μέτριος τοῖς μετριόφροσιν· ὁ πάντα τοῖς πᾶσιν εὖ γεγονὼς, καθ' ὅσον οἷόν τε, ἵνα τοὺς πάντας, ἢ τοὺς πλείονας κερδήσῃ· ἀποστολικοῖς κατορθώμασιν ἐπερειδόμενος. Καὶ νῦν ἡμεῖς μὲν οἱ ταπεινοὶ ὀρφανικῶς ἀποδυρόμενοι τὸν ὡς ἀληθῶς καὶ φιλοπάτορα καὶ φιλάδελφον· ἡ δὲ κατ' αὐτὸν Ἐκκλησία, εἴτ' οὖν τὸ μικρὸν ποίμνιον, ἠπορημένον λίαν, καὶ ἀνακαλούμενον τὸν ποιμένα καὶ Πατέρα, οἷα εἰκὸς νεοττοὺς....

nos munus debitum solvamus, et tu res ejus certiore historia cognoscens, quietem aliquam ex narratione accipias. O, o, quo pacto luctuosam commemorationem sine lacrymis feram? Incolumis erat Pater, solitis minime fucatæ charitatis suæ operibus intentus, fratribusque ac Patribus hospitio recipiendis. Quis enim hospitalitatem plus illo adamavit, aut amice exceptis ministravit impensius? quem nec continua aliorum ex aliis adventantium frequentia, nec diuturnior mora frangebat: quantum angebat potius horum raritas, et cita profectio. Et quid opus est hæc tibi, cui probe nota sunt, exemplis confirmare? In his igitur erat, ut dictum est. Cum autem festa dies ageretur secunda Pentecostes, surrexissetque a convivio, correptus est catarrho, a capite in vertebras et alia dorso vicina defluente. Quo casu exciti nos humiles, offendimus ipsum revera languentem, et ejus quod acciderat, causas explicantem. Deinde cum regressi domum essemus, iterum die sequenti accedentes, invenimus illum acrioribus adhuc doloribus ardentique febri laborantem: ita ut ægre nos leni voce alloqui posset, ac de vita in carne desperare se innueret. Quid postea? die tertio et lingua impedita prorsus, nec multo post acerba mors. Sed illa nobis quidem, qui sancto viro privati sumus, acerba dicatur; illi vero et valde dulcis, ut dissolveretur, et esset cum Christo; quo quid esse queat beatius? Jacebat ergo vir beatus (bonum enim est hoc etiam designare, tanquam insuetatum quoddam spectaculum), venerandus aspectu, angeli referens speciem, cum ad Dominum proficiscens anima, solis instar, radiantes notas quasdam impressisset in sacro corpore, cum quo et in quo sanctam coluerat Trinitatem. Coactus est illico cœtus monachorum sæculariumque quam maximus; circumfusus illum tanquam sacrum pignus intuebatur; vel, ut magis proprie dicam, tanquam spirantem, et qui loqui posset. Fundebantur lacrymæ ab honoratis quidem viris sine strepitu, a servis autem sonitu majore. Sic ergo cum psalmodiis congruentibus et faustis episcoporum apprecationibus sepulturæ mandatus est eo in loco, ubi vir beatus sacra Domino facere consueverat: appositusque est Pater Patribus, confessor confessoribus, magister magistris, interpres interpretibus: addiderim vero et ista: continens continentibus, castus castimoniæ amantibus, hospitalis hospitalitatem colentibus, modestus modice de se sentientibus: qui omnia omnibus [75] rite fuerat, quoad fas fuit, ut omnes aut complures lucrifaceret, apostolicis recte factis subnixus. Et nos quidem humiles nunc orphanorum more lugemus illum vere Patrum fratrumque amatorem: ejus vero Ecclesia, seu pusillus grex, quo se vertat nesciens, pastoremque et patrem reposcens, quemadmodum pullos verisimile est.....

[75] 1 Cor. IX, 19 et 22.

Digitized by Google

CCI. — *Philothee possessori.*

ΣΑ' (95). — *Φιλοθέῳ κτήτορι.*

Presbyterum, qui digamos coronaverat, sacris operari non debere : sicut jam de eodem presbytero ad eumdem Philotheum scripserat epistola 191.

..... cujus laus est per totam Macedoniam, a monachis piisque laicis, in ore habentibus decorem et virtutem pietatis tuæ. Det tibi adhuc Dominus bene agere, in bonis operibus ditescere, facilem esse ad erogandum et communicandum, tibi in futurum thesaurizare fundamentum bonum, ut vitam æternam consequare. O Philothee optime, depositum fidei diligenter custodi, divinis actionibus semper refulgens. Ac de his quidem satis. Quoniam autem de presbytero iterum sermo est, postulante honorificentia tua, ut liberum ei sit sacris operari : recte id quidem, si humanum esset quod quæritur : namque ad obsequendum tibi in omnibus festinaremus, inservire cupientes tibi, qui assidue nobis obsecundas. Sed quia de Deo agitur, deque divinorum canonum decreti prævaricatione, ignosce, frater charissime, non possumus contra Deum et sacros canones ferre judicium, præsertim cum in negotio plane consimili, superioribus temporibus totam vitam nostram posuerimus ; in adeundis periculis, et exsillis, et mortibus, potius quam consentiremus iniquitati et violationi Evangelii Christi. Neque ergo adulterorum copulator a nobis, neque copulator digamorum, facultatem habuit sacrificandi. Etenim si non patitur sacer canon, ut presbyter convivetur in digami nuptiis, multo sane magis prohibet ne illum coronet.

Quod si alii aliter judicant, viderint quid agant. *Nos* enim, inquit, *talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei* [76]. Quare, cum judicium videas cum periculo conjunctum, noli vim facere humilitati nostræ. Nam si pro veritatis defensione ad pericula quotidie accingimur, quo pacto contra veritatem dissimili consilio irruemus ? Non est consentaneum, Domine, præter ea quæ divinitus judicata sunt, facere quidquam aut loqui. Credimus autem te, qui unam quæris divinam voluntatem et salutem animæ tuæ, assensurum his quæ diximus, oraturumque ut divinæ legi firmius inhæreamus, nec quidquam admittamus quo mandatum Dei vel canon violetur.

..... οὗ ὁ ἔπαινος διὰ πάσης τῆς Μακεδονίας, παρά τε μοναζόντων καὶ λαϊκῶν εὐσεβῶν, ἐπὶ γλώσσης φερόντων τὴν καλλονὴν καὶ ἀρετὴν τῆς εὐσεβείας σου. Ἀλλ' ἔτι δῴη σοι Κύριος ἀγαθοεργεῖν, πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς, εὐμετάδοτον εἶναι, κοινωνικὸν, ἀποθησαυρίζοντα ἑαυτῷ θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον· ὡς ἂν ἐπιτεύξῃ τῆς αἰωνίου ζωῆς. Ὦ φιλόθεε κράτιστε, τὴν παρακαταθήκην τῆς πίστεως ἀκριβῶς [cod. Reg. ἀσφαλῶς] κάτεχε, ἀεὶ λαμπρυνόμενος ταῖς θεουργοῖς πράξεσι. Καὶ περὶ τούτων μὲν ἅλις. Ἐπειδὴ δὲ καὶ αὖθις περὶ τοῦ πρεσβυτέρου ὁ λόγος, ἐξαιτούσης τῆς τιμιότητός σου τὴν λύσιν τοῦ ἱερουργεῖν αὐτόν· εἰ μὲν ἀνθρώπινον ἦν τὸ ζητούμενον, εὖ ἂν εἶχεν· ἐχωροῦμεν γὰρ πρὸς πᾶσάν σου ὑπακοήν, φιλοῦντές σε θεραπεύειν τὸν πολλοστὸν θεραπευτὴν ἡμῶν. Ἐπεὶ δὲ περὶ τοῦ Θεοῦ τὸ κινούμενον· καὶ τῆς τῶν θείων κανόνων ὀροθεσίας ἡ παράβασις· σύγγνωθι, ἀδελφὲ φίλτατε· οὐχ οἷοί τέ ἐσμεν κατά τε Θεοῦ καὶ ἱερῶν κανόνων ἀποῖσαι κρίσιν· μάλιστα ὅτι ἐν αὐτῷ τούτῳ τῷ παρομοίῳ κεφαλαίῳ ἐν τοῖς προλαβοῦσι χρόνοις πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν ἐθέμεθα· χωρῆσαι πρὸς κινδύνους, καὶ ἐξορίας, καὶ θανάτους, ἤπερ συνθέσθαι τῇ ἀνομίᾳ, καὶ λύσει τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ. Οὔτε οὖν μοιχοζεύκτης παρ' ἡμῶν, οὔτε διγαμοζεύκτης, λέλυται τῆς ἱερουργίας. Εἰ γὰρ ὁ ἱερὸς κανὼν οὐκ ἀνέχεται εἰς διγαμοῦντος γάμον ἑστιαθῆναι τὸν πρεσβύτερον· πολλῷ γε μᾶλλον ἀπείργει τοῦτον τοῦ στεφανῶσαι.

Εἰ δὲ ἄλλοι ἄλλως κρίνουσιν, ὄψονται ἐφ' οἷς πράττουσιν. Ἡμεῖς γὰρ, φησὶ, καὶ αἱ Ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν. Ὥστε εἰδὼς τὸ ἐπικίνδυνον κρῖμα, μὴ παραβιάζου τὴν ταπείνωσιν ἡμῶν. Εἰ γὰρ ὑπὲρ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς κινδύνους παρατετάγμεθα, πῶς κατὰ τῆς ἀληθείας ἑτεροτρόπως κινηθησόμεθα; οὐκ ἔχει φύσιν, ὦ δέσποτα, παρὰ τὰ θειωδῶς κεκριμένα τοῖς κανόσι, δρᾶσαί τι ἢ εἰπεῖν. Πιστεύομεν δὲ ὅτι καὶ αὐτὸς ἐν ζητῶν τὸ θέλημα, καὶ τὸ σωτηριῶδες τῆς ψυχῆς σου, συμφήσειας ἡμῖν ἐπὶ τοῖς λελεγμένοις· καὶ προσεύξῃ μᾶλλον ἐπερείδεσθαι ἡμᾶς τῷ θείῳ νόμῳ, καὶ μὴ προΐεσθαι τὸ οἱονοῦν ἐπὶ παραβάσει ἐντολῆς Θεοῦ καὶ κανόνος.

CCII. — *Mariæ Svathariæ.*

ΣΒ' (96). — *Μαρίᾳ σπαθαρίᾳ.* [ωδ'.]

Pœnitentiam indicit ob violatum Ecclesiæ asylum.

Agnoscit honorificentia tua, Ecclesiam salutis esse perfugium, ad eamque tanquam in manus Dei, profugum accurrere eum, quem circumstant angustiæ. Neque igitur in Veteri Testamento fas erat eorum qui ad refugii civitatem evaserant, abripere quemquam ; et multo magis in Novo Testamento nefas est extrahere ab ecclesia qui eo confugerint.

Ἡ τιμιότης σου γνωρίζει ὅτι ἡ Ἐκκλησία φυγαδευτήριόν ἐστι σωτηρίας· καὶ ὥσπερ εἰς χεῖρας Θεοῦ ὁ πρόσφυξ ἀποτρέχει περιστατηθεὶς ὑπὸ ἀναγκῶν. Οὔτε οὖν ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ ἐξὸν ἦν τῶν εἰς τὴν πόλιν τῶν φυγαδευτηρίων ἀποσεσωσμένων ἁφαρπάζειν τινά· οὐ πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ Νέᾳ θεμιτὸν ἀποσπᾶν τῆς ἐκκλησίας τοὺς καταφεύγοντας. Καθ-

[76] I Cor. xi, 16.

NOTÆ.

(95) In cod. Reg. σδ'.

(96) In cod. Reg. σς'.

Digitized by Google

ὑβρισις γάρ ἐστι τοῦτο τῶν θείων νόμων, καὶ τοῦ θείου θυσιαστηρίου. Ὥστε σκοπησάτω σου ἡ εὐσέβεια, ἡλίκον τὸ τόλμημα. Τίς δὲ ἡ θεραπεία; Πρῶτον μὲν τὸ θέσθαι ἑαυτῇ ὅρον, μηκέτι τολμᾶν τοῦτο πρᾶξαι, κἂν τὰ ἄνω κάτω γένηται. Ἔπειτα Τεσσαρακοστὴν ὅλην ἀπέχεσθαι τῶν ἁγιασμάτων, γονυκλινοῦσα καθεκάστην δεκάκις, καὶ πεντηκοντάκις λέγουσα· Κύριε, συγχώρησόν μοι τὴν ἁμαρτίαν· Κύριε, ἱλάσθητί μοι τῇ ἁμαρτωλῷ. Ὁμοίως καί· Κύριε, ἐλέησόν με δωρεάν. Τρεῖς τε ψαλμοὺς στιχολογεῖν· ἐξαιρέτως τὸν ς', τὸν λζ', καὶ τὸν ν', καὶ εἶθ' οὕτως ὁ Θεὸς συγχωρήσει σοι, κυρία, τὴν ἁμαρτίαν. Εἰ δὲ καὶ πάρεστι δύναμις, τεσσαράκοντα ἀργύρια δοῦναι πτωχοῖς. A

Contumelia enim hæc est divinarum legum divinique altaris. Quare consideret pietas tua, quantum sit hoc facinus. Quænam vero est medela? Primum quidem tibi ipsi ut legem statuas, ne hoc facere audeas amplius, et pessum eant omnia. Deinde ut totam Quadragesimam a sacris abstineas, decies genua flectens singulis diebus, et quinquagies dicens: Domine, condona mihi hoc peccatum. Domine, propitius esto mihi peccatrici. Similiterque: Domine, miserere mei gratis. Tres quoque psalmos recites, præcipue sextum, tricesimum septimum, et quinquagesimum: atque ita Deus peccatum tibi, domina, remittet. Quod si etiam suppetit facultas, quadraginta argenteos des pauperibus.

ΣΓ' (97). — *Εἰρήνῃ ἡγουμένῃ.* [ωια'.]

CCIII. — *Irenæ præpositæ.*

Rursus de presbytero qui cum hæreticis communicaverat: sacrificare non debere usque ad synodum, qua de talibus statuatur.

Μακρὰν ἀπὸ τῶν ἐγκωμίων σου οἱ τρόποι καὶ οἱ λόγοι τῆς πολιτείας μου, τιμιωτάτη γυναικῶν. Ἀλλ' εἴωθε ψυχὴ πιστὴ καὶ ζητοῦσα τὸν Κύριον, ἐπαίνους ἀνάπτειν τοῖς ἀγεράστοις, ὡς ἂν ἐντεῦθεν ἐρανίσοιτο τὸ τῆς ταπεινοφροσύνης κλέος. Τοιαύτη οὖν ὑπεδείχθης ἡμῖν, ἀδελφὴ ἐν Κυρίῳ. Ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς γινώσκοντες τὰ καθ' ἑαυτοὺς, οὐδὲ τῶν νῦν ἐσχάτων ἰσοστατεῖν κρίνομεν ἑαυτούς· μὴ ὅτι γε ὕψει τηλικούτῳ παρενείρειν, καθὰ γέγραφας. Ἀλλ' ὧδε μὲν ταῦτα κείσθω. Ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ πρεσβυτέρου ὑποθέσει μετακτέον τὸν λόγον. Οὐτίπου ἡμεῖς, ὦ ἀμμᾶς, νῦν μὲν τοῦτο λέγομεν, αὔριον δὲ ἕτερον· ἀλλ' ὁ αὐτὸς λόγος ἐν ἡμῖν ἐστιν ἀεί. Τί τοῦτο; τὸν ἁλόντα πρεσβύτερον τῇ κοινωνίᾳ τῶν αἱρετικῶν, εἴγε μάλιστα καὶ ὑπογραφῇ, μὴ ἐξεῖναι ἱερουργεῖν, ἕως καιροῦ ὀρθοδόξου συνόδου, ἐφ' ᾗ τὰ τοιαῦτα καὶ θεωρηθήσεται καὶ διακριθήσεται· ἢ μόνον τὸ κατὰ περίστασιν βαπτίζειν, ἐκκομίζειν νεκρὸν, διδόναι [cod. Reg. διδεῖν] σχῆμα μοναχῷ, ἁγιάζειν τῶν Θεοφανίων τὸ ὕδωρ, εὐαγγελίζεσθαι κατ' ἄρθρον, καὶ μεταδιδόναι τῶν ἁγιασμάτων ἤδη θεουργηθέντων ὑπὸ σεσωσμένου πρεσβυτέρου. Καὶ ταῦτα, ὡς εἶπον, ἐξ ἀνάγκης. Ἐπεὶ εὑρισκομένου τοῦ μὴ ἐμπαρέντος τῇ κοινωνίᾳ ἱερέως, οὐδὲ τὰ προειρημένα πράσσειν ἐξόν. B C

Longe absunt ab encomiis tuis mores et sermones vitæ meæ, honoratissima mulierum. Sed solet anima fidelis et quærens Dominum laudes tribuere immeritis, ut humilitatis inde gloriam nanciscatur. Talem igitur te esse agnovimus, soror in Domino. Nam cum nos ipsos cognoscamus, nec postremis qui nunc sunt, nos exæquamus: nedum ut tanto nos inferamus fastigio, sicut scripsisti. Verum hæc quidem ita se habeant. Ad presbyteri causam transferenda est oratio. Haudquaquam nos, o mater, nunc quidem hoc dicimus, cras autem aliud: sed idem nobis semper est sermo. Quid hoc est? Presbytero, qui in hæreticorum communione deprehensus est, maximeque si subscripsit, sacris fungi non licere, usque ad synodum orthodoxam, in qua hæc discutientur, et dijudicabuntur: nisi tantummodo re urgente baptizare, mortuum efferre, habitum dare monacho, Theophaniorum aquam sanctificare, evangelizare diluculo, et impertiri sacramenta jam ante ab innoxio presbytero consecrata. Atque hæc, ut dixi, ex necessitate. Nam si reperiatur sacerdos qui a communione illa immunis manserit, ne hæc quidem quæ dicta sunt, facere licet.

Ὁ μὲν οὖν ἡμέτερος λόγος τοιοῦτος. Εἰ δὲ ἄλλοι ἄλλως ἢ φρονοῦσιν ἢ κρίνουσιν, εἴτε ἰσοστάσιοι, εἴτε ὑπερβάθμιοι· ἐπειδήπερ οὐχ ὅρος ἐξ[εν]ήνεκται ἀπὸ τοῦ ἀρχιερέως, ἐφ' ᾧ ἀναγκαῖον ἦν στέργειν πάντας· τῆς ἐξουσίας εἰσὶ κύριοι, καὶ ἡμεῖς γε σιωπὴν ἔξομεν. Παρακαλοῦμεν δὲ τὴν τιμιότητά σου, ὡς ἐπὶ τῇ ἀγαθῇ πολιτείᾳ, οὕτως καὶ ἐπὶ τῇ ὀρθοδοξίᾳ ἀκρίβειαν ἔλκειν· ἀκούουσαν τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· *Καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ.* Οἶδας γὰρ ὅτι οὐ μικρὸς ἀνερρίπισθη διωγμὸς ἐν τῇ λυσσώσῃ μέχρι τοῦ παρόντος D

Nostra igitur hæc est sententia. Quod si alii aliter vel sentiunt, vel judicant, sive ejusdem sint gradus, sive superioris: quoniam non ab episcopo lata lex est, in qua necesse sit omnes acquiescere; libertatis suæ sunt domini, et nos in silento erimus. Hortamur autem reverentiam tuam, ut sicut in bona conversatione, sic etiam in fide orthodoxa diligentiam adhibeat: audiens Apostolum dicentem: *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei* [77]. Nosti enim non exiguam excitatam esse persecutionem a furente hactenus hæresi: sed et sangui-

[77] Cor. VII. 1.

NOTÆ.

(97) In cod. Reg. σε'.

Digitized by Google

nem exhaustum, et carnes dilaniatas, et martyres consummatos. Quam multa porro in custodiis carceribusque inflicta sint acerba, quid opus est dicere? relegationes, abactiones, raptus, vincula ferrea, famis cruciatus, solitudines, cætera omnia, quæ longum sit narrare. Si ergo hæc ita sunt, an presbyterum illum oportet pari conditione hinc abire, immarcescibilem gloriæ coronam percepturum? E contrario, cum in communione ille deprehensus sit atque subscriptione contra Christum, Deiparam, et sanctos omnes conceptа; sic enim se res habet, ob propriarum imaginum relationem ad prototypa: quo pacto non magnum ducit quod vivat, vel quod sceleris veniam impetret, prorsus devitans vel attingere ea quæ per indulgentiam dicta sunt; nedum ut licere sibi velit omni ex parte sacris operari? Ergo vana sunt omnia, et frustra martyria, et incassum athleticæ contentiones: sed absit! Et martyr, martyr est in hac confessione; et qui negavit, lapsus est in hac negatione: et usque ad mortem fiere necesse est, quisquis lapsus fuerit, si me audiat recta consulentem.

αἱρέσει· ἀλλὰ καὶ αἵματα ἐκενώθησαν, καὶ σάρκες κατεξάνθησαν, καὶ μάρτυρες ἀπετελέσθησαν. Ὅσα δὲ τὰ ἐν φυλακαῖς καὶ εἱρκταῖς κακωτικά, τί δεῖ καὶ λέγειν; τὰς ἐξορίας, τὰς ἐπαγωγάς, τὰς ἁρπαγάς, τὰς σιδηρώσεις, τὰς λιμαγχονήσεις, τὰς μονώσεις, τὰ ἄλλα πάντα, ὧν οὐ μικρᾶς ἐστιν ἱστορίας ἔργον. Εἰ τοίνυν ταῦτα οὕτως, καὶ δεῖν τὸν πρεσβύτερον ἰσοπαθῶς διεξελθεῖν, κομιούμενον τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον; τοὐναντίον, ἐπειδὴ ἐάλω τῇ κοινωνίᾳ καὶ τῇ ὑπογραφῇ τῇ κατὰ Χριστοῦ, τῆς τε μητρὸς αὐτοῦ καὶ πάντων τῶν ἁγίων· τοῦτο γὰρ διὰ τῶν οἰκείων εἰκόνων ἡ ἐπὶ τῶν πρωτοτύπων ἀναφορά· πῶς οὐ μέγα ἡγεῖται καὶ τὸ ὅλως ζῆν, καὶ τὸ ὅλως συγκεχωρῆσθαι αὐτῷ τὸ ἀνόμημα· φεύγων ἐφάπτεσθαι καὶ τῶν προειρημένων κατὰ φιλανθρωπίαν· μὴ ὅτι γε καὶ ἐξ ὁλοκλήρου λελύσθαι αὐτὸν ἱερουργεῖν; Οὐκοῦν ἔωλα τὰ πάντα, καὶ εἰκῇ τὰ μαρτύρια, καὶ μάτην αἱ ἀθλητικαὶ ἐνστάσεις· ἀλλὰ μὴ γένοιτο. Καὶ ὁ μάρτυς, μάρτυς ἐν τῇδε τῇ ὁμολογίᾳ· καὶ ὁ ἠρνημένος, ἔκπτωτος ἐν τῇδε τῇ ἐξαρνήσει· καὶ δεῖν προσκλαίειν μέχρι θανάτου πάντα τὸν ἁλόντα· εἴγε ἐμοὶ πείθοιτο καλῶ συμβούλῳ.

CCIV. — *Theodosiæ Augustæ et Basilio, filio ejus* (*).

ΣΔ'. (98) — *Θεοδοσίᾳ Αὐγούστῃ καὶ Βασιλείῳ υἱῷ αὐτῆς.* [ωιζ'.]

De inmaculata prorsus Domini imagine. (Baron. an. 823, n. 25.)

Cum ex variis fide dignis, imprimisque ex Dei amantissimo Isaia, episcopo, et ex reverendissimo Medicii antistite, sanctis Patribus nostris, de rerum vestrarum statu accepissemus, quod Dei nostri optimi nutu, ad pietatis rectæque fidei rationem et modum conversi fueritis, pristino vale dicentes errori, ut qui a Deo non sit ortus, sed ab adversa parte: cum religio tua ex pia sit radice, (talem siquidem fuisse fatendum est virum illum Deo dilectum, omnique probitate conspicuum), egimus gratias Deo, qui non permisit nos in hæresis caligine permanere, sed mentes vestras felici lumine implevit, ut cognosceretis Jesum Christum Filium Dei in forma nostra per misericordiæ suæ viscera natum, ut figmentum suum ab interitu redimeret, more nostro depingi atque effingi: ne qua illi desit humanarum proprietatum: cum maneat idem incircumscriptus: quatenus Deus; ut qui paternas quoque omnes proprietates sub eadem persona retinet: ex quo mediator Dei et hominum apparuit, medio ipsa extrema participans, et per seipsum divinæ nos naturæ participes efficiens. Sicut enim fieri nequit ut, Deus ipse cum sit Patrique æqualis, non extra omnem sit incircumscriptionem (infinitus siquidem est Deus et interminus et incomprehensibilis), sic etiam fieri non potest, ut, cum vere homo sit ipse, et nobis similis factus per omnia, intra circumscriptionem non maneat. Comprehensibile quippe est ejus corpus, tactuque palpabile, et colore visibile. Quod non confitentes

Ἐκ διαφόρων ἀξιοπίστων προσώπων, καίγε πρὸ τῶν ἄλλων παρά τε τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Ἡσαΐου, καὶ τοῦ τιμιωτάτου καθηγουμένου τοῦ Μηδικίου, ὁσίων Πατέρων ἡμῶν ἐκδιδαχθέντες τὰ καθ' ὑμᾶς, ὅτι εὐδοκίᾳ τοῦ ὑπεραγάθου Θεοῦ ἡμῶν μεμετεστοιχειώθητε εἰς τὸν τῆς εὐσεβείας καὶ ὀρθοδοξίας τρόπον καὶ λόγον· χαίρειν φράσαντες τῇ πάλαι κακοδοξίᾳ, ὡς οὐκ ἠργμένῃ θεόθεν, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐναντίας μερίδος. Καθὸ καὶ ὥρμηται πατρόθεν ἐξ εὐσεβοῦς ῥίζης ἡ σὴ θεοσέβεια. Ὁμολογητέον γὰρ ὅτι τοιοῦτος ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος· Θεῷ τε πεφιλημένος καὶ πάσῃ καλοκαγαθίᾳ κατηγλαϊσμένος· ἠχαριστήσαμεν τῷ Κυρίῳ, ὃς οὐκ εἴασεν ὑμᾶς ἐν τῷ ζόφῳ τῆς αἱρέσεως διαμεῖναι· ἀλλ' ἔπλησε τὰς ψυχὰς ὑμῶν ὀλβίου φωτὸς εἰς τὸ ἐπιγνῶναι, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς; εἶδες γεγονὼς διὰ σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, εἰς τὸ ἀνασώσασθαι τὸ ἑαυτοῦ ἐκπεπτωκὸς εἰς φθορὰν πλάσμα, ὁμοίως ἡμῖν ἐξεικονίζεται· ὡς ἂν μηδὲν λείποιεν αὐτῷ τῶν ἀνθρωπίνων ἰδιωμάτων· μένων ὡς Θεὸς ὁ αὐτὸς ἀπερίγραπτος· ὡς καὶ τὰ πατρῷα ἰδιώματα ἅπαντα ὑφ' ἑνὶ προσώπῳ κεκτημένος· καθὸ καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων πέφηνε, τῇ μεσότητι τοῖς ἄκροις κοινωνῶν· καὶ δι' ἑαυτοῦ κοινωνοὺς ἡμᾶς θείας φύσεως ἀπεργασάμενος. Ὡς γὰρ οὐκ ἐνδέχεται Θεὸν αὐτὸν ὄντα, καὶ ἴσον τῷ Πατρὶ, μὴ οὐχὶ ἔξω περιγραφῆς εἶναι· ἄπειρον γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἀόριστον καὶ ἀπερίληπτον· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἀνεγχώρητόν ἐστιν ἄνθρωπον αὐτὸν ἀληθῶς ὄντα, καὶ ὅμοιον ἡμῖν κατὰ πάντα γεγονότα, μὴ οὐχὶ περιγραφῆς εἶσω μένειν· περιγρα-

NOTÆ.

(*) Dogmatica

(98) In eod. Reg. σζ'.

Digitized by Google

πτὸν [cod. Reg. περιληπτὸν]γὰρ αὐτοῦ τὸ σῶμα, ἀφῇ καὶ χροιᾷ ψηλαφώμενον. Ὅπερ οὐχ ὁμολογοῦντες οἱ Εἰκονομάχοι, ἀρνησίχριστοι ἀριδήλως καθεστήκασι, τὸν ἐνσώματον ἀσώματον ὑπολαμβάνοντες· καὶ τὸν μεθ' ἡμῶν γεγονότα ἔξω τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως δογματίζοντες. Ἐντεῦθεν ἐδονήθη ὁ κόσμος· ἠρνήθη Χριστὸς διὰ τῆς σεπτῆς αὐτοῦ εἰκόνος· ἥ τε Θεοτόκος, καὶ πᾶς τις τῶν ἁγίων. Τῇ γὰρ παραδοχῇ τῆς εἰκόνος παραδέδεκται ὁ εἰκονιζόμενος· ὡς καὶ ἔμπαλιν τῇ ἀθετήσει ἠθέτηται. Ἐντεῦθεν διωγμὸς ἀναβρασσόμενος, καὶ πατριάρχης θεσπέσιος ἐκσκορακιζόμενος, ἱερεῖς τε καὶ ἱεράρχαι, μοναστάι τε καὶ μιγάδες ἐνθεώτατοι, οἱ μὲν ἐξοριζόμενοι καὶ φυλακιζόμενοι· ἕτεροι δὲ μαστιγούμενοι, καὶ λιμοκτονούμενοι· ἔνιοι δὲ καὶ ἀποκτενόμενοι. Ἐντεῦθεν ἐν δρεσι φυγαδευόμενοι καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, οἱ μηδὲν τῶν τῇδε προκρίνοντες Θεοῦ. Ἐντεῦθεν ναοὶ κατασκαπτόμενοι, καὶ ἅγια βεβηλουμένα, καὶ θεῖα ἀναθήματα πυρὶ παραδιδόμενα, καὶ κρυγῆς τὰ πάντα καὶ ληλασίας πλήρη, ὡς ἐν συντόμῳ εἰπεῖν.

A Iconomachi, Christi negatores manifeste facti sunt corporatum incorporeum arbitrantes, eumque qui nobiscum natus est, naturæ nostræ expertem decernentes. Hinc concussus est mundus : negatus est per venerandam imaginem suam Christus, et Deipara, et sancti omnes. Per imaginis enim receptionem recipitur is cujus est imago : sicut contra per rejectionem rejicitur. Hinc ebulliit persecutio, et divinus patriarcha relegatus est, sacerdotes atque episcopi, monachi et sæculares sanctissimi, alii exsilio et carceribus addicti, alii verberibus fameque cruciati : nonnulli etiam enecti. Hinc extorres in montibus, in speluncis et cavernis terræ, qui Deo mortale nihil prætulerunt. Hinc diruta templa, et sancta profanata, et divina donaria igni tradita, B clamoreque, ut paucis dicam, et direptione plena omnia.

Τοιαῦτα τὰ τῆς ἀσεβείας ἐγχειρήματα· ὡς ἂν ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκηται. Ἐπειδὴ δὲ ὑμᾶς, ὡς προείρηται, ἡ θεία χάρις ἠγκαλίσατο διὰ τῆς καλῆς ὁμολογίας ἧς ὡμολογήσατε τοῖς Πατράσιν· ὑπὲρ ἧς καὶ μέχρις αἵματος προθυμεῖσθε ἀντικαθίστασθαι· καὶ ἡμεῖς οἱ ταπεινοὶ ταύτῃ δὴ τῇ ὁμολογητικῇ πεποιθήσει, σέ τε τὴν κυρίαν δέσποιναν, τόν τε κύριον καὶ δεσπότην, σὺν τοῖς λοιποῖς εὐκλεέσι κλάδοις καὶ εἰσδεδέγμεθα, καὶ συνεισκρίνομεν τῷ μέρει τῆς ὀρθοδοξίας· μᾶλλον δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ· καὶ ἥκοντας ὑμᾶς πρὸς τὴν ταπείνωσιν ἡμῶν προσκυνοῦμεν, καὶ συγκοινωνοῦμεν ὑμῖν· εὐχαριστήρια τῷ ἀγαθῷ Θεῷ ἀναπέμποντες τῷ *ποιοῦντι μεγάλα καὶ ἀνεξιχνίαστα, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός*· τῷ ἐκ σκότους εἰς φῶς ἄγοντι, καὶ ἐξ ὁδοῦ πλάνης C εἰς τρίβον εὐσεβείας μεταφέροντι πάντα τὸν ἐξ ἀληθινῆς καρδίας ἐφιέμενον σώζεσθαι. Ταῦτα μὲν οὕτως. Ἐπειδὴ δὲ ἀπεδόθη ὑμῖν παρὰ τοῦ μεγάλου βασιλέως ἡ νῆσος τῆς Χαλκίτου εἰς κατοικητήριον διαίτης, οὐ μικρῶς ἐλύπησεν, οὐχ ἡμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν Πατέρων, ὅτι ἀδελφότης ὅλη σὺν καθηγουμένῳ τῆς πάλαι οἰκείας μονῆς ἐξεώθη· καὶ νῦν ὧδε κἀκεῖσε περιφέρεται· καὶ ὅτι ὤφθημεν ἀνοίγοντες γλώσσας ἐπὶ προτέραις δυσφημίαις. Ὅμως ἐπειδὴ ἀπελογήσασθε διὰ τοῦ πνευματικοῦ ἡμῶν υἱοῦ Κλήμεντος, τοῦ εὐλαβεστάτου ἡγουμένου, οὕτως καὶ οὕτως ὑπάρξαι τὴν ὑπόθεσιν ἐκ βασιλικῆς ἐξουσίας, ἀπελύθημεν τῆς λύπης. Τοῦτο δὲ παρακαλοῦμεν, ὅσον ἐνδέχεται ἐκδιάσασθαι ὑμᾶς θεραπεῦσαι τὸ ἄλγος τῶν ἐξιόντων· ἐπειδὴ γέγραπται· D Μὴ δῷς ἀνθρώπῳ τόπον καταρᾶσθαί σε. Καί· *Ἵνα τί*, φησίν, *ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως;*

Tales erant impietatis conatus : ut ex fructu arbor cognoscatur. Postquam autem divina vos gratia, sicut dixi, amplexa est per egregiam confessionem, quam Patribus professi estis : pro qua usque ad sanguinem decertare parati estis : nos quoque humiles istius nimirum confessionis fiducia freti, te dominam et magistram, simul etiam dominum et magistrum, cum cæteris inclytis ramis et suscepimus, et orthodoxæ fidei partibus, seu potius Ecclesiæ Dei accensemus, venientesque ad humilitatem nostram vos veneramur, et vobiscum communicamus, gratias agentes Deo optimo *qui fecit magna et inscrutabilia absque numero* [78] ; qui ex tenebris ad lucem deducit, ex via erroris ad pietatis semitam transfert eum omnem, qui ex animo salvari cupit Atque hæc quidem in hunc modum. Cæterum postquam Chalcita insula vobis designata fuit a magno imperatore ad domicilium habitationis, per duos annos, non mediocriter doluimus, neque solum nos, sed multi etiam ex Patribus, quod universus fratrum cœtus cum antistite, vetere suo monasterio ejectus sit, et nunc huc illucque circumagatur, et quod visi simus linguas aperire ad pristina convicia. Verumtamen, quoniam per Clementem spiritualem filium nostrum, reverendissimum præpositum, respondistis, ita atque ita constitutam ex regia auctoritate rem fuisse, tristitiam depulimus. Hoc vero obtestamur, ut, quantum conniti vobis licet, egredientium dolorem mitigetis; quia scriptum est : Ne des homini locum, ut maledicat tibi [79]. Et : *Utquid*, ait, *libertas mea judicatur ab aliena conscientia* [80] ?

ΣΕ'. — *Κασσίᾳ* (99) *καλλιδασταίσῃ*. [ωκα'.]

CCV. — *Cassiæ candidatissæ.*

Interrogatum se ab ea, superioribus litteris respondisse id quod verum et æquum putavit, nec posse a sententia discedere.

Χρονία ἡ ἐπιστολὴ τῆς τιμιότητός σου, καὶ αὕτη

Prolixa epistola honorificentiæ tuæ, eademque

[78] Job v, 9. [79] Prov. xxx, 10. [80] I Cor. x, 29.

NOTÆ.

(99) In cod. Reg. σῃ'.

Digitized by Google

expostulatoria; et nunc humilius se deprimens, nunc insurgens adversus tenuitatem nostram; tanquam temere et inconsiderate contra te calumnias admittamus; sed et voces quæ sine judicio proferuntur: idque in rebus maximi momenti. Nos vero cum tales amandare soleamus tum illud denuntiamus, quæ vulgo jactantur, sic nos audire ceu ludicra quædam; sic nos loqui, non ut hominibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra: tametsi alioqui peccatores sumus. Nam si Balaam augur adduci non potuit, ut præter Dei voluntatem Balac allophylorum regi responderet; qui fieri queat ut nos in sacerdotii gradu constituti, rationemque in die judicii eorum interrogati responderimus reddituri, aliquid præterquam decet proferamus?

Sic igitur ad interrogata respondimus, non ipsi per nos ut hoc vel illud fieret imperantes, sicut ipsa dicere non dubitasti. Quid enim vis? an ut cuique placet, mercatorum more, nos respondere? An potius veritatem ut se habet profiteri? Ne igitur plectamur nos humiles intempestive, ut a teipsa, aut a domina sorore, aut ab alio, cui proscindere ac traducere nos liceat. Scito autem nos erga dignum æterna memoria Strategum alieno animo non esse, quin et valde benevolo; quemadmodum et erga ipsius quoque conjugem. Dolemus sane ac vicissim jure expostulamus, quod vos et scientia præstantes, et religionem amplexæ, non vera charitate illum in fine prosecutæ sitis. Oportebat enim ante omnia ei super omnia, id quod ejus animæ salutis erat, ut sacramentorum particeps fieret contendere, cætera omnia ut stercora existimare, modo in orthodoxa communione inveniretur; quia scriptum est: *Ubi te invenero, ibi te judicabo* [81]. Nos quidem hic sentimus et dicimus. Quod si alii aliter, propriæ ipsi vocis sunt domini: et nos utique sileamus. *Cognovit Dominus qui sunt ejus; et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini* [82], sicut scriptum est.

A ἐγκλητική· καὶ πῇ μὲν ὑποταπεινουμένη· πῇ δὲ κατεξανισταμένη τῆς οὐθενότητος ἡμῶν· ὡς ἁπλῶς καὶ ἀνεξετάστως προσιεμένων τὰς κατὰ σοῦ διαβολάς· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀκρίτως ἐκφερόντων φωνάς, καὶ ταύτας ἐν τοῖς μάλιστα ἀναγκαίοις. Ἡμεῖς δὲ τοῖς τοιούτοις κατεθισθέντες χαίρειν λέγειν, ἐκεῖνο δηλοῦμεν, ὅτι οὕτως ἀκούομεν τὰ θρυλλούμενα ὡς παιδίας τινάς· καὶ οὕτως λαλοῦμεν οὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέσκοντες, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν· εἰ καὶ ἄλλως ἁμαρτωλοὶ τυγχάνομεν. Εἰ γὰρ Βαλαὰμ ὁ οἰωνοσκόπος οὐ παρὰ τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ ἠνέσχετο ἀποκριθῆναι τῷ Βαλὰκ βασιλεῖ τῶν ἀλλοφύλων· πῶς ἡμεῖς οἱ ἐν βαθμῷ ἱερωσύνης κείμενοι, καὶ λόγον ὑφέξοντες ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἀνθ' ὧν ἐρωτώμενοι ἀποκρινούμεθα δυνατὸν παρα-
B τετραμμένως φθέγγεσθαι τοῦ δέοντος;

Οὕτως οὖν ἀπεκρίθημεν τοῖς ἐρωτήσασιν· οὐκ αὐτοὶ ἀφ' ἑαυτῶν ἐπιτετροφότες τοῦτο κἀκεῖνο γενέσθαι, ὡς αὐτὴ προήχθης εἰπεῖν. Καὶ τί βούλει; πρὸς τὸ ἀρέσκον ἑκάστῳ ἐμπορικῶς ἡμᾶς ἀποκρίνεσθαι; ἢ ὀρθοτομοῦντας τὸν λόγον τῆς ἀληθείας; Μὴ τοίνυν μήτε αὐτὴ πλήττου εἰς ἡμᾶς τοὺς ταπεινοὺς ἀκαίρως, μήτε ἡ κυρία ἡ ἀδελφή, μήτ' ἄλλος ὁ προαιρούμενος σκώπτειν καὶ διασύρειν ἡμᾶς. Ἀλλὰ γίνωσκε ὅτι καὶ τὸν ἀείμνηστον Στρατηγὸν οὐκ ἐχθρωδῶς ἔχομεν, ἀλλὰ καὶ μάλα ἀσπασίως· ὥσπερ καὶ τὴν ὁμόζυγα αὐτοῦ. Λυπούμεθα δὲ καὶ ἀνατεγκαλοῦμεν εἰκότως· ὅτι ὑμεῖς αἱ καὶ γνώσει διαφέρουσαι, καὶ εὐλαβείας ἀντιποιούμεναι οὐκ ἀληθινῇ ἀγάπῃ
C ἤχθητε ἐν τέλει πρὸς αὐτόν. Ἐπεὶ ἔδει πρὸ πάντων καὶ ὑπὲρ πάντα, τὸ σωτηριῶδες τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, εἰς τὸ μετασχεῖν τῶν ἁγιασμάτων, ἀγωνίσασθαι· τὰ ἄλλα πάντα σκύβαλα ἡγούμεναι· ὥστ' ἂν εὑρεθῇ ἐν τῇ ὀρθοδόξῳ κοινωνίᾳ· ἐπειδὴ γέγραπται· *Ὅπου ἂν εὕρω σε, ἐκεῖ σε κρινῶ.* Ἡμεῖς μὲν οὕτως φρονοῦμεν καὶ λέγομεν. Εἰ δὲ ἄλλως, αὐτοὶ κύριοι τῆς οἰκείας φωνῆς· καὶ ἡμεῖς γε σιωπῶμεν. *Οἶδε Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ· καὶ ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα Κυρίου·* καθὰ γέγραπται.

[81] Vide supra col. 1598. [82] II Tim. II, 19.

CCVI. — *Hypacoe moniali.*

ΣϚ' (1), — Ὑπακοῇ μοναζούσῃ. [ωκγ'.]

Rursus eam de fratris obitu consolatur.

Qui monasticam vitam sunt amplexi, ac mundo proinde mortui, velut carnalibus affectibus casibusque superiores jam facti, in propinquorum calamitatibus quæ accidunt, frangi animo non solent, nec in illorum funeribus dolere. Sed quoniam invenimus ipsos quoque sanctos in consanguineorum dolore commotos fuisse, calentesque lacrymas in eorum excessu fudisse; non alienum ducimus, idem ipsum nobis contigisse, ac præsertim fratris causa, fratrisque prudentia et circumspectione præstantissimi, et qui velut patris loco nostræ erga vos sollicitudinis vices sustinebat. Gravis prorsus dolor, soror in Domino, cujus plaga cor

D Οἱ τὸν μονήρη βίον ἐπανῃρημένοι, καὶ τῷ κόσμῳ ἐντεῦθεν ἐσταυρωμένοι, ὡς ἤδη ἀνώτεροι γενόμενοι τῶν σαρκικῶν σχέσεων καὶ συμβάσεων, οὐ πεφύκασι κατακάμπεσθαι ἐν ταῖς συμβατικαῖς τῶν συγγενῶν περιστάσεσιν, οὐδὲ λυπεῖσθαι ἐν ταῖς τούτων ἀποβιώσεσιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ εὑρίσκομεν, καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ἁγίων κεκάμφθαι ἐν τῷ τῶν συναίμων πάθει, καὶ δάκρυον ἀποστάζειν θερμὸν ἐν ταῖς τούτων ἀποβιώσεσιν· οὐ ξένον τι κρίνομεν καὶ ἡμεῖς τὰ αὐτὰ πεπονθέναι, καὶ μάλιστα ἐπὶ ἀδελφῷ, καὶ ἀδελφῷ κατά τε φρόνησιν καὶ περιφάνειαν καλλίστῳ, καὶ οἷον ἐν τάξει πατρὸς ἐπέχοντι τῆς καθ' ὑμᾶς; φροντίδος τὸν λόγον. Δεινὸν ὄντως τὸ πάθος, ἀδελφὴ ἐν Κυρίῳ,

NOTÆ.

(1) In cod. Reg. σθ'.

Digitized by Google

καὶ ἥψατο ὑμῶν τῆς καρδίας ἡ πληγὴ καθάπερ ὑπὸ μαχαίρας τεμνούσης. Τί τοῦτο; ἐκκαλυπτέον γὰρ τὸ πρόσωπον. Ὁ κύριος ὁ ἀδελφὸς, ὡς φασὶ, κεκοίμηται. Ὤχετο ἀνὴρ ἀγαθὸς, ἐσβέσθη ὁ ὀφθαλμὸς τοῦ γένους, ἀπέπτη τὸ παραμύθιον ὑμῶν· ὀρφανοὶ μὲν οἱ παῖδες οὓς ἤνεγκεν· ὀρφανὴ δὲ καὶ αὐτὴ σὺν ταῖς ἀδελφαῖς, οὐκ ἔχουσα ποῦ ἐρείσῃς τὴν χεῖρα ὀκλάζουσαν, ἢ ποῦ ἀποβλέψοις περιστατουμένη. Ἀλλ' ἵνα τί ἐπὶ πλεῖον ἐλεεινολογοῦμεν τὸ πάθος; πρὸς θεοφιλῆ ἡμῖν ὁ λόγος, πρὸς συνετὴν, πρὸς ἐχέφρονα, πρὸς πολύπειρον, πρὸς ἔμπλεων τῇ θείᾳ γνώσει, δυναμένην καὶ ἄλλους σωφρονίζειν τῷ καθ' ἑαυτῆς ὑποδείγματι. Ἔκβαλε ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας σου τὸν πνευματικὸν πλοῦτον, τὰ φάρμακα τῆς παραμυθίας, ἐπαρκοῦσα σαυτῇ τε καὶ ταῖς ἀδελφαῖς. Ἴσμεν γὰρ ὅτι κἀκείνων ἥψατο ἐξ ἴσου ἡ λύπη· ἐπεὶ καὶ τῆς κυρίας ἡγουμένης· ἀλλὰ γὰρ καὶ ὅλου τοῦ γένους, προσθείην δ' ἂν καὶ αὐτῆς τῆς συγκλήτου. Τίς ἐπ' αὐτῷ μὴ ἐπιστενάξειε; τις δὲ μὴ καταγάγοι δάκρυα; οὕπερ καὶ ἡμῶν τῶν ταπεινῶν καίπερ οὕτω φιλοσοφούντων, ἥψατο ἡ λύπη. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἀπεβλέψαμεν ὅτι οὐδεὶς εἰς γέννησιν ἐλθὼν μὴ οὐχὶ καὶ ἐκδημήσειε τῶν ἐνθένδε· καὶ τοῦτο ἀπὸ τοῦ προπάτορος ἡμῶν Ἀδὰμ μέχρι τοῦ δεῦρο· οὐδὲν ξένον ἡγησάμεθα ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι· ξένον δ' ἂν εἶεν, εἴπερ ἡ θεοσύνθετός σου καρδία ἐνέγκοι εὐχαρίστως, ὑποτύπωσις γενομένη σὺν τῇ κυρίᾳ καθηγουμένῃ, ταῖς τε ἀδελφαῖς, καὶ πάσῃ τῇ συγγενείᾳ.

vestrum, quasi gladio feriente, perculit. Quid hoc est? retegenda enim est persona. Dominus frater, ut aiunt, obdormivit. Abiit vir bonus, exstinctus est oculus familiæ, avolavit consolatio vestra : patre orbati sunt filii quos genuit : orbata et tu ipsa cum sororibus, non habens ubi manum figas titubantem, nec quo periculis obsessa, respicias. At quorsum ærumnam pluribus deploramus? Ad Dei amantem nobis sermo est, ad intelligentem, ad prudentem, ad multa expertam, ad divina scientia plenam, quæ et alios possit suo ipsius exemplo emendare. Exprome de bono thesauro cordis tui spirituales divitias : consolationis remedia, et tibi ipsi, et sororibus suppedita. Scimus enim has quoque pari affectas esse tristitia : quemadmodum et domina præposita, quin et tota familia, addiderim autem, et senatus ipse. Quis illius causa non ingemiscat? quis lacrymas non fundat? quando et nos humiles, qui sic philosophamur, tetigit tamen dolor. Verum postquam perspeximus neminem nasci qui hinc itidem non exeat, idque a primo usque parente Adam ad nostram hanc ætatem ; nihil singulare arbitrati sumus in eo quod accidit, singulare potius fuerit, si sapiens cor tuum cum gratiarum actione hoc ferat; ita ut exemplo sis, perinde ac domina præposita tum sororibus, tum sororum liberis, cognatorumque universæ familiæ.

Διάθου κατὰ τὸ εἰωθός σοι εὐψυχῶς πάντα, μεγαλοβούλως καθ' ὅσον ἐνδέχεται ἐπικουροῦσα καὶ τὴν οἰκίαν τοῦ ἀδελφοῦ, εἰς τὸ μὴ ἐρήμην καταδραμεῖν τοὺς ἐφεδρεύοντας, ἐν ταῖς περιστάσεσι τῶν ἀνθρώπων. Φρόντισον οὖν ὅσον δυνατὸν, καὶ τῆς τιμίας ψυχῆς τοῦ ἀγαθοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου· ὅτι καὶ μετὰ θάνατον βοηθοῦνται παρὰ τῶν ζώντων οἱ ἐκδεδημηκότες. Καὶ ἁπλῶς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν οἴδαμέν σε εὖ διατίθεσθαι, καὶ στρατηγεῖν τὸν λογισμὸν μᾶλλον, ἢ στρατηγεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἀθυμίας καὶμοχθηρίας. Εἰς αὐτὸ γὰρ τοῦτο καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀθανάσιον ἀπεστάλκαμεν, ἐπιδεικνύντες τὸ περιπαθὲς ἡμῶν πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ πρὸς τὴν ὑμετέραν τιμιότητα ἐπικαμπτικόν· ὃν εὐχόμεθα τάχιον ἀποδέξασθαι ἀγαθὸν ἄγγελον τῆς εὐχαρίστου ὑμῶν ὑπομονῆς γιγνόμενον.

Dispone, ut solebas, tranquillo animo omnia, magno quoad fieri potest consilio, fratris quoque domum adjuvans, ne ope destituta in eos incurrat, qui insidias struunt in adversis hominum rebus. Curam igitur, quoad potes, habe animæ boni illius viri : quoniam etiam post mortem a viventibus adjuvantur qui vita functi sunt. Denique omnia in omnibus novimus te recte disponere, ac potius rationem sequi ducem, quam a mœrore et molestia regi. Hac enim de causa fratrem etiam Athanasium misimus, dolorem nostrum testantes erga defunctum, et affectum erga reverentiam vestram : quem optamus brevi reducem, bonumque gratæ patientiæ vestræ nuntium recipere.

ΣΖ' (2). — *Ὀλβιαρῷ πατρικίῳ.* [ωκδ'.]

CCVII. — *Olbiano patricio.*

Ut in magistratu pie ac sancte, et uti Christianum decet, se gerat

Γεώργιος ὁ θεοφιλὴς ἀνὴρ καὶ περίδοξος νοτάριος προσηγορίαν ἡμῖν κεκομικὼς παρὰ τῆς πανευφήμου καὶ διαβοήτου ὑμῶν ὑπεροχῆς, ἀπῄτησε τὸν ἀντασπασμὸν ἐγγράμματον ἡμᾶς ποιήσασθαι, ὡς τοῦτο κελευούσης τῆς μακαριότητος ὑμῶν. Ἡμεῖς δὲ ἑαυτοὺς πεπεικότες ὑπείκειν ἐν τοῖς φιλικοῖς καθήκουσι, χαράττομεν τήνδε τὴν ἐπιστολήν· πρῶτον μὲν προσαγορεύοντες τὰ εἰκότα οἱ εὐτελεῖς, αὐτὸ

Georgius vir religiosus insignisque notarius cum salutationem nobis attulisset ab omni laude prædicanda et celeberrima celsitudine vestra, postulavit ut mutuam salutationem scriptis litteris redderemus, tanquam id beatitudo vestra præciperet. Nos vero cum animum induxerimus in amicitiæ officiis obtemperare, hanc epistolam exaramus : primum quidem salutantes, ut a nobis tenuibus

NOTÆ.

(2) In cod. Reg. σι'.

Digitized by Google

fieri par est, atque hoc ipsum approbantes ac superapprobantes, quod vocem nostram audire cupit, qui miselli sumus et peccatores. Etenim hoc argumentum est pietatis non vulgare, quod celsitudine sublimis ad humilium vocem inflectitur, ac præsertim hoc tempore, quando plerique etiam valde amicos homines aversantur, ne dicam obscuriores : deinde commonefacientes, ut cum moderatione præsitis et subditos divine regatis.

Nam si omnis principatus et potestas a Deo est ordinata, sicut loquitur Apostolus [83], perspicuum est eum, qui principatum et potestatem obtinet, Dei more populum sibi commissum regere debere : tum ut incorrupta sint ipsius judicia in iis quæ in disceptationem et controversiam veniunt : tum ut benigno pacatoque vultu cernat adeuntes, facilisque aditus fiduciam det eloquendi quod opus est. Mendicus enim, ut aiunt, non sustinet minas. Dehinc ad mendici et abjecti res descendere, et castigare quidem ubi necesse est, castigare autem non per iram, sed studio emendationis, absque perturbatione animi; neque per verberum frequentiam : quod enim immite est, Deo non placet : sed judicium adhibeat, quantum satis est, ut quod extra disciplinam est revocet, correctionemque efficiat, sicut filio pater, et sicut medicus ægroto. Ac beatus ille qui ad hunc modum vel civili præest imperio vel militari. Nam et Moyses Dei famulus populum regens, et Jesus filius Nave copias ducens, multique non solum regum, sed judicum et principum, qui vel ante legem, vel sub lege, vel post gratiam imperarunt, primasque tenuerunt. Domino placuere, quod cum pietate administrarent. Hoc igitur exemplo te, laudatissimum et desideratissimum dominum nostrum, præesse cupimus, et oramus, atque inter hos sanctos et admiratione dignos viros recenseri. Nec vero admonitionem nostram sic accipias quasi ab arrogantia profectam, sed potius tanquam a charitate; quoniam amamus te, qui Deum amas, et amicitiæ argumentum est, utilia ei qui amatur, loqui : quod ostenderunt humiles litteræ nostræ. Tribuat autem nobis bonus Deus noster, ut coram in colloquium tandem aliquando veniamus, et bonis quæ in te sunt perfruamur : ut quæ fama et audito non exhibet coram hæc oculata cognitio demonstrans, paratiores nos reddat capacioresque ad amicam conjunctionem : quando quidem a bono tabellario didicimus, pietatem tuam non paucis egregiis facinoribus insignitam, quam utinam Dominus ut pupillam oculi, noxias omnes injurias superantem custodiat, servetque ad ipsius regnum quod in cœlis est.

CCVIII. — *Antonio episcopo.*

Studium ejus erga Christi confessores prædicat : tum metropolitæ Synadorum, et quorumdam aliorum mortem nuntiat.

Decenti compellatione nunc usa est paterna san-

[83] Coloss. I, 16.

τοῦτο ἀποδεχόμενοι καὶ ὑπεραποδεχόμενοι, ὅτι γλίχεται τῆς φωνῆς ἡμῶν ἀκοῦσαι οἰκτρῶν ὄντων καὶ ἁμαρτωλῶν. Καὶ γὰρ εὐσεβείας δεῖγμα τοῦτο οὐ τὸ τυχόν, ὅτι ὁ ὑψηλὸς τῇ ὑπεροχῇ πρὸς τὴν τῶν ταπεινῶν φωνὴν ἐπικάμπτεται, καὶ μάλιστα ἐν τῷ παρόντι καιρῷ, ὁπότε ἀποτροπάδην οἱ πολλοὶ, καὶ τοὺς ἄγαν φίλους ἔχουσι, μὴ ὅτιγε καὶ τοὺς ἀφανεστέρους· ἔπειτα ὑπομιμνήσκοντες μεθ' ὑποστολῆς ἄρχειν, καὶ διέπειν τὸ ὑπήκοον θεοπρεπῶς.

Εἰ γὰρ πᾶσα ἀρχὴ καὶ ἐξουσία ἀπὸ Θεοῦ ἐστι τεταγμένη, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, δηλονότι ὁ ἄρχων καὶ ὁ ἐξουσιάζων θεοτελῶς ὀφείλει διεξάγειν τὸν ὑπὸ χεῖρα λαόν· τοῦτο μὲν ἐν ἀδεκάστοις κρίμασι τῶν ἐν ταῖς διαδικασίαις ἀμφισβητουμένων· τοῦτο δὲ καὶ ἐνευμενεῖ καὶ εἰρηνικῷ προσώπῳ ὀπτάνεσθαι τοὺς προσιόντας, καὶ διδόναι τῇ εὐπροσίτῳ παραδοχῇ θάρσος φθέγγεσθαι τὸ παριστάμενον. Πτωχὸς γὰρ, φησὶν, οὐχ ὑφίσταται ἀπειλήν. Εἶτα καὶ περὶ τὸ πτωχὸν μέρος καὶ τεταπεινωμένον ἐπικάμπτεσθαι, καὶ παιδεύειν μὲν ὁπηνίκα ἡ χρεία ἀναγκάζει· παιδεύειν δὲ μὴ ἐν θυμῷ, ἀλλὰ σκοπῷ διορθώσεως ἀταράχως· μηδὲ ἐν πολλαῖς μάστιξι· τὸ γὰρ ἀπηνὲς ἄφιλον Θεῷ· ἀλλ' ἐγκεκριμένως, καὶ ὅσον τὸ ἀπαίδευτον ἀναστεῖλαι, καὶ τὸ διορθωτικὸν περιποιήσασθαι· οἷα πατὴρ παιδὶ, καὶ ὡς ἰατρὸς τῷ κάμνοντι. Καὶ μακάριος ὁ οὕτως δημαγωγῶν καὶ στρατηγῶν. Ἐπειδὴ καὶ Μωσῆς ὁ θεράπων τοῦ Θεοῦ ἀρχικὸς, καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ στρατηγὸς, καὶ πολλοὺς ἔστι φάναι, ὅσοι οὐ μόνον ἐν βασιλεῦσιν, ἀλλὰ καὶ κριταῖς καὶ ἄρχουσι, καὶ πρὸ νόμου, καὶ ἐν νόμῳ, καὶ μετὰ τὴν χάριν ἀρχαῖζοντες καὶ πρωταρχοῦντες, εὐηρέστησαν τῷ Κυρίῳ σὺν εὐσεβείᾳ ἀναστρεφόμενοι. Ταύτῃ δὴ οὖν καὶ σὲ τὸν πανεύφημον καὶ ἐπιπόθητον ἡμῶν Δεσπότην φιλοῦμεν καὶ αἰτοῦμεν διέπειν· καὶ τούτοις δὴ τοῖς σεσωσμένοις καὶ ἀξιαγάστοις ἐναρίθμιον γενέσθαι. Καὶ μή τοι δέξῃ τὴν ὑπόμνησιν ἡμῶν ὡς αὐθαδιασμὸν, ἀλλ' ὡς ἀγαπητικὸν τρόπον· ἐπειδὴ φιλοῦμέν σε φιλοῦντα τὸν Θεὸν, καὶ φίλου δεῖγμα, τὰ ἐπωφελῆ φθέγγεσθαι τῷ φιλουμένῳ· ὅπερ δέδειχε τὸ εὐτελὲς ἡμῶν γράμμα. Ἀξιώσειε δὲ ἡμᾶς ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ἡμῶν καὶ εἰς τὴν κατ' ὀφθαλμοὺς ὁμιλίαν ὀψέ ποτε ἐλθεῖν, καὶ ἀπολαῦσαι τῶν ἐν σοὶ καλῶν· ἵνα ὅσα ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς οὐ παρίστησι, ταῦτα ἡ αὐτοπτικὴ ἱστορία ὑποδείξασα ἐνεργεστέρους ἡμᾶς καταστήσειε τῆς φιλικῆς ἀνακράσεως· ἐπειδήπερ ἐξεδιδάχθημεν παρὰ τοῦ χρηστοῦ γραμματηφόρου, οὐκ ὀλίγων κατορθωμάτων κεχαρακτηρίσθαι τὴν εὐσέβειαν ὑμῶν· ἣν καὶ διασώσειεν ὁ Κύριος ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ, ὑπερθέουσαν πάσης βλαπτικῆς ἐπηρείας, καὶ σώσειεν εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον.

ΣΗ' (3). — *Ἀντωνίῳ ἐπισκόπῳ.* [ωκέ.]

Πρέπουσαν προσφώνησιν ἡ πατρικὴ σου ἁγιωσύνη

NOTÆ.

(3) In cod. Reg. σια'.

Digitized by Google

πεποίηται τὰ νῦν, οὐκ ἐφ' ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς, ἄπαγε· σύνισμεν γὰρ ἑαυτοὺς οἷοί ἐσμεν ὡς ἀποδέοντες καὶ τῶν ἐν τῷ ἐσχάτῳ βαθμῷ ἀπονενεμημένων κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς λόγον· ἀλλὰ τοῖς πᾶσι θείοις τε Πατράσι καὶ ὁμολογηταῖς ὥσπερ τις ἄγγελος ἀγαθὸς ἀναγγέλλων τὰ προσαγορευτικά, καὶ συνδέων τοὺς ἅπαντας ἡμᾶς τῷ ἀγαπητικῷ τρόπῳ γε [f. Καίγε τοῦτο.] Τοῦτο δίκαιον καὶ προσῆκον, τοὺς ἄλλους ἀλλαχῆ διεσπαρμένους διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν μαρτυρίαν τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, φθέγγεσθαι ἀλλήλοις τοῖς γράμμασι καὶ συνάπτεσθαι πνευματικῶς τοῖς ὑπομνήμασι· καὶ μηδαμῶς τῇ ἀφωνίᾳ ὡς τεθνεῶτας λελογίσθαι. Τοῦτο γὰρ ἴσμεν καὶ τὸν μακάριον ἀπόστολον Παῦλον σὺν τοῖς ὁμοταγόσι θεοστόλοις ἀλλήλους μακρόθεν φωνοῦντας, καὶ εἰς ταυτὸν ἐρχομένους τῷ συναπτικῷ λόγῳ, καὶ τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας Θεοῦ καταγγέλλοντας παντὶ τῷ κόσμῳ· ἐν ᾧ καὶ ἡμᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν, θέμενον παρεγγυᾷ· *Λάλει γὰρ*, φησὶ, *καὶ μὴ σιωπήσῃς, ὅτι λαός μοι πολύς ἐστιν ἐνταῦθα.* Καὶ ἀλλαχοῦ· *Ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ.* Ὥστε φοβερὸν κρῖμα τῆς σιωπῆς, καὶ ταῦτα ἐν τῇδε τῇ ἐθελοκάκῳ κωφεύσει τῶν αἱρετιζόντων. Ὑπὲρ ἡ ἁγιωσύνη σου καθὰ γέγραφεν ἐνεργοῦσα θεοπρεπῶς πολλοὺς πειρασμοὺς ὑφίστασθαι φαίη παρὰ τῶν οὐκ ἐθελόντων λόγον ὅτιον ἐνηχεῖσθαι· ἀλλ' ἠρνημένων τὴν θεόγραπτον Χριστοῦ εἰκόνα, τῆς Θεοτόκου, καὶ οὐτινοσοῦν τῶν θεραπόντων αὐτοῦ. Μένοις οὖν, τριπόθητε, *ἐπὶ τῆς λυχνίας* τοῦ λόγου κείμενος εὐαγγελικῷ προστάγματι, *καὶ λάμπων πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ*· ὡς ἂν ἁπλοῦντες τὰς ὄψεις, τὸ φῶς εἰσδέχοιντο· οἱ δὲ μύοντες τὰς αἰσθήσεις, τῆς οἰκείας ἀδλεψίας τὸν καρπὸν δρέψωνται. Καίγε εὔξαιο τοῦτο καὶ ἡμᾶς ποιεῖσθαι, καὶ ἀνένοχον τὸ τῆς προστασίας δῶρον ἀπενέγκασθαι. Γινώσκειν δέ σε βουλόμεθα, ὅτι εἷς τῶν λαμπτήρων ἀπέπτη πρὸς Κύριον· οὗτος δὴ ὁ ἁγιώτατος Μητροπολίτης Συνάδων· ἐπεὶ καὶ πρότερον οἱ κλεινοὶ ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες, Ἀθανάσιος ὁ τοῦ Παυλοπετρίου καθηγεμὼν, καὶ Ἰωάννης ὁ τῆς Χαλκίτου καθηγητής. Καὶ οἱ αἱρετικοὶ μὲν δοκοῦσιν ὑποτέμνεσθαι τὸ ὁμολογητικὸν πλήρωμα τοῦ Χριστοῦ. Ἀγνοοῦσι δὲ, ὅτι καὶ μᾶλλον πληθύνεται ζήλῳ τῶν προηθληκότων συνανιπτάμενον, καὶ τὸ πτεροῤῥυῆσαν τυχὸν στίφος. Χριστὸς δὲ ἔτι καθεύδει, τοῖς μὲν ὑπανοίγων θύραν χρηστότητι ἀνεκδιηγήτῳ, τῶν δὲ δοκιμάζων τὸν πόθον ἐν ὑπομονῆς στεφανώματι, τοὺς δὲ καὶ ὡς χρυσὸν δεδοκιμασμένον προσλαμβάνων ἑκάστοτε εἰς διάδημα κάλλους δόξης αὐτοῦ. Ταῦτά σοι παρ' ἡμῶν, ὦ μακάριε. Αὐτὸς δὲ ἔτι δυσωπήσειας τὸν Θεὸν, εἰρήνην ἐμποιῆσαι τῇ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ· ἐκτὸς ἁπάντων κακὸν ἐκ μέσου, καὶ τοὺς ὑπολελειμμένους ἡμᾶς ἀξιῶν εἰς τὴν κατ' ὀφθαλμοὺς ὁμιλίαν ἐλθεῖν ἐλθεῖν, καθὰ καὶ εὐκτικῶς ὑπεδήλωσας.

A etitas tua non propter nos humiles, absit; novimus enim ipsi quales simus, utpote miseriores iis qui postremum virtutis gradum sortiti sunt; sed propter omnes divinos patres et confessores, velut bonus quidam nuntius alloquia deferens nosque omnes charitatis affectu devinciens. Hoc certe justum et conveniens, eos qui alio dispersi sunt propter verbum Dei, et testificationem unigeniti ejus Filii Domini nostri Jesu Christi, colloqui mutuo per litteras, et spiritualiter per commonitiones colligari; nec ullatenus per silentium tanquam mortuos reputari. Sic enim scimus beatum Paulum apostolum cum sociis eminus inter se locutos et per commercium sermonis una conspirantes, Evangelium regni Dei annuntiasse universo mundo: in quo B nos etiam Spiritus sanctus, etsi audacius est dicere, constituens, mandat: *Loquere*, inquit, *et ne sileas, quia populus meus multus est hic*[84]. Et alibi: *Si subtraxerit se, non placebit sibi anima mea in illo*[85]. Quocirca formidabile est judicium silentii, in hac præsertim maligna surditate hæretizantium. Quod quidem sanctitas tua, quemadmodum scripsit, sedulo riteque dum exsequitur, molestias plurimas ab iis sustinet, qui sacrum verbum audire nolunt; sed a Deo pictam Christi, Deiparæ, vel cujusvis servorum ejus imaginem rejiciunt. Perge autem, desideratissime, qui *super candelabrum* Verbi, Evangelica voce es positus, *lucens in omnibus qui in domo sunt*,[86] ut qui oculos aperiunt lumen excipiant; qui vero C sensus occludunt, cæcitatis suæ fructus colligant; et ora utique, ut hoc et nos præstemus, culpaque vacuum præfecturæ donum reportemus. Scire porro te volumus, unum de luminaribus ad Dominum avolasse; is est sanctissimus metropolita Synadorum; ac prius etiam præclaros fratres et patres, Athanasium Paulopetrii moderatorem, et Joannem rectorem Chalcitæ. Et putant quidem hæretici, numerum succidi confessorum Christi: ignorant autem, æmulatione præeuntium athletarum, augeri potius agmen convolantium, cœtumque alas explicantium: Christum vero adhuc dormire, atque aliis quidem januam aperire bonitate ineffabili; aliorum explorare studium proposita patientiæ corona; alios, tanquam probatum aurum, D ubique semper assumere ad diadema decoris gloriæ suæ. Hæc tibi a nobis, o beate. Tu vero perge Deum exorare, ut pacem Ecclesiæ suæ largiatur; mala omnia evellens de medio, et nos, qui residui sumus, dignos censeat, qui ad intuitus congressum veniamus, sicut optare te significasti.

ΣΘ'. (4) *Διονυσίῳ μοράζοντι.* [ωκς'] CCIX. — *Dionysio monacho.*

Pœnitentem, et ad rectæ fidei confessionem reversum, confirmat.

Οἱ παρὰ τῶν ἐπιστημόνων ἰατρῶν θεραπευόμε- Qui a peritis medicis curantur deteriorum in-

[84] Psal. xxxviii, 13. [85] Hebr. x, 38. [86] Matth. v, 15.

NOTÆ.

(4) In cod. Reg.

Digitized by Google

spectione opus non habent; etsi ex charitate aliquos interdum benevolentes non respuunt. Quare supervacaneam rem egit fraterna reverentia tua, cum a Patre nostro Dei amantissimo archiepiscopo Dyrrachii sanata, non conquievit: sed a nobis etiam infimis et abjectis curationem expetiit. Sed quandoquidem permovit nunc vos charitatis ratio ut scriberetis; persuasit et nobis, qui nihili sumus, ut vobis rescriberemus, nobisque vos charitatis affectu conjungeremus. Debent enim, etsi nulla res cogat, qui institutum idem amplexi sunt, eumdem etiam sensum amplectentes, amanter inter se contemperari. Nam eo quod multiplicata est iniquitas, refrixisse charitatem multorum, dixit Dominus [87]. Quod igitur circa curationem vestram a sanctissimo archiepiscopo statutum est, integre observetur. Hoc vero adhortamur, et admonemus, non fatiscere, ad ea respectantes quæ retro sunt, neque ad exitiosam submissionem his aut illis quibuslibet indiciis abduci. Sufficiunt enim præterita: de quibus gemere, et cum lacrymis deprecari perpetuo debemus, plorare ac lamentari, quod cum ejusdem habitus fratres, velut aquilæ, sursum per confessionem evolarint, nos sub hæresis laqueo detinemur; dumque illi persecutionem patiuntur, nos domi manemus: et cum illi usque ad martyrium decertaverint, nos negatores, si non corde, ore tamen manuque, facti sumus: et, aliis in carcere detentis fameque enectis, nos liberi et securi vivimus. Quo igitur modo hæc animo versanda non sunt, vel horum causa non lugendum? « Quo pacto, ait magnus Basilius, cum Job ero, qui nec minimam afflictionem cum gratiarum actione suscepi? quomodo cum unoquoque sanctorum, qui per eorum vestigia vitam non duxi? » Videte, fratres, cujusmodi sint terrores: quantum intercedat discriminis. *Quid proderit*, inquit, *homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur* [88]? Nonne hæc Domini vox est? Timeamus ergo et contremiscamus: ac de prioribus quidem veniam porro imploremus; in posterum autem recto gressu ambulemus, non vacillantes ullo modo, neque in duas partes, quod scriptum est, claudicantes [89]; sed in Dei mandatis recta incedentes, fidem sinceram, vitamque doli expertem conservantes; ut hæreditatem adipiscamur, non agrorum et vinearum, et ficorum, et quæcunque sunt morti obnoxiæ et corruptibilis vitæ; sed bonorum quæ promissa sunt, vitæ æternæ, regnique cœlorum. Quod enim contrariis actionibus rependatur merces ipsis contraria, absit ut cogitemus aut dicamus. Pax vobis, fratres in Domino. Pacifici estote invicem; orate pro nobis fratribus; consolamini.

A νοι, οὐ χρείαν ἔχουσι τῆς τῶν ὀφειλόντων ἐπισκέψεως· εἰ μή τι ἄρα ἀγάπης τρόπῳ ἀφοσιούμενοι τοὺς γησιεύοντας. Ὥστε καὶ ἡ ἀδελφικὴ ὑμῶν τιμιότης περιττόν τι ἂν εἰργάζετο, παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἡμῶν πατρὸς καὶ ἀρχιεπισκόπου τοῦ Δυρραχίου ἰαθεῖσα καὶ μὴ ἐμμείνασα, ἀλλ' ἔτι καὶ παρ' ἡμῶν τῶν ὀφειλόντων θεραπείαν ἐπιζητοῦσα. Ἀλλ' ἐπεὶ ὁ λόγος τῆς ἀγάπης κεκίνηκε νῦν ὑμᾶς ἐπιστεῖλαι, πέπεικε καὶ ἡμᾶς τοὺς οὐδαμινοὺς ἀντεπιστεῖλαι ὑμῖν, καὶ συνάψαι πρὸς ἑαυτοὺς τῇ ἀγαπητικῇ διαθέσει. Χρὴ γὰρ, καὶ δίχα τινὸς ἀναγκαίου, τοὺς τὸ αὐτὸ ἐπάγγελμα ἐπανῃρημένους, καὶ τὸ αὐτὸ οὖν φρόνημα ἀσπαζομένους ἀγαπητικῶς συνανακρᾶσθαι. Καὶ γὰρ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγῆναι τὴν τῶν πολλῶν ἀγάπην, ὁ Κύριος εἴρηκε. Τὸ μὲν

B οὖν τῆς ἰατρείας ὑμῶν κατὰ τὸ κεκανονισμένον ὑπὸ τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, συντηρείσθω ἄνοσον. Τοῦτο δὲ παραινοῦμεν καὶ ὑπομιμνήσκομεν, μὴ ὑφιζάνειν πάλιν εἰς τὰ ὀπίσω· μηδὲ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν ὑπόπτωσιν ἀπάγεσθαι διὰ τῶνδε καὶ τῶνδε τῶν γνωρισμάτων. Ἀρκεῖ γὰρ καὶ τὰ πάλαι· ἐφ' οἷς καὶ ὀφείλομεν στένειν καὶ ποτνιᾶν εἰς τὸ ἀεὶ, κλαίειν τε καὶ οἰμώζειν, ὅτι τῶν ἀδελφῶν ὁμοσχήμων, μεταθέντων ὡς ἀετῶν ὑψοῦ τῇ ὁμολογίᾳ· ἡμεῖς ὑπὸ παγίδα κεκρατήμεθα τῆς αἱρέσεως· ἐκείνων διωκομένων, ἡμεῖς οἶκοι μένομεν· καὶ τῶνδε ἠθληκότων μαρτυρικῶς, ἡμεῖς ἔξαρνοι γεγόναμεν χειρὶ καὶ στόματι, κἂν οὐ καρδίᾳ· καὶ ἄλλων φυλακιζομένων καὶ λιμοκτονουμένων, ἡμεῖς ἐν ἀδείᾳ διήγομεν. Πῶς οὖν

C οὐκ ἐνθυμητέον ταῦτα, καὶ διὰ τάδε ὀδυρτέον; « Πῶς ἔσομαι, φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος, μετὰ Ἰὼβ ὁ μηδὲ τὴν τυχοῦσαν θλῖψιν μετ' εὐχαριστίας δεξάμενος; πῶς δὲ μεθ' ἑκάστου τῶν ἁγίων, ὁ μὴ τοῖς ἴχνεσιν αὐτῶν ἐμπολιτευσάμενος; » Ὁρᾶτε, ἀδελφοὶ, οἷα οἱ φοβερισμοὶ, οἷα τὰ διαστήματα. *Τί*, φησὶν, *ὠφελήσει ἄνθρωπον, ἐὰν ὅλον τὸν κόσμον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ*; Οὐχὶ τοῦ Κυρίου φωνὴ αὕτη; Οὐκοῦν φοβηθῶμεν καὶ τρομάξωμεν· καὶ περὶ μέν τι τῶν προτέρων δεηθῶμεν ἔτι τὴν συγχώρησιν· πρός τε τὰ ἐξῆς βαδιούμεθα ὀρθοποδοῦντες, μηδ' ὅλως σκελιζόμενοι· μηδ' ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς

D ἰγνύαις χωλανοῦντες, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἀλλ' εὐθυποροῦντες ἐν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Θεοῦ· τὴν πίστιν ἀκραιφνῆ, τὴν πολιτείαν ἀκίβδηλον συντηροῦντες· ἵνα κληρονομήσωμεν, οὐκ ἀγροὺς, καὶ ἀμπελῶνας, καὶ συκᾶς, καὶ ὅσα τῆς ἐπικήρου καὶ φθειρομένης ζωῆς· ἀλλὰ τὰ ἐν ἐπαγγελίαις ἀγαθὰ, τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Τὸ γὰρ ἐναντίον ἐκ τῶν ἐναντίων πράξεων ἀπάντημα, ἀπεὶη καὶ ἐννοεῖν καὶ λέγειν. Εἰρήνη ὑμῖν, ἀδελφοὶ ἐν Κυρίῳ. Εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις· εὔχεσθε ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀδελφῶν· παρακλήθητε.

[87] Matth. xxiv, 12. [88] Matth. xvi, 26. [89] Hebr. xii, 13.

Digitized by Google

ΣΓ (5) — *Ἰωσὴφ καθηγουμένῳ τῶν Κεραμέων.* [ωκη'] A CCX. — *Josepho præposito Cerameorum.*

Defle' obitum metropolitæ. Deinde hunc Josephum ad perseverantiam cohortatur

Καὶ πρὸ τῆς ἐλεύσεως τοῦ καλοῦ Σεργίου ἠκουτίσθη ἡμῖν τὸ περὶ τὸν μακάριον Μητροπολίτην πένθος ὑμῶν, ὦ ἀδελφοὶ τιμιώτατοι· καὶ ὅσον ἐστενάξαμεν, προσθεῖην δ' ἄν, καὶ ἐδακρύσαμεν, οἶδεν ὁ τῶν κρυπτῶν [Cod. Reg. γνώστης.] Ἐπειδὴ κοινὸς ὁ Πατὴρ καὶ ὑμῶν καὶ ἡμῶν, φίλος τε πιστός· τὸ παρὰ πᾶσι ζητούμενον καὶ σπάνιον εὑρισκόμενον. Ὦ πῶς κατέπεσε στύλος τῆς Ἐκκλησίας ἀκράδαντος; πῶς δὲ ἀπεσβέσθη φῶς τῶν ἐν σκότει, καὶ τὸ ὑμέτερον ἰδιαίτατον αὔγασμα; σεσίγηκε γλῶσσα ἡδυεπὴς, ᾤχετο νοῦς ἐμφρονέστατος· ὑπεσπάσθη ἔρεισμα πίστεως, πρόμαχος Ἐκκλησιῶν, μειλίχιος λόγος, πειθήνιος φωνή· πᾶν ὅσον καλὸν καὶ ᾄδεται περὶ τοῦ ἀνδρὸς καὶ γνωρίζεται. Καὶ γεγόναμεν, οὐ λέγω τὸ ὑμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ τῶν ὀρθοδόξων πλήρωμα, ὀρφανοὶ ἐπὶ προλαβούσαις ὀρφανίαις. Προὔλαβεν ὅδε ὁ μακάριος Πατήρ· ἐπηκολούθησεν ἕτερος· συναπέπτη ἄλλος· σχεδὸν πάντες οἱ φωστῆρες τῶν πιστῶν ἔδυσαν, κομιδῇ ὀλίγων ἐναπολειφθέντων. Καὶ στυγνάζει μὲν ὁ οὐρανὸς, νέφει περιεχόμενος· στυγνάζει δὲ ὅτι μάλιστα ἡ Ἐκκλησία νῦν, τοὺς ἀστέρας αὐτῆς ἀποβεβληκυῖα. Πλὴν ὅμως ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος εἵληφε τοὺς Πατέρας [Cod. Reg. ἀστέρας.] μακαρίῳ τέλει ἀποδιώσαντας· καὶ αὐτὸς ὑπέσχετο *ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος* ἔσεσθαι μεθ' ἡμῶν. Ὥστε εἰ καὶ λυπηρὰ τὰ παρόντα· ἀλλὰ πάλιν περιχαρῆ διὰ τὴν ἐλπίδα, ὅτι ἔχομεν εἰς Θεὸν τοὺς Πατέρας ἡμῶν ὑπερασπιστὰς, ἄνωθεν ἐποπτεύοντας ἡμᾶς ἵλεως, καὶ κάμπτοντας εἰς τὸν περὶ ἡμᾶς οἶκτον, τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα. Λοιπὸν ἐφ' ὑμῖν ἐπιστρεπτέος ὁ λόγος. Οὐ πολύμνιόν ἐστε ἠπορημένον, ὦ ἀδελφοί. Ὁ γὰρ καλὸς ἀρχιποίμην ὑμῶν, ὁ τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου ὁμώνυμος, ἤδη καὶ ἐτύπωσε καὶ ἐστοιχείωσεν, ἔτι τε ζῶν ἡγούμενον ὑμῖν προεστήσατο· καὶ πᾶν ὅτι οὖν ὀφειλόμενον διετάξατο· καὶ ὅλον ἐνιαυτὸν, ὡς ἤδη ἀπαίρων καθ' ἑκάστην ἡμέραν, τοὺς συνταχτηρίους λόγους ἐπιφωνῶν, κατήρτισεν ἕνα ἕκαστον· καὶ εὐχῆς μὲν ἔργον, μὴ κατὰ τὴν δυσκολίαν τοῦ χρόνου, ἄλλως ἀπαντήσει τὰ πράγματα, ἀλλ' ὡς διετάξατο, διαμεῖναι καὶ ὑμᾶς καὶ αὐτά. Οὐ μὴν εἰ δ' ἐναντίας ἔλθοι, τούτου χάριν προέσθαι ὑμᾶς τὴν ἀλήθειαν· ἀλλὰ καθὼς κἀκεῖνος διετάξατο ἐγγράφως, πάντα σκύβαλα ἡγήσασθαι διὰ Χριστὸν, καὶ μὴ προδοῦναι τοὺς περὶ πίστεως καὶ ἀληθείας λόγους.

Et ante adventum boni Sergii, de luctu vestro circa beatum metropolitam audiveramus, fratres honoratissimi: quantum ingemuerimus, addam autem, lacrymati simus, novit occultorum Cognitor. Communis quippe pater erat et vester et noster, fidusque amicus, qualis ab omnibus quæritur, et raro invenitur. O quomodo cecidit columna Ecclesiæ inconcussa? quomodo exstinctum est lumen in tenebris commorantium, et splendor vester peculiaris? ob mutuit lingua suaviloqua, abiit mens prudentissima, convulsum est columen fidei, propugnator Ecclesiæ, mellifluus sermo, vox persuadens: quidquid denique boni de viro prædicatur et agnoscitur. Et facti sumus, non dico vos tantum, sed omnes ubique orthodoxi, orphani supra præcedentes orbitates. Antecessit beatus hic Pater, subsecutus est alter, simul avolavit alius, omnia prope fidelium lumina occiderunt, paucis admodum relictis. Et tristatur quidem cœlum nubibus circumfusum; tristatur autem in primis nunc Ecclesia, stellis suis sibi detractis. Verumtamen Sol justitiæ assumpsit Patres beato exitu vita functos: et ipse nobiscum *usque ad consummationem sæculi* [90] futurum se promisit. Quare licet tristia sint præsentia, læta sunt rursus propter spem, quod Patres nostros apud Deum protectores habeamus, ab alto nos benigne respicientes, ejusque bonitatem ad nostri commiserationem inflectentes. De cætero ad vos convertenda est oratio. Haudquaquam destitutus grex estis, fratres. Egregius enim vir, primus pastor vester, beati Petri apostoli cognominis, jam vos erudivit et informavit, et cum adhuc viveret, præpositum vobis præfecit; et quæ debebat, omnia constituit; totoque anno, velut diebus singulis migrans, comparatis ad discessum verbis vos alloquens, perfecte instruxit unumquemque; adeoque optandum est, ut non aliter, ob temporis difficultates, res succedant; sed sicut ipse constituit, ita permaneatis et vos, et res ipsæ. Neque tamen, si quid contra evenerit, idcirco abjiciatis vos veritatem; sed, quemadmodum scripto ille præcepit, omnia propter Christum arbitremini ut stercora, et in fidei veritatisque defensione non prævaricemini.

Ταῦτα μὲν πᾶσιν ὑμῖν λεκτέον, προηγουμένως δὲ σοὶ τῷ κυρίῳ καθηγεμόνι· ἐπειδὴ οἷον τὸ ἄρχον, καὶ τὸ ἀρχόμενον πέφυκε γίνεσθαι. Καί γε ἅπαξ ἁλώκαμεν ἐπὶ τῇ αἱρετικῇ κοινωνίᾳ, φειδοῖ τῶν ὁρωμένων· μὴ πάλιν, δέομεθα καὶ ὑπομιμνήσκο-

Hæc omnibus quidem vobis dicenda; sed tibi potissimum domino præposito; quia quales sunt qui præsunt, tales esse solent et subditi. Et quidem semel deprehensi sumus in hæretica communione, propter studium rerum visibilium: ne iterum,

[90] Matth. XXVIII, 20.

NOTÆ.

(5) In cod. Reg. σιγ'.

Digitized by Google

oramus et admonemus, propter monasteria, vineasque et oliveta et ficeta, quæ nos postmodum sicut patres nostri relicturi sumus, et relicturi in sæcula, attentum instituti nostri studium negligamus, polluamurque heterodoxa communione, prava exempla hinc inde circumspicientes. Non ista nobis auxilio erunt tempore mortis, in hora judicii ; sed bona conscientia, et inculpabilis conversatio. Atque hæc nos sic hortamur, non tanquam velimus grave aliquid vos pati, sed quod tanquam fratres fratribus opem ferre cupiamus, prout mandato præceptum est. Etenim miseret nos, compatimurque domino Gregorio, spirituali fratri nostro, ut qui prospere jam consenuerit, talisque sit qualem nostis, tum ex carnis officiis, tum ex spiritualibus recte factis : quique Christum imitatus humilitate, subire omnia maluerit, quam adversus paternas definitiones quidquam perpetrare. Donetur vobis per gratiam pax Dei, quam sanctis apostolis suis ad cœlos abiens impertiit ; quinetiam et mutua inter vos dilectio. *In hoc enim*, ait, *cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem* [91]. Bono sis animo, domine præposite ; et ipse dominus Gregorius ; tum et cæteri omnes ex ordine ; universi tristitiam refugientes, et tanquam novum quiddam iter, spirituale certamen vestrum obeuntes : pro nobis etiam humilibus orantes *meliora et viciniora saluti* [92].

μεν, διὰ μοναστήρια, ἀμπελῶνάς τε καὶ ἐλαιῶνας καὶ συκῶνας, ἃ μικρὸν ὕστερον καὶ ἡμεῖς ὡς οἱ πατέρες ἡμῶν καταλείψομεν εἰς αἰῶνας, προδῶμεν τὴν ἀκρίβειαν τοῦ ἐπαγγέλματος, καὶ χρανθῶμεν τῇ ἑτεροδόξῳ κοινωνίᾳ, τὰ σκαμβὰ ὑποδείγματα κύκλοθεν περιβλέποντες. Οὐ προστήσεται ἡμῖν ἐν καιρῷ θανάτου, ἐν ὥρᾳ κρίσεως εἰς βοήθειαν ταῦτα· ἀλλὰ τὸ χρηστὸν συνειδὸς, καὶ ἡ ἀκατάγνωστος πολιτεία. Καὶ ταῦτα οὐχ ὡς βουλόμενοι ὑμᾶς πάσχειν τι δεινὸν, προτρεπόμεθα· ἀλλ' ὡς ἀδελφοὶ ἀδελφοῖς βοηθεῖν προαιρούμενοι κατὰ τὴν κελεύουσαν ἐντολήν. Ἐπεὶ καὶ κατελεοῦμεν, καὶ οἰκτείρομεν τὸν κύριον Γρηγόριον τὸν πνευματικὸν ἡμῶν ἀδελφὸν, ὡς ἤδη λιπαρῶς γεγηρακότα, καὶ τοιοῦτον ὄντα οἷον ἴστε, ἀπό τε τῶν σαρκικῶν καθηκόντων, καὶ ἀπὸ τῶν πνευματικῶν κατορθωμάτων· εἰ καὶ ὅτι χριστομιμήτῳ ταπεινώσει οἴσειν πάντα προέκρινεν, ἤ τι ἐναντίον τῶν πατρικῶν ὁρισμῶν διαπράξασθαι. Χαρισθείη ὑμῖν ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ, ἥνπερ ἐπεφθέγξατο τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ ἀποστόλοις ἀπαίρων ἐν οὐρανοῖς· ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ εἰς ἀλλήλους ἀγάπη. *Ἐν τούτῳ γάρ*, φησὶ, *γνώσονται πάντες ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις.* Εὐθύμει, ὁ κύριος· ὁ ἡγούμενος, αὐτὸς ὁ κύριος Γρηγόριος· εἶτα εἷς ἕκαστος τῶν ἐξῆς· ἀνανεύοντες ἅπαντες ἀπὸ τῆς λύπης, καὶ ὁδοποιοῦντες ὥσπερ νέαν τινὰ ὁδὸν τὸν πνευματικὸν ὑμῶν ἀγῶνα· προσευχόμενοι καὶ περὶ ἡμῶν τῶν ταπεινῶν *τὰ κρείττονα καὶ ἐχόμενα σωτηρίας.*

CCXI. — *Euphemio Sardensi.*

Abstinere a sacris functionibus debere eos, qui cum hæreticis communicaverant.

Tu quidem, o beate, consueta utens humilitate, nos inhonoratos verbis efferre non desinis. Nos vero plane te novimus et basim verbi esse, et firmamentum Ecclesiæ : maximeque hoc tempore, quando deseruerunt nos hi atque illi conspicui Patres, gloria orthodoxorum ; tuque velut fax prope unica discurris, prælucens iis qui in urbe remissiores sunt : multos illuminans, lucis inopia executientes, plures ad Deum adducens, per exuberantem, fluminis cujusdam instar, mellifluam doctrinam tuam. Verum tu nobis porro conserveris, vir desideratissime, imo Ecclesiæ universæ, ad stabilimentum, divinamque exsultationem. De presbytero autem, de quo significari jussisti, quomodo se habeat, et quod redemptus sit a captivitate barbarica, scimus et nos, singula ab ipsomet edocti. Sed vir iste nec vult, nec patitur, ex norma inter nos recepta se corrigi. Nosti enim, Deo dilecte, communi calculo confessorum, qui aut adhuc superstites sunt, aut paulo ante ad Dominum abierunt, statutum esse, ut sacris initiati, qui semel in hæretica communione deprehensi fuerint, a sacra functione penitus arceantur, quoad videlicet superna Providentia nos respiciat. Et quomodo ca-

ΣΙΑ' (6). — *Εὐφημίῳ Σάρδης.* [ωλέ'.]

Σὺ μὲν, ὦ μακάριε, τῇ συνήθει ταπεινοφροσύνῃ χρώμενος οὐ διαλιμπάνεις ἀποσεμνύνειν ἡμᾶς τοὺς ἀγεράστους. Ἡμεῖς δέ σε ἴσμεν, ὡς ἀληθῶς, καὶ κρηπῖδα τοῦ λόγου, καὶ ἔρεισμα τῆς Ἐκκλησίας· καὶ μάλιστά γε ἄρτι, ὁπηνίκα ἀπολελοίπασιν ἡμᾶς ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, οἱ διαφανεῖς Πατέρες, τὸ κλέος τῶν ὀρθοδόξων, καὶ ὡς εἰς σχεδὸν πυρσὸς ὑπερλάμπων τῶν ὑφειμένων διαθέεις τῶν ἐν ἄστει· πολλοὺς μὲν φωτίζων μυωπάζοντας ἐκ φωτολειψίας, πλείους δὲ προσάγων τῷ Θεῷ διὰ τῆς ἐπικλυζούσης, οἷον ῥεύματί τινι, μελισταγοῦς διδαχῆς σου. Ἀλλὰ φυλαχθείης ἡμῖν ἔτι, ὦ τριπόθητε· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ, εἰς στηριγμόν τε καὶ θεῖον ἀγαλλίαμα. Περὶ δὲ οὗ πρεσβυτέρου ἐκέλευσας σημᾶναι οὕτως καὶ οὕτως, εἶναί τε καὶ ἐκλελυτρῶσθαι τῆς βαρβαρικῆς αἰχμαλωσίας, σύνισμεν πρὸς αὐτοῦ τούτου ἕκαστα ἐκμεμαθηκότες. Ἀλλ' ὁ ἀνὴρ οὐ βούλεται, εἴτ' οὖν οὐκ ἀνέχεται, τῷ καθ' ἡμᾶς τύπῳ κεκανονίσθαι. Οἴσθα γὰρ, θεοτίμητε, ὅτι κοινῇ ψήφῳ τῶν τε ἔτι ὑπὲρ γῆν ὄντων, καὶ τῶν ἐναγχος ἐκδημησάντων πρὸς Κύριον ὁμολογητῶν, τοὺς ἅπαξ ἁλωκότας τῇ αἱρετικῇ κοινωνίᾳ ἱερωμένους εἴρχθαι τῆς ἱερουργίας, διώρισται, ἕως δηλονότι καιροῦ ἐπισκοπῆς τῆς ἄνωθεν προνοίας. Καὶ πῶς ἂν δυνηθείημεν

[91] Joan. XIII, 35. [92] Hebr. VI, 9.

NOTÆ.

(6) In cod. Reg. σιδ'.

Digitized by Google

λῦσαι τὸν κανόνα, καὶ διὰ τῆς τοῦ ἑνὸς παραδοχῆς νόμον ἐπὶ ἅπαντας τοὺς προειργμένους ἀποῖσαι, κἀν τούτῳ ὑπεναντία μὲν δρᾶσαι τῷ θείῳ ἡμῶν καὶ πρωτάρχῳ καθηγεμόνι· ὅτι μηδὲ ἁπλῶς αὐτὸς τοὺς τοιούτους εὐλογεῖν κοινὴν βρῶσιν ἀνέχεται· μὴ ὅτι γε πλέον τι ἐνεργεῖν ἱερατικῶς· τοὺς ἄλλους τε τῶν ὁμολογητῶν σκανδαλίσαι, καὶ ὑποῖσαι διχόνοιαν τοὺς ἀκριβείας ἀντεχομένους;

A nonem violare possimus, ac per susceptionem unius, legem eamdem ad omnes jam abstentos transferre; atque hac in re, contraria agere divino et primario moderatori nostro (quippe qui tales ne communem quidem cibum benedicere patitur; nedum ut amplius quidpiam sacerdotalis muneris exsequantur), reliquis etiam confessoribus scandalo esse, et dissensionis causam præbere iis, qui accuratam retinent disciplinam?

Κἂν τινες ἴσως ἔφθασαν τῇ κατ' αὐτοὺς διακρίσει διὰ τὸ στενὸν τοῦ χρόνου, καὶ τὸ τῶν ἐπιζητούντων ἀναγκαστικὸν, τινὰς τῶν πρεσβυτέρων μετὰ τὴν ἐπιτιμίαν ἀπολελυκέναι· ἡμῖν δὲ οὐδαμῶς τοῦτο κατεργάσασθαι ἄτερ τοῦ προέδρου· ὅτι καὶ νομιστέον εὖ ἔχειν τὸν λόγον τῆς καθείρξεως. Ποῦ γὰρ φανείη τὸ διάφορον τῶν προδωσάντων τὴν ἀλήθειαν, καὶ μή; τῶν γενναίως ἐνηθληκότων, καὶ μηδαμῶς ἑλομένων ὑπὲρ τοῦ καλοῦ τληπαθεῖν; Καὶ ποῦ ὁ Χριστὸς καὶ ὁ Βελίαλ, τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος· εἴπερ ἀναμὶξ τὰ πάντα, καὶ πρὸ κρίσεως συνοδικῆς, κρίσις· καὶ πρὸ εἰρήνης, εἰρήνη; Ἀπόμοτον τοῦτο, ὦ Πατέρων κράτιστε, ὡς ἡμῖν γε δοκεῖ· εἰποιμεν δ' ἂν καὶ τῇ ἀληθείᾳ. *Ἀρκετόν γε τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων*, ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος, *ὡς ἂν μὴ τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος*. Οὐ μὴν προακτέον εἰς τὸν ἀφ' οὗ εἴρχθη διὰ τὴν παράβασιν βαθμὸν, ἕως τοῦ δέοντος καιροῦ· ἵνα καὶ τὸ τοῦ πλημμεληθέντος εἶδος ἔτι κολάζοιτο παραπληκτικώτερον, καὶ ὁ τῆς ὑγιώσεως τρόπος ὑποφαίνοιτο διὰ τῆς προλήψεως τὸ ἱκανὸν ἔχων. Εἰ καὶ ὅτι ἐξαίρετά τινα κατ' ἀπορίαν, μὴ παρόντος σεσωσμένου, συγκεχώρηται δρᾶν ἱερατικῶς, ἃ καὶ συνεπίσταται ἡ τελειότης σου, ὁ ἤδη εἰργμένος ταύτῃ. Ἀλλ' οἷον ὅδε ὁ πρεσβύτερος καὶ πρὸ τῶν [Cod. Reg. τῆς] Βαρβάρων πεπραγμένα αὐτῷ συννοῶν, καὶ ὡς πολλοὺς τῇδε ἐφώτισε, καὶ δεῖν, φασὶ, διὰ πάντα ταῦτα λελυμένον εἶναι, οὐκ ἠνέσχετο ὑπελθεῖν ὁμοιοπαθῶς τοῖς ἐνταῦθα εἰρχθεῖσι· διὸ παρακεχωρήκαμεν αὐτῷ τὰ κατ' αὐτὸν, ὡς ἂν διακρίνοιτο πρᾶξαι· οὔτε λύσαντες, οὔτε εἴρξαντες. Ἔρρωσο ἐν Κυρίῳ, ὑπερεύφημε, ἡμεῖς τε καὶ οἱ μεθ' ἡμῶν ἀδελφοὶ πλεῖστα προσαγορεύομεν.

B Etsi autem jam aliqui fortasse tale de illis tulere judicium, propter temporis angustias, et flagitantium violentiam, ut presbyteros quosdam per pœnitentiam absolverent: nobis tamen nullo modo id fieri placet injussu antistitis: quia prohibitionis causam legitimam esse, censere debemus. Ubi enim eluceret discrimen illorum qui veritatem prodiderunt, et eorum qui non prodiderunt? eorum qui certamen strenue sustinuerunt, et eorum qui nec boni honestique studio dura perpeti voluerunt? Et ubinam Christus et Belial, lux et tenebræ, si confusa sunt omnia: et ante synodicum judicium, judicium; et ante pacem, pax? Vitandum hoc, Patrum optime, ut nobis quidem videtur, dixerim autem, etiam veritati: *Sufficit illi qui ejusmodi est, objurgatio hæc quæ fit a pluribus*, ut ait Apostolus, *ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui ejusmodi est* [93]. Sed in eum gradum, a quo per prævaricationem decidit, restituendus non est ante idoneum tempus; ut et qui deliquit, severius adhuc C puniatur; et sanationis modus id quod satis sit, per anticipationem habuisse videatur. Quanquam peculiaria quædam ob inopiam, quia innoxius aderat nullus, sacerdotis ritu obire permissus est (quod et perfectioni tuæ notum est), is ipse qui nunc prohibetur. Verum, quia hic presbyter, intelligens quæ apud Barbaros egerat, et quod multos ibi baptizasset, quodque propter hæc omnia absolutione indigeret, recusavit eadem subire quæ qui hic abstenti sunt: idcirco permisimus illi ut res suas pro arbitrio suo ageret, nec solventes illum, nec prohibentes. Vale in Domino, vir laudatissime. Nos, et qui nobiscum sunt fratres, plurimum salutamus.

ΣΙΒ'. (7) — *Ἰωάννῃ Γραμματικῷ.* ωλς'.

CCXII — *Joanni Grammatico* (*).

Quod adorari debeat imago Christi, non latria coli, sed Christus, qui in ea relative adoratur.

Χάριν ὁμολογῶ τῷ ἁγίῳ Θεῷ, ὅτι σου ἠκουτίσθην εἰ καὶ ὀψὲ τοῦ καιροῦ τὴν φίλην φωνήν· οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι χάριν εὑρεῖν τῷ ταύτην ἀσυφίλως [cod. Reg. ἀσυφίλῳ προπετείᾳ διακόψαντι] πρότερον διακόψαντι. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁμοῦ τῇ ἀποσκευῇ τῆς λύπης ἡ σοφή σου τιμιότης, καὶ τὸν περὶ τῆς σεπτῆς εἰκόνος τοῦ Χριστοῦ λόγον ἀντεξήγαγεν, ἐκεῖνο ἔχω λέγειν, ὦ τριπόθητε, ὅτι συνηγοροῦσαν, ἀλλ' οὐκ ἀντηγοροῦσαν τοῖς πρὸς ἐμοῦ ἀπεσταλμένοις πάλαι τὴν ἐναγχός σου ἐπιστολὴν συμβαίνουσαν εὗρον. Ὁμολο-

D Gratiam habeo Deo sancto, quod vel sero tandem amicam vocem tuam audierim: nec enim dixerim gratiam habere me ei, qui hanc antea turpiter discidit. At quoniam simul, cum dolorem deponeret sapiens reverentia tua, de veneranda etiam imagine Christi sermonem injecit, hoc habeo dicere, vir desideratissime, patrocinari, non contradicere, et iis quæ a me dudum missa sunt cohærere visam esse proximam epistolam tuam. Confiteris enim, juxta præstitutas tibi propositum-

[93] II Cor. II, 6, 7.

NOTÆ.

(7) In cod. Reg. σιε'.

(*) Dogmatica.

Digitized by Google

culas, omnem imaginem esse demonstrativam alterius, nimirum prototypi : ac, si ex arte grammatica loquendum est, hoc relativum erit, quod similitudinis significativum, et demonstrativum, et repræsentativum appellatur. Quinetiam non ut materiæ tribuendam esse adorationem imagini Christi, sed ut Christo ipsi : siquidem honor imaginis ascendit ad prototypum, subducta, per actionem mentis, materia ex charactere qui in ea formatur. Et latriæ cultu deferenda est, ut ais, adoratio Servatori Christo, et ante carnem, et post incarnationem ; et ante imaginem, et per illam : nec sana mente quisquam est, opinor, qui huic recte constitutæ doctrinæ se opponat. Sed et exemplis, vel solis ad aquam vel trianguli immaterialis, hoc est, mathematici, ad materialem, non videtur insistendum. Quoniam per hypothesim si sumatur, latria colendum esse solem, et figuram triangularem, priusquam vel ille in aquis micet, vel hæc in materia cernatur : manifestum est, etiam postquam hæc acciderint, vel simul facta fuerint, latria colendum utrumque esse. Sic enim et Dominum nostrum Jesum Christum apposite ostendisti, ut ante, sic et post incarnationem, latria coli debere et adorari. Latria ergo colendum esse Christum, o amice, in confesso est : at non ita veneranda ejus imago latria prosequenda est, sicut juxta hypothesim, sol aquæ immixtus, at non imago solis : et triangulus materiæ affixus, at non imago trianguli. Attende enim, apud nos Christianos unicam esse latriam, quam soli sanctæ et consubstantiali Trinitati exhibet universa natura visibilis et invisibilis. Nec fas est venerandam imaginem Christi, latria colendam dicere. Duorum enim alterum : aut id quod latria, sicut illa, colendum sit, Trinitatis latriæ inseri, quod impossibile ; quia Trinitati additio inferri nulla potest, jam enim quaternitas foret : aut si non inseratur, sed ipsum per se colendum sit, duas apud nos latrias doceri : quo quid a nobis expeterent græcizantes Iconomachi, quam ut inde ostenderent, nos, admissa duplici latria, creaturam præter Creatorem colere, Arianorumque impietati nihil concedere ? Adoranda igitur est imago Christi, at non deferenda illi latria, sed Christo, qui in ea adoratur, juxta consequentiæ rationem : quoniam hæc duo sunt, imago et prototypum ; et discrimen est, non in hypostasi, sed in essentia.

γουμένως γὰρ κατὰ τὰ προσκευασθέντα σοι λημμάτια, ὅτι πᾶσα εἰκὼν ἄλλου ἐστὶ δηλωτικὴ, δηλονότι τοῦ πρωτοτύπου· καὶ εἰ χρὴ φάναι κατὰ τὴν γραμματικὴν τεχνολογίαν, τοῦτ' ἂν εἴη ἀναφορικὸν, ὃ καὶ ὁμοιωματικὸν καὶ δεικτικὸν καὶ ἀνταποδοτικὸν καλεῖται. Καὶ μὴν οὐχ ὡς ὕλῃ δεῖν προσάγειν τῇ Χριστοῦ εἰκόνι τὴν προσκύνησιν· ἀλλ' ὡς αὐτῷ Χριστῷ· εἴπερ ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον ἀναβαίνει, ὑπεξαιρουμένης τῆς ὕλης τῷ τῆς ἐπινοίας λόγῳ ἐκ τοῦ ἐν αὐτῇ σχηματιζομένου χαρακτῆρος. Καὶ λατρευτῶς, ὡς φῄς, προσακτέον τὴν προσκύνησιν τῷ Σωτῆρι Χριστῷ, καὶ πρὸ σαρκὸς, καὶ μετὰ σάρκωσιν· καὶ πρὸ τῆς εἰκόνος, καὶ δι' αὐτῆς· καὶ οὐδεὶς τῶν εὖ φρονούντων, οἶμαι, ἀντιφέρεσθαι τοῖς ὀρθῶς δεδογματισμένοις. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῖς ὑποδείγμασι τοῦ τε ἡλίου πρὸς τὸ ὕδωρ, καὶ τοῦ ἀύλου τριγώνου, ἤτοι μαθηματικοῦ, πρὸς τὸ ἔνυλον, οὐκ ἀπεμφαῖνον ἔπεσθαι. Ἐπεὶ καθ' ὑπόθεσιν εἰ ληφθείη λατρευτὸς ὁ ἥλιος, ἢ τὸ τρίγωνον σχῆμα, πρὸ τοῦ τὸν μὲν ἐν ὕδασι πάλλειν, τὸ δὲ πρὸ τοῦ ἐν ὕλῃ ὑποφανθῆναι· δηλονότι, καὶ μετὰ τὴν ἐκεῖσε ἔμπτωσιν, ἤτοι συμφυΐαν, λατρευτὸν ἑκάτερον. Οὕτω γὰρ καὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρρότως ὑπέδειξας, καὶ μετὰ σάρκωσιν ὡς πρὸ σαρκώσεως λατρευτὸν εἶναί τε καὶ προσκυνεῖσθαι. Λατρευτὸς οὖν, ὦ τᾶν, ὁ Χριστὸς ὁμολογουμένως· ἀλλ' οὐχὶ ἡ σεπτὴ αὐτοῦ εἰκὼν λατρευτή, ὥσπερ καὶ ὁ ἥλιος καθ' ὑπόθεσιν συμμιγὴς τῷ ὕδατι, ἀλλ' οὐχὶ ἡ εἰκὼν τοῦ ἡλίου· καὶ τὸ τρίγωνον ὑλωθὲν, ἀλλ' οὐχὶ ἡ εἰκὼν τοῦ τριγώνου. Ὅρα γὰρ ὅτι μία ἡ λατρεία ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν μόνῃ τῇ ἁγίᾳ καὶ ὁμοουσίῳ Τριάδι προσενηνεγμένη ὑπό τε πάσης ὁρατῆς φύσεως καὶ ἀοράτου. Καὶ οὐκ ἐγχωρεῖ τὴν σεπτὴν εἰκόνα Χριστοῦ λατρευτὴν φάναι. Δυοῖν γὰρ θάτερον· ἢ τὸ κατ' αὐτὴν λατρευτὸν τῇ τριαδικῇ λατρείᾳ συνεισκρίνειν. ὅπερ ἀδύνατον· ἐπείπερ οὐκ ἐνδέχεται προσθήκην τινὰ συνεισοίσειν τῇ Τριάδι· εὐρεθήσεται γὰρ τετρὰς οὖσα· ἢ μὴ συνεισκρινομένου ἐκεῖσε, καθ' ἑαυτὸ δὲ ὄντως λατρευτοῦ, δύο τὰς λατρείας ἡμῶν δογματίζειν· καὶ τί ἂν ἄλλο ζητοῖεν Ἑλλήνιοι (cod. Reg. ἐλεῖν] Εἰκονομάχοι πρὸς ἡμῶν, ἢ τὸ ἐντεῦθεν ἀποδεῖξαι ἡμᾶς τῇ δυϊκῇ λατρείᾳ λατρεύοντας τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα, καὶ οὐδὲν τῶν Ἀρειανῶν ἐλάττους κατὰ ἀσέβειαν ; Προσκυνητέον οὖν τῇ εἰκόνι Χριστοῦ, οὐ λατρευτέον· ἀλλὰ τῷ ἐν αὐτῇ προσκυνουμένῳ Χριστῷ, κατὰ τὸν τῆς ἀκολουθίας [cod. Reg. ἀληθείας] λόγον· ἐπειδὴ ταῦτα δύο, εἰκών τε καὶ πρωτότυπον, καὶ ἡ διαφορότης οὐκ ἐπὶ τῆς ὑποστάσεως, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον.

A

B

C

D

CCXIII. — *Michaeli Syncello Hagiopolitano.*

ΣΙΓ'. (8) — *Μιχαὴλ Συγκέλλῳ Ἁγιοπολίτῃ* [ωλζ'.]

Laudat illum ob ea quæ Hierosolymis pro veritatis confessione pertulerat, tum nuntiat persecutionem Constantinopoli cessasse. (Baron. an. 845, n. 42.)

Scribo nunc ad reverentiam tuam, quando mihi Dei nutu obtigit ut epistolæ ministrum nanciscerer :

Ἄρτι ἐπιστέλλω τῇ τιμιότητί σου, ὁπηνίκα εὐωδώθη μοι ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ εὑρεῖν διάκονον

NOTÆ.

(8) In cod. Reg. σις.

Digitized by Google

τοῦ γράμματος· ἐπεὶ ἔμελλον ἂν ἐξ αὐτῆς τῆς καθ- A alioquin ex ipsa custodia nostra idipsum facturus
είρξεως ἡμῶν αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν, καὶ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δὶς καὶ πολλάκις ἴσως· οὐδὲ γὰρ ὅτι ὑμεῖς ἀλλοδαπεῖς, ἡμεῖς ὑμῶν ἑτεροειδεῖς. Ἀλλ' ὅτι ἐκ μιᾶς μητρὸς τῆς υἱοθεσίας γεγεννημένοι, καὶ τῷ αὐτῷ χαρακτῆρι τῆς εἰλικρινοῦς πίστεως μεμορφωμένοι, καὶ ἀδελφοὶ, καὶ συμπολῖται, κεφαλὴν ἔχοντες τὸν Χριστόν· οὗπερ ὡς σῶμα τελοῦντες, *καὶ μέλη ἐκ μέρους* ὀφειλέται ἐσμὲν καὶ συγχαίρειν ἀλλήλοις ἐν τοῖς δεξιοῖς, καὶ ἀνιᾶσθαι αὖ ἐπὶ τοῖς λυπηροῖς. Ἀλλ' ὢ πῶς, ἀλλαχῇ ὡρμημένους ὑμᾶς πορεύεσθαι, ἠνάγκασεν ἡ φορὰ τοῦ καιροῦ ἐν ἄρκυσιν ἐμπεσεῖν τῶν τῇδε κρατούντων; Τί οὖν ἔστιν εἰπεῖν πρὸς ταῦτα; ἢ ὅπερ φησὶ τὸ ἱερὸν γράμμα· *Καὶ ὁ ἀγὼν ἦγε τὸν Ἰοὺ*, ἀλλ' ἐκεῖ μὲν εἰς τὸ βασιλεῦσαι τοῦ Ἰσραήλ· B ἐνταῦθα δὲ, εἰς τὸ μαρτυρῆσαι τῇ ἀληθείᾳ· ὡς ἂν πληρωθῇ τὸ εἰρημένον καὶ τανῦν· *Ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται λόγος, καὶ νόμος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλήμ.* [Ὦδε ὁ νοῦς, ὦ πάμμακαρ Cod. Reg. μάκαρ.]· Στῆθι γενναίως, ὑπομιμνήσκομεν· *Δόξασον δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματί σου καὶ ἐν τῷ Πνεύματι.* Εἰπὲ καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ θεσπεσίου Παύλου· *Οἶδα ὅτι τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως καὶ ἐπιχορηγίας τοῦ Πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὴν ἀποκαραδοκίαν καὶ ἐλπίδα μου· ὅτι ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι· ἀλλ' ἐν πάσῃ παῤῥησίᾳ ὡς πάντοτε καὶ νῦν μεγαλυνθήσεται ἐν τῷ σώματί μου, εἴτε διὰ ζωῆς, εἴτε διὰ θανάτου. Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν* C *κέρδος.* Ἴδε ὁ γλυκὺς ἀγὼν, ἴδε ὁ μακάριος συναλλαγμὸς, βραχείαις θλίψεσί τε καὶ περιστάσεσιν, εἶτ' οὖν πληγαῖς τε καὶ ῥανίσιν αἵματος Θεὸν γενέσθαι, καὶ Θεοῦ τοῦ ὄντως ὄντος ἐπιτυχεῖν. Ἐμονώθης τοιγαροῦν, ὡς ἀκηκόαμεν, τμηθεὶς τῷ φρονήματι ἀπὸ τῶν ἀγαπησάντων τὸν νῦν αἰῶνα· ἀλλὰ συναιώθης πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις τοῦ τῆς ἀληθείας λόγου. Ἐντεῦθέν σε ὁ χορὸς τῶν μαρτύρων ὑπολαβεῖν βούλεται ὁλόκληρον· ἐκεῖθεν τῶν ὁμολογητῶν τὸ στίφος χεῖρα προτείνει ἑλεῖν ὁμόχρον.

eram, nec semel modo, sed bis etiam ac sæpius fortasse: neque enim, quia exteri vos estis, idcirco a vobis specie discrepamus. Sed cum ex una adoptionis matre geniti simus, et eodem sinceræ fidei charactere insigniti, et fratres, et concives, caput habentes Christum, ut qui ipsius corpus sumus, *et membra de membro*[94]: congaudere inter nos debemus in prosperis, angique pariter in adversis. Verum quomodo vos, cum alio profecti essetis, impulit temporum violentia, ut in eorum qui rerum hic potiuntur, retia incideritis? Quid ad hæc dicemus? nisi id quod sacra Scriptura ait: *Et multitudo duxit Jehu*[95], sed illic quidem ad regnum Israel; hic vero ad testimonium veritatis, ut nunc etiam impleatur quod dictum est: *De Sion exibit sermo, et lex Domini de Jerusalem*[96]. Huc animum adverte, o beatissime: sta fortiter, monemus: *glorifica Deum in corpore tuo, et in spiritu*[97]. Dic et ipse cum divino Paulo: *Scio quia hoc mihi proveniet ad salutem, per vestram orationem et subministrationem Spiritus Jesu Christi, secundum expectationem et spem meam, quia in nullo confundar: sed in omni fiducia sicut semper, et nunc magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem. Mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum*[97*]. En dulce certamen, en felicem commutationem, per breves tribulationes et angustias, seu plagas et sanguinis guttas, Deum fieri, et Deo, qui vere est, potiri. Solus ergo factus es, ut accepimus, ab iis sensu divisus, qui sæculum hoc amarunt: sed cum iis omnibus conjunctus, qui veritatis sustinent defensionem. Hinc te martyrum chorus integrum suscipere desiderat: hinc confessorum cuneus manum porrigit, ut in locum suum recipiat.

Μὴ δὴ ἀπολειφθῶμεν τῆς καλῆς χορείας, ὦ σεβάσμιε· μηδ' αὖ καταισχύνωμεν τὰς πάντων ἐλπίδας, ὦ τριπόθητε. Πόσα ἂν ἔκαμες, ὥστε σου τὸ ὄνομα ἀκουστὸν ἐν ἀρετῇ γενέσθαι τοῖς ὧδε κἀκεῖσε; Νῦν δὲ ὡς ἐπ' ὄρους ἀρετῶν διὰ τῆς ὁμολογίας ἀναβεβη- D κὼς, ἐμφανὴς ἐγένου τῷ κόσμῳ, καὶ λαμποφορεῖς ἡλίου φωτεινότερον σὺν τῷ λόγῳ καὶ τὸν βίον, εἰς δόξαν *Τοῦ Πατρὸς ἡμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*· εἰς τόπον ἦρχθης ὑπεραίνοντα, εἰς γλῶσσαν παρεδόθης βλάσφημον· πόσα μὲν οὖν οὐ σαίνουσαν; πόσα δὲ οὐ ψευδολογοῦσαν καὶ πειρωμένην ὑποκλίνειν ἀπὸ τοῦ ὑψηλοῦ καὶ θείου φρονήματος; ἀλλ' ἴσμεν ἐξ ἀκοῆς, ὅσος καὶ αὐτὸς εἶ χάριτι Χριστοῦ, λόγον ἐπέχων ζωῆς, σοφίας ῥεῖθρον ἀπὸ στόματος προβαλλόμενος, ἀντεπεξάγειν τὰ εἰκότα ταῖς ματαίαις προτάσεσιν. Ἡμεῖς δὲ οἱ ταπεινοὶ ἐκεῖνο λέγομεν καὶ διασαφοῦμεν, ὅτι λογάδες πάλαι τε καὶ νῦν προέστησαν τοῦδε τοῦ ἱεραρχικοῦ θρόνου, εὐτεχνίᾳ δογμάτων τὸ περὶ τῶν ἱερῶν εἰκόνων θεώρημά τε καὶ σύνθημα διατυπώ-

Haudquaquam ab hac præclara chorea desciscamus, vir venerande, neque spes omnium confundamus, vir desideratissime. Quanta pertulisti? adeo ut nomen tuum passim ab his et illis auditum sit. Nunc autem, tanquam in virtutum montem per confessionem subvectus, conspicuus mundo factus es, et facem geris sole lucidiorem, vitam simul cum sermone, ad gloriam *Patris nostri, qui in cœlis est*[98]. Excelsum in locum evectus es, linguæ objectus es maledicæ, quid non vellicanti? quid non mentienti? dum te ab excelso et divino sensu deflectere conatur. Sed auditione accepimus quantus et ipse sis gratia Christi, vitæ sermonem adhibens, sapientiæ flumen ex ore profundens, vanis propositionibus congruentia opponens. Nos vero humiles illud dicimus et testamur, viros eximios et olim et nunc hierarchicæ huic sedi præfuisse, qui, dogmatum peritia, totam de sacris imaginibus speculationem et doctrinam descripserunt tradideruntque. Et, si

[94] I Cor. XII, 27. [95] IV Reg. IX, 13. [96] Isa. II, 3. [97] I Cor. VI, 20. [97*] Philipp. I, 19 seqq. [98] Matth. VI, 9.

Digitized by Google

apostolicis verbis dicendum est, *Ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia* [99]. Hinc enim progressa, tanquam ex portis inferi, hæresis Iconomachica, hic quoque repressa est : quin et reprimetur deinceps magis Spiritus sancti afflatu, quando increpabit Christus perversum hoc revera mare, in quo multa circa fidem naufragia fiunt, non tam mentis perversitate, quam imperantium metu. Attamen multi e procella emerserunt, Spiritus sancti clavo nixi : et multa exstitere martyria, et pietatis scripta monumenta, universum errorem refellentia, et veritatis pulchritudinem cunctis fidelibus mentibus demonstrantia : quibuscum servetur et beatitudo tua, *bonum certamen certans, cursum consummans, fidem servans* ; ut *justitiæ coronam* accipiat [1]. Ita sit.

A σαντές τε καὶ ἐκδώσαντες. Καὶ, εἰ δεῖ ἀποστολικῶς εἰπεῖν, *Ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις*. Ὧδε γὰρ προελθοῦσα ὡς ἐξ ᾅδου πυλῶν ἡ Εἰκονομαχικὴ αἵρεσις, ὧδε καὶ κατήργηται, ἀλλὰ καὶ ἔτι καταργηθήσεται ταῖς αὔραις τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ὁπηνίκα ἐπιτιμήσει Χριστὸς τῇ πονηρᾷ ταύτῃ ὡς ἀληθῶς θαλάσσῃ, περὶ ἣν πολλὰ τὰ περὶ τὴν πίστιν ναυάγια, οὐ τοσοῦτον διαστροφῇ νοὸς, ὅσον δέει τῶν κρατούντων. Πλὴν ὅτι περιείλοντο πολλοὶ τοῦ κλύδωνος πηδαλιουχούμενοι Πνεύματι ἁγίῳ· καὶ πολλὰ τὰ μαρτύρια, καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας συγγράμματα πᾶσαν πλάνησιν διελέγχοντα, καὶ τὴν τῆς ἀληθείας ὡραιότητα πάσαις πισταῖς διανοίαις ὑποφαίνοντα. Μεθ' ὧν φυλαχθείη καὶ ἡ σὴ μακαριότης, τὸν ἀγῶνα *τὸν καλὸν ἀγωνιζομένη,*
B *τὸν δρόμον τελοῦσα, τὴν πίστιν τηροῦσα, εἰ ἀπόληψιν τοῦ τῆς δικαιοσύνης στεφάνου. Εἴη.*

CCXIV. — *Hypacoe moniali.*

ΣΙΔ'. (9) — Ὑπακοῇ μοναζούσῃ. [ὡλη']

Consolatur de morte fratris.

Etsi timide scribo, facere tamen non possum, quin ad gratias et laudem os meum aperiam honorificentiæ tuæ. Quousque igitur non desines, præclara mater, teipsam nobis impendere ? Quousque munera hinc et inde transmissa non cessabunt ? ac nunc maxime, quando multa te tristia obsederunt : propter quæ impulsi ad scribendum præcipue sumus, cum didicissemus te, circa beati fratris tui reliquias, hæc et illa egisse. Aiunt enim te capsam, cum alia ex regione fuisset allata, reserasse ; tum reliquiis affusam, in ulnas sumpsisse, novisque illas, velut ipsum mortuum, linteis aliis induisse. Quis hic fraternum amorem tuum non admiretur ? aut quis tum præsens lacrymas non effudit ? non doluit vehementer ? quando nos etiam longe remo-
C tos, ex auditu solo tetigit dolor, gravique tristitia cor affecit. O acerbum nuntium ! o luctuosum ! quid fuimus ? et quid facti sumus ? repente orphani, et fratre destituti. Ingemuit fortasse sol et ipse, hoc cernens : flevit luna eventum : tristiores fuerunt stellæ, velut mœrentes : similique in luctu fuisse dixerim singula elementa. Quid ergo? num in tristitia persistemus, dolorisque nube contenebrescemus, sicut ii qui perierunt ? Minime vero, soror in Domino. Nec enim sine providentia sunt res nostræ, nec sine spe, quemadmodum apud gentes mysteriis non initiatas : sed sunt in manu Dei, qui omnia continet ; a quo facti sumus, et nos, et qui nos genuerunt ; cujus munere et spiramus et vivimus ; a quo item ad hanc, quæ omnium maxima est dignitas, virginitatis professionem evecta es. Planximus quantum satis erat fratris necem. Nunc tempus est consolationis, nunc dies gratiarum actionis. Deponamus ergo lugubrem habitum, et magni animi arma induamus. Præmisimus fratrem, et forma, et mente, et fide præstan-

Καὶ εὐλαβούμενοι γράφειν, ὅμως ἀναγκαζόμεθα στόμα εὐχάριστον καὶ αἰνέσιμον ἀνοίγειν τῇ τιμιότητί σου. Ἕως πότε οὖν οὐκ ἀνήσῃ, καλλιμῆτορ, κιχρᾶν ἡμῖν σεαυτήν ; Ἕως τίνος τὰ δωρήματά σου οὐκ ἀπολήξουσιν ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν παραπεμπόμενα ; καὶ μάλιστά γε νῦν· ὅτε πολλά σε τὰ λυπηρὰ περιεστοίχισαν· ἐφ' οἷς καὶ ἐκινήθημεν μᾶλλον ἐπιστεῖλαι· μαθόντες οὕτως καὶ οὕτως, ἐπὶ τῷ λειψάνῳ τοῦ μακαρίου ἀδελφοῦ σου καταπράξασθαί σε. Φασὶ γὰρ ἀνεῳγέναι σε τὴν θήκην παραγενομένην ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς, εἶτα περιπλακῆναι τῷ λειψάνῳ, καὶ εἰς ἀγκάλας ἑλεῖν μετενταφιάζουσαν [f. μεταμφιάζουσαν] οἱονεὶ τὸν νεκρὸν ἄλλοις καινοῖς ὀθονίοις. Τίς οὖν οὐκ αἰάσατο [Cod. Reg. ἀγάσαιτο] τὸ φιλάδελφόν σου ; τίς δὲ τηνικαῦτα παρὼν οὐκ ἂν ἐξέχεε δάκρυα ; οὐκ ἂν ὠλοφύρατο θερμῶς ; ὅπου γε καὶ ἡμῶν πορρώτερω διακειμένων ἐξ ἀκοῆς μόνον ἥψατο τὸ πάθος, καὶ περιωδύνησε τὴν καρδίαν σφόδρα. Ὦ ἀγγελίας πικρᾶς ! ὦ συναντήματος ὀδυρτικοῦ ! τί ἦμεν, καὶ τί ἐγενόμεθα ; ἐξαπίνης ὀρφανοί, ἐρημάδελφοι. Τάχα ἐστέναξεν ὁρῶν καὶ ὁ ἥλιος τὸ γενόμενον· ἐδάκρυσε δὲ σελήνη τὰ φθάσαντα· ἐστύγνασαν δὲ ἀστέρες, ὡς λυπούμενοι, ὅτι οὖν εἰπεῖν ἄλλο τῶν στοιχείων πεπονθὸς τὰ ὅμοια. Τί οὖν ἐπιμείνωμεν τοῖς λυπηροῖς ; συσκοτάσωμεν τῷ νέφει τῆς λύπης, καὶ γενώμεθα ὡς οἱ ἀπολωλεκότες ; Οὔμενουν, ἀδελφὴ ἐν Κυρίῳ. Οὐ γὰρ ἀπρονόητα τὰ ἡμέτερα· οὐδὲ ἀνέλπιστα, κατὰ τὰ ἔθνη τὰ ἀμύητα· ἀλλ' ἐν
D χερσὶ Θεοῦ τοῦ τὰ πάντα συνέχοντος· παρ' οὗ καὶ γεγόναμεν καὶ ἡμεῖς, καὶ οἱ γεγεννηκότες ἡμᾶς· ἐξ οὗ καὶ τὸ ἀναπνεῖν καὶ ζῆν κεκτήμεθα· καὶ τὸ εἰς τόδε προαχθῆναι τοῦ μεγίστου τῶν ἀξιωμάτων παρθενικὸν ἐπάγγελμα. Ἐκλαύσαμεν οὖν τὰ εἰκότα ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ. Νῦν καιρὸς παρακλήσεως, νῦν ἡμέρα εὐχαριστίας. Ἀποθώμεθα οὖν τὸ πενθικὸν σχῆμα, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τῆς μεγαλοψυχίας.

[99] Rom. v, 20. [1] II Tim. IV, 7.

NOTÆ.

(9) In cod. Reg. σιζ'.

Digitized by Google

Προϋπέμψαμεν ἀδελφὸν ἀγαθὸν τῷ τε εἴδει, καὶ τῇ γνώμῃ, καὶ τῇ πίστει, ὥσπερ καὶ πρότερον τοὺς ὁμαίμονας, καὶ τοὺς γεννήτορας· μικρὸν ὕστερον συνεψόμεθα καὶ ἡμεῖς. Οὐδεὶς ὁ ζήσων, καὶ μὴ θνῃξόμενος· οὐδεὶς ὁ γεννηθεὶς, καὶ μὴ ταφείς. Παρασκευασώμεθα λίαν [Cod. Reg. λοιπόν] καὶ ἡμεῖς πρὸς τὴν ἔξοδον· ἑτοιμάσωμεν τὰ ἐφόδια τῆς μεταστάσεως· τυπώσωμεν τὰς ἀδελφὰς τῷ οἰκείῳ καταστήματι, καὶ πενθεῖν εὐκαίρως, καὶ εὐχαριστεῖν ἁρμοδίως. Δείξωμεν τοῖς ὁρῶσιν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν ἐστι δοξαζόμενος, εὐχαριστούμενος ἐφ' οἷς κελεύει. *Αὐτὸς ἔδωκεν, αὐτὸς καὶ ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτως καὶ ἐπίστο.* Ναὶ παρακαλῶ τὴν τιμιότητά σου ἴσα καὶ μητρὶ καὶ γεννησάσῃ ἤτοι ἀδελφῇ τῇ φιλτάτῃ μοι· ἀφήσωμεν φωνὴν αἰνέσεως· ὑποδείξωμεν πρόσωπον φαιδρότητος· διδάξωμεν ἔργοις, ὅτι τὸν σταυρὸν ἐπ' ὤμων φέρομεν· καὶ τῇ προαιρέσει ἀπεθάνομεν, καὶ εἴκομεν κατὰ πάντα τοῖς θείοις προστάγμασιν. Ἐὰν οὕτω πράξοις, ὅσον τὸ καλὸν, εὐφρανεῖς Χριστὸν, τὸν ἀθάνατόν σου νυμφίον. Ἐπεὶ ἐὰν λυπῇ, λυπεῖς αὐτὸν ὡς τὸ εἰκὸς, ὡς ἄλλον περισσότερον ἐκείνου φιλοῦσα. Ὁρᾷς ποῦ σε ὁ λόγος ἤγαγεν; ὡς οὐδὲ ὀρφανὴν οὖσαν, οὐδὲ ἀνεπίσκοπον, οὐδὲ ἀπροστάτευτον· *Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς μεθ' ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν;* εἰ αὐτὸς ὁ περιέπων, τίς ὁ ἀντιπίπτων; Οὕτως καὶ τανῦν προῆχθην, ἀδελφὴ, παρακαλέσαι σε. Αὐτὴ δὲ εὖ πράττουσα πείθοιο ἀσόφῳ γέροντι, εὖ συμβουλεύσαντι, καὶ τῷ ὄντι οἰκειοπαθοῦντι ὀφειλομένως, ὡς οἰκεῖα, τὰ σά.

A tem, sicut et antea consanguineos et parentes : paulo post et nos subsequemur. Nullus vivet, qui non sit moriturus : nemo natus et non sepultus. Accingamur et nos deinceps ad exitum : migrationis viatica comparemus : sorores exemplo nostro informemus, ut et tempestive lugeant, et ut decet, gratias agant. Ostendamus iis qui nos vident, Deum a nobis glorificari, eique gratias agi ob ea quæ jubet : *Ipse dedit, ipse abstulit : sicut Domino placuit, ita factum est* [2]. Utique obtestor honorificentiam tuam, perinde ac matrem quæ me genuerit, aut sororem mihi charissimam : promamus vocem laudationis : exhibeamus vultum hilaritatis : doceamus operibus, nos crucem humeris gestare, et voluntate nostra mortuos esse, et divinis mandatis in omnibus obB temperare. Hoc modo si te gesseris, prout rectum est ac præclarum, Christum exhilarabis immortalem Sponsum tuum ; quoniam, si tristaris, contristas illum, ut par est credere, tanquam alium præ illo amans impensius. Vides quo te hic sermo perduxit : quod neque orba sis, nec inspectore careas, nec tutore. *Si enim Deus pro nobis, quis contra nos* [3] ? si ipse curam gerit, quis adversabitur ? Sic et nunc, soror, adductus sum ut te hortarer. Tu vero recte feceris si credas indocto seni consulenti, et qui rebus tuis, prout debet, sic affiC citur tanquam propriis.

ΣΙΓ' (9*). — *Μεθοδίῳ* (10) *μονάζοντι.* [ωμ'.]

CCXV. — *Methodio monacho* (*).

De diversis argumentis.

Οσην ἔχει ἐπιποθίαν ἡ τιμιότης σου ἰδεῖν τὴν ταπείνωσιν ἡμῶν, τοσαύτην οἰέσθω καὶ τὴν ἡμετέραν εἶναι πρὸς τὴν κατ' ὀφθαλμοὺς ὁμιλίαν. Ἀλλ' ἐπειδὴ γέγραπται· *Οὐ τοῦ θέλοντος οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ*· αὐτῷ ἀναθετέον τὸν πόθον, καὶ ἐπιῤῥιπτέον τὴν μέριμναν, καὶ αὐτὸς ποιήσει, ὁπηνίκα ἂν καὶ βούληται, *θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτόν*. Τὸ δὲ νῦν ἔχον, ἀναγκαῖον περὶ τῶν προταθέντων κεφαλαίων ὑπὸ τῶν πνευματικῶν ἡμῶν ἀδελφῶν Ἱλαρίωνός τε καὶ Εὐστρατίου, μεσολαβούσης τῆς σῆς εὐλαβείας, ἀποκριθῆναι τὰ εἰκότα. Ὡς ἂν δὲ εὐσύνοπτα γένηται τὰ λεγόμενα, ἑνὸς ἑκάστου προταθέντος κεφαλαίου κατὰ συνέχειαν, καὶ ἡ ἀπόκρισις εἶεν.

Quanto flagrat excellentia tua desiderio videndi tenuitatem nostram : tantum et putet esse nostrum, ut tecum coram congrediamur. Sed quia scriptum est : *Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei* [4] ; ad ipsum referendus est affectus, ac projicienda in eum cura : atque ipse, cum voluerit, *Voluntatem timentium se faciet* [5]. Quod vero ad hoc tempus attinet, de capitibus propositis a spiritualibus fratribus nostris Hilarione et Eustratio, interveniente reverentia tua, necessarium est quæ convenientia videbuntur respondere. Verum ut facilius percipi possint quæ dicentur, unicuique propositæ quæstioni conjunctim subjungetur ordine responsio.

Ἐρώτησις Α'. — Περὶ τῶν χειροτονηθέντων πρεσβυτέρων ἐν Ῥώμῃ, ἐν Νεαπόλει, καὶ ἐν Λογγιβαρδίᾳ, ἀκηρύκτων, καὶ ἀπολελυμένων· εἰ χρὴ τοὺς τοιούτους δέχεσθαι, καὶ κοινωνεῖν αὐτοῖς, καὶ συνεσθίειν, καὶ συνεύχεσθαι.

Interrogatio I. — De presbyteris, qui Romæ aut D Neapoli, et in Longobardia ordinati absque acclamatione sunt, et dimissi : utrum eos recipere oporteat, cum eisque communicare, et cibum sumere, et orare.

Ἀπόκρισις. — Ἐν καιρῷ αἱρέσεως οὐ κατὰ τὰ ἐν εἰρήνῃ τυπωθέντα πάντως ἀπαραλείπτως γίνεται, διὰ τὴν ἀναγκάζουσαν χρείαν. Ὅπερ φαίνεται πεποιηκὼς ὅ τε μακαριώτατος Ἀθανάσιος, καὶ ὁ ἁγιώ-

Responso. — Hæreseos tempore, propter cogentem necessitatem, non plane omni ex parte fiunt quæ in pace sancita sunt. Id quod fecisse cernimus tum beatissimum Athanasium, tum sanctissimum

[2] Job I, 21. [3] Rom. VIII, 31. [4] Rom. IX, 16. [5] Psal. CXLIV, 19.

NOTÆ.

(9*) In cod. Reg. σιη'.

(10) Hanc epistolam edidit Cotelerius, t. III *Monum. Eccles. Græcæ*, ex cod. Regio, n. 1770, sub nomine Nicephori CP.; at Theodoro nostro vindicant cod. Reg. n. 1987, quo usi sumus, et duplex apographum Sirmondi.

(*) Dogmatica.

Digitized by Google

Eusebium : qui ambo exterorum ordinationes fecere. Idemque nunc in præsenti hæresi fieri conspicitur. Itaque presbyteri memorati, si palam damnati non sint, nequaquam ob ejusmodi ordinationem aversandi sunt, sed admittendi secundum quatuor propositiones.

Interrogatio II. — De presbyteris extra provinciam in Sicilia ordinatis : utrum admitti debeant.

Responsio. — Hæc interrogatio similis est superiori, licet ratione loci discrepet : similem itaque responsionem accipiet.

Interrogatio III. — De Ecclesiis inquinatis per sacerdotes qui hæresi communicarunt, a quibus detinentur : utrum in eas orationis vel psalmodiæ causa ingredi oporteat.

Responsio. — Nullatenus in hujusmodi ecclesias ingrediendum est, juxta modos memoratos : quandoquidem scriptum est : *Ecce relinquetur domus vestra deserta* [6]. Simul enim atque introducta est hæresis, abscessit angelus loci præses, juxta magni Basilii vocem [7] : ac templum ejusmodi, communis et profana domus factum est : *Et non introibo*, inquit, *in ecclesiam malignantium* [8]. Et Apostolus : *Qui consensus templo Dei cum idolis* [9] ?

Interrogatio IV. — De ecclesiis per eosdem sacerdotes pollutis, sed quæ ab ipsis non detinentur : num in illis psallere et orare oporteat.

Responsio. — Oportet sane in eas ecclesias intrare ad psallendum et orandum, si modo illæ non amplius polluuntur ab hæreticis, sed ab orthodoxis in perpetuum detinentur. Constitutum autem hic est, ut ab episcopo vel sacerdote sanæ fidei, solemnis apertio ecclesiæ, exhibita prece, fiat. Itaque si hoc fiat, et sacrum ibi celebrari non erit absonum. Exemplo sit sanctus Athanasius, qui, cum imperator Constantius ipsum hortaretur ut hanc unam gratiam concederet, tradendi scilicet Arianis apud Alexandriam templum unum ubi convenirent; annuit, modo ipse quoque gratiam eamdem Constantinopoli consequeretur, ut nempe orthodoxi convenirent in templum unum, ab Arianis detentum.

Interrogatio V. — De sanctis qui in corpore : utrum ingredi oporteat in eorum cœmeteria, ibique orare et adorare, dum ea a pollutis sacerdotibus tenentur.

Responsio. — Non permittit canon, secundum ea quæ prius declarata sunt, in eorum cœmeteria introire. Scriptum est enim : *Ut quid libertas mea judicatur ab aliena conscientia* [10] ? nisi forte ex necessitate, tantummodo ad venerandas sancti reliquias, fiat ingressus.

Interrogatio VI. — De iis qui habitum mona-

τατος Εὐσέβιος, ὑπερορίους χειροτονίας ἀμφότεροι ποιησάμενοι. Καὶ νῦν δὲ τὸ αὐτὸ ὁρᾶται πραττόμενον ἐν τῇ παρούσῃ αἱρέσει. Ὥστε οἱ ὑποδηλωθέντες, εἰ οὐ προδήλως εἰσὶ κατεγνωσμένοι, οὐδαμῶς ἐκ τοῦ οὕτως χειροτονηθῆναι ἀποτρόπαιοι, ἀλλὰ προσδεκτέοι κατὰ τέσσαρας προτάσεις.

Ἐρώτησις Β'. — Περὶ τῶν χειροτονηθέντων πρεσβυτέρων ὑπερόρια ἐν Σικελίᾳ· εἰ χρὴ τούτους δέχεσθαι.

Ἀπόκρισις. — Τοῦτο τὸ ἐρώτημα ὅμοιον τοῦ προτεθέντος, εἰ καὶ καθ' ὕφεσιν τόπου ἀνόμοιον. Ὁμοίαν δηλονότι ἕξει καὶ τὴν ἀπόκρισιν.

Ἐρώτησις Γ'. — Περὶ τῶν κοινωθέντων ἐκκλησιῶν ἐκ τῶν ἱερέων τῶν κοινωνησάντων τῇ αἱρέσει, καὶ κατεχομένων ὑπ' αὐτῶν· εἰ χρὴ ἐν αὐταῖς εἰσιέναι χάριν εὐχῆς καὶ ψαλμῳδίας.

Ἀπόκρισις. — Οὐ χρὴ τὸ καθόλου εἰς τὰς τοιαύτας ἐκκλησίας εἰσιέναι, κατὰ τοὺς εἰρημένους τρόπους· ἐπειδὴ γέγραπται· *Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος*. Ἅμα γὰρ τῷ εἰσαχθῆναι τὴν αἵρεσιν, ἀπέπτη ὁ ἔφορος τῶν ἐκεῖσε ἀγγέλος, κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ μεγάλου Βασιλείου· καὶ κοινὸς οἶκος ὁ τοιόσδε χρηματίζει ναός. *Καὶ οὐ μὴ εἰσέλθω*, φησὶν, *εἰς Ἐκκλησίαν πορνευομένων*. Καὶ ὁ Ἀπόστολος· *Τίς συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων ;*

Ἐρώτησις Δ'. — Περὶ τῶν κοινωθέντων ἐκκλησιῶν ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἱερέων, καὶ μὴ κατεχομένων ὑπ' αὐτῶν· εἰ χρὴ ἐν ταῖς τοιαύταις ψάλλειν καὶ εὔχεσθαι.

Ἀπόκρισις. — Χρὴ μὲν οὖν εἰσιέναι ἐν ταῖς τοιαύταις ἐκκλησίαις εἰς τὸ ψάλλειν καὶ εὔχεσθαι· ἀλλ' εἴπερ ἀσφαλῶς μηκέτι χραίνονται ὑπὸ τῶν ὀρθοδόξων εἰς τὸ ἀεί. Τετύπωται δὲ ἐνταῦθα, ὑπὸ σεσωσμένου ἐπισκόπου, ἢ ἱερέως τὰ ἀνοίξια τῆς ἐκκλησίας γίνεσθαι, ὑποφωνουμένης εὐχῆς. Ὥστε εἰ τοῦτο γένοιτο, καὶ τὸ λειτουργεῖν ἐκεῖσε οὐκ ἀπᾴδον. Παράδειγμα, τὸ τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον ὑπὸ Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως παρακαλούμενον μίαν ταύτην χάριν παρασχέσθαι, τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἕνα ναὸν παραδοῦναι τοῖς Ἀρειανοῖς εἰς τὸ συνάγεσθαι, κατανεῦσαι, ἅνπερ ἐν Κωνσταντινουπόλει λήψοιτο καὐτὸς τὴν αὐτὴν χάριν, τοῦ συνάγεσθαι τοὺς ὀρθοδόξους ἐν ἑνὶ ναῷ κατεχομένῳ ὑπὸ Ἀρειανῶν.

Ἐρώτησις Ε'. — Περὶ τῶν ἐν σώματι ἁγίων· εἰ χρὴ εἰσιέναι εἰς τὰ κοιμητήρια αὐτῶν, καὶ εὔχεσθαι, καὶ προσκυνεῖν αὐτοῖς κατεχομένων [*al.* κατεχομένοις, *al.* καταδεχόμενον] ὑπὸ τῶν μιανθέντων ἱερέων.

Ἀπόκρισις. — Οὐ παραχωρεῖ κανὼν, κατὰ τὰ προδηλωθέντα, εἰσιέναι εἰς τὰ τοιαῦτα κοιμητήρια. Γέγραπται γάρ· *Ἵνα τί ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως ;* εἰ μή τι ἂν ἐξ ἀνάγκης, κατὰ μόνον τὸ ἀσπάσασθαι τὸ τοῦ ἁγίου λείψανον, ἡ εἴσοδος γένοιτο.

Ἐρώτησις Ϛ'. — Περὶ τῶν λαβόντων τὸ μοναχι-

[6] Matth. XXIII, 38. [7] Epist. 191. [8] Psal. XXV, 5. [9] II Cor. VI, 16. [10] I Cor. X, 29.

Digitized by Google

κὸν σχῆμα ἐκ τῶν κοινωθέντων ἱερέων· πῶς χρὴ τούτους δέχεσθαι.

Ἀπόκρισις. — Ὁμολογοῦντας ἡμαρτηκέναι, καὶ ἐπιτιμηθέντας χρόνῳ τινὶ, εἶθ' οὕτως σφραγῖδα δεχομένους παρασεσωσμένου πρεσβυτέρου, προσδεκτέον.

Ἐρώτησις Ζ'. — Περὶ τῶν ὑπογραψάντων καὶ κοινωνησάντων μοναχῶν καὶ κληρικῶν ἐν τῇ αὐτῇ αἱρέσει· πῶς χρὴ τούτους δέχεσθαι· χωρὶς ἐπιτιμίου, ἢ μετὰ ἐπιτιμίου· ἐὰν ὁμολογῶσι μηκέτι ἐνεργεῖν ἐν τῇ ἱερατείᾳ· καὶ εἰ ἔξεστιν ἡμῖν, διδόναι ἐπιτίμια τοῖς τοιούτοις.

Ἀπόκρισις. — Δῆλον ὅτι μετὰ τῶν προσηκόντων ἐπιτιμίων. Πῶς γὰρ ἂν μὴ τοὺς καρποὺς τῆς μετανοίας ἐπιδεικνύμενοι, εἶεν ἄξιοι συναφθῆναι τῷ ὀρθοδόξῳ σώματι; διδόναι δὲ καὶ ἡμᾶς ἐπιτίμια τοῖς τοιούτοις, οὐκ ἀποκριτέον. Γέγραπται γὰρ, *Ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, καὶ οὕτως ἀναπληρώσατε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ.*

Ἐρώτησις Η'. — Περὶ τῶν μοναχῶν τῶν ἀδιαφόρως παραβαλλόντων τοῖς τυχοῦσι, καὶ συνευχομένοις καὶ συνεσθίουσιν αὐτοῖς· εἰ χρὴ δέχεσθαι τοὺς τοιούτους εἰς συνεστίασιν καὶ ψαλμῳδίαν.

Ἀπόκρισις. — Τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· *Στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν ἣν παρέλαβον παρ' ἡμῶν*· πῶς οὐχὶ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν τὸ καλὸν κρίνετε; εἰ μὲν οὖν ἀπόσχοιντο τῆς ἐφαμάρτου συνηθείας, καταδεχόμενοί τε καὶ ἐπιτιμίαν τὴν προσήκουσαν, δεκτέοι. Ἐπιτηρητέον δὲ τίνες εἰσὶν οὓς φῆτε *τυχόντας*· ἆρα αἱρετικοὶ, ἢ προδήλως κατεγνωσμένοι ἐπὶ τῷ βίῳ; περὶ τῶν τοιούτων γὰρ, φησὶν ὁ Ἀπόστολος· *Εἴ τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης*, καὶ τὰ ἑξῆς· *τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν.*

Ἐρώτησις Θ'. — Περὶ τῶν πρεσβυτέρων, τῶν βεβρωκότων μετὰ τῶν αἱρετικῶν ἅπαξ καὶ δὶς, καὶ μὴ κοινωνησάντων, ἢ ὑπογραψάντων, ἢ συλλειτουργησάντων· εἰ χρὴ τοὺς τοιούτους δέχεσθαι εἰς συνεστίασιν, καὶ ψαλμῳδίαν, χωρὶς σφραγῖδος ἢ μετὰ σφραγῖδος.

Ἀπόκρισις. — Ἐπὶ τῶν τοιούτων τηρητέον, εἰ οἱ βεβρωκότες ἱερεῖς μετὰ ἱερέων αἱρετικῶν ἢ λαϊκῶν ἔφαγον, καὶ ὁμολογουμένων ἢ ὀρθοφρονούντων μὲν, κοινωνούντων δὲ τοῖς αἱρετικοῖς. Μεῖζον γὰρ τὸ κρῖμα ἐπὶ τῶν ἱερωμένων. Μετανοίᾳ δὲ ἀξιολόγῳ ἑκατέρους προσδεκτέον κοινωνῆσαι αὐτοῖς ἀλῶν τε, καὶ πρωτευχῶν [*al.* ἄλλων τε προσευχῶν] καὶ σφραγῖδος.

Ἐρώτησις Ι'. — Περὶ τῶν ὑπογραψάντων κοσμικῶν ἐν τῇ αἱρέσει καὶ κοινωνούντων· εἰ χρὴ τοῖς τοιούτοις κοσμικοῖς ὀρθοδόξους κοσμικοὺς συνεσθίειν.

Ἀπόκρισις. — Ἡ ἀδιαφορία, τῶν κακῶν τὸ αἴτιον. *Ἀναμέσον γὰρ, φησὶ, καθαροῦ καὶ βεβήλου οὐ διέστελλον.* Χρὴ οὖν, εἴπερ ζηλωταί εἰσιν οἱ ὀρθοδοξοῦντες, μὴ προσίεσθαι τοὺς τοιούτους εἰς συν-

A sticum a contaminatis sacerdotibus acceperunt: quomodo recipi debeant.

Responsio. — Si confiteantur se peccasse, et ad aliquod tempus pœnitentiam egerint, atque ita consignationem deinde ab rectæ fidei presbytero acceperint, admittendi sunt.

Interrogatio VII. — De monachis et clericis qui eidem hæresi subscripserunt communicaruntque: quomodo recipiendi sint: sine pœnitentia, an cum pœnitentia: si professi fuerint se non amplius sacra munia obituros: et num liceat nobis pœnitentias talibus imponere.

Responsio. — Utique cum pœnitentiis convenientibus; quo enim modo, nisi exhibitis pœnitentiæ fructibus, digni sint qui orthodoxo corpori uniantur? B His autem et a nobis pœnitentias injungi, non est improbandum. Scriptum enim est: *Alter alterius onera portate, et sic adimplete legem Christi* [11].

Interrogatio VIII. — De monachis qui promiscue cum obviis quibuslibet conveniunt, unaque orant ac cibum sumunt: utrum ad communem cibum et psalmodiam admitti debeant.

Responsio. — Cum Apostolus dicat: *Ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis* [12]; quomodo non ex vobis ipsis quod bonum est judicatis? Itaque, si a prava consuetudine destiterint, acceperintque convenientem pœnitentiam, admittendi sunt. Observandum autem est quinam sint ii C quos vocatis *obvios quoslibet*: num hæretici, aut palam culpatæ vitæ? De talibus quippe Apostolus ait: *Si is qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens*, et quæ sequuntur; *cum ejusmodi nec cibum sumere* [13].

Interrogatio IX. — De presbyteris qui semel aut iterum cum hæreticis cibum sumpserunt, non tamen communicaverunt vel subscripserunt, aut una sacris operati sunt: sintne ad communem cibum et psalmodiam admittendi, absque consignatione, vel cum consignatione.

Responsio. — In istis observandum est, an sacerdotes qui cibum sumpserunt, cum hæreticis sacerdotibus, an cum laicis sumpserint, et num D cum iis qui recte quidem sentirent, sed communicarent cum hæreticis. Majus enim crimen est in sacratis hominibus. Utrique porro cum pœnitentia condigna suscipi debent, et admitti ad communionem salis, et precum, et consignationis.

Interrogatio X. — De sæcularibus qui in hæresi subscripserunt communicaruntque: utrum cum illis sæcularibus sæculares orthodoxos cibum sumere conveniat.

Responsio. — Usus promiscuus causa est malorum. Ait enim: *Inter mundum et profanum non habuerunt distantiam* [14]. Itaque orthodoxi debent, si zelo flagrant, tales ad communem cibum non ad-

[11] Galat. IV, 2. [12] II Thess. III, 6. [13] I Cor. V, 11. [14] Ezech. XXII, 26.

Digitized by Google

mittere, nisi prius pœnas pro improba subscriptione dederint, seque ab hæretica communione abstraxerint. Sed quoniam aliqui ob angustias, dum pericula fugiunt, hæretica communione polluuntur : hos, casu factum id esse confitentes, oportet ad convictum admittere : non tamen indiscriminatim, sed indulgentia quadam tempori accommodata, et quæ utriusque afferat emolumentum, non autem animæ detrimentum.

3. Secundus terminus. Post illam secunda, quæ magna quadragesima dicitur, typum refert Unigeniti : quam quidem ipse etiam manifeste ostendit, dum tribus annis eam observavit, postquam a baptismo ascenderat. Unde autem id innotescat, intelligat mecum et certo agnoscat auditor : nempe trigesimo ætatis anno baptismum suscepit Dominus, et triennio posthinc mortem subiit. Quare, ut e probe gnaris rescivimus, ter hoc annuum jejunium observavit.

γ'. Δεύτερος ὅρος. Ἡ δὲ μετ' αὐτὴν β', ἡ καὶ μεγάλη τεσσαρακοστὴ λέγεται, εἰς τύπον εἴη τε τοῦ Μονογενοῦς· ἣν καὶ αὐτὸς ἀριδήλως ὑπέδειξεν, τρεῖς ἐνιαυτοὺς τοῦτο ποιῶν, μετὰ τὴν τοῦ βαπτίσματος ἄνοδον. Καὶ πόθεν δῆλον τοῦτό ἐστι, συνίῃ μοι ὁ ἀκροατὴς, καὶ ἰδέτω καλῶς· τριακονταετὴς δηλονότι ὁ Κύριος βάπτισμα ὑπεδέξατο, καὶ ἐν ἄλλοις τρισὶ τῷ θανάτῳ ὑπέστη· διὸ ὡς ἔγνωμεν ἐν τοῖς ἄκρως ἐπισταμένοις, τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ τὴν παροῦσαν νηστείαν ὑπέδειξεν.

4. Tertius terminus. Tertia vero post hanc quadragesima, quæ etiam apostolorum a nonnullis appellatur, typus habeatur vivificantis Spiritus, qui etiam apostolos docuit omnia quæ ipsi a Patre Filioque significata fuerunt. Est vero trium unum nomen deitas, in tribus tamen personis agnita et adorata.

δ'. Τρίτος ὅρος. Ἡ δὲ μετ' αὐτὴν τρίτη, ἡ καὶ παρά τισι τῶν ἀποστόλων κηρυττομένη, τύπος ἂν εἴη καὶ αὐτὴ τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος, τὸ καὶ τοὺς ἀποστόλους διδάξαν πάντα ἃ παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ C Υἱοῦ μεμυσταγώγηται. Ὄνομα δὲ τῶν τριῶν ἓν, ἡ θεότης, ἀλλ' ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι γνωριζομένη τε καὶ προσκυνουμένη.

5. Sed age jam sermo ad propositum suum accedat, et singula proprio tempori deputemus, tam diebus quam hebdomadis, et qua de causa ita constitutum sit. Quarta sane et sexta feria jejunio semper sanctificentur jejunando a caseo, piscibus et oleo, quemadmodum divi Apostoli, et post illos divinitus inspirati Patres constituerunt. Sed tamen in purissimæ Deiparæ Nativitate, ejusque in templum Ingressu, et in alio festo quod Hypapante dicitur, insuper in Annuntiatione, et in mirabili Assumptione, utimur oleo et piscibus, si forte in prædictos dies incidant, nempe in quartam aut sextam feriam. Similiter etiam in Præcursoris et supremorum apostolorum Petri et Pauli Nativitatibus. Haud tamen in festis sanctorum martyrum aut pontificum piscibus utimur, si forte occurrant in quarta vel sexta feria.

ε'. Ἀλλ' ἰτέον· ὁ λόγος καὶ τῷ κειμένῳ πελάσει, καὶ ἕκαστα τῷ ἰδίῳ καιρῷ παραθήσομεν, ἔν τε ἡμέραις καὶ ἑβδομάσι, καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν νενομοθέτηνται· τετράς τε καὶ παρασκευὴ παντελῶς ἁγναὶ εἰς νηστείαν ἀεὶ τηρηθῶσι, τυροῦ, ἰχθύων, ἐλαίου, καθὼς οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς θεοφόροι Πατέρες ἐνομοθέτησαν. Τὴν γὰρ γέννησιν τῆς παναχράντου Θεοτόκου, καὶ τὴν αὐτῆς εἰς ναὸν εἴσοδον, καὶ τὴν ἑτέραν ἡ καὶ ὑπαπαντὴ λεγομένη, καὶ αὖ τὴν τοῦ εὐαγγελισμοῦ, καὶ τὴν θείαν μετάστασιν, διαλύομεν εἰς ἔλαιον καὶ ἰχθύας, εἰ τύχοι ταῖς γεD γραμμέναις ἡμέραις, τῇ τε τετράδι καὶ παρασκευῇ. Ὡσαύτως; καὶ τὸ τοῦ Προδρόμου γενέσιον, καὶ τῶν κορυφαίων Πέτρου καὶ Παύλου· τῶν δὲ ἁγίων μαρτύρων καὶ ὁσίων ἱεραρχῶν οὐ διαλύομεν εἰς ἰχθύας, εἰ τύχοι δ' ἡ ς'.

6. Et monachi quidem in honorem ac laudem crucis, quatuordecim dies observant, alii duodecim, alii quatuor. Sed universus Christi populus sanctificati omnes observant diem Exaltationis, id est XIV Septembris. Verumtamen Nativitatis Christi jejunium tribus diebus observetur in hebdomada, id est secunda, quarta, sextaque feria, et cavendo a piscibus oleoque, jejunium strenue transigatur : parique

ς'. Οἱ μὲν οὖν μονάζοντες εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον τοῦ σταυρικοῦ ξύλου, δέκα καὶ τέσσαρας ἡμέρας διαφυλάττουσιν, ἄλλοι ιβ', ἄλλοι δ'· ὁ δὲ σύμπας λαὸς τοῦ Χριστοῦ, ἁγνοὶ πάντες διατηροῦσιν αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ὑψώσεως, ἤτοι τὴν ιδ' τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός (14). Τὴν δὲ αὖ νηστείαν τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως, τὰς τρεῖς ἡμέρας διαφυλαττέσθω τῆς ἑβδομάδος, ἤτοι β', δ', καὶ ς', ἰχθύας καὶ ἔλαιον, καὶ νη-

NOTÆ.

(14) Videsis Nilconem apud Cotelerium Op. cit. t. III, p. 458 et seqq.

Digitized by Google

στείαν ἐνθέως ποιείτω· ὡσαύτως καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ποιείτω, καὶ τὴν τῆς Θεομήτορος ἁγίαν νηστείαν (15). Ἐν μὲν οὖν τῇ παραμονῇ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως, νήστεις διατελοῦμεν, καὶ τὴν ἡμέραν ἀγνεύοντες (16) εἰς ἰχθύας καὶ ἔλαιον, πάρεξ Σαββάτου ἢ Κυριακῆς· τότε ταῦτα ἐσθίομεν. Ὡσαύτως ποιοῦμεν καὶ τὰς ἄλλας παραμονὰς τῶν τοῦ Χριστοῦ πανηγύρεων· τῇ δὲ ἐπαύριον διαλύομεν ἐν οἱᾳδηποτοῦν ἡμέρᾳ τύχῃ· καθὼς ἄνωθεν εἰρήκαμεν, εἰς δόξαν τοῦ εὐδοκήσαντος Πατρὸς, καὶ τοῦ γεννηθέντος Υἱοῦ· καὶ γὰρ ὡς αὐτὴν τὴν ἡμέραν καὶ ἑτέρας ἓξ διαλύομεν, ἵνα μὴ σκυθρωποὶ φανῶμεν, ὡς οἱ ἀγνώμονες Ἰουδαῖοι, ἐν τῇ γεννήσει τοῦ ἡμᾶς ἀναπλάσαντος.

A ration sanctorum quoque apostolorum ac Deiparæ sanctum servetur jejunium. Nativitatis Christi pervigilium jejuni peragimus, et hunc diem sanctificamus absque piscibus et oleo, excepto Sabbato ac die Dominico, quibus his vescimur. Simili ratione transigimus cætera quoque pervigilia Christi solemnitatum : festo tamen sequente jejunium solvimus, quacunque demum die obvenerit, ut supra diximus, in honorem Patris cui complacuit, et nati Filii. Jam sicut ipsum illum diem, ita et alios sex peragimus, ne tristes appareamus, sicut ingrati Judæi, in ejus, qui nos reformavit, nativitate.

ζ'. Τὴν δὲ αὖ παραμονὴν τῶν φώτων, καὶ αὐτὴν ὁμοίως νήστεις διαπεραιοῦμεν ἔκ τε ἐλαίου καὶ ἰχθύων καὶ ἑτέρων εἰδῶν τὴν πᾶσαν ἡμέραν· ταύτην δέ γε τὴν ἡμέραν τῶν Θεοφανείων, οἱανοῦν ἡμέρα τύχῃ, διαλύομεν εἰς πᾶν, εἰς χάριν καὶ δόξαν τοῦ βαπτισθέντος, καὶ ἀρχὴν ἁγίαν τῆς τοιαύτης χάριτος, καὶ τὸν βυθισμὸν θεατρίζοντες. Ἔστι δὲ ἡ τοιαύτη χαρμονὴ ἡμῖν τοῦ βροτοκτόνου τοιούτῳ τρόπῳ, ὡς οἷά τις εἰληφὼς χάριν τινὰ πλούτου ὑπό τινος βασιλέως, καὶ ἔχων ἐν ἑαυτῷ καὶ χαίρων ἐν τοῖς καλοῖς οἷς εἴληφε· μετὰ δέ τινα χρόνον, ἕτερός τις ἐχθρὸς ἀντάρτης καὶ ἀλαζὼν πηδήσας ποθὲν, καὶ τοῦ ἔχοντος πλούτου τοῦδε ἀποστερήσει, προσέτι καὶ τιμωρήσει βιαίως· εἴτε οὖν τοῦτο κατάδηλον τῷ βασιλεῖ γεγονός· ὁ δὲ ἦκει, καὶ τὸν ἀποστάτην ἐκεῖνον τιμωρήσας ἀνηλεῶς, καὶ τὸν ἀφελόμενον πλοῦτον τῷ ἔχοντι ἀποδώσει· καίτοι καὶ πλεῖον τοῦ πρότερου ἐπιχαρήσει σημεῖον βασιλικὸν, ὃ καὶ φοβερὸν γίνεται τοῖς ὑπεναντίοις· τοιούτῳ τοιγαροῦν παραδείγματι καὶ ὁ ἡμέτερος Κύριος ποιήσας τῷ ἀποστάτῃ ἐχθρῷ, δέδωκεν ἡμῖν πλείω τοῦ προτέρου ἐκείνου τὴν χάριν τῆς παλιγγενεσίας. Εἰς γοῦν τὴν ἀναγέννησιν δι' ὕδατός τε καὶ Πνεύματος, διττὴ ἡμῖν γίνεται ἡ παροῦσα κάθαρσις· διὰ μὲν τοῦ ὕδατος τὸ σῶμα σμήχεται, καὶ διὰ τοῦ Πνεύματος τὸ πνεῦμα ἀνακαινίζεται. Πῶς γὰρ οὐ δυνατὸν εὐφρανθῆναί τε καὶ χορεῦσαι τὴν ἡμῶν σωτηρίαν; καὶ γὰρ, ὡς ἔγωγε οἶμαι, ὁ μὴ εὐφραινόμενος τὴν παροῦσαν ἡμέραν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, οὐ σωτήριος αὐτῷ φαίνεται ἡ παροῦσα χάρις, ἀλλὰ σκυθρωπῶς ὑποφαίνεται, καὶ ἀθέως διάκειται καὶ πονηρῶς ἐπὶ τῇ σωτηρίῳ δόσει.

B 7. Porro in pervigilio quoque luminum jejunamus similiter ab oleo, piscibus, aliisque condituris, toto die. At vero ipsum diem Epiphaniæ, quilibet dies sit, absque ulla abstinentia agimus, ad gratiam et gloriam baptizati; atque ob tantæ gratiæ exordium, mersionem quoque publicam facimus. Hoc autem nostrum de homicida diabolo gaudium ejusmodi est; ceu si quis opum gratia a rege accepta, ea potitus apud se lætabundus fueretur : at enim post tempus aliquod, nescio quis alius hostilis adversarius atque superbus eum alicunde aggrediens, possessis opibus spoliaret, insuperque violenta pœna affligeret : quo mox facinore regi nuntiato, is superveniret, ac rebellem illum sine misericordia puniret, et ereptam prædam priori domino restitueret. Et quidem magis etiam quam antea C lætabitur ob hoc regium facinus, quod formidabile adversariis fit. Pari ergo modo Dominus quoque noster contra rebellem hostem se gerens, dedit nobis majorem quam illi priori homini gratiam regenerationis. Ergo in hac per aquam et Spiritum regeneratione duplex nobis fit purificatio : etenim per aquam corpus lavatur, per Spiritum spiritus renovatur. Quidni igitur lætandum ac gestiendum salutis nostræ causa sit? Namque, ut ego existimo, si quis hoc die sancti baptismi non lætatur, huic nequaquam affulget præsens gratia, sed mœstus apparet, et irreligiose improbeque se habet, dum salutare donum tribuitur.

Περὶ τῆς ἑβδομάδος τῆς προφωνησίμου (17').

De hebdomada proclamationis (*Latinis septuagesima*).

η'. Ὡσαύτως τὴν τῆς προφωνῆς ἑβδομάδα, ἐν ᾗ ἀναγινώσκεται τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον τοῦ τελώνου καὶ τοῦ Φαρισαίου, διαλύομεν καὶ αὐτὴν εἰς πᾶν εἶδος, καθὼς ἄρα παρελάβομεν ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων Πατέρων· οὐχὶ διά τινα ὀρθοδοξίαν ἡ νῦν ἑβδομὰς

D 8. Similiter etiam proclamationis hebdomadam in qua legitur sacrum evangelium publicani et Pharisæi, peragimus omni abstinentia liberam, sicut a sanctis nostris traditum Patribus accepimus. Neque ob aliquam orthodoxiam hanc hebdoma-

NOTÆ.

(15) De jejunio Deiparæ appellato agit Anastasius apud Cotelerium Op. et tom. cit.

(16) Quia fortasse ambiguus est hic locus, en ejus declarationem ex alio scripto de jejuniis in eodem codice, p. 163 : Τῇ παραμονῇ τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως καὶ τῶν ἁγίων θεοφανείων νήστεις διατηροῦμεν, καὶ οὐ καταλύομεν ἔλαιον ἢ ἰχθύας, ἐκτὸς εἰ τύχωσι Σαββάτῳ ἢ Κυριακῇ.

(17) Scribitur aliquando etiam προσφ. Sic autem dicitur, quia tunc admonentur fideles de venturo jejunio Super hac Dominica et hebdomada Allatius dissert. mox citanda, col. 1414 seq.

Digitized by Google

dam ita transigimus, sed ut irreligiosum illud dogma explodatur impurissimi Petri Armeniorum episcopi, quem Lycopetrum vulgo dicunt. Quippe ille plane maledictus dogma statuit sectatoribus suis, ut hanc hebdomadam ceu sanctam observarent totam, propter lupum nescio quem pessimum et abominabilem. Nos vero Dei plebs liberam totam transigimus, ob illorum cum suo irreligioso stultoque dogmate refutationem. Testatur autem alicubi ipsorum absurditatem magnus etiam in theologia Gregorius sic[1] : Haud simplex mihi comperta est Armeniorum gens, sed latebrosa et subdola ; quibus verbis horum fidem ceu obvolutam sugillat. Similiter et in hebdomada caseoprivii, post horam nonam caseo et ovis vescimur, ut ab impio ritu recedamus Jacobitarum et Tetraditarum. Nam in tyrophagiæ hebdomada, idcirco vetiti sumus, ut ego arbitror, a sanctis Patribus carne vesci, vel ob monastici ordinis memoriam, vel ob typum novæ puræque vitæ exhibendum.

A διαλύεται, ἀλλ' ἵνα ὅπως τὸ ἄθεον ἐκεῖνο δόγμα διαλυθῇ τοῦ παμβεβήλου Πέτρου ἐπισκόπου Ἀρμενίων (18), ὃν καὶ Λυκόπετρον οἶδεν ὁ λόγος καλεῖν. Ἐκεῖνος τοίνυν ὁ τρισκατάρατος ἐνομοθέτησε δόγμα τοῖς αὐτῷ συνεπομένοις, ἵνα τὴν νῦν ἑβδομάδα ἁγνὴν πᾶσαν διατηρῶσιν, διά τινος λύκου (19) σκαιοῦ καὶ μυσαρωτάτου. Ἡμεῖς δὲ ὁ τοῦ Κυρίου λαὸς διαλύομεν πᾶσαν, πρὸς ἀνατροπὴν ἐκείνων καὶ τοῦ ἀθέου καὶ ἀνοήτου δόγματος. Συμμαρτυρεῖ που τούτων τὴν ἀπανθρωπότητα καὶ ὁ ἐν θεολογίᾳ μέγας Γρηγόριος λέγων · Οὐχ ἁπλοῦν γένος εὑρίσκω τῶν Ἀρμενίων, ἀλλὰ μᾶλλον κρυπτόν τε καὶ ὕφαλον (20) · διακωμῳδῶν τούτων τὴν τῆς πίστεως ὑφαλότητα. Ὡσαύτως καὶ τὴν τῆς τυροαποθέσεως ἑβδομάδα διαλύομεν καὶ αὐτὴν μετὰ τὴν ἐννάτην εἰς τυρὸν καὶ ὠά, ἵν' ἀνατρέψωμεν τὴν δυσσεβῆ θρησκείαν τῶν Ἰακωβιτῶν καὶ Τετραδιτῶν (21) · αὕτη τοίνυν ἡ τυροφάγος ἑβδομάς, ὡς ἔγωγε οἶμαι, ἐκωλύθη τοῦ μὴ ἐσθίειν αὐτὴν κρέα ὑπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων, δι' ἀνάμνησιν τῆς μοναχικῆς τάξεως, ἢ διὰ τύπου τῆς νέας καὶ καθαρᾶς πολιτείας (22).

B

9. Jam in sancta magnaque quadragesima semel in die vescimur, hora nona, et quidem aridis, aut etiam leguminibus absque oleo ; neque vino utimur, excepto Sabbato et die Dominico. Comedimus et omne genus testaceorum, et ossibus carentium, et salsamenta, indubitanter : pisces nequaquam per hoc sanctum jejunium, excepto Sabbato, et die palmarum Dominico, ad honorem ejus qui a jejunio veniens, convivio interfuit post Lazari suscitationem : vel omnino etiam, quia et hæc una est de sacris Christi solemnitatibus. At enim sancta magna hebdomada jejuni omnino perstamus, si fieri potest, absque etiam oleo et vino ; nisi quod in nocturna vigilia sanctæ passionis, bibimus aliquid ob necessitatem ac laborem. Jejunium pariter usque ad vesperam magno Sabbato continuamus, hoc, inquam, solo totius anni Sabbato. At vero totam diacænesimi (lat. in albis) hebdomadam jejunio liberam agimus, ad honorem ejus qui nos vivificavit Filii Dei. Quod si quis in hac haud indubitanter comedat, sed judaice tristem se gerat, sanctorum Patrum anathemati subjiciatur.

θ'. Τὴν δὲ ἁγίαν καὶ μεγάλην τεσσαρακοστὴν ἅπαξ ἐσθίομεν τῆς ἡμέρας ἐν τῇ θ' ξηροφαγίαν, ἢ καὶ ὄσπρια ἄνευ ἐλαίου · οὔτε οἶνον, πάρεξ Σαββάτου καὶ Κυριακῆς · ἐσθίομέν τε καὶ ὀστρακοδέρματα πάντα ἀνόστεά τε καὶ ταρύχια ἀνενδοιάστως · ἰχθύας δὲ οὐδαμῶς ἐσθίομεν τὴν ἁγίαν αὐτὴν νηστείαν, πλὴν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου, καὶ τῇ Κυριακῇ τῶν βαΐων, εἰς δόξαν τοῦ κατελθόντος ἐκ τῆς νηστείας, καὶ συνεσθιασθέντος ἐπὶ τῇ τοῦ Λαζάρου ἐγέρσει · ἢ καὶ ἀριδήλως ὡς μία οὖσα καὶ αὐτὴ τῶν τοῦ Χριστοῦ θείων ἑορτῶν. Τὴν δὲ ἁγίαν μεγάλην ἑβδομάδα νήστεις πάντως διατηροῦμεν, εἰ δυνατὸν, οὔτε ἔλαιον, οὔτε οἶνον, πάρεξ τῇ ἀγρυπνίᾳ τῶν ἁγίων παθῶν, πίειν τι πρὸς τὴν χρείαν διὰ τὸν κόπον · ὁμοίως νήστεις ἕως ὀψὲ τῷ μεγάλῳ Σαββάτῳ διατηροῦμεν, αὐτῷ καὶ μόνῳ, οὐποτοῦν ἄλλῳ τῷ ὅλῳ ἐνιαυτῷ · τὴν δέ γε ἅπασαν ἑβδομάδα τῆς διακαινησίμου (23), διαλύομεν καὶ αὐτὴν εἰς δόξαν τοῦ ζωοποιήσαντος ἡμᾶς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ · εἰ δέ τις οὐκ ἐσθίει αὐτὴν ἀνενδοιάστως, ἀλλὰ Ἰουδαϊκῶς σκυθρωπάζων, τῷ ἀναθέματι πιπτέτω τῶν ἁγίων Πατέρων.

C

10. At enim a secunda Thomæ (dom. in albis) incipimus defunctos fratres commemorare, et feriis quarta et sexta abstinentiam observamus a carne et caseo. Verumtamen quartam feriam Mesopentecostes visum est nonnullis ante nos sanctis Patribus, propterea quod est solemnitas Domini,

ι'. Ἀπὸ δὲ τῆς β' τοῦ Θωμᾶ ἀρχόμεθα μνημονεύειν τῶν κεκοιμημένων ἀδελφῶν, καὶ διατηροῦμεν ἐν τῇ δ' καὶ ς' εἰς κρέα καὶ εἰς τυρόν. Τὴν δέ γε τετράδα τῆς Μεσοπεντηκοστῆς (24) ἔδοξέ τισι τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων Πατέρων, διὰ τὸ εἶναι δεσποτικὴν, καὶ διὰ τοῦτο τὸ παράδειγμα διαλῦσαι αὐ-

D

[1] Orat. XLIII, 17.

NOTÆ.

(18) De hoc Armeniorum jejunio, cui nomen artziburium, docte inter alios multos Allatius *De Dominicis et hebd. Græcorum*, post opus De consensu dissert. col. 1515 seqq.

(19) Lupum dicit, qui canem Sergii hæresiarchæ devoravit. Allat. dissert. cit. col. 1418.

(20) In codicis margine glossa est : ὕφαλον λέγει τὸ λανθανόμενον.

(21) Ita etiam Nicephorus patriarcha can. 53 apud Coteler. op. cit. t. III. d. 449.

(22) Confer Callisti Synaxarium, nec non Balsamonem apud Allatium dissert. cit. col. 1424.

(23) Hebdomada, quæ festum Paschæ proxime sequitur, dicitur διακαινήσιμος, quod nomen habuit ex Christi resurrectione, qua omnia renovata fuerunt. Ita sanctus Epiphanius serm. *De Pasch.* Ἐν ταύτῃ καινοὺς ἐπήξατο τῇ κτίσει ὅρους καὶ νόμους.

(24) De Mesopentecoste Allatius dissert. cit. col. 1459.

Digitized by Google

τήν (25). Ὥσπερ γοῦν ὁ Χριστὸς λίθος ἀκρογωνιαῖος λέγεταί τε καὶ ἔστιν, καὶ ὁμοῦ τὰς δύο διαθήκας εἰς ἓν συνάπτων, οὕτως καὶ ἡ παροῦσα ἡμέρα ἐπισυνάπτει τήν τε ἀνάστασιν, καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐπιφοίτησιν· καὶ ἐπιφαίνεται χαρμόσυνος ἡ νῦν ἑορτὴ τοῦ Μονογενοῦς, ὡς μέσον θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος αὐτὸς δοξαζόμενος καὶ προσκυνούμενος· διά τοι τοῦτο οἱ πρὸ ἡμῶν αὐτὴν ἀνενδοιάστως ἑορταζόν τε καὶ εἰς πᾶν ἔσθιον. Νῦν δὲ ὁ χωρῶν, χωρείτω ἐν ταύτῃ, εἰ δυνατόν (26)· τὴν δέ γε πάλιν ἑβδομάδα τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διαλύομεν καὶ αὐτὴν εἰς πᾶν, διὰ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐπιφοίτησιν. Ὥσπερ γὰρ δεῖ χαίρειν ἐπὶ τῇ τοῦ Υἱοῦ γεννήσει, καὶ ἐπὶ τῇ τούτου ζωοποιῷ ἀναστάσει, δεῖ χαίρειν καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ Πνεύματος καθόδῳ. A

ια'. Ἴστω δέ μοι πᾶς, ὅτι αἱ μὲν οὖν τρεῖς ἑβδομάδες, δηλονότι τῆς γεννήσεως, καὶ τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοιτήσεως, εἰς τύπον ἂν ἡμῖν εἴληπται τῆς ζωαρχικῆς καὶ τρισυποστάτου Τριάδος. Αἱ δὲ μετ' αὐτὰς δύο τῆς προφωνῆς καὶ τῆς τυροαποθέσεως, διά τε τὰς αἱρέσεις, ἃς ἄνωθεν εἰρήκαμεν, ὅπως μὴ συνεπόμενοι φαίνοιμεν ταῖς τῶν εἰρημένων ἀνοσιωτάταις διδασκαλίαις. Τὴν δέ γε νηστείαν, ἣ καὶ τῶν ἀποστόλων κηρυττομένη, διατηροῦμεν ὡς καὶ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως ἐν τῇ β', δ', ς'· τὴν δὲ ἡμέραν τῶν ἀποστόλων τῶν δύο ἢ τῶν δώδεκα οὐ διαλύομεν εἰς κρέα καὶ εἰς τυρὸν, εἰ τύχῃ δ' ἢ ς', ἀλλ' ἢ μόνον ἰχθύας καὶ ἔλαιον. Ὡσαύτως καὶ τὴν τῆς Θεοτόκου νηστείαν διατηροῦμεν· καὶ αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς μεταμορφώσεως διαλύομεν εἰς ἰχθύας καὶ ἔλαιον· εἰ καὶ ἔδει διαλῦσαι αὐτὴν ἀλλοτρόπως, ἀλλὰ διὰ τὴν νηστείαν κεκώλυται. Τὴν δὲ αὐτὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας κοιμήσεως τῆς παναμωμήτου καὶ Θεομήτορος, εἰ τύχῃ δ' ἢ ς', οὐ διαλύομεν εἰς κρέα, ἢ εἰς τυρὸν, διὰ τὸ μέγα θαῦμα καὶ φρικτὸν τοῦ παραδόξου τούτου ὕπνου. Οἱ γὰρ θεῖοι τότε τοῦ Σωτῆρος ἀπόστολοι, ὡς εὕρομεν ἐν τοῖς θείοις συγγράμμασι Κλήμεντος τοῦ Ῥωμαίου, τρεῖς πλήρεις ἡμέρας τῷ τάφῳ προσμένοντες ἦσαν, ἕως οὗ ὑπὸ θείου ἀγγέλου τὸ πᾶν ἐμυήθησαν (27). Ἐν δέ γε τῇ ἀποτομῇ τοῦ θείου Προδρόμου, εἰ τύχῃ δ' ἢ ς', οὐ διαλύομεν ὡσαύτως (28), διότι καὶ αὐτὴ φόνον ἀνόσιον καὶ θάνατον ἐπιφέρουσα. B C

ιβ'. Ἕως ὧδε ἡ παρ' ἐμοῦ, ἀδελφοὶ, συγγραφὴ, ἣν τε ἀνέγνων ἐν τῶν ἀποστολικῶν καὶ ἁγίων Πατέρων θείοις συγγράμμασι καὶ ἐννομωτάτοις κανόσι· καὶ τὸν τῆς ὀρθοδοξίας οἶκον βεβαίως ᾠκοδομήκαμεν, ὃ ἐξ ἀρχῆς ὁ λόγος ἐπιχειρῶν ἐμείρετο· θαῤῥῶ τοίνυν παγίως καὶ ἀραρότως τῷ μόνῳ καὶ ἐν τριάδι προσκυνουμένῳ Θεῷ, ὅτι εἰς ὀρθοδοξίαν τὸ D

ad hujus ritus normam transigere. Sicut ergo Christus dicitur et est angularis lapis, et utrumque testamentum conjungens, ita hic dies conjungit resurrectionem cum Spiritus adventu : apparetque læta hæc solemnitas Unigeniti, qui ut divinitatis et humanitatis mediator glorificatur et adoratur. Propterea majores nostri ipsam indubitanter solemnem habebant, et quolibet cibo utebantur. Nunc vero qui capit capiat in hac, si potest. Rursus sancti quoque Spiritus hebdomadam liberam omnino habemus, propter Spiritus adventum. Nam sicuti lætandum est in Filii nativitate, et in ejusdem vivifica resurrectione, ita etiam in Spiritus descensu gaudendum est.

11. Omnes autem mecum agnoscant, tres hebdomadas scilicet nativitatis, resurrectionis, et sancti Spiritus adventus, in typum esse assumptas supersubstantialis Trinitatis, quæ et vitæ omnis fons est. At duæ, post has, hebdomadæ proclamatiónis (septuagesimæ) et caseoprivii (quinquagesimæ), propter supradictas hæreses, liberas agimus, ne videamur prædictorum sectari irreligiosissimas doctrinas. Porro jejunium, quod etiam apostolorum dicitur, observamus, quemadmodum Christi quoque nativitatis, feriis secunda, quarta et sexta. Attamen die apostolorum duorum vel duodecim carne non utimur neque caseo, si forte sit quarta vel sexta feria, sed piscibus tantum et oleo. Pari ratione Deiparæ quoque jejunium observamus : et ipso die transfigurationis piscibus et oleo utimur: et quanquam hunc aliter transigere oporteret, nihilominus id per jejunium vetatur. Ast ipso die dormitionis immaculatæ Deiparæ, si contingat feria quarta vel sexta, non utimur carne vel caseo, propter magnum tremendumque somni hujus admirandi prodigium. Tunc enim venerabiles Salvatoris apostoli, ut in sacris scriptis comperimus Clementis Romani, tres integros dies apud sepulcrum manserunt, donec a divo angelo de re tota certiores facti fuerunt. In decollatione autem divi Præcursoris, si ejus memoria contigerit quarta vel sexta feria, æque jejunium non solvimus, quia et ipsa cædem impiam necemque menti oggerit.

12. Hactenus mea, fratres, scriptura, qualem tum in apostolicorum sanctorumque Patrum sacris libris et apprime legitimis canonibus; atque ita orthodoxiæ domum firmiter ædificavimus, quod jam inde ab exordio sermo noster sibi faciendum proposuerat. Confido igitur firmiter enixeque uni et in Trinitate adorato Deo, nos omnia ad ortho-

NOTÆ.

(25) In codice f. 162. b. Alius auctor, Studitam nostrum citans, de hac quarta feria Mesopentecostes ita scribit : Λύοντες εἰς πᾶν τὴν τετράδα τῆς Μεσοπεντηκοστῆς, καθὼς ὁ θεοφόρος Πατὴρ ἡμῶν Θεόδωρος ὁ Στουδίων παρέδωκεν ἡμῖν.

(26) Nempe qui potest ferre, ferat, id est jejunet; ex Matth. xix. 12 : ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω; quod dictum videtur mihi pulchre illuminari a Didymo in II ad Cor. viii, 2, apud nos T. IV. part. II, p. 134.

(27) Recole dicta a nobis ad sermonem V Studitæ nostri (supra col. 723 et 727).

(28) De jejuniis Græcorum promittebat se scripturum esse Allatius in dissert. cit. col. 1460.

Digitized by Google

doxiæ regulam conscripsisse ; cui omnis gloria debetur, honor, atque adoratio, in sæcula sæculorum. Amen.

πᾶν συνεγράψαμεν· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΥΠΟΤΥΠΩΣΙΣ

ΚΑΤΑΣΤΑΣΕΩΣ ΤΗΣ ΜΟΝΗΣ ΤΩΝ ΣΤΟΥΔΙΟΥ (29).

DESCRIPTIO

CONSTITUTIONIS MONASTERII STUDII.

1. Cum multæ diversæque sint in sacris monasteriis perseverantes antiquitus traditiones, atque alii aliis regantur, dum ad regnum cœlorum tendunt, constitutionibus ; una est ex omnibus nostra quoque stabilita traditio, quam accepimus a magno Patre nostro et confessore Theodoro ; neque nos tantummodo, verum etiam pars magna meliorum monachorum hanc eligunt, ceu optimam et regalissimam, et excessus defectusque vitantem. Utique et nos hodie Patris impulsi præceptis, ut hanc in chartis regulam, quo ejus indelebilis sit memoria, posteris ætatibus, pro viribus, relinquamus, docilem animum fleximus; Deo scilicet, pastoris nostri pro nobis precibus, nobis concedente congruam orationis compagem, ita ut integre et utiliter ac salubriter theophori Patris nostri constituta exponamus, ad gloriam Patris et Filii et Spiritus sancti, custodiamque et salutem illorum qui cum fide hanc observantiam amplecti voluerint. Igitur Deo favente initium lucubrationis faciamus.

[Cod. vat. 2029, f. 179.] α'. Πολλῶν ὄντων καὶ διαφόρων τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς μοναστηρίοις κεκρατηκυιῶν ἄνωθεν παραδόσεων, καὶ ἄλλων ἄλλαις διοικουμένων τε καὶ ἰθυνομένων πρὸς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ὑποτυπώσεσι, μία τίς ἐστι τῶν πασῶν καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς κρατοῦσα παράδοσις, ἣν παρειλήφαμεν πρὸς τοῦ μεγάλου Πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ τοῦ Θεοδώρου· καὶ οὐχ ἡμεῖς μόνοι, ἀλλὰ δὴ καὶ οἱ πλείους τῶν ἐγκρίτων μοναστῶν ταύτην αἱροῦνται, ὡς ἀρίστην τε καὶ βασιλικωτάτην, καὶ τὰς ὑπερβολὰς καὶ ἐλλείψεις ἐκκλίνουσαν. Ἀμέλει καὶ ἡμεῖς σήμερον πατρικαῖς προσαχθέντες ἐντολαῖς, ταύτην ἐν χάρταις εἰς ἄληστον μνήμην ταῖς μετέπειτα γενεαῖς καταλιπεῖν, ὡς ἡ δύναμις, πρὸς τὴν ὑπακοὴν ἑαυτοὺς καθήκαμεν· Θεοῦ δηλαδὴ παρέχοντος ἡμῖν ταῖς τοῦ ποιμένος ὑπὲρ ἡμῶν προσευχαῖς τὴν κατάλληλον ἁρμογὴν τῆς τοῦ λόγου συνθέσεως, εἰς τὸ ἐκθέσθαι ὑγιῶς τὰ ὀνησιφόρα τε καὶ σωτήρια τοῦ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν ἐντάλματα, εἰς δόξαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, καὶ φυλακήν τε καὶ σωτηρίαν τῶν ταῦτα μετὰ πίστεως προαιρουμένων φυλάττειν. Ἔστω τοίνυν ἀρχὴ τῆς συντάξεως αὕτη σὺν Θεῷ.

Quomodo nos geramus in synaxibus sanctæ et gloriosæ triduanæ resurrectionis Servatoris nostri. De ligno.

Ὅπως διοικούμεθα ἐν ταῖς συνάξεσι τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου τριημέρου ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. Περὶ τοῦ ξύλου (30).

2. Sciendum est quod transacta noctis secunda custodia, seu post horam sextam, incipiente septima, rato hydrologii puncto, crepitante signo, surgit is qui exspergiscendi officium habet, et cubicula circumit cum lucerna, fratres excitans ad matutinam doxologiam. Statimque ligna dant signum sus deque, tuncque fratribus cunctis in ecclesiæ narthece congregatis, et cum silentio orantibus, sacerdos thuribolum manu tenens thurificat primo sacrum bema, deinde ex anteriore cancello egressus,

β'. Ἰστέον ὅτι μετὰ τὸ παρελθεῖν δευτέραν φυλακὴν τῆς νυκτὸς, ἤτοι τὴν ς' ὥραν, ἀρχομένης τῆς ζ', πίπτει τοῦ ὑδρολογίου τὸ σύσσημον, καὶ τῇ τούτου σημασίᾳ ἐγείρεται ὁ ἀφυπνιστὴς, καὶ περιέρχεται τοὺς κοιτῶνας μετὰ φανοῦ, προτρεπόμενος τοὺς ἀδελφοὺς εἰς ἐξανάστασιν τῆς ἑωθινῆς δοξολογίας· σημαίνουσι δὲ παραυτίκα καὶ τὰ ξύλα ἄνω τε καὶ κάτω· καὶ τῶν ἀδελφῶν πάντων ἀθροιζομένων ἐν τῷ νάρθηκι τοῦ Κυριακοῦ, καὶ προσευχομένων ἡσυχῇ, ὁ ἱερεὺς τὸ πύριον μετὰ χεῖρας ἐπιλαβόμε-

NOTÆ.

(29) Hypotyposin Studitanam appelat Allatius in dissert. cit. col. 1460.

(30) De hoc ligno semanterio, itemque de tuba, apud Græcos præsertim monachos, legatur cardinalis Bona *Rer. liturg.* lib. I, 22, qui et Allatii recitat descriptionem prædicti semanterii.

Digitized by Google

νος, θυμιᾷ πρῶτον τὸ ἱερον βῆμα· κἀκεῖθεν διὰ τῆς ἐμπροσθεν κιγκλίδος ἐξελθὼν, διέρχεται τὸ βόρειον κλιὸν τὸ τοῦ ναοῦ, καὶ φθάσας τὴν βασιλικὴν πύλην, θυμιᾷ τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ εὐθέως ἀνατρέχει διὰ τοῦ νοτίου μέρους ὅθεν ἐξῆλθεν· οἵ τε ἀδελφοὶ κατόπιν αὐτοῦ εἰσέρχονται εἰς τὸν ναόν. Αὐτὸς δὲ τὸ πύριον ἀποθέμενος εἰς τὸ ἅγιον βῆμα, ἐξελθὼν ἵσταται κατὰ πρόσωπον τοῦ ἱλαστηρίου, καὶ ἄρχεται τροπάριον, ὁ ἦχος πλ. α', *Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν*. Ὅπερ μετὰ τὸ ψαλθῆναι τρίτον παρὰ τ' ἐκείνου καὶ τῶν ἀδελφῶν, λέγει ὁ πρεσβύτερος στίχον, *Αὕτη ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος*· οἱ ἀδελφοὶ δὲ τὸ τροπάριον στιχ. β', *Συστήσασθε ἑορτὴν*, ἕως τέλος· καὶ πάλιν ὁ λαὸς τὸ τροπάριον δοξάζει. Καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τούτου, ἄρχεται εὐθὺς ὁ κανὼν (31), καθότι ἐξάψαλμον πᾶσαν τὴν ἑβδομάδα ταύτην οὐ ψάλλομεν. Γίνονται δὲ δύο ἀναγνώσεις, καὶ ὁ ν' ἀπὸ τῆς β' ἀναγνώσεως· καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ ὄρθρου, γίνεται ὁ ἀσπασμὸς καὶ ἡ ἀπόλυσις· εἰς δὲ τὰ λυχνικὰ ταύτης τῆς ἑβδομάδος λέγομεν τὸ, *Χριστὸς ἀνέστη*· καὶ εὐθέως τὸ, *Κύριε, ἐκέκραξα*, καὶ ἀπολυτικὸν τὸ, *Χριστὸς ἀνέστη*· ὁμοίως ἐν τοῖς ἀποδειπνίοις τὸν τρισάγιον ὕμνον, καὶ τὸ, *Κύριε, ἐλέησον*, ιβ'· τῷ δὲ Σαββάτῳ τῆς διακαινησίμου, καὶ τῇ Κυριακῇ ὀψὲ τῆς λαμπροφόρου, εἰς τὰ ἀποδείπνια ἀπὸ τοῦ, *μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς*, καὶ ἐπέκεινα.

A transit per boreale latus templi, et cum ad regiam portam venerit, thurificat fratres, statimque per meridianum latus revertitur unde discesserat; simulque fratres post illum ingrediuntur in templum. Ipso autem thuribolo deposito in sancto bemate, egressus sistit coram propitiatorio, fitque initium troparii, tono obliquo primo : *Christus surrexit a mortuis*. Quod postquam ter ab illo fratribusque cantatum fuerit, dicit presbyter stichum : *Hæc est dies quam fecit Dominus*. Fratres autem troparium stich. 2: *Constituite diem solemnem*, usque ad finem. Rursusque populus troparium canit. Et post hujus finem, statim incipit canon; quoniam hexapsalmum tota hac hebdomada non cantamus. Sed fiunt duæ lectiones, et dicitur psalmus quinquagesimus post secundam lectionem. Completo autem matutino, fit salutatio et absolutio. Jam in lychnico hujus hebdomadæ dicimus illud : *Christus resurrexit*. Et mox : *Domine, clamavi*; et conclusionem extremam : *Christus resurrexit*. Similiter in completoriis hymnum trisagium; et *Domine, miserere*, duodecies, Sabbato autem hebdomadæ diacænesimi, et Dominica lamprophora (in albis) vespere completorium ab illis verbis *nobiscum Deus*, cum sequentibus.

γ'. Τῇ δὲ Κυριακῇ τῆς λαμπροφόρου ἄρχεται καὶ τὸ ἐξάψαλμον (32), καὶ λέγομεν τὸ, *Θεὸς Κύριος* εἰς πλ' δ'· καὶ εὐθὺς τοὺς ἀναβαθμοὺς εἰς τὸν αὐτὸν ἦχον· τό τε προκείμενον (33)· καὶ τὸ *πᾶσα πνοή*· εἶτα τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ τὸ, *ἐν ταῖς νυξί*. Καὶ μετὰ τὸν ν', ἄρχεται ὁ κανών· γίνονται δὲ ἀναγνώσεις β'. Καὶ τῇ Κυριακῇ ἑσπέρᾳ ἄρχεται τὸ, *μακάριος ἀνήρ*. καὶ τῇ β' εἰς τὸν ὄρθρον ψάλλομεν πάλιν τὸ, *Θεὸς Κύριος*, εἰς πρῶτον ἦχον, καὶ ἓν κάθισμα (34) ψαλμοῦ, εἶτα τὸν κανόνα ἀναστάσεως· γίνονται δὲ ἀναγνώσεις γ'· ἐκ τότε τὰ ἀποδείπνια ὁλόκληρα ποιοῦμεν, πλὴν Σαββάτου ἑσπέρας, καὶ ἑορτῆς δεσποτικῆς, καὶ μνήμης ἁγίου, ἀργίαν ἡμῖν τῶν ἔργων ἢ καὶ τῶν ὡρῶν καὶ τῶν μετανοιῶν ὅτε γίνονται προξενούσης· ἐν ταύταις γὰρ ἀπὸ τοῦ, *μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς*, καὶ ἐπέκεινα. Κάμνουσι δὲ καὶ αἱ διακονίαι ἀπὸ πρωΐ, τῇ γ' τῆς β' ἑβδομάδος ἀρχομένης· ἕως δὲ τῆς ν' ἐν τῷ λυχνικῷ προκείμενα ψάλλομεν ἑκάστης ἡμέρας.

3. Porro in Dominica lamprophora incipit etiam hexapsalmum, et dicimus *Deus Dominus* tono obliquo quarto. Et mox graduales psalmos eodem tono; nec non procimenon; et illud : *omnis spiritus*. Deinde evangelium, et illud : *in noctibus*. Et post quinquagesimum psalmum incipit canon. Fiunt autem duæ lectiones. Et die Dominico ad vesperas incipit : *beatus vir*. Et feria secunda ad matutinum psallimus rursus : *Deus Dominus*, primo tono, et unum cathisma psalmi; deinde canonem resurrectionis. Et fiunt lectiones tres. Exin completoria integra recitamus, excepto Sabbato vespere, et Domini solemnitate, et alicujus sancti commemoratione quæ feriari nos faciunt ab horis et metanœis; post illa scilicet verba : *nobiscum Deus*, et sequentia. Laborant autem etiam officinæ a mane, feria tertia secundæ hebdomadæ incipientis. Porro usque ad Pentecosten procimena psallimus quotidie.

δ'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι ἐν τοῖς λυχνικοῖς (35) πᾶσι τῶν Δεσποτικῶν ἑορτῶν τὸ, *Μακάριος ἀνὴρ* ἄρχεται εἰς πλ. δ'· εἶτα ἡ δευτέρα ἔναρξις καὶ ἡ τρίτη εἰς τὸν ἦχον τῆς ἡμέρας· εἶτα τὸ *Κύριε, ἐκέκραξα* εἰς τὸν ἦχον τῶν στίχων τῆς ἑορτῆς.

4. In omnibus lychnicis solemnitatum Domini, psalmus *Beatus vir* incipit tono obliquo quarto. Deinde secunda inchoatio, et tertia tono diei. Deinde illud : *Domine, clamavi* tono stichorum solemnitatis.

NOTÆ.

(31) Canon est determinata quædam mensura hymnorum canendorum. Goar. p. 351.

(32) Ita Studita constanter genere neutro; quam lectionem præfero aliis scribentibus gen. masc. Sunt autem psalmi III, XXXIII, LXII, LXXX, VII, CII, CXLII.

(33) Procimenon intelligit Goarius proprios cujusque diei versiculos ex psalterio decerptos. Vide Cangium.

(34) Cantio quæ a sedentibus concinitur. De tonis autem Græcorum Allatius *De lib. eccl. Gr.* in Octoecho.

(35) Lychnicum proprie pars prior officii vesperarum. Goar. edit. Ven. p. 24.

Digitized by Google

5. Usque ad Ascensionis solemnitatem stichira anastasima præeunt cathismatibus catanycticis et apostolicis.

ε'. Δεῖ εἰδέναι ὅτι ἄχρι τῆς Ἀναληψίμου ἑορτῆς προηγοῦνται τὰ ἀναστάσιμα στιχηρὰ (36) καθισμάτων τῶν τε κατανυκτικῶν καὶ ἀποστολικῶν (37).

6. A Paschate usque ad Ascensionem dicimus : *resurrectionem Christi.* Deinde pari modo psalmum quinquagesimum ; et martyrica in psalmodia. Nequaquam ulterius.

ς'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι ἀπὸ τοῦ Πάσχα ἕως τῆς Ἀναληψίμου, τὸ *ἀνάστασιν Χριστοῦ* λέγομεν, εἶθ' οὕτως τὸν ν'· καὶ μαρτυρικὰ (38) ἐν τῇ ψαλμῳδίᾳ· ἐξ ἐκείνου δὲ οὐκέτι.

7. Usque ad Pentecosten quanquam horas non psallimus, neque genu flectimus, mortuales tamen canones in Sabbatis psallimus. Et alio etiam die, si commemoratio fiat fratris alicujus, psallimus,

ζ'. Ἱστέον δὲ ὅτι ἕως τῆς ν', εἰ καὶ ὥρας οὐ ψάλλομεν, οὐδὲ γόνυ κλίνομεν, ἀλλ' οὖν κανόνας νεκρωσίμους ἐν τοῖς Σάββασι ψάλλομεν· καὶ ἐν ἄλλῃ δὲ ἡμέρᾳ, εἰ τύχοι μνημόσυνον ἀδελφοῦ, ψάλλομεν.

8. Sabbato Pentecostes ad exapostilarium psallimus : *memoria mortuorum, Domine :* atque id cantantes ad fratrum sepulcra venimus, ibique stantes psallimus diei illius stichira. Atque ita absolvitur matutinum. Id autem facimus etiam in Sabbato Carnisprivii.

η'. Δεῖ εἰδέναι ὡς τῷ Σαββάτῳ τῆς ν' εἰς τὸ ἐξαποστειλάριον (39) ψάλλομεν, *ἡ μνήμη τῶν κεκοιμημένων, Κύριε·* καὶ τοῦτο ψάλλοντες κατερχόμεθα εἰς τοὺς τάφους τῶν ἀδελφῶν, κἀκεῖ ἱστάμενοι ψάλλομεν τὰ τῆς ἡμέρας στιχηρά· καὶ ἀπολύει ὁ ὄρθρος· τοῦτο δὲ ποιοῦμεν καὶ τῷ Σαββάτῳ τῆς Ἀποκρέου.

9. Vespere Dominici diei sanctæ Pentecostes ad lychnicum, in quo etiam ter genua flectimus, post procœmium statim dicitur : *Domine, clamavi.* Et mane ad matutinum post hexapsalmum dicimus : *Deus Dominus* ; statimque canonem, et duas lectiones. Hanc vero etiam hebdomadam sine cantu horarum transigimus.

θ'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι ὀψὲ τῇ Κυριακῇ τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς εἰς τὸ λυχνικὸν, ἐν ᾧ καὶ τὰς γ' γονυκλισίας ποιοῦμεν, μετὰ τὸ προοίμιον (40) εὐθέως τὸ, *Κύριε, ἐκέκραξα·* καὶ τῇ ἑωθεν εἰς τὸν ὄρθρον μετὰ τὸ ἐξάψαλμον τὸ, *Θεὸς Κύριος* λέγομεν· καὶ εὐθὺς τὸν κανόνα, καὶ ἀναγνώσεις β'· ἄγομεν δὲ καὶ τὴν ἑβδομάδα ταύτην μὴ ψάλλοντες ὥρας.

10. Sequitur sancta apostolorum sanctorum quadragesima, et jam incipimus horas quoque psallere semper cum cathismate. Tum in fine psalmodiæ dicimus : *Domine, miserere ; Christe, miserere.* Et in primis facimus tres metanœas pari cuncti celeritate præsidem subsequentes : quas inter extendimus etiam aliquantum manus ad Deum. Deinde sic alias viginti, quanta quisque celeritate potest. Ita agimus in unaquaque synaxi. Ad com pletorium autem genua flectimus quinquagies, et ad matutinum quadragies.

ι'. Εἶτα ἐπέρχεται καὶ ἡ ἁγία τεσσαρακοστὴ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ ἀρχόμεθα ψάλλειν καὶ τὰς ὥρας μετὰ καθίσματος πάντοτε. Μετὰ γοῦν τὸ τέλος τῆς ψαλμῳδίας, λέγομεν τὸ, *Κύριε, ἐλέησον, Χριστέ, ἐλέησον.* Καὶ βάλλομεν ἐν πρώτοις γ' μετανοίας ἰσοταχῶς ἅπαντες τῷ προεστῶτι ἐπόμενοι· ἐν αἷς καὶ μικρὸν τὰς χεῖρας ἐκτείνομεν πρὸς τὸν Θεόν. Εἶθ' οὕτως ἄλλας κ' ὡς ἔχει τάχους ἕκαστος. Οὕτως οὖν καθ' ἑκάστην σύναξιν. Εἰς δὲ τὸ Ἀποδείπνιον, γονυκλισίαι ν', καὶ εἰς τὸν ὄρθρον μ'.

11. In omnibus matutinis post finem lectionis surgentes, duodecies dicimus : *Domine, miserere.* Atque ita denuo incipit psalmodia

ια'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι εἰς ἕκαστον ὄρθρον μετὰ τὸ τέλος τῆς ἀναγνώσεως ἐγειρόμενοι δωδεκάκις λέγομεν τὸ, *Κύριε, ἐλέησον.* Καὶ οὕτως ἄρχεται πάλιν ἡ ψαλμῳδία.

12. Omni Sabbato ac die Dominico, quotiescunque in his non occurrit vel solemnitas Domini, vel alicujus sancti memoria, ex Epistolis Pauli legimus. Sabbatis autem ad matutinum psallimus cathisma ante psalmum *immaculati.* Deinde *immaculati*, et subinde psalmum quinquagesimum, postea canonem ; et fiunt lectiones tres. Namque ad psalmum *immaculati*, non legimus. Loco autem exapostilarii dicimus, *In memoria æterna erit justus, ab auditione mala non timebit.* Hæc quantitas qualitasque psalmodiæ protenditur usque ad vivifici ligni exaltationem.

ιβ'. Δεῖ εἰδέναι ὡς καθ' ἕκαστον Σάββατον καὶ Κυριακὴν, ὅτε οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς ἤτοι ἑορτὴ Δεσποτικὴ, ἢ μνήμη ἁγίου, τὸν Ἀπόστολον ἀναγινώσκομεν. Ἐν δὲ τοῖς Σάββασιν εἰς τὸν ὄρθρον ψάλλομεν τὸ, πρὸ τοῦ *ἀμώμου* κάθισμα. Εἶτα τὸν *ἄμωμον*· εἶτα τὸν ν'· εἶτα τὸν κανόνα· γίνονται δὲ ἀναγνώσεις γ'. Εἰς γὰρ τὸν *ἄμωμον* οὐκ ἀναγινώσκομεν. Ἀντὶ δὲ τοῦ ἐξαποστειλαρίου λέγομεν τὸ, *Εἰς μνημόσυνον αἰώνιον ἔσται δίκαιος, ἀπὸ ἀκοῆς πονηρᾶς οὐ φοβηθήσεται.* Αὕτη ἡ ποσότης τε καὶ ποιότης τῆς ψαλμῳδίας διατείνει μέχρι τῆς ὑψώσεως τοῦ ζωοποιοῦ ξύλου.

13. Postridie dormitionis sanctissimæ Deiparæ in lychnico post procœmium statim dicitur : *Domine, clamavi.* Et mane ad matutinum post hexapsalmum

ιγ'. Ἱστέον ὅτι εἰς τὴν κοίμησιν τῆς παναγίας Θεοτόκου ἤγουν εἰς τὸ λυχνικὸν τὸ μεθέορτον μετὰ τὸ προοίμιον εὐθέως, *Κύριε, ἐκέκραξα.* Καὶ τῇ ἑω-

NOTÆ.

(36) Cantica pœnitentialia vel in honorem apostoli.

(37) Stichira, troparia, seu versus longiores.

(38) Ita intelligo sigla codicis. Sunt autem *martyrica*, hymni in honorem martyrum.

(39) Hymnorum genus, de quorum appellatione disputat Cangius.

(40) Est psalmus CIII. Videsis Goarium, p. 25.

Digitized by Google

θεν εἰς τὸν ὄρθρον μετὰ τὸ ἐξάψαλμον πάλιν τὸ, *Θεὸς Κύριος*, καὶ εὐθὺς ὁ κανών, ἀναγνώσεις β'. Ὁμοίως εἰς τὸ γενέθλιον τῆς αὐτῆς· ὁμοίως εἰς τὴν Χριστοῦ Γένναν· ὡσαύτως εἰς τὰ Φῶτα· ὡσαύτως εἰς τὴν Ὑπαπαντὴν τοῦ Κυρίου. Ἐν ἄλλαις δὲ ἑορταῖς, πλὴν τῶν προγεγραμμένων, διπλῶς ἑορτάζειν οὐκ ἔνι. Ἀπὸ δὲ τῆς ὑψώσεως ἕως τῆς μεγάλης μ', προτίθεται καὶ ἕτερον κάθισμα ἐν τοῖς ὄρθροις, καὶ τὰ τροπάρια δὲ τῶν καθισμάτων διπλοῦνται, λεγομένου μεσοστίχου· γίνονται δὲ ἀναγνώσεις δ'. Ἐν δὲ τοῖς Σάββασι τούτοις ψάλλομεν τὰ πρὸ τοῦ *ἀμώμου* β' καθίσματα· εἶτα τὸν *ἄμωμον*, εἶθ' οὕτως τὸν κανόνα, γινομένων δ' ἀναγνώσεων, καθότι εἰς τὸν *ἄμωμον* οὐκ ἀναγινώσκομεν.

A rursus dicitur : *Deus Dominus* ; statimque canon, et lectiones duæ. Similiter et in nativitate ejusdem ; necnon in Christi Natalibus, et in festo Luminum, et in Hypapante Domini. In aliis autem solemnitatibus, exceptis prædictis, duplicare solemnem ritum non licet. A crucis vero exaltatione usque ad magnam quadragesimam, præponitur etiam aliud cathisma in matutinis, et cathismatum troparia duplicantur, dicto mesostícho ; et fiunt lectiones quatuor. In his autem Sabbatis psallimus duo cathismata ante psalmum *immaculati* : deinde psalmum *immaculati* : postea canonem factis quatuor lectionibus, quandoquidem ad psalmum *immaculati* non legimus.

Περὶ τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς.

ιδ'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ μ' ψάλλομεν καθίσματα δ', καὶ τὸ τριῴδιον· γίνονται καὶ ἀναγνώσεις δ'. Καὶ τῶν ἀδελφῶν μικρὸν ἀναπαυσαμένων, περὶ τὸ διάφαυσμα σημαίνει ὁ ἐκκλησιάρχης· καὶ πάντων συναθροισθέντων ἐν τῷ κυριακῷ, ψάλλομεν τὴν α', μετὰ καθίσματος· οὐ μὴν καὶ ἀναγινώσκομεν ἐν αὐτῇ. Ἐν δὲ τῇ γ' καὶ ϛ' καὶ θ' ἀναγινώσκομεν. Καθ' ἕκαστον ἀντίφωνον, ἤγουν *δόξαν*, εὐχὴ γίνεται παρά τε τοῦ πρεσβυτέρου καὶ διακόνου. Ποιοῦμεν δὲ μετανοίας εἰς μὲν τὰς ὥρας καὶ τὸ λυχνικὸν ἀνὰ λ'· εἰς δὲ τὸ ἀποδείπνιον ρ'· καὶ εἰς τὸν ὄρθρον π'.

De sancta Quadragesima.

14. In sancta magna Quadragesima psallimus cathismata quatuor, et triodium, fiuntque lectiones quatuor. Et fratribus paululum requiescentibus, circa diluculum signum dat ecclesiarcha : cunctisque in ecclesia congregatis, primam horam cantamus cum cathismate, neque tamen in eadem fit lectio. Horis autem tertia, sexta, et nona fit lectio. Ad singulas antiphonas, id est *glorias*, oratio recitatur a presbytero et diacono. Facimus autem metanœas in horis et lychnico, triginta ; in completorio, centum ; et in matutino octoginta.

ιε'. Δεῖ εἰδέναι ὅτι τῇ μεγάλῃ ἑβδομάδι ὅλῃ ψάλλομεν τὰς ὥρας ὁμοίως ταῖς πρὸ αὐτῶν, πλὴν τοῦ ἁγίου Σαββάτου· καὶ μετανοίας δὲ ποιοῦμεν ἕως ὅτου ἄρξηται τὸ ἑωθινὸν τρισάγιον, ὅπερ λέγεται μετὰ τὸ στιχηρὸν τοῦ στίχου· μεθ' οὗ προκείμενον, καὶ Ἀπόστολον καὶ προφητείαν καὶ Εὐαγγέλιον.

15. Tota magna hebdomada psallimus horas, sicut antea, Sabbato sancto excepto : et metanœas facimus donec incipiat matutinum trisagium, quod dicitur post stichirum stichi : simulque procimenon, et lectio Pauli fit, nec non prophetiæ, et Evangelii.

ις'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι δ' καὶ Παρασκευῇ καὶ Κυριακῇ, τῶν ἀδελφῶν ἱσταμένων μετὰ πάσης εὐλαβείας, μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ ὄρθρου ἀναγινώσκεται ἡ κατήχησις τοῦ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου (41). Εἶτα λέγει καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ ὁ ἡγούμενος νουθετῶν τοὺς ἀδελφούς. Καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς κατηχήσεως, *δοξάζουσιν*, καὶ λέγεται τὸ *Πάτερ ἡμῶν*, καὶ *εὐλογεῖτε*, *ἅγιοι*, *εὐλόγησον*, *Πάτερ*, καὶ ἀπολύει. Οὕτως καθόλου τοῦ ἐνιαυτοῦ.

16. Feria quarta et sexta et die Dominico, astantibus cum omnimoda devotione fratribus, post absolutum matutinum legitur catechesis theophori Patris nostri Theodori. Postea facit propriam abbas ad fratres adhortationem. Et finita catechesi, dicunt *gloria*, cum *Pater noster*, et *benedicite*, *sancti*, *benedic*, *Pater*, et finis fit. Sic toto anno usuvenit.

ιζ'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι τῷ Σαββάτῳ εἰς τὸ *Κύριε*, *ἐκέκραξα*, τὰ ἀναστάσιμα στιχηρὰ τρισεύονται· εἰς δὲ τοὺς αἴνους δισσεύονται. Ὁμοίως καὶ ἐν ταῖς Δεσποτικαῖς ἑορταῖς.

17. Sabbato ad psalmum *Domine, clamavi*, triplicantur anastasima stichira : ad laudes autem duplicantur. Sic etiam in solemnitatibus Domini.

ιη'. Ἰστέον ὅτι καὶ ἐπιστημονάρχαι εἰσὶν εἰς οὓς τὰ σφάλματα τῶν μικροτέρων ἀδελφῶν ἀναφερόμενα τὴν διόρθωσιν δέχεται. Καὶ ταξιάρχαι δύο κατὰ χορῶν, ὑφ' ὧν οἱ ἀδελφοὶ κοσμίως ἱστασθαι ἐν τοῖς χοροῖς ὑπομιμνήσκονται. Καὶ ἀφυπνιστὴς ἕτερος, ὁ ἐν ταῖς ἀναγνώσεσι τοῦ ὄρθρου, ἠρέμα περιερχόμενος τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τοὺς κοιμωμένους ἐξυπνίζων. Ἀλλὰ καὶ ἐπιτηρηταὶ καθ' ἑσπέραν δύο τάσσονται ἀμοιβαδὸν, οἵ τινες μετὰ τὴν φωνὴν τοῦ ξύλου προτρέπονται τοὺς νωθροὺς συνδραμεῖν εἰς τὰ ἑσπερινά

18. Sunt etiam disciplinæ præfecti, ad quos culpæ minorum fratrum emendandæ deferuntur. Item sunt chorales moderatores duo, a quibus fratres admonentur ut decore in choris se gerant. Præterea excitator alter, qui dum fiunt matutinæ lectiones, tacite fratres circumiens, obdormientes vigilare facit. Quin etiam speculatores duo constituuntur alternatim, qui post ligni sonitum urgent pigriores ut ad vesperas et completorium concurrant. Rursusque absoluto completorio, iidem se-

NOTÆ.

(41) Lectio catechesium Studitæ incipiebat in Dominica Septuagesimæ, Allat. op. cit., col. 1429.

Digitized by Google

cretos monasterii locos invisunt, et si quos ad intempestiva colloquia coire compererint, convenienter increpitos dissociant.

καὶ εἰς τὰ ἀποδείπνια καὶ πάλιν μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ ἀποδείπνου περινοστοῦσιν τοὺς κρυπτοὺς τοῦ μοναστηρίου τόπους, καὶ τοὺς συνδυάζοντας εἰς ἀκαίρους συντυχίας διαλύουσι μετὰ τῆς προσηκούσης στυφότητος.

19. Singulis completoriis salutatio fit manibus ad crucis formam compositis, quod est singulorum reconciliationis indicium, ob eas quæ interdiu contingunt offensas.

ιθ'. Χρὴ γινώσκειν ὡς καθ' ἕκαστον ἀποδείπνιον ὁ διὰ χειρῶν σταυροειδὴς ἀσπασμὸς (42) γίνεται, σημεῖον τυγχάνων ἀποκαταλλαγῆς ἑκάστου πρὸς ἕκαστον, διὰ τὰς μεθημερινὰς συμβαινούσας προσκρούσεις.

20. In Nativitatis Christi pervigilio, et festi luminum, et feria sancta quinta vespere, et Sabbato sancto item vespere, completorium non canimus, sed trisagium tantummodo in refectorio.

κ'. Δεῖ εἰδέναι ὡς τῇ παραμονῇ τῶν Χριστοῦ Γενν̃ων, καὶ τῶν Φώτων, καὶ τῇ ἁγίᾳ ε' ὀψὲ, καὶ τῷ ἁγίῳ Σαββάτῳ ὀψὲ, ἀποδείπνιον οὐ ψάλλομεν, ἀλλ' ἢ τὸ τρισάγιον εἰς τὸ τραπεζάριον.

21. In cunctis propemodum sanctæ Quadragesimæ completoriis, modo a præside, modo ab aliquo proveetiore et dicendi perito, fit ad fratres catechesis.

κα'. Ἰστέον ὡς ἐν τοῖς ἀποδειπνίοις τῆς ἁγίας μ', πᾶσι σχεδὸν, πῇ μὲν παρὰ τοῦ προεστῶτος, πῇ δὲ παρὰ τῶν προβεβηκότων καὶ λόγου πεπειραμένων κατήχησις ἐν τοῖς ἀδελφοῖς γίνεται.

22. In singulis matutinis egreditur choro abbas ad quartum hymnum exordiendum. Tum residens, fratres excipit accedentes ad confessionem, et unumquemque salubri medela curat.

κβ'. Δεῖ εἰδέναι ὅτι καθ' ἕκαστον ὄρθρον ἐξέρχεται τοῦ χοροῦ ὁ ἡγούμενος τοῦ ἄρξασθαι τὴν δ' ᾠδήν. Καὶ καθεζόμενος, εἰς τὴν ἐξαγγελίαν δέχεται τοὺς ἀδελφοὺς προσιόντας, καὶ θεραπεύει ἕνα ἕκαστον πρὸς τὸ συμφέρον.

23. Sanctæ Quadrageśimæ tempore deputatur frater, qui ab hora tertia in singulas officinas pergit; et facta melancea, dicit: Fratres atque Patres, nobismet attendamus, quia morimur, morimur, morimur: regni quoque cœlestis memores simus.

κγ'. Χρὴ γινώσκειν ὡς τῇ ἁγίᾳ Τεσσαρακοστῇ τάσσεται ἀδελφὸς γηραιὸς, καὶ ἀπὸ τῆς γ' ὥρας ἀπέρχεται εἰς ἑκάστην διακονίαν, καὶ βάλλων μετάνοιαν λέγει· Ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες, προσέχωμεν ἑαυτοῖς, ὅτι ἀποθνήσκομεν, ἀποθνήσκομεν, ἀποθνήσκομεν· μνημονεύσωμεν καὶ τῆς ἐπουρανίου βασιλείας.

24. Cum fratres recipimus sive ex alio monasterio, sive ex cœtu laico ad vitam monachalem, facimus eos demorari in hospitum cubiculis hebdomadis duabus aut etiam tribus, ut observent et experiantur monasterium. Quod si quis in propo-

κδ'. Ἰστέον ὡς ὅτε δεχόμεθα ἀδελφοὺς, εἴτε ἀπὸ ἄλλου μοναστηρίου, εἴτε λαϊκοὺς πρὸς τὸ μονάσαι, ποιοῦμεν αὐτοὺς καθεσθῆναι εἰς τὸ ξενοδοχεῖον ἑβδομάδας β', ἢ καὶ γ', πρὸς θεωρίαν καὶ πεῖραν τοῦ μοναστηρίου· καὶ εἰ ἐπιμένει τῇ κρίσει τοῦ λογισμοῦ

NOTÆ.

(42) De hoc ritu ejusque varia significatione Scholion eruditum Nicetæ Pectorati monachi Studitæ legebam in cod. Vat. 1105, f. 152, quod etsi paulo diffusius hic recitabo, sed Græce tantum, ne adnotatio enormior evadat.

Νικήτα μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τῶν Στουδίων, τοῦ Στηθάτου, περὶ τοῦ διὰ χειρῶν ἀσπασμοῦ.

Ἀλλ' οὐδὲ ὁ διὰ χειρῶν ἀσπασμὸς ἐπὶ μόνῳ τῷ πραττομένῳ τὸν ἴδιον ἵστησι λόγον· ἔχει δὲ καὶ αὐτὸς ἄρα μυστικώτερόν τι πάντως ἐμφῆναι τοῖς τὰ ἡμέτερα ἐξετάζουσιν, ὡς τῷ ὁρωμένῳ συγκλειόμενος. Τρία γοῦν ταῦτα τοῖς ὁρῶσι ψυχῆς ὀφθαλμοῖς ἐμφαίνει τὰ μυστικώτερα· τὴν πρὸς ἀλλήλους καταλλαγὴν· τῶν τοῦ νοῦ φασμάτων τὴν ἀποδίωξιν· καὶ τὴν τοῦ ἁγίου ἐπισκίασιν Πνεύματος. Ἐπειδὴ γὰρ σταυρῷ μὲν τυποῦμεν τῶν μεγάλων τοὺς δακτύλους καὶ πρώτους περιβαλλόμενοι τὸ τῆς ἀκακίας κουκούλιον· τὰς παλάμας δὲ ἔνθεν κἀκεῖθεν ἁπλωμένας ἀντικρὺ πρὸς ἀλλήλους ἐκτείνομεν· οἵ τε ἱερεῖς, καὶ οἱ ὅλον τὸ σχῆμα τῆς ἐσταυρωμένης ἀναλαβόντες ζωῆς, διὰ μὲν τοῦ σταυροειδοῦς δεσμοῦ τῶν δακτύλων, τὸ ἐγκρατὲς καὶ δεδομένον τῆς παῤῥησίας ἐμφαίνομεν· ἧς χάριν ὡς ὅπλον τὴν εὐλάβειαν ἐνδυόμεθα· διά τε τῆς ἀναπετάσεως τῶν χειρῶν τὴν τῆς ἀγάπης διάθεσιν, ἣν εἰς ἀλλήλους ἔχειν πρὸς Χριστοῦ ἐπετράπημεν· καὶ ὅπως ἕκαστος ἑκάστου τὴν φιλίαν πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπεῦσαι δεικνύομεν· διὰ δὲ τῆς προσψαύσεως τῶν δακτύλων, ὅπως δεξιὰς ἀλλήλοις κατὰ τὴν πάλαι διδόντες παράδοσιν· χεῖρας χερσὶν ἐμβάλλοντες συναπτόμεθα, τὴν εἰς ἀλλήλους ἑνότητα καὶ ὁμοτροπίαν, καὶ τὸ ἄῤῥηκτον τῆς ἀγάπης δηλοῦμεν· διὰ δὲ τοῦ ἀσπασμοῦ τῶν σταυροειδῶς δεδεμένων δακτύλων τὴν φιλίαν αὐτοῦ ἐσταυρωμένου αἰνιττόμεθα βίου, ὅπως αὐτὸν ἐκθύμως ἀσπαζώμεθα· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὴν νέκρωσιν τῶν μελῶν, καὶ τῶν τῆς σαρκὸς πράξεων καθήλωσιν· καὶ ἄλλως τὴν πρὸς ἀλλήλους ταπείνωσιν· ὅπως τῷ συνδέσμῳ τοῦ πνεύματος συνδεόμενοι, τὴν τοῦ πλησίον πρόσψαυσιν ὡς ἁγιασμὸν δεχόμενοι ἀσπαζώμεθα. Καὶ ταῦτα μὲν κατὰ τὴν πρώτην τάξιν, πρὸς ἀλλήλους οἱ ἱερεῖς ὡς εἴρηται· καὶ οἱ τῷ μεγάλῳ σχήματι τεθωρακισμένοι τῷ πράγματι, καὶ καταλλαττόμενοι τῇ συναφείᾳ συναπτόμεθα τῆς ἀγάπης· οὐχ οὕτως δὲ ἄρα καὶ ἐπὶ τὸν φέροντα τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ σχήματος γίγνεται· ἐκεῖ γὰρ ἔτι τῶν εἰσαγωγικῶν εἰς ἀγῶνας τελοῦντες, καὶ τὴν στάσιν ἔχοντες, οὐ πρὸς μόνας τὰς τῶν παθῶν ἐνεργείας, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς τοῦ νοῦ φαντασίας, καὶ πρὸς τὰ τῶν πονηρῶν ἰνδάλματα λογισμῶν ἀπερικάλυπτοι τὰς κεφαλὰς ἐρχόμενοι κλινοῦσι ταύτας τῶν εἰρημένων Πατέρων ἐνώπιον· τοῦτο μὲν, τὴν πρὸς αὐτοὺς δούλωσιν καὶ ταπείνωσιν ἐνδεικνύμενοι· τοῦτο δὲ, καὶ τὴν παρ' ἐκείνων εὐλογίαν τυπούμενοι καὶ αἰτούμενοι· οἱ δὲ πρῶτα μὲν σταυρῷ τὰς τούτων ἐπισφραγίζουσι κεφαλὰς· εἶτα τὰς δεξιὰς χεῖρας ταῖς κάραις ἐπιτιθέντες αὐτῶν, καὶ ἅμα τὰς ἐπιτεθείσας οἱ θέντες ἀπωσάμενοι χεῖρας ἐπευχόμενοι αὐτοὺς ἀπολύουσιν· ἴδιον δὲ τούτοις πᾶσίν ἐστιν τὸ τοῖς μὲν, εὐλόγησον εὔξομαι λέγειν· τοῖς δὲ, σῶσαι σε ὁ Θεός.

Digitized by Google

αὐτοῦ, μετὰ τὸ διαμαρτύρασθαι αὐτῷ τὸν ἡγούμενον τὰ συμβησόμενα, τηνικαῦτα ἐπὶ κατηχήσεως εἰσάγει αὐτὸν καὶ συναριθμεῖ τῇ ἑαυτοῦ ποίμνῃ, βάλλοντος τοῦ προσερχομένου μετάνοιαν τοῖς ἀδελφοῖς κατ' ἐπιτροπὴν τοῦ ἡγουμένου, κἀκείνων ἐπευχομένων αὐτῷ.

A sito suo permanserit, tunc postquam ei abbas futurum vitæ genus intimaverit, introducit ad catechesim, et gregi suo adnumerat; dum interim admissus, data ab abbate licentia, facit metanœam coram fratribus, atque hi vicissim pro illo orant.

κε'. Χρὴ γινώσκειν ὡς καὶ ἀφορίστριαι εἰσὶ παρ' ἡμῖν, ἐν αἷς οἱ ἀπειθεῖς καὶ δυσήνιοι κατακλείονται, ξηροφαγοῦντες καὶ παιδευόμενοι τὴν ἀρετήν· ἡ γὰρ διὰ μαστίγων παίδευσις, ὡς τοῖς κοσμικοῖς ἁρμόζουσα, τοῖς Πατράσιν ἡμῶν ἀπόβλητος εἰκότως ἐκρίθη.

25. Sunt etiam apud nos loci quidam separati, in quibus inobedientes et contumaces includuntur, arido victu nutriti, atque ita virtutem edocti. Namque emendationem per verbera, quæ mundanis hominibus convenit, merito Patres nostri repudiandam censuerunt.

κς'. Δεῖ εἰδέναι ὅτι ἐν αἷς ἡμέραις ἀργίαν ἄγομεν τῶν σωματικῶν ἔργων, κρούει ὁ βιβλιόφυλαξ τὸ ξύλον ἅπαξ, καὶ συνάγονται οἱ ἀδελφοὶ εἰς τὸν τόπον τῶν βιβλίων, καὶ λαμβάνει ἕκαστος βιβλίον, καὶ ἀναγινώσκει ἕως ὀψέ· πρὸ δὲ τῶν σημαντήρων τοῦ λυχνικοῦ, κρούει πάλιν ἅπαξ ὁ ἐπὶ τῶν βιβλίων, καὶ ἐρχόμενοι πάντες κατὰ τὴν ἀναγραφὴν ἀποστρέφουσιν αὐτά· εἰ δέ τις ὑστερίσει εἰς τὴν ἀπόδοσιν τῆς βίβλου, ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλεται.

26. Diebus quibus a corporali opere feriamur, signum ligno semel edit bibliothecarius, conveniuntque fratres ad librorum aulam, sumitque unusquisque librum, et usque ad vesperam legit. Sed priusquam lychnici signa dentur, pulsat rursus semel bibliothecarius; cunctique venientes secundum scriptam schedam libros reddunt. Quod si quis reddere librum cunctatur, pœnæ subjicitur.

κζ'. Χρὴ εἰδέναι ὡς ἡνίκα ἐννάτην ποιοῦμεν, ἀπὸ τῆς ς' λειτουργεῖ ὁ πρεσβύτερος· εἰ δὲ καὶ μέλλομεν ἐσθίειν, ἀπὸ τῆς γ'· ἐὰν δὲ ἀργίαν ἄγομεν τῶν ὁρῶν καὶ κάμνομεν, ἡ μὲν θεία λειτουργία ὥραν γ' σημαίνει· μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν αὐτῆς, κρούει τὸ ξύλον τρις, καὶ συνάγονται πάντες οἱ ἀδελφοὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ μετὰ τὸ ψάλαι τὰ τυπικὰ, καὶ λαβεῖν εὐλογίαν, ἀπερχόμεθα εἰς τὴν τράπεζαν.

27. Quo tempore horam nonam recitamus, ab hora sexta sacrum facit presbyter: quod si etiam prandium sumus, ac hora tertia. Jam si ab horis feriamur, et laboramus, divina liturgia horæ tertiæ deputatur: qua expleta, lignum ter pulsatur, conveniuntque omnes fratres, et cantatis typicis, acceptaque benedictione, ad mensam pergimus.

Περὶ τῆς ἐν βρώμασι καὶ πόμασι ποσότητος καὶ ποιότητος, καὶ τῆς ἐν ταῖς τραπέζαις εὐταξίας.

De ciborum et potuum quantitate et qualitate, et decente in mensis ordine

κη'. Ὑπερχομένων τῶν ἀδελφῶν εἰς τὸ ἀριστῆσαι, ὁ στίχος αὐτῶν ἐπὶ στόματος φέρεται· κάθηνται δὲ κατὰ τράπεζαν *ἀκόβητον* (43) θ'· οἱ ταξιάρχαι δὲ τὰς ἀναπληρώσεις τῶν τραπεζῶν ποιοῦνται, καὶ εὐτάκτως ἐκτὸς θορύβου· γίνεται δὲ ἡ ἀνάγνωσις, τῶν ἀδελφῶν τὰ κουκούλλια ἐπὶ κεφαλῆς ἐχόντων. Σημεῖον δὲ τοῦ τέλους τῆς ἀναγνώσεως ταύτης ἐστὶν ὁ ἦχος τῶν κλειρίων ἐν τῇ ὑστάτῃ μαγειρίᾳ, πάντων ὁμοῦ ἐπὶ τῶν παροψίδων ἐῤῥιπτομένων· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κεράσαι καὶ τὸ παραθῆσαι διὰ κρούσματος γίνεται.

28. Venientibus ad prandium fratribus, versiculus in ore cujusque est, sedentque ad mensam *ἀκόβητον* θ'. Qui autem recto ordine sunt præpositi, mensas ferculis replent composite et sine tumultu. Et interim lectio, fratribus cucullata capita habentibus. Signum vero finiendæ hujus lectionis est, sonitus cochlearium in postremo ferculo, cum omnia simul in paropsides projiciuntur. Miscendi pariter et apponendi signum pulsatione fit.

κθ'. Ἰστέον δὲ ὅτι ἀπὸ τῆς πασχαλίας (44) μέχρι τῶν ἁγίων πάντων (45), τὰς β' μαγειρίας τό τε λάχανον καὶ τὸ ὄσπριον μετὰ ἐλαίου ἐσθίομεν· χρώμεθα δὲ καὶ ἰχθύων, καὶ τυροῦ, καὶ ὠοῦ· πίνομεν δὲ τὰ ἄριστα γ'· κρούοντος τοῦ ξύλου, ἀπέρχονται οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἐσθίουσιν ἄρτον· καὶ ἐὰν ἐπερίσσευσεν μαγειρία πρωῒ (ἐπίτηδες γὰρ ἕδεσμα τὸ ὀψὲ τῷ κοινῷ οὐ γίνεται), κιρνὰ δὲ δύο. Εἰς δὲ τὴν μ' τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἰχθύας καὶ τυρὸν καὶ ὠὸν οὐκ ἐσθίομεν, πλὴν τῶν ἡμερῶν ἐν αἷς ὥραν οὐ ψάλλο-

29. A paschali tempore usque ad festum sanctorum omnium, duo fercula, olus nempe et legumen oleatum comedimus. Vescimur etiam piscibus, caseo, et ovis. Bibimus autem in prandio ter. Ubi lignum increpuerit, abeunt fratres, et panem comedunt, et si quid ex ferculo matutino superfuit (nam vespere proprium edulium communitati non paratur) et bibimus pocilla duo. In quadragesima vero sanctorum apostolorum pisces, caseum, et ova non comedimus, præter quam diebus quibus horam

NOTÆ.

(43) Ita cod. Mihi vero obscurus et ambiguus hic locus est, propter vocabuli novitatem.

(44) Pollux Chron. apud Allatium dissert. cit. col. 1151 : Δύο πασχαλίας ἑβδομάδες, μία πρὸ, μία δὲ μετά· *duæ paschalium hebdomadæ, altera quæ præcedit, altera quæ subsequitur.*

(45) Festum omnium sanctorum a Græcis agitur in Dominica prima Matthæi; quæ est prima post Pentecosten. Allat. diss. cit. col. 1463.

Digitized by Google

non canimus. Manducamus autem hora nona ferculа duo : olus oleatum, legumen absque oleo comedimus. Bibimus hora nona cyathos duos, vespere item duos. Diebus autem feriatis, quibus diximus nos caseo et reliquis vesci, hora sexta comedentes, ter bibimus ; vespere bis. Hunc morem in quadragesima etiam sancti apostoli Philippi servamus : sed propter brevitatem dierum quadragesimæ sancti Philippi, semel in die comedimus, sed ter bibimus. Jam ab apostolorum commemoratione usque ad sanctum Philippum, nonam recitamus. Quod si in hos dies incurrat commemoratio alicujus sancti, quæ nos feriatos reddat ab horis et metanœis, tunc caseum et ova et pisces, siquidem Deus suppeditaverit, comedimus ; cum cyathis tribus in prandio, vespere duobus.

A

B

De sancta magna Quadragesima.

30. In sancta magna Quadragesima semel in die vescimur, excepto Sabbato, et die Dominico. Comedimus autem prima et mediana hebdomada eodem modo, id est fabas coctas, et salsamentum absque oleo, et caricas quinque, et si adsint castaneæ, et pira cocta, et Damascenica. Secunda autem hebdomada, et tertia, et quinta, et sexta sic comedimus : pruna nimirum cocta et salsamentum in scutellis; et ferculi loco legumen cum nuce fracta ; poma tamen et ficus his hebdomadis non comedimus. Tota autem sancta Quadragesima mixtum bibimus, exceptis infirmis aut senibus. Porro mistum constat ex pipere, cumino, et aniso calido. Feriis sanctis C secunda, tertia, quarta, et quinta, et sexta cibi primæ hujus hebdomadæ adhibentur. Attamen sancta feria quinta unum ferculum comedimus, legumen scilicet cum nuce fracta, et coctas fabas, et mistum bibimus. Sabbato autem sancto hora undecima incipit lychnicum, quo absoluto, caseum comedimus et pisces et ova, ac bibimus ter.

De festo Annuntiationis.

31. Hora sexta ad ligni pulsum convenimus ad sacellum purissimæ Dei Matris, et cœpto lychnico, perstant illic pauci fratres ob illud persolvendum : reliqui faciunt processionem, et monasterium circumambientes veniunt, si est introitus et liturgia perfecta. Tunc vescimur piscibus et oleo, et bibimus ter. D

32. In media hebdomada sanctorum jejuniorum post nonam cantatam, proponitur vivificum lignum, et omnes adoramus.

μεν· τρώγομεν δὲ θ' μαγειρίας β', τὸ μὲν λάχανον μετὰ ἐλαίου, τὸ δὲ ὄσπριον ἄνευ ἐλαίου ἐσθίομεν· κιρνὰ δὲ δύο τῇ θ', καὶ δύο ὀψέ· ἐν δὲ ταῖς ἀργησίμοις ἐν αἷς ἠνιξάμεθα τυρὸν ἐσθίειν καὶ τὰ λοιπά, τῇ ς' τρώγοντες, γ' πίνομεν, καὶ ὀψὲ β'· οὗτος τύπος καὶ τῇ μ' τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Φιλίππου (46)· διὰ δὲ τὴν σμικρότητα τῶν ἡμερῶν τῆς μ' τοῦ ἁγίου Φιλίππου μονοσιτοῦμεν, πίνομεν δὲ γ'. Ἀπὸ δὲ τῶν ἀποστόλων μνήμης ἕως τοῦ ἁγίου Φιλίππου, τετράδα καὶ παρασκευὴν θ' ποιοῦμεν· ἐὰν δὲ ἔπεσεν ἐν αὐταῖς μνήμη ἁγίου, σχολὴν ἡμῖν ἐμποιοῦσα τῶν τε ὡρῶν καὶ μετανοιῶν, καὶ τυρὸν καὶ ᾠὸν καὶ ἰχθῦν, εἴπερ χορηγοίη ἡμῖν ὁ Θεὸς, ἐσθίομεν· κιρνὰ δὲ γ' τὸ ἄριστον, καὶ ὀψὲ β'.

Περὶ τῆς ἁγίας μεγάλης Μ'.

λ'. Ἐν δὲ τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Τεσσαρακοστῇ μονοσιτοῦμεν, πλὴν Σαββάτου καὶ Κυριακῆς· ἐσθίομεν δὲ τῇ πρώτῃ καὶ τῇ μέσῃ ἑβδομάδι μονοτρόπως, ἤγουν φάβα ἑξεστὸν, καὶ ἁλμαίαν χωρὶς ἐλαίου, καὶ ἰσχάδας ἀνὰ ε', καὶ εἰ τύχοι κάστανα, καὶ ἀπίφθα, καὶ δαμασκηνά· τῇ δὲ β' ἑβδομάδι, καὶ γ', καὶ ε', καὶ ς' ἐσθίομεν οὕτως· κόκκους ἑξεστοὺς, καὶ ἁλμαίαν εἰς τὰ σκουτέλλια, καὶ μαγειρίαν ὄσπριον μετὰ καρίου τριπτοῦ· ὀπώρας δὲ ἢ ἰσχάδας ἐν ταύταις οὐ τρώγομεν· πᾶσαν δὲ τὴν ἁγίαν μ' εὔκρατον πίνομεν, χωρὶς τῶν ἀσθενούντων ἢ γερόντων· τὸ δὲ εὔκρατον συνίσταται ἔκ τε πιπέρεως καὶ κυμίνου καὶ ἀνίσου θερμοῦ (47). Τῇ δὲ ἁγίᾳ β', καὶ τρίτῃ, καὶ δ', καὶ ε', καὶ ς', τὰ βρώματα ταύτης πρώτης ἑβδομάδος πίπτουσιν· τῇ δὲ ἁγίᾳ ε' ἐσθίομεν μίαν μαγειρίαν ὄσπριον μετὰ καρύου τριπτοῦ, καὶ ζεστὰ κουκία· πίνομεν δὲ καὶ πρὸς ἔνκρασιν· τῷ δὲ ἁγίῳ Σαββάτῳ ὥρᾳ ἑνδεκάτῃ ἄρχεται τὸ λυχνικόν· καὶ ὅπου σώσει ἡ ἀπόλυσις, ἐσθίομεν δὲ τυρὸν καὶ ἰχθῦς καὶ ᾠά· καὶ πίνομεν ἀνὰ γ'.

Περὶ τοῦ εὐαγγελισμοῦ.

λα'. Ἴστεον ὡς ὥρᾳ ς' τοῦ ξύλου κρούοντος συναγόμεθα εἰς τὸν οἶκον τῆς παναχράντου Θεοτόκου καὶ ἀρξαμένου τοῦ λυχνικοῦ, ἵστανται ἐκεῖ ὀλίγοι ἀδελφοὶ ἐκτελοῦντες αὐτό· οἱ δὲ λοιποὶ ἐπαίρουσι λιτὴν, καὶ περικυκλεύσαντες τὸ μοναστήριον ἔρχονται, εἰ εἴσοδος, καὶ λειτουργία τελεία· ἐσθίομεν δὲ τότε ἰχθύας καὶ ἔλαιον, καὶ πίνομεν ἀνὰ γ'.

λβ'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι τῇ μέσῃ ἑβδομάδι τῶν ἁγίων νηστειῶν, καθεκάστην μετὰ τὸ ψαλθῆναι τὴν θ', προτίθεται τὸ ζωοποιὸν ξύλον, καὶ προσκυνοῦμεν πάντες (48).

NOTÆ.

(46) De quadragesimali jejunio, S. Philippi appellati, quod idem est ac jejunium natalis Domini, legatur Anastasius Sinaita in opusculo *De tribus Quadragesimis*, apud Cotelerium opere cit. t. III, p. 430. Credebatur enim Philippi apostoli mandato institutum.

(47) Aliter loquitur de misto monastico Martenius in Comm. ad Reg. S. Ben., p. 493. Sed idem Martenius magis congruit cum Græcis, p. 657.

(48) De hoc ritu Euthymius Neopatrensis apud Allat. op. cit. 1438. Exstat etiam Studitæ nostri sermo de hac crucis adoratione in media Quadragesima. In basilica etiam Vaticana, hoc ipso tempore, crux pio frequentique populo adoranda proponitur. Et quidem de crucis adoratione, quam Iconomachi etiam retinuerunt, legatur in hoc nostro volumine magnus Nicephorus adv. Copronymum antirrh. III, 33 et seqq. Plurima de hoc cultu coacervavit eruditus monachus Leander Correrius de Sessorianis præcipuis passionis D. N. J. C. reliquiis part. II, 8, qui utiliter legetur. Sed instar omnium sunt Jacobi Gretseri de cruce volumina.

Digitized by Google

Περὶ τῆς ἐν διακονίαις συμμετρίας.

λγ'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι τῇ ἁγίᾳ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ, μετὰ τὸ ψάλλαι ἡμᾶς τὴν α' ὥραν, ἡλίου ἤδη ἀνίσχοντος, ἀπέρχεται ἕκαστος εἰς τὴν αὐτοῦ διακονίαν· στιχολογία δὲ γίνεται τοῦ ψαλτῆρος ὅλου ἐν αὐταῖς, πλὴν τῶν καλλιγραφῶν· κάμνουσί τε ἕως τῆς θ'. Μετὰ δὲ τὸ λυχνικὸν ψάλλαι ἡμᾶς, καὶ δειπνίσαι, ἰδιάζει ἕκαστος ὡς βούλεται. Ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέραις, ὅτε μὲν οὐ ψάλλομεν ὥρας, κρούει τῷ πρωῒ γ', καὶ ἀπέρχεται ἕκαστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ διακονίαν, καὶ ἐνεργεῖ μέχρις ἀρίστου. Μετὰ δὲ βρῶσιν ἰδιάζει ἕκαστος ὡς βούλεται, εἴτε μελετῶν (49), εἴτε κοιμώμενος ἕως ὥρας η'· τῇ δὲ η' κρούει τὸ ξύλον γ', καὶ πάλιν ἀπέρχεται εἰς τὴν ἑαυτοῦ διακονίαν ἕκαστος ἕως τοῦ λυχνικοῦ. Ὅτε δὲ ψάλλομεν ὥρας, τελέσαντες τὴν ὥραν πρωῒ, ἀπέρχονται οἱ ἀδελφοὶ εἰς τὰς ἑαυτῶν διακονίας, ἕως ὥρας ς' κάμνοντες, κἂν τε ἐστὶν θ', κἂν τε μή· καὶ μετὰ τὴν ς' ἡσυχάζει, ὡς εἴρηται ἕως τῆς η'.

De recto in officinis ordine.

33. In sancta magna Quadragesima, postquam horam primam cantavimus, sole jam oriente, pergit unusquisque ad propriam officinam, recitaturque in eis psalterium totum, præter quam a calligraphis. Laborant vero usque ad nonam. Jam postquam lychnicum cantavimus, et cœnavimus, unusquisque sibi vacat pro libito. Cæteris tamen anni diebus, cum horas non canimus, fiunt pulsus mane tres, et unusquisque pergit ad suam officinam, et usque ad prandium operatur. Cibo sumpto, singuli sibi vacant, prout voluerint, sive aliquid commentantes, sive dormientens usque ad octavam horam : namque hora octava lignum pulsatur ter, denuoque pergit unusquisque ad officinam suam usque ad lychnicum. Sed quo tempore horas psallimus, absoluta una hora, pergunt fratres ad officinas suas, usque ad sextam laborantes, sive recitanda sit nona sive secus. Et post sextam quies est, ut diximus, usque ad octavam.

λδ'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι κατὰ καιρὸν τῆς παραμονῆς τῆς βαϊοφόρου εἰς τὸ *Κύριε ἐκέκραξα*, ἀλλάσσονται οἱ χοροί· καὶ οἱ μὲν δεξιοὶ ἀπέρχονται εἰς τὰ ἀριστερά, οἱ δὲ ἀριστεροὶ εἰς τὰ δεξιά.

34. In Palmarum pervigilio, ad verba *Ad te, Domine, clamavi*, permutantur chori, ita ut dexteri in sinistram partem transeant, sinistri autem in dexteram.

λε'. Δεῖ γινώσκειν ὅτι ἡνίκα κλάσει ἀδελφὸς σκεῦος εἴτε ὀστράκινον εἴτε σιδήρεον, τῷ καιρῷ τοῦ ἀρίστου ἐσθιόντων τῶν ἀδελφῶν παρίσταται πλησίον τῆς τραπέζης, ἡγουμένου τὴν κεφαλὴν τῷ ἑαυτοῦ περικαλύπτοντος κουκουλλίῳ, καὶ τὸ ὑπ' αὐτοῦ συντριβὲν μετὰ χεῖρας, φέρων εἰς ἐπίδειξιν τοῦ οἰκείου σφάλματος.

35. Siquando frangat vas frater sive figulinum sive ferreum, prandii tempore dum fratres vescuntur, stat ille prope mensam, abbate interim caputio caput suum obnubente ; et vas a se fractum manibus præfert, ad culpæ suæ ostensionem.

λς'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι μετὰ τὸ στιχολογῆσαι ἡμᾶς τὸ ψαλτήριον, εἰς τὴν γ' δόξαν τοῦ καθίσματος, κρούει τὰ γ' ὁ ἐπὶ τοῦ κανόνος, ἵν' ἐπισυναχθῶσιν οἱ τὸ ψαλτήριον ἔτι μανθάνοντες, τοῦ ψάλλαι ἡμᾶς ὁμοῦ τὸν κανόνα· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἑξαψάλμου ἐξέρχονται, καὶ μελετῶσιν ἕως τότε· τρία δὲ κρούει πάλιν, καὶ εἰς τοὺς αἴνους, ὅτε μέλλει κατήχησις ἀναγινώσκεσθαι τοῦ μεγάλου Πατρὸς καὶ καθηγητοῦ Θεοδώρου.

36. Postquam psalterium recitavimus, ad tertiam cathismatis *gloriam*, ter pulsat is qui canoni præest, ut conveniant ii qui adhuc psalterium ediscunt, ut conjunctim canonem cantemus. Namque ab hexapsalmo deinceps exeunt, et usque ad id tempus prædicto studio operam dant. Mox rursus tres pulsationes, et ad laudes pergitur quando legenda est catechesis magni Patris et abbatis Theodori.

λζ'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι ἐν τῇ παραμονῇ τῶν φώτων, μετὰ τὸ ἀπολῦσαι τὴν θείαν λειτουργίαν, λαμβάνομεν τὴν εὐλογίαν· εἶτα διακλυόμεθα μὲν οἱ κοινωνήσαντες, τὴν δὲ εὐλογίαν οὐκ ἐσθίομεν (50)· συστείλας δὲ ὁ ἱερεὺς τὰ σκεύη, ἔρχεται εἰς τὰ ἅγια θυρία, καὶ ποιήσας εὐχήν, ἐξέρχεται μετὰ τῶν ἀδελφῶν εἰς τὸν λουτῆρα, ψάλλων τὸ *Ἐν Ἰορδάνῃ βαπτιζομένου σου, Κύριε*· καὶ τούτου λεγομένου γίνεται πρὸς τοῦ διακόνου εὐχὴ συναπτή· ἧς τελεσθείσης, ἄρχεται ὁ ἱερεὺς τῆς εὐχῆς τοῦ ἁγιασμοῦ· μετὰ δὲ τὸ ἁγιασθῆναι τὰ ὕδατα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ῥαντισθῆναι, ψάλλεται τροπάριον· ὁ ἦχος πλ. δ', *Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων βοᾷ λέγουσα*· στιχ. α', *Ἡ θάλασσα ἶδεν καὶ ἔφυγεν*· στιχ. β', *Τί σοι ἐστὶν*

37. In luminum pervigilio, post expletam divinam liturgiam, benedictionem accipimus : deinde os quidem colluimus qui communicavimus, eulogiam tamen non comedimus. Tum sacerdos compositis vasis, ad sanctas januas, dictaque prece, egreditur cum fratribus ad baptisterium cantans illud : *Cum in Jordane baptizareris, Domine ;* quo dicto, pronuntiatur a diacono oratio collecta : qua finita, incipit sacerdos precem sanctificationis. Post aquas sanctificatas, et post aspersos eisdem fratres, canitur troparium tono obliquo quarto : *Vox Dei super aquas clamat dicens.* Stichus primus : *Mare vidit, et fugit.* Stichus secundus : *Quid est tibi, mare, quod fugisti ?* Et post ter cantatum hoc tro-

NOTÆ.

Celeberrimus item est crucis cultus in Græcorum et Orientalium, præcipueque Armenorum, ecclesiis.

(49) Μελετᾷν, *meditari*, pro simplici etiam lectione vel studio dictum ab antiquis, observat Martenius in Comm. cit., p. 249, 251.

(50) Scilicet propter jejunium. Alioqui mos erat post communionem gustandi aliquid ex oblatis ; itemque os abluendi, auctore etiam divo Chrysostomo. Legatur isagoge liturgica in opp. s. Gregorii PP. ed. Ven. t. IX, cap. II, 18, p. 161. Eulogiarum varios usus tradit Martenius Comm. cit. ad Reg. S. Ben. cap. 54.

Digitized by Google

parium, egressi in ecclesiam, caninius troparium A tono quarto : *Qui amictus es lumine mirabiliter.* Hoc ter dicto, recitatur oratio a sacerdote, atque ita hæc divina doxologia desinit. Deinde sic pergit stichologia ad refectorium. Similiter sancta quoque feria quinta post communionem et ablutionem, fit pedum lotio. Et postquam omnes loti fuerint, pergit stichologia ad refectorium.

θάλασσα, ὅτι ἔφυγες; καὶ μετὰ τὸ ψαλθῆναι γ' τοῦτο τὸ τροπάριον, ἐξερχόμενοι εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ψάλλομεν τροπάριον, ἦχος δ', *Ὁ τὸ φῶς ἀναβαλλόμενος θεϊκῶς* · τούτου οὖν τρισσευομένου, γίνεται εὐχὴ παρὰ τοῦ ἱερέως, καὶ καταπαύει αὕτη ἡ θεία δοξολογία. Εἶθ' οὕτως ἀπέρχεται ὁ στίχος εἰς τὸ τραπεζάριον. Ὡσαύτως δὲ καὶ τῇ ἁγίᾳ ε', μετὰ τὸ κοινωνῆσαι (51) καὶ διακλύσασθαι, γίνεται ὁ νιπτήρ· καὶ μετὰ τὸ ἀπονίψασθαι πάντας, ἀπέρχεται ὁ στίχος εἰς τὸ τραπεζάριον.

De quantitate vestimenti, calceamentorum, et de lecti materia, ac similibus.

38. Unusquisque frater habere debet subuculas duas, vestes exteriores duas, villosam unam, cucullas duas, superhumerale parvum ad ministeria, et aliud latius ad ecclesiam, quo ex lege utendum B est vespere Sabbati ad lychnicum, et die dominico ad matutinum, denuoque vespere ad lychnicum, et antea ad divinam liturgiam, pariterque in solemnitatibus Domini. Habeat et aliud villosum superhumerale magnum. Habeat calceos tum breviore cothurno tum etiam longiore, et caligas. Item prolecto habeat mattam cilicinam, et duas villosas lodices.

Περὶ ποσότητος ἐνδύματός τε καὶ ὑποδημάτων καὶ καταστάσεως στρωμνῆς καὶ τῶν τοιούτων.

λη'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι ἕκαστος ἀδελφὸς ὀφείλει ἔχειν ὑποκαμήσα β', ἐπανωφόρια β', μαλλωτὸν ἓν, κουκούλλια β', ἐπώμιον μικρὸν εἰς τὸ διακονεῖν, καὶ ἕτερον τὸ τῆς ἐκκλησίας βαθύτερον, ᾧ νόμος ἐστὶ κεχρῆσθαι Σαββάτῳ ὀψὲ εἰς τὸ λυχνικὸν, καὶ τῇ Κυριακῇ εἰς τὸν ὄρθρον, καὶ πάλιν ὀψὲ εἰς λυχνικὸν, καὶ πρὸ τοῦ γε εἰς τὴν θείαν λειτουργίαν, ὡσαύτως καὶ ἐν ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς. Καὶ ἕτερον ἐπώμιον μαλλωτὸν μέγα· ὑποδήματα δὲ κονδοτζάγγια, καὶ ἕτερα μακροτζάγγια, καὶ καλίκην · εἰς δὲ τὴν κλίνην ἐχέτω ψίαθον κιλίκην καὶ δύο μαλλωτάρια (52).

NOTÆ.

(51) Ad hoc vocabulum κοινωνῆσαι venit mihi C in mentem præclara Theoriani doctissimi viri ad monachos de diversis rebus epistola, cujus olim fragmentum, de concordia cum Latinis fovenda, edidi in tomo VI Script. vet., p. 414, ex codice Vat. 1481. Nunc autem ex eodem codice recitare placet aliam prædictæ epistolæ particulam, in qua quæstionem de azymis attingens, splendidum recitat (ex divi Basilii liturgia) fidei Græcorum erga SS. Eucharistiam testimonium, quod nostris borealium et occidentalium regionum heterodoxis præ oculis ponere non incongruum sit.

Περὶ τῆς θείας κοινωνίας.

Τοῖς μέν τοι βουλομένοις εἰπεῖν περὶ τῆς θείας κοινωνίας εἰ ἐξ ἀζύμων ἢ ἐνζύμων ἐν τῷ δείπνῳ ἐγένετο, χρόνου μακροῦ καὶ τελειοτέρου συγγράμματος ἀνάγκη. Ἡμῖν δὲ τὰ πολλὰ παρωσαμένοις, τὸ χρήσιμον καὶ εἰρηναῖον καὶ εἰρηνεῦον, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν τὸ οἰκονομικώτερον καὶ ἀναγκαιότερον καὶ τῆς ἀληθείας ἐχόμενον ῥητέον· Ὁ θεῖος ἄρτος πρὸ μὲν τοῦ D ἁγιασθῆναι, εἴτ' ἄζυμος εἴτ' ἔνζυμος ἦν, ἀδιαφόρως ἄρτος ἐστί τε καὶ λέγεται πρὸς τῶν θείων λογίων, ὡς ὕστερον δείξομεν· μετὰ δὲ τὸ ἁγιασθῆναι, οὔτε ἔνζυμος, οὔτ' ἄζυμος, ἀλλὰ σῶμα καὶ σὰρξ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ οὐκ ἄλλη οὔτ' ἄλλη · μία γάρ ἐστι καὶ αὐτὴ ἡ ἐκ τῆς ἀφθόρου Παρθένου καὶ Θεοτόκου ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Λόγου ληφθεῖσα, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς καθημένη, καὶ ἡ ὑφ' ἡμῶν τῶν ὀρθοδόξων μυστικῶς μεταλαμβανομένη· διὸ καὶ μυστήριον λέγεται ὡς κρυφιον, καὶ τοῖς πολλοῖς οὐ καταληπτόν· μεταβάλλεται γὰρ τὰ θεῖα δῶρα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ· ἡ ἱεροκρυφία δηλοῖ· Σὲ παρακαλοῦμεν, ἅγιε ἁγίων, εὐδοξίᾳ τῆς σῆς ἁγαθότητος, ἐλθεῖν τὸ Πνεῦμά σου τὸ πανάγιον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα, καὶ εὐλογῆσαι αὐτὰ καὶ ἁγιάσαι, καὶ ἀναδεῖξαι τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ, αὐτὸ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἰ οὖν τὸ θεῖον (πνεῦμα) μεταβάλλει τὰ προκείμενα δῶρα εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, περισσὸν λοιπὸν τὸ φιλονεικεῖν εἰ ἐξ ἀζύμων ἢ ἐνζύμων ἦν, ἢ λευκοῦ, ἢ ἐρυθροῦ τυχὸν οἴνου· καὶ τοιαύτας τινὰς περιεργείας μωρὰς περὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων διερευνᾶν.

De divina communione.

Volentibus dicere, utrum divina communio azymis an non azymis in cœna peracta fuerit, longo tempore opus est et pleniore scriptura. Nos itaque multis prætermissis, id tantum dicemus quod utile est et pacificum et pacifcrum, vel potius quod est magis commodum ac necessarium et veritatis tenacius. Venerabilis ille panis, ante quam sanctificetur, sive azymus sit sive non azymus, æque panis et est et dicitur in divinis Scripturis, ut postea demonstrabimus. Post sanctificationem vero neque fermentatus est neque azymus, sed corpus atque caro Domini nostri ; neque hæc alia est atque alia, sed illa una eademque, quæ de incorrupta deipara Virgine a Deo Verbo sumpta fuit, quæque ad Patris dexteram sedet, et a nobis orthodoxis mystice sumitur : propterea que mysterium dicitur, utpote arcanum et vulgo haud intellectum. Revera enim divina munera convertuntur a sancto Spiritu in Christi corpus ac sanguinem. Id quod ab arcana sacra formula sic demonstratur : Te rogamus, sancte sanctorum, ut beneplacito bonitatis tuæ veniat Spiritus sanctissimus tuus super nos et super proposita munera ista, eaque benedicat et sanctificet ; ostendatque panem quidem hunc, ipsum pretiosum corpus Domini et Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi ; quod autem in hoc calice est, ipsum pretiosum sanguinem Domini et Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Si ergo divinus Spiritus proposita munera in corpus et sanguinem Christi convertit, supervacaneum jam erit contendere utrum id in azymis an potius in non azymis effectum fuerit, et utrum in albo an rubro fortasse vino ; et stultas hujusmodi curiositates circa tremenda mysteria scrutari.

Exin citat Theorianus beatum Gregorium Dialogorum auctorem (id est Greg. PP.) ἐν τῷ περὶ τῆς θείας κοινωνίας, ubi eum loqui dicit de variis usu circa azymum et fermentatum in quatuor ecclesiis Rom., Alex., Antioch., Hierosol. Item citat magnum Epiphanium Cyprium ἐν τῷ περὶ πίστεως ; denique Tnicitam quemdam monachum Studitam de azymis scribentem.

(52) De monachorum vestibus earumque nominibus agit Martenius in Comment. ad Reg. S. Ben. cap. 55.

Digitized by Google

DE CONFESSIONE ET PRO PECCATIS SATISFACTIONE

CANONES.

Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Θεοδώρου πρεσβυτέρου καὶ ἡγουμένου τῶν Στουδίου περὶ ἐξαγορεύσεως καὶ τῶν ταύτης διαλύσεων κανόνες ἐκτεθέντες παρ' αὐτοῦ (1).

Sancti Patris nostri et confessoris Theodori presbyteri et præpositi monachorum Studii canones a supradicto editi.

α'. *Περὶ ἐξαγορεύσεως.*

[Cod. vat. 840, f. 195, b.] Ἐξαγόρευσίς ἐστι λόγων καὶ ἐνθυμήσεων αἰσχρῶν ἀνήδονος ὑπόμνησις· διάλυσις δὲ ἡ τούτων διάκρισις, ἐπὶ ἀγαθὴν ὁδὸν ὁδηγοῦσα τοὺς προσερχομένους· *Λέγε γὰρ σὺ πρῶτος τὰς ἁμαρτίας σου, ἵνα δικαιωθῇς*· Καὶ πάλιν· *Εἶπα, Ἐξαγορεύσω τὴν κατ' ἐμοῦ ἐγγιγομένην μου ἁμαρτίαν τῷ Κυρίῳ· καὶ ἰδοὺ ἀφεῖλετο πάσας τὰς ἁμαρτίας μου.* Δύναται γὰρ ἐξομολόγησις, καὶ πῦρ αἰώνιον ἀποσβέσαι· καὶ γὰρ λογισμοὶ κρυπτόμενοι, τίκτουσι πάθη· ἐξαγορευόμενοι δὲ, θεοειδεῖς ἀπεργάζονται· γύμνου σὸν μώλωπα τῷ σῷ ἰατρῷ· εἰπὲ, καὶ μὴ αἰσχυνθῇς· πρόσελθε σὺν τῇ πίστει τῷ σῷ ἡγουμένῳ, ἀπονήρῳ ἁπλότητι, καὶ ὡς ἐκ Θεοῦ στόματος τὰ παρ' αὐτοῦ συμβουλευόμενά σοι δέχου, εἰ καὶ ἐναντία τῷ σῷ σκοπῷ τὰ εἰρημένα τυγχάνουσιν· εἰ καὶ μὴ πάνυ πνευματικοὶ οἱ ἡγούμενοι καθεστήκασι, μὴ σκανδαλίζου· οὐ γὰρ ἄδικος ὁ Θεὸς, πίστει καὶ ἀκακίᾳ ψυχὰς ἑαυτὰς ταπεινωσάσας, τῇ τοῦ ἡγουμένου συμβουλῇ καὶ κρίσει ἀπατηθῆναι, κἂν ἄλογοι οἱ ἀπατηθέντες τυγχάνωσιν.

1. *De confessione.*

Confessio est verborum et cogitationum turpium dolens expositio : satisfactio autem est illorum peccatorum discussio, quæ in bonam viam accedentes reducit. *Dic tu prior peccata tua, ut justificeris*[1]. Rursusque : *Confitebor adversus me peccatum meum Domino. Et ecce abstulit omnia peccata mea*[2]. Potest enim confessio ignem quoque æternum exstinguere. Et silentio quidem pressæ cogitationes culpas pariunt : quas si confessi fuerimus divinam pulchritudinem acquirimus. Denuda ulcus tuum medico : fare, neque erubescas : accede cum fide ad ducem tuum, et cum simplicitate sine malitia, et tanquam ex ore Dei consilia ejus excipe, quamvis hæc tuo contraria proposito sint. Et si forte haud satis spiritales videantur duces tui, ne scandalizeris : non enim injustus est Deus, ut animas quæ se cum fide et sinceritate humiliant, sinat a ducis consilio et judicio decipi ; utcunque hebetes sint ii quibus fraus intenditur.

β'. *Περὶ μνησικάκων ἐντολή.*

Ὁ μνησίκακος τῇ τοῦ Ἰακὼβ κλίματι (2) προσελθὼν, τῇ τοῦ κορυφαίου Πέτρου ἐκπεσούσῃ ἁλύσει ἐνδέδεται· καὶ γὰρ μνησικακία, θυμοῦ ἐστι κατάληξις, δικαιοσύνης μῖσος. Κατὰ μὲν τοὺς τῶν μεγάλων Πατέρων κανόνας, ἐν τρισὶν ἔτεσι τῶν ἁγιασμάτων ἀπεχέσθω· κατὰ δὲ τοὺς μοναχοὺς ἐνιαυτὸν ξηροφαγείτω ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς τῶν ἀδελφῶν καταλύσεως, ποιῶν μετανοίας καθ' ἡμέραν μ'.

2. *Adversus injuriarum memores decretum.*

Injuriarum memor ad Jacobi scalam accedens, coryphæi Petri cadente catena illigatur. Quippe injuriarum memoria, est iræ habitaculum, et justitiæ odium. Juxta quidem magnorum Patrum canones, homo ejusmodi triennio a sanctis rebus arceatur. Verum inter monachos anno uno vescatur aridis hora qua fratres jejunium solvunt, et metanœas quotidie faciat quadraginta.

γ'. *Περὶ καταλαλιᾶς.*

Οἶμαι ἐκ μίσους καὶ μνησικακίας τὴν καταλαλιὰν τίκτεσθαι· καὶ γὰρ καταλαλιά ἐστιν ἀποκύημα μίσους, βδέλλα ἀγάπης, ἐξαφανίζουσα καὶ ἐκδαπανῶσα αἷμα ψυχῆς· λέγομεν δὲ ὡσαύτως, κατὰ μὲν

3. *De obtrectatione.*

Arbitror ex odio et injuriarum memoria obtrectationem gigni. Etenim obtrectatio est odii filia, charitatis hirudo quæ animæ sanguinem prorsus consumit. Similiter autem dicimus, ex aliorum

[1] Gr. Isai. XLIII, 26. [2] Psal. XXXI, 5.

NOTÆ.

(1) Ne quis forte dubitet de hoc nostri Studitæ opusculo, en testis accedit etiam codex Arabicus Vat. CLXXIV, in catalogo a me impresso p. 316, his verbis: « Constitutiones sancti Patris Theodori abbatis monasterii Studii, seu monachorum Studitarum, de pœnitentibus qui de peccatis suis occultis confitentur, deque confessariis, qui eos de illis interrogant. » Est autem hic libellus instar tot Latinorum qui exstant tum editi tum manuscripti *de vitiis* et *de virtutibus*.

(2) De scala Jacobi S. Benedictus Reg. cap. 7, plura verba facit, plurima postea Martenius in Comm. Nihil tamen ad hunc Theodori locum : quanquam Benedictus reapse de humilitate agit, heic autem haud scio an superbia innuatur. Videtur ergo potius proverbium quoddam. Sed alii judicent.

Digitized by Google

quidem præscripto hunc uno anno flere : monachum autem quatuor mensibus arido cibo uti debere dum reliqui comedunt ; et metanœas facere quotidie centum. Quia *detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar* [a].

4. *De garrulitate.*

Garrulus linguæ vitio infectus, sex menses pœnitendo expleat : sic enim canones de hujusmodi hominibus decernunt. Quippe garrulitas est inscitiæ indicium, obtrectationis janua, mendacii ministra. Nos tres mensibus hunc a communione removemus, aridis omnino vescentem hora sexta, et metanœas quotidie centum quinquaginta facientem. Etenim valde lubricum periculosumve ipsis quoque æstimatione dignis hominibus hoc vitium est.

5. *De mendacio.*

Mendax quasi lepidus homo existimatur. Atqui mendacium charitatis destructio est ; perjurium autem, Dei negatio. Nemo itaque, si modo sapiat, leve credat esse peccatum mendacium. Nam ipse Spiritus sanctus jam dixit : *Perdes omnes qui loquuntur mendacium* [b]. Cuncti autem mendaci homini trimestrem pœnitentiam decernunt. Nos tamen quadraginta dierum aridum omnino victum hora sexta huic imperamus, et metanœas quotidianas centum quinquaginta. Etenim timendum est præ cæteris hoc peccatum.

6. *De acedioso.*

Acediosus quasi de sua salute desperans reputatur. Etenim acedia est monasticæ regulæ observandæ odium, mundanarum rerum admiratio. Acediosus Deum accusat, quasi immisericordem et hominum osorem ; ad psalmodiam precesque torpet. Vitio huic decernimus qua draginta dierum pœnitentiam ; et ut per tres hebdomadas vino et oleo acediosus non utatur, quotidie faciens metanœas ducentas quinquaginta. Namque in profundum inferni potest deducere acediæ vitium.

7. *De guloso.*

Gulosus similis est sepulcro putrescentibus carnibus pleno. Gulositas est ventris hypocrisis, qui cum sit satur, nihilominus se egere clamat ; et gravatus, esurire cogit. Gulositas est oculorum deceptio. Decernimus huic quoque vitio triginta dierum luctum ; et unius hebdomadæ aridum victum hora nona, nec non quotidianas metanœas octoginta. Quippe gulositas sibi deditos æterno igni transmittit.

8. *De avaro.*

Avarus insanabili morbo laborat, qui interiorem hominem exedit. Avaritia est idolorum servitus, infidelitatis filia, infirmitatum prætextus, voluntaria apostasia. Huic item decernimus quadrimestrem pœnitentiam, quadraginta dierum aridum victum hora nona, et quotidianas metanœas quinquaginta ; cum sit vitium animam consumens.

[a] Psal. c, 5. [b] Psal. v, 7.

A τοὺς ἑτέρους, ἐνιαυτὸν προσκλαυσάτω· κατὰ δὲ τοὺς μοναχοὺς, τετράμηνον ξηροφαγείτω, ὅτε οἱ λοιποὶ ἐσθίουσι, μετανοίας ποιῶν καθ' ἡμέραν ἑκατόν· *Ὅτι τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τοῦ πλησίον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον.*

δ'. *Περὶ πολυλογίας.*

Ὁ πολυλογῶν ὑπὸ γλώττης σκοτιζόμενος, ἐξαμηνιαῖον χρόνον ἐν μετανοίᾳ πληρούτω· οὕτως γὰρ οἱ κανόνες περὶ τῶν τοιούτων ὁρίζονται· ἐπειδὴ πολυλογία ἐστὶν ἀγνωσίας τεκμήριον, καταλαλιᾶς θύρα, ψεύδους ὑπουργός· ἡμεῖς δὲ τρίμηνον λέγομεν ἀκοινώνητον εἶναι, ξηροφαγοῦντα ἄκρως ὥρᾳ ἕκτῃ, μετανοίας ποιοῦντα καθ' ἡμέραν ρκ'· ἐπισφαλὲς γὰρ λίαν καὶ αὐτοῖς τοῖς δοκοῦσι τὸ πάθος ἐστίν.

B

ε'. *Περὶ ψεύδους.*

Ὁ ψεύστης ὡς εὐτράπελος λογίζεται· καὶ γὰρ ψεῦδός ἐστιν ἀγάπης ἀφανισμός· ἐπιορκία δὲ, Θεοῦ ἄρνησις· μηδεὶς οὖν τῶν εὐφρονούντων, μικράν τινα τὴν τοῦ ψεύδους ἁμαρτίαν εἶναι νομίσοι· καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ ἅγιον Πνεῦμα προείρηκεν· *Ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος.* Ὁρίζονται δὲ πάντες ὅτι τρίμηνον ἐν μετανοίᾳ διατελείτω· ἡμεῖς δὲ μ' ἡμερῶν ξηροφαγίαν ἄκρως ὥρᾳ ἕκτῃ, καὶ μετανοίας καθ' ἡμέραν ρν'· καὶ γὰρ φοβερὰ ὑπὲρ πάσας ἡ ἁμαρτία αὕτη.

ς'. *Περὶ ἀκηδιαστοῦ.*

C Ὁ ἀκηδιαστὴς ὡς ἀπογινώσκων τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας λογίζεται· καὶ γὰρ ἀκηδία ἐστὶν ἀσκήσεως μῖσος τοῦ μοναχικοῦ ἐπαγγέλματος, κοσμικῶν μακαρίστρια, Θεοῦ διαβλήτωρ, ὡς ἀσπλάγχνου καὶ ἀφιλανθρώπου, ἀτονία ψαλμῳδίας ἐν προσευχαῖς ἀσθενοῦσα· ὁρίζομεν δὲ καὶ ταύτην μ' ἡμέρας μετανοεῖν· ἑβδομάδας τρεῖς οἴνου μὴ μεταλαμβάνειν καὶ ἐλαίου· μετανοίας ποιεῖν καθ' ἡμέραν σν'· ὅτι εἰς βυθὸν ᾅδου δύναται κατάγειν τὸ πάθος τῆς ἀκηδίας.

ζ'. *Περὶ γαστριμάργου.*

Ὁ γαστρίμαργος ἔοικε τάφῳ γέμοντι σεσηπυιῶν σαρκῶν· γαστριμαργία ἐστὶ κοιλίας ὑπόκρισις· κεκορεσμένη γὰρ οὖσα, ἐνδείας ἀναβοᾷ· καὶ πεφορτισμένη, πειναν ἀναγκάζει· γαστριμαργία ἐστὶν, ὀφθαλμῶν ἀπάτη· D ὁρίζομεν δὲ καὶ ταύτην ἐν τριάκοντα ἡμέραις προσκλαίειν· ἑβδομάδα μίαν ξηροφαγεῖν ὥρᾳ ἐννάτῃ· ποιεῖν μετανοίας καθ' ἡμέραν π'· ὅτι τῷ αἰωνίῳ πυρὶ παραπέμπει τοὺς πειθομένους αὐτῇ.

η'. *Περὶ φιλαργύρου.*

Ὁ φιλάργυρος νοσεῖ νόσον ἀνίατον, δαπανῶσαν τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον· φιλαργυρία ἐστὶν, εἰδώλων προσκύνησις, ἀπιστίας θυγάτηρ, ἀσθενειῶν προφασίστρια, ἑκουσίος παραβάτης· ὁρίζομεν δὲ καὶ ταύτην, τετράμηνον ἐν μετανοίᾳ εἶναι, ἡμέρας μ' ξηροφαγεῖν ὥρᾳ θ', μετανοίας ποιεῖν καθ' ἡμέραν ν'· ὡς τοῦ πάθους ἐκκαίοντος τὴν ψυχήν.

Digitized by Google

θ'. *Περὶ ἀναισθήτου.*

Ὁ ἀναίσθητος ἔοικε λίθῳ ὀξυγώνῳ, κρούοντι καὶ μὴ διαλυομένῳ. Ἀναισθησία ἐστὶ νέκρωσις μελῶν, δαιμονιώντων ἀδελφή, μεθυόντων ὁμόνοια· ὁρίζομεν δὲ καὶ ταύτην, διμηναῖον προσκλαίειν χρόνον, ἡμέρας κε' ἐλαίου καὶ μόνου μεταλαμβάνειν, τῶν δὲ λοιπῶν ἀπέχεσθαι, ποιεῖν μετανοίας καθ' ἡμέραν ρ'· καὶ γὰρ ὁ ἀναίσθητος δύναται βαλεῖν τὸν ἀδελφὸν εἰς βάραθρον.

ι'. *Περὶ κενοδόξου.*

Ὁ κενόδοξος ὡς ὑπερήφανος καταλογίζεται· καὶ γὰρ ἡ κενοδοξία ἐστὶ, κατὰ μὲν τὸ εἶδος φύσεως ἐναλλαγὴ, καὶ ἠθῶν διαστροφὴ, καὶ παρατήρησις μέμψεων, ὑπερηφανίας τρίβολος ἐργασία. Ὁρίζομεν δὲ καὶ ταύτην ἐν λ' ἡμέραις προσκλαίειν, ἑβδομάδας δύο ἄκρως ξηροφαγεῖν ὥρᾳ θ', μετανοίας ποιεῖν καθ' ἡμέραν ρμ', ὡς δαίμονος αἴτιον τὸ πάθος καὶ πρόξενον.

ια'. *Περὶ δειλοῦ* (λείπει).

ιβ'. *Περὶ ὑπερηφάνου.*

Ὁ ὑπερήφανος ὁμοιός ἐστι τῷ διαβόλῳ τῷ κατὰ Θεοῦ τραχηλίσαντι· καὶ γὰρ ὑπερηφανία ἐστὶ Θεοῦ ἄρνησις, δαιμόνων εὕρημα, ἐξουδένωσις ἀνθρώπων, κατακρίσεως μήτηρ, θυμοῦ πηγή, ὑποκρίσεως ῥίζα· ὁρίζομεν καὶ ταύτην ἐν ἓξ μησὶ προσκλαίειν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ· ἑβδομάδας δ' ξηροφαγεῖν ἄκρως ὥρᾳ ἐνάτῃ· καθ' ἡμέραν μετανοίας ρο'.

ιγ'. *Περὶ βλασφήμου.*

Ὁ βλάσφημος τῇ τοῦ Κάϊν μερίδι καταλογίζεται· χαλεπὴ γὰρ ἡ ῥίζα τῆς σατανικῆς ὑπερηφανίας, ἀδελφοί· διὸ ἀναγκαῖον αὐτὴν εἰς μέσον ἀχθῆναι· οὐ γὰρ τῶν τυχόντων, ἀλλά γε πολλῷ μᾶλλον χαλεπώτερος ὁ ἐχθρὸς πάντων καθίσταται· ὁρίζομεν δὲ προσκλαίειν μέχρι κατορθώσεως τοῦ πάθους, ἀκοινώνητον εἶναι, ξηροφαγεῖν ἡλίου δυσμαῖς, μετανοίας ποιεῖν καθ' ἡμέραν τ', μέχρις ἂν ἀποστῇ τῆς ἀθεμίτου βλασφημίας.

ιδ'. *Περὶ θυμώδους.*

Ὁ θυμώδης ἔοικε δαιμονιῶντι· θυμὸς γάρ ἐστιν ἑταιρία δαιμόνων. *Ἀνὴρ θυμώδης, οὐκ εὐσχήμων* [5]· ὁ θυμὸς ἔστω σοι κατὰ μόνου τοῦ ὄφεως, δι' ὃν ἐξέπεσας· ὁρίζομεν δὲ μ' ἡμέρας προσκλαίειν, ἑβδομάδα τυροῦ καὶ ὠοῦ καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου ἀπέχεσθαι, μετανοίας ποιεῖν καθ' ἡμέραν ρ'· *Καὶ γὰρ ῥοπὴ τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ, πτῶσις αὐτῷ ἐστι* [6]· *καὶ ὀργὴ ἀπόλλυσι καὶ φρονίμους.*

ιε'. *Περὶ ὀργίλου.*

Ὁ ὀργιζόμενος; ὅμοιος τοῖς τοῦ Ἰωσὴφ ἀδελφοῖς καθέστηκεν· ὀργὴ γάρ ἐστι φρονήσεως διαρπαγὴ, καὶ καταστάσεως ἀδελφῶν ἐκτρεπτικὴ, καὶ ἠγριωμένη μορφὴ κράσεως. Ὁρίζομεν δὲ τὸν ὀργίλον μῆνας δύο προσκλαίειν, μ' ἡμέρας ξηροφαγεῖν ὥρᾳ ἐννάτῃ, μετανοίας ποιεῖν σ'· τὸν γὰρ ὀργιζόμενον τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ὁ Κύριος ἔφησεν ἔνοχον εἶναι τῆς κολάσεως [7]· ὅθεν καὶ τὸ πτῶμα φοβερόν ἐστιν.

9. *De torpido.*

Torpidus assimilatur lapidi acutis angulis prædito, qui percutit, neque tamen ipse frangitur. Torpedo mortificatio membrorum est, furiosorum germanitas, ebriorum concordia. Decernimus huic etiam vitio bimestrem fletum, et per dies viginti unius olei usum, abstinentiam a cæteris, et quotidianas metanœas centum. Utique torpidus fratrem suum in barathrum conjicere poteat.

10. *De inanis gloriæ cupido.*

Inanis gloriæ cupidus superbi instar habetur. Namque inanis gloriæ cupiditas, specie quidem, naturæ est immutatio, morum perversio, vituperationum captatio, superbiæ senticosa operatio. Huic quoque decernimus triginta dierum fletum, duabus hebdomadis aridum prorsus victum hora nona, et metanœas quotidianas centum quadraginta. Namque hoc vitium causam dæmoni suppeditat et hospitium.

11. *De timido (deest in cod.).*

12. *De superbo.*

Superbus similis diabolo est, qui Deo restitit. Nam superbia negatio Dei est, dæmonum inventio, hominum ruina, damnationis mater, iræ fons, hypocriseos radix. Huic item decernimus semestrem fletum in sancta ecclesia, quatuor hebdomadis aridorum strictum usum hora nona, et quotidianas metanœas septuaginta supra centum.

13. *De blasphemo.*

Blasphemus in Caini partibus reputatur. Dira est enim, fratres, Satanicæ superbiæ radix: quamobrem eam in apertum producere necesse est: quandoquidem haud vulgaris est hostis, sed omnium asperrimus. Decernimus hominem ejusmodi in fletu versari quoad hic morbus sanetur, extra communionem esse, aridis vesci sub solis occasu, et quotidianas facere metanœas trecentas, donec ab impia blasphemia recedat.

14. *De iracundo.*

Iracundus similis est dæmonium habenti; namque ira dæmoniorum sodalitas est. *Vir iracundus non est decorus* [5]. Ira tibi sit adversus serpentem tantummodo cujus causa cecidisti. Decernimus quadraginta dierum fletum, et una hebdomada a caseo, ovis, vino, oleoque abstinere, et metanœas centum quotidie facere. *Etenim impetus iræ ejus, ruina ipsius est.* Et *ira perdit etiam prudentes* [6].

15. *De eo qui facile irascitur.*

Qui irascitur similis est Josephi fratribus. Est enim ira intellectus direptio, tranquilli fratrum status eversio, et sævæ quædam compaginis forma. Decernimus prono ad iram bimestrem fletum, et quadraginta diebus arido cibo uti hora nona, et metanœas facere ducentas. *Namque irascentem fratri suo Dominus reum pœnæ agit* [7]. Quare culpa formidabilis est.

[5] Prov. xi, 25. gr. [6] Eccli. i, 19 gr. [7] Matth. v, 22.

Digitized by Google

16. *De tristitia.*

Tristitia demersus similis est homini qui in mari tempestatem patitur. Tristitia est animæ ariditas : *Viri enim tristis exsiccantur ossa*[a]. Et *tristitiam longe repelle a te*[b]. Decernimus hominem hujusmodi incessantibus precibus apud altare flere, quotidie metanœas centum quinquaginta facere, et quingenties dicere : *Domine, miserere.* Nam tristitia potest ad blasphemiam impellere.

17. *De homicida.*

Homicida legis quidem præscripto moriatur. Sed sanctus Basilius huic annorum quindecim fletum constituit, et aridis districte vesci hora nona, et extra communionem manere. Nos ad triennium canonem hunc redigimus, siquidem pœnituerit, et afflictio ejus appareat. Quod si pœnam hanc neglexerit, quindecim annis luat, prout magnus vult Basilius.

18. *De adultero.*

Adulter homicidæ similis est. Nam qui proximi sui uxori insidiatur, gladium ancipitem movet, et dissidium inducit. Sanctus quidem Basilius constituit, hunc annis quindecim arido districte cibo uti, hora nona. Nos vero, si vitium abruptum fuerit, biennii excommunicationem decernimus, cum arido omnino cibo, et metanœis quotidianis ducentis.

19. *De fornicatore.*

Fornicator sex annis extra communionem sit, cibo arido vescens hora nona, cum metanœis centum quinquaginta. Quod si neglexerit, grandiori pœnæ sancti Basilii sit obnoxius.

20. *De masculorum concubitore.*

Qui turpitudinem cum masculis commiserit, hunc sanctus Basilius quindecim annis extra communionem esse decrevit jejunantem ac flentem. Nos tamen, siquidem a peccato se recessisse credibiliter demonstret, biennio tantum extra communionem eum esse, arido cibo utentem hora nona, jubemus. Quod si pœnam hanc neglexerit, quindecim annorum pœnam sustineat.

21. *De coeunte cum bestia.*

Qui cum bestiis rem turpem habuerit, juxta sanctum Basilium quindecim annis extra communionem erit. Nos tamen si a flagitio cessaverit, biennii excommunicationem ei inferimus, cum arido cibo hora nona, et cum metanœis ducentis. Quod si neglexerit, quindecim annorum pœnam expleat.

22. *De incestu.*

Qui in sororem propriam lapsus fuerit, quindecim annis communione careat, prout vult magnus Basilius. Nos tamen, si posthinc flagitio abstinuerit, triennalem pœnam decernimus aridi cibi hora nona, cum ducentis metanœis.

23. *De incestu cum nuru.*

Qui in nurum lapsus fuerit, undecim annis ex sancti Basilii sententia extra communionem sit.

ις'. *Περὶ λύπης.*

Ὁ τῇ λύπῃ βεβυθισμένος ἔοικεν ἀνδρὶ κλυδωνιζομένῳ ἐν τῷ πελάγει· λύπη γάρ ἐστι ψυχῆς ξηρότης· Ἀνδρὸς γὰρ λυπηροῦ ξηραίνεται ὀστᾶ· Καὶ, *Μακρὰν ποίησον ἀπὸ σοῦ λύπην*· ὁρίζομεν δὲ τὸν τοιοῦτον προσκλαίειν τῷ θυσιαστηρίῳ εὐχαῖς ἀδιάλειπτον· ποιεῖν καθ' ἡμέραν μετανοίας σν', τὸ *Κύριε ἐλέησον* φ'· δύναται γὰρ λύπη εἰς βλασφημίαν ῥίψαι.

ιζ'. *Περὶ φονέως.*

Ὁ φονεὺς κατὰ μὲν τὸν νόμον ἀποθνησκέτω· ὁ δὲ ἅγιος Βασίλειος ιε' ἔτη ὥρισεν αὐτὸν προσκλαίειν, ξηροφαγεῖν ἄκρως ὥρᾳ ἐννάτῃ, καὶ ἀκοινώνητον εἶναι· ἡμεῖς δὲ τριετῆ χρόνον τὸν κανόνα τοῦτον ὁρίζομεν, ἐὰν μετανοῇ, καὶ ὁ μόχθος αὐτοῦ φαίνηται· ἐὰν δὲ ἀμελῇ, τὰ ιε' ἐκτελείτω ἔτη, κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον.

ιη'. *Περὶ μοιχοῦ.*

Ὁ μοιχὸς ὅμοιος τῷ φονεῖ· ὁ γὰρ τῇ τοῦ πλησίον γυναικὶ ἐπιβουλεύων, μάχαιραν δίστομον κινεῖ, καὶ χωρισμὸν ἀποτελεῖ. Καὶ ὁ μὲν ἅγιος Βασίλειος (ὥρισεν) ἔτη ιε' ξηροφαγοῦντα ἄκρως ὥρᾳ ἐννάτῃ· ἡμεῖς δὲ τοῦ πάθους ἐκκοπτομένου, διετῆ χρόνον ἀκοινώνητον εἶναι, ξηροφαγοῦντα ἄκρως, μετανοίας καθ' ἡμέραν διακοσίας.

ιθ'. *Περὶ πόρνου.*

Ὁ πόρνος ἓξ ἔτη ἀκοινώνητος, ξηροφαγῶν ὥρᾳ ἐννάτῃ, μετανοίας ρν'· εἰ δὲ ἀμελῇ, τῷ μεγάλῳ ἐπιτιμίῳ τοῦ ἁγίου Βασιλείου καταδικαζέσθω.

κ'. *Περὶ ἀρσενοκοίτου.*

Ὁ τὴν ἀσχημοσύνην ἐν τοῖς ἄρρεσιν ἐπιδεικνύμενος, ὁ μὲν ἅγιος Βασίλειος ιε' ἔτη ὥρισεν ἀκοινώνητον νηστεύοντα καὶ προσκλαίοντα· ἡμεῖς δὲ ἐὰν ἀποστῇ τοῦ κακοῦ μετὰ πληροφορίας, διετῆ χρόνον ἀκοινώνητον, ξηροφαγοῦντα ὥρᾳ ἐννάτῃ, μετανοίας σ'· εἰ δὲ ἀμελῇ, τὰ δεκαπέντε ἔτη ἐκτελείτω τὸ ἐπιτίμιον.

κα'. *Περὶ κτηνοβάτου.*

Ὁ ἐν ἀλόγοις τὴν ἀσχημοσύνην ποιούμενος, κατὰ τὸν ἅγιον Βασίλειον ιε' ἔτη ἀκοινώνητος ἔσται· ἡμεῖς δὲ ἐὰν τοῦ κακοῦ ἀποστῇ, διετῆ χρόνον ἀκοινώνητον εἶναι ὁρίζομεν, ξηροφαγοῦντα ὥρᾳ ἐννάτῃ, μετανοίας σ'· εἰ δὲ ἀμελῇ, τὰ ις' ἔτη φυλαττέτω.

κβ'. *Περὶ ἀδελφομιξίας ἤτοι αἱμομιξίας.*

Ὁ εἰς ἀδελφὴν ἰδίαν ἐμπίπτων, ιε' ἔτη ἀκοινώνητος κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον· καθ' ἡμᾶς δὲ ἐὰν ἀποστῇ τοῦ κακοῦ, τριετῆ χρόνον ἐπιτιμάσθω, ξηροφαγῶν ὥρᾳ ἐννάτῃ, μετανοίας σ'· ἐὰν δὲ ἀμελῇ, τὰ ιε' ἔτη ἐκτελείτω.

κγ'. *Περὶ νύμφης οἰκείας αἱμομιξίας.*

Ὁ εἰς νύμφην ἐμπίπτων, ια' ἔτη κατὰ τὸν ἅγιον Βασίλειον ἀκοινώνητός ἐστιν· ἡμεῖς δὲ ἐὰν ἀποστῇ

[a] Prov. xvii, 25 gr. [b] Eccli. xxx, 24.

Digitized by Google

τοῦ κακοῦ, διετῆ χρόνον ἀκοινώνητον εἶναι προστάσσομεν, ξηροφαγοῦντα ὥρᾳ ἐννάτῃ, μετανοίας ποιοῦντα τ'· εἰ δὲ ἀμελῇ τούτου τοῦ κανόνος, καὶ ἐπιμένῃ τῇ κακίᾳ, τὰ ια' ἔτη ἐκτελείτω τὸ ἐπιτίμιον.

κδ'. *Περὶ κλέπτου.*

Ὁ κλέπτης, εἰ μὴ ἐξαγγείλῃ, φησὶν ὁ ἅγιος Βασίλειος, δύο μόνας ἑβδομάδας ἐπιτιμάσθω· εἰ δὲ παρ' ἄλλου ἐλεγχθῇ, διετῆ χρόνον· ἡμεῖς δὲ μ' ἡμέρας ὁρίζομεν, ξηροφαγεῖν ὥρᾳ θ', καὶ μετανοίας ποιεῖν ρ', ἐκκοπτομένου δηλονότι τοῦ πάθους.

κε'. *Περὶ τυμβωρύχου.*

Ὁ τυμβώρυχος, κατὰ τὸν ἅγιον Βασίλειον ιε' ἔτη ἀκοινώνητος ἔσται· ἡμεῖς δὲ τοῦ πάθους ἐκκοπτομένου, ἐνιαυτὸν ἀκοινώνητον εἶναι ὁρίζομεν, ξηροφαγοῦντα ὥρᾳ θ', ποιοῦντα μετανοίας σ'.

κς'. *Περὶ γοητείας καὶ φαρμακείας.*

Ὁ γοητείαν καὶ φαρμακείαν ἐξαγορεύων, κατὰ τὸν ἅγιον Βασίλειον ιε' ἔτη ξηροφαγῶν ἔσται ὥρᾳ θ'· ἡμεῖς δὲ τριετῆ χρόνον ὁρίζομεν τὸν αὐτὸν κανόνα μετὰ τὸ ἀποστῆναι τῆς ἁμαρτίας, καὶ μετανοίας ποιεῖν καθ' ἡμέραν διακοσίας.

κζ'. *Περὶ γοητείας καὶ μαντείας.*

Τὸν μάντεσι προσερχόμενον, ὁ μὲν μέγας Βασίλειος ιε' ἔτη ὥρισεν ἀκοινώνητον εἶναι· ἡμεῖς δὲ τὸν προλαβόντα κανόνα τὸν περὶ φαρμακειῶν, ἀποστάντα τῆς τοιαύτης ἐργασίας.

κη'. *Περὶ ἀγαθοῦ βίου* (2*).

Εἴ τις βούλοιτο βίον ἀτάραχον καὶ ἀκύμονα ὁδεῦσαι, λογιζέσθω ἑαυτὸν γῆν καὶ σποδὸν, καὶ εὐχαριστείτω ὡς ἄγγελος Θεοῦ· εἰ δὲ συμβῇ καταλαλῆσαι αὐτὸν, ἑβδομάδα μίαν ξηροφαγείτω, μετανοίας ποιῶν πεντήκοντα, ὡς τοῦ Θεοῦ καταλαλήσας.

Nos autem, si flagitium emendaverit, biennio carere communione jubemus, aridis vescentem hora nona, cum metanœis trecentis. Quod si hunc nostrum canonem neglexerit, et in vitio perseveraverit, undecim annis pœnam ferat.

24. *De fure.*

Fur, si ipsemet confessus fuerit, duarum tantum hebdomadarum pœnam ferat, inquit sanctus Basilius : quod si ab aliis furti coargutus fuerit, duorum annorum. Nos tamen quadraginta diebus volumus eum aridis vesci hora nona, cum metanœis centum ; si certe a vitio cessaverit.

25. *De sepulcrorum prædatore.*

Sepulcrorum prædator, juxta divum Basilium, quindecim annis extra communionem futurus est. Nos tamen, vitio emendato, anno uno extra communionem esse decernimus, cum arido cibo hora nona, et metanœis trecentis.

26. *De incantamentis et veneficiis seu præstigiis.*

Qui incantamenta et veneficia seu præstigias, confitetur, is juxta sanctum Basilium quindecim annis vescetur cibo arido hora nona. Nos vero eumdem canonem ad triennium coarctamus, postquam homo a peccato recesserit, cum metanœis quotidie ducentis.

27. *De incantamentis et divinatione.*

Ei qui ad vates accesserit, magnus Basilius quindecim annorum excommunicationem decrevit. Nos tamen ei pœnam tantum præcedentis nostri canonis de veneficiis aut præstigiis imponimus, si ab hujusmodi opere se retraxerit.

28. *De bona vita.*

Si quis vult imperturbatam vitam et tranquillam transigere, existimet se esse terram ac cinerem, gratiasque agat quasi angelus Dei. Quod si aliquando obloqui ei contigerit, hebdomada una vescatur aridis, metanœas simul faciens quinquaginta, ceu si contra Deum oblocutus fuisset.

QUÆSTIONES.

Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Θεοδώρου πρεσβυτέρου καὶ ἡγουμένου τῶν Στουδίου περὶ ἐρωτήσεως καὶ τῶν ταύτης διαλύσεων κανόνες συλλεγέντες παρ' αὐτοῦ.

Sancti Patris nostri et confessoris Theodori presbyteri et præpositi monachorum Studii de quibusdam quæstionibus canones ab eo collecti.

[Cod. Vat. 840 f. 202 b.] α'. *Ἐρώτησις.* Ἐν τοῖς συνοδικοῖς κανόσι τοῖς θείοις γέγραπται περὶ τῆς μεγάλης πέμπτης, ὅτι οὐ δεῖ ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ τῇ ὑστεραίᾳ ἑβδομάδι τὴν τεσσαρακοστὴν ἀτιμάζειν· εἰ οὖν οὕτως ἐστὶ τοῖς θείοις κανόσιν ἐμπεριειλημμένον, πῶς ἡμεῖς καταλύομεν τὴν μεγάλην πέμπτην εἰς ἔλαιον καὶ οἶνον;

1. *Interrogatio.* In sacris synodorum canonibus scriptum est de magna feria quinta, non oportere in quadragesima, ultima hebdomada, quintæ feriæ solvere jejunium, atque ita totam quadragesimam inhonorare. Si ergo in sacris canonibus ita res se habet, cur nos in magna feria quinta oleo utimur atque vino ?

NOTÆ.

(2*) Huc refer caput præstantissimum Benedictinæ Regulæ sextum de bonis operibus seu de bona vita.

Digitized by Google

Responsio. Olim quidem ex [quadam peculiari consuetudine in magna feria quinta homines comedebant caseum et ova. Verum qui postea exstiterunt Patres, prædictam rem absurdam reputantes, canonem hunc ediderunt; neque tamen de oleo vinoque id intelligebant. Etenim est hæc sustentatio et solamen ex summa afflictione jejunii eorum qui divina mysteria sumunt.

2. *Int.* Similiter de sancta Pentecoste scriptum est, ne genu flectamus neve omnino jejunemus. Cur ergo qui in suis cellis resident, id non servant, sed et jejunant, et genu flectunt tota hebdomada, excepto nimirum Sabbato ac die Dominico?

Resp. Evangelii prædicatio, communis cum esset toti mundo, nuperque facta, generalia tradebat etiam præcepta. Et quia Christi resurrectio a plerisque non credebatur, ob eam suadendam hoc etiam decretum editum fuit, vetans quodammodo ac docens, quod sicuti peccati causa mortui eramus, et humi strati, nec resurgere valentes, nisi appareret is qui nos revocaturus ad vitam erat; sic adveniente postremis temporibus, illo cui repositum erat [10-11], Christo Deo nostro, et impeccabili pro peccatis nostris patiente, nos resurreximus, ac propterea mysterii hujus confirmandi causa, canon iste conditus fuit, qui et vim obtinuit, et utique obtineat. Neque idcirco tamen peccant monachi, privatim his diebus genu flectentes. Nam cum se reos jam constituerint, et quasi carceri voluntario mancipaverint, semper debent ad Dominum clamare, et humilitate sua misericordiam implorare. Neque enim monacho solemnitas est in terra, ut quidam dixit.

3. *Int.* Si quis tum numero tum qualitate non parum peccatis carnalibus semet impiavit; deinde vero de his confessus, congrua culpis ejusmodi remedia accepit sibique adhibuit; quomodo cognoscet prædicta peccata sibi fuisse remissa, ut persuasum habeat tale se bonum esse assecutum?

Resp. Nemo unquam comperiretur pœnitere et confiteri, nisi firmam antea spem haberet, quod si sincere, inquam, confitear et impositam pœnam admittam, prorsus mihi remissio fiet. Quia igitur homines multitudinem culparum nostrarum consideramus, ideoque de multa erga nos Dei misericordia quasi dubitamus, idcirco ad confessarios nostros confugimus, postulantes plenam per ipsorum manus impositionem remissionem, qui personam tollentis peccata nostra repræsentare creduntur.

4. *Int.* Si quis peccaverit vel sermone otioso, vel improbando, vel interrogando, vel stultiloquio,

[10-11] Gen. XLIX, 10.

A Ἀπόκρισις. Πάλαι μὲν ἔκ τινος συνηθείας ἰδιωτικῆς τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ ἔσθιον οἱ ἄνθρωποι τυρὸν καὶ ᾠά· ἐλθόντες δὲ ὕστερον οἱ πατέρες, καὶ τοῦτο ἄτοπον διαγνόντες, τὸν κανόνα τοῦτον ἐξέθεντο, οὐ μὴν δὲ περὶ ἐλαίου καὶ οἴνου τοῦτο ἐξελάδοντο· συγκράτησις γὰρ τοῦτο καὶ παραμυθία τῆς ἄκρας κακοπαθείας ἐκ νηστείας τῶν μεταλαμβανόντων τῶν θείων μυστηρίων.

β'. Ἐρώτ. Ὡσαύτως καὶ περὶ τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς γέγραπται μὴ κλίνειν γόνυ, ἢ ὅλως νηστείαν ἐργάσασθαι· πῶς οὖν οἱ καθήμενοι ἐν τοῖς αὐτῶν κελλίοις οὐ τοῦτο φυλάσσουσιν, ἀλλὰ καὶ νηστεύουσι καὶ γόνυ κλίνουσιν ὅλην τὴν ἑβδομάδα, ἄνευ Σαββάτου δηλονότι καὶ Κυριακῆς;

B Ἀπόκ. Τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου κοινὸν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, καὶ νεωστὶ διδόμενον, καθολικῶς ἐποιεῖτω καὶ τὰ ἐπιτάγματα· καὶ ἐπεὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ ἀνάστασις τοῖς πολλοῖς ἠπιστεῖτο, πρὸς πληροφορίαν ταύτης ἐδογματίσθη τουτὶ τὸ δόγμα, διαγορεῦον ὡσανεὶ καὶ διδάσκον, ὅτι ὥσπερ τῇ ἁμαρτίᾳ ἐνεκρώθημεν πεσόντες κάτω, καὶ μὴ δυνάμενοι ἀναστῆναι μὴ φαινομένου τοῦ ἀναστήσοντος, οὕτως ἐλθόντος ἐν ὑστάτοις καιροῖς τοῦ ᾧ ἀπέκειτο Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ παθόντος ἀναμαρτήτως διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ἡμεῖς ἀνέστημεν· διὰ τοῦτο πρὸς πίστωσιν τοῦ μυστηρίου ἐτέθη οὑτοσὶ ὁ κανών, καὶ ἐκράτησε, καὶ κρατείτω· οὐκ ἄρα δὲ ἁμαρτάνουσιν οἱ μοναχοὶ κρυφίως γόνυ κλίνοντες ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις· κατακρίτους γὰρ ἑαυτοὺς ποιήσαντες, καὶ οἱονεὶ ἑκουσίως ἐμπεφυλακισμένους, ὀφείλουσιν ἀεὶ βοᾷν πρὸς Κύριον, καὶ ἐκζητεῖν διὰ ταπεινώσεως τὴν συμπάθειαν· οὐ γάρ ἐστι μοναχῷ ἐπὶ τῆς γῆς ἑορτή, κατὰ τὸν εἰπόντα.

γ'. Ἐρώτ. Ἐάν τις ἁμάρτε ποσότητί τε καὶ ποιότητι οὐκ ὀλίγα τῶν σωματικῶν ἁμαρτημάτων, εἶτα ἐξωμολογήσατο καὶ ἐδέξατο προσήκοντα φάρμακα τοῖς τοιούτοις ἁμαρτήμασι, καὶ εἰργάσατο αὐτά, πόθεν ἔχει γνῶναι εἰ ταῦτα τὰ προῤῥηθέντα ἁμαρτήματα αὐτῷ ἀφέθησαν, ὥστε πληροφορίαν σχεῖν τῷ λογισμῷ περὶ τῶν τοιούτων ἀγαθῶν;

C Ἀπόκ. Οὐδέποτέ τις εὑρίσκεται μετανοῶν καὶ ἐξομολογούμενος, εἰ μὴ πρῶτον βεβαίαν σχῇ ἐλπίδα, ὅτι Ἐὰν ἐξομολογήσωμαι καθαρῶς, καὶ καταδέξῃ τὰ

D ἐπιτίμια, ἐκ παντὸς γενήσεταί μοι ἄφεσις· ἐπεὶ δὲ ἀφορῶμεν οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἡμετέρων πταισμάτων, καὶ οἱονεὶ ἐν δισταγμῷ τινι εὑρισκόμεθα τῆς πολλῆς περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, διὰ τοῦτο καταφεύγομεν πρὸς τοὺς ἀναδόχους (3) ἡμῶν, ἐξαιτούμενοι τὴν τελείαν ἄφεσιν διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν αὐτῶν, ἀντιπροσώπων εἶναι πεπιστωμένων τοῦ αἴροντος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

δ'. Ἐρώτ. Ἐάν τις προσπέσῃ διά τε λόγου ἀργοῦ, ἢ διὰ κατακρίσεως, ἢ ἀνακρίσεως, ἢ μωρολογίας, ἢ

NOTÆ.

(3) Ἀνάδοχοι vulgo dicuntur *susceptores in baptismo*. Hic tamen intelligendi videntur confessarii.

Digitized by Google

εὐτραπελίας, ἢ ἄλλως διὰ γλώττης ἁμαρτίας, καὶ ἐπιγνῷ καὶ καταγνῷ ἑαυτοῦ, τί ὀφείλει ποιῆσαι ἀντισηκοῦν εἰς μετάνοιαν ἀξίαν καὶ εἰς πληροφορίαν τοῦ ἰδίου λογισμοῦ;

Ἀπόκ. Τοῦτο οὐκ ἔστι νομοκανόνου, ἀλλὰ τῆς μοναχικῆς, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις κοινοβιακῆς καταστάσεως ἀκρίβεια, καθημερινὰς ἔχοντα τὰς ἐπιτιμήσεις, ἢ καὶ ἑβδομαδιαίας, καθὼς περιέχει τὰ τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐνκρυφῇ, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ἁγίων Πατέρων. Οἷόν τί φημι· Ῥᾳθυμήσας τις καὶ ἀπονυστάξας ἑκουσίως ἐν τῷ ὄρθρῳ οὐχ εὑρέθη· τοῦτο ἐξομολογησάμενος τῷ Πατρὶ αὐτοῦ, ἔλαβεν ἐπιτίμιον ξηροφαγίαν ἄρτου καὶ ὕδατος, καὶ μετανοιῶν ποσότητος τόσων καὶ τόσων κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Οὕτως νοήσωμεν καὶ τὰ λοιπὰ κατὰ τρόπον παιδεύσεως εὑρισκόμενα πρὸς τοὺς καταδεχομένους.

A vel jocosis verbis, vel jactantia, aut alio linguæ peccato, et tamen resipiscat et semet condemnet; quid ei agendum est, quod justæ pœnitentiæ æquipolleat, et animi sui fidem faciat?

Resp. Hoc non pertinet ad nomocanonem; sed est monachalis ac veluti cœnobiticæ vitæ severum officium, quotidianam agere pœnitentiam, aut hebdomadariam, sicut est in sancti Basilii secretioribus, et sanctorum deinceps Patrum. Verbi gratia, deses aliquis et dormitans sponte, matutino officio non affuit: quam rem Patri suo spiritali confessus, pœnitentiæ loco accepit aridorum esum, id est panis et aquæ, et certum metanœarum numerum illo die faciendarum. Sic etiam reliqua intelligemus, quæ emendandi causa sunt excogitata B erga illos qui ea excipiunt.

PŒNÆ MONASTERIALES.

A'. *Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Θεοδώρου ἡγουμένου τῶν Στουδίου ἐπιτίμια. Κοινὰ τῆς ὅλης ἀδελφότητος ἐπὶ τῶν παραλειπόντων ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ εἰς τὸν κανόνα.*

I. *Sancti Patris nostri et confessoris Theodori præsidis Studii pœnæ. Et primo quidem communes toti fraternitati adversus eos qui contra regulam in Ecclesia peccant.*

[Cod. Vat. 430, f. 20 b. Oitob. 350, f. 14.]

α'. Ὁ μὴ εὑρισκόμενος εἰς τὴν εἴσοδον τοῦ *Δόξα ἐν ὑψίστοις*, ἄνευ ἀσθενείας ἢ ἑτέρας εὐλόγου κατοχῆς, ἐν τῇ εὐλογίᾳ μενέτω κεκυφὼς μέχρι παρελεύσεως τῶν ἀδελφῶν, ἐξαιτούμενος συγχώρησιν· καὶ εἶθ' οὕτως λαμβανέτω τὴν εὐλογίαν.

1. Qui non interfuerit initio cantus *Gloria in excelsis*, absque infirmitate vel alio probabili impedimento, dum datur benedictio, maneat incurvatus in transitu fratrum, veniam petens; atque ita deinde C accipiat benedictionem.

β'. Ὁ ὑστερούμενος τοῦ ἐξαψάλμου[a], παρεστηκέτω ἐν τῇ τραπέζῃ· εἰ δὲ καθίσματος[b], βαλλέτω ἀνὰ μετανοίας ιε'. Μετὰ τὸν ἐξάψαλμον ἐξερχόμενος ἢ περιερχόμενος ἄνευ ὑπομνήσεως, παραστηκέτω ἐν τῇ τραπέζῃ.

2. Qui non aufferit hexapsalmo, stet ad mensam. Quod si cathismati defuerit, puniatur metanœis quindecim. Si post hexapsalmum exiverit aut obambulaverit, sine admonitione, stet mensæ tempore

γ'. Ὁ μὴ ἀνιστάμενος ἕως τοῦ πεντηκοστοῦ, ξηροφαγείτω.

3. Qui rectus non steterit usque ad psalmum quinquagesimum, aridis vescatur.

δ'. Ὁ τὸν ὅλον κανόνα[c] ἀπολιμπανόμενος, ξηροφαγίαν ἀκάθιστον ἐπιτιμάσθω.

4. Qui totum canonem deseruerit, aridis stans vesci jubeatur.

ε'. Ὁ μὴ φθάνων εἰς τὸ προοίμιον ἑκάστης ὥρας, τῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβαλλέσθω τοῦ μὴ εὑρισκομένου εἰς τὸ *Δόξα ἐν ὑψίστοις*.

5. Qui non adfuerit initio cujusque horæ, eidem pœnæ subjiciatur atque ille qui cantui *Gloria in excelsis* defuerit.

ς'. Ὁ ἀπολιμπανόμενος τοῦ προκειμένου ἑκάστης D ὥρας, ἢ καὶ ἕως τέλους, ξηροφαγείτω.

6. Qui recesserit ante responsorium cujusque horæ, vel etiam ante ejus finem, aridis vescatur.

ζ'. Ὁ μὴ εὑρισκόμενος ἀπὸ τῆς ἐνάρξεως, τῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβαλλέσθω τοῦ μὴ εὑρισκομένου εἰς τὸ *Δόξα ἐν ὑψίστοις*.

7. Qui initio non interfuerit, eidem pœnæ subjiciatur atque ille qui defuerit cantui *Gloria in excelsis*.

η'. Ὁ τοῦ *μεγαλείου* μὴ ὑπακούων, παραστηκέτω ἐν τῇ τραπέζῃ.

